Et cujuſcunque generis

ACTA PUBLICA,

TOMI II. PARS II.

Digitized by Google

Digitized by Google

dere manum noſtram, quo ad hoc vinculo aſtringimur Juramenti, pluresque conſpicimus indies Jura illa pro viribus impugnare.

Cùm itaque Archidiaconatum Bedeford, in Eccleſiâ Beatæ Mariæ Lincolniæ, vacantem, & ad noſtram Donationem ſpectantem, ratione Epiſcopatûs Lincolnienſis vacantis, & in manu noſtra exiſtentis, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Edmundo de London, contulerimus Regio Jure noſtro: idemque Clericus noſter poſſeſſionem dicti Archidiaconatûs, cum ſuis Juribus & pertinentiis, virtute Collationis noſtræ prædictæ, Canonicè ſit aſſecutus, & eum pacificè poſſideat in præſenti:

Ac jam, ex relatu plurium, acceperimus quod quidam, Jura noſtra & Coronæ noſtræ pro viribus impugnare nitentes, quaſdam Commiſſiones,

Per quas utique, ſi procederent, effectus Collationis noſtræ prædictæ de facili poſſet enervari, nobis & Coronæ noſtræ aliàs præjudicium & exhæredatio multipliciter generari, ac dictus Clericus noſter ſuper poſſeſſione Archidiaconatûs prædicti moleſtari,

Alicui veſtrûm fieri procurârunt:

Nos, volentes hujuſmodi præjudicio & Exhæredationi, modis & viis omnibus, quibus poterimus, prout ad hoc diverſimodè tenemur & aſtringimur, obviare; & conatus illicitos omnium & ſingulorum, Jura noſtra Regia impugnare volentium, Refrænare:

Vobis, omnibus, & ſingulis veſtrûm mandamus, firmiter inhibentes nè, prætextu alicujus Commiſſionis aut Mandati, vobis vel alicui veſtrûm per quemcumque facti, ſeu faciendi, citationes, provocationes, appellationes, inductiones, aut aliquos proceſſus ſeu impedimenta, quæ in derogationem Juris noſtri, aut Coronæ, ſeu Dignitatis noſtræ Regiæ præjudicium vel Exhæredationem cedere valeant, ſeu per quæ dictus Clericus noſter, ſuper poſſeſſione ſuâ prædictâ, indebitè moleſtari poterit quoquo modo, nobis inconſultis, facere præſumatis.

Et, ſi citationes ſeu proceſſus aliquos, prætextu alicujus Commiſſionis hujuſmodi, ſuper dicto Negotio, feceritis, eos facietis ſine dilatione aliquâ revocari, ſcituri pro certo quod, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam ad Violatores Juris noſtri Regii, non immeritò, graviter capiemus.

Teſte Rege apud Dovorriam, 18. die Junii.

Per ipſum Regem.

Dupplicat.

De Transfretatione Regis.

Ann. D. *Memorandum quòd Dominus Rex, Quarto die Junii, Anno Reg-*
1320. *ni ſui Tertiodecimo, in Viridi Camerâ ſuâ, in Palatio ſuo Weſt-*
An. 13. *monaſterii,*
E. 2. *In præſentiâ, Venerabilium Patrum, W. Archiepiſc. Cantuarien-*
Clauſ. 13. *ſis, totius Angliæ * Primatis, J. Norwicenſis Epiſcopi Cancellarii,*
E. 2. *W. Exonienſis Epiſcopi Theſaurarii ipſius Domini Regis, S. Londo-*
m. 4. d. *nienſis Epiſcopi: Et Dominorum, Adomari de Valentiâ Pembrochiæ,*
* III. *Humfredi de Bohun Herefordiæ & Eſſex, Comitum: Hugonis le Deſ-*
839. *penſer Junioris, ac plurimorum Baronum de Scaccario, & Juſticia-*
riorum de utroque Banco,

Fecit portari coram ipſo Duo Sigilla Parva: unum, videlicet, de tempore, bonæ memoriæ, Domini Edwardi Genitoris ſui, quo utebatur in Angliâ, dum dictus Dominus Pater ſuus fuit in Flandriâ: securo, dum eſſet in Partibus Tranſmarinis; & quòd dictum Parvum Sigillum interim ſerviret pro Regimine Regni ſui.

In craſtino, videlicet, die Jovis proximo ante Feſtum Sancti Barnabæ Apoſtoli, dictus Dominus Rex arripuit iter ſuum verſus Mare:

Die Lunæ ſequente, videlicet, 9. die Junii, prædictus Dominus Cancellarius, qui cum dicto Domino Rege ad dictas Partes Tranſmarinas iturus fuit, venit ad Hoſpitium Domini W. Exonienſis Epiſcopi Theſaurarii Angliæ, & ibi cum dicto Magno Sigillo Brevia conſignavit: & illud Sigillum in Burſam poſtmodum poſuit; & Burſam illam Sigillo ſuo Conſignavit, ſtatim ad Dominum Regem deferendam.

Et ibidem ſtatim poſtea, in præſentia dicti Domini Theſaurarii, & Dominorum, Walteri de Norwico Capitalis Baronis de Scaccario, Willielmi de Bereford Capitalis Juſticiarii de Banco communi, & Magiſtri Roberti de Baldok Cuſtodis privati Sigilli Domini Regis, dictum Parvum Sigillum, in quadam Burſâ ſub Sigillo ſuo clauſum, ex parte Domini Regis liberavit Willielmo de Ayremynne, Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ Domini Regis, & Roberto de Bardelby, & Willelmo de Clif, Clericis de eadem Cancellariâ, Cuſtodiendum pro Regimine dicti Regni.

Et dixit quod dictum Sigillum in Cuſtodiâ ipſius Willielmi de Ayremynne, ſub Sigillis dictorum, Roberti & Willielmi de Clif, remaneret:

Et dictus Willielmus de Ayremynne, dictum Sigillum a manibus præfati Domini Cancellarii recepit:

Et ibidem Concordatum fuit: quòd, quamdiù Dominus Rex eſſet in Regno ſuo, Brevia, ſub dicto Sigillo conſignanda, fierent ſub Teſtimonio proprio dicti Domini Regis: &, in abſentiâ ſuâ, ſub Teſtimonio Domini Adomari de Valentia Comitis Pembrochiæ, Cuſtodis Regni illius.

Eodem die, apud Weſtmonaſterium, ante Prandium, dicti, Willielmus de Ayremynne, Robertus, & Willielmus de Clif, dictum Sigillum aperuerunt, & inde Brevia Conſignârunt; &, poſt Conſignationem, dicti, Robertus & Willielmus de Clif, Sigilla ſua prædicto Sigillo, in Cuſtodiâ prædicti Willielmi de Ayremynne remanenti, appoſuerunt.

Poſteà idem Dominus Rex ſub Sigillo ſuo Privato, ſcripſit præfatis Cuſtodibus, quod ipſe 19. die Junii poſuerat ſe in Mari, & præcepit eis quòd extunc Brevia conſignanda fieri facerent ſub Teſtimonio præfati Cuſtodis, quouſque Dominus Rex rediret a Partibus ſupradictis.

Ad Papam, de promovendo ad Epiſcopatum Dumblanenſem.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Pro, dilecto nobis in Chriſto, Fratre Richardo de Ponte- 13
fracto, de Ordine Prædicatorum (quem Litterarum ſcientia, Re- An. 13.
ligionis obſervantia, pluraque alia virtutum merita condecorant) ut E. 2.
eidem Fratri Richardo, de aliquo Epiſcopatu in Terra Scotiæ, Rom. &
cum ad hoc Facultas ſe offeret, providere dignaretur veſtra provi- Fr. 13.
dentia Paternalis, veſtræ Clementiæ pluries nos direxiſſe memini- E. 2.
mus noſtras Litteras ſpeciales. m. 4.
Et, quia Promotio ipſius Fratris Richardi, ſuis exigentibus me-
ritis, non * mediocriter inſidet Cordi noſtro, & certâ fide didici- * III.
mus, quod jam vacat Epiſcopatus Dumblanenſis, per mortem ſui 839.
Epiſcopi & Paſtoris, preces noſtras prædictas, ex cordis intimis, frequentiùs iteramus;

Veſtræ Sanctitati votivis affectibus obnoxiùs Supplicantes, quatinus ipſas preces noſtras, Dei intuitu, noſtrique contemplatione, de

Digitized by Google

E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 4. Epiſcopus, tantâ ſe ſentiat corporis debilitate depreſſum, tantâque Senectute confractum, quòd jam impotens redditur ad Exequendum Officium Paſtorale; per quod a Curâ Paſtorali exui & cedendi deſideret Facultatem;

Ac, dilectum Conſanguinem noſtrum, Magiſtrum Guidonem de Valle, Canonicum Agennenſem, Rectorem Eccleſiæ de Maydenſtane, Cantuarienſi Dioceſe (quem dictæ Eccleſiæ utilem, præ cæteris, & neceſſarium reputat) ſibi cupit in dictâ Eccleſiâ ſubrogari;

Nos, ad dicti Patris intentionem devotam, necnon dicti Conſanguinei noſtri Promotionem & Honorem, gratum & purum reſpectum habentes, Clementiæ veſtræ humiliter Supplicamus, quatinus Ceſſioni dicti Patris aſſenſum præbere: ac, ejus impotentiam advertendo, alicui de vicinis Epiſcopis, ut dictam Ceſſionem nomine veſtro admittat, committere: ipſamque admiſſam acceptare:

Et, eâ demum acceptatâ, dictum Conſanguineum noſtrum (quem bonæ Famæ ſuavitas, & varia virtutum inſignia recommendant) eidem Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem præficere dignemini gratioſè.

Conſervet, &c.

Dat. apud Dovorriam, 22. die Julii, Anno, &c. 14.

De Licentia data Comiti Sabandiæ.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Pat. 14. E. 2. p. 1. m. 25. REX omnibus, ad quos &c. ſalutem.

Sciatis quòd, cùm Johannes de Greillie, defunctus, in Teſtamento ſuo, ut accepimus, ordinâſſet, & præcepiſſet quod Petrus de Greillie, Filius ſuus (quem Hæredem ſuum inſtituit) nihil de Hæreditate, quam eidem Petro, poſt mortem ſuam, relinquebat, alienaret;

Et, ſi contrarium faceret, aliquam partem ejuſdem Hæreditatis alienando, * extunc ipſum de totâ Reſiduâ parte illius Hæreditatis perpetuò Exhæredavit: (* III. 841.)

Et nos & Hæredes noſtros indè Hæredes inſtituit; ſicut in Teſtamento illo aſſeritur pleniùs contineri:

Ac præfatus Petrus quandam partem Hæreditatis prædictæ habeat in Comitatu Sabaudiæ, quam Tenet de Feodo, Nobilis Viri, Amaneni Comitis Sabaudiæ:

Quam quidem partem idem Comes a præfato Petro emere deſiderat; & ſuper hoc certus, ut dicitur, inter ipſos habitus ſit Tractatus.

Nos, ob ſpecialem affectionem, quam ad perſonam dicti Comitis optinemus, volentes ei Gratiam facere in hac parte, conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Petro, quòd ipſe dictam partem Hæreditatis ſuæ, quæ eſt de Feodo dicti Comitis, in Comitatu prædicto vendere, ſeu donare poſſit præfato Comiti:

HABENDAM ſibi & Hæredibus ſuis IMPERPETUUM, dictâ Ordinatione non obſtante; eâdem tamen Ordinatione, quoad reſiduam partem dictæ Hæreditatis, in ſuo robore permanente.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Haddele, 26. die Julii.

Per ipſum Regem.

Nos Nuncios ipſius Comitis, uſque ad octo perſonas, qui ex cauſâ prædictâ tunc in Regnum noſtrum ſunt venturi, ac eorum Familiam, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram.

Et ideo vobis Mandamus quòd præfatis octo perſonis, aut eorum Familiæ, in veniendo in dictum Regnum noſtrum, morando, aut exindè recedendo, in perſonis, aut rebus ſuis, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen: &, ſi quid eis Foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari; & eis ac eorum cuilibet ſalvum & ſecurum Conductum, quotiens opus fuerit, & per ipſos, vel eorum aliquem ſuper hoc fueritis requiſiti, habere faciatis.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

** Pro Archiepiſcopo Rothomagenſi.* (* III. 842.)

REX, dilecto Clerico ſuo, Gilberto de Stapelton, Eſcaetori ſuo ultra Trentam, ſalutem. Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 25.

Quia cepimus Fidelitatem, Venerabilis Patris, --- Archiepiſcopi Rotomagenſis pro Terris & Tenementis, quæ de nobis tenet in Anglia;

Vobis Mandamus quòd omnes Terras & Tenementa, quæ idem Archiepiſcopus tenet in Ballivâ veſtrâ, & quæ, ratione vacationis Archiepiſcopatûs Rotomagenſis, nuper cepiſtis in manum noſtram, & adhuc in manu noſtrâ detinetis, eidem Archiepiſcopo liberetis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Auguſti.

Per Breve de privato Sigillo.

Eodem modo mandatum eſt Richardo de Rodeneye, Eſcaetori Regis citra Trentam.

Teſte ut ſupra.

De Nova Genua conſtruenda, & ſub quibus Conditionibus.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Vaſc. 14. E. 2. m. 4.

Univerſis innoteſcat, per præſentes, quòd, cum nuper, inter, dilectum & fidelem noſtrum, Antonium de Peſlaigne, tunc Seneſcallum noſtrum Ducatûs Aquitaniæ, pro nobis ex unâ parte, & Petrum Dominum de Caſtro Novo pro ſe ex alterâ, quoddam Pariagium factum fuiſſet, & concordatum ſub modis & conditionibus infra ſcriptis; videlicet,

Quòd in Territorio ejuſdem Petri, vocato Apantanha, in Parochia Sancti Johannis de Pantanhano, fieret, conſtrueretur, & ædificaretur Nova Baſtida (quæ Janua perpetuò ab omnibus appellaretur) nobis, & noſtris; & dicto Petro, & ſuis Succeſſoribus remanens perpetuò pro indiviſo:

Undè præfatus Petrus dedit, & aſſignavit, de ſuis Terris propriis, quatuor Milia Airialium, ad faciendum Domos & Ædificia pro venientibus, & Habitare volentibus in dictâ Baſtidâ: & duo Milia Jornalia Terræ ſuæ, contigua Baſtidæ prædictæ, prout dicto Seneſcallo viſum eſſet utilius faciendum.

Et quod nos, & noſtri Succeſſores, in dictis quatuor Milibus

Airia-

Digitized by Google

dictis.

Et quod idem Petrus daret, & aſſignaret nobis, in Loco decenti, in dicto loco Caſtri Novi, ſolum & placeam ſufficientem foras, & propè clauſuram ejuſdem Caſtri, ad Ædificandum nobis Caſtrum, ſivè Domum.

Quódque in dictis, Caſtro, Loco & Baſtida, & eorum pertinentiis, ſint duo tantum Bajuli, unus pro parte noſtrâ, & alter pro parte dicti Petri; qui, anno quolibet, adinvicem Jurati, quod alter alteri fideliter, de omnibus exitibus & proventibus præmiſſorum, reſpondebunt: & quod unus, ſine alio, judicare, condempnare, punire, vel abſolvere non poſſit in locis prædictis, niſi de voluntate alterius eorumdem,

Quódque ſimul ponent Notarios in Curiâ ſuâ, & Servientes eligent, Juriſdictionem omnimodam Communiter excerceant in Locis ſupradictis; &, ſi aliter actum eſſet vel fieret, illud eſſet irritum & inane.

Et quòd in dictâ Baſtidâ Carcer Communis fieret, & teneretur per Cuſtodem, electum per Bajulos ſupradictos; & quod quilibet Bajulorum eorumdem unam Clavem habeat dicti Carceris.

Quódque idem obſervetur, in futuro, in loco Caſtri Novi ſupradicti.

Et quòd dictus Petrus Terras & Poſſeſſiones, quas habuit in Territoriis & Juriſdictionibus prædictis (præter illa quæ ſunt inter nos & ipſum Communia) traderet in Feudum Habitantibus in dicta Baſtida; videlicet, quodlibet Jornale pro quatuor Denariis Morlanorum annui cenſûs, & duobus ſolidis, ejuſdem monetæ, de intragiis;

Et quòd habitantes in loco de Caſtro Novo & Baſtida prædictis, & eorum pertinentiis, habeant pro animalibus ſuis peodenta liberè in omnibus & ſingulis Territoriis incultis, infra Juriſdictionem Loci & Baſtidæ prædictorum; exceptis prædiis cultis vel colendis, & viridariis, ortis, & vineis.

Quódque Bajulus noſter prædictus, qui pro tempore fuerit in Baſtidâ & locis prædictis, nullam Juriſdictionem vel cohercionem habeat in perſonam dicti Petri & Succeſſorum ſuorum, vel Familiæ ipſorum, continuè cum eis Reſidentis, vel etiam Fratrum vel Liberorum eorumdem, niſi de Mandato ſpeciali ſuperiorum Bajuli ſupradicti; Jure reſorti & ſuperioritatis nichilominus nobis, & Miniſtris noſtris, Superioribus ſuis, in omnibus ſemper ſalvo.

Et quòd nos, vel Succeſſores noſtri, partem noſtram dictæ Baſtidæ, & loci Caſtri Novi, & Juriſdictionis Territorii, & pertinentiarum earumdem, perpetuò habeamus & retineamus in Patrimonio; ita quòd nulli partem prædictam poſſimus dare, vendere, aſſignare, vel alienare, hoc tantummodo excepto, quòd pars noſtra prædicta, cum ſuis pertinentiis, per nos, Hæredes, ſeu Succeſſores noſtros, noſtro, & ipſorum Hæredum, & Succeſſorum Primogenitis (tanquam futuris Hæredibus Regni Angliæ & Ducatûs Aquitaniæ) dari valeat & concedi.

Quodque quilibet Seneſcallus novus Ducatûs prædicti, in adventu ſuo, ad requiſitionem dicti Petri vel ſuorum, Jurare Teneatur, Tenere, Complere, & obſervare omnia & ſingula, in Pariagio prædicto contenta: dictúſque Petrus, & ſui Succeſſores Seneſcallo prædicto illud idem ſimiliter facere Teneantur, prout in quodam Inſtrumento publico, ſuper dicto Pariagio confecto, & coram nobis & Concilio noſtro exhibito, vidimus plenius contineri.

Nos, dictum Pariagium, ſub Modis & Conditionibus prædictis, ut ſuperiùs exprimuntur, acceptantes, illud pro nobis & Hæredi- competentia remanente ſecundum aviſamentum veſtrum, & aliorum de Concilio noſtro; ita quod de exitibus, inde provenientibus, reſpondeat Conſtabulario noſtro Burdegaliæ ad opus noſtrum:

Vobis committimus & mandamus, quatinus cuſtodias dictorum Caſtrorum Perſonis, ſuperiùs nominatis, & aliis Viris idoneis, per Literas noſtras, ſigillo noſtro Vaſconiæ ſignatas, ad voluntatem noſtram committatis, ſeu committi faciatis in formâ ſuperiùs annotatâ.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conceſſio, ad inſtantiam Regis Franciæ, pro Hominibus Ambiani.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. ſalutem. Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2.

Sciatis quòd, ad requiſitionem Magnifici Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ & Navarræ illuſtris, Fratris noſtri cariſſimi, conceſſimus Hominibus & Mercatoribus Villæ Ambiani, quòd ipſi, cum Bonis & Mercimoniis ſuis, in Regnum noſtrum ſalvò & ſecurè venire poſſint; & de eiſdem in eodem Regno negotiari, & commodum ſuum facere (dum tamen Legales excerceant Mercandiſas, & inde faciant Conſuetudines debitas, & uſitatas in eodem Regno) & quòd Bona, ſeu Mercimonia illa, occaſione aliquorum debitorum, in quibus idem Dominus Rex aliquibus Mercatoribus de Regno noſtro tenetur, nullatenus areſtentur. *Pat.* 14. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 21.

Et ideo vobis mandamus quòd præfatis, Hominibus & Mercatoribus de Villâ Ambiani prædictâ, aut eorum Servientibus, in veniendo in Regnum noſtrum prædictum, cum Bonis & Mercimoniis ſuis prædictis, ibidem morando, & de eiſdem negotiando, ac commodum ſuum faciendo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen: Nec eorum Bona ſeu Mercimonia eorumdem, Hominum & Mercatorum Ambianenſium, ad Sectam alicujus, occaſione debitorum prædictorum, areſtetis quoquomodo: Et, ſi quid * eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari. * III; 845.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Auguſti.

Per Breve de privato Sigillo.

Dupl.

Digitized by Google

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 4. d.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Cuncta per Orbem Subditorum diſcrimina adeò vos credimus Paternâ pietate reſpicere, ut ad ipſorum indigentiam relevandam, qui nullâ culpâ ſuâ præcedente, ſet ſolius infortunii neceſſitate deprimuntur, compaſſionis, Gratiæ, & Favoris munera prætendatis.

Quamobrem cùm, Venerabilis Pater, Frater Rolandus, Archiepiſcopus Armacatanus, totius Hiberniæ Primas, per Hoſtiles & inopinatos aggreſſus Scotorum, partes illas, in quibus Temporalia dicti Archiepiſcopatûs exiſtunt, crudeliter invadentium, & devaſtantium, tot & tanta Dampna perpeſſus ſit, quòd de Temporalibus ſuis prædictis, a tempore quo ea de nobis recepit, vix ſui ſumptûs recepit neceſſaria, gravique Ære alieno, pro ſtatu dictæ Eccleſiæ ſupportando, cogitur onerari,

Clementiæ veſtræ devotè duximus ſupplicandum, quatinus exactionem debitorum, in quibus idem Pater pro Eccleſiâ ſuâ Curiæ veſtræ obligatur, ad terminum ſex, vel ſaltem quinque annorum, pio intuitu differre veliris; & ſententias Excommunicationis ſeu Interdicti, ſi quæ in ipſum auctoritate veſtrâ latæ ſint occaſione ſupradictâ, ſi placet, benignitate ſolitâ relaxetis.

Conſervet vos Altiſſimus, ad Regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Auguſti.

Pro Albanenſi Epiſcopo Cardinale.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Liberat. 14. E. 2. m. 3. * III. 846.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, ſalutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Venerabili Patri, A. Albanenſi Epiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, centum & quinquaginta Marcas; videlicet,

* De anno Regni noſtri undecimo quinquaginta Marcas:
Et de anno Regni noſtri duodecimo quinquaginta Marcas:
Et de anno Regni noſtri tertiodecimo quinquaginta Marcas;

Quæ ei a retro ſunt de annuâ Penſione Quinquaginta Marcarum, quam ei, per literas noſtras patentes, conceſſimus de nobis percipiendam.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Auguſti.

Pro Rogero de Northburgh, commendatoria.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 4.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Urget affectio intimæ caritatis, quâ perſonam, prædilecti Clerici & Secretarii noſtri, Magiſtri Rogeri de Northburgh, Archidiaconi Rychemundiæ, proſequimur, ſuis exigentibus moribus & meritis virtuoſis, ut, quæ ſtatûs ipſius proſperitatem fulciunt, augent honorem, & concernunt profectuum incrementa, multiplicatis precibus, veſtræ Clementiæ ferventis deſiderii ſtudio ſuggeramus; firmam de veſtrâ benignitate fiduciam reportantes quòd, oportunitate oblatâ, innata veſtra Benivolentia noſtrorum Rogaminum memor erit.

Quamobrem de benignâ & gratioſâ reſponſione, quam veſtra Manſuetudo facere dignabatur, cariſſimo Fratri & Fideli noſtro, Edmundo de Wodeſtoke, & cæteris Ambaſſatoribus noſtris, nuper ad veſtram præſentiam per nos deſtinatis, ſuper requiſitione, per ipſos ex parte noſtrâ vobis factâ, pro eiſdem, ſicuti ipſi nobis ſerioſiùs retulerunt, veſtræ Beatitudini, quas valemus, gratiarum referimus actiones;

vere, &, ut juxta cordis noſtri deſiderium effectui mancipentur, Opem & Conſilium apponere oportuna.

Dat. ut ſupra.

Bulla, ad Pacem cum Scotis, hortatoria.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Ex Autogr. * III. 847.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Si diſpendia, fili cariſſime, conſideranter * attenderes, quæ Belli Calamitas introducere conſuevit: Si commoda conſiderares attentius, quæ Pacis lenitas repromittit; profectò credimus quòd ad Pacis Fœdera, inter Regnum tuum & Regnum Scotiæ, ſolidè reformanda, tuum promptè animum inclinares, opem ſtudioſè inpenderes, & ſolerter efficacem operam adhiberes.

Ideoque, cùm ad hæc pertractanda, inter Te & Regentem Regnum Scotiæ certus terminus, ut intelleximus, ſit præfixus, Serenitatem Regiam paterno rogamus & comonemus affectu, quatinus,

Præambulâ & attentâ meditatione diſcutiens quàm incertus ſit Guerrarum eventus: quàm multis Guerra prædicta ſit onuſta periculis, magnis quoque plena diſpendiis; quantum Dei obſiſtat ſervitiis: quot animarum exitia, excidia corporum, vaſtitates rerum, & alia, non facilè numeranda, incomoda ſecum trahat; necnon & circumſpectè conſiderans quòd, Pacis in tempore, colitur congruentius Actor Pacis, operibus Pietatis vacatur liberius, & ſaluti efficacius intenditur animarum:

Ad Pacem ipſam, non ſolùm Tibi expedientem & Regenti prædicto, ſet neceſſariam toti mundo, & ſpecialiter Subſidio Terræ ſanctæ, quæ tuum Subſidium anxiè præſtolatur; cui non potes intendere ſicut appetere diceris, præfatâ Guerrâ durante,

Ob Regis pacifici reverentiam & dictæ Terræ ſanctæ Subſidium, animum tuum habilites & inclines.

Dat. Avinion. quarto Idus Auguſti, Pontificatûs noſtri anno quarto.

Sigillo avulſo.

Ad Comitem Hollandiæ, pro juſtitia habenda.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 22. d.

REX, Nobili Viro, Domino W. Hanoniæ, Hollandiæ, & Selandiæ Comiti, ac Domino Friſiæ, Amico ſuo cariſſimo, ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Pro, dilectis nobis, Petro de Welewyk, & Johanne Trenchemer & Johanne Stater de Ravens, necnon Executoribus Teſtamenti Petri Atte See, & Ricardi Trouk, defunctorum;

Ut eis, ſuper recuperatione quorumdam Bonorum & Mercimoniorum, ad valentiam quingentarum, & viginti, & unius Librarum, & quatuordecim Solidorum, Sterlingorum, a præfatis, Petro, Johanne, Johanne, Petro & Ricardo, dudum per quoſdam Malefactores, de Poteſtate veſtrâ, apud Flotegateneſſe, in Coſtera Mariæ prope Terram noſtram Angliæ, hoſtiliter deprædatorum, ut dicitur;

Vel Pretii Bonorum eorumdem, plenam & celerem juſtitiam fieri faceretis,

Per noſtras Literas ſpeciales meminimus pluries vos rogâſſe.

Verùm quia, ad primos rogatus noſtros, nobis per Literas veſtras reſcripſiſtis quod prædictis, Petro, Johanni, & Johanni, & Executoribus,

Digitized by Google

Quod per nos, duobus viris Nobilibus, quos Litterarum Scientia, morum honeſtas, & vitæ mundiria commendabant, electis ad Regimen Eccleſiæ Glaſguenſis, ab Electionibus expulſis ipſorum, de quodam Anglico, Ordinis Prædicatorum, ſuo, Regnique ſui Inimico Capitali, in ſuum diſpendium fuerat Apoſtolicâ auctoritate proviſum.

Adiciens in Litteris ſupradictis, quòd quidam Clerici de Terrâ ſuâ, qui, nullis exigentibus culpis, niſi quòd, allecti inſtinctu naturali, quædam ſtatum ſuum, & Nationis ſuæ contingentia, fidelitatem ſuam eidem Nationi ſervare volentes, ſibi ſcripſerant, digni veniâ videbantur;

Ac ſupplicans per Nuncios & Litteras ſupradictos, quod proceſſus & ſententias, ſiqui per nos contra eum fuiſſent habiti, & prolatæ, relaxare de Benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Ad quæ ſibi duximus reſpondendum quod nos dudum, attendentes multarum dona virtutum, quibus Glaſguenſis Epiſcopus dinoſcitur inſignitus, ipſumque multipliciter utilem ad ejuſdem Eccleſiæ Regimen extimantes, de illo eidem Eccleſiæ Glaſguenſi duximus providendum.

Propter quod non decebat Sedis Apoſtolicæ gravitatem, ad ipſius amotionem Epiſcopi procedere ſine culpâ: ſed proceſſu temporis, cum locus adeſſet, Negotiorum & Temporum qualitate penſatâ, libenter ſuper hoc, quantum cum Deo fieri poſſet, curaremus, honore ſervato dicti Epiſcopi, providere.

Ad id verò, quod dicebat, quòd dicti Clerici digni veniâ videbantur, reſpondimus; quod proceſſus, habitos contra Clericos ſupradictos, ipſorumque Confeſſores, ut ſibi, & eiſdem Nunciis, de ipſorum Clericorum exceſſibus plenè conſtaret, legi fecimus coram eis: quibus auditis ſeriosè per eos, nobis expreſſe dixerunt, quod nunquam ipſe pro Clericis ſcripſiſſet eiſdem, ſi ſciviſſet eoſdem tam deteſtandorum exceſſuum patratores.

Super relaxatione autem proceſſuum & ſententiarum prædictorum, ſibi duximus reſpondendum; quod olim, dilecti filii noſtri, Gaucelinus, Tituli Sancti Marcellini & Petri, Presbyterus, & Lucas, Sanctæ Mariæ in Viâ latâ, Diaconus, Cardinales, Apoſtolicæ Sedis Nuntii, ad partes ipſas tranſmiſſi, dictum Robertum, omneſque adhærentes eidem, tanquam violatores Treugarum inter te, dictumque Robertum, auctoritate Apoſtolicâ indictarum, denuntiarunt Excommunicationis ſententiam, contra Treugas infringentes eaſdem, ſeu etiam non ſervantes, prolatam, auctoritate eadem incurriſſe; quam demum Cardinales ipſi contra præfatum Robertum, ipſoſque adhærentes fecerunt ſolenniter publicari:

Et deinde, quia dictus Robertus præfatam ſententiam contempnebat, Regni Scotiæ, quod idem Robertus tunc temporis gubernabat, & alias Terras adhærentium eorundem, per ipſorum Sententiam Interdicto Eccleſiaſtico ſubjecerunt:

Quas idem Robertus, Claves Eccleſiæ contempnendo, ſuſtinuerat per annum, & ampliùs, & tunc etiam mala malis, ſicut nobis extiterat aſſertione fidedignâ revelatum, coacervando continuè, ſuſtinebat animo indurato.

Nos, licet contra præfatum Robertum fuiſſet meritò gravius procedendum, tamen ex manſuetudine dictæ Sedis deferre volentes eidem, ipſum, auctoritate prædictâ, fidelium aſtante multitudine copioſâ, citavimus, ut uſque ad Kal. Maii tunc proxime venturas, quas ei pro peremptorio termino duximus præfigendas, per ſe, vel Procuratorem ydoneum, Apoſtolico ſe conſpectui præſentaret, ſuper præmiſſis legitimè proceſſurus, ac facturus, & recepturus quod juſtitia ſuaderet.

Et quia in dicto termino, vel poſt ipſum diutius expectatus, per

[illegible], Negotia noſtra, ac Regnum noſtrum veſtræ Beatitudini votivo recommendamus affectu;

Totis Deſideriis ſupplicantes ut ad ea, quæ ſalutem reſpiciunt, tranquilitatem fulciunt, incommodaque propellunt Noſtri, & Subditarum nobis Nationum, conſuetæ Benivolentiæ affectum continuare ſemper dignemini, & intimæ caritatis amplexibus adaugere.

Verùm, Pater Sancte, cùm, ſicut veſtra novit Sinceritas, jam, Sanctâ Romanâ Curiâ, majora Negotia ſolito nos & Regnum noſtrum intimiùs contingant promovenda, & ob hoc, ut frequentius ad veſtræ Sanctitatis memoriam deducantur, ſummis deſideriis affectamus ut, de Natione noſtrâ, & Linguâ Anglicanâ, Cardinalis exiſteret, qui veſtro continuè aſſiſtens lateri, noſtrorumque exiſtens Cognitor Deſiderii & Secretorum, ea veſtræ circumſpectioni poſſet ſuggerere, & aſſertione veridicâ demonſtrare, quæ ad ipſorum Negotiorum Declarationem, & veritatis denudationem pertinerent; ſuper quo etiam præfati Ambaſſiatores noſtri aperuerunt, pro parte noſtra, veſtræ Serenitati votum noſtrum.

Ac, dirigentes in circuitu oculos mentis noſtræ, perſonam, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Rogeri de Northburgh, Archidiaconi Richemundiæ,

Quem novimus Litterarum Scientiâ præditum, moribus ornatum, in Spiritualibus & Temporalibus circumſpectum, vitâ decorum, Conſilio providum, aliiſque innumeris virtutum præconiis inſignitum, & quem ad omnem Honorem Dignum & Sufficientem reputamus; ſicut aliàs vobis meminimus nos ſcripſiſſe; de quo etiam, veluti ſecretorum noſtrorum cognitore, pleniorem fiduciam, ſinceræ dilectionis amplexibus, reportamus:

Ad hujuſmodi Cardinalatûs Officium deſideremus aſſumi;

Sanctitati veſtræ, quantâ poſſumus affectione, ſupplicamus quatinus hujuſmodi noſtrum deſiderium, Regnique noſtri utilitatem providâ deliberatione penſantes, præfatum Magiſtrum Rogerum ad Cardinalatûs Officium aſſumere dignemini, intuitu caritatis.

Speramus etenim quod, ſi veſtra Benignitas in hac parte votis noſtris duxerit annuendum, per ipſius Rogeri circumſpectam probitatem, dicta noſtra Negotia ab adverſitatibus tueri poterunt, & felici fulcimento in proſperis adaugeri.

Dat. apud Odyham, 27 die Auguſti.

** Ad Cardinales, pro eodem.* * III. 850.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino A. Dei gratiâ, Sabinenſi Epiſcopo, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & Ann. D. 1320.
ſinceræ dilectionis affectum. *An. 14. E. 2.*

Quanto de veſtræ dilectionis & amicitiæ puritate pleniorem fiduciam optinemus, tanto confidentiùs, quæ in votis gerimus, veſtræ Sinceritati apperimus, & pro eorum Expeditione veſtrum Patrocinium ſtudioſius imploramus. *Ibid.*

Cum itaque Domino Summo Pontifici, per noſtras Litteras, duxerimus ſupplicandum, quatinus, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Rogerum de Northburgh, Archidiaconum Richemundiæ,

Quem virum novimus Litterarum Scientiâ præditum, Moribus ornatum, in Spiritualibus & Temporalibus Circumſpectum, vitâ decorum, Conſilio providum, aliiſque innumeris virtutum præconiis inſignitum, & quem ad omnem Honorem dignum & ſufficientem reputamus,

Ad Cardinalatûs Honorem dignetur noſtri intuitu promovere;

Pater-

Digitized by Google

Domino Reymundo, Sanctæ Mariæ Novæ, }
Domino Bernardo, Sanctæ Agathæ, } Diaconis Cardinalibus.
Domino Petro de Columpna, Sancti Angeli, }
Domino Arnaldo, Sancti Euſtachii, }
Domino Bertrando, Sanctæ Mariæ in Aquiro, }
Domino Gaillardo, Sanctæ Luciæ in Silice, }

Domino P. Abbati Saturnini, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario;
Domino Johanni de Verulis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Notario;
Domino Petro Doza, Fratri Domini Summi Pontificis;
Domino Arnaldo Tirandi, Domini Summi Pontificis Nepoti;
Domino Bernardo Jordani, Domino Inſulæ;
Domino Petro de Via, Domini Summi Pontificis Nepoti.

• III. 851. * *Ad Regem Cypri, ſuper prædicando Saracenis.*

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 22. d.

MAgnifico Principi, Domino Dei gratiâ, Regi Cipriæ illuſtri, Edwardus, &c. ſalutem, &, ad vota, ſucceſſus proſperos ac felices.

Cum, dilecti nobis in Chriſto, Fratres, Robertus de Braibrok, Johannes de Scone, & Robertus de Hattecoumbe, de Ordine Prædicatorum, ex diſpoſitione Magiſtri ſui Ordinis, ad prædicandum fidem Catholicam Sarracenis, zelo devotionis accenſi, divertere ſe proponant; non parcentes Laboribus Corporum, ut Lucra faciant Animarum;

Serenitatem veſtram affectuosè requirimus & rogamus, quatinus præfatos Fratres, & eorum quemlibet, cum ipſos ad partes veſtras contigerit declinare, habere velitis, divinæ Pietatis intuitu, noſtrique rogaminis interventu, favorabiliter recommendatos; & eis, in ſuis neceſſitatibus, ſic Regiæ Benevolentiæ gratiam impertiri, quod a Deo, cujus præcipuè negotium agere deſiderant, dignæ retributionis præmia aſſequi valeatis.

Dat. apud Odiham, 27. die Auguſti.

De orando pro Rege.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 22. d.

REX, dilectis ſibi in Chriſto, Priori Provinciali Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Fratribus ejuſdem Ordinis, in Capitulo ſuo Provinciali apud Staunford in proximo conventuris, ſalutem, & Spiritu Sancto dirigi in agendis.

Quoniam, in tranſitoriis hujus ſeculi, divinâ opitulante Clementiâ, ſecurius tranſcurrendum, preces devotas apud Altiſſimum quamplurimum prodeſſe ſperamus; & quod quanto fundentes ſibi in vitæ Sanctitate vicinius junguntur, tanto ipſorum Orationes citius audiuntur:

Diffidentes itaque de noſtrâ Fragilitate, ac de veſtris inſtantiis apud Deum (qui ſibi in hac vitâ majori meritò contemplatione, ut credimus, famulatis) ſpecialiter confidentes,

Devotionem veſtram in Domino humiliter deprecamur, quatinus nos, Iſabellam Reginam Angliæ, Conſortem noſtram cariſſimam, ac Liberos noſtros, in Miſſarum Solempniis, ac aliis Orationibus veſtris devotis, Domino ſpecialiter commendetis; & per cæteros Fratres Ordinis veſtri faciatis ſimiliter commendari.

Ut ipſe, qui eſt omnium Gubernator & Rector, Nos, & Conſortem, ac Liberos noſtros prædictos, noſtroſque & ipſorum Actus dirigat in viam ſalutis Æternæ.

Teste Rege apud Clarendon, 15. die Septembris.

Forma, inter Concilium Regis & Nuncios Comitis Flandriæ, ſuper Diſcordiis ſedandis, concordata.

FAit a remembrer, qui comme, ſur damages, donez par les Gentz du poer le Counte de Flaundres as Engleis, & par les Engles as Gentz de Flaundres, depuis qui le Roi d'Engleterre receut le governement de ſon Roialme, divers Tretiz fuiſſent tenuz entre le Conſeil le dit Roi, & pluſours Meſſages, a lui envoiez pluſours foetz par le Conte de Flandres, pur les ditz damages adreſcer amiablement: Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 12. d.

Les queux Tretis ne vindrent point a final eſpleit, por divers empeſchemens adrein, a la journe de la quinzeyne de la Seint Michel, l'an de grace 1320, & du Regne le dit Roi quatorziſme:

La quele journe le dit Roi, a la requeſte du dit Conte, avoit otree & acorde de treter ſur meſmes les boſoignes:

Le dit Conte envoia ſes Meſſages, Monſieur Euſtaſſe Lanwart Chevalier: William de Deyen, Eſchevin de la Ville de Bruges: Nichaſe le Sage, Michel Belle, Conſeils & Jurez; & Meſtre Johan Boureke, Clerk de la Ville d'Ypre:

Les queux, ove Lettres de procuracie del dit Conte (dont la tenur eſt eſcript a deſoucz) vendrent a Weſtmoſter a la dite quinzeine; a queu temps l'avant dit Roi y tint ſon Parlement:

Et entre le Conſeil le dit Roi, & les avantditz Meſſages de Flandres, ſur la dite buſoigne, trete fut & acorde en la fourme qui s'enſeut; c'eſt aſavoir,

Qui comme les ditz Meſſages & autres Meſſages du dit Conte, envoiez au dit Roi ſur meiſmes les boſoignes, entre autres choſes, qil requiſtrent, monſtrerunt qui aſquns, Marchaundz de Flaundres, en venanz des divers parties de dela, ove lour vins & autres Marchaundiſes, ſur la mere d'Engleterre, devers les parties de Crauden, furent deſrobbes de lour vins & Marchaundiſes, a grant value, par Meſeſours d'Engleterre, & qui meiſmes ceux biens, enſi deſrobez, furent amenez a terre en Engleterre;

Et prierent qui le Roi, de ſa Seignure & poer real, fait ſente dreit & puniſement del dit fait, de ſi comme il eſt SEIGNEUR DE LA MER, & la dite roberie fut fait ſur la mer denz ſon poer, ſi comme deſus eſt dit:

Acorde fut, par le dit Roi & ſon Conſeil, en dit Parlement, par Aſſent des grands, pur Pees norir entre les Deus Terres, qui le Roi aſſigneret ſes Juſtices d'enquere ſur la dite roberie, & de terminer meiſme ce fait par ſa ſeute, ſolonc lei & reſon, &, ſicomme eſt acorde en dit Parlement, avant la Seint Michel prechein avenir:

Et, s'il aviegne q'il ne peut pleinement eſtre termine avant le dit terme de la Seint Michel, adonqs ſerra le dit Conte garni par le dit Roi, avant meiſme le terme, & certein jour aſſigne, dedens le quel il purra avoir reſpouns final ſur le dit fait.

Et eſt l'entencion le dit Roi & de ſon Conſeil, qui les Seigneurs de Neſs, qui furent a cel roberie, ou autres, qui ſachaunz cele roberie, receterent les robbeours, & les biens de robez, touz ou partie, ent ſeient charge & puniz reddement, ſicomme affiert, par la lei, & ſolonc lacord avant dit.

Et eſt acorde qui les biens de ceux, qui ſerront atteinz de la dite roberie, ou del recet, ſicome eſt deſuſdit, ſoient livrez a ceux de Flandres, qui furent damagez au dit lieu devers Crauden, de la grace le dit Roi, a la mountance de lour biens, qui ſerront trove iſſint derobbez & menez en Engleterre, ſi avant comme ceux biens deveroient demorir au Roi.

Et

Digitized by Google

[illegible]
nos vrais & loiaus Procureours, & Meſſages eſpeciaus, pur comparoir pardevant treſhaut & tres Noble Prince, Monſieur Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, & ſon noble Conſeil.

Et donnons a nos ditz Procurours, & al un de eux, avoec no dit Chevalier, plein poair & eſpecial Mandement, de traiter, ordener, & compoſer auveqs le deſſus dit Prince, ou avoec ceus, qi de par lui a ceo ſont, ou ſerront depute, ſur tous les debas, deſcors, treſpas, & meſpreſurs fais, & avoms, duſqes au jour de hui, entre les Genz d'Engleterre d'un part, & nos Genz de Flaundres d'autre, par quoi pais acord & dilection ſoient, & demeurent entre les Gens d'Engleterre & les noſtres, de faire toutes Manieres de damages & de reſponſes, qi as choſes deſuſdites, & a caſcune d'yceles pueent, ou devient apertenir:

Et de acorder, pacifier, & confermer tout ce, qui, par noz ditz Procurours, ou par l'un de eus, avoec no dit Chevalier, avoec les deſus ditz Prince, ou ces deputes, ſerra Traitee, compoſe, & acorde, es choſes deſuſdites & caſcune d'y celles:

Et avons done, & donons Mandement eſpecial, a noz dits Procurours & Meſſages, de jurer, en l'ame de nous, & de faire toutes Manere de ſerementz, qui meſtiers ſerront a faire as choſes deſuſdites, & as appurtenances d'ycelles:

Et de faire tout ceo qui nous i feriemes, ou faire i porriemes, ſi preſent i eſtiemes:

Et promettoms a avoir, & tenir ferm & eſtable tout ce, qi par nos ditz Procureours, ou l'un de eux, avoec no dit Chevalier, ſerra fait, traitie, ordene, compoſet, accordet, pacifiet, & confermet es choſes deſſuſdites, & caſcune d'ycelles, par le teſmoing de ces Lettres, Sealle de no Seal, faites & donnees a Courtray, l'an de grace Mil, trois centz, & vint, le premier jour dou Mois de Octobre.

Ad Regem Franciæ, ſuper Tractatu cum Roberto de Brus.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 2. in Cedula. * III. 854.

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ & Navarræ illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ad vota ſucceſſus proſperos ac felices.

* Venientes ad nos nuper, diſcreti Viri, Magiſter Bertrandus Bonifacii, utriuſque Juris Profeſſor, Clericus, & Johannes Dominus de Varcins Miles, Nuncii veſtri, cum Litteris veſtris de Credentiâ, nobis, virtute hujuſmodi Credentiæ, exponere curaverunt qualiter eos, pro Negotio, nos & Robertum de Brus contingente, miſeratis:

Ut, videlicet, Tractatui ſuper Finali Pace & Concordiâ, inter nos & dictum Robertum & ſuos Complices reformando, modis, quibus cautius & utilius pro noſtro Honore & Commodo fieri poſſet, intereſſent;

Super quo veſtræ Serenitati Grates referimus quas valemus, cognoſcentes ex hoc evidenter quod Negotia noſtra inſident vobis cordi.

Verum, quia Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium, in inſtantibus Octabis Sancti Michaelis, jam ſummoneri fecimus (in quo convenire debent omnes Magnates de Regno noſtro) & expediens arbitramur quod aliqui ex eis, quorum præſentiâ in dicto Parliamento carere commodè non poſſemus, dicto Tractatui perſonaliter intereſſent:

Propter quod quoſdam alios, de Fidelibus noſtris, ad Marchiam Karliolæ, ad diem Sancti Michaelis jam præteritum, miſimus pro

---

Ad Papam, contra Uſurpationes Papales.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 3.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Ardentis deſiderii,

Quo ſuccendimur ut uſus Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, in liberâ Capellâ noſtrâ de Boſeham (qui, non abſque Honoris noſtri Regii diminutione, jam, per aliquod tempus, ſub incerto vacillavit regimine) ſecundum materiam Petitionis, intercluſæ præſentibus (quam veſtræ Sanctitati aliàs præſentari fecimus) amputatis Jurgiorum materiis, ſub certo reponatur tramite,

Ingruente fervore, nos non poſſumus cohibere, quin Apoſtolici culminis Magnificentiam repetitis precibus excitemus.

Quamobrem,

Confidentes quòd Apoſtolica Celſitudo patienter, & abſque moleſtiâ ſuſtinebit, ſi, donec aperiatur Hoſtium pulſanti in Licitis & Honeſtis, & receperit * quod affectat, ab inſtantia ſupplicandi noſtræ ſollicitudinis ſtudium non deſiſtat. * III. 855.

Ante conſpectum excelſæ Sanctitatis veſtræ has noſtras Preces, jam tertio, cordiales effundimus; ſuppliciter implorantes quatinus affectione, quam in hac parte gerimus, ponderata, pro lucro animarum & honoris noſtri cumulo, memoratæ noſtræ Petitioni annuere ſic dignetur veſtra Sanctitas veneranda, ut Oves Dominicæ, quæ, Regiminis deſtitutæ ſolatio, aliquamdiu dampnabiliter erraverunt per Devia, certo eis, ſecundum effectum Petitionis noſtræ hujuſmodi, aſſignato Paſtore, ad Caulam Domini ſalubriter reducantur, & Dignitas noſtra Regia in ſuis Honoribus reddatur, & de cætero conſervetur, illæſa.

Pro hujuſmodi verò negotio proſequendo, & Sanctitatis veſtræ ſuper hoc recipiendo reſponſo, Magiſtrum Johannem de Launceſton, Clericum noſtrum, Canonicum Sancti Karentoci, in hujuſmodi facto pleniùs informatum, ad Apoſtolicæ Sedis apicem ſpecialiter duximus deſtinandum.

Ad cautelam & Regimen univerſalis Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, Sanctitatem veſtram per tempora diuturna conſervet Omnipotentia Salvatoris.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Octobris.

Ad Cardinales ſuper dicto Negotio.

Ad Cardinalem de Monte Faventio.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Ibid.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino B. Dei gratiâ, de Monte Faventio Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Ut liberam Capellam noſtram de Boſeham, infra Ciceſtrenſem Dioceſim ſituatam, ab omni Poteſtate Epiſcopi & Archidiaconi Ciceſtrenſis, qui in diminutionem Honoris noſtri Regii, & contra antiquam Conſuetudinem, tàm ibi, quàm alibi, in Capellis noſtris Regiis hactenus uſitatam, ordinariam Juriſdictionem inibi excercere nituntur, eximere dignaretur, Sanctiſſimo in Chriſto Patri, Summo Pontifici, ſupplicationem quandam nuper tradi fecimus, in formâ præſentibus intercluſâ; cujus Supplicationis expeditionem

Digitized by Google

quem propter hoc ad Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deſtinamus, veſtram prudentiam novit plenius informare) favore proſequentes benivolo, pro ipſius expeditione, quam viſceraliter adoptamus, apud memoratum Sanctiſſimum Patrem apponere velitis opem & operam efficaces.

Dat. ut ſupra.

Ad Cardinalem Sanctorum Marcellini & Petri.

Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2. *Ibid.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Pro expeditione votivâ Petitionis noſtræ, quam ſuper uſu Juriſdictionis Eccleſiaſticæ in Capellâ noſtrâ de Boſeham, Sanctiſſimo in Chriſto Patri Summo Pontifici aliàs exhiberi fecimus, Paternitati veſtræ, tàm per Litteras, quàm vivæ vocis oraculo Preces multiplices meminimus effudiſſe.

Verùm, quia nondum recepimus, quod optamus, ut zelum, quo hujuſmodi Negotium proſequimur, quod noſtrum reputamus præcipuum, Preces totiens repetitæ teſtentur, Paternitatem veſtram reverendam corditer deprecamur, quatinus, ut noſtrum in hac parte deſiderium exauditionem valeat invenire, apud memoratum Sanctiſſimum Patrem Summum Pontificem velitis efficaciter interponere partes veſtras.

Dat. ut ſupra.

Ad Cardinalem Sanctæ Mariæ in Via lata.

Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2. *Ibid.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Expeditionem celerem & felicem Petitionis noſtræ, quam, ſuper uſu Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, in Capella noſtra de Boſeham, ſub certitudinis limite reponendo, Sanctiſſimo in Chriſto Patri Summo Pontifici nuper præſentari fecimus; &, pro quâ, tàm per Litteras, quàm vivæ vocis oraculo, pluries vos rogaſſe meminimus, totis deſideriis affectantes veſtram Paternitatem reverendam (de quâ, eò confidimus ſpecialius, quò nos attinentia parentelæ conjungit) adhuc, ut pluries, ex cordis intimis imploramus, quatinus apud memoratum Summum Pontificem intercedere, ſi libeat, ſic velitis, ut quod, in hac parte votis gerimus, efficaciter conſequamur.

Dat. ut ſupra.

Pro Subditis Ducis Britanniæ, de Treuga proclamanda.

Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2. *Clauſ.* 14. *E.* 2. *m.* 19. *d.*

REX, dilecto & fideli ſuo, Roberto de Kendale, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, ſalutem.

Cùm ſuper Diſſenſionibus & Diſcordiis (nuper inter Mercatores, Marinarios, & alios de Regno noſtro, & Mercatores, Marinarios, & alios de Dominio & Poteſtate, Nobilis Viri, Ducis Britanniæ, ſubortis) de noſtrâ & ipſius Ducis voluntate, Treuga inita ſit uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximò futurum, & ab eodem Feſto per unum annum proximò ſequenti completum duratura;

præſentium, noſtras Litteras de conductu.

Dat. apud Weſtmonaſterium, undecimo die Octobris.

Ad præfatum Regem, ſuper dicto Negotio.

Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2. *Ibid.*

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ & Navarræ illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ad vota ſucceſſus proſperos ac felices.

Intelleximus quòd Antonius Peſſaigne de Janua, ſuper ſolutione cujuſdam debiti (in quo Totto Guidi tenetur) faciendâ, ſe excuſat; aſſerens nos in diverſis pecuniarum ſummis ſibi teneri, quæ in noſtri ſcandalum cedere dinoſcuntur.

Et licet, ut creditur, quòd dictus Antonius in non modicâ pecuniâ nobis teneatur, de tempore quo fuit Seneſcallus noſter Vaſconiæ, & alia Officia ſub noſtro Dominio diverſis temporibus gerebat, diverſas pecuniarum ſummas ad opus noſtrum recipiendo, de quibus Compotum nondum reddidit ut deceret;

Placet tamen nobis quòd in Regnum noſtrum ſecurè accedat, ad Compotum, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Præmiſſa verò veſtræ Magnificentiæ duximus intimanda, ut hujuſmodi ſuggeſtionibus ſuis non veris non credatur, nec per fictas excuſationes contra prædictum Tottum valeat excuſari.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Octobris.

De Conductu pro Johanna, Uxore Alexandri de Comyn.

Ann. D. 1320. *An.* 14. *E.* 2. *Pat.* 14. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 13.

REX Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd, cùm, dilecta nobis Johanna, quæ fuit Uxor Alexandri Comyn, ſit ad partes Scotiæ, de licentiâ noſtrâ, cum uno Milite, ſex Armigeris, ſex Hominibus de Officio, & decem Garcionibus, profectura, ad tractandum cum Scotis ſuper reſtitutione Terræ ipſius Johannæ in Scotia ſibi faciendâ:

Ipſaque Johanna, de ſex Armigeris prædictis, præmittat ad dictos Scotos Gilbertum de Ros, Thomam Anaunt, & Robertum de Mountros, tractaturos ſuper hoc cum eiſdem Scotis, & ad ipſam in Angliam reverſuros;

Suſcepimus in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum præfatam Johannam, & Familiam ſuam prædictam.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Johannæ, vel Familiæ ſuæ prædictæ, aut præfatis, Gilberto, Thomæ, & Roberto, in eundo ad partes prædictas, vel exinde redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen; * ſet potius eis ſalvum & ſecurum conductum, ſuis ſumptibus, habere faciatis, quotiens ex parte præfatæ Johannæ, aut prædictorum, Gilberti, Thomæ, & Roberti, fueritis requiſiti. (* III. 858.)

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Petri ad vincula proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

mus faciendum;

Aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Ricardum de Bernyngham, Golfredum le Scrop, & Ricardum de Aldeburgh, & duos eorum, ad inquirendum, per Sacramentum proborum & legalium Hominum, de Comitatu tuo, per quos rei veritas melius ſciri poſſet, de veritate totius facti ſupradicti, & de dampnis quæ prædicti, Ricardus, Ricardus, & Nicholaus, incurrerunt de eorum detentione in Obſidio prædicto, contra promiſſionem ſupradictam:

Et qui & quot ſalvationem per eorum obſidium habuerint, & ad eorum deliberationem contribuere deberent, & auxiliari:

Ac jam, per inquiſitionem illam, ſic captam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam, *patet* quod prædicti, Ricardus Aldered, Ricardus, & Nicholaus, ſimul cum aliis tribus qui evaſerunt, poſiti fuerunt in Obſidium per Homines Villæ de Rypon, pro ſalvatione ejuſdem Villæ, pro ſeptingentis & ſexagintis Marcis de mille Marcis prædictis:

Et quod prædicti, Ricardus, Ricardus, & Nicholaus, morabantur ibidem Obſides pro defectu dictæ pecuniæ non ſolutæ, juxta promiſſionem factam per Homines Villæ prædictæ;

Per quod prædicti, Ricardus, Ricardus, & Nicholaus, finem fecerunt pro ſe cum Scotis prædictis pro deliberatione ſuâ habenda:

Tibi præcipimus quod de omnibus Hominibus, prædictam Villam de Rypon inhabitantibus, & Domos in eâdem Villâ habentibus, prædictas ſeptingentas & ſexaginta Marcas, reſiduas de mille
* III. Marcis prædictis, ſine dilatione * levari; & præfatis, Ricardo,
859. Ricardo, & Nicholao, pro deliberatione dictorum Obſidum, ut præmittitur, habendâ facias liberari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Novembris.

Super Diſpenſatione Matrimonii cum Filia Comitis Holandiæ, expedienda.

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.
1320. Intuentibus nobis nuper nota Diſpendia, Homicidia, Deprædationes, & Incendia, in partibus Holandiæ, Selandiæ, & Friſiæ, Regni noſtri indigenis, illuc pro communione neceſſariâ venientibus, per Incolas partium illarum, & ſæpius hinc indè contingentia;
An. 14.
E. 2.
Rom. &
Fr. 14.
E. 2.
m. 3.

Quantaque commoda, ſubditis noſtris & ipſius Comitis, ex pacifica eorum mutuâ communione, provenire poſſent, mente ſolicitâ cogitantibus;

Pro Pacis ſtabilimento futuris temporibus providendo Contractui matrimoniali,

Inter Edwardum Filium noſtrum Primogenitum, & Margaretam Filiam, Viri Magnifici, Domini W. Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ Comitis, ac Domini Friſiæ, ſæpius nobis oblato, tanquam amoris vinculo præcipuo, ad excluſionem prædictorum Malorum.

Noſtrum præbuimus aſſenſum.

Beatitudini veſtræ devotius ſupplicantes, quatinus, cum iidem, Filius & Filia, in gradu Conſanguinitatis prohibito, videlicet, hinc indè tertio, ſe adinvicem attinentes, abſque Diſpenſationis veſtræ gratia, conjungi matrimonialiter non valebant, hujuſmodi gratiam impendere in hac parte dignaremini intuitu præmiſſorum.

ablatis, laboravimus quantum nobis erat poſſibile; ita quod plures ex ipſis Malefactoribus dignam pro demeritis, ſecundum Legem Regni noſtri, perpeſſi ſunt ultionem: Et hoc idem * de cæteris * III.
hominibus libenti animo fieri feciſſemus, & adhuc faceremus, ſi 860.
eorum nomina nobis fuiſſent cognita, aut potuiſſent ſeu poſſent infra noſtrum Dominium comprehendi.

Verùm quia, ut aſſeritis, bona, a Vobis & veſtris tunc ablata, adhuc pro Majori parte in Regno noſtro remanere dicuntur; & nulla, vel modica dictorum bonorum reſtitutio vobis hucuſque facta fuerit, quamvis diverſæ Sententiæ contra Raptores, Fautores, & Adjutores eorumdem, fuerint promulgatæ, ſicuti in dictis Litteris veſtris plenius expreſſiſtis: ſuper quo poſtulâſtis ut veſtræ indempnitati providere taliter curaremus, quod rehabere poſſitis celeriter deperdita memorata;

Veſtræ ſignificamus dilectioni, quòd illud ardenti deſiderio fieri faceremus, ſi nobis conſtaret qui bona detineant ſupradicta, vel qui ea rapuerunt; de quibus, ſine proſecutione, nobis fieri non poteſt plena fides:

Si aliquos de veſtris mittere volueritis ad partes iſtas, qui nos de nominibus illorum, ad quos dicta bona veſtra perveniſſe dicuntur, ſcirent informare; nos ipſos, quos inde culpabiles contigerit inveniri, prompto juris Remedio compelli faciemus ad reſtitutionem debitam faciendam; & ulterius etiam contra illos tales proceſſus fieri faciemus, quod illorum punitio a cæteris auferret audaciam conſimilia perpetrandi.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 10. die Novembris.

Ad Papam, ſuper Tractatu Pacis, cum Roberto de Brus.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Quanta fuerit, & quàm ſolicita de ſalute Filiorum procurandâ pii Patris intentio, dùm pacem (quam pacis Auctor & Amator, velut Summum Bonum & Ultimum, ſuis reliquit Fidelibus ipſius in Terris vicem Gerens Nobis ſuadet, & prædicat, &, ut eam conſequamur, exquiſitè laborat, manifeſtis docemur indiciis, & evidentiſſimis probatur Argumentis.
1320.
An. 14.
E. 2.
Rom. &
Fr. 14.
E. 2.
m. 2.

Audito namque quòd certus Terminus præfixus erat ad habendum inter nos & Robertum de Brus, & Complices ſuos, de pace Tractatum, placuit veſtræ Clementiæ nos veſtris gratioſis Litteris movere, & rogare ut ad pacem noſtrum animum inclinemus.

Et, ut ex relatione, Venerabilis Patris, Rigaudi, Electi Wyntoniensis, confirmati, didicimus, affectatis ſcire ſi Nobis gratum foret quòd, ad dictam pacem efficacius procurandam, veſtros Nuncios mitteretis, & de Conditione mittendorum: ex quo nobis reſultat immenſa Conſolationis materia, quòd, in Oportunitatibus noſtris, adeſſe proſpicimus Conſilium & Auxilium tàm ſalubriter dirigentis; veſtræ Beatitudini, ex innumeris Gratiis & Honoribus, in perſonis Nunciorum noſtrorum, ad veſtræ benignitatis præſentiam miſſorum & aliàs multipliciter impenſis, vobis grates & gratias exſolvimus quas valemus:

Humiliter Supplicantes, quatinus tàm gratam Benivolentiam erga Nos, Regnum noſtrum, ac Terras noſtræ ditioni Subjectas, ſic gratioſe conceptam (de quâ, poſt Deum, ſupremum ſubſidium in futurum ſperamus) dignemini continuare.

Placeret etiam Nobis quòd præfatum Electum (de cujus maturitate Conſilii confidimus) aſſociato ſibi aliquo, quem ad hoc ve-

 ſtra

Dat. apud Weſtmonaſterium, 16. die Novembris.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti de ſummis ſubſcriptis; videlicet:

Arnaldus de Trian, Nepos Summi Pontificis, de Treſcentis Libris Turonenſibus;
Petrus de Viâ, Nepos ejuſdem, de Treſcentis Libris Turonenſibus.

De Aſſenſu Parliamenti non obtento, ad Perpetuitates, pro Annuitatibus, concedendas.

Ann. D. REX Nobilibus Viris, Dominis, Petro de Oſa, Domini Sum-
1320. mi Pontificis Fratri, Petro de Viâ, & Arnaldo de Tiran, Ne-
An. 14. potibus, amicis ſuis cariſſimis, ſalutem, & ſinceræ dilectionis af-
E. 2. fectum.
Rom. & Petitionem, ex parte veſtrâ nobis exhibitam, gratanter recepi-
Fr. 14. mus, ſequentia continentem; videlicet, cum dudùm conceſſiſſe-
E. 2. m. mus vobis, Petro de Oſa, ſexcentas Libras: & vobis, Petro de
3. d. Viâ, & Arnaldo, utrique veſtrûm, treſcentas Libras Turonenſes annuæ Penſionis, per manus Conſtabularii Burdegaliæ percipiendas, donec vobis, in certis Terris, eas aſſideri faceremus,

Vellemus prædictas Summas in perpetuis redditibus, juxta ſitum Patriæ, cum omnimodâ Juriſdictione, Altâ & Baſſâ, mero & mixto Imperio, in locis, vobis acomodis & vicinis, aſſignare:

Nos, ſuper Præmiſſis, in pleno Parliamento noſtro, in Octabis Sancti Michaelis proximò præteritis convocato, cum Proceribus & Magnatibus Regni noſtri, prout decuit & oportuit, habitâ deliberatione diligenti, aſſenſum ipſorum ſuper hujuſmodi Aſſignationibus perpetuis nondum ad præſens optinere poteramus:

De eo autem, quod vobis debetur de Penſionibus memoratis, de tempore jam tranſacto, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, & Conſtabulario Burdegalæ, Dedimus in Mandatis, quòd vobis plenariè ſatisfiat.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 16. die Novembris.

De Conductu, pro Scotis in Angliam.

Ann. D. REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates,
1320. quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.
An. 14. Sciatis quòd,
E. 2. Cùm inter, dilectos & fideles noſtros, Venerabilem Patrem, Jo-
Pat. 14. hannem Epiſcopum Carliolenſem, Rogerum de Northburgh Archi-
E. 2. p. diaconum Richemundiæ, & Galfredum le Scrop, pro nobis ex
1. m. 5. parte unâ,
Et quoſdam Homines de Scotiâ, pro Roberto de Brus ex alterâ,
Nuper, in partibus Marchiæ Karlioli, cum poteſtate ad Tractandum de finali pace & Concordia, inter nos, & prædictum Ro-
* III. bertum, & ſuos Complices, ſuper Guerris, quas contra nos * mo-
862. verunt, Reformandis exiſtentes,

Concordatum fuiſſet,

Quòd nos Nuncios noſtros mitteremus uſque ad Novum Caſtrum ſuper Tynam, cum plenâ poteſtate Tractandi, & firmandi finalem pacem ſuper Guerris prædictis; ita quòd dicti Nuncii noſtri ſint ibidem in Feſto Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futuro:

Et quòd ſimiliter mitteremus uſque Twedmouth Literas noſtras de Conductu, & Conductores ſufficientes; ita quod ſint ibidem die

tem noſtram venire deſiderant & pacem: E. 2 p. 1.
Nos, de Fidelitate probatâ, & Circumſpectione providâ, Dile- m. 5.
ctorum & Fidelium noſtrorum, Johannis de Penreth, & Rogeri de Horſle, plenariè confidentes, recipiendi ad pacem & voluntatem noſtram illos de Scotiâ, qui ſic venire voluerint, præfatis, Johanni, & Rogero, & eorum alteri, plenam, tenore præſentium, concedimus poteſtatem;

Ita tamen quod illi, qui ſic ad pacem & voluntatem noſtram venerint, per Obſides, vel alio modo ſufficienti, Securitatem faciant, quòd contra Treugas, inter nos, & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, initas, quicquam nullatenus attemptabunt.

In cujus, &c. ad voluntatem noſtram duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 17. die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti, videlicet,

Andreas de Hartcla, *David Comes Athol,* *Willielmus Rydell,*	} Quilibet pro ſe.

---

* *Ad L. de Fliſco Cardinalem, ſuper negotio Prebendæ.* * III. 863.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Ma- Ann. D.
riæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali, Conſanguineo ſuo cariſ- 1320.
ſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. An. 14.
Quaſdam Litteras, nobis ac Proceribus, & Magnatibus Regni E. 2.
noſtri, Parliamentum noſtrum tenentibus, directas, non facientes Rom. &
de mittentis nomine aliquam mentionem; nos recepiſſe noveritis; Fr. 14.
inter alia continentes, E. 2. m.
3. d.

Quamplures mirari & obloqui quòd Præbendam Sareſburienſem, Innocentii Nepotis veſtri, taliter, contra Deum & Juſtitiam permittitis occupari: videntes præterea quòd preces veſtræ, nobis ſuper hoc porrectæ ſingulariter, minime profecerunt: æſtimantes eas, plurium in conſpectu receptas, obtentu juſtitiæ liberaliter exaudiri; eas nobis & Magnatibus prædictis duxiſtis iterandas; ut iidem Magnates viderent, & manifeſte cognoſcerent ſi vobis, pro amore intrinſeco & fideli, quo nos, & Regnum, ac Regnicolas, in viſceribus amplectimini, congrue reſpondetur; qui, in tàm injuſtâ, tamque violenta ſubtractione Præbendæ Nepotis veſtri tàm nequiter prægravamini, promulgatis jam Sententiis vilipenſis:

Rogantes inſuper quatinus, pro juſtitiæ & honoris noſtri zelo, Præbendam ipſam non permitteremus tàm celeriter per Potentum violentiam occupari; quinimmo Occupatoribus ſilentium imponere dignaremur imperpetuum.

Super quibus cum dictis Proceribus & Magnatibus deliberationem habuimus pleniorem; &, licet, ex litterarum ipſarum tenore, informatio fieri non potuit de quâ Præbendâ ſenſiſtis, cum tantum de Saleſburienſi Præbendâ Nepotis veſtri mentionem faceretis; deſiderantes tamen in quantum, ſine juris Coronæ noſtræ Offenſâ, poterimus veſtris Deſideriis complacere,

Dilectioni veſtræ duximus intimandum, quòd nos, elapſis pluribus Annis, quandam Præbendam, tunc vacantem, & ad noſtram Donationem ſpectantem, contulimus cuidam Clerico noſtro in Eccleſiâ ſupradictâ, qui ad eam Canonicè admiſſus fuit, & jam per plu-

Digitized by Google

tant, & recipiant, & ea in alios uſus convertant illicitè & inhoneſtè.

Volentes hujuſmodi Malitiis, modis, quibus convenit, obviare, vobis Mandamus, firmiter Injungentes, quod, ubicumque Tales in Ballivis veſtris, Literas Teſtimoniales dicti Magiſtri Jacobi non habentes, inveneritis, ipſos areſtari, & detineri faciatis, donec de ſtatu & converſatione ipſorum vobis, per præfatum Magiſtrum Jacobum, conſtiterit:

Proviſo quòd hujuſmodi pecunia, animalia, & alia bona, apud eos inventa, vel penes alios nomine ſuo depoſita, prædicto Magiſtro Jacobo, vel ejus certo Nuncio, Literas ſuas ſuper hoc exhibenti, totaliter aſſignentur.

In cujus, &c. per Quadriennium duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 20. die Novembris.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Litteras habent ſinguli ſubſcripti per ſe, Procuratores & Nuncii ſpeciales, per præfatum Epiſcopum deputati, ſuper Negotio ſubſidii prædicti, &c. videlicet,

Magiſter Johannes de la Felde, Canonicus Eccleſiæ Herefordenſis.
Magiſter Robertus de Shelesham, Canonicus Eccleſiæ prædictæ,
Magiſter Ricardus de Duure, Canonicus Eccleſiæ prædictæ,
Magiſter Thomas de Boulee,
Magiſter Walterus de Birmyngeham,
Magiſter Thomas de Gynes.

Ad Ducem Britanniæ, ſuper Concordia Reformata.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 13. d.

REX, Nobili Viro, Domino J. Duci Britanniæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Veſtra benè novit Circumſpectio qualiter,

Interventu Nunciorum veſtrorum, ſuper Reformatione Concordiæ, inter Mercatores, Marinarios, & Subditos noſtros, ac Mercatores, Marinarios, & Subditos veſtros, ſuper diverſis Dampnis & Tranſgreſſionibus, hinc inde illatis, faciendæ, aliàs Tractatum extitit & Conceſſum.

Et, quia quæ per nos taliter conceſſa fuerant, quantum ad nos attinet, volumus effectui mancipari, partem cujuſdam Indenturæ, de aviſamento Concilii noſtri concordatæ, ſub formâ dictæ Concordiæ reformandæ, Sigillo noſtro Signatam: & aliam partem ejuſdem Indenturæ, Sigillo veſtro Conſignandam, vobis mittimus per, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Johannem de Hildeſle, præſentium Exhibitorem, quam, ſi placet, Sigillo veſtro Conſignatam Nobis remittere velitis per eundem.

Cui etiam, per noſtras Patentes Litteras, poteſtatem dedimus eligendi, pro Nobis, & Mercatoribus, Marinariis, & Subditis noſtris prædictis, Duos probos Homines; & Nominationi aliorum Duorum Hominum, pro vobis, & Mercatoribus, Marinariis, & Subditis veſtris, per vos faciendæ, Conſentiendi, pro dicto Negotio in partibus Britanniæ inchoando, & juſtitiâ dictis partibus, certis Diebus & Locis, ſuper præmiſſis, ſimiliter Concordandâ, exhibendâ, ſecundum formam & effectum Indenturæ prædictæ.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 24. die Novembris.

Pro Societate Bardorum, contra Hoſpitalarios.

Ann. D. 1320. An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 2.

PAPÆ Rex, &c.

Efficit dilectio ſpecialis, quam ad dilectos Mercatores noſtros, de Societate Bardorum, de Florencia, gerimus, & geſſimus à jam diu, ut ipſis, in eorum Neceſſitatibus, congruis favoribus aſſiſtamus, veſtræque Clementiæ, ſingulorum Neceſſitatibus ſemper intentæ, preces noſtras pro eiſdem ſpecialiter dirigamus.

Cùm itaque Magiſter Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, ac quidam alii Confratres ſui, dictis Mercatoribus, in quibuſdam magnis pecuniæ ſummis (ab eiſdem, pro magnis & arduis Ordinis eorum Negotiis mutuatis) teneantur; prout per quædam Inſtrumenta publica, indè confecta, & proprio Juramento ipſorum Fratrum vallata, ut aſſerunt iidem Mercatores, liquet manifeſtè; &, terminis Solutionis Summarum prædictarum jam tranſactis, dictis Mercatoribus in nullo ſit ſatisfactum:

Sanctitati veſtræ duximus ſupplicandum, quatinus, dictis Mercatoribus piè compatientes, præfatos, Magiſtrum & Fratres, ad obſervationem promiſſi, debitique ſolutionem, Paternis Monitionibus, juſtiſque Increpationibus meritò præcedentibus, compellere dignemini, ſi placet, Juſtitiæ intuitu, noſtrique rogaminis interventu.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wyndeſoram, 12 die Decembris.

Pro Monacho de Cypre, ex parte Roberti de Brus, in Angliam miſſo.

Ann. D. 1321. An. 14. E. 2. Pat. 14. E. 2. p. 1. m. 26.

LE Roi a, ſes Feals & Leals, William Rydell, Gilbert de Bourghdon, Johan de Penreth, & Rogier de Horſle, ſalutz.

Sachez qui, come n'adgers, ſur les guerres, mues entre nous d'une part, & Sire Robert de Bruys, & ſes aerdauntz, d'autre part, Sufferaunce de Guerre & Triwe fuiſſent acordez, a durir tanque Noil a ore prochein avenir;

Et le dit Sire Robert ſuire, & ſur ceo euſoms adonq faites noz Lettres overtes, a durer durant les dites triwes, pur dozze parſones, adonq nomez, & es noz dites Lettres contenuz:

Et eaoms entendu, qui le dit Sire Robert deſire de envoir a nous, en Engleterre, Dan Johan de Pilmor, Moigne de Coupre (lequel fuſt nul de ditz doze) pur parler as noz fealx & lealx, Monſieur Hugh le Deſpenſer le fuz, & Monſieur Bartholomeu de Badeleſmere, pur boſoignes tochantes le dit Sire Robert:

Nous, fiantz del aviſement de vous, donoms a vous toutz, trois, & deux de vous, plenier poer, per ceſtes noz preſentes Lettres, de granter & doner, en noun de nous, par voz Lettres Patentes, a durer tanque a Quareſme parnant prochein avenir, au dit Dan Johan, pur Lui, & pur un homme a chival, & quatre Garçons, de venir a nous, queu part qui nous ſeoms en Engleterre, de parler, oue les ditz Monſieur Hugh, & Monſieur Bartholmeu, ſur les boſoignes tochantes le dit Sire Robert, en venant, demurant & returnant;

Iſſint qui vous aſſignez aſcuns un, ou deux de vous, des queux vous fiez, pur eux cunduir ſauement & ſurement a nous, & reconduir en manere qui vous ſemblera ſeur e covenable.

En teſmoignance, &c. a durer tanq a Quareſme parnant prochein avenir.

Don. a Yeſhampſted, le 12. jour de Jan.

Per Bref de Prive Seal.

Super

Digitized by Google

decet;

Vobis mandamus, firmiter Injungentes, quòd de hujuſmodi Colligationibus & Confœderationibus, ante omnia, per Sacramentum proborum & legalium Hominum, non ſuſpectorum, inquiratis plenius veritatem:

Et omnes & ſingulos, quos de hujuſmodi Colligationibus & Confœderationibus culpabiles inveneritis, cujuſcumque Statûs ſeu Conditionis exiſtant, taliter puniatis, quod punitio illa timorem præbeat aliis in Civitate prædictâ, ſeu alibi in Regno noſtro, mala hujuſmodi perpetrandi.

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, modis omnibus faciatis.

Teſte Rege apud Wyndeſoram, 14. die Januarii.

Per Breve de privato Sigillo.

Commiſſio ad tractandum de Pace, cum Roberto de Brus.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Ex Orig. in Turri.*

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſalutem.

De Fidelitate probatâ, & Circumſpectione * providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum,

* III. 867.

Venerabilium Patrum, W. Archiepiſcopi Eborum Angliæ Primatis;
J. Karliolenſis,
Thomæ Wygornienſis, &
R. Wyntonienſis, Epiſcoporum;
Adomari de Valencia, Comitis Pembrochiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi;
Humfridi de Bohoun, Comitis Herefordiæ & Eſſexiæ;
Bartholomei de Badeleſmere, Seneſcalli Hoſpitii noſtri;
Johannis de Claveryng,
Nicholai de Segrave,
Fulconis le Straunge,
Stephani de Segrave,
Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ, &
Willielmi Aremynne, Canonici Eborum,

Plenam fiduciam reportantes,

Ad tractandum ſuper Finali Pace & Concordiâ inter Nos, & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & fautores, contra Nos de Guerrâ exiſtentes, ineundâ:

Et ad eandem Pacem & Concordiam modis & viis, quibus expedire videbitur, vallandam & firmandam;

Præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopis, Comitibus, Bartholomæo, Johanni, Nicholao, Fulconi, Stephano, Roberto, & Willielmo, omnibus, duodecim, undecim, decem, novem, octo, ſeptem, ſex, quinque, & quatuor eorum, plenam, tenore præſentium, committimus poteſtatem:

Ratum habituri & firmum quicquid per prædictos, Archiepiſcopum, Epiſcopos, Comites, Bartholomæum, Johannem, Nicholaum, Fulconem, Stephanum, Robertum, & Willielmum, omnes, duodecim, undecim, decem, novem, octo, ſeptem, ſex, quinque, aut quatuor eorum, Tractatum, Vallatum, & Firmatum fuerit, noſtro nomine, in præmiſſis.

In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Congregationes, ſeu Conventicula aliqua facere præſumerent, ſine Mandato noſtro Speciali: 10. *d.*

Ac jam, ex relatu plurium, acceperimus quod vos, unà cum quibuſdam aliis, dictâ inhibitione noſtrâ non obſtante, Congregationem facere proponitis; cauſam aſſignantes Congregationis * hujuſmodi, videlicet, ad tractandum ſuper diverſis, ſtatum Coronæ noſtræ tangentibus: * III. 868.

Et ſuper tractatu illo, in proximo habendo, in ordinando exiſtitis, a nobis ſuper hoc licentiâ non optentâ; de quo miramur plurimùm, & meritò commovemur: præſertim cum hujuſmodi Congregationes, ſine auctoritate noſtrâ, nec tractatus hujuſmodi, ſine noſtrâ præſentiâ, vel eorum de Concilio noſtro quos ad hoc duxerimus aſſignandos, fieri non debeant, ſeu teneri:

Vos advertentes Congregationes hujuſmodi & tractatus, ſi procedant, in noſtri & Juris noſtri Regii præjudicium, ac Paci noſtræ perturbationem, terroremque Populi noſtri manifeſtiùs redundare:

Vobis mandamus, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, & ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungentes, ne hujuſmodi Congregationibus, ſeu Tractatibus faciendis conſenſum, clam vel palam, præbeatis, nec eis, per vos vel per alios, interſitis quoquomodo:

Et, ſi fortè penes aliquos, de aliquibus, nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, colloquium habere noveritis ſeu tractatum, tunc nos indè, ſicut ex debito fidelitatis & ligeantiæ veſtræ tenemini, curetis reddere certiores; ut, de veſtro, aliorumque Procerum Regni noſtri communi Conſilio, ſuper hiis remedium aponere valeamus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 30 die Januarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Edmundo Comiti Arundel,
Johanni de Warenna Comiti Surriæ,
Johanni de Segrave,
Johanni de Mowbray,
Willielmo de Ros,
Edmundo de Deyncurt,
Johanni de Gray,
Rogero de Clifford,
Petro de Mauley,
Henrico de Fiz Hugh,
Thomæ de Furnival,
Richardo Grey,
Roberto de Mohaut,
Johanni de Claveryng,
Henrico de Bello Monte,
Radulpho de Craſtok,
Radulpho Baſſet,
Willielmo le Botyller de Wemme;
Willielmo la Zouſche de Harynworth,
Willielmo Filio Willielmi,
Radulpho de Nevill,
Philippo de Kyme,
Johanni de Mohun,
Radulpho de Gorges,
Gilberto Lovell,
Olivero Deycourt,
Thomæ Bardolf,
Johanni de Somery.

Pro Nunciis Regis Franciæ, ad partes Boreales, de conductu.

REX Vicecomitibus, & omnibus Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tam infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Pat.* 14. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 22.

Cùm, venerabilis Pater, —— Epiſcopus Munatenſis, & Collegæ ſui, Nuncii Excellentiſſimi Principis Domini Philippi, Regis Franciæ & Navarræ illuſtris, Fratris noſtri cariſſimi, infra Regnum no-

Digitized by Google

partes profecturæ, cum ipſos per vos tranſitum facere contigerit verſus partes prædictas, ibidem morando, ac exinde redeundo, *&c.*

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Super Diſcordiis, inter Subditos Regis, & Subditos Ducis Britanniæ, reformandis.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Clauſ.* 14. *E.* 2 *m.* 10. *d.*

REX Vicecomiti Kantii, ſalutem.

Quia inter nos, & Nobilem Virum, Johannem Ducem Britanniæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum,

Super quibuſdam Diſcordiis, occaſione diverſorum dampnorum, Mercatoribus, Marinariis, & Subditis noſtris, per Mercatores, Marinarios, & Subditos dicti Ducis: ac Mercatoribus, Marinariis, & Subditis ipſius Ducis, per Mercatores, Marinarios, & Subditos noſtros, a principio anni Regni noſtri ſexti, & citra, datis & illatis,

Treugæ initæ ſunt, uſque ad certum tempus duraturæ:

Et certa forma Tractatus Pacis, ſuper omnibus diſcordiarum hujuſmodi materiis, & dampnis prædictis, prælocuta exiſtit:

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, in pleno Comitatu tuo, & in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, Portubus Maris, & Locis aliis in Ballivâ tuâ, tàm infra libertates, quàm extra, ubi videris expedire, publicè proclamari facias,

Quod omnes & ſinguli Mercatores, Marinarii, & Subditi noſtri,

Qui a principio dicti anni ſexti, & citra, per dictum Ducem, Mercatores, Marinarios, & Subditos ſuos, in Terrâ, vel in Mari, dampna aliqua paſſi ſunt, & pro emendis inde habendis proſequi voluerint,

Necnon & illi, quibus imponitur dampna aliqua Mercatoribus, Marinariis, & Subditis dicti Ducis, infra tempus prædictum, intuliſſe,

Sint apud Weſtmonaſterium per ſe, vel per alios, ſuper dampnis, hinc inde datis, ſufficienter informatos, coram Cancellario & Theſaurario noſtris, vel aliis de Concilio noſtro, quos ad hoc duxerimus aſſignandos, in Quindenâ Paſchæ proximò futurâ, ſuper Reformatione Pacis in hac parte faciendâ, tractaturos, facturos, & recepturos quod tunc ibidem, de Concilio noſtro, contigerit ordinari.

Et de eo, quod indè feceris, ſub ſigillo tuo, in Concilium noſtrum, dictis die & loco, certifices diſtinctè & apertè; & habeas ibi hoc breve.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Item Rogero de Mortuo Mari, Juſticiario Walliæ, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

quod Apoſtolico culmini, pro ſuorum commodo & honore, cum certa ſpe expeditionis, Preces porrigat aſſiduas, per quas, & id, quod petitur, Eccleſiæ, nobis, & Regni noſtri credimus utilitatibus providendum.

An. 14. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2.

Attendentes igitur, quantæ prudentiæ ſtudio, noſtra Negotia, in diverſis Mundi partibus emergentia, Juris Civilis dirigunt Profeſſores: Ac propter hoc ipſorum numerum cupientes augeri; confiſi de veſtræ ſolitæ Benignitatis affluentiâ, quæ noſtris, & noſtrorum Petitionibus conſuevit adquieſcere gratioſè,

Veſtram Sanctitatem ex noſtri cordis intimis imploramus, quatinus cum, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto Hareward, Archidiacono Tanton, in Eccleſiâ Wellenſi, & Eccleſiâ Exonienſi Canonico, Magiſtro Artium, in Diaconatûs Ordine conſtituto (qui Legalis ſcientiæ ſtudium excercere deſiderat, &, pro ſui ingenii, quo viget, acumine, ipſius,* ut ſperatur, ineſtimabilem Margaritam inveniet) ut, non obſtante conſtitutione, quæ ſibi, & omnibus Archidiaconis audire Leges Civiles, ut dicitur, interdicit, Leges hujuſmodi per Septennium audire licenter, & interim legere valeat, miſericorditer diſpenſare dignetur Sacroſanctæ Poteſtatis Apoſtolicæ plenitudo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Martii.

Ad Papam, ſuper Exceſſibus Roberti de Brus, & de cenſuris aggravandis.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1321.

Dùm, inter noſtræ mentis excubias, jugi meditatione revolvimus, quantæ ſollicitudinis vigilantiâ circa noſtros, & Regiæ noſtræ Dignitatis commodum * & honorem, veſtra Sanctitas elaborat, hoc unum, de multis, quin etiam infinitis, occurrit præcipuè laude dignum; quòd, videlicet, Paternæ Pietatis affectu, Sacroſancta veſtra Paternitas,

An. 14. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2. * III. 871.

Filiorum compatiens miſeriis & ærumpnis, ac volens illos Pacis & Tranquilitatis ſolatio focillare, quos dira Guerrarum aſperitas diu terruit & afflixit,

Robertum de Brus (variæ Tribulationis & Diſſenſionis, quas per multa tempora, jam tranſacta, cum Scotis habuimus & habemus, Auctorem) a ſuæ pertinacitatis infamiâ, quâ, præſumptione dampnabili, & contra fidelitatis & homagii a ſe præſtitum Juramentum, Terram noſtram Scotiæ per violentiam non ſolum detinet occupatam, ſet in partibus Angliæ mala ſperſit innumera, & Bona conſumpſit, nunc Precum lenitate, nunc Judiciorum & Proceſſuum vigore, mero motu compeſcere nititur, & a ſuis temerariis auſibus refrænare:

Propter quod Apoſtolicæ Celſitudini reverenter aſſurgimus, ſibique gratias, quas valemus, incurvati referimus, ſet Beneficiis impares, & meritis inæquales.

Et cùm ſuper aggravatione vel relaxatione cenſurarum (quas, pro ſuis Contumaciis notoriis, & offenſis, in eundem Robertum, Compliceſque ſuos, ac Terram, quam, ut præmittitur, detinet, Apoſtolica canonicè fulminavit Auctoritas) ad comparendum, &, quod Canonicum fuerit, faciendum coram veſtræ Sanctitatis Excellentiâ, eidem Roberto, ſuiſque Complicibus, Kalend. jam inſtantis Aprilis, terminus ſit ſtatutus;

Nos

De Negotiis antedictis, & de Tractatu Pacis.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2. *in Cedula.* * III. 872.

REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Andreæ Sapiti, ſalutem.

Ex decreto, Sanctiſſimi Patris noſtri, Domini Johannis, Diviná Providentiâ, Papæ viceſimi ſecundi, dies ſtatuitur Roberto de Brus, & ſuis Complicibus, in Sacroſanctâ Romanâ Curiâ (videlicet, Kalendis Aprilis proximò futuris) legitimè comparendi, prout nôſtis, ad audiendum, & recipiendum, pro ſuis Contumaciis pariter & offenſis, multipliciter contractis, juxta tenorem proceſſuum, ſuper hiis habitorum, quod conſonum fuerit rationi.

Cujus Decreti prætextu, ſpeciales Ambaſſatores & Nuncios noſtros ad præſentiam * --- Sanctiſſimi Patris noſtri prælibati, in termino infraſcripto, miſiſſe diſpoſuimus iſtâ vice.

Verùm quia, ad rogatum, & inſtantiam etiam importunam præfati Roberti, certos diem & locum conceſſimus ad ſecum tractandum, mediante Concilio noſtro, de Pace, ſi Altiſſimus eam cordibus Malignantium infundere voluerit, gratioſè; cui quidem Tractatui intererunt Nuncii ſolempnes ex parte Sanctiſſimi Patris noſtri ſupradicti, hac occaſione ad partes noſtras miſſi hiis diebus; ac, ex eventu Tractatûs hujuſmodi, pendet Sors Deciſionis noſtri hujus Negotii, finaliter terminandi;

Vobis mandamus quatinus, ſi Sanctiſſimus Pater antedictus, ſuper hujuſmodi Proceſſibus, & Proceſſu reverendi Patris Domini Johannis Gaucelini, Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbiteri Cardinalis, Apoſtolicâ ſibi auctoritate commiſſâ, contra dictum Robertum, ſuoſque Complices & Fautores, in partibus tranſmarinis dudum habito (quem vobis per, dilectum noſtrum, Fratrem Johannem de Wrotham, Domini Papæ Pœnitentiarium, unà cum aliis Litteris noſtris, præfato Sanctiſſimo Patri, ex hiis, & aliis cauſis, directis, tranſmittimus) vel ſuper aliis Articulis, Negotium Scotiæ contingentibus, interim aliquotiens certiorari voluerit;

Ipſum, unà cum aliis Inſtrumentis, hujuſmodi Negotium contingentibus, penes vos exiſtentibus, ſi expediat, juxta peritorum, de noſtro Concilio in dictâ Curiâ exiſtentium, arbitrium, eidem Patri noſtro exhibere, vel aliàs, juxta tenorem eorumdem Proceſſuum, verbo tenus informare curetis:

Proviſo tamen quòd Proceſſum dicti Domini Cardinalis, expeditis expediendis, nobis, abſque dilatione qualicunque, per certum Nuncium, ſub fidâ cuſtodia, remittere non tardetis; Procurantes, ſi placet, quod præfato Fratri Johanni, ipſo Curiam ingreſſo, liber Aditus tribuatur ſe Sanctiſſimo Patri noſtro præſentandi.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Martii.

De orando pro Rege.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Clauſ.* 14. *E.* 2. *m.* 8. *d.*

REX, Religioſis Viris, & in Chriſto ſibi dilectis, Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, ac Diffinitoribus, & Fratribus univerſis, in Generali Capitulo ſuo, apud Florentiam proximò congregandis, ſalutem, & Spiritu Sancto dirigi in agendis.

Dùm conditionem humanæ fragilitatis attendimus, qualiter omni creaturæ, tàm ſublimi, quàm humili, prætereuntibus ſuo curſu diebus, præſentis vitæ finis appropiat, *&c. prout de dat. 4. Apr. An.* 10.

Dat. apud Fulmere, ſeptimo die Martii,

Per Breve de privato Sigillo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wyndeſoram, decimo die Martii.

Ad L. de Fliſco Cardinalem, ſuper dicta exoneratione.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2.

VEnerabili in Chriſto Patri, L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quanto de veſtræ dilectionis ſinceritate pleniorem fiduciam reportamus, tanto libentiùs, quæ nobis inſident cordi, Negotia Benivolentiæ veſtræ committimus exequenda.

Cùm itaque, Venerabilis Pater, Lodowycus Dunolmenſis Epiſcopus, Conſanguineus noſter cariſſimus, quædam habeat Negotia, ſtatum ſuum ſpecialiter tangentia, penes Dominum Summum Pontificem proſequenda; pro quibus, dilectum nobis, Almaricum de Trew ſpecialiter ad vos mittit:

Nos, deſiderantes Negotia illa, pro relevatione Statûs ejuſdem Epiſcopi, qui ex Guerrarum turbinibus (quod dolenter referimus) depreſſus eſt plurimùm, ſicut nôſtis, favorabiliter expediri; Paternitatem veſtram affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus dicta negotia, vobis per præfatum Almaricum, ſi placet, exponenda, benignè audire: &, pro ipſorum expeditione celeri & votivâ, penes dictum Dominum Summum Pontificem (cui etiam ſcribimus pro eiſdem) omnibus modis & viis, quibus expedire videritis, efficaciter velitis inſiſtere, noſtris Precibus & Amore; ita, ſi placet, quòd, veſtro mediante præſidio, dictus Epiſcopus intentionis ſuæ efficaciam, ut deſideranter appetimus, aſſequi valeat ſuper Negotiis antedictis.

Dat. apud Henle, duodecimo die Martii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Tituli Sancti Ciriaci in Termis,	Presbiteris Cardinalibus.
Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri,	

Ad Regem Siciliæ, ſuper Debitis prædictis.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. & Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2.

MAgnifico Principi, Domino R. Dei gratiâ, Jeruſalem & Ciciliæ Regi illuſtri, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & felices.

Quæ in votis gerimus & magis inſident nobis cordi, eo Serenitati Regiæ confidentiùs aperimus, quo ſperamus firmiùs vos velle noſtra deſideria in oportunitatibus, gratioſiùs adimplere.

Quamobrem, deſiderantes Negotia, quæ, Venerabilis Pater, Lodowycus de Bello Monte, Epiſcopus Dunelmenſis, Conſanguineus noſter cariſſimus, penes Dominum Summum Pontificem habet proſequenda, favorabiliter exaudiri;

Magnificentiam veſtram affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus dicta Negotia, vobis, ſi placet, per, dilectum nobis, Almaricum de Trew (quem idem Epiſcopus ad vos mittit pro Negotiis illisirioſiùs exponendis) dicto Domino Pontifici, noſtri conſideratione, ſpecialiter recommendare velitis, & pro ipſorum expeditione gratioſa inſiſtere cum effectu, ita quod veſtris exindè beneplacitis in hiis, quæ penes nos vobis placitura fuerint, inveniamur, non immeritò, promtiores.

Dat. apud Henle, duodecimo die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

* *Ad*

Digitized by Google

Filiam Comitiſſæ de Sancto Paulo (qui ſe invicem quarto Conſanguinitatis gradu attingere noſcuntur) poſſet licitè Matrimoniale Conſortium celebrari, Conſtitutione contrariâ non obſtante:

Super quo etiam præfatus Rex Franciæ (cujus interventu Tractatus erat præhabitus ſuper hujuſmodi Matrimonio conjungendo) eo quod ipſorum ambo, tàm de ipſius Regis, quàm noſtrâ etiam proſapiâ traxerunt Originem, veſtram Beatitudinem, ut audivimus, cum inſtantiâ ſimiliter requiſivit.

Verùm, quia, ſub ſpe Diſpenſationis hujuſmodi optinendæ, dictum Negotium adhuc remanet in ſuſpenſo, nos,

Deſiderantes pro Tranquilitate & Quiete Regnorum prædictorum, quæ Prælocuta ſunt & Concordata in tanti Regis præſentiâ, celeri & optato effectui mancipari, ne, quod abſit, ex dilatione nimiâ, vota mutari contingat, vel aliud inſperatum Impedimentum interponi,

Ut noſtri Cordis deſiderium in hac parte iterata interceſſio pleniùs atteſtetur;

Paternitatem veſtram obnixè requirimus & rogamus, quatinus, præfati Regis, & noſtris deſideriis, in præmiſſis, ſolitâ Benignitate annuere, & dictam diſpenſationis gratiam concedere dignemini, ipſorum Regnorum utilitate penſatâ, ut, videlicet, inter eorumdem Incolas cujuſlibet diſſidii tollatur occaſio, & Amoris integritas ſolidetur, perpetuis temporibus, Deo propitio, exinde uberiùs duratura.

Conſervet, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, 29. die Martii.

---

* III. 875.

* *Super dicta Diſpenſatione.*

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom.* & *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino S. Dei gratiâ, tituli Sanctæ Priſcæ Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Veſtra Circumſpectio, ut credimus, benè novit qualiter, interventu Sereniſſimi Principis, Francorum Regis illuſtris, ſuper Matrimonio,

Contrahendo inter, Nobilem Virum Adomarum de Valentia Comitem Pembrochiæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, &, dilectam Conſanguineam noſtram, Mariam Filiam Comitiſſæ de Sancto Paulo,

Tractatum extitit, & etiam Concordatum:

Ac, pro eo quod iidem Contrahentes quarto Conſanguinitatis gradu ſe mutuò attingebant, tàm per præfatum Regem, quàm per Nos, Domino Summo Pontifici litteratorie extitit ſupplicatum pro Diſpenſationis gratiâ, ſuper præmiſſo Articulo optinendâ.

Verùm, quia dictum Negotium, prætextu Diſpenſationis hujuſmodi, non optentæ, adhuc remanet in ſuſpenſo,

Nos, illud deſiderantes optato effectui celeriter mancipari, ne ex dilatione nimiâ vota mutari contingat, aut aliud inſperatum impedimentum interponi; præsertim cùm, ex hujuſmodi Matrimoniali Fœdere, inter noſtros & præfati Regis ſubditos firmæ pacis ſtabilitas, & Concordiæ unitas ſolidari credantur impoſterùm, Deo propitio, & augeri;

Paternitatem veſtram iteratis precibus requirimus & rogamus, quatinus circa impetrandam gratiam Diſpenſationis prætactæ a dicto Domino Summo Pontifice (cui ſuper hoc etiam ſcribimus ite-

certificare curetis, tàm de impetratione * diſpenſationis prætactæ, quàm de veſtrâ intentione in præmiſſis. * III. 876.

Nos enim, ultra quindenam prædictam, expectare, ſeu differre non intendimus, quin de ipſius Maritagio, prout decere & expedire videbimus, diſponamus.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, 30. die Martii.

Ad Reginam Franciæ, ſuper Principiſſa Achaie Rapta.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom.* & *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2. *in Cedula.*

SEreniſſimæ Dominæ Clementiæ, Dominæ, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Reginæ, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Vobis, ut credimus, incognitum non exiſtit, qualiter, dilecta nobis Matillis, Acayæ Principiſſa,

Cum nuper, pro complendo Contractu Matrimonii, inito in facie Eccleſiæ, per verba de præſenti, inter ipſam Principiſſam, &, dilectum nobis, Hugonem de Palicia Militem, verſus Bellicardum dirigeret iter ſuum, & tranſitum faceret per terram Provinciæ,

Per, Nobilem Virum, Johannem, Germanum Magnifici Principis, Domini R. Jeruſalem & Ciciliæ Regis illuſtris, violenter capta fuit, & adhuc per eundem detenta, ut refertur.

Et, quia præmiſſa, ſi ita ſe habeant, non ſolùm indecentia, ſet contraria Eccleſiaſticæ Libertati fore noſcuntur,

Dilectionem veſtram requirimus & rogamus, quatinus præfatum Johannem, ab hujuſmodi injurioſa detentione præfatæ Principiſſæ, quæ honori ſuo detrahere videtur, prorſus deſiſtat, & ipſam priſtinæ reſtituat Libertati, ut Matrimonium complere valeat quod contraxit, inducere velitis modis & viis quibus decet.

Dat. apud Glouceſtriam, 30. die Martii.

Ad Regem Siciliæ, ſuper Raptu prælibato.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Clauſ.* 14. *E.* 2 *m.* 7. *d.*

MAgnifico Principi, Domino R. Dei gratiâ, Jeruſalem & Ciciliæ Regi illuſtri, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & felices.

Veſtræ Serenitati, ut credimus, incognitum non exiſtit qualiter dilecta nobis Matillis, Acayæ Principiſſa, cum nuper pro complendo Contractu Matrimonii, *&c. prout ſupra mutatis competenter mutandis.*

Ad Papam, ſuper Raptu memorato.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom.* & *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 2.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Relatum eſt nobis a quibuſdam, quòd,

Cùm nuper, dilecta nobis Matillis, Principiſſa Acayæ,

Pro complendo Contractu Matrimonii, inito in facie Eccleſiæ, per verba de præſenti, inter ipſam, &, dilectum nobis, Hugonem de Palicia Militem, verſus Bellicardum dirigeret iter ſuum,

Nobilis Vir, Johannes, Germanus Magnifici Principis, Jeruſalem & Ciciliæ Regis illuſtris, Aſſociatis ſibi pluribus Armatis, præfatam Principiſſam, dùm tranſitum faceret per Terram Provinciæ, quæ eſt de Dominio ipſius Regis Ciciliæ, cepit violenter, & adhuc detineri facit invitam:

C Et,

Digitized by Google

favorabiliter aperire ſe dignetur; etiam, in hoc caſu, petitionem noſtram hujuſmodi ei, quem optamus, effectui committendo, de ſpeciali gratiâ & plenitudine poteſtatis.

Et, ne vanis laboribus fatigemur, ulterius preces circa idem fruſtratorias totiens repetendo, placeat, quæſumus, Apoſtolicæ manſuetudini, alicui Dominorum Cardinalium, veſtræ, quantum ad hoc, voluntatis beneplacitum intimari, qui nos de eâ velit, & valeat efficere certiores.

Conſervet, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, 30. die Martii.

De Exceſſibus Epiſcopi Condomii.

Ann. D. 1321. *An. 14. E. 2. Rom. & Fr. 14. E. 2. m. 1.*

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

De variis & nephandis exceſſibus, per Reimundum, Epiſcopum Condonii, & Gentes ſuas, in Officiales, Miniſtros, ac Subditos noſtros multipliciter Commiſſis,

Et quæ, & quanta Contentiones, & Scandala inter ipſum Epiſcopum, ac Conſules, & Univerſitatem Civitatis Condonii, propter ipſius demerita, ſunt exorta,

De quibus non ſolùm Corporum, ſet pericula etiam imminent Animarum;

Et, quod leniter ferre non poſſumus, quomodo ipſe & ſui ad ſuſcitandam gravem diſcordiam inter, Magnificum Principem, Regem Franciæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, & nos, totis Conatibus elaborant,

Plurium Fidedignorum, & Fidelium noſtrorum, noſtris ſæpius eſt auribus intimatum.

Ut igitur ipſius Epiſcopi refrænetur malitia, & exceſſus Canonicè puniantur, veſtræ Sanctitati totis deſideriis duximus ſupplicandum, quatinus Articulos, quos Procuratores Conſulum, & Univerſitatis Civitatis prædictæ, contra præfatum Epiſcopum, veſtræ Clementiæ duxerint porrigendos, benignè audire, & eundem Epiſcopum, ad reſpondendum eiſdem Articulis, ad veſtram præſentiam dignemini evocare;

Taliterque, ſi placet, de Statu ejuſdem Epiſcopi Paternâ Sollicitudine Ordinare, quod tantorum malorum tollatur occaſio, puniantur qui culpabiles fuerint, & honor Eccleſiæ conſervetur illæſus.

Conſervet, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, 30. die Martii.

De Pace conſervanda, & Falſis Rumoribus non audiendis.

* III. 873. Ann. D. 1321. *An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 7. d. Cedula.*

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ de Berkeleye, ſalutem.

Quia, ex frequentibus Relatibus diverſorum, noſtris quotidie auribus inculcatur, quòd quidam Malivoli, non ſolùm noſtram & noſtrorum, ſet etiam populi noſtri quietem inquietare diverſimodè ſatagentes, incedunt per diverſas Partes Regni noſtri, & Nova, Falſa, & Indecentia Mendacia invenire, & publicare præſumunt, grave ſcandalum & tumultum in populo ſuſcitantes:

Nonnulli etiam Congregationes faciunt, & Confœderationes, ac Retentiones de Hominibus ad Arma; undè populus noſter terretur, Pax noſtra lædi, Riotæ ſuſcitari, & alia Mala pejora, quod abſit, poterunt de facili evenire, niſi ipſorum Conatibus celeriori Remedio occurratur:

Vos requirimus attentè, ac in Fide & Amore, quibus nobis tenemini, diſtrictè oneramus, quatinus ad Ligiantiam, quâ nobis

Richemundiæ, Conſanguineo Regis,
Hugoni le Deſpenſer, Seniori,
Hugoni le Deſpenſer, Juniori,
Rogero de Mortuo Mari de Chirk,
Johanni de Claveryng,
Bartholomæo de Badeleſmere,
Roberto de Inſula,
Roberto Bavent,
Rogero de Clifford,
Fulconi le Strange,
Ricardo de Grey,
Roberto de Holland,
Johanni de Haſtyng,
Willielmo de Ros de Hamelek,
Ingelramo de Gynes,
Willielmo de Brewoſa,
Nicholao de Menill,
Thomæ de Furnivall, Seniori,
Nicholao de Segrave,
Rogero Dammory,
Thomæ Bardolf,
Johanni de Sancto Johanne,
Willielmo de Ferrariis,
Marmaduco de Twenge,
Johanni de Bello Campo de Somerſet,
Petro de Columbariis,
Edmundo Deyncourt,
Johanni de Segrave,
Willielmo de Ethingham;
Galfredo de Say,
Willielmo Martyn,
Henrico Tregoz,
* *Johanni Gifford de Brumeſfeld,* * III. 879.
Roberto de Morle,
Radulpho de Gorges,
Henrico Teyeys,
Johanni Bottecurt,
Radulpho Baſſet de Drayton;
Anchero Filio Henrici,
Willielmo la Zouſche,
Hugoni de Nevill,
Henrico de Cobeham,
Thomæ de Multon,
Mauricio le Brun,
Roberto de Monte Alto;
Johanni de Sudleye,
Roberto Filio Walteri,
Henrico Huſe.

De Inventoribus Rumorum, per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendis.

REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, ſalutem. Ann. D. 1321. *An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 7. d.*

Quia, ex frequentibus Relatibus diverſorum, noſtris cotidie auribus inculcatur, quod *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Nos, Conſiderantes quòd veſtro ſpecialiter incumbit Officio Paſtorali, Mendaciorum hujuſmodi Fabricatores, & Scandala in populo Suſcitantes, cohercione ſeveritatis Eccleſiaſticæ cohibere.

Vobis Mandamus, rogantes in Fide & Dilectione, quibus Nobis Tenemini, nichilominus firmiter Injungendo, quatinus, habito ſuper præmiſſis Conſilio provido, ſicut ex debito aſtricti eſtis, dictos Malivolos, & Mendaciorum Inventores a conceptis Nequitiis, Cenſuris gravibus; necnon omnes, pacem & tranquilitatem populi Regni noſtri perturbantes, prout docere & expedire, pro tantis evitandis Periculis, proſpexeritis, compeſcatis.

Et taliter in hac parte vos habeatis, quòd, veſtræ Circumſpectionis moderamine adjuvante, tantus ſedetur tumultus in populo, malignantium refrænetur audacia, & inviolatæ pacis tranquilitas conſervetur,

Teſte Rege apud Briſtoll. 21. die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, mutatis competenter mutandis, &c.

De Scotis, juxta tenorem Treugæ, deareſtandis.

Ann. D. 1321. *An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 7.*

REX Ballivis ſuis de Ravenesrodde, ſalutem.

Cùm in Treugâ, inter nos, & Scotos nuper initâ & firmatâ, continetur quòd,

Si

Digitized by Google

E. 2. m. 2. in Cedula. [illegible], Johannes & Clemens, unam Navem, oneratam pluribus Merchandiſis, ad Regnum Scotorum, vendendis; & pro aliis Mercaturis emendis in eodem, Treugis inter Nos ex unâ parte, & Scotos ex Altera durantibus, deſtinaſſent:

Quæ quidem Navis, in eodem Regno evacuata, & poſtmodum ibidem aliis Mercaturis onerata, dum de partibus illis ad Regnum noſtrum reduceretur, quendam Portum noſtrum de Ravenerodde, infra dictum Regnum noſtrum, per Tempeſtatis infortunium, ut dicitur, applicuit;

Quæ quidem Navis, Mercaturæ, nec non & Homines, in eidem Navi exiſtentes, eâ de cauſa ſolummodò quod de prædicto Regno Scotiæ veniebant, areſtati fuerunt, & adhuc ſub areſto detinentur:

Super quo nos Rogaſtis quatinus Mercatores prædictos, cum Navi & Mercaturis ſuis antedictis, deareſtari facere, & ipſos indempnes obſervare vellemus.

Super quo ſciat veſtra Excellentia reverenda, quod, in dictis Treugis, interdicta eſt Communio Subditorum noſtrorum & illorum de Scotia, durantibus dictis Treugis.

Set, licet præfatos, Johannem & Clementem, tanquam dictis Inimicis noſtris Adhærentes, punire poſſemus, ut deceret, Ad Requiſitionem tamen veſtram, dictos, Johannem & Clementem, unà cum Navi, Bonis & Merchandiſis ſuis, iſta vice, deareſtari, & eis Bona ſua Mandavimus Liberari;

Veſtram Serenitatem attentiùs deprecantes, quatenus Subditis veſtris, nè cum dictis Inimicis noſtris communicent, velitis, ſi placet, facere Inhiberi.

Dat. apud Walyngfordiam, 4 die Maii.

Super venditione Domus facta G. Cardinali, quæ Lupanar vilium Mulierum exiſtebat.

Ann. D. 1321. An. 14. E. 2. Pat. 14. E. 2. p. 2. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Inſpeximus quaſdam Literas Patentes, Sigillo noſtro Seneſcalciæ Ducatûs prædicti Signatas, in hæc verba,

Noverint Univerſi quòd, Nobilis Vir, Dominus Almaricus, Dominus de Credonio, Locum Tenens & Seneſcallus Ducatûs Aquitaniæ, pro Illuſtri Principe, Domino Rege Angliæ, Duce Aquitaniæ, quandam venditionem,

Factam per, diſcretum Virum, Gullielmum de Theloza, Theſaurarium olim Agenni, pro dicto Domino noſtro Rege & Duce, & nomine ipſius Domini noſtri Regis, de quadam Domo, ſeu Ædificio, ſito apud Condomium, quæ erat dicti Domini noſtri Regis, quæ vocatur Aula Comitis, quæ ruinam & præcipitium minabatur, & Lupanar vilium Mulierum exiſtebat, ut dicebatur, Reverendo Patri in Chriſto Domino Gullielmo, miſeratione divinâ tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali, ſeu Petro de Teſtâ, ejus Nomine, pro pretio & ſummâ treſcentarum Librarum Burdegalæ, prout in quodam publico Inſtrumento, indè confecto per manum Magiſtri Reymundi Guabarra de Condomio, Notarii Ducatûs Aquitaniæ, ibidem oſtenſo, plenius continetur:

Item quandam aliam venditionem ſeu in emphiotesim Donationem,

Factam dicto Domino Cardinali, ſeu alii ejus nomine, per Mamodo, de dictis Obliis, duobus Denariis Morlanorum, ſuper Aula, Terra, & Furno prædictis, annuatim ſolvendis dicto Domino noſtro Regi & Duci, ſeu Bajulo Condomii, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, apud Condomium, in dicto Feſto Omnium Sanctorum:

Dictum verò Dominum Cardinalem verum Dominum & Procuratorem, in Rem ſuam, in prædictis Bonis conſtituit & fecit, & pactum expreſſum idem Dominus Seneſcallus & Locum Tenens fecit dicto Domino Cardinali de ulterius non petendo Bona prædicta; acto tamen expreſſo quod, occaſione prædictarum Rerum, reſpondeat idem Cardinalis, & Jus faciat coram Seneſcallo Agenni.

Actum fuit hoc apud Marmandam, in Capitulo Domûs Fratrum Minorum, duodecima die Menſis Julii, anno Domini milleſimo, treſcenteſimo, quintodecimo.

Teſtes ſunt,

Dominus Arnaldus de Duro Forti,
Dominus Gullielmus Reymundi de Genſaco, Milites:
Dominus Nicholaus Bardelli, Legum Doctor, Judex Ordinarius ultra Guaronam,
Dominus Petrus de Marmanda Miles, Seneſcallus Agenni,
Dominus Bernardus de Caſſanea, Legum Doctor,
Reymundus Marqueſii:
Magiſter Hoſtencius Jordani,
Magiſter Gualbardus de Barrera,
Bertrandus Parator Bacalarius in Legibus, Procurator dicti Domini noſtri Regis & Ducis,
Magiſtri, Geraldus Riſſidous,
Lucas Leneſbulli, Juriſperiti.

Et ego, Johannes de Beſſa Communis Notarius Agenni, qui, ad mandatum dicti Domini Seneſcalli Vaſconiæ, de prædictis recepi tria Publica Inſtrumenta ejuſdem tenoris, duo dicto Domino Cardinali tradenda, & unum dicto Domino noſtro Regi & Duci, vel ejus Procuratori tradendum;

Regnantibus Dominis,

Ludovico Rege Franciæ,
Edwardo Rege Angliæ & Duce Aquitaniæ, &
A. Agenni Epiſcopo.

* In cujus rei teſtimonium, & ad majorem Roboris firmitatem, Nos, Seneſcallus & Locum Tenens prædictus, Sigillum Curiæ Vaſconiæ huic præſenti Publico Inſtrumento duximus apponendum. * III. 882.

Nos autem, Venditiones, Approbationem, Confirmationem, & Ratificationem prædictas acceptantes, eas, pro nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus, & ex certâ ſcientiâ confirmamus, ſicut Literæ prædictæ teſtantur.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maii.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro Roberto de Baldok.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. &* *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 1.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino Raymundo, Dei gratia, Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Mira quorumdam adulatio, ut audivimus, ſic excrevit, quòd, dùm in ſuis affectibus promovendis veſtræ Paternitatis Gratiam quærunt, conſutis Mendaciis, veſtram non verentur deludere puritatem.

Ecce! Pater Reverende, perſuaſum eſt vobis Eccleſiam de Ufford, Lincolnienſi Dioceſe, quam, Dilectus Clericus noſter, Johannes de Fontenay virtute Præſentationis noſtræ, optinet in præſenti (quæ ſemper hactenus de Progenitorum noſtrorum & noſtro extitit Patronatu) per Conſtitutionem Novellam nuper vacáſſe, & ad Collationem Domini Summi Pontificis pertinere:

Cujus Perſuaſionis occaſione, Collationi dicti Domini Summi Pontificis, de dictâ Eccleſiâ vobis factæ, innitimini, dictum Clericum noſtrum in eâ parte multipliciter moleſtando.

Quod quidem pro eo, quod ad aures veſtras non a Cœtu fidelium, ſet a Conventu Malignantium novimus perveniſſe; Amicitiam veſtram requirimus & rogamus, quatinus, attento Jure noſtro prædicto, ab inquietatione dicto Clerico noſtro, eâ de causâ, de cætero facienda, deſiſtere velitis noſtris Precibus & Amore.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maii.

• III. 883.

** Pro Nuncio Regis Franciæ, ſuper Servitio in Tractatu, cum Roberto de Brus, impenſo, commendatoria.*

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. &* *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 1.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Virtutum inſignia, quibus, dilectus Clericus noſter, Magiſter Bertrandus Bonifacii, Juris utriuſque Profeſſor, pollere dinoſcitur, Labor inſuper vehemens, & Diligentia exquiſita, in noſtris Negotiis, in partibus Marchiæ Scotiæ (pro quibus fuit nunc, & alias per, cariſſimum Fratrem noſtrum, Dominum Philippum, Franciæ & Navarræ Regem Illuſtrem, deſtinatus) per eundem gratanter impenſi, ad ipſius honores & profectus appetendos, & omni laude proſequendos, Regiam Benevolentiam noſtram efficiunt, non immeritò, Debitricem.

Ipſius itaque perſonam veſtræ manſuetudini pleniſſimo recommendamus affectu, devotiſſime ſupplicantes, quatinus eundem Clericum noſtrum, cum omni favore & gratia commendatum, ſi placet, ſuſcipiat, noſtri Rogaminis interventu, Apoſtolici culminis Benignitas conſueta, providendo eidem juxta ipſius merita probitatis.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Maii.

Ejuſmodi pro eodem, ad Cardinales.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. &* *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 1.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratia, Sanctæ Mariæ in Via Lata Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Conſuetam veſtræ Dilectionis promptitudinem, nobis & noſtris gratanter exhibitam, pro, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Bertrando Bonifacii, Juris utriuſque Profeſſore (qui ſe in Negotiis noſtris in partibus Marchiarum Scotiæ fideliter expoſuit) duximus deprecandum:

Quatinus ipſum & ipſius Negotia (pro quibus Domino Summo

• III. 884.

** Ejuſmodi Litera ad Cardinales.*

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. &* *Fr* 14. *E.* 2. *m.* 1.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino Berengario, Dei gratia, Tuſculanenſi Epiſcopo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Scimus, & certiſſimis probavimus indiciis, quòd ea, quæ pro nobis aut noſtris votivè appetimus, effectuali diligentia promovenda ſuſcipietis.

Quocirca, venerabilem Patrem, Dominum G. Dei gratia, Munatenſem Epiſcopum, fide & circumſpectione,

Prout Labor ipſius, tàm tempore Domini Genitoris, circa Negotium Inquiſitionis de vita, & Miraculis Beati Thomæ Herefordenſis, eidem Patri, unà cum aliis per Sedem Apoſtolicam commiſſum, quàm circa Negotia noſtra in partibus Marchiæ Scotiæ teſtatur,

Multipliciter approbatum, Paternitati veſtræ ſpeciali recommendamus affectu:

Totis deſideriis deprecantes, quatinus dicto Patri, in Negotiis ſuis, penes Dominum Summum Pontificem proſequendis (pro quibus etiam eidem Domino Summo Pontifici ſpecialiter ſcribimus) cum omni favore & honore, conſiliis & auxiliis aſſiſtere velitis, noſtris Precibus & Amore; præfatas Litteras, ex parte noſtra, Domino Summo Pontifici præſentantes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Maii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino L. Sanctæ Mariæ in Via Lata, } Diaconis Cardinalibus.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, }
Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali,
Domino Petro Doza Fratri Domini Summi Pontificis,
Domino Arnaldo Tirandi Nepoti Domini Summi Pontificis,
Domino Bernardo Jordan Domino Inſulæ,
Domino Petro de Via Nepoti Domini Summi Pontificis.

Super Tractatu memorato, & Literis Papæ ad Robertum de Brus non exhibitis.

Ann. D. 1321. *An.* 14. *E.* 2. *Rom. &* *Fr.* 14. *E.* 2. *m.* 1.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Quanto fuit in, Venerabilibus Patribus, R. Wyntonienſi Epiſcopo, & Fratre Willielmo--- Electo Vienenſi, fides firma, labor continuus, & exacta diligentia, in Negotiis noſtris (pro quibus innata Benignitas eoſdem Patres ad partes Marchiæ Scotiæ, pro Tractatu ibidem ineundo, deſtinavit) crebrò comperimus, noſtrorum fidelium Teſtimonia, ac ipſius operis efficacia manifeſtant.

Undè, non immeritò, ipſos, veros Iſraelitas, in quibus dolus non eſt, reputantes, & miſſos & mittentis affectum plena mentis affectione magnificamus, & vobis perſolvimus grates & gratias, quas valemus, totis affectibus ſupplicantes, quatinus dictos Patres (quos Virtus multiplex & Fama gratiſſima recommendant) habere velitis, ſi placet, noſtri contemplatione, propenſius commendatos.

Cæterum, Pater Sancte, de eo quod Litteræ veſtræ, Roberto de Brus per eoſdem Patres deſtinatæ, eidem Roberto exhibitæ non fuerunt, veſtra Celſitudo non miretur, ſet potius eoſdem habeat in ea parte, ſi placet, totaliter excuſatos.

Inito enim Conſilio, & habita ſuper eiſdem Litteris deliberatione pleniori, omnibus, ibidem tunc ex parte veſtrâ & noſtrâ præſentibus, propter aliqua verba, in dictis Litteris inſerta, ſanum videbatur eas non eſſe dicto Roberto porrigendas.

De

Digitized by Google

m. 9. da & providenda:

Vobis mandamus quod eidem Roberto, aut Servientibus prædictis in eundo verſus Civitatem prædictam, ibidem morando, & exinde uſque Scotiam redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen; &, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione faciatis emendari.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Martini proximo futurum duraturas:

Proviſo quod idem Robertus, aut Servientes prædicti, Equos ad Arma, ſeu Armaturas aliquas, uſque ad prædictam Terram Scotiæ ſecum non ducant, ſeu duci faciant quoviſmodo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Maii.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro Roberto de Baldok.

De Treuga cum Duce Britanniæ proroganda.

Ann. D. 1321. An. 14. E. 2. Clauſ. 14. E. 2. m. 4. d.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, ſalutem.

Cùm nos Treugam,

Quæ inter nos pro Hominibus, Mercatoribus, & Subditis noſtris, Marinariis, & aliis, tàm de Regno noſtro Angliæ, quàm de Terris noſtris Hiberniæ & Walliæ, ex parte unâ, & Nobilem Virum, Johannem Ducem Britanniæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, pro Hominibus, Mercatoribus, & Subditis ſuis, Marinariis, & aliis, de Ducatu ſuo Britanniæ ex alterâ, ſuper quibuſdam Diſſenſionibus & Diſcordiis, occaſione diverſorum dampnorum, hinc indè, datorum, uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum, jam proximo futurum capta fuit & inita,

Ab eodem Feſto Omnium Sanctorum, per unum annum proximo ſequentem completum, duxerimus prorogandam,

Ac, volentes Diſſenſiones & Diſcordiarum materias hujuſmodi ſedari, & Pacem ſuper Diſſenſionibus & Diſcordiis illis, modis & viis, quibus commodius poterimus, amicabiliter reformari,

Per totum Regnum noſtrum, ac Terras noſtras ſupradictas, publicè fecerimus proclamari, quod omnes & ſinguli, Subditi noſtri, Mercatores, Marinarii, & alii de Regno & Terris noſtris eiſdem, qui per dictum Ducem, Mercatores, Marinarios, * & Subditos ſuos, in Terrâ, vel in Mari, dampna aliqua paſſi ſunt, & pro emendis indè habendis proſequi voluerint, (* III. 886.)

Necnon & illi, quibus imponitur dampna aliqua Mercatoribus, Marinariis, & Subditis dicti Ducis intuliſſe,

Sint apud Burdegaliam in Feſto Sancti Andreæ Apoſtoli proximo futuro, ſuper dampnis hujuſmodi ſufficienter informati, ad tractandum ibidem, coram vobis & aliis de Concilio noſtro in partibus illis, ſuper amicabili Pace in hac parte reformanda, & ad faciendum ulterius quod, de communi aſſenſu & conſilio, ibidem contigerit ordinari,

Vobis mandamus quod, receptis Literis noſtris de prorogatione Treugarum prædictarum, præfatum Ducem, ut eandem Treugam ſimiliter proroget & obſervet, pro parte ſua, inducatis;

Et, ſi idem Dux eam duxerit acceptandam, tunc illos, de Concilio noſtro, in partibus Vaſconiæ prædictis, apud dictum locum Burdegaliæ, in dicto Feſto Sancti Andreæ, congregari faciatis, ac

Per quæ utique, ſi procederent, effectus Conationis noſtræ prædictæ de facili poſſet enervari, nobiſque & Coronæ noſtræ præjudicium & exhæredationem multipliciter generari; ac dictus Clericus noſter ſuper poſſeſſione ſuâ dictæ Præbendæ moleſtari ac perturbari:

Nos, volentes hujuſmodi præjudicio & exhæredationi, modis & viis omnibus, quibus poterimus, prout ad hoc diverſimode aſtringimur, obviare, & hujuſmodi Conatus illicitos refrænare:

Vobis omnibus, & ſingulis veſtrûm, mandamus, firmiter inhibentes, nè, prætextu alicujus Commiſſionis aut mandati, vobis, vel alicui veſtrûm, per quemcumque facti, ſeu faciendi, Citationes, Provocationes, Appellationes, Inductiones, aut alios Proceſſus, ſeu Impedimenta, quæ in præjudicium noſtri, ſeu derogationem Juris Coronæ noſtræ ſeu Dignitatis noſtræ Regiæ, vel Judicii, Curiâ noſtrâ redditi, enervationem cedere valeant, ſeu per quæ dictus Clericus noſter, ſuper poſſeſſione ſuâ prædictâ, indebitè moleſtari poterit, nobis inconſultis, facere præſumatis.

Et, ſi Citationes, ſeu Proceſſus aliquos præjudiciales, prætextu alicujus Commiſſionis hujuſmodi, ſuper dicto * Negotio, fieri feceritis, eos faciatis ſine dilatione aliquâ revocari; ſcituri pro certo quòd, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam Violatores Juris noſtri Regii, non immeritò, graviter capiemus. (* III. 887.)

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

Pro Cancellario & Magiſtris Univerſitatis Cantebrigiæ, de Domibus, fundandis pro ſuſtentatione Scolarium, in Theologia & Arte Dialectica ſtudentium.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1321. An. 14. E. 2. Pat. 14. E. 2. p. 2. m. 1.

Sciatis quòd, ad requiſitionem, dilecti Clerici noſtri, Rogeri de Northburg, Archidiaconi Richemundiæ, conceſſimus, & licentiam dedimus, pro nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto, Cancellario & Magiſtris Univerſitatis Cantebrigiæ, quòd ipſi Advocationes Eccleſiarum, uſque ad Valentiam Quadraginta Librarum per Annum, juxta Taxationem Norwycenſem, de quibuſcumque Feodo Advocationes illæ fuerint (exceptis Advocationibus Eccleſiarum, quæ de nobis tenentur in Capite) adquirere poſſint:

HABENDA ſibi & Succeſſoribus ſuis, Cancellario & Magiſtris Univerſitatis prædictæ, de Capitalibus Dominis Feodi illius, per ſervitia indè debita & conſueta, IMPERPETUUM;

Ita quod prædicti, Cancellarius & Magiſtri, Eccleſias ipſas, uſque ad valorem prædictum, quarum Advocationes ſic adquiſierint, quibuſdam Domibus, quas fundare intendunt in eadem Univerſitate, pro ſuſtentatione Scolarium, in Sacra Theologia & Arte Dialecticâ ſtudentium, prout eis meliùs fore videbitur faciendum, dare poſſint & aſſignare.

Et quod Magiſtri, vel Cuſtodes earumdem Domorum, qui pro tempore fuerint, Eccleſias illas apropriare: & eas, apropriatas, in proprios uſus tenere poſſint ſibi & Succeſſoribus ſuis, Magiſtris vel Cuſtodibus Domorum illarum, pro ſuſtentatione Scolarium prædictorum, de Capitalibus Dominis Feodi illius, per ſervitia prædicta, IMPERPETUUM.

STATUTO, DE TERRIS ET TENEMENTIS, AD MA-

Digitized by Google

præbuit, exinde efficiatur promptior, & felicibus ſemper ſucceſſibus augeatur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Julii.

Ad Cardinales, pro dicto Rogero.

Ann. D. 1321. *An.* 15. *E.* 2. *Rom.* 15. *E.* 2. *m.* 14.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino B. Dei gratiâ, Tuſculano Epiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Talem de veſtræ Paternitatis ſinceritate fiduciam reportamus, quod ad ea promovenda, quæ noſtris firmiter inhærent præcordiis Regiumque non mediocriter contingunt honorem, opem & operam velitis, ſolicitis ſtudiis, impendere efficaces.

Sanè, conſiderantes quòd, pro noſtris & Regni noſtri negotiis, plus ſolito in Romana Curiâ emergentibus, nobis eſſet perquàm utile & honeſtum, quòd Perſona idonea, de noſtris Linguâ & Natione, ſacro Cardinalium Collegio, ſicut Progenitorum noſtrorum temporibus hactenus viſum eſt, jungeretur,

Sanctiſſimum Patrem Dominum J. divinâ providentiâ, Summum Pontificem, per noſtros Nuncios Literas, vicibus iteratis, ac jam denuò cum inſtantia, requiſivimus, quatinus, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Rogerum de Northburgh, Archidiaconum Richemundiæ (quem mores & merita multipliciter recommendant) ad Cardinalatus apicem aſſumere dignaretur,

Pro cujus Negotii votivâ expeditione, ſic erga præfatum Dominum Summum Pontificem velitis, ſi placet, noſtri honoris optentu, interponere partes veſtras, quòd nobis in perſonâ prædicti Clerici noſtri non negetur, quod cæteris Regibus, & aliis Inferioribus, in perſonis diverſorum, noſcitur fuiſſe conceſſum,

Nos enim, non abſque rubore, perferimus tantam dilationem Negotii memorati; maximè cùm, inter Sanctam Sedem Apoſtolicam, & Regiam Domum noſtram, exhuberaverit hucuſque fœcundæ dilectionis amœnitas; quam noſtris temporibus ferventi deſiderio cupimus adaugeri.

Dat. apud Weſtmonaſterium, nono die Auguſti.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, mutatis competenter mutandis; videlicet,

Domino R. Hoſtienſi,
Domino W. Peneſtrenſi,
Domino W. Albanenſi,
Domino B. Portuenſi,
Domino G. Sabienſi,
Domino B. Tuſculani,
} Epiſcopis Cardinalibus.

Domino N. Sancti Adriani,
Domino J. Sancti Georgii ad Velum Aureum,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ latâ,
Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ.
} Diaconis Cardinalibus.

Domino N. tituli Sancti Euſebii,
Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
} Presbiteris Cardinalibus.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 9. die Auguſti.

Pro Archiepiſcopo Rothomagenſi.

Ann. D. 1321. *An.* 15. *E.* 2. *Fin.* 15. *E.* 2. *m.* 24.

REX Vicecomiti Eborum, ſalutem.

Cùm, ſexto die Auguſti, Anno Regni noſtri quartodecimo, ceperimus Fidelitatem, Venerabilis Patris ——— Archiepiſcopi Rothomagenſis, pro Terris & Tenementis, quæ de nobis tenuit in Anglia:

Et mandaverimus Gilberto de Stapelton, tunc Eſcaetori noſtro ultra Trentam, quòd omnes Terras & Tenementa (quæ idem Archiepiſcopus tenuit in Balliva ſua, & quæ ratione vacationis Archiepiſcopatûs Rothomagenſis dudùm ceperat in manum noſtram, & in manu noſtra detinuit) eidem Archiepiſcopo liberaret; ſicut per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ nobis conſtat:

Ac præfatus Eſcaetor noſter Manerium de Kilhum, cum pertinentiis, in Comitatu Eborum (cujus quidem manerii una Medietas Decani & Capituli Rothomagenſis) pro eo quòd tunc primò ſibi conſtabat de vacatione Archiepiſcopatûs Rothomagenſis, in manum noſtram ſeiſivit, unà cum Bladis, & aliis Bonis & Catallis, in eodem Manerio inventis:

Et manerium illud poſtmodum, uſque ad diem Obitûs præfati Eſcaetoris, in manu noſtra retinuit; exitus, indè provenientes, ad opus noſtrum percipiendo:

Cujus quidem prætextu prædictum Manerium, unà cum Bladis & aliis Bonis, & Catallis prædictis, in manu noſtra detinetur;

Propter quod, ex parte præfati Archiepiſcopi, & dictorum Decani & Capituli, nobis eſt ſupplicatum, ut Manerium prædictum (videlicet, unam Medietatem præfato Archiepiſcopo, & alteram Medietatem prædictis Decano & Capitulo) unà cum Bladis, & aliis Bonis, & Catallis prædictis, reſtituere curaremus, adjecto quod præfatus Eſcaetor noſter, dum vixit, de Exitibus Manerii prædicti ad opus noſtrum plus recepit, quàm ad nos pertineret habendum, pro vacatione Archiepiſcopatûs prædicti proximò præcedente, ſicut prædictum eſt:

Ac Alanus de Kilhum, & Edmundus de Boynton, de dicto Comitatu Eborum, manuceperint, coram nobis, in Cancellaria noſtra, de ſatisfaciendo nobis de eo, quod ad nos pertinet de dicta vacatione prædicti Archiepiſcopatûs, ultra id quod per præfatum Eſcaetorem noſtrum receptum fuit; necnon & de Bladis, & aliis Bonis, & Catallis, in dicto manerio exiſtentibus, ſi ad nos debeant pertinere;

Tibi præcipimus quòd præfatis, Archiepiſcopo, Decano & Capitulo, vel eorum Attornatis in hac parte, Manerium prædictum, unà cum Bladis, & aliis Bonis, & Catallis, in eodem Manerio exiſtentibus, liberes per manucaptionem ſupradictam,

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 12. die Auguſti.

Per Concilium.

---

* *Pro Burgenſibus de Sancto Omero.* * III. 890.

Ann. D. 1321. *An.* 15. *E.* 2. *Pat.* 15. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 19.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quod, cum per Cartas Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, quas Confirmavimus, Conceſſum ſit Burgenſibus de Sancto Omero, quod ipſi, per totam Terram & poteſtatem noſtram, hanc habeant Libertatem,

Quod

Digitized by Google

m. 16. Aver releſſe a, noſtre chier & foial, Bartholomeu de Badeleſmere, checune Manere de action, chalenge, ou demaunde, qui nous avoms, ou aver purroms vers le dit Bartholomeu, par reſon d'un Eſcrit qui n'adgaires fiſt a nous;

Par le quel il obliga a nous ſon Corps, ſes Terres, Tenements, Biens, & Chateux, en pluſurs & diverſes peines & forfetures, s'il ne fuiſt pluſurs choſes, continues en dit eſcrit, ou s'il meſpreit contre nous:

Et auſſi d'un autre eſcrit, lequel il nous fiſt de encoure les peines & forfetures, contenues en le dit primer eſcrit, s'il deſcouverit a nulli celes choſes;

Et voloms & grantoms, pur nous & pur nos heires, qui le dit Bartholomeu, ſes terres, & tenementes, biens, & chateux, ſoint quit & deſcharge de tutes les peines & forfetures, contenues en le dit primer eſcrit, & qui les ditz eſcritz deſore ſoient de nule force & amenti; quele partie, ou quant qils ſoient trouez.

En teſmoignance des queles choſes, nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Patentes.

Don. a Weſtmeſtre, le 20. jour d'Auguſt.

Per ipſum Regem & Concilium.

Tripl.

---

* III. 891. ** Ne quis occaſionetur, pro Exceſſibus in Proſecutione Hugonis le Deſpencer.*

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2.

EDwarde, par la grace de Dieu, Roy d'Engliterre, Signor d'Irelande, & Duke d'Aquitayn, a toutz ſes Baylyffes & Foialx, as queux ceſtes preſentz Lettres vendront, ſalutz.

Saches que Come,

En ceſt noſtre preſent Parlement tenus a Weſtmuſtre, a trois Semaignes de la Nativite de Sainct John le Baptiſt, prochein paſſe, par nous, & par Prelates, Countz, Barons, & la Common de noſtre Royalme illoeques par noſtre Mandement aſſemblez,

Accorde ſoit & Aſſentu, qe nul,

De quel eſtate ou condicion que il ſoit, pur Alliance, quel temps que il ſoit fait, par ſerement, eſcripte, ou en autre maner, ne pur priſe, occupacion, ou detinue des Chateux, Villes, Manoirs, Terres, Tenementz, Biens, ou Chateux, Priſe, Empriſonment, ou Ranceones des Gentes de noſtre Ligeaunce, ou d'autres Homicides, Robberies, Felonies, ou autres choſes, que purront eſtre notes as Treſpaſſes ou as Felonies, faits contre noſtre peax par pluſors Graundes de noſtre Royalme, lour Allies, & lour Adherentes en un purſuite, que n'adgaire feſoint par certeynes encheſons countre Syre Hugh le Deſpenſer le Fitz, & Syre Hugh le Deſpenſer le Piere, puis ce primer jour de Marche darrein paſſe, juſque a Meſcuredie prochein apres la Feaſte de l'Aſſumptione de noſtre Dame, ceſt a Scavoir le 19. jour d'Auguſt prochein enſuant,

Soit appelle, ne challenge, pris, n'empriſone, empeſche, moleſte, ne greve, ne en judgment meſne par nous, ne par autre a noſtre ſuite, ne la ſuite d'autry, que quil ſoit en noſtre Courte, ne tibus noſtræ mentis; & exindè veſtræ Clementiæ grates ſemper & gratias referimus quas valemus.

Verùm, quia dicti Scoti coram Sanctitate veſtrâ, ex præfixione, diem habent, videlicet, Kalendis Septembris, ſuper Negotio ſupradicto:

Ad quem diem nos ſolempnes Nuncios, ad informandum vos ſuper Exceſſibus & Rebellionibus ipſorum Scotorum, propoſueramus ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſtinâſſe;

* Set, procurante humani generis Inimico, ſubitò inter quoſdam Magnates de Regno noſtro tanta Turbatio nuper exorta fuit (quæ tamen jam, annuente Domino, pro parte ſedata eſt) quod hujuſmodi Nuncios ad præſens nequivimus, prout diſpoſueramus, deſtinare. * III. 892.

Quamobrem Sanctitati veſtræ devotis affectibus ſupplicamus, quatinus, nos ſuper hoc, ſolitâ benignitate, ſi placet, Excuſatos habentes; ad ipſorum Scotorum Rebellionem tirannicam, & inobedientias contra Sedem Apoſtolicam, & ejus Nuncios, multipliciter commiſſas, alióſque ipſorum nephandos Exceſſus Paternæ conſiderationis intuitum dirigentes, ſic, ad ipſorum obſtinatam Elationem, & Rebellionem elatam, ſalubriter reprimendas, Apoſtolicæ indignationis aculeos dignemini relaxare, quod ultionis ſeveritas eò contra ipſos ampliùs extendatur, quò proterviùs ſua flagitia multiplicare conati ſunt, & adhuc, induratis animis, in eodem propoſito perſeverant.

Cæterùm injunximus Magiſtro Andreæ Sapiti, & quibuſdam aliis Clericis noſtris, in Romanâ Curiâ exiſtentibus, quòd ſuper diverſis, Proceſſus prædictos concernentibus, Benignitatem veſtram ad plenum ſtudeant informare; quos, ſi placet, benignè audire, & dicenda per eos, juxta ſperatam fiduciam, commendare dignetur memoriæ veſtra Sanctitas reverenda.

Nos enim, ceſſantibus impedimentis prædictis, Offerente etiam oportunitate, ad veſtri Apoſtolatûs apicem ſolempnes Nuncios, pro dicto Negotio, cum celeritate commodâ, propitiante Domino, tranſmittemus.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 25. die Auguſti.

Ad Cardinales, ſuper Proceſſibus memoratis.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino B. Dei gratiâ, Tuſculanenſi Epiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 14.

Quanto de veſtræ dilectionis puritate intimiùs confidimus, tanto pro hiis, quæ noſtris deſideriis ardentiùs inhærent, veſtram amicitiam confidentiùs excitamus.

Cùm itaque Scoti, Eccleſiæ Romanæ Rebelles, & noſtri Inimici, coram Sanctiſſimo in Chriſto Patre, Domino J. divinâ Providentiâ, Eccleſiæ prædictæ Summo Pontifice, ſuper Rebellione prædictâ, diem habeant, videlicet, inſtantes Kalendas Septembris;

Ad quem diem, ad informandum ipſum Dominum Summum Pontificem, ſuper Exceſſibus & Rebellionibus ipſorum Scotorum, ad ipſius præſentiam propoſueramus noſtros Nuncios deſtinâſſe;

Set,

E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 1. m. 16.

Nuper habito inter quoſdam certos Nuncios noſtros pro parte noſtrâ, & Robertum de Bruys pro ſe, & Scotis, ſibi adhærentibus, contra Nos de guerrâ exiſtentibus, ex alterâ,

Super Sufferentiâ & Treugâ, inter Nos & dictos Scotos ineundis, inter cætera Caſtrum prædictum, tunc in manibus dictorum Scotorum exiſtens, præfatis Nunciis noſtris, tanquam perſonis privatis, Liberatum fuiſſet, ſub Conditionibus infra ſcriptis; videlicet,

Quod ſi inter Nos & dictos Scotos Pax finalis, ante Feſtum Sancti Michaelis, proximo jam futurum, non repareretur, quod tunc dicti Nuncii noſtri Caſtrum illud, in dicto Feſto Sancti Michaelis, prædicto Roberto, vel ejus mandato Liberarent; vel, ante idem Feſtum, Caſtrum prædictum omnino Diruerent ſine fraude, aut aliâ excuſatione:

Quæ præfati Nuncii noſtri bonâ fide promiſerunt facere; & quidam eorum hæc juraverunt:

Ac Caſtrum Prædictum vobis per dictos Nuncios noſtros, commiſſum fuiſſet cuſtodiendum ſub Conditionibus ſupradictis;

Nos, volentes ea, quæ in dicto Tractatu, ſic per eoſdem Nuncios noſtros concordata & aſſumpta ſunt facienda, teneri & in omnibus obſervari, de conſenſu dictorum Nunciorum noſtrorum,

Vobis Mandamus quod Caſtrum prædictum, citra Feſtum prædictum, juxta formam Tractatûs prædicti, dirui faciatis.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Northumbriæ quod, ad dictum Caſtrum, ſic diruendum, unà cum Poſſe & Hominibus Comitatûs illius, tàm infra Libertates, quàm extra, vobis ſit Auxilians & intendens, prout & quando ei ſcire facietis ex parte noſtrâ: & præmiſſa modis omnibus faciatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25. die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Auxilio, ad dictum Caſtrum diruendum.

Ann. D 1321. A. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 1. m. 16.

REX Vicecomiti Northumbriæ, ſalutem.

Cum in Tractatu, nuper habito inter quoſdam certos Nuncios noſtros pro parte noſtrâ, & Robertum de Bruys, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Ac Caſtrum prædictum, dilecto & fideli noſtro Johanni de Penneterh, per dictos Nuncios noſtros, commiſſum fuiſſet cuſtodiendum ſub conditionibus ſupradictis:

Nóſque, *&c. ut ſupra.*

Mandaverimus præfato Johanni quod Caſtrum prædictum, juxta formam Tractatus prædicti dirui faciat;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod ad dictum Caſtrum, ſic diruendum, unà cum poſſe & Hominibus Comitatûs tui, tàm infra Libertates, quàm extra, præfato Johanni ſis Auxilians & intendens, prout & quando tibi ſcire faciet ex parte noſtrâ; & hoc, ſicut Teipſum indempnem ſervare volueris, nullo modo omittas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 25. die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Et Mandatum eſt præfato Vicecomiti, firmiter injungendo, quod

existentibus, quæ ad valorem quinque milium, ſeptingentarum, ſexdecim Librarum, & duodecim ſolidorum Sterlingorum, per quandam Inquiſitionem, per, dilectum & fidelem noſtrum, Robertum de Kendale, nuper Conſtabularium Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodem quinque Portuum noſtrorum, de mandato noſtro indè factam, & eoram nobis poſtmodum retornatam, fuerant æſtimata, apud les Dounes vi armatâ ceperunt, & uſque Villam de Caleſiâ abduxerunt; & plures, de Malefactoribus illis, diverſos Mercatores & Marinarios Navis illius, in captione ejuſdem, verberaverunt, vulneraverunt, & malè tractaverunt:

Super quò tàm dictum Fratrem veſtrum, dum vixit, & præfatum Berengarium, per Litteras noſtras, quàm poſtmodùm vos ipſos, per Nuncios noſtros & Litteras plures rogavimus ſpeciales, ut eidem Jakemino, ſuper reſtitutione Navis, Victualium, & Mercandiſarum prædictorum, ſic captorum, & abductorum, ſi extarent; vel ſaltem, ſi non extarent, ſuper ſatisfactione valoris eorumdem; necnon dampnorum, quæ dictus Jakeminus docere ſe poſſet eâ occaſione incurriſſe, fieri faceretis celeris juſtitiæ complementum.

Et licet vos nuper Conſtabulario veſtro Franciæ, tunc Locum veſtrum tenenti in partibus Caleſii, ſicut nobis nuper reſcripſiſtis, dediſſetis per veſtras Litteras in mandatis, quòd præfato Mercatori dictam Navem, cum Apparatu, & Victualia, ac alia Bona prædicta, extantia, plenariè reſtitui faceret indilate: & quod de aliis Bonis & Victualibus, captis in Navi prædictâ, non extantibus, necnon de dampnis, quæ dictus Mercator ſuſtinuit occaſione prædictâ, cum feſtinâ diligentiâ ſe informaret, & vobis informationem hujuſmodi remitteret, ut, ea viſa, Indempnitati ipſius Mercatoris in hac parte providere, &, ſuper reſtitutione plenaria præmiſſorum, eidem facienda, facere poſſetis, undè deberemus meritò contentari.

Idem tamen Mercator, qui, penes vos & præfatum Conſtabularium, pro Juſtitia in hac parte conſequenda, non ſine laboribus & expenſis oneroſis, jamdiu eſt, in ſui ſtatûs Depauperationem & Depreſſionem manifeſtas, cum omni diligentiâ eſt Proſecutus, fructum aliquem non eſt hactenus aſſecutus, ſicut idem Mercator, ad nos veniens, nobis plenius demonſtravit:

Undè idem Mercator nobis cum inſtantiâ ſupplicavit, ut ſibi, ſuper præmiſſis dignaremur Remedium adhibere:

Nos igitur,

Tùm pro eo quod idem Mercator cum dictâ Navi, ac Victualibus, & Bonis prædictis, ad dictum Regnum noſtrum, pro noſtrâ, & populi noſtri utilitate, ſub fiduciâ Protectionis & Salvi Conductûs noſtrorum prædictorum, ſic acceſſit, tùm quia Tranſgreſſio prædicta infra idem Regnum noſtrum facta fuit,

* Volentes præfato Mercatori ſubvenire in hac parte, ut tenemur, * III. 895.

Magnificentiam veſtram Regiam rogamus attentè precibus repetitis, quatinus, conſiderata, ſi placeat, negocii prædicti qualitate, & ad tot rogatus noſtros, vobis in hac parte factos, necnon ad proſecutionem dicti Mercatoris, tàm laborioſam, intuitum Regium dirigentes, eidem Mercatori reſtitutionem Navis cum Apparatu, & Victualium, & Mercandiſarum prædictorum, ſi extent: vel condignam Satisfactionem valoris eorumdem, ſi non extent; necnon & Dampnorum, quæ ſuſtinuit in hac parte, abſque ulterioris dilationis incommodo, fieri faciatis noſtrorum rogaminum interventu; alioquin ulterius diſſimulare non poterimus, quin eidem Mercatori, juxta Leges & Conſuetudines, infra Regnum noſtrum, in hujuſmodi caſu, hactenus uſitatas, provideamus de Remedio oportuno.

Quid

Digitized by Google

Anteceſſorum noſtrorum, & alias plenas Informationes, nobis conſtabat evidenter quod dicta Eccleſia ab antiquo fuerat Cathedralis: & tàm eligendi licentia, quàm aſſenſus Regius pluries ab ipſis Progenitoribus noſtris ſucceſſivè petiti fuerant, & optenti: ac præſtita etiam ab ipſis Electis fidelitatis Sacramenta, pro temporalibus Epiſcopatûs ejuſdem;

Cepimus fidelitatem ejuſdem Epiſcopi, & Temporalia Epiſcopatûs illius reſtituimus eidem:

Qui ſubſequenter, cum Literis noſtris, ad dictam Eccleſiam ſuam ſe transferens, ibidem, jam per plures annos, in Paſtorali Officio laudabiliter miniſtravit.

Verùm, quia jam nobis relatum eſt, quod, Venerabilis Pater, Malachias, nunc Archiepiſcopus Tuamenſis (cujuſdam Prædeceſſoris ſui, qui dictam Cathedralem Eccleſiam, per aliqua tempora, abſque auctoritate legitimâ, ſibi uſurpavit, ut dicitur, præſumptuoſâ cupiditate, ſuccedens) quaſdam Literas Apoſtolicas, veritate tacitâ, ac falſitate ſuggeſtâ, ad quoſdam Judices, de Affinitate ſeu Familiaritate ſuâ, ut aſſeritur, exiſtentes, impetravit; qui quietem præfati Epiſcopi multipliciter inquietare, ac ſtatum Eccleſiæ ſuæ
* III. 896. immutare, * Bonaque ejuſdem Eccleſiæ uſibus ipſius Archiepiſcopi applicare ſatagunt, per proceſſus erroneos & injuſtos:

Nos, advertentes nobis & Regio Juri noſtro ex præmiſſis, ſi procederent, poſſe præjudicium generari,

Sanctitati veſtræ (cui incumbit præcipuè, contra tantam temeritatis audaciam, remedium apponere oportunum) votivis affectibus ſupplicamus, quatinus pro conſervatione ſtatûs dictæ Enachdunenſis Eccleſiæ (quæ etiam in Regiſtris Romanæ Curiæ, ut accepimus, Cathedralis, & Suffraganea Eccleſiæ Tuamenſis annotatur) taliter dignemini ordinare, quòd per ſurrepcitios proceſſus dictorum Judicum nihil, in noſtri, aut ipſius Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ præjudicium, attemptetur; ſet potius præſumptuoſorum hujusmodi effrænata cupiditas (qui Eccleſias taliter ſurripere non verentur) ſic Apoſtolicæ indignationis rigore compeſcatur, quòd temeraria eorum præſumptio eo minùs inveniat Succeſſorem, quo ſeverioris coercionis accumine fuerit reprehenſa.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Septembris.

De Narratoribus aut Inventoribus Rumorum capiendis.

Ann. D. 1321. Ar. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 27. d.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ, ſalutem.

Cùm, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noſter, inter cætera, quæ in Parliamento ſuo apud Weſtmonaſterium, Anno Regni ſui tertio, ſtatuit, propter dampna, quæ ex contrariis & ſiniſtris Narrationibus Rumorum prius contigerant in Regno ſuo, & quæ extunc impoſterum ſequi poſſent, de communi Concilio ejuſdem Regni STATUISSET ET INHIBUISSET,

Nè extunc aliquis audax eſſet dicendi ſeu narrandi, ac etiam inveniendi aliquem FALSUM RUMOREM, undè Diſcordia, ſeu materia Diſcordiæ, inter Regem & populum ſuum, aut Proceres dicti Regni, ſuſcitari, ſeu Scandalum exoriri poſſet:

Et inſuper præcepiſſet quòd quilibet, qui contra Statutum & Inhibitionem hujuſmodi deliquiſſet, caperetur, & in Priſonâ detineretur, quouſque inventus fuiſſet ille, de quo primitùs & principa-

REX Vicecomiti Eſſexiæ, ſalutem.

Ann. D. 1321. Ar. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2 m. 26. d.

Cum pro Inobedientiâ & Contemptu,

Quos aliqui Familiares Bartholomei de Badleſmere, & alii ex ejus præcepto in Caſtro de Ledes, in Comitatu Kantiæ, ſe tenentes, Iſabellæ Reginæ Angliæ Conſorti noſtræ cariſſimæ fecerunt, ingreſſum ejuſdem Caſtri prædictæ Conſorti noſtræ negando, & ipſam, quo minus dictum Caſtrum ingredi potuit, vi armatâ impediendo; quod idem Bartholomeus, per Literas ſuas præfatæ Conſorti noſtræ poſtmodum directas, ex ſuâ ſcientiâ fuiſſe factum manifeſtè approbavit:

Qui quidem Familiares dicti Bartholomei poſteà quoſdam Homines, de Familiâ ejuſdem Conſortis noſtræ, nequiter interfecerunt ibidem, & alia, in noſtri & dictæ Conſortis noſtræ contemptum, & læſionem Pacis noſtræ manifeſtam, multipliciter perpetrârunt;

Corrigendis, prout decet, & puniendis, ad Caſtrum illud nos perſonaliter, unà cum, dilectis Conſanguineis & Fidelibus noſtris, Adomaro de Valentiâ Pembrochiæ, & Johanne de Britanniâ Richemundiæ, Comitibus, ac pluribus Comitibus, & aliis Magnatibus Regni noſtri transferre proponamus:

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod ſtatim, viſis præſentibus, omni excuſatione remotâ, præmuniri facias omnes & ſingulos, tàm Milites, quàm Armigeros, de Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, quòd ſint ad nos apud dictum Caſtrum de Ledes, die Veneris proximo poſt Feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ proximo futurum, cum Equis & Armis, quanto potentiùs & decentiùs poterunt, ad faciendum quod tunc per nos eis injungetur;

Scire faciens eiſdem, quòd nos quemlibet ipſorum, ſecundum Statûs ſui exigentiam, tàm gratioſè reſpiciemus, quod meritò reputabunt ſe contentos.

Et de nominibus eorum, quos ſic præmuniri feceris, nobis diſtinctè & apertè conſtare facies tunc ibidem.

Præcipimus etiam tibi, quod infra eandem Ballivam tuam, tàm infra libertates, quàm extra, eligi facias mille homines pedites, armis competentibus benè munitos, de validioribus & potentioribus ejuſdem Comitatûs, & eos ad nos, in propriâ perſonâ tuâ, uſque ad dictum Caſtrum, ad vadia noſtra, tecum ducas; ita quod tu & ipſi modis omnibus ſitis ibidem dicta die Veneris, ad faciendum quod tunc duxerimus ordinandum.

Facias inſuper, ex parte noſtrâ, per totam Ballivam tuam, in locis ubi videris expedire, publicè proclamari quod nos, non causâ Guerræ, ſeu turbationis in Regno noſtro movendæ, ſet pro prædictis Inobedientiâ, Contemptu, & aliis Exceſſibus corrigendis & puniendis, prout decet, verſus dictum Caſtrum dirigimus Greſſus noſtros;

Inhibendo diſtricte, ex parte noſtrâ, ne quis, ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterit, in læſionem Pacis noſtræ, aut terrorem ſeu commotionem Populi Regni noſtri, quicquam attemptare præſumat quoquo modo; ſet quod quilibet, cujuſcumque Statûs exiſtat, pro conſervatione pacis noſtræ, ac tranquilitate & quiete Regni & Populi prædictorum, omnem diligentiam, quam poterit, apponat, & eaſdem, pacem & tranquilitatem, pro viribus manuteneat & conſervet.

Volumus inſuper quod proclamari facias publicè, ex parte noſtrâ, quod omnes illi de Ballivâ tuâ, tàm infra libertates, quàm extra, qui ſunt inter ætates ſexdecim & ſexaginta annorum, armis competentibus, ſecundum ſtatum cujuſlibet eorum, ſine dilatione,

Digitized by Google

De intendendo ſuper Obſidione Caſtri de Ledes.

Ann. D. REX, dilectis & fidelibus ſuis, Baronibus, Militibus, & omni-
1321. bus aliis de Comitatu Kantiæ, tàm infra libertates, quàm ex-
An. 15. tra, ſalutem.
E. 2. Sciatis quod, cum pro Inobedientia & Contemptu, quos aliqui
Pat. 15. Familiares Bartholomæi de Badeleſmere, & alii ex ejus præcepto,
E. 2. in Caſtro de Ledes, in Comitatu prædicto, ſe tenentes, Iſabellæ
p. 1. Reginæ Angliæ Conſorti noſtræ cariſſimæ fecerunt, *&c. prout*
m. 12. *ſupra uſque hæc verba, viz.*

Ac de fidelitate, dilectorum & fidelium noſtrorum, Davidis Comitis Atholiæ, & Johannis de Weſton locum, dilecti & fidelis noſtri, Thomæ Comitis Norffolciæ & Mareſcalli Angliæ, Fratris noſtri cariſſimi, in Hoſpitio noſtro tenentis, confidentes, ipſos præmittamus ad Caſtrum prædictum, ad aliqua, uſque adventum noſtrum ibidem, facienda, prout eis per nos eſt injunctum:

Vobis omnibus & ſingulis, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungimus, & mandamus quod præfatis, Comiti & Johanni, ac eorum alteri, in dicto Negotio, intendatis, & cum Equis & Armis, & toto poſſe veſtro, unà cum eiſdem, Comite & Johanne, & eorum altero, uſque ad dictum Caſtrum, omni dilatione & excuſatione ceſſantibus, accedatis, ibidem ad vadia noſtra moraturi, & facturi ea quæ per prædictos, Comitem & Johannem, vel eorum alterum, vobis ex parte noſtrâ injungentur; & hoc, ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, nullo modo omittatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo ſeptimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

ET præceptum eſt Vicecomiti Kantiæ, firmiter injungentes, quod, omni dilatione & excuſatione poſtpoſitis, præmuniri faciet univerſos & ſingulos, tàm Equites, quàm Pedites, de Ballivâ ſuâ, tàm infra libertates, quàm extra, quod ſint apud dictum Caſtrum, Armis competentibus muniti, hoc inſtanti die Martis proximo poſt Feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ proximo futurum, facturi quod per prædictos, Comitem Atholiæ, & Johannem de Weſton, vel eorum alterum, eis ex parte Regis injungetur, ibidem, ad vadia Regis, moraturi.

Præmuniri etiam faciet omnes illos, de Ballivâ ſuâ, tàm Equites, quàm Pedites, qui, ad dictum diem præpediti, uſque ad Caſtrum prædictum accedere non valebunt, quod ſint ibidem die Veneris proximo ſequente (quo die ibidem, perſonaliter intereſſe Rex intendit, Domino concedente, ſimiliter) ad vadia Regis moraturi, & facturi quod eis per Regem plenius injungetur.

Et de Nominibus illorum, quos ſic præmuniri fecerit, Regi ad diem Veneris prædictum diſtinctè & apertè conſtare faciet ibidem; & hoc, ſicut ſe, & ſua indempnes conſervare voluerit, nullo modo omittat.

Teſte Rege ut ſupra.

* III.
899.

* *De Caſtro Warwicæ, contra Regem tento, obſidendo.*

Ann. D.
1321. REX Vicecomiti Warwicæ, ſalutem.
An. 15. Quia intelleximus quod Thomas Blaunfrounte, & quidam
E. 2. alii Malefactores, & Pacis noſtræ Perturbatores, nuper Caſtrum
Clauſ. 15. de Warrewyk, quod fuit Guidonis de Bello Campo, quondam
E. 2.
m. 27. *d.*

[R...] caſtriæ, ſalutem.
Cùm, de conſenſu & aviſamento Prælatorum, Magnatum, & 1321.
Procerum Regni noſtri, pro tranquillitate & quiete Populi ejuſdem *An.* 15.
Regni, & conſervatione Pacis noſtræ, ante hæc tempora, per *E.* 2.
totum Regnum noſtrum, fecerimus publice inhiberi, ne qui, cu- *Clauſ.* 15.
juſcumque Statûs vel Conditionis exiſterent, infra idem Regnum, *E.* 2.
Congregationes ſeu Conventicula aliqua facere præſumerent ſine *m.* 25. *d.*
Mandato noſtro ſpeciali:

Ac vos jam,

Aſſerentes gravia Pericula, Oppreſſiones, & Dampna in Regno noſtro prædicto exiſtere per Conciliarios noſtros, quos aſſeritis eſſe malos, & nobis conſulere, & inſtigare ad diverſa, contra voluntatem Dei, ad noſtri dedecus, dampnum Regni noſtri prædicti, & deſtructionem Populi noſtri, indebite facienda, necnon & ad ducendum in idem Regnum Alienigenas & Rebelles noſtros de Scotiâ,

Ad tractandum ſuper hujuſmodi malis reformandis, diem Dominicam, proximam poſt Quindenam Sancti Martini proximo jam futuram, apud Donecaſtriam ordinaſtis; & Literas veſtras pluribus fidelibus noſtris, de intereſſendo Tractatui prædicto, dicta Inhibitione noſtra non obſtante, direxiſtis, prout in aliquibus de dictis Literis veſtris (in quibus inſeritur, vos, ſub forma illa, omnibus bonis Paribus veſtris Regni prædicti ſcribere) vidimus contineri; juriſdictionem noſtram Regiam vobis in hac parte uſurpantes; de quo miramur plurimùm, & merito commovemur; præſertim cum Reformatio hujuſmodi malorum & dampnorum, ſi in dicto Regno exiſterent, quod abſit, & Tractatus inde habendi, ac Convocationes quæcumque ſuper hiis, quæ nos & ſtatum Regni no- * III.
ſtri contingunt, faciendæ * ad nos, ratione Regiæ Dignitatis no- 900.
ſtræ, & non ad alium, pertineant in eodem Regno.

Nos, volentes hujuſmodi nobis præjudicialibus obviare, vobis mandamus in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, &, ſub foriſfactura omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter inhibentes, ac etiam injungentes, ne ad diem & locum prædictos, ſeu alios, hujuſmodi Convocationibus, abſque auctoritate noſtra, ſuper hiis, quæ nos vel ſtatum Regni noſtri quomodolibet contingunt, faciendis, interſitis, nec de cætero hujuſmodi Mandata ſeu Requiſitiones, abſque licentia noſtra ſpeciali, quomodolibet faciatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Novembris.

Per ipſum Regem.

De non intereſſendo Conventui prædicto.

REX, dilecto & fideli ſuo Humfrido de Bohoun, Comiti He- Ann. D.
refordiæ & Eſſexiæ, ſalutem. 1321.
Cùm, de conſenſu & aviſamento, *&c. ut ſupra uſque ibi, viz.* *An.* 15.
mandato noſtro ſpeciali. *E.* 2.
Ac, dilectus Conſanguineus & fidelis noſter, Thomas Comes *Clauſ.* 15.
Lancaſtriæ, jam aſſerens gravia pericula, *&c. ut ſupra uſque ibi,* *E.* 2.
viz. apud Donecaſtriam ordinaverit, & Litteras ſuas, vobis & *m.* 25. *d.*
aliis pluribus Fidelibus noſtris, de intereſſendo Tractatui prædicto, dicta Inhibitione noſtra non obſtante, direxerit, prout in aliquibus de dictis Litteris ſuis (in quibus inſeritur ipſum Comitem, ſub forma illa, omnibus bonis Paribus ſuis Regni prædicti ſcribere) vidimus contineri, juriſdictionem noſtram Regiam ſibi in hac parte uſurpans; de quo miramur, *&c. ut ſupra de verbo ad verbum uſque ibi, viz.* interſitis, *tunc ſic*, nec de cætero hujuſmodi Mandatis, ſeu

Digitized by Google

me,
Willielmo la Zouſche de Haryngworth,
Philippo de Kyme,
Willielmo de Kyme,
Johanni de Mohoun,
Radulpho de Gorges,
Thomæ Bardolf,
Rogero Damery,
Hugoni Daudele Juniori,
Hugoni Daudele Seniori,
Rogero de Mortuo Mari de Wygemor,
Rogero de Mortuo Mari de Chirk,
Willielmo de Ros Hamelak,
Willielmo Filio Willielmi,
Roberto de Pirpount,
Richardo de Grey,
Willielmo de Brewoſa,
Roberto Filio Walteri,
Roberto de Holand,
Mauricio le Brun,
Roberto de Inſula,
Johanni de Sancto Amando,
Johanni de Sudle,
Henrico de Cobbeham,
Magiſtro Reſo ap Howel,
Thomæ de Multon de Egermund,
Ranulpho de Dacre,
Antonio de Lucy,
Johanni de Haverington,
Michaeli de Haverington,
Andreæ de Harcla,
Ranulpho de Nevill,
Henrico Filio Hugonis,
Nicholao de Meuill,
Marmaduco de Tweng,
Willielmo le Latymer,
Thomæ Wake,
Johanni Faucumberge,
Johanni de Cherleton,
Fulconi le Straunge,
Willielmo la Zouche de Aſhely,
Hugoni de Nevill,
Johanni de Sancto Johanne de Baſyng,
Johanni de Sancto Johanne de Lagham,
Johanni de Haſtynges,
Willielmo Touchet,
David Comiti Atholiæ,
Stephano de Segrave.

De pace conſervanda.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 25. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ ſalutem.

Cùm, diverſæ querelæ pluries, ante hæc tempora, ad nos delatæ fuerint, quod Tanſgreſſiones, Dampna, Exceſſus, & Gravamina diverſa, per diverſos Malefactores, & Pacis noſtræ Perturbatores, Populo noſtro in diverſis Comitatibus Regni noſtri hactenus ſunt illata, per quæ Populus noſter terrebatur, & Pax noſtra infringebatur manifeſtè:

Et nos, de Conſilio Comitum, Baronum, & aliorum Fidelium noſtrorum, juxta nos exiſtentium, ordinaverimus ad diverſas partes Regni noſtri dirigere Greſſus noſtros, ad juſtitiam & remedium ſuper præmiſſis facienda, & ad illos, quos ſuper hujuſmodi culpabiles inveniri contigerit, prout decet, puniendos:

Nos, nè ſiniſtra ſuſpicio ex hac cauſa habeatur, volentes providere,

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quod ſtatim, viſis præſentibus, ex parte noſtra per totam Ballivam veſtram, in locis ubi videritis expedire, publicè proclamari faciatis, quod nos non cauſâ Guerræ, ſeu Turbationis in Regno noſtro movendæ, ſet ad juſtitiam & remedium ſuper hujuſmodi facienda, & Malefactores illos puniendos, prout decet, per partes illas dirigimus Greſſus noſtros;

Inhibendo diſtrictè, ex parte noſtrâ, ne quis, ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterit, in læſionem Pacis noſtræ, aut terrorem, ſeu commotionem Populi Regni noſtri, quicquam attemptare præſumat quoquo modo; ſet quod quilibet, cujuſcumque Status exiſtat, pro conſervatione Pacis noſtræ, ac tranquilita-

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De Conductu, pro Servientibus Comitiſſæ de Fyſe.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 1. m. 9.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Cùm, dilecta Neptis noſtra, Maria Comitiſſa de Fyfe, quæ moratur in Scotiâ, mittat Robertum Remayn, & quoſdam alios Servientes ſuos de Scotia, uſque Civitatem noſtram Londoniæ, ad Pannos, Jocalia, & alia, quæ pro Camerâ ipſius Comitiſſæ neceſſaria exiſtunt, ad opus ejuſdem Comitiſſæ, ibidem emenda & providenda:

Vobis mandamus quod eidem Roberto, aut Servientibus prædictis, in eundo verſus Civitatem prædictam, ibidem morando, & exinde uſque Scotiam redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen; &, ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas:

Proviſo quod idem Robertus, aut Servientes prædicti, Equos ad Arma, ſeu Armaturas aliquas uſque prædictam Terram Scotiæ ſecum non ducant, ſeu duci faciant quovis modo.

Teſte Rege apud Illeford, viceſimo quinto die Novembris.

Per ipſum Regem, nunciante Ricardo de Ayremynne.

De Jure Regio manutenendo.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2 Rom. 15. E. 2. m. 12.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Veſtræ Sanctitatis Apices, nobis, pro Venerabili Patre, Domino Galhardo, Dei gratiâ, Sanctæ Luciæ in Scilice Diacono Cardinali, nuper directos, reverenter ac læto vultu recepimus, inter cætera continentes quod, cum idem Cardinalis Præbendam de Milton (quæ aliquando, tanquam Capella, pertinens erat ad Eccleſiam Præbendalem de Aylesbury, in Eccleſiâ Lincolnienſi, & poſtmodum auctoritate, felicis recordationis, Nicholai Papæ Quarti, Prædeceſſoris veſtri, ab eadem diviſa, tanquam Præbenda ſeparata) ut ſic ſeparatam & diviſam optinuerit a jam diu:

Noſque dictam Præbendam de Aylesbury, cum ea integritate, quam habuit ante Diviſionem prædictam, tanquam unam, & quaſi nunquam diviſa fuiſſet, contulerimus jam de novo, dictam diviſionem ob reverentiam veſtram impedire vel infringere nullatenus laboremus.

* Ut itaque cum Reverentiâ veſtrâ loquamur, non miretur, ſi placet, veſtra Beatitudo, Pater Sancte, ſi Præbendam de Aylesbury, in Eccleſiâ Lincolnienſi, cum ea integritate, quâ conferri ſolet, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok contulerimus Regio jure noſtro. * III. 903.

Delatâ namque auribus noſtris Diviſione quadam, factâ de dictâ Præbendâ, auctoritate Regiâ, quæ in ea parte requiritur, penitus

præ-

Digitized by Google

E. 2. ctum.

Ibid. Dilectæ Paternitatis veſtræ Literas, nobis ex parte veſtrâ nuper exhibitas, benignè recepimus, inter cætera continentes ut, quod de injurioſa moleſtatione, vobis in Præbendâ de Milton, quam in Eccleſiâ Lincolnienſi optinetis, illatâ, exigente juſtitiâ, revocandâ, diutiùs expectaſtis, adimplere velimus effectu gratioſo.

Verùm, Reverende Pater, prudentiam veſtram turbari non credimus, ſi in hac parte reſcribendo differamus ſeriem rei geſtæ;

Delatâ nobis Diviſione quadam factâ, *&c. ut ſupra*, *mutatis mutandis*, *uſque ibi*, *viz.* totaliter ignoranti, *tunc ſic*, cum eâ integritate, quâ conferri ſolet, Præbendam contulimus memoratam, *&c. ut ſupra uſque ibi*, *viz.* Regni noſtri *tunc ſic*.

Dilectionem itaque veſtram gratuitam non tædeat, petimus, ſic præſumptæ Diviſionis hac vice impugnatio, ne forte, *&c. ut ſupra uſque ibi*, *viz.*

In cæteris vero, *&c. ut ſupra*, *mutatis competenter mutandis.*

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Teſta tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino Bertrando Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.

De veniendo ad Regem perſonaliter.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 15. d. * III. 904.

REX, dilecto & fideli ſuo, Rogero de Mortuo Mari de Chirk, Juſticiario ſuo Walliæ, ſalutem.

Propter aliqua ardua Negotia, nos & Statum Terræ noſtræ Walliæ contingentia, vobis mandamus, ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungentes, quod ſitis ad nos perſonaliter apud Cirenceſtriam, * die Dominicâ in Feſto Sanctæ Luciæ Virginis proximo futuro, Nos & Concilium noſtrum ſuper Statu Terræ noſtræ prædictæ informaturi, factarique ulterius quod inde per Nos, & dictum Concilium noſtrum contigerit ordinari; & hoc nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Pounteſfreit ſuper Thamiſe, viceſimo octavo die Novembris.

Per ipſum Regem.

Ad Epiſcopos in Conventione, de Credentia.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 24.

REX, Venerabilibus in Chriſto Patribus, eadem gratia, W. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, ac cæteris Prælatis Cantuarienſis Provinciæ, ad Concilium Provinciale apud Londonias in proximo conventuris, ſalutem.

Quædam, nos, & Statum Coronæ noſtræ, & Regni noſtri tangentia, quæ ſpecialiter inſident nobis cordi, injunximus, dilectis & fidelibus noſtris, Johanni de Britannia, Richemundiæ, & Edmundo, Arundellæ, Comitibus, Conſanguineis noſtris cariſſimis; & dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok, Archidiacono Middleſexiæ; vobis per ipſos, Comites & Archidiaconum, vel duos eorum, ex parte noſtra ſerioſius exponenda:

Vobis igitur mandamus, rogantes quatinus præfatis, Comitibus, & Archidiacono, ac duobus eorum in hiis, quæ vobis ex parte noſtra expoſuerint viva voce, fidem indubiam præbeatis; & in Negotiis illis, pro nobis, & Statu noſtro, & Coronæ noſtræ, taliter vos habeatis, quod diligentiam veſtram commendare, & fidelitatis

REX Vicecomiti Kantii, ſalutem.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 14. d.

Cùm nuper,

Pro eo quod diverſæ Querelæ ad nos delatæ fuerant, quod Tranſgreſſiones, Dampna, Exceſſus & Gravamina diverſa, per Malefactores & Pacis noſtræ Perturbatores Populo noſtro in Regno noſtro fuerant illata, per quæ Populus noſter terrebatur, & Pax noſtra infringebatur manifeſtè,

Per totum Regnum noſtrum diſtrictè fecerimus, ex parte noſtra, inhiberi, nè quis, ſub foriſfactura omnium, quæ nobis foriſfacere poſſet, in læſionem Pacis noſtræ, aut terrorem, ſeu commotionem Populi Regni noſtri quicquam attemptare præſumeret quoquo modo; ſet * quod quilibet, cujuſcumque ſtatûs exiſteret, * III. 905.
pro Conſervatione pacis noſtræ, ac tranquilitate & quiete Regni & populi prædictorum, omnem diligentiam, quam poſſet, apponeret, & eaſdem pacem & tranquilitatem pro viribus manuteneret & conſervaret:

Fecerimus inſuper per totum Regnum prædictum, ex cauſis prædictis, publicè proclamari, nè quis, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis exiſteret, ſub Foriſfacturâ prædictâ, Victualia, Bona, ſeu Catalla alicujus caperet, vel aſportaret, abſque Solutione debitâ inde faciendâ:

Ac jam non ſolùm ex clamore populi noſtri, acceperimus quod hujuſmodi mala in populo noſtro indies perpetrantur, verùm etiam per Litteras quorumdam de dicto Regno, nobis directas, qui ſe aſſerunt Magnates, & qui Turbationes hujuſmodi firiunt, ut ex eiſdem lucrum quærant, nobis conſtat quod illi, & alii, de eorum conſenſu & præſumptione exiſtentes, populum noſtrum commovere, & Bona & Catalla ejuſdem populi eâ occaſione capere & devaſtare intendunt, in Noſtri & Inhibitionum noſtrarum prædictarum contemptum, & deſtructionem populi noſtri prædicti manifeſtam:

Nos, volentes hujuſmodi malis obviare, & ſalvationi ac tranquilitati populi prædicti providere, prout tenemur vinculo Juramenti, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod in ſingulis locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte noſtra firmiter inhiberi facias, ne quis, ſub Foriſfacturâ prædictâ, in læſionem pacis noſtræ, aut terrorem, ſeu commotionem populi noſtri prædicti quicquam attemptare præſumat quovis modo; ſet quod quilibet, pro Conſervatione pacis noſtræ, & tranquilitate & quiete populi & Regni prædictorum, omnem diligentiam, quam poterit, apponat, & eaſdem pacem & tranquilitatem pro viribus manuteneat & conſervet:

Facies etiam diſtrictè inhiberi ne quis, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis exiſtat, ſub Foriſfacturâ prædictâ, Victualia, Bona, ſeu Catalla alicujus caperet, vel aſportet, abſque Solutione debitâ inde faciendâ.

Et, ſi fortaſſe aliquem vel aliquos, cujuſcumque ſtatûs vel conditionis exiterit vel extiterint, inveneris in Balliva tua contrarium facientes, tunc eos, ſine dilatione aliqua (aſſumpto tecum ad hoc, ſi neceſſe fuerit, poſſe dicti Comitatus) areſtes, & eos in priſona noſtra ſalvò & ſecurè cuſtodiri facies, donec a nobis aliud indè habueritis in Mandatis.

Et de Nominibus illorum, quos occaſione præmiſſa areſtaveris, necnon & de Cauſa areſtationis eorumdem nobis, ſub Sigillo tuo, ſine dilatione aliqua, conſtare facias;

Et hoc, ſicut Nos, & honorem noſtrum diligis, & te, & tua, indempnes conſervare volueris, nullo modo omittas.

Teſte Rege apud Pontemfractum, 30. die Novembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De

Digitized by Google

Præfato Johanni de Meriet, aſſignato cum præfato ——

Johanni de Bello Campo, in Comitatibus prædictis;
Andreæ de Harcla, in Comitatibus Northumbriæ, Cumbriæ, & Weſtmerlandiæ;
Simoni Warde, in Comitatu Eborum;

Thomæ Bardolf, *Johanni de Thorp,* *Johanni Hauward,*	in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ.
Hugoni de Courteny, *Willielmo Martyn,*	in Comitatibus Cornubiæ & Devoniæ.
Willielmo de Kyme, *Petro le Bretton,*	in Partibus de Lyndeſeye, in Comitatu Lincolnienſi.
Johanni de Somery, *Johanni de Segrave, Seniori,* *Radulpho Baſſet,* *Petro de Monteforti,*	in Comitatibus Warwicenſi, Leyceſtrienſi & Staffordienſi.
Olivero de Ingham, *Roberto Lewer,*	in Comitatibus Wiltonienſi & Berks.

Willielmo Rydel Conſtabulario Caſtri Bernardi;
Reſo ap Griffith, de Libertatibus & Terris Weſtwalliæ & Suthwalliæ;
Griffino ap Res, Militi, de Partibus Northwalliæ.

Teſte ut ſupra.

Pro Roberto de Baldok in Epiſcopum Lichfeldenſem præficiendo.

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.
1321. Cùm de ſtabilimento Regni noſtri, quod variis Turbationi-
An. 15. bus concutitur his diebus, meditatione ſolicitâ pertractamus, id
E. 2. nobis potiſſimum, pro fulcimento quietis & pacis, occurrit, ut
Rim. 15. tales, in Eccleſiis dicti Regni, præficiantur Regimini Paſtorali, in
E. 2. quorum Fide & Doctrinâ, Conſilio & Prudentiâ, noſter animus,
m. 12. ac ſtatus dicti Regni valeant quietari;

Indè eſt, Pater Sancte, quòd, cùm Coventrenſis & Lichefeldenſis Eccleſia Cathedralis jam ſit Paſtoris ſolatio deſtituta, noſque, Perſonarum conditiones, Locorum & Temporum qualitates, pro eorumdem varietate, diſtinguentes, perſonam, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ, in Eccleſia Londonienſi, ac Canonici Eccleſiæ Lychefeldenſis, ad onus & honorem Paſtoralis Officii dictæ Eccleſiæ præcipuè idoneum reputantes, ipſum veſtræ Beatitudini pleniſſimo recommendamus affectu;

Ampliori, quâ poſſumus, devotione ſupplicantes, quatinus, ſi Epiſcopatum illum per vos reſervari contigerit, dictum Clericum noſtrum Eccleſiæ prædictæ præficere velitis in Epiſcopum & Paſtorem.

Spem namque tenemus indubiam, quòd ipſius fidei conſtantiâ, & rectitudine, manſuetudine, & lenitate, tàm dicti Regni Nego-

---

Litera Jacobi Domini de Douglas de Conductu, pro Nuncio ab adherentibus Comitis Lancaſtriæ.

A Touz ceux, que ceſte Lettre verront ou orront, James Sei- Ann. D.
gneur de Duglas, ſalut. 1321.
Sachetz moi aver done, & grante ſeure & ſauf Conduyt a Ri- *An.* 15.
chard de Topclif, & un Compaignon od lui, & lour garſons, ſau- *E.* 2.
vement de venir dedeinz les parties d'Eſcoce, a Jedd. ſauvement *Clauſ.* 15.
venir, demorer, & repairer: *E.* 2.
Par qi j'ai prie a touz mes amys, & comaund a touz mes Gens, *m.* 18. *d.*
q'il ne facent mal, moleſte, ne deſturbance au dit Richard, ne a ſon Compaignon, ne a lour biens, en venant, demorraunt, ne repairant, ne ſoeffrant eſtre fait a lour poer.

En teſmoignance de quele choſe a ceſte preſente Lettre ai mys mon Seal; dura tant come la Feſte Seint Hiller, procheyn apres la ſejour de celtes.

Eſcript a Etlebredehelys le dimaigne en la Feſte Seint Nicholas, l'An de grace 1321.

Pro Hugone le Deſpenſer, de Magna Charta obſervanda.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D.
Sciatis quod, 1321.
Cùm Hugo le Deſpenſer Junior nuper, ad proſecutionem quo- *An.* 15.
rumdam Magnatum, de Regno noſtro, per quandam Conſidera- *E.* 2.
tionem, per ipſos factam, ab eodem Regno exulatus fuiſſet & ex- *Pat.* 15.
hæredatus, *E.* 2.
Ac idem Hugo poſtmodùm, per Petitionem ſuam, nobis por- *p.* 1.
rectam, nobis ſuggeſſerit, quod in conſideratione prædictâ plures *m.* 4.
errores intervenerunt, quorum prætextu dicta Conſideratio revocari & adnullari de jure debet,
Et nobis cum inſtantiâ ſupplicaverit, ut ſibi in hac parte Juſti-
tiam faciamus, prout ad hoc tenemur vinculo Juramenti, * per * III.
Nos præſtiti tempore Coronationis noſtræ, 908.

Nos,

Ad dictum Juramentum noſtrum, necnon ad tenorem MAGNÆ CARTÆ DE LIBERTATIBUS ANGLIÆ (quæ ſententiâ Excommunicationis confirmatur, & in quâ continetur quod Nulli negabimus aut differemus Rectum aut Juſtitiam) nec non ad Ordinationes, nuper per Prælatos & Proceres dicti Regni factas, & per nos approbatas, ac de voluntate & mandato noſtro juratas (in quibus etiam continetur quod dicta MAGNA CARTA in ſingulis ſuis Articulis teneatur & obſervetur) debitam conſiderationem habentes,

Dictum Hugonem (qui ſe reddidit Priſonæ noſtræ, Juſtitiam in præmiſſis proſecuturum, & quem in Cuſtodiâ certâ commiſimus, quouſque ſuper Petitione ſuâ prædictâ fieri fecerimus quod de jure fore viderimus faciendum) ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon Protectionem noſtram ſpecialem:

Et ideo vobis omnibus & ſingulis Mandamus, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungentes, quod præfato Hugoni, in eundo, & morando per Regnum & poteſtatem noſtram, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis

 inferri

Digitized by Google

m. 12. Profeſſoribus, & Willielmo de Deen, Militi, & Fratri Johanni de Wrotham Pœnitentiario (de quorum fidelitate probatâ & circumſpectione providâ ad plenum confidimus) veſtræ Beatitudini ſerioſiùs exponenda.

Veſtræ igitur Sanctitati devotis precibus ſupplicamus, quatinus præfatis, Johanni, Willielmo & Willielmo, & duobus eorum, in hiis, quæ ipſi, vel duo eorum veſtræ Clementiæ, ex parte noſtrâ, expoſuerint vivâ voce, dignemini fidem indubiam adhibere, & exponenda gratioſiùs exaudire.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 8. die Decembris.

CONſimiles Literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, R. Wyntonienſis Epiſcopi, & dictorum, Archidiaconi, & Willielmi de Weſton, Juris Civilis Profeſſorum, Willielmi, & Fratris Johannis de Wrotham, Domini Papæ Pœnitentiarii, quatuor, trium, & duorum ipſorum, quorum, alter dictorum, Archidiaconi & Willielmi de Weſton, ſit unus.

---

* III. 909.

* *De Negotiis, cum Papa, tractandis.*

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 12.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Etſi veſtræ Sanctiſſimæ Paternitati Negotia, Nos, & Statum Terræ noſtræ Scotiæ tangentia, per Nuncios, quos, veluti honoris noſtri Regii fervidos Zelatores, ad partes illas aliàs deſtinâſtis, ſeriosè expoſita extiterint, ut ſperamus; pro ipſorum tamen informatione pleniori, quoſdam de Noſtris ad veſtram præſentiam diſpoſuimus, ante hæc tempora, direxiſſe; ſet, quibuſdam Turbationibus infra Regnum noſtrum ex inopinato emergentibus, non potuimus, quod propoſueramus, citiùs effectui mancipare.

Eiſdem, diſponente Domino, incipientibus jam ſedari, pro dictorum Negotiorum Declaratione pleniori faciendâ, & ipſorum expeditione felici (quam veſtram Sanctitatem zelare ſperamus) ac pro quibuſdam Gravaminibus & Injuriis, noſtris temporibus, Nobis & Coronæ noſtræ, ſolito Majoribus, & aliter quàm Progenitorum noſtrorum temporibus fieri conſuevit, præcipuè coram Auditoribus Sacri Palatii veſtri, & per mandata eorumdem, abſque Conniventia veſtrâ, ut fiducialiter tenemus, illatis, veſtræ Clementiæ ſerioſiùs exponendis: nec non pro Subſidiis aliquibus, pro Statu noſtro & Regni noſtri conſervando, a veſtrâ Sanctitate impetrandis; ac aliis Negotiis, Nos, & dictum Regnum noſtrum tangentibus, penes eandem proſequendis,

Dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum Johannem de Stretford Archidiaconum Lincolniæ, Juris Civilis Profeſſorem, Willielmum de Deen Militem, & Magiſtrum Willielmum de Weſton, Juris Civilis Profeſſorem (de quorum fidelitate probatâ & circumſpectione providâ ad plenum confidimus) ad veſtram præſentiam Nuncios noſtros mittimus ſpeciales;

Veſtræ Beatitudini devotis precibus ſupplicantes, quatinus præfatis, Johanni, Willielmo, & Willielmo, & duobus eorum, in hiis, quæ ipſi, vel duo eorum, in præmiſſis, vobis expoſuerint vivâ voce, dignemini fidem indubiam adhibere, & exponenda gratioſiùs exaudire.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 8. die Decembris.

iis, per Progenitores noſtros & nos ad pios uſus deputatis & ordinatis, contra nos Armatos parat & ſuſtentat; Bona illa ſic indebite conſumendo, & alias contra nos Adverſitates excercendo, ac pro viribus procurando.

Quocirca Sanctitati veſtræ, ad preces noſtras, de quo dolemus, in Facto hujuſmodi circumventæ, ex toto corde, quanto humiliùs poterimus, ſupplicamus quatinus dictam Plantulam, non Fructiferam & humoribus naturalibus deſtitutam, in tam ſolempni Dignitate ſic præfectam, quæ præ cæteris Epiſcopatibus Regni noſtri viro perfecto, & præcipuè in Spiritualibus circumſpecto, noſcitur indigere (ſi Radices habere dici debeat) ab eodem loco eradicare, & de Statu ſuo, juxta ſui demerita, aliàs ordinare;

Et in hiis, quæ, dilecti & fideles noſtri, Magiſtri, Johannes de Stratford Archidiaconus Lincolnienſis, Willielmus de Weſton, Juris Civilis Profeſſores, & Willielmus de Deen Miles, & Frater Johannes de Wrotham veſter Pœnitentiarius, tres, aut duo eorum, ſuper præmiſſis, veſtræ Beatitudini ex parte noſtrâ expoſuerint vivâ voce, eiſdem fidem credulam adhibere dignetur veſtra Paternitas Sacroſancta.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, octavo die Decembris.

CONſimiles Literæ fiunt, ſub eâdem datâ, ſub nominibus, Venerabilis Patris, R. Wyntonienſis Epiſcopi, & dictorum, Archidiaconi, Willielmi, Willielmi, & Johannis, quatuor, & trium eorum, quorum alter, dictorum Archidiaconi & Willielmi de Weſton, ſit unus.

Ad Cardinales, de Credentia.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratia, Sabienenſi Epiſcopo, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 12.

Quædam Negotia, Nos & Statum Regni noſtri ſpecialiter contingentia, quæ noſtris deſideriis obnixiùs inhærent, Injunximus, dilectis & fidelibus noſtris, Magiſtris, Johanni de Stretford Archidiacono Lincolnienſi, Willielmo de Weſton, Juris Civilis Profeſſoribus, Willielmo de Deen Militi, & Fratri Johanni de Wrotham, Domini Papæ Pœnitentiario (de quorum fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ ad plenum confidimus) vobis ſerioſiùs exponenda.

Veſtram igitur Paternitatem affectuoſis precibus deprecamur, quatinus præfatis, Johanni, Willielmo, Willielmo, & Johanni, tribus, & duobus eorum (quorum alter, dictorum Archidiaconi & Willielmi de Weſton, ſit unus) in hiis, quæ vobis ex parte noſtrâ expoſuerint vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere; &, ut ſic exponenda deſideratum effectum ſortiantur, apud Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hiis ſimiliter ſcribimus) & aliàs, juxta veſtræ diſcretionis arbitrium, cum omni efficaciâ, interponere partes veſtras.

Dat. apud Reddyng. 11. die Decembris.

COnſimiles Literæ fiunt, ſub eâdem datâ, ſub nominibus, venerabilis Patris, R. Wyntonienſis Epiſcopi, & dictorum, Archidiaconi, Willielmi, Willielmi, & Johannis, quatuor, & trium eorum, quorum alter, dictorum Archidiaconi & Willielmi de Weſton, ſit unus.

Eodem

Digitized by Google

Domino Arnaldo Tirandi,
Domino Petro de Viâ, } Domini Summi Pont. Nepotibus.

Domino Bernar. Jordani, Domino Inſulæ.

Ad Regem Franciæ, pro Civitate Condomiæ, contra Epiſcopum.

Ann. D. 1321. MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus,
An. 15. &c. ſalutem, &, ad vota, ſucceſſus proſperos ac felices.
E. 2. Quanto quietem & commoda, dilectorum & fidelium noſtro-
Rom. 15. rum, Conſulum & Univerſitatis Civitatis noſtræ Condomiæ, ſuis
E. 2. exigentibus meritis, affectamus, tanto ex Injuriis & Gravamini-
m. 13 d. bus, eis illatis, anxiùs conturbamur.

Cùm itaque, venerabilis Pater, Epiſcopus Civitatis prædictæ dictos Conſules & Univerſitatem, nec non & Officiales noſtros partium illarum, quæſitis coloribus, in Curiâ veſtrâ inquietet multipliciter & fatiget, ratione quarumdam Diſſenſionum inter ipſum Epiſcopum, & præfatos, Conſules, Univerſitatem, & Officiales noſtros, ſuper aliquibus, Nos, Jus, & Juriſdictionem noſtram in partibus illis contingentibus;

De quibus idem Epiſcopus, per quoſdam Miniſtros veſtros, quandam Inqueſtam, ſive Informationem, Nobis, & Juri, ac Juriſdictioni noſtræ, & dictis, Conſulibus, & Univerſitati, ac Officialibus noſtris multipliciter ſuſpectam, fieri, & in dictâ veſtrâ Curiâ remitti procuravit; per Inqueſtam, ſeu Informationem hujuſmodi, ſuſpectam, Nobis, in dictâ Curiâ veſtrâ, præjudicium, & dictis, Conſulibus, & Univerſitati, ac Officialibus noſtris, dampna & gravamina procurando:

Nos, de Excellentia veſtra plenam fiduciam reportantes, ſperantes etiam quod Jura noſtra illæſa conſervare velitis, & ſuper Exceſſibus, ſi emerſerint, quod abſit, agere gratioſè,

Serenitatem veſtram affectuoſis precibus imploramus, quatenus Noſtros, & dictorum Conſulum, & Univerſitatis, ac Officialium noſtrorum Procuratores, Sindicos, ad proponendum & probandum Defenſiones, Excuſationes, & Objectiones in dicto Facto, benignè, & præcipuè nullitatem dictæ Inqueſtæ, ſeu Informationis, velitis admittere & audire, antequam ad dictam Inqueſtam, ſeu Informationem judicandam procedat.

Et, ſi forſitan quicquam in eodem, in veſtri Offenſam appareat attemptatum, id, pro noſtro Honore, pro noſtra, & dictorum, Conſulum, & Univerſitatis, ac ſingulorum ejuſdem parte, remittere gratioſè.

Dat. apud Radyng. 12. die Decembris.

---

* III. 912. * *Ad Comitem Bononiæ, contra dictum Epiſcopum.*

Ann. D. 1321. REX, Nobili Viro, Domino Comiti de Bononia, Amico ſuo
An. 15. cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
E. 2. Negotia,
Rom. 15. Nos & Officiales noſtros Ducatûs noſtri Aquitaniæ, ac, dile-
E. 2. ctos & fideles noſtros, Conſules & Univerſitatem Civitatis noſtræ
m. 13. d. Condomiæ, in Curia Magnifici Principis, Domini Philippi, Dei

commoda inferre conatus eſt, & adhuc ipſos, quæſitis Coloribus, expenſis & laboribus multipliciter non deſinit fatigare, Civitatemque noſtram prædictam voluntariè, & abſque causâ rationabili, jam per annum & dimidium, & ampliùs, tenuit ſuppoſitam interdicto.

Et, hiis non contentus, ad ſuſcitandam Diſcordiam inter Excellentiſſimum Principem, Dominum Regem Franciæ Illuſtrem & Gentes ſuas, ac nos, & Gentes noſtras, in partibus illis callidis Machinationibus pro viribus elaborat.

Ut igitur tanta ipſius Epiſcopi refrænetur malitia, auferatur Scandalum, & animarum ſaluti Paterna providentia conſulatur; veſtræ Sanctitati totis affectibus ſupplicamus, quatinus eundem Epiſcopum ad aliquem alium locum, vel ſedem, ubi non tantum erit nociva Subditis ejus Præſidentia, transferre dignemini de veſtrâ ſpeciali gratiâ & plenitudine poteſtatis.

Non enim credimus quod, dùm in loco illo ut Pontifex adminiſtrat, Subditi ſui, quibus exceſſus ſui nepharii, quod dolendum eſt, ſunt aperti, per ejus monita in viam ſalutis dirigi poterunt; ſet timendum eſt potiùs nè, per exempli perniciem, ad excedendum periculoſiùs incitentur.

Et, ne hæc ex levitate Benignitati veſtræ ſuggeſta fore credantur, placeat, quæſumus, veſtræ Clementiæ ſecretam informationem, de Actubus & Geſtu ipſius Epiſcopi, per aliquos de veſtris jubere
* fieri; &, niſi fallamur, invenietur quòd indignè in Pontificali * III. 913.
Officio adminiſtrat.

Cæterùm quia interdictum, per eundem Epiſcopum in Civitatem noſtram prædictam voluntariè promulgatum, adhuc ibidem obſervatur, unde multorum creſcit indevotio, pululant ſcelera, & prompta inveniuntur pericula animarum, illud interdictum, ſi placet, velitis relaxare pro tantis diſpendiis evitandis.

Conſervet, &c.

Dat. apud Radyng, duodecimo die Decembris.

Ad Cardinalem, contra præfatum Epiſcopum.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino A. Dei gratiâ, Sanctæ Ann. D.
Mariæ in Porticu Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, 1321.
Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. An. 15.
Cùm, propter varios & enormes exceſſus, quos Reymundus, E. 2.
Epiſcopus Condomiæ, contra Officiales noſtros, ac Conſules, & Rom. 15.
Univerſitatem Civitatis noſtræ Condomiæ, noſcitur commiſiſſe, E. 2.
ipſos nihilominus in Curiâ Regis Franciæ fatigando multipliciter m. 13. d.
laboribus & expenſis, dictamque Civitatem ſupponendo, abſque causâ rationabili, Eccleſiaſtico interdicto:

Super quibus eundem Epiſcopum, per Seneſcallum noſtrum Vaſconiæ, requiri fecimus, ut uſurpata indebitè faceret emendari, ita quod inter ipſum & Gentes noſtras prædictas poſſet concordiæ & Amoris Tranquilitas reformari:

Qui tamen, ex hoc altiùs in tumorem elatus, dictum Seneſcallum noſtrum audire renuens, dictis Gentibus noſtris majora viſus eſt incommoda procurare, & adhuc indies ad hoc pro viribus elaborat;

Sanctiſſimum Patrem, Dominum Summum Pontificem duximus literatorie requirendum, quatinus, pro tantâ ipſius Epiſcopi refrænandâ malitiâ, removendo Scandalo, & animarum ſalute procurandâ, eundem Epiſcopum ad aliquem alium Locum vel Sedem, ubi

Digitized by Google

* III. 914. nitentiarum (de quorum fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ ad plenum confidimus) * pro Negotiis, nos contingentibus, & eis injunctis, & veſtræ Clementiæ exponendis, ad veſtræ Sanctitatis Clementiam duximus deſtinandos;

Humiliter ſupplicantes, quatinus dictos Nuncios noſtros habere dignemini deſtinantis intuitu, commendatos: & ipſos, juxta tenorem Literarum noſtrarum de Credentiâ, vobis per eoſdem directarum, in expoſitione Negotiorum noſtrorum prompto acceſſu ad veſtræ Sanctitatis præſentiam, & expeditione dictorum Negotiorum noſtrorum, ſic gratioſe admittere & audire, quod Pompa onoroſa prædicta nobis ad præſens non noceat, aut Nuncios noſtros præſentes, quos apud nos (quemlibet, videlicet, in ſtatu ſuo) honor commendabilis decorat, quorum etiam experientiam, & diſcretionem acceptabilem veſtræ Sanctitati ſperamus, minime vilipendat; ſet, quòd Monita & Doctrinam veſtrâm ſequentes in miſſione talium Nunciorum, a veſtrâ benignitate, tàm in prompto acceſſu ipſorum ad veſtræ Sanctitatis præſentiam, quàm in celeriore expeditione Negotiorum noſtrorum, majores gratias conſequamur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Radyng, duodecimo die Decembris.

Pro Willielmo Ayremin, de Jure Regio manutenendo.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 12.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Dùm variis multorum conatibus, Jura Coronæ noſtræ penes Clementiam veſtram multipliciter impugnantium, inceſſanter affligimur, ipſorumque doloſis turbamur Inſidiis, erigit nos ex adverſo firma de veſtrâ Sinceritate fiducia, non argumentis conjecturata vel Signis, ſet potiùs Experimentis manifeſtata dilucidis, ut Jura noſtra & Coronæ noſtræ protegere velitis propitiùs & fovere, ac quorumlibet, eiſdem Adverſantium, impetum effectuali præſidio propulſare.

Ecce! Pater Sancte, vacante nuper Epiſcopatu Lincolnienſi, vacavit & Præbenda de Leyghton Buſard in dictâ Lincolnienſi Eccleſia, per liberam Reſignationem Magiſtri Jacobi de Berkeleye, Præbendarii & Poſſeſſoris ejuſdem; quam contulimus, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Willielmo de Ayremin Regio Jure noſtro, nemini, ut credimus, dubio vel ignoto.

Qui quidem Clericus, ad dictam Præbendam per loci Ordinarium canonice admiſſus, ipſam poſſedit diutiùs pacificè & quietè:

Verùm quidam Magiſter Johannes de Podio Berſaco, occaſione cujuſdam Proviſionis Apoſtolicæ, in dictâ Lincolnienſi Eccleſiâ ſibi factæ, dictam Præbendam, vivente loci Epiſcopo, ſe aſſerit acceptâſſe, eoque prætextu nos & dictum Clericum noſtrum multipliciter inquietat, ipſumque Clericum noſtrum ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, ut dicitur, perſonaliter evocari procuravit.

Cujuſmodi Proviſio, ſiqua fuerat, Jus noſtrum ſuperveniens, & per dictam vacationem dicti Epiſcopatûs accreſcens, Collationem noſtram impedire non potuit; præſertim cum idem Johannes poſſeſſionem dictæ Præbendæ aſſecutus non eſſet, priuſquam noſtra Collatio ſuum optinuiſſet effectum.

Quocirca juſtiſſimæ moderationis veſtræ libram devotis precibus excitamus, quatenus ad præmiſſa, necnon ad dicti Clerici noſtri perſonam, quam nobis & Regno noſtro adeò neceſſariam reputamus, quòd ipſius perſonali præſentiâ, abſque intollerabili detrimento carere non poſſumus, benignam, ſi placet, conſiderationem habentes; dictum Johannem, ut ab inquietatione noſtrâ, & ipſius Clerici noſtri omnino deſiſtat, inducere dignemini providentiâ Paternali; quoad Comparitionem Perſonalem præfato Clerico noſtro

Noſtris auribus eſt jam delatum quòd quidam Johannes de Podio Berſaco, occaſione cujuſdam Proviſionis Apoſtolicæ, in dictâ Lincolnienſi Eccleſiâ ſibi factæ, aſſerens ſe dictam Præbendam, vivente loci Epiſcopo, acceptâſſe, nos & dictum Clericum noſtrum in Romanâ Curiâ multipliciter moleſtat & inquietat, ipſumque Clericum noſtrum ad dictam Curiam Romanam, ut dicitur, perſonaliter evocari procuravit; de quo turbamur plurimùm, &, meritò, cogimur admirari; præſertim cum Jura Coronæ noſtræ (quibus Progenitores noſtri, quondam Reges Angliæ, & nos uſi ſumus, alibi quàm in Regno noſtro, ſecundum Legem & Conſuetudinem ejuſdem Regni, tractari non debent) in dicta Romana Curia ſic tractantur.

Veſtram igitur Paternitatem affectuoſis precibus deprecamur, quatinus, ut Commiſſis, de Negotio prædicto ſic facta, ut referatur, & Citatio prædicta revocentur, & quod ab hujuſmodi nobis præjudicialibus in dictâ Curiâ de cætero deſiſtatur, velitis, noſtris precibus, erga, Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc ſimiliter ſcribimus) & aliàs, juxta veſtræ diſcretionis arbitrium, cum omni efficaciâ interponere partes veſtras.

Non debet enim quiſquam admirari, ſi, circa defenſionem Jurium Coronæ noſtræ, niſi per viam requiſitam Remedium apponatur, Remedium, quod poterimus, apponamus.

In hiis autem quæ, dilecti Clerici & Fideles noſtri, Magiſtri, Johannes de Stratford Archidiaconus Lincolnienſis, & Willielmus de Weſton, Juris Civilis Profeſſores, vobis ſuper dicto Negotio, ex parte noſtrâ, expoſuerint vivâ voce, velitis eiſdem fidem credulam adhibere.

Dat. apud Radyng, duodecimo die Decembris.

Eodem modo ſcribitur Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali.

Item Domino W. Tituli Sancti Ciriaci in Termis Diacono Cardinali.

De Juribus Regiis conſervandis.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præcentoribus, Sacriſtis, Officialibus, & omnibus aliis Perſonis, in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, ac eorum Commiſſariis, ſalutem. Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 1. m. 6.

Ad Jura noſtra Regia, ne depereant, ſeu per aliquorum Uſurpationes indebitas aliqualiter ſubtrahantur, quatenus juſtè poterimus, manutenenda: Subtractaque & occupata, ſi quæ fuerint, ad Statum debitum revocanda; necnon ad impugnatores eorumdem Jurium noſtrorum refrænandum, &, prout convenit, juxta eorum demerita, puniendum, eò ſtudioſiùs nos decet operam adhibere, & ſolicitiùs extendere manum noſtram, quò ad hoc vinculo aſtringimur Juramenti, pluresque conſpicimus indies Jura illa pro viribus impugnare.

Cùm itaque Præſentationem noſtram ad Eccleſiam de Crundi vacantem, & ad noſtram Donationem, ratione Epiſcopatûs * Wyntonienſis, nuper vacantis, & in manu noſtrâ exiſtentis, ſpectantem, in Curiâ noſtrâ coram nobis, per conſiderationem ejuſdem Curiæ, recuperaverimus, &, dilectum Clericum noſtrum, Thomam de Staunton ad Eccleſiam illam præſentaverimus Regio Jure noſtro: * III. 916.

Et jam intellexerimus quòd quidam Jus noſtrum in hac parte impugnare, & Judicium prædictum pro viribus enervare nituntur, Pro-

Digitized by Google

… ſuam, quo de ipſis Subditis, ex præteritis, ad futura gerit fiduciam ſpecialem.

Cum itaque veſtra & Anteceſſorum veſtrorum grata & laudabilia obſequia, &, imminentibus neceſſitatibus, utilia Subſidia, & cum hiis ſemper fidelitatis conſtantiam, & gratæ voluntatis affluentiam ſenſerimus in effectu:

Ac jam, finientibus Treugis, inter Nos & Scotos dudum captis, pro expeditione Guerræ noſtræ contra eoſdem, & aliis Negotiis arduis & ſumptuoſis, nobis ad præſens incumbentibus, quali infinitam pecuniam nos effundere oportebit,

Vos affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus, ad tanta & tam gravia Onera, nobis ſic incumbentia, intuitum debitum convertentes, pro parte relevationis eorumdem velitis nobis, juxta noſtram ſperatam fiduciam, & veſtra beneplacita, utiliter ſuffragari;

Ac, dilecto Conſanguineo & fideli noſtro, Almarico de Credonio, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, vel deputando, aut deputandis ab ipſo, in hiis, quæ vobis ſuper dicto Negotio, ex parte noſtrâ, expoſuerit, vel expoſuerint, vivâ voce, fidem credulam adhibere; & exponenda ita exaudire, quòd vos exinde debeamus merito commendare, & veſtris honoribus & utilitatibus in futuris artius obligari.

Volumus enim & concedimus, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quòd Subſidium, ſi quod nobis ex hâc causâ duxeritis concedendum, quod etiam ex veſtrâ liberalitate & gratiâ procedere fatemur, vobis, Hæredibus, & Succeſſoribus veſtris non cedat in præjudicium, nec trahatur in conſequentiam in futuro: Et quòd inde Litteræ noſtræ Patentes, ſub Sigillo noſtro Vaſconiæ, vobis fiant: quòdque Litteræ illæ tanti ſint valoris & effectûs, ac ſi eſſent Magno Sigillo noſtro conſignatæ.

In cujus, &c.

Dat. apud Okebourn, 17. die Decembris.

Per ipſum Regem.

• III. 917. • Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Majori, Juratis, & Communitati Civitatis Burdegaliæ:
Majori, centum Paribus, & Communitati Sancti Enulani:
Majori, Juratis, & Communitati de Leborniâ:
Juratis & Communitati de Sancto Maquario; & aliis Majoribus, Juratis, & Communitatibus, Conſulibus, & aliis Subditis Villarum & Locorum de Burdegalia.

Probis Hominibus, & Univerſitati Civitatis Regis de Vaſato ac cæteris, omnibus & ſingulis, Subditis Regis in Præpoſiturâ Vaſatenſi conſtitutis:
Juratis & Univerſitati de Regula, & aliis Subditis Præpoſituræ de Regula, & aliarum Villarum, & Præpoſiturarum, Caſtellaniarum, & Locorum de Vaſateſio.

Majori, Juratis, centum Paribus, & Communiæ Civitatis Regis Baionæ:
Majori, Juratis, & Communiæ Civitatis Regis Aquenſis:
Juratis, Conſulibus, Communitatibus, & Univerſitatibus, & aliis Subditis Baionæ & Aquen. de Sancto Severo, de la Burdo, & aliarum Præpoſiturarum, Villarum & Locorum Seneſcalciæ Landarum.

… mino Summo Pontifici, ac Amicis noſtris prædictis ſuper hoc directas, cum omi diligentia & inſtantia, quibus poteritis, noſtro nomine proſequamini: Et, ut officium deſideratum conſequamur, de Negotio illo, interponatis effectualiter partes veſtras; ita quod vos exindè meritò commendare debeamus.

Teſte Rege apud Cyrenceſtriam, viceſimo die Decembris.

* *Pro Magiſtro Roberto de Baldok, commendatoria.* • III. 918.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Nuper, Pater Sancte, de ſtabilimento Regni noſtri ſollicitè 1321.
cogitantes, advertenteſque quod ad hoc potiſſimum operaretur, ut *An.* 15.
in Eccleſiis Cathedralibus dicti Regni tales Pontificali fulgerent *E.* 2.
Dignitate, in quorum Fide, Doctrina, Conſilio & Prudentia, no- *Rom.* 15.
ſter animus quieſceret, & Status Regni noſtri uberius tractaretur: *E.* 2.
Intuentes etiam merita laudabilia, & virtutum inſignia, quibus *m.* 11.
perſonam, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ, in Eccleſia Londoniæ, & Canonici in Eccleſia Lychefeldenſi, Altiſſimus mirificè decoravit;

Veſtram Sanctitatem rogavimus precibus affectuoſis, quatinus, ſi Epiſcopatum Coventriæ & Lycheſeldiæ, vacantem, per vos contingeret reſervari, vel aliàs ad veſtram Proviſionem devolvi, tunc dictum Clericum noſtrum (quem ad onus & honorem Paſtoralis Officii ipſius laudabilia merita idoneum repræſentant) dictis Eccleſiis Coventrienſi & Lychfeldenſi velletis præficere in Epiſcopum, & Paſtorem; &, ut felicem expeditionem dicti Negotii, quam corditer affectamus, atteſtetur noſtra ſupplicatio iterata, Clericum noſtrum memoratum veſtræ Sanctitati affectione, qua poſſumus, commendamus;

Humiliter ſupplicantes, quatinus, ad affectionem noſtram prædictam, necnon ad commoda non modica, quæ ex præfectione ipſius (ſi Eccleſiis prædictis præſideret) nobis & Regno noſtro prædicto, per ipſius maturitatem Conſilii, & alia opera fructuoſa, multipliciter evenire ſperamus, Paternum intuitum convertentes, preces noſtras, aliàs pro dicto Negotio veſtræ Beatitudini, & in præſenti effuſas, dignemini, ſi placet, juxta noſtri deſiderium, gratioſius exaudire: &, dilectis & fidelibus noſtris, venerabili Patri, R. Wyntonienſi Epiſcopo, Magiſtris, Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolnienſi, & Willielmo de Weſton, Juris Civilis Profeſſoribus, ac duobus eorum, in hiis, quæ vobis, ſuper Negotio prædicto, ex parte noſtra, expoſuerint viva voce, fidem indubiam adhibere.

Conſervet, &c.

Dat. apud Cirenceſtriam, viceſimo ſecundo die Decembris.

Pro eodem Roberto, ad Jura Coronæ manutenenda, contra Galhardum Cardinalem. Ann. D.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. 1321.
Inter cætera, noſtris curis incumbentia, ex quibus aliquando *An.* 15. *E.* 2.
bullientibus adverſitatibus, conturbamur, ex eo quod quidam Jura *Rom.* 15.
Coronæ noſtræ in veſtra Sacra Curia, ad noſtri, & Coronæ noſtræ *E.* 2.
exhæ- *m.* 11.

noſtræ cederent manifeſtè:

Propter quæ dicto Clerico noſtro inhibuimus diſtrictè, ſub ſua Ligeantia, & Foriſfactura omnium, quæ erga nos foriſfacere poterit, ne Cauſam aliquam de dicta Præbenda, quam ſic ex Collatione noſtra habet, per ſe, vel per Procuratorem quoviſmodo ſeu coſore, extra dictum Regnum noſtrum, agat vel deducat; nec, prætextu dictæ Citationis, exeat idem Regnum; ſet quod Servitio noſtro, in præſentia noſtra, ad quod illum, ſuis meritis laudabiligus exigentibus, diu eſt vocavimus, continuè & perſonaliter inſiſtat; ipſumque nihilominus ex habundanti areſtavimus ſic in noſtro obſequio detinendum.

Cùm itaque, Pater piiſſime, Sancta Eccleſia Romana, Mater noſtra, &c, bonæ memoriæ, Prædeceſſores veſtri, Leges & Conſuetudines noſtras Paternas, ac Jura noſtra, temporibus Progenitorum noſtrorum, Regum Angliæ, benigne toleraverint, & vos ſenſerimus hactenus, & adhuc reputemus præcipuum Defenſorem: Noſque Leges, Conſuetudines, ac Jura prædicta Auctoritate noſtra, ſine conſenſu populi noſtri, immutare non poſſimus, nec a defenſione eorumdem, ſine offenſa Juramenti noſtri, ſuper hoc præſtiti, reſilire;

Sanctitati veſtræ affectuoſis precibus, quanto humiliùs poterimus, ſupplicamus, quatinus, ad nos, & Regnum noſtrum prædictum, quod Legibus & Conſuetudinibus hactenus ſe rexit, Paternalem affectionem intimè convertentes, Commiſſionem, ſi quæ de dicto Negotio per vos facta fuerit, necnon & Citationem prædictam, ac alia Nobis & Regno noſtro præjudicialia, in veſtra Sacra Curia, hiis diebus, plus quàm temporibus Progenitorum noſtrorum, tractata revocentur: & quod ibidem ab hujuſmodi, ſi placeat, deſiſtatur; ut ſic Noſtra, & Subditorum noſtrorum Devotio erga Sanctam Matrem noſtram, & vos uberius vigeat & creſcat: & nè, ſi contrarium fieret, quod abſit, inde gravia Scandala oriantur.

Super his etiam quæ, dilecti & fideles noſtri, venerabilis Pater, R. Wyntonienſis Epiſcopus, Magiſtri, Johannes de Stratford, Archidiaconus Lincolniæ, & Willielmus de Weſton, Juris Civilis Profeſſores, & Willielmus de Deen Miles, Tres, & Duo eorum, veſtræ Benignitati, ex parte noſtra, in præmiſſis, expoſuerint vivâ voce, eiſdem, Tribus, & Duobus eorum, per vos, quæſumus, fidem indubiam adhiberi.

Conſervet, &c.

Dat. apud Cirenceſtriam, 24 die Decembris.

Pro dicto Roberto, contra Cardinalem prætaxatum.

Ann. D. 1321. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 11.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

De veſtrâ Sinceritate, non argumentis conjecturatâ, ſet experimento utili potius manifeſtatâ, nos erigit fiducia ſpecialis, ut nobis adverſantia, ſi occurrant, ea veſtræ prudentiæ intimemus; ſperantes quod in his velitis nobis aſſiſtere Conſiliis & Auxiliis opportunis.

Cum itaque, delatâ nuper auribus noſtris Diviſione Præbendæ de Aylesbury, in Eccleſia Lincolnienſi, factâ tempore Progenitorum noſtrorum, ſine ipſorum Aſſenſu, qui in ea parte neceſſario requirendus fuit, Epiſcopatu Lincolnienſi vacante, & in manu noſtra exiſtente, dictam Præbendam de Aylesbury cum Integritate ſua, qua ante Diviſionem prædictam conferri conſuevit, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn, • j

Pro Rogero de Northburgh in Epiſcopum Lichfeldenſem præfecto, & de Briga inter Regem & Galhardum Cardinalem.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.

Per Literas, venerabilis Patris, Domini L. Dei gratia, San- 1321.
ctæ Mariæ in Via Lata Diaconi Cardinalis, de voluntate veſtra An. 15.
nobis, ut credimus, directas, didicimus quod, ad noſtri inſtan- E. 2.
tiam, necnon & ob honorem noſtrum, & Regni noſtri utilita- Rom. 15.
tem, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Rogerum de E. 2.
Northburgh, Archidiaconum Richemundiæ, in Epiſcopum & m. 11.
Paſtorem Eccleſiarum Coventrienſis & Lichefeldenſis, jam vacantium, Præfeciſtis; de quo veſtræ Beatitudini ad grates aſſurgimus quas valemus, & ſperamus, per Præfectionem ipſam, noſtra & Regni noſtri prædicti utilitates & commoda veraciter evenire.

Et, quia prædictus Rogerus Officio Theſaurarii Garderobæ noſtræ continuè eſt intendens, nec ipſius obſequio præſentiali nobis, pro Exceſſibus quorumdam Subditorum noſtrorum corrigendis, & puniendis, prout decet, per Regnum noſtrum tranſeuntibus, & in partibus prædicti Epiſcopatûs jam exiſtentibus, carere poſſumus bono modo;

Sanctitati veſtræ devotis precibus ſupplicamus, quatinus eidem Electo, ut à quibuſcumque Epiſcopis Catholicis infra Regnum noſtrum, in loco competenti, quem elegerit, Conſecrari valeat, dignemini noſtris precibus gratiam impendere; & ſibi ſuper aliquibus favoribus Apoſtolicis, & utilitatibus condignis, quibus veſtra Benignitas hujuſmodi Præfectos ditare conſuevit, ſinum aperire gratiæ Liberalis.

Ad hæc, Pater piiſſime, cum una Præbenda in Eccleſia Lincolnienſi, & alia in Eccleſia Beati Johannis Beverlaci, inter cætera Beneficia Eccleſiaſtica, quæ præfatus Electus adhuc tenet, per Conſecrationem ipſius fuerunt vacaturæ;

Veſtræ Benignitati duximus ſupplicandum, quatinus de dicta Præbenda in Eccleſia Lincolnienſi, venerabili Patri, Domino G. Dei gratia, Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali, ut ſic ceſſet Briga, mota inter ipſum Dominum Cardinalem & Nos, ſuper Eccleſia de Milton, quæ eſt Portio Præbendæ de Aylesbury, in dicta Eccleſia Lincolnienſi,

* Quam quidem Præbendam, cum integritate ſua, quâ ante * III. 921.
Diviſionem, indè factam, irrequiſito Aſſenſu Regio, conferri conſuevit, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok contulimus noſtro Jure Regio, a quo nullo modo, ſine offenſa Juramenti noſtri, quo tenemur ad defenſionem Jurium noſtrorum, poterimus reſilire.

Et de dicta Præbenda in Eccleſia Beverlacenſi eidem Magiſtro Roberto (cujus honorem & utilitatem, ſuis exigentibus meritis Laudabilibus, corditer affectamus) in augmentum ſuſtentationis ſuæ, providere noſtris precibus dignetur veſtra Paternitas quàm benigna.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wygorniam, quarto die Januarii.

Ad

Digitized by Google

Domino P. tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte, Vicecancellario Summi Pontificis, Preſbitero Cardinali.

Ad Regem Siciliæ Certificatoria, Vannum Fortigair non eſſe de Gibellinis.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 11. d.

MAgnifico Principi, Domino R. Dei gratia, Ceſiliæ & Jeruſalem Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, ac proſperè & feliciter Regnare.

Accedens ad Nos, dilectus nobis, Vannus Fortigair, Mercator, dilecti Conſanguinei & fidelis noſtri, Adomari de Valentiâ Comitis Pembrochiæ, nobis retulit, quòd, ad procurationem quorumdam æmulorum ejuſdem Vanni, veſtræ Excellentiæ Regiæ ſuggerentium dictum Vannum fore de Gibelinis (quos vos velut Inimicos veſtros inſequimini) quædam Lanæ Agninæ ipſius Vanni, in Villâ de Nicea, in Provinciâ, de mandato veſtro fuerant areſtatæ, tanquam bona Inimici veſtri, prætextu Suggeſtionis prædictæ,

Et quia idem Vannus, per quindecim Annos proximò præteritos, in Regno noſtro moram fecerit, & ſe de hujuſmodi inimicitiâ, modis & viis Legitimis, erga vos paratus eſt excuſare;

Veſtram Magnificentiam affectuoſis precibus imploramus, quatinus, admiſſâ Excuſatione prædictâ & probatâ, * dictas Lanas Deareſtari, & eidem Vanno, ad commodum ſuum inde faciendum, Liberari Mandetis, noſtris precibus & amore. [* III. 922.]

Dat. apud Wygorniam, quarto die Januarii.

Ad Papam pro dicto Vanno.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 11. d.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Referente nobis, dilecto nobis, Vanno Fortigair, Mercatore, dilecti Conſanguinei & fidelis noſtri, Adomari de Valentia Comitis Pembrochiæ, quòd, ad procurationem quorumdam æmulorum ejuſdem Vanni, Excellentiſſimo Principi, Domino Roberto, Ceſiliæ & Jeruſalem Regi illuſtri, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ſuggerentium dictum Vannum fore de Gibelinis (quos idem Rex velut inimicos ſuos inſequitur) quædam Lanæ Agninæ ipſius Vanni, in Villa de Nicea, in Provincia, de mandato dicti Regis fuerant areſtatæ, tanquam bona Inimici dicti Regis, prætextu Suggeſtionis prædictæ:

Eundem Regem per noſtras Literas rogaverimus ſpeciales, quòd, cùm idem Vannus, per quindecim Annos proximò præteritos, in Regno noſtro moram fecerit, ac ſe de hujuſmodi inimicitia, modis & viis Legitimis, erga Regem prædictum paratus ſit excuſare, dictas Lanas Deareſtari, & eidem Vanno, ad commodum ſuum inde faciendum, Liberari mandaret, noſtris precibus & amore;

Veſtræ itaque Sanctitati votivis precibus ſupplicamus, quatenus, ut idem Rex, admiſſâ Excuſatione dicti Vanni in hac parte, noſtris precibus, eidem pro dicto Vanno porrectis, adquieſcat, in Domino exortari, & Regem ipſum, per Litteras Beatitudinis veſtræ Bullatas, inducere dignetur veſtra Paternitas Sacroſancta.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wygorniam, quarto die Januarii.

* *Ad Regem Franciæ, pro Epiſcopo memorato.* [* III. 923.]

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 12. d.

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, &, ad vota, ſucceſſus proſperos ac felices.

Venerabilem Patrem, R. Wyntonienſem Epiſcopum, quem ad Curiam Romanam, pro quibuſdam Negotiis noſtris ibidem expediendis, deſtinamus, veſtræ Serenitati ſincero recommendamus affectu:

Attentiùs vos rogantes, quatinus eidem Epiſcopo, pro ſe & familiâ ſuâ, Literas veſtras de Conductu, dum ip um infra Dominium & poteſtatem veſtram tranſitum facere contigerit, verſus Curiam prædictam, & infra dicta Dominium & poteſtatem morando, & per eidem a dictâ Curiâ recedendo, noſtris precibus concedatis.

Dat. apud Wygorniam, 5. die Januarii.

Ad Karolum Comitem Valeſii, pro Præfato.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Ibid.

REX, Nobili viro, Domino Karolo, Comiti Valeſii, amico ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Venerabilem Patrem, R. Wyntonienſem Epiſcopum, quem ad Curiam Romanam, pro quibuſdam Negotiis noſtris ibidem expediendis, deſtinamus, veſtræ dilectioni pleno commendamus affectu;

Vos affectuoſius deprecantes, quatinus eidem Epiſcopo in hiis, quæ penes vos habuerit facienda, vos exhibere velitis, noſtri intuitu, gratioſos ac benivolos, cum favore.

Dat. ut ſupra.

Pro Rege, de capiendo illos, qui Villam de Bruggenorth combuſſerunt.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 22. d.

REX, dilecto & fideli ſuo, Ricardo Lovel, Conſtabulario Caſtri ſui Briſtoll, vel ejus Locum tenenti, ſalutem.

Quia,

Humfridus de Bohun, Comes Herefordiæ & Eſſexiæ,
Rogerus de Mortuo Mari de Wygemor,
Rogerus de Mortuo Mari de Chirk,
Rogerus Damory,
Hugo Daudele, Senior,
Hugo Daudele, Junior,
Bartholomæus de Badeleſmere,
Johannes Giffard de Brymmesfeld,
Mauritius de Berkeleye, Senior,
Rogerus de Clyfford,
Johannes de Wylyngton,
Johannes Mautravers, Junior,
Henricus de Wylyngton,
Robertus de Wattevill,
Gilbertus de Ellesfeld,
Gilbertus Talebot, &
Ricardus Talebot,

Villam noſtram de Briggenorth (ad quam quoſdam ſervientes noſtros,

Digitized by Google

Teſte ut ſupra.

Litera Thomæ Randolf, de Conductu pro Nuncio ex parte adherentium Comitis Lancaſtriæ.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 18. d.

THomas Randolf, Counte de Morref, Seignur de Waude de Anand, e de Mane, Lieutenant noſtre Seignur le Roi d'Eſcoce, a touz ceaux, que ceſte Lettre verrount ou orront, ſalutz.

Sachetz nous aver done & grante ſeur & ſauf Conduyt a Sire Richard, le Chapeleyn de Toppeclif, & a un Compaignon od lui, od lour garſons, ſauvement de venir patler od nous, en quel lieu que nous ſeioms, ſauvement venir, demurer, & repairer:

Par qi nous commandoms a touz ceaux, que ſont a la foi noſtre Seignur le Roi d'Eſcoce avantdit, q'il ne ſe facent mal, moleſte, ne deſturbance au dit Sire Richard, ne ſon Compaignon, ne a lour biens, en venant, demorant, ne repairant, ne ſoeffrent eſtre fait a lour poer.

En teſtimoignance de quele choſe, a ceſte preſente Lettre avoms mys noſtre Seal, a durer a l'Aſſumption noſtre Dame, proſcheyn apres la feſoune de ceſtes Eſcrits, a Corbrigg le Vendredi proſcheyn apres la Feſte Seint Hiller, l'An de grace 1321.

De non adhærendo Regi Contrariantibus.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 20. d.

REX, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo, Thomæ Comiti Lancaſtriæ, ſalutem.

Cùm pluriès, tàm per Litteras, quàm per Nuncios, vobis ſignificaverimus graves Oppreſſiones & Duritias, quas aliqui Magnates, ſubditi noſtri, nobis contrariantes, palàm fecerant,

Tam ſuper Nos manu armatâ venientes, & modo guerrino Armati nuper in Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium accedentes, per hujuſmodi vim indebitam injurias fieri compulerunt, & poſtea in Maneriis noſtris, Villis & Caſtris apud Kingeſton, & alibi Bona noſtra deprædantes,

Quàm ſuper populum Regni noſtri ſic currentes, ac quoſdam deſtruentes, & aliquos capientes, & Impriſonantes, & quoſdam Captivantes,

Et poſtmodùm ſuper, dilectum Fratrem & fidelem noſtrum, Edmundum Comitem Kantiæ, Caſtrum ſuum & Villam de Glouceſtriâ modo guerrino occupârunt, & plures Homines & Subditos noſtros, apud Cirenceſtriam de mandato noſtro exiſtentes, exindè vi & armis, vexillis diſplicatis, effugârunt,

Et alia mala innumera perpetrârunt in noſtri contemptum & ſcandalum manifeſtum;

Propter quod, pro hujuſmodi dampnis, Nobis, & oppreſſionibus populo dicti Regni noſtri, ſic factis, corrigendis & emendandis, nos in manu potenti per Regnum noſtrum transferre oportetet,

Et vos requiſiverimus ut, ad correctionem & emendationem hujuſmodi Exceſſuum, Nos, prout multipliciter tenemini, juvaretis, & quod dictos nobis Contrariantes non foveretis quovîſmodo,

* III. 915.

* Tactis in Literis noſtris prædictis quibuſdam ſpecialibus, inter nos & vos prius prælocutis, per quæ Affectionem, quam erga vos, a jam diu eſt, geſſimus prout noſtis, continuari & augmentari volebamus:

Cumque nobis, impoſterum ex causâ prædictâ iter facientibus, in Marchiâ Walliæ, dicti nobis contrariantes, apud Villam noſtram de Brugenorth, & Caſtra de Henle & Elmeleye, in manu noſtrâ

... Communitati Civitatis ſuæ Londoniæ, ſalutem.

1322. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 31.

Cùm nuper, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, replegiaverimus vobis, præfati Aldermanni & Cives, Officium Majoritatis Civitatis illius, uſque ad Quindenam Sancti Michaelis proximo præteritam:

Quod quidem Officium priùs, coram Juſticiariis noſtris itinerantibus, apud Turrim Londoniæ, quibuſdam de cauſis, captum fuit in manum noſtram:

Et Nominationem, per vos, prædicti Aldermanni & Cives, nobis factam, de Hamone de Chigwell Onus Civitatis prædictæ, pro dicto Officio, per tempus prædictum, regendo, acceptaverimus: Sacramentumque receperimus ab eodem, ut decebat: & ei cuſtodiam Civitatis prædictæ habendam & tenendam, in formâ prædictâ fecerimus liberari:

Et poſtmodùm conceſſerimus vobis, quod aliquem Civem, de vobis, ſufficientem & utilem, pro nobis & Populo noſtro Civitatis ejuſdem, ad Cuſtodiam & Regimen ejuſdem Civitatis nominare poſſetis, ad voluntatem noſtram habendum, & ipſum nobis ad Scaccarium noſtrum præſentare, ad Sacramentum, nobis in eâ parte debitum, ibidem faciendum;

Nos, volentes vobis uberiorem gratiam facere in hac parte, concedimus quod Officium Majoritatis prædictæ, vobis ſic replegiatum, in eodem ſtatu, quo nunc eſt, habeatis uſque ad Quindenam Paſchæ, proximo futuram, de gratiâ noſtrâ ſpeciali.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, octavo die Februarii.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro R. de Baldok.

* *De Poteſtate ad Tractandum ſuper Pace vel Treuga cum Scotis.* * III. 916.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 29.

REX omnibus, ad quos &c. ſalutem.

De fidelitate probata & circumſpectione providâ, dilecti & fidelis noſtri, Andreæ de Hartcla, plenariè confidentes,

Ad tractandum ſuper aliquâ formâ finalis Pacis vel Concordiæ, inter nos & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, de Scotiâ, contra nos de Guerrâ exiſtentes, ineundæ; & ad certiorandum nos de hiis, quæ inde tractata fuerint, præfato Andreæ plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, nono die Februarii.

Per ipſum Regem.

COnſimilem Poteſtatem habet idem Andreas ad tractandum, ſuper aliqua forma Treugæ ſeu Sufferentiæ, inter Regem & Robertum de Brus, *&c. ut ſupra* ineundæ, & ad certiorandum Regem, *&c.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Conductu, & de Tractatis hinc inde inter Scotos & Regi Contrariantes.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 18. d.

A Touz ceux, que ceſte lettre orront ou verrunt, Thomas Randolf, Counte de Morref, Seignur de Wau, de Anand, & de Man, & Lieutenant noſtre Seignur le Roi d'Eſcoce, ſalutz en Dieu.

Sachetz

Digitized by Google

927. cum vous poiez qil ad Conduyt; &, s'il ne poet venir, maundetz moi aucun autre certeyn homme, que vous poez, a certer de ceo que ſerra fait des choſes que nous touchunt.

Sire a Dieu.

SIRE, ſacherz que la parlaunce, que ad eſte entre nous, eſt ore a la fin a parfourner;

Qar *le Counte de Her.*	*Monſire Roger de Clifford,*
Monſire Roger Dammory,	*Monſire Johan Gifford,*
Monſire Hugh Daudele,	*Monſire Henr. Tyeys,*
Monſire Barthol. de Badeleſmere,	*Monſire Thomas Maunduyt,*
	Monſire Johan de Wylyngton,

Et Moi, & touz les autres ſount venuz a Pountfreyt, & preſt ſount a faire ſeurte devers vous, ſi que vous parfacerz les choſes entreparlerz; ceſt a ſavoir,

De vener en aide de nous, & de aler oveſque nous en Engleterre & Gales.

D'autre part, vous prioms que vous nous aſſignetz jour & lieu, la ou nous vous purroms encountrer, & les choſes fiablement parfourner, & vivre & morir oveſque nous en noſtre querele;

Et nous vous prioms que vous nous facetz aver Conduyt pur 30. hommes a Chyval, de ſauvement venir en vos parties.

Pro Rege, profecturo contra Obſidentes Caſtrum de Tykhull, de Subſidio habendo.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 19. in Cedul. dor.

REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, ſalutem.

Quia Scoti, Inimici & Rebelles noſtri,

Qui tempore Domini E. quondam R. Angliæ, Patris noſtri (contra quem in Rebellionem prorupperunt) & noſtro poſtmodùm, infra Regnum noſtrum, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Dampna innumera multipliciter perpetrârunt,

Finitâ Treugâ, inter nos & ipſos nuper initâ, dictum Regnum noſtrum in magna multitudine ingreſſi, in eodem conſimilia facinora perpetrantes, Ætati, vel Sexui, ſeu loco, Sacro vel Religioſo, non parcentes:

Ac quidam Magnates de Regno noſtro, nobis Subditi, a jamdiu, nobis Inobedientes & Rebelles, ſe in magna multitudine ad partes Boriales tranſtulerunt, populum noſtrum deſtruentes, ac Caſtrum noſtrum de Tykhull Armata potentia Obſidentes;

Per quod ordinavimus & eſſe proponimus, Domino concedente, apud Coventre, prima Dominica Quadrageſimæ, proximò futura, cum Equis & Armis, quanto decentiùs & potentiùs poterimus, ad proficiſcendum exindè contra dictos Inimicos, Inobedientes & Rebelles noſtros, ad eorum malitiam & protervíam, cum Dei adjutorio, refrænandas:

Nos, de veſtra fidelitate ad plenum confidentes, ſperantes etiam quòd, in tanto & tam arduo Negotio, nos, & Statum, ac Salvationem Regni noſtri prædicti ſpecialiter tangente, manum porrigere velitis adjutricem,

Vobis, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, mândamus; vos etiam ſpecialiter requirimus & rogamus,

Abbati Sanctæ Radegundæ,
Abbati de Burgo Sancti Petri,
Abbati de Thorneye,
Abbati de Malmesbury,
Abbati de Weſtmonaſterio,
Abbati de Seleby,
Abbati de Sancto Albano,
Abbati de Croyland,
Abbati de Sancto Edmundo,
Abbati Sancti Jacobi extra Northamptoniam,
Abbati de Coleceſtriâ,
Abbati de Redyng,
Abbati de Burton ſuper Trent,
Abbati de Oſeneye,
Abbati de Leyceſtriâ,
Abbati de Shireburn,
Abbati de Thornton,
Abbati de Leſnes,
Abbati de Grymesby,
Abbati de Eveſham,
Abbati de Certeſeye,
Abbati Sancti Benedicti de Hulmo,
Abbati de Abbotesbury,
Abbati de Whiteby,
Abbati de Tavyſtok,
Abbati de Middleton,
Abbati de Keyneſham,
Abbati Sancti Auguſtini Briſtoll,
Abbati Sanctæ Mariæ Eborum,
Abbati de Faverſham,
Abbati de Sancta Oſith,
Abbati de Bello,
Abbati de Bello loco Regis,
Abbati de Furneys,
Abbati de Wellebek,
Abbati de Tupholme,
Abbati de Melſa,
Abbati de Rivall,
Abbati de Coumbe,
Abbati de Mira Valle,
Abbati de Kirkſted,
Abbati de Revesby,
Abbati de Buklond,
Abbati de Gerwedon,
Abbati de Derfordia,
Abbati de Valle Dei,
Abbati de Letteleye,
Abbati de Waverleye,
Abbati de Ford,
Abbati de Swyneſheved;
Abbati de Soleby,
Abbati de Launceneton,
Abbati de Hayles,
Abbati de Ruffordiâ,
Abbati de Stratfordiâ,

Abbati de Fontibus,
Abbati de Stanlegh,
Abbati de Coggeſhale,
Abbati de Rupe.

Priori Sancti Johannis Jeruſalem,
Magiſtro Ordinis de Sempringham,
Priori Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ,
Priori de Ely,
Priori Sancti Swithini Wyntoniæ,
Priori Sactæ Trinitatis Norwicæ,
Priori de Roffenſe,
Priori Bathon,
Priori de Lewes,
Priori de Bridlyngton,
Priori de Torkeſeye,
Priori de Thurgarton,
Priori de Spaldyng,
Priori de Thornholm,
Priori de Mutteſfont,
Priori Sanctæ Katerinæ Lincolniæ,
Priori de Suthewyk,
Priori Sanctæ Fredeſwyde,
Priori de Wilmenton,
Priori de Tykefordia,
Priori de Monte Acuto,
Priori de Bernewelle,
Priori de Angelſeye,
Priori de Weſtacre,
Priori de Wirkſop,
Priori de Walſyngham,
* *Priori de la Launde,* * III. 929.
Priori de Bromholmes,
Priori de Stoke,
Priori de Shelfordia,
Priori de Lentonia,
Priori Sancti Bartholomei de Smythfeld,
Priori de Merton,
Priori de Sileburn,
Priori de Okeburn,
Priori de Ormesby,
Priori de Sancto Netto,
Priori de Caſtelacre,
Priori Chriſti Eccleſiæ de Twynham,
Priori Sancta Trinitatis Londoniæ,
Priori de Coventre,
Priori Sancti Andreæ Northamptoniæ,
Priori Sanctæ Oſwaldæ de Noſtel,

Digitized by Google

dere certiores.

Dat. apud Glouceſtriam, decimo ſexto die Februarii.

REX, Nobili Viro, Domino W. Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ, Comiti, ac Domino Friſiæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

De veſtrâ dilectione ſpecialiter confidentes, adverſa, nobis occurrentia, ſub ſpe conſolationis optinendæ, vobis duximus intimanda.

Cum itaque, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino Roberto de Artoyt, Comiti de Bello Monte, *Domino Comiti de Sancto Paulo,* *Domino Johanni de Pountif Comiti Albemarliæ,*	Conſanguineis Regis.
Domino J. Duci Brabantiæ, *Domino J. Comiti Bar,* *Domino Comiti de Eu,*	Nepotibus Regis.
Domino Carolo Comiti de Valoys, Avunculo Regis.	

---

* III. 930. * *Ad Gentes Aquitaniæ, de Auxilio promiſſo feſtinanter deſtinando.*

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Vaſc. 15. E. 2. m. 16.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Conſulibus & Univerſitatibus Civitatum Agenni & Condomii, Villarum Marmandiæ, Villæ Novæ, & aliarum Villarum, Caſtrorum & Locorum Seneſcalciæ Agenni, ſalutem.

Intelleximus ex Litteris, dilectorum & fidelium noſtrorum, Almarici de Credonio, Conſanguinei noſtri cariſſimi & Seneſcalli noſtri Ducatûs prædicti, & Magiſtri Johannis de Hildeſle, quòd, expoſitis vobis nuper per ipſos arduis Negotiis, Nos ſuper Guerrâ contra Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, tangentibus, quòd, in ſubventionem Expeditionis noſtræ Guerræ prædictæ, de Hominibus ad Arma nos juvare velletis, unde grates referimus ſpeciales.

Et quia iidem Inimici & Rebelles noſtri, finitâ Treugâ, inter nos & ipſos nuper captâ, Regnum noſtrum ſunt ingreſſi, in eodem Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia dampna innumera perpetrantes:

Per quod iter noſtrum aſſumpſimus, cum Equis & Armis, quanto decentius & potentius poterimus, verſus dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum Proterviam, cum Dei adjutorio, refrænandam;

Vos affectuoſè requirimus & rogamus, quatinus auxilium, nobis per vos ſic promiſſum, velitis ad nos cum omni feſtinatione, quâ poteritis, deſtinare; ita quòd, mediante auxilio veſtro prædicto, Negotia noſtra contra dictos Inimicos noſtros uberius valeant expediri; per quod vobis in futurum artius teneamur.

Volumus enim & concedimus, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quòd Subſidium, quod nobis ex hâc causâ facietis (quod etiam ex veſtrâ liberalitate & gratiâ procedere fatemur) vobis, Hæredibus, vel Succeſſoribus veſtris, non cedat in præjudicium, nec trahatur in conſequentiam in futuro: Et quòd indè Literæ noſtræ Patentes, ſub Sigillo noſtro Vaſconiæ, vobis fiant:

Obedientes in tranquilitate regerent, & Rebelles corriperent, & ad obedientiæ debitum revocarent. E. 2.

Rom. 15.

* Sane, Pater Sancte, Statum Regni noſtri, & quarumdam Turbationum, per quoſdam Magnates de eodem, a jamdiu, nobis Contrarios & Rebelles (conſpirante ad hoc & procurante Bartholomæo de Badeleſmere, tunc Seneſcallo noſtro, de quo ad plenum confidebamus) ſubortarum, per, dilectos & fideles noſtros, venerabilem Patrem, R. Wyntonienſem Epiſcopum, Magiſtros, Johannem de Stratford, Archidiaconum Lincolniæ, & Willielmum de Weſton, Juris Civilis Profeſſores, ac alios Nuncios noſtros (ad veſtræ Sanctitatis præſentiam pro noſtris Negotiis deſtinatos) veſtræ Clementiæ volumus ſerioſius intimari. E. 2. m. 11. d. * III. 931.

Subſequenter verò dicti Rebelles noſtri ſe ad partes Marchiæ Walliæ tranſtulerunt, & ibidem ſuper Nos Populum noſtrum Dampna quamplurima perpetrarunt;

At, nobis, in manu potenti, per diverſas partes Regni noſtri, pro Pace & Tranquilitate Populi noſtri conſervanda, & Exceſſibus dictorum Magnatum corrigendis, iter facientibus, & ad partes Marchiæ prædictæ ex cauſa prædicta venientibus,

Quidam de dictis Rebellibus, neceſſitate compulſi, colla declinantes, ſe noſtræ voluntati reddiderunt,

Et quidam eorum, vi deprehenſi, juxta eorum demerita, ultimum ſupplicium ſubierunt,

Reliqui vero, pauci in fugam converſi, ſe in Angulum Borialem Regni noſtri tranſtulerunt, & cum Thoma Comite Lancaſtriæ (qui eis adhæret) Fœdus contra nos inierunt, Caſtrumque noſtrum de Tykhull in partibus illis obſederunt, populum noſtrum ibidem totaliter deſtruendo.

Et, præter hæc, Scoti, Inimici, & Rebelles noſtri, finita Treuga, inter nos & ipſos nuper inita, Regnum noſtrum in dictis partibus Borialibus ſunt ingreſſi, ibidem Homicidia, Deprædationes, Incendia (Ætati, Sexui, vel loco, Sacro ſeu Religioſo, non parcendo) perpetrantes.

Ex quibus, nec inmerito, internis anguſtiati, Excercitum collegimus, & Stabilita in Pace dicta Marchia Walliæ, Benedictus Deus, verſus dictas partes Boriales Iter noſtrum aſſumpſimus, ad Malitiam & Proterviam dictorum Inimicorum & Rebellium noſtrorum (& ſperantes, Divina opitulante Clementia, feliciter expedire) cum Dei adjutorio refrænandas:

In quo quidem facto oportuit refundere Decimam Annalem, a veſtra Benignitate, pro Expeditione Guerræ noſtræ Scotiæ, nobis nuper conceſſam, & quam Collectam integram ad Opus illud fecimus cuſtodiri:

Quæ omnia veſtræ Beatitudini ſic duximus ſcribenda, ut ex hiis, quæ nobis in hac parte proſperè acciderunt, quæ ſoli Altiſſimo aſcribimus, animus veſter in gloriam exaltetur, & pro futuro veſtrum ſanum Conſilium & Adjutorii fulcimentum, juxta probatam Paternalis Affectionis Benivolentiam, & noſtram fiduciam, nos ſublevet, & proſperius dirigat in agendo.

Ad veſtræ igitur affluentis Bonitatis habundantiam fiducialiter recurrentes, quanto affectuoſius poterimus humiliter ſupplicantes, quatinus, ad præmiſſa Paternalem affectionem convertentes, nobis dignemini ſalubriter conſulere: & nos in tanto Negotio ſic utiliter juvare: Nunciosque noſtros memoratos, ſuper Negotiis, nos contingentibus, & vobis, ut ſperamus, expoſitis per eoſdem, ad nos cum feſtinatione remittere feliciter expeditos:

Ut, annuente Divina gratia, & veſtro mediante Conſilio & Auxilio, venenum, quod, diu in Regno noſtro latitans ſub Pacis fictæ diſſimulatione, nos & idem Regnum turbavit, ad præſens extinguere, & Malitiam ac Proterviam Inimicorum & Rebellium noſtrorum prædictorum reprimere valeamus;

Quodque Jura, Leges, & Conſuetudines Regni noſtri (ad quorum

Digitized by Google

[illegible]

Ejuſdem Argumenti, ad Cardinales.

Ann. D. 1322. *An.* 15. *E.* 2. *Ibidem.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Statum Regni noſtri *&c. ut ſupra*, ad Curiam Romanam deſtinatos, vobis volumus intimari.

Subſequenter verò dicti Rebelles noſtri *&c. ut ſupra*, feliciter expedire.

Quæ omnia vobis intimamus, ut ex proſperitate noſtrâ, quam ſoli Altiſſimo aſcribimus, lætiores efficiamini, & in agendis noſtris, in Romanâ Curiâ prædictâ, veſtrum Conſilium noſtris Nunciis prædictis aſſiſtat & Auxilium oportunum.

Veſtram igitur Paternitatem reverendam affectuoſis precibus requirimus & rogamus, quatinus ut Nuncii prædicti, ſuper dictis Negotiis noſtris (de quibus Domino Summo Pontifici Preces noſtras iteramus) feliciter expediantur, ad nos cum feſtinatione commoda revertantur, velitis cum omni efficaciâ interponere partes veſtras.

Ad hæc, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Robertum de Baldok (quem ad Epiſcopatum, in Regno noſtro proximò vacaturum, & ad Ordinationem ſeu Diſpoſitionem dicti Sancti Patris ſpectantem, promoveri affectamus) necnon, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Ayremynne, Cancellariæ noſtræ Secretarium, veſtræ dilectioni, quanto ſpecialiùs poterimus, commendamus,

Attentiùs deprecantes quatinùs circa ea, quæ ipſorum quietem, ſuper Præbenda de Aylesbury (quam prædictus Robertus) & Præbendâ de Leghton Buſard, (quam idem Willielmus) ex Collationibus noſtris habent, in Eccleſiâ Lincolnienſi, in quibus Negotiis Jus noſtrum ſpecialiter vertitur; ac etiam eorumdem Clericorum noſtrorum (quorum obſequia ſic utilia ſentimus, quod ipſorum præſentiali famulatu carere commodè non poſſumus) Honoris & Promotionis augmentum contingunt, curetis noſtris Precibus effectualiter laborare.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ,
} Presbiteris Cardinalibus.

Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino G. Sanctæ Luciæ in Cilice,
} Diaconis Cardinalibus.

Domino R. Jeruſalem & Ceciliæ Regi, Conſanguineo Regis,
Domino Petro Doza, Fratri Domini Summi Pontificis;
Domino Petro de Via, Domini Summi Pontificis Nepoti.

[illegible]

Confidentes igitur de miſericordiâ Omnipotentis Dei (cujus voluntati omnia ſubiciuntur) & quod ad eandem conſequendam devotorum Preces multum poterunt ſuffragari,

Devotionem veſtram in Domino affectuosè requirimus & rogamus, quatinus nos, & Iſabellam Reginam Angliæ Conſortem noſtram cariſſimam, ac Liberos noſtros, in Miſſarum ſolempniis, per vos celebrandis, & aliis Orationibus veſtris devotis, ſpecialiter commendatos velitis habere; &, per Confratres veſtros, in Domibus Ordinis illius, in Miſſarum ſolempniis, & aliis Precibus ſuis devotis, Deo facere ſimiliter commendari.

Ipſius miſericordiam pro nobis jugiter implorantes, ut nobis concedat Regnum & Terras, noſtræ ditioni ſubjecta, ac Populum, noſtro Regimini commiſſum, ſic regere in præſenti, quòd cum Electis ſuis regnare poſſimus perhenniter in futuro.

Dat. apud Abbatiam de Mira Valle, tertio die Martii.

Per ipſum Regem.

De Comite Lancaſtriæ, & ſibi adhærentibus, areſtandis.

Ann. D. 1322. *An.* 15. *E.* 2. *Pat.* 15. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 25.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis tàm infra libertates, quàm extra, ad quos præſentes Literæ pervenerint, ſalutem.

Sciatis quòd,

Cum, pro diverſis Facinoribus, ſuper Populum Regni noſtri, & Rebellionibus, nobis per Thomam Comitem Lancaſtriæ factis, aſſignavimus, dilectos & fideles noſtros, Edmundum Comitem Kantii, Fratrem noſtrum, & Johannem de Warennâ Comitem Surriæ, Conſanguineum noſtrum, cariſſimos, conjunctim & diviſim, ad inſequendum, areſtandum, & capiendum dictum Comitem * Lancaſtriæ, Humfredum de Bohun Comitem Herefordiæ & Eſſexiæ, Hugonem Daudele Juniorem, Johannem de Moubray, Bartholomæum de Badeleſmere, Rogerum de Clifford, Johannem Giffard de Brymesfeld, Henricum Tyes, Johannem de Wylyngton, & Henricum de Wylyngton, & omnes & ſingulos, in ipſorum Commitiva exiſtentes, necnon ad Caſtrum Comitis Lancaſtriæ de Ponte fracto Obſidendum, & ad Caſtrum illud, unà cum omnibus Hominibus, & Bonis, & Catallis, in eo jam exiſtentibus, in manum noſtram capiendum, prout eiſdem Comitibus injunximus Ore tenus:

* III. 934.

Et ideo vobis, omnibus & ſingulis, Mandamus, ſub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis, firmiter injungentes, quod præfatis Comitibus, & eorum alteri, in præmiſſis, ſuis intendentes, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, facientéſque, cum toto poſſe veſtro, ea quæ præfati Comites, vel eorum alter vobis injungent vel injunget ſuper hoc ex parte noſtrâ.

Damus autem præfatis, Comitibus, & eorum alteri, plenam poteſtatem omnes illos, quos in hac parte invenerint Contrarios aut Rebelles, per Captionem & Incarcerationem Corporum ſuorum, & per captionem Terrarum & Tenementorum, Bonorum, & Catallorum ſuorum in manum noſtram, puniendi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Tottebury, 11 die Martii.

Per ipſum Regem.

Ad

Digitized by Google

prout, ante hæc tempora, per Nuncios noſtros & Literas præmiſſa, pro parte, veſtræ Beatitudini intimavimus.

Et reſiduum, nec non & alia Negotia, Nos ſpecialiter tangentia, Commiſimus præfato Fratri Roberto veſtræ Clementiæ ex parte noſtra ſerioſiùs exponenda.

Quocirca veſtræ Sanctitati, quanto devotiùs poterimus, ſupplicamus, quatinus eidem Fratri Roberto, (quem veſtræ Beatitudini ſpecialiter commendamus) in hiis, quæ vobis ex parte noſtra expoſuerit viva voce, dignemini ſibi fidem credulam adhibere, & gratioſè exaudire; ac Nuncios noſtros, ad veſtram præſentiam aliàs

* III. 935. deſtinatos, ſuper Negotiis noſtris, eis commiſſis, & * apud veſtram Clementiam proſequendis, ad Nos, cum feſtinatione commoda, remittere feliciter expeditos.

Conſervet, &c.

Dat. apud Doncaſtriam, 12. die Martii.

Ad Cardinales de Credentia.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 11.

VEnerabili in Chriſtro Patri, Domino G. Dei gratia, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

De præteritis Auxiliis, in noſtris Negotiis per vos gratanter impenſis, vobis grates referimus ſpeciales, & noſtra Negotia, pro futuro, veſtræ Amicitiæ duximus ſpecialiter commendanda;

Attentiùs deprecantes quatinus, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Roberto de Wirkſop, Sacræ Theologiæ Doctori, in hiis, quæ vobis ex parte noſtra expoſuerit vivâ voce, velitis fidem credulam adhibere;

Et, ut juxta votum noſtrum exaudiantur, & Nuncii noſtri, aliàs ad Curiam Romanam pro noſtris, Negotiis deſtinati, cum felici expeditione eorumdem, ad Nos feſtinanter remittantur, erga, Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc ſimiliter ſcribimus) cum omni efficaciâ interponere partes veſtras.

Dat. apud Donecaſtriam, 18 die Martii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis, Presbitero Cardinali;
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ, Diacono Cardinali;
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ Presbitero Cardinali;
Domino N. Sancti Adriani, Diacono Cardinali;
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro.

Ad Papam, ſuper Prebenda, de non moleſtando.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 11. d.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Sic, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ, fructuoſa obſequia, nobis indies impenſa (quibus etiam carere commode non poſſumus) Nos alliciunt ad ipſius Honores procurandum, quod pro eiſdem veſtri Apoſtolatus apicem interpellare non ceſſamus.

Veſtræ Sanctitati, quanto devotiùs poterimus, ſupplicantes, quatinus de Epiſcopatu, infra Regnum noſtrum, proximo vacaturo, & ad veſtram Proviſionem ſeu Diſpoſitionem ſpectante, eidem Clerico noſtro, noſtris precibus, dignemini providere:

Et de Brigâ, contra ipſum motâ in veſtrâ Sacrâ Curiâ, de Præ-

tum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Caſtrum de Pontefracto, 20 die Martii.

Ad Cardinales pro Eodem.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratia, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, Edwardus, ejuſdem gratia, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Ibid.

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Ayremynne, Cancellariæ noſtræ Secretarium, veſtræ amicitiæ plenis affectibus commendamus;

Attentiùs deprecantes, quatinus, circa felicem expeditionem Negotiorum, ipſum Willielmum in Sacra Romana Curia contingentium, & pro quibus vobis aliàs direximus preces noſtras, velitis, noſtris precibus, cum omni efficacia interponere partes veſtras.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis.

De Portibus Cuſtodiendis, ne quis exeat Regnum.

REX, dilecto & fideli ſuo, Edmundo Comiti Kantiæ, Conſtabulario Caſtri Dovorriæ, & Cuſtodi quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locumtenenti, ſalutem. Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 15. d.

Quia Thomas Comes Lancaſtriæ, & alii, inimici & Rebelles noſtri, nuper apud Burton ſuper Trentam devicti, & a Nobis & Comitiva noſtra fugientes, jam per quoſdam fideles noſtros iteratò ſunt devicti, & quidam eorum, ſub Habitu Regulari, & aliis Habitibus fictis, in diverſis partibus Regni noſtri, latitant, & Regnum noſtrum exire nituntur:

Vobis mandamus quod Portus maris in Balliva veſtra, & alios Diſtrictus ejuſdem Ballivæ veſtræ ita arctè & diligenter faciatis cuſtodiri, quod in aliquo Portuum prædictorum, ſub Habitu regulari, vel alio, ullus, de quo non habeatis notitiam bonam, Regnum noſtrum non exeat quovis modo.

Et, ſi aliqui de dictis Inimicis & Rebellibus noſtris, vel aliquis eis adhærens, infra Ballivam veſtram inveniantur, tunc eos arreſtetis, & capiatis, & in Priſona noſtra ſalvo cuſtodiatis, quouſque aliud inde a nobis habueritis in mandatis:

Et hoc, ſicut Nos & honorem noſtrum diligitis, modis omnibus faciatis.

Teſte Rege apud Pontem fractum, 22. die Martii.

Per ipſum Regem.

De Proceſſu contra Comitem Lancaſtriæ, & Adhærentes. Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 14.

PLacita Coronæ, coram Domino Edwardo Rege, Filio Domini Regis Edwardi, tenta in præſentia ipſius Domini Regis, apud Pontem fractum, die Lunæ, proximo ante Feſtum Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Regni ſui quintodecimo.

Cum Thomas, Comes Lancaſtriæ, captus pro Proditionibus, Homicidiis, Incendiis, Deprædationibus, & aliis diverſis Feloniis, ductus eſſet coram ipſo * Domino Rege, præſentibus, Edmundo * III. 937.
Comite

Digitized by Google

reſiſtendum Inimicis & Proditoribus Domini Regis, modis & viis omnibus quibus poſſent, pro Domino Rege interfuerunt:

Et prædictus Thomas Comes, ſimul cum aliis Proditoribus, cum Equis & Armis, & Vexillis explicatis, inſultum fecit hoſtiliter in prædictos fideles Domini Regis, ibidem exiſtentes; & quoſdam de ipſis fidelibus Domini Regis felonicè interfecit, & eos debellavit, quouſque idem Thomas Comes, ſimul cum aliis Proditoribus prædictis, ibidem confuſus, captus fuit, & quidam ex illis Proditoribus capti, & quidam interfecti fuerunt, & quidam fugam fecerunt; & ſic non remanſit in prædicto Thoma Comite, quin ipſe, ſimul cum aliis Proditoribus ſuis, ipſum Dominum Regem ſuperâſſet & deviciſſet:

Quæ quidem Proditiones, homicidia, combuſtiones, deprædationes, debellationes hoſtiles, cum Equis & Armis, & Vexillis explicatis, manifeſtæ ſunt & notoriæ, & notæ Comitibus, Baronibus, & aliis Magnatibus, & populo Regni:

Et ideò conſideratum eſt quod prædictus Thomas Comes, pro prædictâ proditione, trahatur: & pro prædictis Homicidiis, Deprædationibus, Incendiis, & Roberiis ſuſpendatur; & pro prædictâ Fugâ in hac parte Decapitetur:

Et ſuper hoc, licet prædictus Thomas Comes, temporibus retroactis, nequiter & malitioſe, contra Homagium, Fidelitatem & Ligeantiam ſuam, pluriès malè ſe geſſerit, & habuerit verſus ipſum Dominum Regem; ſcilicet,

Cùm Dominus Rex habuiſſet apud Novum Caſtrum ſuper Tynam Victualia, Equos, & Armaturas, Jocalia, & alia diverſa bona, ad magnam ſummam & quantitatem; quæ quidem Bona prædictus Thomas Comes, cum Equis & Armis, & magnâ multitudine Armatorum, cepit, deprædavit, & aſportavit: quam quidem Deprædationem & tranſgreſſionem ejuſdem dictus Rex de gratiâ ſuâ ſpeciali remiſit, & pardonavit prædicto Thomæ Comiti, & aliis Malefactoribus ejuſdem Deprædationis, ad attrahendum propoſitum ipſius Thomæ Comitis in melius:

• III. 938. • Ac, INSUPER, prædictus Thomas Comes, colligatis ſibi diverſis hominibus, vi Armatâ venit ad diverſa Parliamenta Domini Regis, & pluriès impedivit ipſum Dominum Regem tenere Parliamenta ſua, prout ad Ipſum & Coronam ſuam tenere pertinebat, & pluriès ad hujuſmodi Parliamenta juxta mandata Domini Regis, venire non curavit; ſet inobedientèr contempſit, ac etiam diverſas Congregationes, & Conventiculas illicitas, contra Dominum Regem, ſæpiùs fecit per loca diverſa, & contra prohibitionem Domini Regis:

ITEM, Cùm plures Malefactores, & pacis Domini Regis Perturbatores, quos dictus Thomas Comes ſibi attraxerat & colligaverat, Homicidia, deprædationes, & alias diverſas felonias feciſſent, per quod Judicium mortis ſubiiſſe meruerunt, & idem Thomas Comes, pro manutenentiâ & receptamento eorumdem Malefactorum, conſimile judicium ſubiiſſe meruit, ſecundum Legem & conſuetudinem Regni; idem tamen Thomas Comes, poſtea veniens ad Parliamentum Domini Regis, tentum apud Eborum, cum magnâ multitudine Armatorum, induxit Dominum Regem ad pardonandum Sectam pacis ſuæ verſus ipſum, & Malefactores prædictos in præmiſſis, uſque circiter numerum Mille perſonarum, quamvis idem Thomas Comes prius juraverit, de quibuſdam Ordinationibus tenendis, ne Dominus Rex Sectam pacis ſuæ remitteret, in hujuſmodi caſibus emergentibus, de morte Hominis:

ITEM, Cùm dictus Rex, pro attrahendo ipſum Comitem in bonum, ut prædicitur, ei toto poſſe ſuo contrariantem, diverſa

chal, & Monſieur James, ove lour poer, vendront as ditz Countes de Lancaſtre & de Hereford, & a lour Allietz, quel houre qil ſeient garniz, au certeyn lieu, ou il ſe puiſſent entreaſſembler:

Et damageront a toux ceaux, qui les ditz Countes, de Lancaſtre & de Hereford, & lour Allietz voillent aver damages; & ſauveront touz ceux de damage, q'il voillent aver ſauvetz, a lour poer:

• Et, enſement, vendront as ditz Countes de Lancaſtre & de Hereford, en touz lieus, ou il voillent queux vignent, en Engleterre, en Gales, & en Irlande, & oveſque eux vivre & morir en meintenaunce de lour querele, ſaunz clamer conqueſte, ou Seignurie, en les dites terres d'Engleterre, de Gales, & d'Irlaund: • III. 939.

Et le dit Roi d'Eſcoce, & les ditz Countes de Morif le Seneſchal, & Monſieur James, pur eux, & pur lour pouer, voillent ceſte choſe aſeurer, & faire; ou, ſi le dit Roi d'Eſcoce ſeit deſturbe meſmes par maladie, ou par autre encheſon graunde, par qi qil ne puiſe en propre parſone venir, que les avantdit, Countre de Morif le Seneſchal, & Monſieur James, ove lour poer avant dit, aſſeurent & facent ceo que deſus eſt dit:

Les dit Countes de Lancaſtre & de Hereford, & lour Allietz aſſeurerent qe james ne chivaucheront ſur eux en eide du Roi d'Engleterre, a quele heure qe les ditz Countes de Lancaſtre & de Hereford & lour Allietz eient lour querele finie, il mettront loial peine, que bone Pees ſe ferra entre les deux terres, d'Engleterre & d'Eſcoce, a lour poer; iſſi q'il tendront lour terre d'Eſcoce auxi peiſſiblement, Come eux la lour en Engleterre:

Et demùm cùm prædicti Proditores, ipſius Thomæ Comitis, Caſtrum & Villam Domini Regis Glouceſtriæ, cum Exercitu ſuo, Viis & Armis, nuper ingreſſi fuiſſent; & eadem Caſtrum & Villam contra voluntatem Domini Regis occupâſſent, & ibidem, & apud Villam de Brugge North Deprædationes, incendia, & homicidia, & alia facinora perpetraſſent; ac iidem Proditores, timentes apropinquantem adventum Domini Regis ſuper ipſos, dicta Caſtrum & Villam de Glouceſtriâ reliquerunt:

Et, exinde divertentes ſe in fugam, ad prædictum Thomam Comitem feſtinanter, tanquam ad principale Refugium ſuum & Capitaneum manutentorem, acceſſerunt; qui quidem Thomas Comes, proditionem ſuam, & manutenentiam ſuam in hac parte notoriè manifeſtans, ipſos Comproditores ſuos receptavit, & eis ſe junxit, ad debellandum contra Dominum Regem, & ad Guerram movendam in Regno ut prædicitur:

Et miſit homines ſuos, unà cum prædictis Comproditoribus ſuis, ad Obſidendum Caſtrum Domini Regis de Tikhull; & quædam Ingenia, ad proiciendum Petras groſſas ſuper Caſtrum prædictum, & Homines, in eodem Caſtro ex parte Domini Regis exiſtentes; qui quidem Proditores Caſtrum illud, per tres ſeptimanas continuè inſultando & debellando, obſederunt, & quoſdam Homines Regis ibidem interfecerunt:

Et poſtmodùm prædictus Thomas Comes, præfatis iniquitatibus, ſceleribus, & criminibus, ſicut prædictum eſt, perpetratis, prædictam Fugam fecit, iter arripiendo verſus dictos Scotos, Inimicos Domini Regis & Regni, quouſque pervenit ad prædictum Pontem Burgi, ubi captus fuit, ſicut prædictum eſt:

Undè Dominus Rex (habito reſpectu ad tanta dicti Thomæ Comitis Facinora & iniquitates, & ejus maximam ingratitudinem) nullam habet cauſam, ad aliquam gratiam eidem Thomæ Comiti, de pœnis prædictis, ſuper ipſum adjudicatis, pardonandis, in præmiſſis faciendam:

[illegible] Proditoribus, & inimicis Regis & Regni, cum Equis & Armis, Vexillis explicatis, hoſtiliter inſultum fecerunt, & quoſdam vulneraverunt, & quoſdam felonicè interfecerunt, contra Homagia, Fidelitates, & Ligeantias ſuas:

Et ſic non remanſit in prædictis, Warino & aliis, quin ipſi, ſimul cum prædicto Thomâ, & aliis Comproditoribus ſuis, ipſum Dominum Regem ſuperâſſent & deviciſſent:

Quæ quidem Proditiones, homicidia, combuſtiones, deprædationes, debellationes hoſtiles, cum Equis & Armis, ac Vexillis explicatis, manifeſtæ ſunt & notoriæ, & notæ Comitibus, Baronibus, & aliis Magnatibus, & populo Regni;

Ideò conſideratum eſt quod prædicti, Warinus & alii, pro prædictis Proditionibus, homicidiis, deprædationibus, & roberiis, trahantur & ſuſpendantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, 2. die Maii.

De Terris, nuper Comitis de Lancaſtria, datis Comiti Pembrochiæ.

Ann. D. 1322. *An. 15. E. 2. Cart. de Terris foriſfact. 15. E. 2. m. 3.*

REX, viceſimo tertio die Martii, pro bono & laudabili ſervitio, quod, dilectus Conſanguineus & fidelis Regis, Adomarus de Valentia Comes Pembrochiæ, Regi hactenus impendit, & impendet in futurum,

Dedit & conceſſit, & Cartâ Regis confirmavit eidem Comiti, Manſum & Meſſuagium, quæ vocantur Novum Templum in Suburbiâ Londoniæ, cum Domibus, Redditibus, & omnibus aliis ad prædicta Manſum & Meſſuagium pertinentibus, quæ quondam fuerunt Templariorum, & poſtmodum Thomæ Comitis Lancaſtriæ, Inimici & Rebellis Regis, & quæ per foriſfacturam ipſius Thomæ ad Manum Regis, tanquam Eſcaeta Regis, devenerunt:

Habenda & Tenenda eidem Adomaro, & Hæredibus ſuis, de Corpore ſuo Legitimè procreatis, de Rege & Hæredibus Regis, & aliis Capitalibus Dominis Feodorum illorum, per eadem Servitia, per quæ prædicta, Manſum & Meſſuagium, tenebantur, antequam ad manus Regis ſic devenerunt, Imperpetuum;

Et, ſi idem Adomarus obierit ſine Hærede, de corpore ſuo legitime procreato, tunc prædicta, Manſum & Meſſuagium, cum Domibus, Redditibus, & omnibus aliis, ad eadem, Manſum & Meſſuagium, pertinentibus, ad Regem & Hæredes Regis integrè revertantur.

Per ipſum Regem.

De Terris, nuper Rogeri de Clifford, Johannis de Moubray, & Rogeri Damori datis Comiti Richmundiæ.

Ann. D. 1322. *An. 15. E. 2. Ibid.*

REX, viceſimo tertio die Martii, pro bono & laudabili Servitio, quod Johannes de Britanniâ Comes Richmundiæ Regi hactenus impendit, & impendet in futurum, dedit, & conceſſit, *ut ſupra*, eidem Comiti Manerium de Hert & Villam de Hertelpol, cum pertinentiis, in Epiſcopatu Dunolmenſi, quæ fuerunt Rogeri de Clifford, Inimici & Rebellis Regis: Manerium de la Wodhall, & Villam de Treſk, cum pertinentiis, in Comitatu Eborum, quæ fuerunt Johannis de Moubray, Inimici & Rebellis Regis: Manerium de Catthorp, cum pertinentiis, in Comitatu Lincolniæ, quod fuit Rogeri Damory, Inimici & Rebellis Regis:

• III. 941.

• Quæ quidem Maneria & Villæ, cum Pertinentiis, per foriſ-

Teſte Rege apud Pontemfractum, viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Vicecomiti Northumbriæ, quòd præfato Richardo Caſtra, Terras & Tenementa prædicta, cum Pertinentiis, unà cum Bonis & Catallis Regis prædictis quæ in Cuſtodiâ ſuâ exiſtunt, per Indenturam, de Bonis & Catallis prædictis modo debito conficiendam, ſine dilatione liberet cuſtodienda, juxta tenorem Commiſſionis Regis ſupradictæ:

Vult enim Rex ipſum Vicecomitem indè erga Regem exnunc exonerari.

Teſte Rege ut ſupra.

EOdem modo mandatum eſt Gregorio de Thornton, de Caſtris, Terris, & Tenementis prædictis, cum Pertinentiis, in dicto Epiſcopatu, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Rogero de Horſele, de Caſtro de Dunſtanburgh, quod fuit prædicti Comitis, *&c.*

Conſimiles Commiſſiones habent ſubſcripti, de Cuſtodiis Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, cum Pertinentiis, unà cum Bonis & Catallis, quæ fuerunt dictorum Inimicorum Regis, in locis ſubſcriptis; videlicet,

Johannes de Kilvynton, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis, & aliorum Inimicorum & Rebellium Regis, necnon & aliorum, inter aquas Theſæ & Uſæ in Comitatu Eborum, *&c.*

Et mandatum eſt Vicecomiti Eborum de Caſtris, Terris, & Tenementis, cum Pertinentiis, unà cum Bonis & Catallis Regis prædictis, quæ in Cuſtodiâ ſuâ exiſtunt, præfato Johanni liberandis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Thomæ de Burgh, Eſcaetori citra Trentam, de Caſtris, Terris, & Tenementis prædictis, *&c.*

Thomas Deynill, de Cuſtodiâ Caſtri & Honoris de Pontefracto, ac omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, cum Pertinentiis, quæ fuerunt prædicti Comitis, *&c.*

• Et mandatum eſt Simoni de Dryby, quod eidem Thomæ dictum Caſtrum & Honorem de Pontefracto, *&c.* liberet cuſto- • III. 942.
dienda, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Vicecomiti Eborum, de omnibus Caſtris, Terris, & Tenementis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Simoni de Wodeham, Valletto Regis, de Caſtro de Konynsburgh, quod fuit prædicti Comitis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Willielmo de la Beche, de Caſtro de Sandale, quod fuit præfati Comitis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Rogero Atte Water, de Terris & Tenementis quæ fuerunt Nicholai de Stapelton, *&c.*

Et mandatum eſt Thomæ de Burgh Eſcaetori citra Trentam de omnibus Caſtris, Terris & Tenementis, *&c.* præfato Thomæ liberet.

Eodem modo mandatum eſt Johanni le Blake, *&c.*

Henricus de Malton, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt præfati Comitis in Comitatibus Weſtmerlandiæ, Cumbriæ, ac Caſtri & Maneriorum de Skipton in Cravene, & Burton in Londeſdale, *&c.*

Et

Digitized by Google

&c. præfato Roberto liberent cuſtodienda, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Ranulpho Charroun, de Caſtro de Kenylworth præfato Roberto liberando.

Robertus de Hungerford, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis, *&c.* in Civitate Londoniæ, & Comitatibus Middleſexiæ, Wiltoniæ, Berks & Suthamptoniæ, *&c.*

Et mandatum eſt Vicecomitibus Civitatis & Comitatuum prædictorum, ſeparatim, quod Caſtra, Terras, & Tenementa prædicta, *&c.* præfato Roberto liberent cuſtodienda, *&c.*

Robertus de Aſton, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis, *&c.* in Comitatibus Somerſetæ, Dorſetæ, & Glouceſtriæ, *&c.*

Et mandatum eſt Simoni de Dreby quod Caſtra, Terras, & Tenementa prædicta, *&c.* præfato Roberto liberet cuſtodienda, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus Comitatuum prædictorum, ſeparatim, de Caſtris, *&c.* præfato Roberto liberandis, *&c.*

* III. 943. * Eodem modo mandatum eſt Richardo Lovel de Caſtris, Terris, & Tenementis prædictis, *&c.* præfato Roberto liberandis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Johanni de Lortye, & Johanni de Say, de Caſtris, Terris, & Tenementis prædictis, *&c.* præfato Roberto liberandis, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Johanni le Botiller de Lanultut, de Caſtro & Honore de Cranebourn, *&c.* præfato Roberto liberandis, *&c.*

Richardus de Rodeneye, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis, *&c.* in Comitatibus Devoniæ, & Cornubiæ, *&c.*

Et mandatum eſt Vicecomitibus Comitatuum prædictorum, ſeperatim, quod Caſtra, Terras, & Tenementa prædicta, *&c.* præfato Richardo liberent, *&c.*

Rogerus Carles, de Cuſtodiâ omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis *&c.* in Comitatibus Herefordiæ, Wygorniæ, & Salopiæ, *&c.*

Et mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus Comitatuum prædictorum, quòd Caſtra, Terras, & Tenementa prædicta *&c.* præfato Rogero liberent, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Johanni de Felton, quod eidem Rogero Manerium de Hodinet, *&c.* liberet, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Rogero Corbet de Taſſele, quod Caſtra, Maneria, Terras, & Tenementa, *&c.* præfato Rogero liberet, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Johanni de Felton, de Caſtro Rubio, *&c.* præfato Rogero liberando, *&c.*

Eodem modo mandatum eſt Willielmo de Bello Campo, Willielmo de Bradenell, & Alexandro de Beſſeford, de Caſtris, Terris & Tenementis prædictis, *&c.* præfato Rogero liberandis, *&c.*

Richardus de Whatton de Cuſtodiâ Manerii de Kneſhale, ac omnium Caſtrorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt prædicti Comitis, *&c.* in Comitatibus Notynghamiæ, Nor-

Et in Octabis Sancti Hilarii;

Percipiendas, quouſque nos, vel Hæredes noſtri, dictas mille Mercatas Terræ vel Redditûs per Annum, ſibi fecerimus aſſignari;

Ita tamen quòd cum portio aliqua, de dictis mille Marcatis Terræ vel Redditûs, * ſibi fuerit aſſignata, extunc tantum ſibi decidat * III. 944. de dictis mille Marcis, ad Scaccarium noſtrum ſibi aſſignatis, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Pontem-fractum, viceſimo quinto die Martii.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro Roberto de Baldok.

Ad Papam, de Rebellione extincta, de Invaſione per Scotos, & de Proceſſibus aggravandis.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1322.

Finitis Treugis, inter nos & Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, nuper initis, ſic eorum ſuperbia aſcendebat, & excrevit malitia, quod Regnum noſtrum ingreſſi, in eodem Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia dampna innumera (Ætati, vel Sexui, loco, Sacro ſeu Religioſo, non parcentes) inhumanitèr perpetrârunt; & quod magis exoſum eſt, Thomas, quondam Comes Lancaſtriæ, & alii, tunc Magnates de Regno noſtro, qui contra nos in Rebellionem proruperunt, ejicientes venenum proditionis, quod, diu eſt, ad noſtram exhæredationem ſubdolè fabricârunt, cum dictis Scotis, Inimicis noſtris, Confœderationes contra nos nequiter inierunt.

An. 15. E. 2.
Rom. 15. E. 2. m. 10.

Quarum quidem Iniquitatum aculeis excitati, & interim volventes pericula quæ exindè veriſimiliter evenire præſumebantur, ex ipſorum iniquitate coacti manum Armorum fortem aſſumpſimus, & contra dictos, nobis Subditos, Inimicos & Rebelles, eam ſic exercebamus, quòd, diviná opitulante Clementiâ (cui totum, quod nobis proſperè accidit, cum gratiarum actione, attribuimus) dicto Comiti, & aliis, Majoribus dicti Sceleris Auctoribus, juxta eorum demerita, ultimo ſupplicio punitis, aliis etiam, Inferioribus, carcere recluſis, & detentis, dicta malitia eſt extincta, & Regno noſtro Pax reddita peroptata.

Ulterius etiam induratas malitias dictorum Scotorum ſuſtinere dolentes, de unanimi conſenſu omnium Procerum Regni noſtri, extincta dicti Comitis Lancaſtriæ, & ſuorum Fautorum iniquitate, nos ad hoc excitantium, Exercitum congregamus, & illum apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, in inſtanti Feſto Sanctæ Trinitatis, uniri mandavimus, ad progrediendum contra dictos Scotos, Inimicos noſtros, ad eorum malitiam obſtinatam, cum Dei adjutorio, refrænandam; prout hæc & alia per, dilectum nobis in Chriſto, Fratrem Robertum de Wirkſop, de Ordine Sancti Auguſtini, Sacræ Theologiæ Doctorem, in brevi veſtræ Beatitudini latiùs conſcribemus.

Quamobrem Sanctitati veſtræ, quam citiùs de præmiſſis volumus aliqualiter informari, omni devotione, quâ poterimus, ſupplicamus, quatinus contra dictos Scotos, vobis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ inobedientes, ac noſtros Inimicos, Proceſſus, aliàs auctoritate Apoſtolatûs veſtri & Officio inchoatos, dignemini modis & viis, quibus veſtra Beatitudo decreverit, aggravare; & Nuncios noſtros, pro noſtris Negotiis ad veſtram præſentiam nuper deſti-

Et aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Thomam Lercedekne, & Reginaldum de Botereux, ad eligendum in Comitatu prædicto, tàm infra libertates, quàm extra, quingentos Homines Pedites, & ad ordinandum quod iidem Pedites certis Armis muniantur, & unâ Sectâ veſtiantur, & ad ducendum eos ad nos in Expeditione noſtrâ prædictâ, prout in Literis noſtris Patentibus, eis indè confectis, pleniùs continetur:

Nos, advertentes quòd vos contra dictos Subditos noſtros, Inimicos & Rebelles noſtros, nobis Subſidium non feciſtis, & quòd ad vos, ex hâc cauſâ, graviter capere poſſemus, volentes nihilominus mitiùs agere vobiſcum, injunximus præfatis, Thomæ & Reginaldo, aliqua vobis, pro benivolentiâ noſtrâ in hac parte habendâ, per vos in præſenti expeditione noſtrâ, contra dictos Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, facienda & vobis exponenda:

Et ideo vobis, omnibus & ſingulis, mandamus, firmiter injungentes, quòd in hiis, quæ prædicti, Thomas & Reginaldus, vel eorum alter, vobis in præmiſſis, ex parte noſtrâ, expoſuerint, vel expoſuerit vivâ voce, fidem credulam præbeatis, & ea, ſi expedire videritis, faciatis, ne fortitan, in defectum prædictum, in hac parte, manum apponamus graviorem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Pontem-fractum, viceſimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

Ad Gentes Aquitaniæ, pro Auxilio, & de Credentia.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Vaſc. 15. E. 2. m. 16.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Conſulibus & Univerſitatibus Civitatum Agenni & Condomii, Villarum Marmandiæ, Villæ Novæ, & aliarum Villarum, Caſtrorum & Locorum Seneſcalciæ Agenni, ſalutem.

De veſtræ fidelitatis conſtantiâ, ſub ſpe Subſidii in noſtris Negotiis de vobis optinendi, eo fidentiùs recurrimus, quo vos, & Anteceſſores veſtros, Progenitoribus noſtris, quondam Regibus Angliæ & nobis, ad noſtras utilitates, hactenus invenimus præparatos.

Sedatâ igitur Turbatione, nuper in Regno noſtro motâ per quoſdam Subditos nobis, noſtros Inimicos & Rebelles, jam ſic, non ſine magnis laboribus & expenſis, punitos & refrænatos, Benedictus Deus, quòd Pax & Tranquilitas exindè in dicto Regno noſtro viget hiis diebus, de communi conſenſu Comitum, Baronum, & aliorum Procerum ejuſdem Regni noſtri, ordinavimus & eſſe proponimus, Domino concedente, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, in Octabis Sanctæ Trinitatis proximò futuris, cum Excercitu noſtro, quanto potentiùs poterimus, ad proficiſcendum exindè contra Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum obſtinatam malitiam, cum Dei adjutorio, refrænandam; in quo quidem facto magnam habundantiam tam Victualium, quàm Denariorum, oportet nos habere.

Quocirca vos affectuoſiùs requirimus & rogamus, quatinus, ad expenſas, quas in dictâ Turbatione in Regno noſtro ſedandâ nos oportuit facere, necnon ad dictum Negotium Guerræ noſtræ Scotiæ, jam aſſumptum, quod quaſi infinitam pecuniam requirit, animum benivolum convertentes, in hiis quæ, dilectus & fidelis noſter, Almaricus de Credonio, Seneſcallus noſter Vaſconiæ, vel deputandus ab ipſo, & Magiſter Johannes de Hildeſle, & -- Conſtabularius noſter Burdegalæ, aut duo eorum, ſuper dictis Negotiis & Auxilio, a vobis ad opus noſtrum requirendis, ex parte noſtra expoſuerint vivâ voce, eis, & duobus eorum fidem credulam præbeatis, & exponenda ſic gratanter exaudiatis, quòd affectionem

Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum obſtinatam malitiam, cum Dei adjutorio, refrænandam,

Vobis mandamus quod ducentos Baliſtarios, & ducentos Homines ad Lanceas, Pedites, de Ducatu prædicto, de Validioribus & Potentioribus, quos habere poteritis, eligi, & eos ad nos duci faciatis; ita quòd ſint ad nos, apud dictam Villam Novi Caſtri ſuper Tynam in Octabis prædictis, ad ultimum, ad proficiſcendum exindè nobiſcum contra dictos Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum Proterviam, cum Dei auxilio, repellendum;

Et Cuſtus, quos in ductione Hominum prædictorum ad nos, & vadiis eorumdem poſueritis, cum illos ſciverimus, vobis, præfate Conſtabularie, in Compoto veſtro allocari faciemus:

Mittimus autem vobis Litteras noſtras de Conductu ad nos pro Hominibus ſupradictis.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

PRædicti Homines habent Litteras Regis de Conductu ad Regem, uſque ad Octabas Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futuras, duraturas.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De Capitale Ductore præfatorum Baliſtariorum & Hominum ad Lanceas aſſignato.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, aut eorum Loca tenentibus, ſalutem. Ann. D. 1322.

Sciatis quòd, cùm vobis mandaverimus quòd Ducentos Baliſtarios, & Ducentos Homines ad Lanceas, Pedites, de Ducatu prædicto, de Validioribus & Potentioribus, quos habere poteritis, eligi, & ad Nos duci faciatis; ita quod ſint ad nos, apud Villam Novi Caſtri ſuper Tynam, in Octabis Sanctæ Trinitatis proximo futuris, ad proficiſcendum exindè Nobiſcum, & cum Excercitu noſtro, contra Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum Proterviam, * cum Dei adjutorio, refrænandam;

An. 15. E. 2. Vaſc. 15. E. 2. m. 16. * III. 947.

Volumus quòd, dilectus nobis, Reymundus de Mille Sanctis, ſit Capitalis Ductor Baliſtariorum & hominum ad Lanceas prædictorum, & quod idem Reymundus, & dicti Baliſtarii, ac Homines ad Lanceas, ad Nos, a partibus dicti Ducatûs, uſque dictam Villam Novi Caſtri navatim veniant:

Et ideo vobis Mandamus quod ipſum Reymundum, & prædictos Baliſtarios, & Homines ad Lanceas, ad Nos, a partibus Ducatûs prædicti, uſque dictam Villam Novi Caſtri, navatim venire faciatis in formâ prædictâ; Ita quod ſint ibidem, in dictis Octabis, ad ultimum, ad proficiſcendum exindè Nobiſcum, in obſequium noſtrum ſupradictum.

Et Cuſtus, quos in præmiſſis poſueritis, vobis, præfate Conſtabularie, in Compoto veſtro allocari faciemus.

Dat. apud Altoftes, vi. die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

nus ad ea, quæ ad mutuam Pacem & Concordiam dictorum, Regni, & Terræ, pertinent, ſi Requiſitiones, per vos prius factas, continuare velitis, erimus ſemper parati.

Et ex cauſâ dicti boni ſic fovendi, inhibuimus, per totum Regnum noſtrum, ne ſuper Mercatores, ſeu Subditos veſtros, vel eorum Bona, per viam Areſti, moleſtatio quæque fiat.

Et, ut præmiſſa gratioſius fiant, expediret quòd Inimici noſtri & Rebelles de Scotiâ per vos, ſeu Subditos veſtros non foveantur: nec quod de Terrâ veſtra, ſeu per veſtros Subditos Armaturæ, Victualia, ſeu Subſidia aliqua ad ipſos Inimicos noſtros deferrentur, nec eis miniſtrentur, quod pro noſtro & veſtro Honore, & mutuâ Dilectione, & Commodo dictorum, Regni & Terræ, fieri quæſumus; &, quid indè facere volueritis, per vos nobis reſcribi præſentium per latorem.

Dat. apud Pontem-fractum, duodecimo die Aprilis.

---

* III. 948.

* *Super Conſecratione Epiſcopi Lichfeldenſis.*

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 10.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Ex Præfectione, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Rogeri de Northburgh, Archidiaconi Richemundiæ, in Epiſcopum Coventrienſem & Lychfeldenſem, noſtri contemplatione, per veſtri Apoſtolatûs Apicem factâ, veſtræ Beatitudini grates & gratias, ex noſtri cordis intimis, duximus exſolvendas; & ſperamus, per ipſius circumſpectionem providam, & fidelitatem probatam, nobis, & Regno noſtro commoda plurima provenire.

Verùm, Pater Pie, quia ipſius Clerici noſtri præſentiali Obſequio & Conſilii maturitate (de quâ ad plenum confidimus) pro uberiore expeditione Negotiorum arduorum, nobis hiis diebus incumbentium, plurimum indigemus,

Sanctitati veſtræ devotis Precibus ſupplicamus, quatinus, ut a quibuſcumque Epiſcopis Catholicis, infra Regnum noſtrum, in loco competenti, quem elegerit, conſecrari valeat, eidem Electo gratiam facere, & ſuper favoribus & utilitatibus, ſibi concedendis, vos liberales dignemini, noſtris Precibus, exhibere.

Conſervet, &c.

Teſte Rege apud Pontem-fractum, decimo tertio die Aprilis.

Ad Cardinales, ſuper dicta Conſecratione.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Rom. 15. E. 2. m. 10.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

De gratâ Diligentiâ, quam, ad noſtras Preces circa Præfectionem, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Rogeri de Northburgh, Archidiaconi Richemundiæ, in Epiſcopum Coventrienſem & Lichfeldenſem appoſuiſtis, veſtræ Amicitiæ grates ſpeciales referentes,

Paternitatem veſtram affectuoſis Precibus deprecamur, quatinùs, ut dictus Electus, infra Regnum noſtrum, conſecrari valeat; & ut, Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Summus Pontifex, ſuper favoribus & utilitatibus, Electo prædicto concedendis, ſe liberalem exhibeat, velitis, noſtris Precibus, erga eundem Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hiis Preces noſtras dirigimus) cum omni efficaciâ interponere partes veſtras.

acts. Ibid.

Solicitavit nos, dilectus Conſanguineus & fidelis noſter, Almaricus de Credonio (qui onus regendi Seneſcalciam Ducatûs noſtri Aquitaniæ nuper ad noſtri inſtantiam ſuſcepit) Precibus & Nunciis, vicibus ſucceſſivis, ut ipſum ab onere illo exuere curaremus:

Noſque, ipſius tantâ inſtantiâ excitati, quaſi inviti ſuis Precibus annuimus, & Regimen Seneſcalciæ prædictæ, dilecto & fideli noſtro, Fulconi l'Eſtraunge duximus committendum:

Quocirca Magnificentiam veſtram affectuoſis Precibus deprecamur, quatinùs, ipſum Seneſcallum noſtrum habentes, ſi placet, noſtri contemplatione, ſpecialiter commendatum, ſibi Majeſtatis veſtræ Regiæ favorem propitium velitis exhibere, & Exceſſus & Injurias multiplices, nobis, & noſtris Miniſtris, & Subditis, in dicto Ducatu, per Officiales & Miniſtros veſtros, verſus Marchias illas, præter conſcientiam veſtram, irrogatas, ut intelleximus, revocari, & exnunc ceſſare jubere; ut ſic, juxta ſperatam fiduciam, quam ex veſtra Serenitate intime gerimus, Jura noſtra illæſa nobis remaneant, & Miniſtri, ac Subditi noſtri Ducatûs prædicti, indempnes ab hujuſmodi Injuriis reſerventur.

Dat. apud Pontemfractum, decimo quarto die Aprilis.

Ad Comitem Valeſii, de Exceſſibus præfatis.

REX, Nobili Viro, Domino K. Comiti Valeſii, Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1322.

Sollicitavit *&c. ut ſupra uſque ibi* commendatum, An. 15. E. 2.

Sibi in noſtris Negotiis velitis aſſiſtere Conſiliis & Auxiliis oportunis: Ibid.

Et, ut Exceſſus, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis*, revocentur, & exnunc ceſſent omnino, velitis cum omni efficaciâ interponere partes veſtras; ut ſic, veſtro mediante Auxilio, Jura noſtra illæſa nobis remaneant, & Miniſtri, &c.

Dat. ut ſupra.

De Malitiis Flandrenſium refrænandis.

REX, dilectis ſibi, Ballivis, & probis Hominibus Villæ ſuæ de Magnâ Jernemutâ, ſalutem. Ann. D. 1322.

Intelleximus quòd Flandrenſes & alii, Navali Potentiâ congre- An. 15.
gatâ, circa Coſteram Maris Terræ noſtræ Angliæ, Hominibus E. 2.
Regni noſtri prædicti multipliciter inſidiantes, ac Naves eorum Clauſ. 15.
modo Guerrino inſequentes, eoſdem Bonis & Rebus ſuis indies E. 2.
ſpoliant; &, quod deterius eſt, innoxios & omnis ſceleris immu- m. 13. d.
nes, nulli prorſus Hominum Terræ noſtræ prædictæ parcentes, ſine diſcrimine, ultimo tradere ſupplicio non verentur; victualia, pro expeditione Guerræ noſtræ Scotiæ ordinata, ad Terram noſtram prædictam duci nullatenus permittentes; ex quo veriſimiliter poterit conjiceri, quòd, nobis circa expeditionem Guerræ noſtræ prædictæ exiſtentibus, tanquam Scotorum Inimicorum noſtrorum Fautores, a tergo Guerram movere contra nos ſubdole machinentur.

Nos igitur, volentes hujuſmodi Malitiis & Inſidiis, quantum poſſumus, obviare, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd vos, unà cum aliis omnibus de Portubus Maris Norffolciæ & Suf-

Digitized by Google

cementes Spiritualem Gladium exerceri, in omnes & ſingulos, cujuſcumque ſint Præminentiæ, dignitatis, aut ſtatûs, qui Regem ipſum, Regnum, & Terram prædicta, ut præmittitur, cum Armis, vel ſine Armis, invadere præſumpſerint, vel aliâs Invaſoribus ipſis, ut præmittitur, in Pecuniâ, Equis, Armis, vel aliis, illicito modo præſtiterint auxilium, conſilium, vel favorem, publicum vel occultum, Excommunicationis Sententiam promulgamus; quam, a die publicationis ejus, ſuum effectum volumus obtinere, & a quâ eos, ſine ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, niſi forſan in mortis articulo, prohibemus abſolvi; in quo, ſi fuerint abſoluti, & ipſos contigerit Sanitati reſtitui, niſi ſatisfecerint infra menſem, eâdem ſententiâ ligari volumus eo ipſo.

Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta Mandamus, quatinùs vos, vel duo, aut unus veſtrûm, per vos, vel per alium, ſeu alios, hujuſmodi Excommunicationis Sententiam, ubicumque expedire videritis, & præcipuè in locis Maritimis, ſeu mari vicinis, ſic frequenter & ſolenniter publicetis, quòd veriſimile ſit quòd Sententia hujuſmodi ad Nobiles, & Magnates, & alios pervenerit ſupradictos, nec ipſi poſſint ignorantiam vel excuſationem prætendere quòd Sententia ipſa non pervenerit ad eoſdem, cum taliter extiterit publicata.

Non obſtantibus ſi alicui, vel aliquibus, ſub quacumque formâ vel conceptione verborum, a Sede Apoſtolicâ ſit indultum, quòd excommunicari non poſſint per Litteras Sedis ejuſdem, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ dictæ Sedis Indulgentiâ, generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris vel expreſſionis exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quomodolibet retardari.

Dat. Avinion. 3 Non. Maii, Pontificatûs noſtri Anno ſexto.

Sub filis canabeis.

De relaxatione Juramenti Conſpirationis contra Hugonem le Deſpenſer, Patrem & Filium.

Ann. D. 1322. *An. 15. E. 2. Ex Autogr.* * III. 951.

JOhannes Epiſcopus, &c. venerabilibus Fratribus Cantuarienſi, & Eboracenſi, Archiepiſcopis: ac, Dilecto Filio, Rogero Electo Conventrenſi & Likefeldenti, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Significavit nobis, cariſſimus in Chriſto Filius noſter, Edvardus Rex Angliæ * illuſtris, quod nonnulli de Regno ſuo Angliæ, in deſtructionem, Dilectorum Filiorum, Nobilium virorum, Hugonis le Deſpenſer ſenioris, & Hugonis le Deſpenſer Filii ejus, indebitè conſpirantes, ſe ad deſtructionem hujuſmodi proceſſuros Juramentis corporaliter præſtitis firmaverunt; ex quibus in eodem Regno multa & gravia provenerunt Pericula, & innumera, &c, niſi celeriter occurratur, poſſent fortè ſubſequi graviora.

Nos igitur, conſiderantes attentiùs, quòd hujuſmodi Juramenta, nedum temeraria, ſed etiam illicita fuiſſe noſcuntur; cùm in divinæ Majeſtatis redundent offenſam, & in dicti Regis contemptum (ad quem dictorum, Hugonis Patris, & Hugonis Filii ejus, Correctio & Punitio, ſi ſic conſpirantes in aliquo offenderant, pertinet) fuerint attemptata; ac, volentes Periculis & Scandalis, Diſpendiis & Jacturis hujuſmodi Paternæ diligentiæ ſtudiis obviare, dicti Regis ſupplicationibus inclinati,

Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta Mandamus, quatinùs

De Navigio, contra Flandrenſes, parando.

Ann. D. 1322. *An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 16.*

REX, dilectis ſibi, Baronibus, & probis Hominibus quinque Portuum ſuorum, ſalutem.

Intelleximus quòd Flandrenſes & alii, Navali Potentiâ congregatâ, circa coſteram Maris Terræ noſtræ Angliæ, hominibus Regni noſtri prædicti multipliciter inſidiantes, ac Naves eorum modo Guerrino inſequentes, eoſdem Bonis & Rebus ſuis indies ſpoliant, *&c. prout ſupra de 20 April. uſque hæc verba; viz.*

Scripſimus autem Comiti Flandriæ, quòd ipſe Homines & Subditos ſuos ab hujuſmodi gravaminibus, Hominibus, & Subditis noſtris inferendis, deſiſti, & Nobis, quid ſuper hoc facere voluerit, reſcribi faciat indilatè; cujus quidem Reſponſione receptâ, vos indè certificabimus, quid per vos fieri volumus in Negotio ſupradicto.

Teſte Rege apud Eborum, 7 die Maii.

Per ipſum Regem.

---

* *Forma Prorogandi ſervitium Regis, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam ſummonitum.* * III. 952.

Ad Prælatos.

Ann. D. 1322. *An. 15. E. 2. Clauſ. 15. E. 2. m. 7. d.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, ſalutem.

Cùm nuper ordinaverimus eſſe, Domino concedente, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, in Octabis Sanctæ Trinitatis, proximò futuris, cum Excercitu noſtro, & toto Servitio, nobis debito, ad proficiſcendum exindè contra Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ad ipſorum obſtinatam Malitiam, cum Dei adjutorio, refrænandum:

Et vobis mandaverimus quòd, in dictis Octabis, haberetis totum Servitium, quod Nobis debetis, apud dictam Villam de Novo Caſtro, promptum & paratum ad proficiſcendum exindè nobiſcum contra Inimicos & Rebelles noſtros ſupradictos:

Ac jam in præſenti Parliamento noſtro, apud Eborum, a die Paſchæ proximò præterito, in tres ſeptimanas Convocato, ad inſtantem requiſitionem Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum Regni noſtri, nobiſcum ibidem exiſtentium, conſideratis multis commodis, quæ nobis & Magnatibus Regni noſtri, qui nobiſcum ad partes prædictas in obſequium noſtrum ſunt venturi, provenire poterunt ex Prorogatione dicti termini aliquali;

Dictum terminum Octabarum prædictarum uſque ad vigiliam Beati Jacobi Apoſtoli, proximò futuram, duxerimus Prorogandum;

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus Nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd in dictâ Vigiliâ habeatis totum Servitium, quod Nobis debetis, apud dictam Villam de Novo Caſtro, promptum & paratum ad proficiſcendum exindè Nobiſcum contra dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum Protervìam, cum Dei adjutorio, ut prædicitur, refrænandum; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Eborum, 11. die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem

Digitized by Google

953. ſecturi:

Ac jam, in præſenti Parliamento noſtro, apud Eborum, *&c. ut ſupra uſque ibi* duxerimus prorogandum, *tunc ſic*,

Vobis Mandamus, in Fide & Homagio quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, in dictâ Vigiliâ, ſitis ad Nos, in propriâ perſonâ veſtrâ, apud dictam Villam de novo Caſtro, cum Equis & Armis, & toto Servitio, quod Nobis debetis, prompti & parati ad proficiſcendum exindè nobiſcum contra dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum Proterviam, cum Dei adjutorio, ut prædicitur, refrænandum.

Ad hæc vos affectuosè requirimus & rogamus, quatinùs, ultra ſervitium veſtrum prædictum, cum Equis & Armis, quantò potentiùs & decentiùs poteritis, ad Nos, in dictâ Vigiliâ, uſque dictam Villam de Novo Caſtro accedatis; exindè nobiſcum profecturi, ſicut prædictum eſt.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, & veſtrum, ac Regni, & Populi noſtri commodum, tranquilitatem, & quietem diligitis, modis omnibus faciatis.

In hac parte taliter vos habentes, quòd, veſtro mediante Auxilio, Negotia noſtra prædicta expeditionem felicem ſortiantur & effectum; per quod, præter commoda, inde proventura, Nobis, & vobis, ac cæteris fidelibus noſtris, honor accreſcat & laudis præconium in futurum.

Teſte Rege apud Eborum, 11 die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Thomæ Comiti Norffolciæ, & Mareſcallo Angliæ Fratri Regis.
Edmundo Comiti Kantii Fratri Regis,
Johanni de Britannia, Comiti Richemundiæ,
Adomaro de Valentia, Comiti Pembrochiæ,
Edmundo Comiti Arundell,
Johanni de Warenna, Comiti Surriæ,
Roberto de Umfravvill, Comiti de Anegos,
Andreæ de Hartcla, Comiti Karlioli,
Roberto de Veer, Comiti Oxoniæ,
Hugoni le Deſpenſer, Seniori,
Hugoni le Deſpenſer, Juniori,
Hugoni de Courteney,
Thomæ Wake,
Henrico de Lancaſtria,
Willielmo de Root de Hamelak,
Henrico de Percy,
Henrico de Bello Monte,
Radulpho de Nevill,
Willielmo Martyn,
Henrico Filio Hugonis,
Henrico Huſee,
Willielmo le Botiller de Wemme,
Thomæ Filio Bernardi,
Willielmo de Ferrariis,
Johanni de Thorp,
Fulconi Filio Bernardi,
Hugoni de Nevill,
Radulpho de Gorges,
Auchero Filio Henrici,
Petro de Malo Lacu,
Nicholao de Menill,
Johanni de Cherleton,
Fulconi Leſtraunge,
Ingelramo de Gynes,
Radulpho Baſſet de Drayton,
Roberto de Inſula,
Johanni de Sancto Amando,
Roberto Filio Walteri,
Thomæ de Furnivall, Juniori,
Henrico Tregoz,
Radulpho de Monte Hermerii,
Willielmo de Sancto Mauro,
Philippo de Columbario,
Edmundo Deyncourt,
Hugoni Poyntz,
Johanni Engayn,
Henrico de Cobham,
Johanni Marmion,

ſupradictum; & hoc nullo modo omittas.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Ad Magnates Vaſconiæ, de Prorogatione prædicta, & de Subſidio præſtando.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario Burdegaliæ, Ann. D.
aut eorum Loca tenentibus, ſalutem. 1322.
Licet terminum Octabarum Sanctæ Trinitatis, proximò futura- An 15.
rum, E. 2.
Ad quem cum Excercitu noſtro, & toto Servitio, nobis debi- Vaſc. 15.
to, eſſe propoſueramus apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, ad E. 2.
proficiſcendum exindè contra Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, m. 15.
ad eorum Proterviam, cum Dei adjutorio, viriliter refrænandum,

Ad inſtantem requiſitionem Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum Regni noſtri, nobiſcum in præſenti Parliamento noſtro, ad tres ſeptimanas Paſchæ, apud Eborum convocato, exiſtentium, conſideratis multis Commodis, quæ Nobis & Magnatibus Regni noſtri, qui ad partes illas nobiſcum, in obſequium noſtrum, ſunt venturi, provenire poterunt ex Prorogatione termini prædicti aliquali,

Uſque ad Vigiliam beati Jacobi Apoſtoli proximò futuram duxerimus prorogandum;

Vobis, & cuilibet veſtrûm nichilominus Injungimus & Mandamus, quod illos Ducentos Baliſtarios, & Ducentos Homines ad Lanceas, Pedites (quos nuper per vos ibidem eligi, & ad Nos duci Mandavimus, ita quòd eſſent ad Nos, in Octabis prædictis, ad ultimum, ad proficiſcendum nobiſcum in obſequium noſtrum ſupradictum) in eodem Ducatu, de Validioribus & Potentioribus, quos habere poteritis, ſine dilatione eligi, & ad dictam Villam de Novo Caſtro, prout aliàs Mandavimus, navatim venire facietis; ita quod ſint ibidem, in Octabis prædictis, ad faciendum ea, quæ, pro ſecuriori cuſtodiâ Marchiæ illius, contra dictos Inimicos noſtros, eis interim injungetur ex parte noſtrâ.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Expeditionem noſtram prædictam diligitis, modis omnibus facietis.

Et Cuſtus, quos in præmiſſis poſueritis, vobis, præfate Conſtabularie, in compoto veſtro allocari faciemus.

Dat. apud Eborum, 15. die Maii.

Per ipſum Regem.

* REX eiſdem, ſalutem. *III.
Licet terminum Octabarum, *&c. ut ſupra uſque ibi* duxe- 955.
rimus prorogandum, *Ibid.*

Vobis & cuilibet veſtrûm nichilominus injungimus & Mandamus, quatinùs, in Ducatu noſtro prædicto, illa duo Milia quarteria Frumenti, & Mille Dolia Vini (quæ nuper per vos ibidem emi & provideri, & ad dictam Villam de Novo Caſtro deſtinari Mandavimus, ita quòd eſſent ibidem citra dictas Octabas, Receptori

Inſtauri

Digitized by Google

noſtræ prædictæ citra dictam Vigiliam Beati Jacobi, de ita competenti Subſidio velitis Nos juvare, quòd, Dei & veſtro mediante Auxilio, dicta Negotia noſtra, ad noſtri, & veſtri, ac totius Populi, nobis Subditi, Honorem & Commodum, finalem & optatum ſortiantur effectum, & quòd vobis in futurum exindè ſtrictiùs teneamur.

Et, quid indè facere decreveritis, Nobis cum feſtinatione commodâ per veſtras Litteras reſcribatis.

Dat. apud Eborum, 15. die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Amaneno de la Breto,
Jordano de Inſula,
Bernardo de Romayn Domicello,
Domino de Cano Monte,
Sanxerio de Penubus,
Amaneno de Foſſato,
Bernardo de Umford de Flemeryng,
Bernardo de Guto, Vicecomiti Leomaniæ & Altivillaris,
Bernardo Treukelionis Domicello,
Vicecomiti de Benoges.

De Scotis, ad voluntatem Regis recipiendis, & Capitaneo Flotæ conſtituto.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.
1322. De fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ, dilecti &
An. 15. fidelis noſtri, Roberti de Leyburn Militis,
E. 2. Quem Conſtituimus Capitaneum & * Admirallum Flotæ plu-
Pat. 15. rium Navium,
E. 2. De quibuſdam partibus Regni noſtri, & de Terris noſtris Hiber-
p. 2. niæ & Walliæ, in obſequium noſtrum, contra Scotos, Inimicos
m. 12. & Rebelles noſtros, ſupra Mare Occidentale in proximo ventura-
* III. rum,
956. Plenariè confidentes,

Recipiendi ad voluntatem noſtram omnes illos de Scotia, & de Inſulis adjacentibus, qui contra nos de Guerrâ exiſtunt, & qui ad voluntatem noſtram ſic venire voluerint, eidem Roberto plenam, tenore præſentium, concedimus poteſtatem.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt omnibus & ſingulis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus Regis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. quod eidem Roberto, tanquam Capitaneo & Admirallo Regis Flotæ prædictæ, in omnibus, quæ pro uberiore expeditione Negotii illius poterunt pertinere, intendentes ſint, conſulentes, & auxiliantes; facienteſque in præmiſſis, quæ idem Robertus eis injunget pleniùs ex parte Regis.

In cujus, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

in Anglia.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Ann. D.
Filio Edvardo, Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam 1322.
benedictionem. *An.* 15.
Dudùm, poſt ſublatum quondam Ordinem Militiæ Templi Je- *E.* 2.
roſolimitani, in generali Concilio Viennenſi, felicis recordationis, *Ex Autogr.*
Clemens Papa Quintus, Prædeceſſor noſter (ſicut ad communem
omnium notitiam credimus perveniſſe) volens de Bonis ipſius Ordinis ſalubriter ordinare;

Eodem approbante Concilio, Domum ejuſdem Militiæ Templi, cæteraſque Domos, Eccleſias, Capellas, Oratoria, Civitates, Caſtra, Villas, Terras, Grangias, Loca, Poſſeſſiones, Juriſdictiones, Redditus, atque Jura, omniaque alia Bona, Mobilia & Im-
mobilia, vel ſe moventia, * cum omnibus Membris, Juribus, & * III.
Pertinentiis ſuis, ultra & citra Mare, ac in univerſis, & quibuſli- 957.
bet Mundi partibus conſiſtentia:

Quæ Ordo ipſe, ac Magiſter, & Fratres ejuſdem Ordinis Militiæ Templi, tempore quo idem Magiſter, & nonnulli ex eiſdem Fratribus communiter capti fuerant, per ſe, vel quoſcunque alios habebant, tenebant, & poſſidebant, vel ad eoſdem, Domum & Ordinem, & ad dictos, Magiſtrum & Fratres ipſius Ordinis Militiæ Templi, quomodolibet pertinebant:

Nec non & Actiones ac Jura, quæ dictis, Domui, Ordini, vel Perſonis ipſius, quomodolibet competebant, vel competere poterant, contra quoſcunque, cujuſcunque Dignitatis, Statûs, vel Conditionis exiſterent;

Cum omnibus Indulgentiis, Privilegiis, Immunitatibus, & Libertatibus, quibus præfatus Magiſter, & Fratres dictorum, Domûs & Ordinis, ac ipſi, Domus & Ordo, per Sedem Apoſtolicam, vel Catholicos Imperatores, Reges, ac Principes, & Fideles alios, vel quocunque modo erant legitimè communiti; Ordini ejuſdem Hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolimitani, & ipſi Hoſpitali;

Quibuſdam tamen, ex dictis Bonis, in certis locis conſiſtentibus, tunc per Prædeceſſorem eundem exceptis; quæ nos poſtmodùm, ad apicem ſummi Apoſtolatûs aſſumpti, præter quædam ex eis, de quibus aliter duximus ordinandum, eiſdem, Magiſtro & Fratribus ac Hoſpitali Sancti Johannis Jeroſolimitani, de Fratrum noſtrorum Conſilio, modo ſimili duximus concedenda:

Donavit, conceſſit, univit, incorporavit, applicavit, & annexuit imperpetuum, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.

Qualitèr etiam idem Prædeceſſor Occupatores dictorum Bonorum, ac illicitos Detentores, cujuſcumque Statûs, Conditionis, Excellentiæ, vel Dignitatis exiſterent; etiam ſi Pontificali, vel Regali Dignitate fulgerent, niſi, infra unius Menſis ſpatium, poſtquam per eoſdem Magiſtrum & Fratres, vel ipſorum quemlibet, aut Procuratores eorum, ipſorum nomine, requiſiti fuiſſent, dicta Bona plenè, liberè, & expeditè dimitterent ipſis, in quibuſcumque partibus & pertinentiis conſtitutis, & eorum ſingulis, vel Procuratoribus eorumdem, nomine Hoſpitalis & Ordinis prædictorum:

Nec non & omnes, qui ſcienter Occupatoribus & Detentoribus prælibatis, in occupatione vel detentione hujuſmodi, darent conſilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, Excommunicationis;

Capitula verò, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum & Monaſteriorum, necnon & Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum Locorum; & ipſa, Civitates, Caſtra, Villas, & Loca, quæ in hiis culpabilia exiſterent; & etiam Civitates, Caſtra, & Loca, in quibus Detentores & Occupatores hujuſmodi obtinerent

Digitized by Google

deputata, ut prædicitur, fore noſcuntur) non modicum Detrimentum; nonnullis Executoribus, eiſdem Magiſtro & Fratribus, ſuper eiſdem Bonis & Sententiis ſupradictis, per Prædeceſſorem deputatis eundem. &, quod deterius eſt, per eoſdem Magiſtrum & Fratres requiſitis frequenter, in ipſorum manifeſtam injuriam, & Apoſtolicæ Sedis contemptum, procedere non curantibus in præmiſſis.

Propter quod, cùm noſtra intereſſet, ſicut & intereſt, in prædictis auxiliatrices manus apponere, quibus ſpecialiter ineſt ipſius Terræ ſanctæ cura præcipua (cujus Oppreſſiones, Deo teſte, nos opprimunt, & ad Recuperationem ipſius intentis deſideriis aſpiramus) ac de tali, ſuper Occupationibus ipſis, volentes Remedio ſubvenire, quòd tàm ſalubris Negotii, videlicet, Terræ prædictæ Subſidii, tolleretur cujuſlibet cauſa præpedii, & conceſſio dictorum Bonorum, facta per Sedem eandem, debitum ſortiretur effectum, & Occupatores hujuſmodi ſuis illicitis reſipiſcerent actibus, ipſoſque ſequeretur Pœna condigna,

Venerabilibus Fratribus noſtris Cantuarienſi, & Eboracenſi Archiepiſcopis, ipſorumque Suffraganeis, in virtute obedientiæ, & ſub Pœna Suſpenſionis (quam eos & quemlibet eorum, poſtquam hujuſmodi Mandatum noſtrum perveniſſet ad eos, incurrere voluimus ipſo facto, ſi mandatis Apoſtolicis in hac parte negligerent obedire) per diverſas dedimus Litteras in mandatis, ut omnes & ſingulos, in eorum Civitatibus & Dioceſibus conſtitutos, cujuſcumque Status vel Conditionis exiſterent, quos invenirent Bona occupaſſe, vel occupata tenere prædicta, per ſe, vel per alios, publice vel occulte, peremptorie monere curarent, ut, infra unius Menſis ſpatium, poſt Monitionem ipſorum, ea omnia & ſingula, in quibuſcunque conſiſterent, & quocunque nomine cenſerentur, cum fructibus inde perceptis, & qui medio tempore percipi potuerunt, Magiſtro & Fratribus ac Hoſpitali reſtituerent ſupradictis; alioquin, ſi, infra dictum terminum, hujuſmodi monitioni humiliter & effectualiter non parerent, occupata per eos, vel ipſorum nomine, cum fructibus inde perceptis, ut prædicitur, non dimittendo libere Magiſtro & Fratribus antedictis, ipſos omnes & ſingulos, cujuſcunque Statûs, Ordinis, vel Conditionis exiſterent, quantâcunque Dignitate fulgerent, extunc auctoritate noſtrâ Excommunicationis;

Capitula verò, Collegia, ſeu Conventus Eccleſiarum & Monaſteriorum; necnon & Univerſitates Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & aliorum Locorum; & ipſa, Civitates, Caſtra, Villas & Loca, quæ in hiis culpabilia forent, vel in quibus Occupatores hujuſmodi obtinerent Dominium temporale, ſi, infra dictum terminum, poſt mentionem hujuſmodi, Bona non reſtituerent, ut præmittitur, antedicta, ipſo facto decernerent interdicti;

Sententiis ſubjacere.

Et, ad majorem ignominiam eorumdem, dictas Sententias, & alias Pœnas, per Prædeceſſorem eundem, ut prædicitur, promulgatas, denunciarent incurriſſe, & facerent ab aliis nunciari, & ab omnibus artius evitari, donec reſtituerent, cum integritate, præmiſſa, & mererentur Abſolutionis beneficium obtinere.

Et licet poſtmodùm dictum mandatum noſtrum Archiepiſcopi & Suffraganei memorati diligenter fuerint executi, nonnulli tamen, ſicut ex conqueſtione Magiſtri & Fratrum prædictorum accepimus, prætextu quarumdam Apellationum, ad Sedem interjectarum frivolè ſupradictam, & Inhibitionum, quas injuſtè ſuper hiis fieri procurârunt, præfata Bona injuſtè & indebitè retinebant, illaque dictis, Magiſtro & Fratribus, quamvis dictæ Ordinationi Celſitudo

Ad Regem Franciæ, de attemptatis per Miniſtros emendandis.

EXcellentiſſimo Principi, Domino K. Dei gratiâ, Franciæ & Navarriæ Regi illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, & proſperis ſucceſſibus jocundari. Ann. D. 1322. *An.* 15. *E.* 2. *Rom. &* *Fr.* 15. *E.* 2. *m.* 10.

Multiplicata Gravamina & injuriæ per Seneſcallos veſtros, Petragoricenſem, Caturcenſem, & Toloſanum, nobis, & noſtris Miniſtris, ac Subditis, in Ducatu Aquitaniæ, indies irrogata, nos ſilere non permittunt, pro hujuſmodi Gravaminibus & Injuriis ſubmovendis, veſtram Magnificentiam & Nunciis & Literis onerare.

Cùm itaque, jam de novo, ad noſtrum auditum pervenit, quod Seneſcalli veſtri prædicti, plus ſolito, & contra Ordinationes & Areſta Progenitorum veſtrorum, quondam Franciæ Regum, nobis, & noſtris Officialibus, & Miniſtris ibidem, Injurias & Gravamina indies inferre non deſiſtant,

Serenitatem veſtram affectuoſis Precibus deprecamur, quatinùs dictos Seneſcallos veſtros, & eorum Officiales, Notarios, ac alios, ab hujuſmodi Gravaminibus, & Injuriis, nobis & noſtris inferendis, cohibere velitis;

Advertentes, ſi placet, quanta laudum præconia, ex exhibitione Juſtitiæ, Principibus proveniunt; &, de contrario, quando fit, ſcandala multipliciter oriuntur.

Dat. apud Rothewell, quarto die Junii.

Pro Andrea de Harcla, de reſiſtendo Scotis Regnum ingreſſis.

REX, dilecto & fideli ſuo, Andreæ de Harcla, Cuſtodi Marchiæ Scotiæ, in Comitatibus Weſtmerlandiæ & Cumbriæ, ſalutem. Ann. D. 1322. *An.* 15. *E.* 2. *Clauſ.* 15. *E.* 2. *m.* 5. *d.*

Quia intelleximus quòd Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, in multitudine non modicâ, Regnum noſtrum Angliæ jam noviter ſunt ingreſſi, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Dampna innumera perpetrando:

Ac nos, ad refrænandam ipſorum malitiam, quanto potentius poterimus, nos paramus;

Vobis, in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus, quatinus ad ipſorum Inimicorum repulſionem, omnibus modis & viis, quibus poteritis, laboretis cum toto poſſe veſtro:

Congregantes omnes Homines partium illarum, tàm Equites, quàm Pedites, inter ætates ſexdecim & ſexaginta annorum; ita quod prompti ſint, & parati, * Armis competentibus bene muniti, ad reſiſtendum dictis Inimicis noſtris, unà vobiſcum, ipſoſque inſequendum viriliter & gravandum. * III. 960.

Et hoc, ſicut de veſtrâ fidelitate & induſtriâ confidimus, cum tantâ diligentia & ſolicitudine faciatis, quòd non poſſitis de aliquâ negligentia ſeu tepiditate reprehendi, ſet veſtram poſſimus probitatem potius commendare.

Teſte Rege apud Hathelſaye, decimo tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

Pro Andrea de Harcla, de Hominibus inter Ætates congregandis pro repulſione Scotorum.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 4.

REX, dilecto & fideli ſuo, Andreæ de Harcla, Cuſtodi ſuo partium Marchiæ Scotiæ, ſalutem.

Quia intelleximus quod Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, partes Marchiæ prædictæ, in multitudine non modicâ, celeriter proponunt ingredi, ad Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia mala, quæ poterunt, perpetranda; per quod nos, de veſtrâ probitate, & induſtriâ plenarie confidentes, ordinavimus quod tàm Homines Pedites,

De ſingulis Villis Comitatuum Cumbriæ, Weſtmerlandiæ, & Lancaſtriæ,

Qui juxta Conceſſionem, nobis per Prælatos, Comites, Barones, & Proceres Regni noſtri, in Parliamento noſtro, nuper apud Eborum convocato, factam, ſumptibus Villarum illarum armari, & ad Villam Novi Caſtri ſuper Tynam duci debuiſſent,

Quàm omnes alios eorumdem Comitatuum,

Vobis in omnibus, quæ ad ſalvam & ſecuram Cuſtodiam dictarum partium, & repulſionem dictorum Inimicorum poterunt pertinere, pareant & intendant:

Et Electoribus eorumdem Peditum, per nos ad hoc deputatis, dedimus in mandatis, tàm ſuper Electione & Ductione ipſorum Peditum, quàm aliis, ſalvationem dictarum partium tangentibus, quòd faciant & exequantur quod eis duxeritis injungendum:

Nolentes quod dicti Pedites veniant, ſeu ducantur uſque ad dictam * Villam de Novo Caſtro ex causâ prædictâ;

* III. 961.

Vobis mandamus in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod tàm dictos Pedites, quàm omnes alios & ſingulos Homines dictorum Comitatuum, inter Ætates ſexaginta & ſexdecim annorum, prout expedire videritis, ſine dilatione, congregari & araiari facias, ad reſiſtendum dictis Inimicis noſtris, quantò potentiùs & robuſtiùs poteritis, ſi ingrediantur partes ſupradictas, ad eorum malitiam, cum Dei adjutorio, viriliter reprimendam:

Præmuniri etiam facies omnes Homines partium Marchiæ prædictæ, quòd omnia Animalia ſua verſus partes Richemundiæ, Clyvelandiæ, ſeu alia loca, in Comitatu Eborum, cum celeritate, quâ poterunt, duci & fugari faciant; nè ab ipſis Inimicis occupentur & abducantur, ſeu iidem Inimici indè confortentur, aut aliqualiter ſuſtententur.

Nos enim, per Literas noſtras patentes, univerſis & ſingulis Hominibus, de dictis partibus Richemundiæ & Clyvelandiæ, & aliis partibus, ad quas dicti Homines cum Animalibus ſuis declinaverint, dedimus in mandatis, quod eoſdem Homines, cum Animalibus ſuis, benignè recipiant, & eis non inferant injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen.

Teſte Rege apud Eborum, ſecundo die Julii.

Per ipſum Regem.

De intendendo Henrico de Bello Monte, pro ſalvatione Marchiæ Scotiæ.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Fin. 15. E. 2. p. 2. m. 4.

REX dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis, tàm infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd, cùm ordinaverimus & eſſe proponamus, Domino concedente, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, in Vigiliâ Bea-

---

* *De Animalibus, ad Comitatum Eborum præ timore Scotorum, ducendis.* * III. 962.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Pat. 15. E. 2. p. 2. m. 4.

REX Vicecomiti Eborum, & omnibus Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, in eodem Comitatu, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. ſalutem.

Cum diverſi Homines Comitatûs Cumbriæ, Weſtmorlandiæ & aliarum partium adjacentium,

Præ timore Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, qui partes Marchiæ Scotiæ, ante hæc tempora, frequentiùs hoſtiliter ſunt ingreſſi, & Deprædationes, Incendia, & alia mala quamplurima inhumaniter perpetrârunt,

Ducant Animalia & alia Bona ſua ad partes Clyvelandiæ, Richemundiæ, & alia Loca in dicto Comitatu Eborum, pro habendo ibidem Refugium contra Inimicos noſtros ſupradictos;

Vobis, & cuilibet veſtrûm, firmiter injungendo, mandamus quatenus dictis Hominibus, cum ipſos ad vos, ſeu loca veſtra, cum Animalibus, & Rebus ſuis, contigerit declinare, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, &c. ſet ipſos, benigne ſuſcipientes, favorabiliter pertractetis,

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, &c.

Nolumus enim quod de Animalibus ſeu aliis Bonis ſuis prædictis, contra voluntatem eorumdem Hominum, ad opus noſtrum, aut aliorum, per Ballivos, ſeu Miniſtros noſtros, aut alterius cujuſcumque, quicquam capiatur.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, tertio die Julii.

Per ipſum Regem.

De Terris & Tenementis, quæ fuerunt Inimicorum Regis, ad firmam dimittendis.

Ann. D. 1322. An. 15. E. 2. Fin. 15. E. 2. m. 1.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd aſſignavimus, dilectos & fideles noſtros, Johannem Everard, & Johannem de Trezagu, ad omnia Maneria, Terras, & Tenementa, cum Pertinentiis, quæ fuerunt Inimicorum & Rebellium noſtrorum, & alia in Comitatu Cornubiæ, & quæ per foriſfacturam dictorum Inimicorum & Rebellium noſtrorum, & quibuſdam aliis de cauſis, in manu noſtrâ exiſtunt, arentandum; & certis Hominibus, eadem Maneria, Terras, & Tenementa, a nobis recipere volentibus, ad firmam dimittendum;

Habenda, a Feſto Sancti Michaelis proximò futuro, per tres annos proximò ſequentes completos, pro certâ Firmâ, nobis indè in Cameram noſtram annuatim reddendâ:

Necnon ad Blada, Fœna, Inſtaurum, & alia Bona & Catalla noſtra, in dictis Maneriis, Terris, & Tenementis, ſic dimittenda, exiſtentia, vendendum; vel aliàs noſtrum proficuum inde fieri faciendum;

Ita quod, de valore & pretio eorumdem, dictus Johannes Everard, Cuſtos Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum prædictorum, per Teſtimonium dicti Johannis Trezagu, Superviſoris præmiſſorum, nobis reſpondeat in Cameram noſtram; & ad certificandum nos in dictam Cameram noſtram diſtinctè & apertè, ſub Sigillis ſuis, de eo quod fecerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

Eodem

Digitized by Google

Warrwicæ,

Robertus de Stoke Cuſtos,
Rogerus Belers Supervіſor;

Leyceſtriæ,

Robertus de Gatesby Cuſtos,
Willielmus Brabazon Miles Supervіſor;

Eborum,

Johannes de Kilvynton Cuſtos, } *Inter aquas de Theſe & Uſe, ex-*
Adam de Hoperton Supervіſor, } *cepto Caſtro de Pykering.*
Thomas Deyvill Cuſtos, } *De Caſtro & Honore de Ponte-*
Adam de Hoperton Supervіſor, } *fracto, ultra aquam de Uſe.*
Thomas de Ughtred Cuſtos, } *De Caſtro & Honore de Pike-*
Adam de Hoperton Supervіſor, } *ring.*

Et poſtmodum, viceſimo quinto die Julii proximò ſequente, mandatum fuit præfatis, Thomæ & Adæ, quòd aſſocіant ſibi Richardum de Muſeleye, Receptorem Regis Exituum de Terris & prædictis Proventibus, per viſum ejuſdem Richardi, præmiſſa omnia & ſingula faciant in forma prædicta; Ita quòd idem Receptor Regis inde ad plenum valeat reſpondere.

Lancaſtriæ,

Johannes Travers Cuſtos, } *In Comitatu Lancaſtriæ Blake-*
Robertus de Notingham Super- } *burneſhire, & Halton in Comi-*
viſor, } *tatu Ceſtriæ.*

Cumbriæ,

Henricus de Malton Cuſtos, } *In Comitatu Cumbriæ, & Caſtro*
Alexander de Baſtenthwayt Su- } *& Maneriis de Skipton in Cra-*
perviſor, } *vene, & Burton in Lounesda-*
} *le in Comitatu Eborum.*

Lincolniæ,

In Lindeſeye, } *Alanus de Cubbeldyk Cuſtos,*
} *Dominicus de Bukton Supervіſor;*
In Keſtevene, } *Alanus de Cubbeldyk Cuſtos,*
} *Matheus Broun Supervіſor;*
In Holand, } *Alanus de Cubbeldyk Cuſtos,*
} *Johannes de la Gotere de Sancto*
} *Botulpho Supervіſor;*

Berks,

Robertus de Hungerford Cuſtos,
Johannes de Ildeſle Supervіſor;

Oxoniæ,

Robertus de Stoke Cuſtos,
Johannes de Brumpton Supervіſor;

Wygorniæ,

Rogerus Carles Cuſtos,
Alexander de Berford Supervіſor;

Buks, Bedfordiæ,

Robertus de Stoke Cuſtos,
Rogerus de Tyringham Supervіſor;

Salopiæ,

Rogerus Carles Cuſtos,
Willielmus de Weſton Supervіſor;

Staffordiæ,

Rogerus de Waltham Cuſtos,
Walterus de Waldeſhef Supervіſor;

Herefordiæ,

Rogerus Carles Cuſtos,
Johannes de Barewe Miles Supervіſor;

Ita quòd, poſt mortem ejuſdem Alianoræ, Maneria prædicta, cum Pertinentiis, unà cum Feodis Militum, *&c. ut ſupra*, ſpectantibus, præfato Gilberto & Hæredibus ſuis remaneant, TENENDA de Rege, & Hæredibus Regis, ac aliis Capitalibus Dominis Feodorum illorum, per ſervitia ſupradicta, IMPERPETUUM.

Per ipſum Regem.

De providendo immunitati Eccleſiæ & Libertatis Dunolmiæ.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D.
Sciatis quòd, cùm pluries mandaverimus, Venerabili Patri, 1322.
L. Dunolmenſi Epiſcopo, quòd ipſe omnes & ſingulos Homines, *An.* 16.
tàm Equites, quàm Pedites, inter Ætates ſexdecim & ſexaginta *E.* 2.
Annorum exiſtentes, de Epiſcopatu Dunolmenſi, ac Libertate *Pat.* 16.
ejuſdem Epiſcopatûs, in Obſequium noſtrum, contra Scotos, Ini- *E.* 2.
micos & Rebelles noſtros (qui Regnum noſtrum ingreſſi fuerunt, *p.* 1.
in eodem Mala innumera perpetrantes) extra eoſdem Epiſcopatum *m.* 28.
& Libertatem mitteret:

Idemque Epiſcopus hujuſmodi Homines, prætextu Mandati noſtri prædicti, in Obſequium noſtrum prædictum miſerit;

Nos, volentes ipſius Epiſcopi, Eccleſiæ ſuæ Dunolmenſis, ac Libertatis ſuæ prædictæ Immunitati providere in hac parte, conceſſimus eidem Epiſcopo, pro nobis, & Hæredibus noſtris, quòd Miſſio & Adventus Hominum prædictorum in Obſequium noſtrum prædictum, extra Epiſcopatum & Libertatem prædictos, ſibi, aut Succeſſoribus ſuis, Epiſcopis Loci prædicti, vel Eccleſiæ Dunolmenſi, aut Libertati prædictæ, non cedant in præjudicium, nec trahantur in Conſequentiam in futurum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſecundo die Julii.

Per ipſum Regem.

* *Ad Papam, de Rebellione in Anglia refrænata, & ſuper Gravaminibus in Curia Romana non tolerandis.* * III. 965

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Quantâ amaritudine triſtitiæ, & doloris aculeo, Rebellium 1322.
noſtrorum præſumptuoſa Elatio veſtræ Beatitudinis intima pertur- *An.* 16.
bavit: quantâ etiam, ex eorumdem Rebellione (non hominis fa- *E.* 2.
cto, ſet divinâ Clementiâ refrænatâ) ex quo nobis adverſantium *Rom.* 16.
ſpes fruſtrata, & Regno noſtro Pax & tranquilitas, per ipſos Re- *E.* 2.
belles priùs turbata, immò veriùs ſublata, reſtituta jam ex ſtit, cor *m.* 10.
veſtrum lætitiâ adimplevit; quámque ſincerè nos & noſtros fideles in proſperis dirigi, & Regnum ac Terras, noſtræ Ditioni ſubjectas, ſalubriter gubernari, Jura noſtra Regia turbare ſeu impedire non intendens, immò Turbationes, ſi quæ ab aliis inferrentur, amovere curans, veſtræ Benignitatis affluens bonitas deſiderat & affectat, non ſolùm veſtræ gratioſæ Literæ Bullatæ, nobis ſuper hoc directæ, atteſtantur, verùm etiam Nunciorum noſtrorum, ad veſtri Apoſtolatûs apicem nuper tranſmiſſorum, & ad Nos redeuntium, fida relatio patefecit; ex quibus, & innumeris Dotis & Beneficiis (a veſtrâ nobis habundante Clementiâ ante hæc tempora, & in præſentiarum collatis) nec non & de dictorum Nunciorum

Digitized by Google

non poſſumus, & nihilominus per Nos eâ occaſione actualiter impediti,

Rejectiſque excuſationibus eorumdem (non fictione frivolâ fabricatis, ſet omni veritate ſuffultis) Literiſque noſtris, pro eiſdem in hac parte directis, inſtrumentiſque publicis, ad noſtri rogatum ſuper hoc confectis, aliiſque probationibus Legitimis non attentis, & totaliter ſpretis, contumaces reputati (ubi tamen nulla Contumacia fuit) non ſine Juris injuriâ, noſtrique præjudicio gravi, indebitis Proceſſibus mirabiliter prægravantur.

Quo quidem Negotio, coram Nobis, & Concilio noſtro, & pluribus Magnatibus de Regno noſtro, ibidem exiſtentibus, nec non & Jure noſtro, in caſibus prædictis, plenius recitatis, afferebant ſinguli factum hujuſmodi in noſtri & Coronæ noſtræ exhæredationem, & ſubverſionem Juris noſtri Regii (ad quod manutenendum vinculo Juramenti ſumus aſtricti) & Legum ac Conſue-
* III. 966. tudinum * Regni noſtri (quibus Progenitores noſtri & Populus Anglicanus totis temporibus retroactis uſi ſunt) manifeſtius redundare.

Cùm itaque, Pater piiſſime, in facto prædicto Jus noſtrum, Leges & Conſuetudines ejuſdem Regni, ſpecialiter verſentur, & hujuſmodi Proceſſus, ut præmittitur, nimis voluntariè fabricati, Honorem Regium deforment, & Juri noſtro Regio præjudicent; eo præcipuè quòd Literæ Progenitorum noſtrorum prædictorum, in vocationibus perſonalibus Clericorum ſuorum (licet in caſu, a Jure permiſſo, proceſſiſſent, & Jura ſua Regia non contigiſſent) pro excuſatione eorumdem, maximè in tantâ neceſſitate, circumſcriptis aliis Probationibus, ſufficere conſueverunt; quod etiam Principibus Terrarum ſatis dinoſcitur hactenus fore permiſſum;

Clementiæ veſtræ omni affectione, quâ poſſumus, humiliter ſupplicamus, quatinus, ad Statum & Honorem regium (quorum Defenſorem præcipuum vos hactenus ſenſimus, & confidenter adhuc tenemus) Paternalis affectionis conſuetam benivolentiam convertentes, id, quod contra Nos & dictos Clericos noſtros eſt ſic, minus ritè, præter conſcientiam veſtram, ut credimus, attemptatum, veſtræ Juſtæ & circumſpectæ providentiæ examini jubere offerri, & cum feſtinatione deſideratâ, prout hoc Jura requirunt, ut ſperamus, facere revocari; & ſuper hujuſmodi, præjudicialibus Nobis & Juri Coronæ noſtræ, deſiſti facere dignetur veſtra Paternitas quàm benigna.

Advertentes, ſi placet, quod, etſi dicti Clerici noſtri a Jure, ſibi in hac parte quæſito, ſeu Proſecutione ejuſdem deſiſtere vellent, nihilominus Jus noſtrum prædictum, in perſonis aliorum (vinculo Juramenti prædicti Nos artante, & Magnatum Regni noſtri Conſilio perurgente, qui, etiam Nobis diſſimulantibus, toto Niſu contradicerent) proſequi cogeremur.

Verùm, Reverentiſſime Pater, veſtram, & Sedis Apoſtolicæ reverentiam, ac Cardinalatûs honorem, dicti Clerici noſtri, Magiſtri Roberti, ſuis meritis exigentibus, ſpecialem affectionem, ac bonum quietis & pacis modis omnibus exquirentes, Præbendam de Stoke, in eâdem Eccleſiâ, per Conſecrationem, venerabilis Patris, R. de Northburgh, in Coventriæ & Lychefeldiæ Epiſcopum, vacantem, & ad Donationem noſtram nunc ſpectantem ratione Temporalium Epiſcopatûs Lincolnienſis, in manu noſtrâ, propter Crimina notoria H. Epiſcopi Loci ejuſdem, in Nos perpetrata, exiſtentium, jam de novo contulimus Regio Jure noſtro; pro quâ etiam, eidem Cardinali conferendâ, nuper, ante captionem Temporalium prædictum, veſtræ ſcripſimus Sanctitati.

Super præmiſſis autem, & aliis, Nos & ſtatum Regni noſtri tangentibus, dilectis & fidelibus noſtris, venerabili Patri, R. Dei gratiâ, Wyntonienſi Epiſcopo, & Magiſtro Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolniæ, & eorum alteri, dignetur veſtra Clementia fidem credulam & indubiam adhibere.

Conſervet, &c.

ſi placet, noſtris precibus, ſic effectualiter interponere partes veſtras, quòd, veſtro mediante Conſilio & Auxilio, Jus noſtrum illæſum conſervetur: & quod ad ſcandala, quæ ex contrario, ſi fieret, quod abſit, orirentur, non procedatur; quodque vobis exindè ad grates & ſpeciales gratias teneamur.

Super hiis etiam, quæ, dilecti & fideles noſtri, venerabilis Pater, R. Wyntonienſis Epiſcopus, & Magiſter Johannes de Stratford, Archidiaconus Lincolniæ, vel eorum alter, vobis in præmiſſis expreſſerint, vel expreſſerit vivâ voce, velitis eiſdem, & eorum alteri fidem credulam adhibere.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, quarto die Auguſti.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Sabinenſi. Epiſcopo Cardinali,

Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino B. Tituli Sancti Marcelli,
} Presbiteris Cardinalibus.

Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ,
} Diaconis Cardinalibus.

De Sententiis contra Scotos aggravandis.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1322.
Quantò Scotorum, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Rebellium, ac Noſtrorum inimicorum & Proditorum, effrænata Rabies & obſtinata Malitia in nos & noſtros fideles indies non deſinit deſævire, tantò ipſorum inſolentiam, ad honorem veſtrum & Eccleſiæ Sacræ, noſtrumque & Regni noſtri quietem & commodum, per veſtri Apoſtolatûs Apicem cupimus cohiberi. *An.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 10.

Veſtræ igitur Sanctitati, quanto devotiùs poterimus, humiliter ſupplicamus, quatinùs Sententias & proceſſus, de veſtro motu proprio & Officio, contra dictos Scotos aliàs inchoatos, dignemini modis & viis, quibus melius fieri poterit, Aggravare.

Et ſuper hiis, dilectis & fidelibus noſtris, venerabili Patri R. Dei gratiâ, Wyntonienſi Epiſcopo, & Magiſtro Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolniæ, ac eorum alteri, ex parte noſtrâ, fidem indubiam adhibere.

Conſervet, &c.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, quarto die Auguſti.

Pro Ga celino Cardinali, de Dono Mille Marcarum.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, ſeu eorum Loca tenentibus, ſalutem. Ann. D. 1322.

Cùm nuper, *An.* 16. *E.* 2. *Vaſc.* 16. *E.* 2. *m.* 13.

Volentes, venerabili Patri, Gaucelino Johannis, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinaii, in Regnum noſtrum, pro noſtris & ejuſdem Regni negotiis, tunc venienti, de Mille Marcis Sterlingorum (quas ei conceſſimus de Dono noſtro) ſatisfieri,

Seneſcallo noſtro dicti Ducatûs, & Conſtabulario noſtro Burdegaliæ, per noſtras dederimus Litteras in mandatis, quòd eidem Car-

Digitized by Google

nem habere faciemus.

Teſte Rege apud Goſeford, 7. die Auguſti.

De die Truncationis Capitis Thomæ Comitis Lancaſtriæ.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.
1322. Volentes veritati teſtimonium perhibere, Univerſis & ſin-
An. 16. nulis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, Innoteſcimus per
E. 2. præſentes,
Pat. 16. Quòd Thomas, nuper Comes Lancaſtriæ, die Lunæ, proximo
E. 2. ante Feſtum Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Regni
p. 1. noſtri quintodecimo, propter Seditiones diverſas, nobis factas, &
m. 25. Felonias, in Regno noſtro contra pacem noſtram perpetratas, per conſiderationem Curiæ noſtræ, apud Villam de Pontefracto, Capite fuit Truncatus :

Et quòd Advocatio Eccleſiæ de Bradeford, Eborum Dioceſe, per foriſfacturam præfati Thomæ, ut de jure Aleſiæ, tunc Uxoris ſuæ, Filiæ & Hæredis Henrici de Lacy, quondam Comitis Lincolniæ, ad manus noſtras devenit, & ſemper hactenus in manu noſtrâ extitit, & nunc, ut Jus noſtrum, per remiſſionem & quietam clamantiam, quas eadem Aleſia, pro ſe & Hæredibus ſuis, fecit, Nobis & Hæredibus noſtris, de Advocatione Eccleſiæ prædictæ, & de quibuſdam aliis Terris & Tenementis, in manu noſtra exiſtit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Felton, octavo die Auguſti.

Ad Galbardum Cardinalem, ut tandem deſiſtat a Gravaminibus ſæpedictis inferendis.

Ann. D. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Sanctæ
1322. Luciæ in Silice Diacono Cardinali, amico ſuo cariſſimo,
An. 16. Edwardus ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſinceræ Dilectionis
E. 2. affectum.
Rom. 16. * Cùm ab univerſis Chriſti fidelibus illud juris præceptum, quo
E. 2. TRIBUITUR UNICUIQUE QUOD SUUM EST, deceat
m. 10. *d.* obſervari, id a Sedis Apoſtolicæ rectitudine, quæ Juris & Juſtitiæ
* III. diſtributiva eſt, amplius & ſecuriùs expectamus.
969. Undè cùm nuper, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok, Archidiacono Middleſexiæ, Præbendam de Aylesbury, in Eccleſiâ Lincolnienſi tunc vacantem, cum integritate Jurium & pertinentium ſuorum, contulerimus jure noſtro Regio, ut noviſtis; mirari non ſufficimus quòd vos (quem, præ cæteris, nedum Natale Solum Coronæ Anglicanæ naturali inclinatione reddit obnoxium, quin potiùs Beneficiorum adeptio infra dictum Regnum efficit obligatum) occaſione Eccleſiæ de Milton, quæ portio dicto Præbendæ eſſe dinoſcitur, Collationi noſtræ prædictæ reſtitiſtis a jamdiu, Gravamina varia dicto Clerico noſtro, non ſine Juris injuriâ, Coronæ & Dignitatis noſtræ Læſione manifeſtâ, prout vobis aliàs latiùs ſcripſimus, irrogari multipliciter procuraviſtis.

Super quo ſcire vos volumus, quòd, etſi dictus Clericus noſter a Jure, ſibi in hac parte quæſito, ſeu Proſecutione ejuſdem, deſiſtere vellet, nichilominus Jus noſtrum prædictum, in perſona alterius, vinculo Juramenti, quo Coronæ noſtræ aſtringimur, Nos

[illegible] *m.* 9.
effectu & fructu, opcenta ſemper hactenus & probata, nec non de Nunciorum noſtrorum admiſſione gratioſa, & cum eiſdem communicatione gratiſſima, tota cordis amplitudine, grates vobis & gratiarum referimus actiones :

Veſtræ intimantes Paternitati cariſſimæ, ſub certa Remedii & Conſolationis fiducia, in facto ſubſcripto, Juris noſtrii Regii, Coronæ & Dignitatis noſtræ læſionem manifeſtam.

Cùm itaque nuper contulerimus, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Baldok, Archidiacono Middleſexiæ, Præbendam de Aylesbury, vacantem, & ad noſtram Donationem ſpectantem, ratione Epiſcopatûs Lincolnienſis, vacantis & in manu noſtra exiſtentis,

Et, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Willielmo de Ayremynne
Præbendam * de Leghton Buſard, in eadem Eccleſia vacantem, * III.
& ad noſtram Donationem ſimiliter ſpectantem, ratione vocatio- 970.
nis Epiſcopatûs prædicti;

Jure noſtro Regio, ſuper Advocatione Præbendarum prædictarum, ea vice Nemini, ut ſperamus, dubio vel ignoto, ſet plenarie in Curia noſtra, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, priùs diſcuſſo & declarato :

Ac, venerabilis Pater, G. Dei gratia, Sanctæ Luciæ in Silice Diaconus Cardinalis, præfatum Robertum,

Et Johannes de Podio Berſaco prædictum Willielmum,

Pro eo quòd ipſi in Curiâ Romanâ non comparuerunt, ſuper Jure noſtro Advocationum prædictarum, ſaltem ex obliquo reſponſuri; quamquam iidem Clerici, noſtro Lateri aſſiſtentes, inter Familiares noſtros, adeò Nobis & Regno noſtro fuerint neceſſarii, quòd eorum præſentiâ corporali carere non poſſemus, & quos tunc actualiter impedivimus, nec ipſos ex cauſa prædictâ aliqualiter ſe transferre permittemus, prout Literæ noſtræ excuſatoriæ, pro eiſdem, in eâ parte, Domino Summo Pontifici nunc, & aliàs, pluriès directæ, teſtantur :

Quæ & cujuſmodi Literæ, in caſu conſimili, & multo difficiliori, temporibus Anteceſſorum noſtrorum, ſufficere conſueverant :

In dictâ Curiâ comparere non poſſent, Contumaces pronunciari, & in ipſos Sententiam Excommunicationis promulgari procuraverit, ut intelleximus, de quo non mediocriter anxiamur;

Paternitatem veſtram quàm dilectam omni affectione, quâ poſſimus, requirimus & rogamus, quatinùs, ad Statum & Honorem, Jus, & dignitatem Coronæ noſtræ (quorum vos indeſinenter Defenſores præcipuos arbitramur) veſtræ conſiderationis aciem convertentes, pro revocatione Gravaminis hujuſmodi, & reformatione Statûs noſtri, & dictorum Clericorum noſtrorum, ſi placet, totis conatibus (prout de vobis confidimus) Laboretis.

Advertentes quòd, etſi dicti Clerici noſtri a Jure, ſibi in hac parte quæſito, ſeu proſecutione ejuſdem, diſiſtere vellent, nihilominus Jus noſtrum prædictum, in perſonis aliorum, vinculo Juramenti, quo Coronæ noſtræ aſtringimur, Nos artante, & Magnatum Regni noſtri conſilio perurgente, qui, etiam Nobis diſſimulantibus, toto Niſu contradicerent, proſequi cogeremur.

Ad hæc placeat, quæſumus, veſtræ ſinceræ amicitiæ, ut contra Scotos, Eccleſiæ Sanctæ Rebelles, & noſtros Inimicos, proceſſus & Sententiæ, aliàs inchoati, modis & viis, quibus fieri poterit, aggraventur, efficaciter interponere partes veſtras :

Super præmiſſis & aliis, Nos contingentibus, & vobis per, dilectos & fideles noſtros, venerabilem Patrem R. Wyntonienſem Epiſcopum, & Magiſtrum Johannem de Stratford, Archidiaco-

 num

Ad Cardinalium Cœtum, ſuper Annui Cenſus Solutione, ſuper Sententiis contra Scotos aggravandis, & ſuper Gravaminibus in Curia Romana.

Ann. D. 1322. *Ao.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 9.

SAnctorum in Chriſto Patrum, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Cœtui venerando, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quàm benigna fuerit penes nos Sacri Collegii veſtri & ſingulorum veſtrûm affectio, multiformis præcedens rei eventus, ac Nunciorum noſtrorum, nuper ad nos de Curia Romanâ redeuntium, admiſſio grata, & familiaris communicatio cum eiſdem, luce clariùs manifeſtant; undè vobis, ſimul omnibus, & ſingulariter ſingulis, grates exſolvimus ex intimo cordis noſtri.

Vos, & ſingulos veſtrûm affectuoſis Precibus exorantes, quatinùs, quoad ſolutionem Cenſûs annui mille Marcarum, aliquamdiu dilatam, habeat nos veſtra provida deliberatio excuſatos.

Poſt Turbationem enim, in Regno noſtro nuper motam, in quâ pecuniam plurimam effudimus, jam urget nos Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, & Guerra continuè in nos ſæviens; in quâ exponimus, & exponere cogimur pecuniam quaſi infinitam.

Set, ceſſantibus impedimentis hujuſmodi, taliter de ipſius Cenſûs ſolutione, Domino concedente, diſponemus, quòd vobis cedet ad gratum, & veſtra unanimis Affectio indè debeat meritò contentari.

Ad hæc, ut Sententiæ & Proceſſus, inchoati contra Scotos, Eccleſiæ Romanæ Rebelles, & noſtros Inimicos, modis & viis, quibus commodè fieri poterit, aggraventur, velitis, unà cum Sanctiſſimo in Chriſto Patre, Domino Summo Pontifice (cui ſuper hoc Preces noſtras dirigimus) veſtrum præbere conſenſum.

Cæterum, etſi querelantium impetus, qui ea, quæ placita ſunt in oculis ſuis, tantummodo ſapiunt, de injuriis ſuper Beneficiis, quæ infra Regnum noſtrum vendicant, aut optinent, ſibi factis, prout ſupradicti Nuncii noſtri nobis dederunt intelligi, Cœtum veſtrum ſuis clamoribus excitaverint, non credat veſtra Puritas quòd contra quemquam aliud egerimus, quàm quod ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri hactenus fieri conſuevit.

Affectamus enim omnibus & ſingulis, de Gravaminibus hujuſmodi, quatenùs ad nos & cognitionem noſtram pertineant, querelam deponere volentibus, fieri juſtitiæ complementum.

Super præmiſſis autem & aliis Negotiis, nos & ſtatum Regni noſtri tangentibus, vobis per, dilectos & fideles noſtros, Venerabilem Patrem, R. Wyntonienſem Epiſcopum, & Magiſtrum Johannem de Stratford, Archidiaconum Lincolniæ, vel alterum ipſorum, ſerioſius exponendis, eiſdem, vel eorum alteri fidem, quæſumus, indubiam adhiberi.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, octavo die Auguſti.

De Terris aſſignandis Fratri, & Nepotibus Papæ.

Ann. D. 1322. *Ao.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 10. *d.*

REX, Nobili Viro & fideli ſuo, Domino Petro Doza, Fratri Domini Summi Pontificis, Militi, Amico ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Nuper attendentes bona & laudabilia Servitia, quæ nobis impendiſtis, & impenderetis in futurum, conceſſimus vobis ſexcentas Libras Turonenſium Parvorum, percipiendas ſingulis Annis, in Feſto Paſchæ, per manus Conſtabularii noſtri Burdegalliæ, qui pro tempore fuerit, quouſque vobis de ſexcentis Libratis Terræ Turonenſis per Annum, habendis vobis & Hæredibus veſtris imperpetuum, duxerimus providendum.

De Archidiaconatu Richmundiæ, Collatio Papalis.

Ann. D. 1322. *Ao.* 16. *E.* 2. *Ex Autogr.*

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edvardo, Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Promptitudo Regiæ devotionis, & fervor fidei, quibus erga Deum & Romanam fulges Eccleſiam, nobis fiduciam repræſentant, quòd libenter animum præpares Regium ad ea, quæ nobis grata fore cognoveris, favorabiliter adimplenda.

Cùm itaque nos dudum, dilecto Filio, Heliæ Talairandi, Germano, dilecti Filii, Nobilis Viri, Archambaudi Comitis Petragoricenſis, juxta ſuorum meritorum exigentiam, volentes gratiam facere ſpecialem, Archidiaconatum Richemundiæ, in Eccleſiâ Eboracenſi, tunc vacantem per Conſecrationem, venerabilis Fratris noſtri, Rotgeri Epiſcopi Conventrenſis & Lichefeldenſis, & ad Diſpoſitionem noſtram ex præcedenti reſervatione ſpectantem, præfato Heliæ duxerimus conferendum;

Serenitatem Regiam rogamus attentiùs & hortamur, quatinùs eundem Heliam, Archidiaconum Archidiaconatûs prædicti, habens pro noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reverentia propenſiùs commendatum, ſuper dicto Archidiaconatu, univerſiſque ipſius Juribus, habendis, & pacificè retinendis, eum, vel Procuratorem ſuum, ſic velit benigno favore proſequi Regia Celſitudo, quòd nos eam exindè debeamus cum gratiarum actionibus meritò commendare.

Dat. Avinion. decimo ſeptimo Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

Sub filis canabeis.

Super Promotione Epiſcopi Lichfeldenſis.

Ann. D 1322. *Ao.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 10. * III. 973.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Exhibuit ſe nobis & Regno noſtro, Pater Sancte, multipharię veſtræ Benignitatis habundantia gratioſum; & in Præfectione cariſſimi Clerici noſtri, Magiſtri Rogeri de Norhburgh, in Coventriæ & Lichefeldiæ Epiſcopum, de cujus Fidei puritate confidimus, jam recentis lætitiæ materiam miniſtravit; de quo, non immeritò, necnon de gratiâ, nobis in perſonâ ſuâ, * quoad Conſecrationem ſuam in Angliâ, factam, grates & gratias vobis referimus quas valemus.

Sanctitatem veſtram quàm benignam ſuppliciter exorantes, ut, quantò immediatiùs ipſius Præfectio a Sede Magnitudinis veſtræ procedit, tantò, ſi placet, in Petitionibus ſuis, veſtræ Sanctitati porrigendis, & gratiis conſequendis, quibus Præfectos hujuſmodi dicta Sedes ditare ſolet, efficiatur idem Præfectus capacior & acceptior in futurum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, ſecundo die Septembris.

De intendendo Andreæ de Hartcla, ſuper Cuſtodia Marchiarum.

Ann. D. 1322. *Ao.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 22.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis de Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ, tàm infra libertates, quàm extra; necnon Conſtabulariis tàm Caſtrorum noſtrorum, quàm aliorum in eiſdem Comitatibus, & omnibus aliis, pro munitione eorumdem Caſtrorum

Digitized by Google

do per ipſum fuerit præmunitus; dimiſsâ ſemper in Caſtro ſuo de Alnewyk ſufficienti Cuſtodiâ pro eodem: Et præmiſſa, ſicut Regem & Honorem Regis diligit, modis omnibus faciat.

Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, de intendendo eidem Comiti, viz.

Radulpho de Nevill, Conſtabulario Caſtri de Werkeworth,
Rogero de Horſle, Conſtabulario Caſtri de Baumburgh,
Johanni de Lillebourn, & Rogero Manduyt, Conſtabulariis Caſtri de Dunſtanburgh,
Conſtabulario Caſtri de Prudhom,
Ricardo de Emeldon Superiori Cuſtodi Villæ Regis Novi Caſtri ſuper Tynam.

* III. 974. * JOhanni de Wermyngham Comiti de Loveth, Juſticiario Hiberniæ, quòd cum Hominibus de Hiberniâ, & aliis quos habere poterit, pro ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ dictorum Comitatuum & Marchiarum, & repulſione ac gravamine dictorum Inimicorum noſtrorum, unà cum præfato Comite Atholiæ, prout inter ſe & ipſum meliùs viderit faciendum, viriliter intendat, & hoc, ſicut de ſe confidit Rex, & Honorem ſuum, ac Salvationem Regni Regis diligit, curiosè & circumſpectè facere ſtudeat, quòd ſuam probitatem debeat Rex meritò commendare.

Teſte Rege apud Dunolm, 28 die Septembris.

De Elongatione Treugæ, cum Duce Britanniæ proclamanda.

Ann. D. 1322. REX Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti, ſalutem.
An. 16. Cùm nos Treugam,
E. 2. Nuper captam inter nos, pro Mercatoribus, Marinariis, & aliis
Clauſ. 16. de Regno noſtro Angliæ, & Terris noſtris Walliæ & Hiberniæ,
E. 2. m. ex parte unâ, &, dilectum Conſanguineum noſtrum, Ducem Bri-
27. d. tanniæ, pro Mercatoribus, Marinariis, & aliis de Ducatu Britanniæ, ex parte alterâ,

Super Diſſenſionibus inter dictos Mercatores, Marinarios, & alios, hinc indè ſubortis, uſque ad Feſtum omnium Sanctorum proximò jam præteritum, prius captam, & uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximò venturum poſtmodùm elongatam, ab eodem inſtanti Feſto Omnium Sanctorum, per duos Annos proximò ſequentes plenariè completos, duxerimus prorogandam;

Vobis mandamus quòd iſtam ultimam Prorogationem Treugæ in ſingulis locis, in Ballivâ veſtrâ, ubi expedire videritis, publicè proclamari faciatis; inhibentes omnibus & ſingulis de Regno ſeu Poteſtate noſtrâ, ne alicui, de Poteſtate & Dominio dicti Ducis, occaſione Diſſenſionum prædictarum, dampnum inferant aut gravamen, durante Prorogatione Treugæ ſupradictæ: Et hoc nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo octavo die Septembris.

Eodem modo ſcribitur Vicecomitibus ſubſcriptis, &c.

Subditos noſtros, in Cuſtodiâ ejuſdem Caſtri de mandato noſtro m. 26. d.
exiſtentes, diverſis Ingeniis & Machinis impugnare indies non deſiſtant;

Per quod, de Conſilio, dilectorum & fidelium noſtrorum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum Regni noſtri, nobis aſſiſtentium, ordinavimus, & moram facere proponimus, Domino concedente, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam (ubi jam ſumus) uſque ad diem Dominicum in Vigiliâ Sancti Lucæ Evangeliſtæ proximò futurum, & tunc manu potenti proficiſci exindè contra dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum malitiam repellendum, & ad eoſdem gravandum, prout Dominus miniſtrabit:

Vobis mandamus, in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd cum Equis & Armis, ac Hominibus Peditibus, quantò potentiùs poteritis, ſitis ad nos apud dictam Villam de Novo Caſtro, in Vigiliâ prædictâ, ad proficiſcendum exindè nobiſcum contra dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ad eorum malitiam, cum Dei adjutorio, repellendum, & ad eoſdem Inimicos noſtros gravandum, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum.

Et hoc, ſicut nos, & Honorem noſtrum, & veſtrum, ac Salvationem Regni noſtri diligitis, modis omnibus faciatis.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, &c.

Super Motibus, & Brigis, in Vaſconia.

REX, dilecto & fideli ſuo, Fulconi l'Eſtraunge, Seneſcallo Ann. D.
ſuo Vaſconiæ, ſalutem. 1322.
Nuper Litteras veſtras recepimus, continentes quòd ſuper Guer- An. 16.
ris, motis in Ducatu prædicto, inter, dilectum & fidelem no- E. 2.
ſtrum, Amaneum Dominum de Lebreto, & ſibi adhærentes, ex Vaſc. 16.
unâ parte, & quoſdam Nobiles ejuſdem Ducatûs, & alios eis ad- E. 2.
hærentes ex alterâ, Inhibitiones debitas partibus prædictis ex parte m. 13.
noſtrâ feciſtis; & quoſdam, qui ſe Juſticiari permiſerunt, in Areſto, ut decebat, poſuiſtis; contra alios, nobis non obedientes, ut deberent, vias, per quas ad obediendum compellerentur, ordinantes.

Subſequenter verò nobis per alios fuit intimatum, quòd, ad inſtantiam quorumdam de Nobilibus prædictis, imponentium præfato Amaneno Crimen Proditionis, contra eundem Amanenum, ut ad certos diem & locum compareret, inde Juſtitiam facturus & recepturus, Citatio emanavit; quódque dictus Amanenus, reputans locum prædictum ſibi ſuſpectum, de veniendo ad eundem, die ſibi præfixo, ſe excuſavit; petens alium locum ex causâ prædictâ aſſignari.

Super quibus volumus, & vobis injungimus & mandamus, quatinus in Negotiis prædictis, de aviſamento Concilii noſtri Ducatûs prædicti, cum rigore debito & juſtitia ulterius procedatis, prout ſecundum Foros & Conſuetudines partium illarum fuerit faciendum; Statum noſtrum & Honorem in omnibus & per omnia pro viribus conſervantes.

Et, ut in eiſdem conſultiùs procedere valeatis, tranſcriptum Litterarum noſtrarum, dicto Domino Amaneno, ſuper quibuſdam excuſationibus ſuis, de præmiſſis nobis factis, directarum, vobis mittimus ſub Privato Sigillo noſtro.

Præthereà, nè inobedientiæ in Ducatu prædicto, ſecundum diverſitatem temporum, contra Progenitores noſtros & nos exercitatæ,

Digitized by Google

itum Sancti Martini, ordinavimus; & Tranſcripta Petitionum & Requiſitionum prædictarum, ac Reſponſorum nobis factorum, vobis mittimus ſub dicto Sigillo noſtro privato; mandantes quòd ſuper præmiſſis, unà cum Concilio noſtro Ducatûs prædicti, ad plenum deliberetis, utrum, videlicet, reſponſa prædicta ſufficiant juxta intentionem noſtram, necne.

Et deliberationem hujuſmodi, in ſcriptis diſtinctè & apertè factam, nobis mittatis, ita quod eam habeamus apud Rypon dicto die Dominico.

Et nichilominus aliquem de Concilio noſtro partium prædictarum, ſuper præmiſſis plenius inſtructum & informatum, ad diem & locum prædictos ſimiliter deſtinetis; quem, ſi ibidem tunc, propter brevitatem temporis, venire non poterit, faciemus, poſt diem illum, per tempus aliquod, pro dictis Negotiis expectari.

In Negotiis ſupraſcriptis vos ita diligenter habeatis, quòd diligentiam veſtram debeamus meritò commendare.

Teſte Rege apud Dunolmiam, viceſimo octavo die Septembris.

De Fide, Literis ſub Privato Sigillo Regis, caſualiter amiſſo, non adhibenda.

Ann. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Clauſ.* 16. *E.* 2. *m.* 24. *d.*

REX Vicecomiti Suthamptoniæ, ſalutem.

Quia Sigillum noſtrum privatum (quo nuper utebamur) caſualiter eſt amiſſum, tibi præcipimus quod aliquibus Literis, tibi ſub Sigillo prædicto de cætero deferendis, fidem nullatenus præbeas; & hoc idem in ſingulis Locis Ballivæ tuæ, ubi expedire videris, publicè facias proclamari: Et hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Bridlynton, decimo quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, & Conſtabulariis Caſtrorum ſubſcriptorum; videlicet,

Conſtabulario Caſtri de Knaresburgh,
Conſtabulario Caſtri de Scardeburgh,
Conſtabulario Caſtri de Dunſtanburgh,
Conſtabulario Caſtri de Alnewyk,
Conſtabulario Caſtri de Norham,
Conſtabulario Caſtri de Bern.

} Excepto quòd non ſcribitur ipſis de Proclamatione faciendâ.

---

* III. 977.

* *De elongatione Treugæ inter Marinarios Angliæ, & Marinarios Ducis Britanniæ.*

Ann. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Clauſ.* 16. *E.* 2. *m.* 19. *d.*

JOhan, Duc de Bretaigne, Viconte de Limeges, a touz ceus, qui ces preſentes letres verront ou orront, ſalut.

Sachez que,

Comme le 24. jour de Novembre, l'an de grace mill troiz cenz & vint, fuſt acorde,

Pour bien de Paiz, entre nous, pour touz les Marcheanz, Mareanz, & Sougez de noſtre Duche, d'une part, & noſtre Sire le Roi d'Angleterre, Sire d'Illande & de Gales, & Duc d'Aquitaine, les Marcheanz, les Mareanz, & les Souges de ſon Roiaume, des Terres d'Illande & de Gales, d'autre,

Que nuef Trieues furent pries & affermes entre les dites parties, ſe tenſiſt plainement, ſelonc la forme acordee, tant que a la Feſte de toux Sainz ja darreine paſſe, ſur aucunes condicions, expreſſement paſſees es dites trieues & priſes pour ce que celles choſes ne furent pas fourniz, pour aucunes achoiſons, les dites trieues, einſi priſes & affermees, euſſons eloigne oultre la dite Feſte de touz Sainz par un An preſchein enſuiant plenierement accompli, & meiſmement les condicions ſeient eacore a fournir:

non obſtante.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſeptimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Et eodem modo mandatum eſt ſingulis Conſtabulariis Caſtrorum ſupraſcriptorum; excepto quod non ſcribitur ipſis de Proclamatione faciendâ.

---

* III. 978.

* *Pro Comite Richemundiæ per Scotos capto.*

Ann. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 19.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem.

Cùm, dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter Johannes de Britanniâ Comes Richemundiæ, nuper in Obſequio noſtro per Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, captus, penes ipſos adhuc exiſtat:

Nos, volentes hiis, quæ ad ipſius Comitis Conſolationem pertinere poterunt, annuere, prout decet, & volumus & concedimus quòd idem Comes, dùm apud dictos Inimicos noſtros moram fecerit, uſque ad ſeptem perſonas de Familiâ ſuâ, vel aliundè, quas nominare voluerit, pro Recreatione & Obſequiis ſuis ſecum valeat retinere.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Pentecoſtes proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſeptimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Domibus, per Roi Brunaund forisfactis, datis Roi de North, Miniſtrallo Regis.

Ann. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Pat. Tur forisfact.* 16. *E.* 2.

REX, viceſimo octavo die Octobris, dedit & conceſſit Willielmo de Morle, dicto ROI DE NORTH, Miniſtrallo Regis, illas Domos, cum Pertinentibus, quæ fuerunt Johannis le Boteler, dicti ROI BRUNAUND, nuper Inimici Regis, in Villâ de Pontefracto: & quæ, per forisfacturam ejuſdem Johannis, ad Manus Regis devenerunt, HABENDAS eidem Willielmo, ad totam vitam ſuam, faciendo, &c.

Per ipſum Regem.

De Parliamento, nuper ad Rippon ſummonito, apud Eborum tenendo.

Ann. D. 1322. *An.* 16. *E.* 2. *Clauſ.* 16. *E.* 2. *m.* 24. *d.*

REX Vicecomiti Eborum, ſalutem.

Licet nuper, ſuper quibuſdam arduis Negotiis, nos, & Statum Regni noſtri, ac Terram noſtram Scotiæ ſpecialiter tangentibus, cum Prælatis, Magnatibus, & Proceribus Regni noſtri apud Rippon, die Dominico proximo poſt Feſtum Sancti Martini proximò futurum, ordinâſſemus habuiſſe Colloquium & Tractatum;

Quibuſdam tamen de cauſis tibi præcipimus quod in Civitatibus, Burgis, & locis aliis in Ballivâ tuâ, ubi videris expedire, publicè ex parte noſtrâ facias proclamari, quod omnes & ſinguli Prælati, Comites, Barones, Magnates, & Proceres, ac Milites, pro Comitatu tuo, Cives pro Civitatibus, & Burgenſes pro Burgis ejuſdem Comitatûs, qui ad intereſſendum dictis diei & loco, occaſione

Digitized by Google

[illegible] veſtram conſcientiam, ut credimus, attemptantur, dignemini, ſi placet, zelo Juſticiæ, quæ Jus cujuſlibet ſibi tribui diſcernit, & pro noſtro Honore & Jure conſervandis, prout Jura dictant, vel aliàs, de gratiæ veſtræ plenitudine facere revocari.

Id etenim, quod in dictis factis ſic verſatur, non ſolùm nos & Jura noſtra, verùm etiam Magnates de Regno noſtro, Jura, Leges, & Conſuetudines ejuſdem contingit, prout in Literis dictorum Magnatum, veſtræ Beatitudini indè directis, credimus contineri.

Propter quod in præmiſſis per veſtram Clementiam ſic fieri ſupplicamus, ne Scandala, quod abſit, exinde valeant ſuboriri.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, 31. die Octobris.

Pro Archiepiſcopo Cantuar. ſuper Bajulatione Crucis infra Provinciam Eborum.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 23. d.

REX, venerabili in Chriſto Patri, Domino W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, ſalutem.

Cùm, venerabilis Pater, W. Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas, de Mandato noſtro, uſque Eborum, ad tractandum ibidem nobiſcum, & cum cæteris Prælatis & Magnatibus Regni noſtri, ſuper diverſis & arduis Negotiis, nos & Statum ejuſdem Regni tangentibus, in proximo ſit venturus;

Nos, conſiderantes quòd ſuper Bajulatione Crucis dicti Archiepiſcopi in veſtrâ Provinciâ, & crucis veſtræ in ſuâ Provinciâ, diſſenſiones & Diſcordiæ hactenus evenerunt; volentéſque periculis hujuſmodi & impedimentis, quæ Negotiis noſtris per abſentiam præfati Cantuarienſis Archiepiſcopi, ſi eiſdem tractandis non intereſſet, evenire poſſent, obviare;

Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quod præfato Archiepiſcopo Cantuarienſi, aut Hominibus de familiâ ſuâ, quo minus idem Archiepiſcopus, uſque ad dictam Civitatem Eborum, pro Negotiis noſtris, ſic venire, & ibidem morari, ac exindè redire ad propria poſſit, Dampna, Gravaminia, Impedimenta aliqua non inferatis, ſeu per alios fieri Procuretis.

Scientes quod, ſi ſecus feceritis, ad vos graviter capiemus.

Volumus enim vos, ad hujuſmodi Tractatus, in Provinciâ Cantuarienſi, pro Negotiis noſtris, abſque impedimento vobis, ſeu veſtris, per prædictum Archiepiſcopum & ſuos inferendo, accedere in futurum.

Teſte Rege apud Eborum, 4. die Novembris.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro R. Baldok.

* III. 980.

* REX Vicecomiti Eborum, *&c. ut ſupra*, tibi præcipimus quòd dicto Archiepiſcopo, cum ad Ballivam tuam acceſſerit, occurras, & ipſum uſque Civitatem Eborum prædictam ſalvo & ſecurè conducas; non permittens ſibi, aut alicui de familiâ ſuâ, dum ibidem fuerint, Injuriam fieri aut Gravamen; & hoc nullo modo omittas.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Vicecomiti Notinghamiæ, mutatis mutandis.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. P. 1. m. 14.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Volentes, venerabili Patri, Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali gratiam facere ſpecialem, conceſſimus eidem Cardinali quòd ipſe,

Super Archidiaconatu Oxoniæ, in Eccleſia Lincolnienſi, aut Præcentoria & Præbenda in Eccleſia Ciceſtrenſi, quas in præſenti noſcitur optinere, ac ſuper Jure, ſeu Poſſeſſione eorumdem, Archidiaconatûs, Præcentoriæ, & Præbendæ,

Ratione alicujus Juris, quod nobis aliquo tempore competiit, competit, aut competere poterit in futurum, occaſione alicujus vacationis prædictorum Epiſcopatuum, Lincolniæ & Ciceſtriæ, in manu noſtra, ſeu Progenitorum noſtrorum aliquo tempore exiſtentium,

Per Nos ſeu Miniſtros noſtros nullatenus occaſionetur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, quarto die Decembris.

Per ipſum Regem.

---

* *Ad Cardinalem prædictum ſuper Negotiis Regis expediendis.* * III. 981.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Rom. 16. E. 2. m. 9.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino G. Dei gratiâ, Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Rex ſalutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

De eo quòd Nunciis noſtris, in Sancta Romana Curia, ſuper expeditione Negotiorum noſtrorum ibidem, & Maximè ſuper hiis, quæ vos, & Nos, ac, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Robertum de Baldok contingunt, gratioſos vos reddidiſtis (prout ex Literis dictorum Nunciorum, Nobis directis, intelleximus) vobis grates referimus ſpeciales;

Paternitatem veſtram attentiùs deprecantes, quatinùs erga Nos, & noſtros, hujuſmodi Benevolentiam ſic continuare velitis, quòd vos & veſtra, infra poteſtatem noſtram, ſpecialiter commendata habere, & pro eiſdem debeamus Regiam Benivolentiam exercere.

Dat. apud Eborum, quarto die Decembris.

Ad Comitem Flandriæ, ſuper Treuga ineunda.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 18. d.

REX, Nobili viro, Domino Ludowyco, Comiti Flandriæ, ſalutem.

Ex Literarum veſtrarum, nobis tranſmiſſarum, tenore didicimus, qualiter, pro evitandis periculis, quæ ex Diſſenſionibus, inter noſtros & veſtros Subditos nuper exortis, proveniunt, & provenire formidantur, Treugam, inter dictos noſtros & veſtros ſubditos, ſuper dictis Diſſenſionibus, affectatis inire, eamque petiviſtis a Nobis concedi.

Super quo vobis duximus intimandum, quòd Dominus Robertus, quondam Comes Flandriæ, Avus veſter, & ſui ſubditi, dictarum Diſſenſionum materiam & occaſionem præbuerunt;

Verumptamen,

Digitized by Google

982.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 1. m. 11.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Cùm Iſabella, Regina Angliæ, Conſors noſtra cariſſima, de licentiâ & voluntate noſtrâ, causâ Peregrinationis, ad diverſa loca infra Regnum noſtrum ſe divertat,

Vobis omnibus & ſingulis Mandamus, firmiter injungentes, quòd præfatæ Conſorti noſtræ, cùm ipſam per loca veſtra tranſitum facere contigerit, eundo, & verſus Nos redeundo, pro Rebus & Herneſiis ſuis, Cariagium; ac, pro Hoſpitio ſuo, alia neceſſaria, pro denariis ipſius Conſortis noſtræ, habere faciatis, cum ex parte ipſius Conſortis noſtræ ſuper hoc fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, 23. die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Conductu pro Hominibus Domini de Sulliaco, per Scotos Capti.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 1. m. 11.

REX Vicecomitibus, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. ſalutem.

Cùm, Nobilis Vir, Henricus Dominus de Sully, nuper per Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, infra Regnum noſtrum captus, & penes ipſos adhuc exiſtens, mittat quoſdam Homines ſuos in Regnum noſtrum, pro quibuſdam Negotiis ſuis faciendis & proſequendis:

Vobis Mandamus quod Hominibus ipſius Henrici, uſque ad numerum octo vel decem, quos per Literas ſuas Patentes deputare, & nominare voluerit ad Negotia ſua faciendum & proſequendum, in Regnum noſtrum veniendo, ibidem morando, & exinde in Scotiam redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri &c. ſeu gravamen; ſet eis potiùs ſalvum & ſecurum Conductum habere faciatis, cum ſuper hoc ex parte noſtra fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, 28. die Decembris.

Per ipſum Regem.

Dupplicat.

De Torneantibus apud Neuport attachiandis.

Ann. D. 1322. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 1. m. 8.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis Hominibus ad Arma, apud Neuport in Comitatu Staffordiæ ad Juſtas faciendas in proximo Conventuris, ut dicitur, ſalutem.

Cùm, ante hæc tempora, per ſingulos Comitatus Regni noſtri fecerimus publicè Proclamari, & ſub gravi Foriſfactura firmiter Inhiberi, ne quis, Comes, Baro, Miles, ſeu alius Homo ad Arma, cujuſcumque ſtatus ſeu conditionis exiſteret, durante Guerra noſtra Scotiæ, infra Regnum noſtrum Turneare, Burdeare, Juſtas facere, Aventuras quærere, ſeu aliqua alia facta Armorum præſumeret excercere, ſine noſtra Licentia ſpeciali:

Et vos, præfati Vicecomites, omnes & ſingulos, quos iidem, Henricus & Bertrandus, vel eorum alter, eâ occaſione, attachiaverint, vel attachiaverit, ab eis, vel eorum altero per Indenturam, indè faciendam, recipiatis, & in Priſonâ noſtrâ ſalvò & ſecurè cuſtodiatis, quouſque aliud indè a nobis habueritis in Mandatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, 30. die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Tractatu ſuper Treuga cum Scotis, Rege inconſulto, non habendo.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 1. m. 8.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis de Comitatibus Cumbriæ, Weſtmerlandiæ, & Northumbriæ, tàm infra Libertates, quàm extra, & de aliis locis in Marchiis Scotiæ, ſalutem.

Datum eſt nobis intelligi quòd inter vos & Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ſuper Treugâ, per ipſos vobis ad certum tempus concedendâ, Tractatus plures habentur; de quibus vehementer admiramur, & eo præcipuè quòd de talibus, nobis inconſultis, tractare voluiſtis.

Et quia præmiſſa, ſi, nobis inconſultis, firmarentur, in noſtri dedecus cederent manifeſtè;

Vobis omnibus & ſingulis Inhibemus, ſub gravi Foriſfacturâ noſtrâ, firmiter injungentes, ne Tractatus aliquos ſuper Treugâ hujuſmodi cum dictis Inimicis noſtris quomodolibet teneatis; nec quicquam, ſi Tractatum ſit, firmetis, quouſque de Conditionibus Treugæ tractatæ fuerimus informati, & ulterius præceperimus velle noſtrum.

Mandavimus enim, dilecto & fideli noſtro, Andreæ de Hartcla, Comiti Karlioli, quòd de Conditionibus Treugæ prædictæ Nos informet indilatè; quâ quidem Informatione receptâ, non tardabimus ulterius ordinare, quod pro noſtro & veſtro honore & commodo noverimus faciendum.

Teſte Rege apud Couwyk, 8. die Januarii.

Per ipſum Regem.

Et Memorandum quod Breve, præfato Comiti Karlioli inde directum, irrotulatur dorſo Clauſ. ſub eâdem datâ.

* *Ad Andream de Harcla, ſuper Tractatu prælibato.*

* III. 984. Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 16. d.

REX, dilecto & fideli ſuo, Andreæ de Harcla, Comiti Karlioli, ſalutem.

Datum eſt nobis intelligi, quòd inter homines Subditos noſtros, & Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, ſuper Treugâ, per ipſos Scotos dictis Subditis noſtris ad certum tempus concedendâ, Tractatus plures, vobis ſcientibus, & non contradicentibus, habentur; unde vehementer cogimur admirari, præcipue quòd, Nobis inconſultis, Tractatus hujuſmodi fieri permiſiſtis.

Et quia præmiſſa, ſi, Nobis inconſultis, firmarentur, in noſtri Dedecus cederent manifeſtè, per quod Inhibuimus omnibus & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus, & aliis de Marchiis prædictis, ſub gravi Foriſfacturâ noſtrâ, firmiter injungentes, nè Tractatus aliquos ſuper Treugâ hujuſmodi cum dictis Inimicis noſtris teneant; nec quicquam, ſi tractatum ſit, firmarent, quouſque de Con-

Digitized by Google

verum, quia idem Willielmus propter defectum natalium, quam patitur, de ſoluto genitus & ſolutâ, ſuper quo aliàs (nec non & ſuper Retentione Eccleſiarum de Alfieton & de Stucton) per Sedem Apoſtolicam ſecum fuerat Diſpenſatum (quarum alteram dimiſit ex artatione Conſtitutionis ſupradictæ) jam de dictâ Eccleſiâ de Stucton, quam modo tenet, migrare non poteſt, ut Nobis relatum eſt, abſque Diſpenſatione veſtra & Licentia ſpeciali, placeat, quæſumus, veſtræ Beatitudini eidem Willielmo, etiam ſuper hoc, gratiam facere, quam veſtra circumſpectio fore decreverit oportunam.

Conſervet, &c.

Dat. apud Parcum de Stowe, 18. die Januarii.

---

* III. 985.

** Ad Carolum Franciæ Regem, ſuper captione Dromondæ antedictæ.*

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 17. d.

MAgnifico Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi Illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & ſucceſſus, ad vota, ſemper proſperos & felices.

Cùm olim Jakeminus de Recto, Mercator de Janua, nobis dediſſet intelligi,

Qualiter ipſe cum quadam Magnâ Nave, quæ vulgariter Dromunda nuncupatur, undè idem Jakeminus Patronus & Dominus erat, Frumento, Oleo, Melle, & aliis Victualibus & Mercandiſis oneratâ, propter nimiam & inſolitam cariſtiam Bladorum, & aliorum Victualium, quæ tunc in Regno noſtro habebatur, noſtri contemplatione, & ſub noſtris Protectione & ſalvo Conductu, apud les Dunes, juxta Portum Villæ noſtræ de Sandwico, declinaverat, & eadem Victualia ibidem, ad opus noſtrum, & aliorum, in dicto Regno noſtro degentium, venditioni expoſuerat:

Et qualiter quidam Berengarius Blancus, Cuſtos ſeu Admirallus quarumdam Navium, bonæ memoriæ, Domini Lodovici, nuper Regis Franciæ, Fratris veſtri, ſuper Mare, in partibus Caleſiæ, cum pluribus aliis de Comitivâ ſuâ, in Navibus Guerrinis exiſtentibus, ad dictum locum de les Dunes acceſſit, & dictam Magnam Navem, ibidem Ancoratam, cum toto Apparatu, & aliis Victualibus & Mercandiſis, in eâ exiſtentibus (quæ per Inquiſitionem & ſufficientem informationem, indè factas de mandato noſtro, ad valorem quinque milium, ſeptingentarum, ſexdecim Librarum, & duodecim Solidorum Sterlingorum fuerant æſtimata) Armatâ Potentiâ cepit; &, interfectis quibuſdam Marinariis ejuſdem Navis, & quibuſdam aliis vulneratis, eam uſque Villam veſtram de Caleys ſecum abduxit, eandem Navem, cum Bonis ſupradictis, taliter detinendo:

Et nos, ad lacrimoſam querimoniam ejuſdem Jakemini, petentis a nobis cum inſtantiâ Reſtitutionem ſibi fieri de Nave & Bonis prædictis, pro eo quòd ſub noſtris Protectione & Conductu, & infra Poteſtatem noſtram fuerat indè taliter deprædatus;

Præfatum Regem, Fratrem veſtrum, dum vixit, necnon & prædictum Berengarium, dictoque Fratre veſtro ab hac luce ſubtracto, claræ memoriæ, Dominum Philippum, Regem, Fratrem & Prædeceſſorem veſtrum, poſtmodùm diverſis vicibus, per Litteras noſtras & Nuncios ſpeciales, pluries rogavimus, ut eidem Jakemino de Nave & Bonis ſuis prædictis debitam Reſtitutionem (ſi extarent) aut (ſi non extarent) Satisfactionem congruam; necmodo, debitum & feſtinum Juſtitiæ complementum, ita ſi placet quod non oporteat nos ſolicitari amplius per præfatum Mercatorem, ex cauſâ ſupradictâ; alioquin diſſimulare ulteriùs non poterimus, quin præfato Mercatori de Remedio, in caſu hujuſmodi ultimato, provideri, ut convenit, faciamus.

Et quid, ad hujuſmodi rogatum noſtrum, in hac parte, duxeritis faciendum, nobis, ſi placet, reſcribere velitis per præſentium Portitorem.

Dat. apud Eborum, viceſimo die Januarii.

De Credentia, ſuper reformatione Status Vaſconiæ.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Vaſc. 16. E. 2. m. 11.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Venerabilibus in Chriſto Patribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & cæteris Prælatis Eccleſiaſticis, ac Comitibus, Vicecomitibus, Majoribus, Juratis, Conſulibus, Communitatibus Civitatum, Burgorum, & Villarum, Conſtabulariis, Caſtellanis, Ballivis Villarum & Locorum, ac cæteris Subditis noſtris, in dicto Ducatu conſtitutis, ſalutem.

Anguſtamur interiùs, & diris aculeis perforamur, ex eo quòd, procurante Pacis Inimico & Zizaniorum Seminatore, inter Fideles noſtros Nobiles dicti Ducatûs, a jam diu, ſuſcitatæ ſunt Guerræ & Diſſenſiones graves; per quas Homicidia, Raptus, Sacrilegia, Combuſtiones, & Deſtructiones Caſtrorum, Villarum, & Locorum, & alia dampna innumera contigerunt.

Deſiderantes itaque, inter dictos Nobiles & cæteros Subditos noſtros diſcordes, Pacem & Concordiam reformari, & quietam Communionem, ad noſtrum, & ipſorum Subditorum honorem & commodum confoveri, dilectos & fideles noſtros, Venerabilem Patrem Johannem Elienſem Epiſcopum, & Almaricum de Credonio Conſanguineum noſtrum cariſſimum (de quorum fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ plenam fiduciam reportamus) ad partes dicti Ducatûs, pro Reformatione Pacis, ſuper Guerris & Diſſenſionibus prædictis, annuente Domino, faciendâ duximus deſtinandos;

Vobis igitur mandamus, vos, & quemlibet veſtrûm affectuoſis Precibus nichilominus deprecantes, quatinus præfatis, Epiſcopo & Almarico, ac eorum alteri, & deputando, vel deputandis ab ipſis, Epiſcopo & Almarico, vel eorum altero, in hiis, quæ ipſi, vel eorum aliquis vobis, & cuilibet veſtrûm, ſuper Reformatione Pacis prædictæ faciendâ, ex parte noſtra, viva voce expoſuerint, vel expoſuerit, fidem credulam præbeatis; &, circa Reformationem eandem, cum omni diligentiâ, quâ poteritis, laboretis; ita quòd Reformatio prædicta, ad communem utilitatem & quietem Subditorum noſtrorum Ducatûs prædicti, fieri valeat, ut optamus.

Volumus etiam, & omnibus & ſingulis Subditis noſtris dicti Ducatûs, tenore præſentium, damus in mandatis, ut præfatis, Epiſcopo & Almarico, ac eorum alteri, necnon deputando vel deputandis ab ipſis, vel eorum altero, in præmiſſis, & ea contingentibus, pareant & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Newerk, triceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem.

[illegible], qui tam infra Regnum noſtrum Angliæ, quàm in Terrâ noſtrâ Scotiæ prædictâ, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Dampna innumera hactenus perpetrarunt, & adhuc perpetrare non deſiſtunt, cum Dei adjutorio, finaliter reprimendâ,

Cum Equis & Armis, quanto potentiùs poterimus, proficiſci proponamus, ad quod Negotium, & ad alia, nobis incumbentia his diebus, feliciter, cum Dei adjutorio, expedienda, infinitam Pecuniam nos effundere oportebit,

Nos, de vobis ſpecialiter confidentes, ſperantes etiam quòd in tàm arduis, pro Honore noſtro & commodo manus velitis extendere adjutrices, Paternitatem veſtram reverendam affectuoſis Precibus requirimus & rogamus, quatinùs in partem relevationis Onerum, nobis in præmiſſis ſic incumbentium, Subſidium decens & competens velitis nobis exhibere, &, dilectis & fidelibus noſtris, Venerabili Patri J. Elienſi Epiſcopo, & Almarico de Credonio Conſanguineo noſtro cariſſimo (quibus ſecreta cordis noſtri ſuper hoc ſpecialiter aperuimus, & quos, pro Negotiis prædictis & aliis, ad dictum Ducatum tranſmittimus) vel eorum alteri, ſeu deputandis, vel deputando ab eis, vel eorum altero, in hiis, quæ ipſi, vel eorum aliquis, vobis, ex parte noſtrâ, vivâ voce expoſuerint, vel expoſuerit in præmiſſis, fidem credulam præbeatis,

In præmiſſis, ſi placet, taliter vos habentes, quod apud Regiam Benivolentiam debeatis meritò commendari.

Volumus enim & concedimus, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quòd Subſidium, quod nobis ex hac causâ duxeritis faciendum (quod etiam ex veſtrâ merâ Liberalitate & Gratiâ procedere fatemur) vobis, aut Succeſſoribus veſtris, ſeu Eccleſiæ veſtræ, non cedat in præjudicium, nec trahatur in Conſequentiam in futuro:

Et quòd indè Litteræ noſtræ Patentes, ſub Sigillo noſtro Vaſconiæ, vobis fiant: quòdque Litteræ illæ tanti ſint valoris & effectûs, ac ſi eſſent Magno Sigillo noſtro conſignatæ; & nichilominus hujuſmodi Litteras, ſub dicto Magno Sigillo noſtro, cum eas requiſieritis, fieri faciemus.

Dat. apud Newerk, triceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem.

* III. 958. * Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Archiepiſcopo Axiten.
Epiſcopo Agenn.
Epiſcopo Condomenſi,
Epiſcopo Vaſaten.
Epiſcopo Aquen.
Epiſcopo Baionen.
Epiſcopo Oleron.
Epiſcopo Deleſcar.
Epiſcopo Adamen.
Epiſcopo Xancton.
Epiſcopo Petragoricen.
Epiſcopo Sarlaten.
Epiſcopo Lectoren.

REX, dilecto ſibi in Chriſto - - Abbati Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ſalutem.

Etſi Prælatos, *&c. ut ſupra uſque ibi* adjutrices, *tunc ſic*, vos affectuoſis Precibus requirimus, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Abbati de Blani Monte,
Abbati Sancti Firmi,
Abbati Sancti Romani de Blania,
Abbati Sancti Salvatoris de Blania,
Abbati Monaſterii Novi,

[illegible] eidem Henrico in præmiſſis ſitis intendentes, reſpondentes, & auxiliantes, facienteſque toto poſſe veſtro ea quæ idem Henricus vobis injunget, ſeu ſcire faciet ex parte noſtrâ.

Et hoc, ſicut nos, & Honorem noſtrum, ac tranquilitatem & quietem Populi Regni noſtri diligitis, modis omnibus faciatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Newerk, primo die Februarii.

Per ipſum Regem.

---

* *Ad Papam contra Epiſcopos Rebellibus adhærentes.* * III. 989.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1323.

Miſimus ad Pedes Beatitudinis veſtræ, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Johannem de Stratford, Archidiaconum Lincolniæ, pro certis exponendis Negotiis, & Gratiis noſtro nomine optinendis, quas credimus, ante confectionem præſentium, fore conceſſas; penſantes Sanctitatem veſtram nobis, ut Filio devoto, fore in omnibus gratioſam. *An.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 9.

Verùm quia dubitamus ne, inter cætera, quæ dicto Archidiacono injunximus, veſtræ Clementiæ referenda & exponenda, ea, quæ tangunt Lincolnienſem, & Bathonenſem & Wellenſem, Epiſcopos (quos Comitibus & Baronibus Laicis, nobis nuper in Regno noſtro Contrariantibus & Rebellibus, adhærentes comperimus, & eorum Fautores extitiſſe) apud veſtram Clementiam ſubticeantur, motum animi noſtri, ſecundum rei veritatem, veſtræ Sanctitati duximus explanandum; intimantes quòd dicti Epiſcopi, & præcipue Dominus Lincolnienſis, in Turbatione, nuper motâ in Regno noſtro contra nos, dictis Rebellibus noſtris ſic ſe exhibuerunt adhærentes, quòd ipſos, & potiſſimè dictum Lincolnienſem (peſſimum venenum, de genere Proditorum procedens) in Regno noſtro, abſque gravi ſcandalo & periculo, non poterimus ſuſtinere.

Dictum ſiquidem Lincolnienſem, fidelitatis ſuæ, nobis præſtitæ, notoriè Violatorem, & noſtri ac Regni noſtri Statûs Impugnatorem, per Temporalium ſuorum (quorum prætextu fidelitatem nobis licuit, ad modum punivimus, aliterque idem Epiſcopus, Inimicis & Rebellibus noſtris, ut præmittitur, adhærens, in perſonâ ſua non immeritò puniri potuiſſet, niſi, ob veſtri, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ reverentiam, detuliſſemus eidem.

Quocirca Benignitati veſtræ, quantò humiliùs & devotiùs poterimus, iteratis Precibus ac multiplicatis ſupplicamus, quatinùs de ſtatu dictorum Epiſcoporum, & maximè Lincolnienſis, dignemini ſic ordinare, quòd ipſis, pro eorum demeritis, in hac parte legitimè puniiis, & extra Regnum noſtrum ad alia loca tranſlatis; &, loco ipſorum, aliis Perſonis idoneis, nobis gratioſis, ſi placet, ſubrogatis, Regnum & Sacerdotium, in eodem Regno, in licitis & honeſtis, mutuò ſe juvent, & quod ceſſent hujuſmodi Scandala in futurum.

Ad hæc, Pater Sancte, ut nobis eſt relatum, quidam, tàm de Curiâ Romanâ, quàm de Regno noſtro (quorum nomina adhuc ſcire nequivimus) erga Magnificum Principem, Dominum Karolum Regem Franciæ Illuſtrem, Fratrem noſtrum kariſſimum, adeò inſteterunt, quòd, ut idem Epiſcopus Lincolnienſis in Epiſcopatu illo moraretur, veſtram Beatitudinem præfatus Frater noſter per Literas ſuas rogavit ſpeciales; undè ſi idem Frater noſter hoc fecerit, vehementer admiramur; pro firmo tenentes quòd præfatus Frater noſter, ſi motus animi noſtri contra dictum Lincolnienſem Epi-

Digitized by Google

[illegible] nos contingentibus, nuper destinavimus) dicto Domino Summo Pontifici, & vobis, ſerioſiùs exponenda.

Set, ut affectionem, quam in Negotio prædicto gerimus, atteſtentur Preces iteratæ, Paternitatem affectuoſis Precibus deprecamur, quatinùs ut Lincolnienſis, & Bathonienſis & Wellenſis, Epiſcopi (quos, & præcipuè dictum Lincolnienſem, de præmiſſis Reos comperimus) juxta ipſorum demerita puniantur, & extra Regnum noſtrum ad loca alia (in Eccleſiis, Lincolnienſi, Bathonienſi & Wellenſi, prædictis, aliis Perſonis idoneis, nobis gratioſis, loco dictorum Epiſcoporum ſubrogatis) transferantur (ut, in futurum, Scandala hujuſmodi ceſſent) velitis erga dictum Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc ſimiliter ſcribimus) cum omni efficaciâ interponere partes veſtras; ſic quòd, veſtris mediantibus juvamine & conſilio oportunis, quod in votis ſic gerimus, conſequamur, per quod vobis teneamur ad grates & ſpecialium munera gratiarum.

Dat. apud Newerk, ſecundo die Februarii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino Berengario Tuſculano,
Domino B. Portuenſi,
Domino Vitali Albanenſi,
Domino Petro Peneſtrenſi,
} Epiſcopis Cardinalibus.

Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ,
Domino A. Sancti Euſtachii,
Domino N. Sancti Adriani,
Domino J. Sancti Theodori,
Domino P. Sancti Angeli.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ,
Domino P. tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino P. tituli Sancti Stephani in Cælio Monte,
Domino S. tituli Sanctæ Priſcæ,
Domino B. tituli Sancti Vitalis,
} Presbiteris Cardinalibus.

Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino B. Sanctæ Agathæ,
Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn,
Domino J. Sancti Gregorii ad Velum Aureum.
} Diaconis Cardinalibus.

Ad Regem Franciæ, ſuper Exceſſibus in Vaſconia.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 8.

MAgnifico Principi, Domino K. Dei gratia, Regi Franciæ & Navarræ Illuſtri, Fratri ſuo kariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratia, Rex Angliæ, &c. ſalutem, &, ad vota, ſucceſſus proſperos ac felices.

Angit nos interiùs Turbatio per Officiales & Miniſtros veſtros, nobis & Subditis noſtris Ducatûs prædicti irrogata; anguſtamur etiam ex eo, quòd Magnificentiam veſtram hujuſmodi occaſionibus, Nunciis, & Precibus ſæpiùs oneramus; ſet, multiplicantibus Officialibus & Miniſtris veſtris Injurias, & Gravaminia hujuſmodi,

Conſervet, &c.

Dat. apud Pontemfractum, octavo die Februarii.

Ordinationes ſuper Statu & Regimine Vaſconiæ.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Vaſc.* 16. *E.* 2. *m.* 10.

LE Roi a touz ceux, que ceſtes preſentes lettres verront ou orront, ſaluz.

Sachez que,

Come pluſours foitz euſſoms fait debatre, par noſtre Conſail, aucuns pointz, tochant l'eſtat & l'amendement du Guyement de noſtre Duchie de Guyenne au darreine a Everwyk, as Oytaves de la Seint Martyn, l'an de notre Regne ſeszime,

Furent les pointz ſuſeſcritz debatuz & aſſentuz, a fin que eux ſoient tenuz & ferment gardez;

PRIMEREMENT, que les Ordenances, que n'adgaires feiſmes a Ambiens, touchant la State de la dite Duchie, & de noz Miniſtres illoeques (la tenour des queles eſt annexez a ceſtes) ſoient fermement gardes & tenues, en tant come eles ne ſoint pas contraires a les points ſuſeſcritz.

ITEM, que deſhore les Seneſchalx d'Ageneys, & de Xancton, & de Pergorz, de Laundez, & le Meir de Burdeux, eient lour Commiſſions deſuſz le Seal de Gaſcoine.

ITEM, pur ceo, que le Conſtable de Burdeux tent, en chief, a tout, a nous de totes les iſſues de la Duchie: pur plus overtement Sauer la value de la Duchie permie ſa reſpounce; &, pur eſchuir les damages & diſpens, que vienent pur ceo, que pluſours ſont, a ore, Treſoriers & Receivoirs de la dite Duchie; ACCORDEZ eſt que, deſhore, nul Treſorer ne Receivour ne ſoient en Agent, Peregortz, ne aillours en la Duchie, fors ceux que le Conſtable de Burdeux voldra mettra a ſon peril: & ceux, que ore ſont, ſoient oſtez, & per le dit Coneſtable lieux mis, per queux il vodra reſpoundre a ſon peril.

ITEM, per ceo, que le Guyement de la Duchie, & les buſoignes, touchant nous & noſtre Poeple illoeqes, * s'amendront molt, ſi un Clerc ſuffiſant fuſt Chancellier & Gardein du Seel de la Duchie; ACCORDEZ eſt que un ſuffiſant home, ſages en ley eſcrit, ſoit Chauncelleir & Gardein du dit Seal: & que face regiſter les Proces & les Remembrantz, que touchant cele gardez come noſtre Treſor por nous & pur noſtre poeple: & que le dit Chauncelier & Gardein, por ſa ſuſtenance, preignie le profit ſurdant du dit Seal & de l'eſcripture d'ycel, faunz prendre autres gages de nous; & ſoit un tyel mys per l'aviſement du Seneſchal, Coneſtable, & les autres du Conſeil pardela. * III. 992.

ITEM, por ceo que le People ſe tient mult eeſez per le Seel, que eſt deputez a Burdeux a Contraitz, par la raiſon que l'execution ſe fait ankes, come de choſe de record, faunz plait; ACCORDEZ eſt que au tieus Seals ſoient mys, & deputez as Contraitz, a Blaynez, a Leyburn, a Seint Makaire, & a la Baſtide de Croon; & que les Noteires, que receivent les Obligations, ſeient eſtroitement chargez per ferment de faire les Obligations ſutz les ditz Seals, & de Regiſtrer les duement, & de reſpondre a nouz plenement de touz profitz, ſurdantz des ditz Seals; & que meſurable Tax ſoit au commencement par acun temps ſur celes Obligations, tanque le Poeple ſoit bien accuſtumetz, & eit ſentu le profit des Obligations faite deſutz les ditz Seals; & adonces peut hom en-

Digitized by Google

Maiſtre Johan de Clauynon, Advocat en la Curt del Egliſe, 20 *l*.

Maiſtre Arnold de Greſſe, Procurour en la dite Curt, 10 *l*.

Item, en la Seneſchalcie des Laundes, le Seneſchal, 700 *l*.

Mayſtre Menald de Careſſe, Official de Ayre, Conſeiler, 50 *l*.

Johan de Gyſted de Baione, Conſeiler 20 *l*.

Un Procureur & Conſeiller ſur fee covenable:

Item, en la Seneſcalcie de Ageneys, le Seneſchal, pour lui, & pur un prod home, en lieu de Juge Mayour, 600 *l*. & le moulument de ſon Seel:

Monſieur Guilliam de Caſes, Juge Ordener decea Garone, & Conſeiler, 250 *l*.

Un Juge de outre Garone, a la part de Condom, 100 *l*.

Monſieur Arnauld Martyn, Conſeiler, 100 *l*.

Maiſtre Guilliam Coſt, Procurour General, 100 *l*.

Un autre Procureur, ſur fee covenable:

Item, en la Seneſchalcie de Peregortz, le Seneſchall, pur lui, &
* III. 993. pur un prod * home, Aſſeſſour en lieu de Juge, 500 *l*. & le molument de ſon Seal:

L'Abbe de Cadoigne, le Provoſt de Ponnac, que ſont ſages & riches, feient Conſeilers ſaunz gages;

Maiſtre Sygyn de Luneva, Procurour en la Court de France, 50 *l*.

Un Procurour, ſur fee covenable:

Item, En la Seneſchalcie de Xanctonge, le Seneſchal, 400 *l*. & le molument de ſon Seal:

Un Juge Ordiner, 100 *l*.

Meſtre Emery de Seint Sir, Conſeilleir, 30 *l*.

Maiſtre Conſtans Chaundery Conſeiler, 30 *l*.

Un Procurour & Conſeiler ſur fee covenable.

En teſmoignance de queu choſe nous avons fait faire ceſtes nos Lettres Overtes.

Don. au Pountfreynt, le Octiſme jour de Feverer,

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

De intendendo Ordinationibus ſupradictis.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Vaſc. 16. E. 2. m. 11.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Venerabili in Chriſto Patri, J. eadem gratiâ, Elienſi Epiſcopo, & Almarico de Credonio Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem.

Sciatis quod,

Cùm mittamus vos ad partes Ducatûs prædicti, pro Reformatione ſtatûs ejuſdem, ac rerum noſtrarum in eodem faciendâ,

Nos, de fidelitate veſtra probata, & circumſpectione provida plenariè confidentes, quoſdam Articulos, per Nos & Concilium noſtrum, pro emendatione Regiminis dicti Ducatûs, de novo factos, una cum quibuſdam Ordinationibus, per Nos nuper Ambiani indè factis, vobis, ſub Sigillo noſtro, duximus tranſmittendos; vobis Mandantes quòd Articulos prædictos, juxta vim & effectum eorumdem (prout expreſſiùs diſtinguntur) & dictas Ordinationes, quatenus dictis Articulis non ſunt contrariæ, in dicto Ducatu Teneri & Obſervari faciatis: Miniſtros, amovendos, amoventes: &, conſtituendos, Idoneos Conſtituentes; ac omnia alia & ſingula, in Dictis Articulis & Ordinationibus contenta, ut eſt dictum, effectualiter Exequentes.

Damus autem univerſis, & ſingulis ſubditis noſtris, dicti Duca-

1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 14. d.

Recolimus quòd, vivente, bonæ memoriæ, Prædeceſſore veſtro, eidem per, dilectum Conſanguineum & Fidelem noſtrum, Henricum de Bello Monte, Fratrem veſtrum, & alios Amicos & Parentes veſtros, improperando, ſæpiùs dicebatur; quòd, per ipſius, prædeceſſoris veſtri, Negligentiam & Tepiditatem, per Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, partes Epiſcopatûs veſtri multipliciter deſtructæ erant; & quod, ſi Regimini Eccleſiæ Dunolmenſis vos, vel alius, de Nobili genere procedens, præfecti eſſetis, velud MURUS LAPIDEUS, tuta Defenſio partibus illis, contra dictorum Inimicorum noſtrorum Aggreſſus, per veſtri, vel alterius, ſic nobilis, Præſidentiam, & veſtrorum Amicorum & Parentum Nobilium potentiam pareretur.

Set, ecce! jam actualiter cognovimus quòd, per veſtri Defectum, Negligentiam, & Tepiditatem, in partibus Epiſcopatûs veſtri, & aliis locis vicinis, majora Dampna, quàm tempore Prædeceſſoris veſtri prædicti, contigerunt, & adhuc indies (vobis, vel Parentibus, & Amicis veſtris, ad hoc, juxta Promiſſiones hujuſmodi, Conſilium vel Auxilium non præſtantibus) evenire formidantur.

Et, quia præmiſſa (quæ anxiè referimus) ulteriùs erga vos diſſimulare non valemus, vobis Mandamus, in fide & dilectione, quibus Nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, Auxilio Amicorum & Parentum veſtrorum, Equis & Armis, quanto potentiùs poteritis, vos paretis, & ad partes Epiſcopatûs veſtri, Hominibus ad Arma ſic potentèr & decentèr Muniri, ſine dilatione aliquâ vos tranſferatis, quòd in Defenſione Epiſcopatûs veſtri prædicti, & partium adjacentium, contra Aggreſſus dictorum Inimicorum & Rebellium noſtrorum, Auxilium competens facere valeatis: in partibus illis, pro Defenſione earumdem, cum dictis Armatis, moram continuam, quouſque aliud indè ordinari contigerit, facientes.

In hac parte taliter vobis habentes, quòd, in veſtri defectum, non oporteat Nos ad hoc manum apponere graviorem.

Et, quid inde duxeritis faciendum, Nobis, per Latorem præſentium, reſcribatis; hoc Breve nobis remittentes.

Teſte Rege apud Pontemfractum, 10. die Februarii.

Per ipſum Regem

Super Andrea de Harcla Confœderatione cum Scotis.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 1. m. 4.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Archiepiſcopis, Abbatibus, Prioribus: Comitibus, Militibus, Liberis hominibus; & omnibus Fidelibus ſuis, de Comitatibus Cumbriæ, Weſtmorlandiæ, Lancaſtriæ, Eborum, & Northumbriæ, ac de Epiſcopatu Dunelmiæ, tàm infra Libertates, quàm extra, ſalutem.

Sciatis quòd, cum nuper aſſignaverimus Andream de Hartcla Cuſtodem Marchiæ Scotiæ, & Comitatuum & partium prædictorum, & ad arraiandum populum noſtrum in partibus prædictis, Mandantes Subditis noſtris, quòd præfato Andreæ intenderent in præmiſſis:

Ac jam intellexerimus quòd idem Andreas cum Scotis, Inimicis & Rebellibus noſtris, plures Tractatus tenuerit, & cum eiſdem Confœderationes fecerit,

Plublicaveritque id populo quòd præmiſſa fecit de noſtro Conſenſu, Mandato, & Voluntate, &, virtute Commiſſionum prædictarum, eaſdem exhibens;

Unde

[illegible] Provinciæ poſtmodum, abſque aliis Liberis, decedente, dictas Quatuor Filias, ſeu Progenitos ex eiſdem, ab inteſtato, ut refertur, reliquit Hæredes.

Verùm quia, ex Succeſſione Hæreditariâ, certæ Portiones Comitatuum prædictorum, Provinciæ & Foltacarii, Jure Hæreditario, ad Nos pertinere noſcuntur; quas illuſtris Princeps Dominus Robertus, Siciliæ Rex, Conſanguineus noſter cariſſimus (qui de Quartâ Filiarum prædictarum, videlicet, Beatrice, quondam Uxore Karoli primi, Regis Siciliæ, noſcitur deſcendiſſe) detinet occupatas;

Nos, Jus noſtrum in hac parte advertentes, ac deſiderantes nobis inde amicabiliter fieri, quod Lex & Conſuetudo Patriæ dictant rationabiliter faciendum,

Sanctitati veſtræ votivis precibus ſupplicamus, quatinùs, penſato, ſi placet, in præmiſſis Jure noſtro, præfatum Regem alloqui velitis, ſuper dicto Jure noſtro, ex parte noſtrâ, & juxta ſperatam fiduciam, Conſiliis & Exortationibus ſalubribus inducere, prout decet,

Ut Portiones dictorum Comitatuum, ad Nos Jure hæreditario pertinentes (attentâ Conſanguinitatis Lineâ inter nos tam propinquâ abſque rigore Proceſſus Judiciarii, Nobis velit reſtituere, pro amplioris dilectionis fœdere, inter ipſum & Nos uberiùs confovendo.

Super hiis autem, Dilectis & Fidelibus noſtris, Venerabili Patri, R. Wyntonienſi Epiſcopo, & Magiſtro Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolnienſi, dignetur veſtra Clementia fidem credulam adhibere; & Nobis veſtræ Sanctitatis beneplacita, in hac parte, reſcribere, ſi Libeat, per eoſdem.

Conſervet, &c.

Dat. apud Pontemfractum, duodecimo die Februarii.

Super Comite Richmundiæ, & Domino de Suliaco, per Scotos Captis, Liberandis.

Ann. D. JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chri-
1323. ſto Filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem, & Apoſto-
An. 16. licam Benedictionem
E. 2. Inſonuit nuper auribus noſtris, Fili Cariſſime, Rumor implaci-
Ex Autogr. dus & infeſtus, quòd dudum, in quodam Conflictu, quem Scotorum, Hoſtium tuorum & Rebellium, præſumpſit ſuperbia, Di-
* III. 996. lecti * Filii, Nobiles Viri, Johannes de Britannia, Comes Richemundiæ, & Henricus Dominus de Suliaco, Buticularius Franciæ, pro Tuo & Regni tui honore ſe ſtrenuè & fideliter exponentes, Capti, Deo permittente, fuerunt.

Cùm autem honoris interſit Regii pro Liberatione tantorum Virorum, Tibique & eidem Regno Conſtantiâ invictâ fidelium, vias exquirere, per quas celeritèr a Captivitate hujuſmodi liberentur;

Serenitatem tuam rogamus attentiùs & hortamur, quatinùs, circa Liberationem eandem, ſic velit adhibere Regia providentia opem & operam efficaces, quòd inde tuæ Sublimitati honoris accreſcat cumulus, aliique, tui & Regni prædicti Fideles, hujuſmodi rei invitati exemplo, accendantur ferventiùs ad tui Devotionem & Obſequia, ſpretis periculis, & laboribus non vitatis.

Pro prædictis autem, Dilectus Filius, Aymo de Jovenzano,

Ad Regem Siciliæ, ſuper Portionibus Provinciæ & Forcalquerii reſtituendis.

MAgnifico Principi, Domino Roberto, Dei gratiâ, Regi Je- Ann. D.
ruſalem & Siciliæ illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Ed- 1323.
wardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, &, ad vota, Succeſſus pro- An. 16.
ſperos & felices. E. 2.
Sicut decet Regiam Celſitudinem Deveria & Jura ſua Regalia il- Clauſ. 16.
læſa in omnibus conſervare, ſic profectò ejus Honori congruit E. 2.
promptâ benivolentiâ reſtituere quod cognoverit alienum. m. 14. d.

Sanè veſtra, ut credimus, Serenitas benè novit qualiter, bonæ memoriæ, Berengarius, quondam Comes Provinciæ & Foltacarii, quatuor habuit Filias; quarum Unam, claræ recordationis, Henrico, quondam Regi Angliæ, Avo noſtro: & Aliam, inclitæ memoriæ, Richardo Regi Romanorum, Comitique Cornubiæ, Fratri ejuſdem Regis (cui etiam Jure Hæreditario Succeſſimus) Matrimonialiter copulavit:

* Dicto Comitéque Provinciæ & Foltacarii, abſque aliis Libe- * III.
ris Decedente, de Comitatibus prædictis Portiones, Hæreditario 997.
Jure, Nos contingunt, quas occupatas noſcimini detinere:

Nos, de puritate conſcientiæ veſtræ Regiæ, & maximè ob Conſanguinitatis Lineam tàm propinquam, interiùs confidentes, ac ſperantes quòd Jus noſtrum (quod vobis eſt liquidum, ſicut credimus) amicabiliter velitis Nobis reſtituere, potiùs quàm ipſam Reſtitutionem faciendam de rigore (quem evitare vellemus quatenùs bono modo poterimus) expectare;

Magnificentiam veſtram affectuoſis precibus requirimus & rogamus, quatinùs, ad Jus noſtrum hujuſmodi debitè conſiderationis intuitum dirigentes, dictas Portiones prædictorum Comitatuum, ad Nos, Hæreditario Jure, ut prædicitur, pertinentes, bonâ fide Nobis reſtituere velit veſtra Regia Nobilitas circumſpecta.

Ac ſuper his, Dilectis & Fidelibus noſtris, venerabili Patri, R. Wyntonienſi Epiſcopo, & Magiſtro Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolniæ, Ambaſſatoribus noſtris, in Romanâ Curiâ exiſtentibus, fidem credulam adhibere; per eoſdem, ſi libeat, velle veſtrum de præmiſſis Nobis reſcribentes

Dat. apud Pontemfractum, 18. die Februarii.

Super Treuga cum Flandrenſibus, & Auxilio Scotis non impendendo.

REX, Nobilibus Viris, Guidoni de Flandriâ, Domino de Ry- Ann. D.
kenburgh, & Octobono de Carecto, Præpoſito Eccleſiæ 1323.
Sancti Donati Brugenſis, Cancellario Flandriæ, Nobilis Viri Lo- An. 16.
dowici, Comitis Flandriæ & Niverniæ, vices gerentibus in Flan- E. 2.
driâ; ac Scabinis, Conſiliariis, & Univerſitatibus, Gandenſi, Bru- Clauſ. 16.
genſi, & Yprenſi, ſalutem, cum ſinceræ Dilectionis affectu, E. 2.
Nos, ad Requiſitionem præfati Comitis, m. 14. d.

Nobis per ſuas Literas ſignificantis qualiter, pro evitandis periculis, quæ ex Diſſenſionibus, inter noſtros & ſuos Subditos dudum exortis, provenerunt, & indies proveniunt, Treugam, inter dictos noſtros & ſuos Subditos iniri, & a Nobis concedi affectabat,

Eidem

• III. … proximo futurum, * duximus concedendam; dum tamen
998. præfatus Comes eandem Treugam (quam Procurator veſter, cùm adjectione Conditionis prædictæ, firmare, ſeu acceptare renuebat) citra Feſtum Paſchæ proximò futurum acceptet, & eam in terra Flandriæ publicari, & dictos Subditos ſuos a quocunque Subſidio, dictis Scotis faciendo, & a Communicatione cum eiſdem, ſicut prædictum eſt, faciendâ, omnino deſiſtere faciat, juxta Promiſſionem veſtram ſupradictam.

Nos enim exnunc Conſtabulario Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum noſtrorum, vel ejus Locum tenenti ibidem, per noſtras Litteras (quas præfato Procuratori veſtro liberavimus) dedimus in Mandatis, quòd ſtatim (cùm ſibi conſtiterit Treugam prædictam fore in dictis partibus Flandriæ publicatam, & Inhibitionem factam de Subſidio, & Communicatione hujuſmodi, cum Scotis prædictis faciendâ, in formâ ſupradictâ) eandem Treugam in ſingulis Portubus & locis Ballivæ ſuæ publicari faciat & teneri, & Nos ſimiliter id idem alibi in Regno noſtro fieri faciemus.

Volumus inſuper quòd, citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum, certæ perſonæ, ſufficientem Poteſtatem ab ipſo Comite & Communitatibus bonarum Villarum Flandriæ habentes, ad hujuſmodi Treugam, & alia eam tangentia, firmandum, necnon & tempus hujuſmodi Treugæ prorogandum, ad Nos uſque Eborum tranſmittantur; pro quibus Litteras noſtras de ſalvo & ſecuro Conductu jam fieri, & dicto Procuratori veſtro Mandavimus liberari.

Dat. apud Knaresburgh, 26. die Februarii.

De Treuga cum Flandrenſibus Proclamanda.

Ann. D. ET Mandatum eſt Edmundo, Comiti Kantiæ, Conſtabulario Ca-
1323. ſtri Regis Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum Regis, Fra-
An. 16. tri Regis kariſſimo, vel ejus Locum tenenti, quòd,
E. 2. Si citra dictum Feſtum Paſchæ ſibi conſtiterit dictum Comi-
Clauſ. 16. tem, vel ejus Vices gerentes prædictos, Inhibitionem & Publica-
E. 2. tionem prædictas in dicti terrâ Flandriæ feciſſe in formâ ſupra-
m. 14. d. dicta,

Tunc Treugam, per Regem conceſſam, uſque ad dictum Feſtum Sancti Michaelis duraturam, in ſingulis locis, in Ballivâ ſuâ, ubi expedire viderit, publicè proclamari & teneri faciat;

Inhibens omnibus & ſingulis, de eâdem Ballivâ ſuâ, quòd Hominibus, aut Mercatoribus, de poteſtate dicti Comitis Flandriæ, in perſonis aut Rebus ſuis, durante Treugâ prædictâ, Dampnum non inferant ſeu gravamen:

Et, cùm hujuſmodi Publicationem fecerit, Regi indè, ſub Sigillo ſuo, diſtinctè & apertè conſtare faciat; ut Rex, indè certioratus, Treugam illam alibi in Regno ſuo publicari faciat.

Teſte Rege apud Knaresburgh, 26. die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis ſeparatim; videlicet,

Vicecom. Norff. & Suff.
Majori & Ballivis Villæ de Lenne,
Ballivis Villæ de Magna Jernemuth.

… noſtro cariſſimo, Radulpho Baſſet, Johanni Peeche, Johanni de 1323.
Wyſham, Militibus, & Galfredo le Scrop, ſalutem. An. 16.
Sciatis quòd aſſignavimus vos, quinque, quatuor, tres & duos E. 2.
veſtrûm, Juſticiarios noſtros ad degradandum Andream de Hart- Pat 16.
cla, Comitem Karlioli, Inimicum & Proditorem noſtrum & E. 2.
Regni noſtri (quem nuper in Comitem Gladio cinximus) & ad p. 1.
Judicium de ipſo, ſuper Degradatione, Inimicitiâ, & Seditione, m. 2.
prædictis, pronunciandum, & reddendum, juxta tenorem cujuſ- dor.
dam Cedulæ, quam vobis, quinque, quatuor, tribus, & duobus veſtrûm mittimus ſub pede Sigilli noſtri.

Et ideo vobis mandamus quòd, ad certum diem, quem vos, quinque, quatuor, tres, vel duo veſtrûm ad hæc provideritis, conveniatis apud Karliolum, & Judicium prædictum pronuncietis, & reddatis in formâ prædictâ.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Cumbriæ, quòd ad certum diem, quem vos, quinque, tres, vel duo veſtrûm, ei ſcire facietis, pro Degradatione prædictâ, & Executione Judicii prædicti faciendis, vobis, quinque, quatuor, tribus, & duobus veſtrûm, in præmiſſis ſit intendens & reſpondens, prout vos, quinque, quatuor, tres, vel duo veſtrûm, ei injungetis ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Knareſburgh, viceſimo ſeptimo die Februarii.

Per Breve de privato Sigillo.

Tenor Cedulæ, de qua ſupra ſit mentio.

PUR ceo que noſtre Seignur le Roi,
Pur le grant bien & loialte, qu'il intendit d'avoir troue en Ann. D.
vous Andreu de Harcla, pur aider & meyntener ſes Dreytoures, 1323.
& les Droitz de ſa Coronne, & de ſoun Poeple, countre ſes Ene- Plac. coram Rege
mys de toutes partz, & nomement countre Robert de Brus, & 18. E. 2.
ſes autres Enemys d'Eſcoce, m. 34.
Vous ſiſt Counte de Cardoil, & de ſa meyn vous ceynt d'Eſpee, Rex.
& vous dona Fee de les Counte, Chaſteux, Villes, Terres, & Tenementz, pur veſtre eſtat meyntener come Counte:

Et apres ceo, que vous avierz tiel honour & bienfait reſceu de noſtre dit Seignur, ſi eſtes alez au dit Robert de Brus treitrouſement, fauſement, & malueiſement, par eſcrit & par ſerement, pur meyntener le dit Robert d'eſtre Roi d'Eſcoce proprement, en la reverſe de la entencion le Roi pur quele il vous ſit Counte:

Par quei agarde ceſte Court que vous ſoietz degradee: & que vous parderz noun de Counte, pur vous & pur vos heires, a toutz jours: & que vous ſoietz deceynt de l'Eſpye; & que vos eſperouns d'orre ſoient coupes de talouns.

Et pur ceo que vous Andreu, homme lige noſtre Seignur le Roi, countre veſtre homage, foi & ligeaunce, encountre veſtre Seignur lige, eſtes alee tretrouſement, fauſement, & malueiſement a Robert de Brus, Enemy mortel a noſtre Seignour le Roi, & de ſoun Realm ja ſoun Poeple, par ſerement, & par eſcrit por meyntener au dit Robert, & a ſes heires le Roialme d'Eſcoce enterement, a tut veſtre force & power, countre toutes gentz:

Et que vous nomererz ſis homes, & le dit Robert autre ſis, les
q'uaux duſze * ordeynereint de toutes les groſſes boſoignes de Roi- • III.
alme d'Engleterre & d'Eſcoce, & que lour ordeinement ſe ten- 1000.
droit en touz poynz:

Et, ſi nul, de quel eſtat ou condicion quil feuſt, vouſit countredire le dit Ordeynement en nul poynt, que vous, ove toute veſtre force & power, curriez ſeur, & en taunt enpreiſtes treitrouſement, faucement, & malueiſement d'enprendre Roial power,

Et, prætextu Mandati Domini Regis ſupradicti, Radulphus Baſſet, Johannes Pecche, Johannes de Wyſham, & Galfridus le Scrop, Juſticiarii, mandaverunt, ex parte Domini Regis, Antonio de Lucy, Vicecomiti Cumbriæ, quòd duceret hic, coram ipſis Juſticiariis, Corpus prædicti Andreæ, Judicium ſuum recepturi ſuper præmiſſis.

Et prædictus Vicecomes venit, & duxit hic præfatum Andream Priſonem; quo præſente, coram præfatis Juſticiariis, pronunciatum & redditum eſt Judicium ſuper ipſum Andream in hiis verbis; viz.

Pur ceo que, *&c. ut ſupra de 27. Febr.*

Et dictum eſt præfato Vicecomiti quod faciat indè Executionem.

De Terris, quæ fuerunt Andreæ de Harcla, conceſſis.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat. Ter. ſeriſf.* 16. *E.* 2.

REX, quarto die Martii, dedit & conceſſit Henrico le Scrope omnia Terras & Tenementa, cum Pertinentiis, quæ fuerunt Andreæ de Harcla, Inimici Regis, in Caldeſwell & Occurby, in partibus Ricemondſhire: necnon omnes Terras & Tenementa, cum Pertinentiis, quæ fuerunt Magiſtri Michaelis de Hartcla, ſimiliter Inimici Regis in Horneby, & quæ per foriſfacturam eorumdem, &c. HABENDA, ad totam vitam ipſius Henrici, de Rege, &c.

Per ipſum Regem.

• III. 1001.

** Ad Papam, de Credentia.*

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 8.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Quædam, Statum Johannis Bathonienſis & Wellenſis Epiſcopi, tangentia, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Roberto de Cantuar. (quem ad Sanctitatis veſtræ præſentiam deſtinamus) injunximus veſtræ Clementiæ, ex parte noſtrâ, serioſiùs explicanda,

Votivis Precibus ſupplicantes, quatenùs ipſum Clericum noſtrum, & dicta Negotia, dignemini, ſi placet, ſpecialiter habere recommendata; eundemque Clericum in his, quæ ſuper dictis Negotiis veſtræ Beatudini, ex parte noſtrâ, expoſuerit oraculo vivæ vocis, benignè exaudire; ſibique ſuper hiis Gratiam & Favorem, noſtri contemplatione Rogatûs, favorabiliter impertiri.

Conſervet, &c.

Dat. apud Knaresburgh, quarto die Martii.

Ad Ambaſſatorem, in Curia Romana exiſtentem, de Credentia.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Ibid.*

REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Johanni de Stratford, Archidiacono Lincolniæ, ſalutem.

Cùm nos quædam, Statum Johannis, Bathonienſis & Wellenſis Epiſcopi, *&c. ut ſupra uſque ibi* impertiri.

Vobis mandamus quòd eidem Roberto ſimiliter in exponendis vobis in hac parte fidem præbeatis, & circa felicem Expeditionem eorumdem omnem, quam poteritis, diligentiam apponatis.

Dat. ut ſupra.

Soeffraunce avantdite:

Et, ſi rien feuſt meſpris par eux, ou par nul des ſouzmis le Roi, contre la dite forme, adunes le facent amender, & remettre en eſtat deu, ſolonc la forme ſuſdite, & ce ne leſſent en nule manere.

Donc come deſus.

ET maunde eſt a Viſcounte de Cumbre, fermement enioignant, que a plus touſt, q'il orra de certein que ceſte Soeffraunce ſoit crie & publie en les parties d'Eſcoce, & comande a tenir en droit de eux & de lour ſouzmis, adoncs meiſme la Soeffraunce, dedeinz ſa Baillie, es lieux ou il verra q'il ſait a faire, face crier, garder, & tenir en la fourme avauntdite; & ce ne leiſſe en nule manere.

Done come deſus.

En meiſme la manere maunde eſt a Viſcounte de Northumbr.

** De prædicta Trenga conſervanda.*

• III. 1002. Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Ibid.*

LE Roi a, ſon foial & loial, Monſieur Antoyn de Lucy, ſaluz.

Sachez que come, por plus covenable & ſeure voie, *&c. come deſus tantque la* par noſtre Conduit eſpecial:

Nous, affiaunz de veſtre loialte & aviſement, vous aſſignoms a garder la dite Soffraunce en le Counte de Cumbre, dedeinz fraunchiſe & dehors, ſolonc les condicions avantdites; & a chaſtier & punir touz noz ſouzmis, qui vendront contre la dite Soffraunce.

Et por ceo vous mandoms & chargeoms, fermement enjoignantz, que la dite Soffraunce gardez, & les ditz treſpaſours de noz ſouſmis, ſi nul y ſoit, puniſſez, ſicome eſt avandit; & ce en nule manere ne leſſez.

Et nos mandoms & commandoms, par ceſtes preſentes lettres, a touz noz ſouzmis, que a vous en les choſes avantdites, ſeient entendantz, reſponantz, & obeiſſantz en la fourme avantdite.

En teſmoignance de queu choſe, *come deſus.*

Per ipſum Regem.

En meiſme la manere ſont aſſignez les ſuthescritz, en Countez ſuthescritz;

Monſeiur Rauf de Nevil, *Monſeur Roger de Horſle,*	Jointement, & ſeveralment en le Counte de Northumbr. dedeins fraunche & dehors.

De præfata Trenga, per Juramentum aſſecuranda.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Ibid.*

LE Roi a touz ceux, as queux ceſtes preſentes lettres vendront, ſaluz.

Sachez que, come por plus covenable & ſeure voie, *&c. come deſus tantque la* par noſtre conduyt eſpecial:

Nous, fiaunz de la loiaute & l'aviſement, noſtre chere & foial, Monſeur William de Herle, li donoms, par ceſtes preſentes lettres, plein poer & eſpecial mandement, de affermer la dite Soffraunce, en noun de nous, par ferment a faire en noſtre alme.

En teſmoignaunce de queu choſe, *come deſus.*

Don. *come deſus.*

Duppur.

Ad

Digitized by Google

[illegible]

Verùm,

Quia a noſtris, fidedignis de Curiâ Romanâ, recepimus, quòd dictus Henricus, Epiſcopus Lincolnienſis, impetravit Favorem ſuum, & ſui Statûs Conſervationem, a Majeſtate veſtrâ, per certas deprecatorias Literas ad Dominum Summum Pontificem (quorumdam mediante juvamine) necnon ad Dominos, Oſtienſem & Peneſtrienſem Preſbiteros Cardinales, præſentandas, mirati ſumus, nec admirari ceſſare valemus, quomodo, vel quâ fronte dictus Epiſcopus, qui dictis nobis Contrariantibus totâ malitiâ pro viribus adhæſit, vel alii pro eo, quicumque ſint, auſi fuerunt petere a Majeſtate veſtrâ, tàm nobis kariſſimâ & fraternâ, Literas ipſas, ſeu Preces, in ſui Honorem vel Statum faventes; maximè cùm ipſæ Preces & Literæ in noſtrum Vituperium & Diſplicentiam, ac Coronæ diſpendium videantur graviter redundare,

Majeſtatem veſtram Excellentiſſimam rogamus attentè, quatinùs Literas ſimiles ipſi Epiſcopo, nec alteri pro eo, nullo modo concedere velitis; immò Preces, jam pro eo porrectas dictis, Domino Papæ, & Cardinalibus, ſi placet, revocare, ſcribendo eidem Domino Papæ, quòd contra dictum Epiſcopum ſic maliſicum, juxta Supplicationem noſtram, in hac parte factam, & ſine mori, dignetur, & velit procedere ſua Sanctitas circumſpecta.

Dat. apud Knaresburgh, decimo quinto die Martii.

Litera R. Brus ad H. de Suliaco, ſuper Tractatu cum Rege Angliæ.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *Ex Orig. Infra Turr.*

ROBERT, par la grace Dieu, Roi d'Eſcoce, a treſnoble hom & ſon bien amez, Henry Signur de Senly, Chivaler, saluz & bone amour.

Aſſez, Sire, vous doit remembrer, coment eſtoit contenuz en noz lettres, Envoiees au Roi d'Engleterre, & coment auſſi nous vous chargeaſmes de bouche, que nous covoitiens & covoitoms touz jours treter, ovekque le Roi d'Engleterre avantdit, ſur forme de Paes final entre lui & nous; ſauve touz jours a nous, & a noz heirs, noſtre Roiaume fraunk & quit, & ſauf l'eſtat de noz Alliez.

Et, a veſtre departir, nous promeiſmes vous, qe, ſi vos trouviſſez le dit Roi en bone volunte, come vous l'aviez leiſſez, ſicome vous nous feiſtes entendaunt, a ſe faire, nous voliens voluntes que ſoeffrance de guerre ſe feiſt entre lui & nous, tanque a la Trinite: & que celle Soffraunce ferriens garder ſi toſt, come nous ferriens garniz par vous, & que le Roi d'Engleterre averoit fait ce quil apertenoit.

Sur ce, Sire, avoms lettres reſceuez de vous, & tranſcritz des lettres le dit Roi, contenauntz q'il ad grauntez as gentz d'Eſcoce, qui de guerre encountre lui ſont, une Soeffraunce,

La quele maniere de Parler nous eſt anques eſtrange; car es autres Triewes, que ount eſte priſes entre lui & nous, avoms eſte nomez Principal d'une part, come il ad eſte d'autre; coment q'il ne nous digna Rois appeller; & ſi ount eſte affermee par ferment en l'alme de li & de nous; & en autre manere qe ceſte, qe n'eſt forſque ſi ſimple come elle poet eſtre.

Et, de prendre ore Soeffraunce, ou mencion n'eſt mye faite de nous, plus du meindre de noſtre Roiaume; ou ſi elle feuſt en freinte du tot, ou en partie, que nous ni porriens nyent plus demaunder que un autre, ne ſumes nous pas aviſez.

Et, pur ce, ne vous merveillez pas, que nous ne nous ſumes pas acordez a cele Soeffraunce; mais, ſi elle fuſt venue en droit manere, voluntres l'euſſiens accordez, ſicome nous vous promeiſmes.

[illegible] re de celeri & favorabili Juſtitiâ, conſideratione rogantis, quòd humanæ laudis merearis attolli præconiis, & ab æterno & juſto Judice meritò præmiari.

Dat. Avinion. nono Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Sigillo avulſo.

De tractando cum Scotis ſuper finali Pace.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 17.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd,

Cùm Thomas Randolf, Comes de Murref, ad tractandum ſuper finali Pace & Concordiâ, inter nos & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, contra nos de Guerrâ exiſtentes, ineundâ, in Regnum noſtrum, uſque ad Villam noſtram de Novo Caſtro ſuper Tynam, in proximo ſit venturus,

Nos ipſum Comitem, ac Homines de Familiâ ſuâ, uſque ad numerum quinquaginta Equitum, & eorum Equos, Herneſia, & alia bona quæcumque ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, in veniendo in Regnum noſtrum prædictum, uſque ad Villam prædictam, ibidem morando, & exinde in Scotiam redeundo:

Et ideò vobis omnibus & ſingulis, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, firmiter injungendo mandamus, quod præfato Comiti, vel alicui de Comitivâ, ſeu Familiâ ſuâ, uſque ad dictum numerum Equitum, in Perſonis, Equis, Herneſiis, ſeu aliis Bonis, vel Catallis ſuis, in veniendo in Regnum noſtrum prædictum, uſque ad Villam prædictam, ibidem morando, & exinde in Scotiam redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, *&c.* Et hoc, ſicut nos & Honorem noſtrum diligitis, & vos ipſos indempnes conſervare volueritis, modis omnibus faciatis.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sanctæ Trinitatis proximò futurum duraturas.

* Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Aprilis. * III. 1005.

Per ipſum Regem.

Dupplicat.

Conſimiles Literæ de Conductu fiunt pro prædicto Comite, veniente in Regnum.

Per ipſum Regem.

Dupplicat.

De Conductu pro Nunciis, ſuper Tractatu prælibato.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 23.

REX omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, tàm infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd, cùm,

Pro competentori viâ & ſecuriori providendâ de Tractatu, habendo ſuper finali Pace & Concordiâ, inter nos, & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, contra nos de Guerrâ exiſtentes, ineundâ,

Sufferentiæ Guerræ, inter nos & prædictum Robertum, ipſiuſque Complices & Fautores, uſque ad Feſtum Sanctæ Trinitatis proximò

Caſtrum de Correniano, & quartam partem Villæ de Vico, de nobis, & Progenitoribus noſtris, quondam Regibus Angliæ, & Ducibus Aquitaniæ,

Seneſcallus tamen veſter de Toloſano, quærens adverſus dictum Bernardum Occaſiones, fictas & minus veraces, animo nobis & eidem Bernardo injuriandi, ſuper Tenurâ Terræ Feudi prædicti, ipſum Bernardum ad Judicium & Examen in Curiâ veſtrâ de Tholoſano, voluntariè & abſque causâ rationabili, fecit evocari, & ibidem (quamquam ad Curiam veſtram fuiſſet appellatum, eidem Appellationi non deferens) quoſdam Proceſſus, qui de Jure non deberent fieri, contra ipſum Bernardum ad importabilem ſummam Pecuniæ, nedùm ſub Pœnis illicitis, condempnavit, verùm etiam ipſum Carcerali Cuſtodiæ fecit mancipari; Feudum illud ad manus veſtras ponendo, in noſtri Juris læſionem & exhæredationem ma-
* III. 1006. nifeſtam, ac ipſius * Bernardi præjudicium non modicum & jacturam.

Nos igitur, Juris noſtri, in hac parte, ac ipſius Vaſalli noſtri indempnitati, modis & viis, quibus poterimus, volentes providere, Regiam Excellentiam affectuoſis Precibus imploramus, quatinus noſtri, ſi placet, intuitu, & nè Juri noſtro præjudicetur, dicto veſtro Seneſcallo de Tholoſano dare dignemini in mandatis, quòd ea, quæ contra Jus noſtrum, & in præjudicium dicti Vaſſali noſtri minus ritè attemptavit, ut eſt dictum, cautè & ſollicitè ſtudeat revocare, eundemque noſtrum Vaſſallum a Cuſtodiâ Carcerali, quâ præmiſsâ occaſione detinetur, faciat liberari, ut ſic Jus noſtrum ad ſtatum priſtinum reponatur.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Aprilis.

Super Gravaminibus antedictis.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Ibidem.

REX, dilecto & fideli ſuo, Fulconi l'Eſtraunge, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, ſalutem.

Ex gravi querela, dilecti, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi* volentes providere, *tunc ſic*,

Dictum Regem Franciæ per noſtras Litteras rogavimus ſpeciales, quatinùs dicto ſuo Seneſcallo de Tholoſano dare dignetur in mandatis, quòd ea, quæ idem Seneſcallus de Tholoſano contra Jus noſtrum, & in præjudicium dicti Vaſſalli noſtri minus ritè attemptavit, ut eſt dictum, cautè & ſollicitè ſtudeat revocare: eundemque noſtrum Vaſſallum a Cuſtodiâ Carcerali, quâ præmiſsâ occaſione detinetur, faciat liberari, ut ſic Jus noſtrum ad ſtatum priſtinum reponatur:

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd, vocatis illis de Concilio noſtro dicti Ducatûs, de ipſorum & veſtro aviſamento, in præmiſſis fieri faciatis, quod pro Jure noſtro, & dicti Vaſſalli noſtri imdempnitate fore videritis faciendum; in præmiſſis talem diligentiam apponentes, quòd Juri noſtro in hac parte nullatenus detrahatur, & quòd vos exindè debeamus meritò commendare.

Teſte Rege, ut ſupra.

Conſimiles Litteræ diriguntur Epiſcopo Elienſi pro præfato Bernardo.

Dum tamen exiſtunt, contra formam ejuſdem Stapulæ, quicquam non attemptent, ſet eidem Stapulæ in omnibus obediant & intendant; quæ omnia ſimiliter facies publicari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 5 die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, &c.

De Flandrenſibus non moleſtandis.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 2. m. 23.

Cùm Treugæ, inter Homines & Subditos noſtros, ac Homines & Subditos Comitis Flandriæ, ſuper Diſſentionibus, inter ipſos ſubortis, jam initæ ſint & firmatæ, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturæ:

Eaſdemque Treugas per diverſos Comitatus Regni noſtri Proclamari Mandaverimus & Teneri; dum tamen præfatus Comes dictos Subditos ſuos a quocumque Subſidio, Scotis, Inimicis & Rebellibus noſtris, faciendo, & a Communicatione, cum eiſdem faciendâ, omnino deſiſtere faciat:

Vobis Mandamus quòd Hominibus & Subditis, de poteſtate dicti Comitis Flandriæ, jam in Scotiâ exiſtentibus, in redeundo ab eiſdem partibus Scotiæ verſus Regnum noſtrum Angliæ, vel partes Flandriæ, citra Feſtum Sanctæ Trinitatis proximò futurum, in perſonis, aut Rebus ſuis, non inferatis, ſeu quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Injuriam, &c. ſeu Gravamen; ſet ipſos a dictis partibus Scotiæ, verſus dictum Regnum noſtrum, & dictas partes Flandriæ, abſque inquietatione, citra dictum Feſtum Sanctæ Trinitatis, redire permittatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Pro Henrico de Suliaco, de Poteſtate Treugas cum Scotis prorogandi.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 2. m. 23.

Sciatis quòd cùm Sufferentiæ Guerræ,

Inter Nos & Subditos noſtros ex parte Unâ; & Robertum de Brus, & ſibi Adhærentes; ac eorum Subditos ex parte alterâ motæ,

Uſque ad Feſtum Sanctæ Trinitatis proximò futurum (die ejuſdem Feſti infra Sufferentiam incluſo) ſub certis Formis & Conditionibus, inde confectis, contentis, duraturæ,

Conſenſerimus, eamque Approbaverimus, & Mandaverimus firmiter Obſervari:

Nos, de providæ circumſpectionis induſtriâ, Nobilis Viri, Henrici Domini Soliaci plenius confidentes, ad dictam Sufferentiam, ultra dictum Feſtum Sanctæ Trinitatis, uſque ad aliquem Terminum ſequentem, prout ſibi melius videbitur expedire, prorogandum & continuandum ſub Formis & Conditionibus, in Literis noſtris Patentibus prædictis, indè expreſſis; &, ad Prorogationem & Continuationem hujuſmodi, modis competentibus, noſtro nomine, vallandum & firmandum, præfato Henrico plenam, tenore

Digitized by Google

Univerſitatem veſtram Religioſam diu conſervet Altiſſimus in Caritate continuâ & perfectâ.

Dat. apud Weſtmonaſt. 7 die Aprilis.

Johannis de Inſula Relaxatio, pro Communitate Venetiarum.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 15. d.

A Toux ceux, qi ceſtes Lettres verront ou orront, Johan de Iſle de Wight Chevaler, ſaluz en Dieu.

Sachez qe, come n'adgaires Cink Galeis, de la Ville de Venyſe, feuſſent menez en Port de Suthampton, chargeez de divers Merchandiſes; & a teu temps entre les Patrones, Marchantz, Meſtres, & Mariners des dites Galeies d'une part, & mes gentz, ſervantz, tenantz franks, & autres d'autre part, conteſtes ſourdiſſent, en le queu conteſt gentz eſtoient mortz d'une part & d'autre; & mes biens, & des mes gentz, ſervantz, & tenantz avantditz, feuſſent priſez, emportez, deſulez, & parduz en diverſes maners; dont a moi, & mes ſervantz, & tenantz avantdirz, eſtoit, & eſt accion accreu de felonie & de treſpas.

Jeo, avantdit Johan, pur une ſumme d'avoir, que j'ai receu des Marchantz de Venyſe, ai releſſe a la Communalte de la Ville de Venyſe, & a cheſqun Marchant & Habitatour de meiſme la Ville, a touz lour foiaux & ſouzmis, quele part qils ſoient, cheſcune manere d'Accion, Seute, Querele, & Demand, la quel j'ai avoi, ou aver purroi de felonie, ou de treſpaſs, vers la Communalte de la Ville de Venyſe, Marchaunt, ou Habitatour de meiſme la Ville, & a cheſcun lour foiaux & ſouzmis, quele part qils ſoient, ſi qe la dite Communalte, de nul Marchant, ne Habitatour, ne Foial, ne Souzmis a meiſme la Ville, par Moi, mes Heirs, ou mes Executours, en lour parſones, biens, ou Marchaundiſes, ne ſoient areſtez, empechez, ne moleſtez en nul manere.

Eſtre ce, jeo emprenk, pur touz mes ſervantz, & tenantz avantditz, & pur les Heirs & Executours de ceux, qi furent tuez au dit temps, de ſes ſervantz, ou tenauntz, & pur touz qi Seute, ou Appeal purront aver devers eux, par encheſon de la mort, des roberie, ou priſe, ou degaſter ou emporter de lour biens & chateux, qe nul de eux, ni pur eux, ne ferra Seute, ne movera Action, Querele, ne Demaund vers la dite Communalte, ne nul Marchant, ne Habitatour, ne Foial, ne Souzmis de meiſme la Ville, de la mort, ne de rien des choſes avandites; & agarder la dite Communalte de Veniſe, & cheſcun Marchant & habitatour de meiſme la Ville, & touz lour foiaux & ſouzmiſes, des damages en ceſte partie, vers les ditz ſervantz & tenantz, les Heirs, & les
* III. 1009. Executours de mes Tenantz, qi furent * tuez, & pur touz qi Seute, ou Appel purront aver devers la dite Communalte, Marchauntz, Habitatours, Foiaux, ou Souzmiſes a la dite Communalte, par encheſon des choſes avantdites; &, a ceo faire, jeo oblige Moi, mes Heirs, & mes Executours, & touz mes biens, quele part q'eles ſoient trouez.

En teſmoignance de quele choſe a ceſt eſcrit j'ai mis mon Seal, Ices teſmoignes,

Sire William D'Ayremynne,
Meſtre Henri de Clif,
Sire William de Herlaſton,
Gardeins du Grant Seal noſtre Seignur le Roi;
Elis de Cherleton,
Wautier de Noreys, &
Richer Seles, & autres.

Don. a Londres, le diſme jour d'April, l'An de grace Mille, & trois Centz, vint, & tierce, du Regne noſtre Seignur le Roi Edward, fiuz au Roi Edward, Seziſme.

jungimus confidenter, ut Pariſius, vel alibi, infra Regnum Franciæ ſcilicet, digneris alicui Perſonæ committere, quod a præfato Abbate, nomine tuo, recipiat Fidelitatis hujuſmodi Juramentum; vel ſaltem, ad illud, tua velit admittere Magnitudo Procuratorem ejus ydoneum, propterea ordinandum:

Daturus opem & operam efficaces quòd memoratus Abbas, & Procuratores ejuſdem, Locis, Maneriis & aliis Bonis hujuſmodi, liberè atque pacificè, remoto impedimenti obſtaculo, potiatur;

Ac denique habiturus eum & ejus Ordinem antedictum, pro Divinâ, noſtrâ, & Apoſtolicæ Sedis Reverentiâ, in hiis & aliis, propenſiùs commendatos;

Ita ut ex hiis, quæ cultum Juſtitiæ ſapiunt, & Æquitatis continent pietatem, præter Præmium Retributionis Æternæ, quod indè mereberis, dignæ Laudis præconio attollaris.

Dat. Avinion. 3. Id. Aprilis, Pontificatûs noſtri Anno ſeptimo.

Sub filis canabeis.

** Super Gravaminibus, per Miniſtros Regis Franciæ in Vaſconia, illatis.* * III. 1010.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 8. d.

MAgnifico Principi, Domino K. Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi illuſtri, Fratri ſuo Cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, &, ad vota, Succeſſus proſperos & felices.

Dùm in mente revolvimus Oppreſſiones injurioſas, & indebitas Novitates, aliaque Gravaminia multiplicia, quæ Nobis, Officialibus, Miniſtris, & Subditis noſtris dicti Ducatûs, per Officiales veſtros & Miniſtros, præter conſcientiam veſtram, ut credimus, illata fuiſſe cognovimus, & adhuc indies inferuntur; & quotiens Serenitatem veſtram pro reformatione præmiſſorum interpellavimus, de quo nullum ſubſequebatur Remedium, ſet infeſta ſucceſſit perſecutio, & multiplicatio gravaminis inundavit, intentâ conſideratione penſamus, gravis anxietatis aculeos interiùs toleramus.

Cùm itaque nuperimè Feodum de Feugeriaco, in Ducatu noſtro prædicto, quod Abbas de Cherros, & Prædeceſſores ſui, Abbates ejuſdem loci, de Nobis, & Progenitoribus noſtris, a tempore, cujus contrarii Memoria non exiſtit, immediatè tenuerunt, per eundem Abbatem excogitatâ maliriâ, & inſtigantibus Officialibus veſtris, Vobis venditum fuerit, contra formam Pacum, inter Progenitores veſtros & noſtros pro pacis amænitate initarum:

Ac in negotio, inter Nos, & Abbatiſſam Xantoniæ, in Curiâ veſtrâ diu agitato, per quoſdam veſtræ Curiæ Commiſſarios, ſuper examinatione Teſtium in dicto negotio deputatos, minus juſtè hactenus, ut didicimus, ſit Proceſſum:

Nonnulli etiam Officiales veſtri & Miniſtri Novitates indebitas, Oppreſſiones, & Injurias, violenter in Inſulâ noſtrâ Oleronis, perpetrârunt ſine causâ, & inferre cotidie non deſiſtunt, in noſtri grande præjudicium, & exhæredationis periculum manifeſtum;

Veſtræ Regiæ Majeſtati intimis præcordiis ſupplicamus, quatinus, ad præmiſſa intuitum debitum convertentes, injurioſas occupationes hujuſmodi, & Novitates indebitas, aliaque Gravamina, ut præmittitur, Nobis, Officialibus, Miniſtris, & Subditis noſtris dicti Ducatûs, præter conſcientiam veſtram, illata, congrue reformari, & ad Statum debitum reduci faciat, ſi placet, veſtra Regia Celſitudo;

Super hiis & aliis, Nos, & Statum Ducatûs noſtri tangentibus, dilecto & fideli noſtro, Venerabili in Chriſto Patri, J. Elienſi Epiſcopo, fidem credulam, ſi libeat, adhibentes.

Dat. apud Turrim Londoniæ, 12. die Aprilis.

Ad

Digitized by Google

[illegible], in [illegible] noſtro prædicto exiſtentes, & ad dictam ſuam Abbatiam ſpectantes, de Nobis, & Progenitoribus noſtris, Ducibus Aquitaniæ, immediatè tenuerint, a tempore, cujus contrarii Memoria non exiſtit;

Eadémque Abbatiſſa, jam de novo, Machinatione ſubdolâ, abſque Capituli ſui conſenſu, &c, ut credimus, veſtrâ Licentiâ ſpeciali ſuper hoc non optentâ, contra Statuta Sacrorum Canonum, a Rege Franciæ, Fratre noſtro cariſſimo, dictas Temporalitates tenere advocaverit, & illas Tenere recognoverit ab eodem, in eluſionem Juris noſtri, & exhæredationem noſtram manifeſtam;

Veſtræ Clementiæ (quæ, velut Mater avida, detrimentum Juris ſeu Honoris Filii ſui fieri nullatenus, ut confidimus, patietur) totis affectibus ſupplicamus, quatinus, præmiſſis benignâ meditatione penſatis, contra dictam Abbatiſſam, ſuper tàm gravi Exceſſu, Spiritualiter ſic procedere velit veſtra Paternitas rigoroſè, quòd, occaſione Pœnæ, eidem Abbatiſſæ, per veſtram Sanctitatem, infligendæ pro ſuis demeritis, in hoc caſu Jus noſtrum faciliùs aſſequamur, & demum, vindictâ ex æquo Exceſſui reſpondente, alii deinceps a talibus abſtineant, diræ formidine Ultionis.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, 13. die Aprilis.

Regis Pardonatio, pro Commmnitate Venetiarum.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 19.

REX omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd, cùm nuper Quinque Galeæ de Villâ Veniſi, diverſis Mercimoniis Carcatæ, uſque in Portum Villæ noſtræ Suthamptoniæ veniſſent: &, inter Patronos, Mercatores, Magiſtros, & Marinarios dictarum Galearum ex parte unâ, & Homines de partibus Suthamptoniæ & Inſulæ Vectæ ex alterâ, Diſcordiæ & Diſſenſiones ſubortæ, & in eiſdem Diſcordiis quidam Homines hinc inde interfecti fuiſſent; quorum prætextu Mercatores, & alii, de Villâ & partibus de Veniſe, in Regnum noſtrum accedere formidant;

Nos, volentes eiſdem Mercatoribus & aliis, de Villâ & partibus de Veniſe, gratiam facere ſpecialem, Pardonavimus omnibus & ſingulis Patronis, Mercatoribus, Magiſtris, & Marinariis dictarum Galearum, ac aliis, de Villâ & partibus de Veniſe, qui Diſcordiis & Interfectionibus prædictis interfuerunt, ſectam pacis noſtræ, quæ ad Nos pertinet pro Homicidiis, in dictis Diſſenſionibus & Diſcordiis perpetratis, & firmam pacem noſtram eis inde Concedimus.

Pardonavimus etiam prædictis, Patronis, Mercatoribus, Magiſtris, & Marinariis Galearum prædictarum, ac aliis, de dictis Villâ & partibus de Veniſe, quicquid ad Nos pertinet de Tranſgreſſionibus, in dictis Diſſenſionibus & Diſcordiis perpetratis.

Volentes & Concedentes, pro Nobis & Hæredibus noſtris, omnibus & ſingulis, de Villâ & partibus de Veniſe prædictis, quòd ipſi, cum Galeis, & Bonis, & Mercimoniis ſuis, in Regnum & poteſtatem noſtram ſalvò & ſecurè venire poſſint, & in eiſdem Morari, ac Negotiari; & Commoda ſua facere (Merchandiſas Legales exercendo, & Conſuetudines debitas faciendo) & quòd de eiſdem, Regno & Poteſtate noſtrâ, ad propria ſimiliter redire poſſint liberè & abſque impedimento: & quòd ipſi, vel eorum aliquis, ſeu eorum Bona aut Mercimonia, pro Homicidiis * præ-

* III. 1012.

[illegible] nobis fieret de eiſdem, idemque etiam contineant Skipiamentum ut prædicitur, in numero perſonarum;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 17. die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur Majori, Baronibus, & Ballivis Portuum ſubſcriptorum; videlicet,

De la Rye,	*De Romenhale,*
De Wynchelſe,	*De Pevenese,*
De Haſtinges,	*De Faverſham,*
De Sandwyco.	*De Hethe.*

De non moleſtando Flandrenſes, contra formam Stapulæ.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1323.

Sciatis quod, cum nuper,

Ad Requiſitionem, Nobilis Viri, Lodovici Comitis Flandriæ *An.* 16. & Niverniæ, Nobis ſupplicantis ut, ſuper Diſſenſionibus, inter *E.* 2. noſtros & ſuos Subditos exortis, Treugam iniri & concedi dignaremur, *Pat.* 16. *E.* 2.

Treugæ ineundæ annuerimus, & Conceſſerimus Treugam illam, *p.* 2. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturam, *m.* 18.

Dùm tamen præfatus Comes eandem Treugam in Terrâ Flandriæ publicari & obſervari, & dictos Subditos ſuos a quocumque Subſidio, Scotis, Inimicis & Rebellibus noſtris, faciendo, & a communicatione, cum eiſdem faciendâ, omnino deſiſtere faceret,

Jamque intellexerimus quòd præfatus Comes dictam Treugam in dictâ Terrâ Flandriæ publicari fecit, eamque in eadem inviolabiliter obſervari, ac Scotos, in dictâ Terra Flandriæ exiſtentes, ab eadem infra certum terminum amoveri, & dictos Subditos ſuos a Subſidio, ipſis Inimicis noſtris faciendo, deſiſtere, & a Communicatione, cum * eiſdem faciendâ, ſub gravi foriſfacturâ, abſtinere mandavit; * III. 1013.

Ac nos Treugam, per nos ſic conceſſam, uſque ad dictum Feſtum Sancti Michaelis duraturam, in ſingulis Portubus Regni noſtri publicari mandaverimus & firmiter obſervari:

Nos, volentes Treugam illam in omnibus obſervari, ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum omnes & ſingulos Mercatores, & alios, de dictâ Terrâ Flandriæ, in veniendo in Regnum noſtrum, cum Bonis & Mercandiſis ſuis, in eodem morando & negotiando, & commodum ſuum faciendo, ac exinde ad propria redeundo:

Nolentes quòd, pro Tranſgreſſionibus aliorum, vel pro aliquibus Debitis (de quibus Principales Debitores, ſeu Fidejuſſores non exiſtant) nec, occaſione Tranſgreſſionum, ante hæc tempora factarum, contra tenorem Cartæ noſtræ de Stapulâ Lanarum & Pellium lanutarum, Bona ſeu Mercimonia eorum infra Regnum noſtrum areſtentur dictâ Treugâ ſic durante; dùm tamen exnunc, contra formam ejuſdem Stapulæ, quicquam non attemptent, ſet eidem Stapulæ in omnibus obediant & intendant.

Et ideò vobis mandamus, quòd Hominibus, Mercatoribus, & aliis, de dictâ Terrâ Flandriæ, in veniendo in Regnum noſtrum cum Bonis & Mercandiſis ſuis, in eodem morando & negotiando, & commodum ſuum faciendo, ac exinde ad propria redeundo, non

Digitized by Google

... non fuerunt dictorum Mercatorum no-
ſtrorum, ſet Hominum de Flandriâ, contra dictum Fratrem veſtrum tunc de Guerrâ exiſtentium, ſicut Gentes Compotorum veſtrorum, inquiſito de hoc, vobis reportârunt:

Ac Mercatores noſtri prædicti, ex cauſâ prædictâ, areſtari fecerint atque vendi Bona Mercatorum Ambianenſium, uſque ad ſummam centum, & ſexaginta, & quatuordecim Librarum, & octo Solidorum, Sterlingorum, ad ipſorum Mercatorum veſtrorum grave dampnum, ſicut dicunt,

Velimus eiſdem Mercatoribus veſtris dicta Bona ſua facere reſtaurari, aſſerentes nec vos, nec ipſos, virtute Obligationis prædictæ, in aliquo teneri noſtris Mercatoribus ſupradictis; &, ſi iidem Mercatores noſtri velint contrarium affirmare, quod de hoc ſciatur veritas, & Juſtitia partibus inde fiat;

Super quo Serenitati veſtræ duximus intimandum, quòd, priuſquam dictus Rex, Frater veſter, ſe in dictâ ſummâ præfatis Mercatoribus noſtris, ut præmittitur, obligâſſet, fuit per tunc Conſtabularium Franciæ, de Mandato ipſius Regis, ſuper captione Navis & Lanarum prædictarum, apud Villam Caleſii ſolempniter
* III. 1014. inquiſitum, & declaratum, * per Sententiam, eundem Dominum Regem (ad cujus manus Navis & Lanæ prædictæ devenerunt) teneri ad Reſtitutionem indè præfatis Mercatoribus noſtris faciendam;

Cui quidem Sententiæ idem Rex adquieſcens, ſolutionem dictæ Summæ præfatis Mercatoribus noſtris ſe, ut prædicitur, facere promiſit, & ſuper ſolutione dictæ Pecuniæ Summæ, de termino in terminum differendâ, nos pluries, & per Litteras, & per Nuncios, ſolicitavit;

Noſque, ad ipſius Requiſitiones, Dilationes hujuſmodi, aliquando de conſenſu dictorum Mercatorum noſtrorum, aliquando ex motu proprio (licet ad grave dampnum ipſorum Mercatorum noſtrorum) duximus concedendas:

Voſque, poſtquam Regimen Regni veſtri recepiſtis, nos, ſuper Dilatione hujuſmodi, ſimiliter per veſtras Litteras excitâſtis:

Noſque, ad veſtri rogatum, Dilationem petitam conceſſimus, ut decebat.

Poſtremò verò, dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Adomarus de Valentia, Comes Pembrochiæ, ad veſtras, ut intelleximus, & aliorum Magnatum, de Concilio veſtro, inſtantias, dilationem ſolutionis pecuniæ prædictæ, primò uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum nuper præteritum, & poſtmodùm uſque ad Feſtum Paſchæ jam tranſactum, a nobis impetravit tali Conditione (videlicet) adjectâ;

Quòd, niſi dictis Mercatoribus noſtris de eâdem Pecuniâ, ante dictum Feſtum Paſchæ, eſſet ſatisfactum, idem Conſanguineus noſter inde erga nos & dictos Mercatores noſtros remaneret Obligatus:

Veſtram igitur Serenitatem affectuoſis Precibus deprecamur, quatinùs,

Cùm id (quod ſic fuit auctoritate dicti Fratris veſtri legitimè ſententiatum, & in rem tranſivit judicatam, ac per eundem Fratrem veſtrum, & vos, petitis Dilationibus ſolutionis illius, & conceſſis, emologatum) non deceat jam in dubium revocare,

Moleſtè non feratis quòd Requiſitionibus veſtris, in hâc parte, nobis directis, adquieſcere non valeamus.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo nono die Aprilis.

Ann. D. 1323. Av. 16. E. 2. Claus. 16. E. 2. m. 6. d.

Ad eundem, ſuper Cuſtumarum Exactione.

MAgnifico Principi, Domino K. Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi Illuſtri, Fratri ſuo kariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, &, ſucceſſus ad vota, ſemper proſperos ac felices.

* III. 1015.

... tonienſem præficiendo.

Ann. D. 1323. Av. 16. E. 2. Rom. 16. E. 2. m. 8.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Inter multas ſolicitudines, quibus ex ſuſcepti Regiminis curâ aſſiduè coartamur, dùm conſiderationis noſtræ occurrit optutibus, quanta nobis & Regno noſtro quorumdam Præſidentium indiſcreta Regimina nota diſcrimina pertulerunt, noſtris præcipue inſiſtit præcordiis, ut in Terris, noſtræ ſuppoſitis Ditioni, tales Populorum Regimini præponantur, qui, virtutum donis præmuniti, ſubjectos in humilitate dirigere, & incumbentia etiam nobis onera noverint in oportunitatibus ſupportare:

Cùm itaque Wyntonienſis Eccleſia, per mortem, bonæ memoriæ, Rigandi, nuper Epiſcopi loci illius, jam ſit, ut nobis relatum eſt, Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos, deſiderantes talem ad ipſius Eccleſiæ (quæ una de Nobilioribus Regni noſtri fore dinoſcitur) aſſumi Regimen, qui, devotione conſpicuus, & virtutum inſigniis Decoratus, ſubjectum ſibi Populum verbo ſciat inſtruere pariter & exemplo, & nos etiam, in Regni noſtri Negotiis diſponendis, in proſperis dirigere maturitate Concilii, & munire ſuffragiis in adverſis:

Ac ad perſonam, diſcreti Viri & noſtri Clerici Familiaris, Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ,

Quem Virum novimus Moribus inſignem, Literarum ſcientiâ præditum, in Conſilio providum, vitæ honeſtate præclarum, & in agendis quibuſlibet circumſpectum; cujus etiam obſequioſam promptitudinem, nobis & Regno noſtro perutilem probavimus & in effectu multipliciter fructuoſam,

Noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, ſperanteſque quòd, per ipſius Induſtriæ probitatem (ſi Regimini dictæ Eccleſiæ, providente veſtrâ Clementiâ, aſſumatur) honor accreſcet ex hoc dictæ Eccleſiæ, & totius Regni noſtri tranquilitati providebitur & quieti;

Sanctitati veſtræ (quæ in noſtris & Regni noſtri augendis Profectibus, piis ſemper affectibus inclinatur) toto cordis deſiderio ſupplicamus, quatinùs, præmiſſis Paternâ conſideratione penſatis, præfatum Robertum (quem innumera Virtutum inſignia, & ingens Excellentia Meritorum, ad gradum honoris Eccleſiaſtici, ex merito provehendum, dignum utique & idoneum repræſentant) in Paſtorem & Epiſcopum dictæ Eccleſiæ præficere dignemini de veſtra plenitudine poteſtatis.

Taliter, ſi placet, has Preces noſtras (quas ex intimo cordis veſtræ Benignitati effundimus) exaudire dignantes, quòd nobis & Regno noſtro, ex præfectione ejuſdem Roberti,

In cujus Circumſpectionis, & induſtriæ probitate, plenâ fiduciâ ſupportamur, & pro cujus ampliandis Honoribus veſtram Beatitudinem ſæpiùs interpellavimus, & nunc pro noſtro honore & deſiderio facultas ſe optulit,

Profutura proveniant, & deſiderata proſperitas augeatur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Thynden. viceſimo ſexto die Aprilis.

Ad Cardinales, pro dicto Roberto.

Ann. D. 1323. Av. 16. E. 2. Rom. 16. E. 2. m. 8.

VEnerabili in Chriſto Domino, G. Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum

Dùm in mente revolvimus, quæ nobis, & Regno noſtro nota Diſpendia protulerunt quorumdam Prælatorum indiſcreta Regimina, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Domino Summo Pontifici votivis affectibus per alias noſtras Literas duximus ſupplicandum, quatinùs præfatum Magiſtrum Robertum (quem Virum novimus Literarum ſcientiâ præditum, vitæ & morum honeſtate præclarum, in Conſiliis providum, & in agendis

[illegible] Robert, & les Adherdantz, & lour ſuzmis d'autre part, tanque a la Feſte de la Trinite prechein avenir (le jour de la dite Feſte enclos deinz Suffrance de guerre) iſſint que nous, ne nul de noz ſuzmis, ne les currioms ſur, ne greverioms de guerre, durante la dite Sufferaunce:

Et, ſi rien fuſt meſpris par nous, ou par noz ſouzmis, contre cele Acord, nous le ferioms amender, & mettre en eſtat du, par nous, ou par noz Miniſtres, ſi toſt come nous en ſerrioms duement requis.

Et fut, & eſt noſtre entention que, par cele Soffraunce, nul de noz ſuzmis ne Communaſt as ditz Robert, & ſes Adherdantz, gentz d'Eſcoce, ne entraſt le leur; ne que nul de eux, ne de leur ſuzmis, Communaſt a nul de noz ſuzmis, ne entraſt le noſtre, durante la dite Suffraunce, s'il ne feuſt par noſtre Conduyt eſpecial, ſicome plus plenement eſt contenuz en noz Lettres Patentes de ceo faites;

Nous, par covenables encheſons, la dite Suffraunce de guerre, ſur les condicions ſuſeſcrites, avoms eſloignie, outre la dite Feſte de la Trinite, par quinze jours prechein ſuantz pleinement acompliz; le darner jour de la dite quinzeine enclos dedeinz Suffraunce de guerre.

En teſmoignance de queu choſe nous avoms fait faire ceſtes noz lettres overtes.

Don. a Newerk le 29 jour de April.

Dupplicat.

ET maunde eſt a touz Gardeins des Villes, Coneſtable de Chaſteux, Viſcountes, & autres Miniſtres, & Baillifs le Roi, fermement enjoignants, q'il ne courgent, ne nul des ſouzmis le Roi ne ſoeffrent coure ſur les gentz d'Eſcoce, ne rien attemptent ne ſoeffrent eſtre attempte per les ſouzmis le Roi contre la forme de la Eſloignance avantdite:

Et, ſi rien feuſt meſpris par eux, ou par nul des ſouzmis le Roi, contre ladite forme, adonqes le facent amendre, & remettre en eſtat deu, ſolonc la fourme ſuldite;

Et ceo ne leſſent en nule manere.

Don come deſus.

Duppur.

ET maunde eſt a Viſcounte de Cumbre, fermement enjoignant, que a plus toſt, q'il orra de certein que ceſte Eſloignance ſoit crie & publie en les parties d'Eſcoce, & comande a tenir en droit de eux & de lour ſouzmis, adonque meiſme la Eſloignance, dedeinz ſa Baillie, es lieux ou il verra q'il fait a faire, * face crier,
* III. 1017. garder, & tenir en la fourme avaundite;

Et ceo ne leſſe en nulle manere.

Done come deſus.

En meiſme la manere maunde eſt a Viſcounte de Northumbr.

De præfata Treuga cuſtodienda.

Ann. D. 1323. *An.* 16. E. 2. *Ibid.* LE Roi a, ſon foial & loial, Monſieur Antoyn de Lucy, ſalutz.

Sachez come n'adgairs, pur plus covenable & ſeure voie purveer, *&c. come deſus tant que la* par noſtre Conduyt eſpecial, &

De Securitate pro Comite de Muref, in veniendo ad tractandum de Pace.

LE Roi a touz ceux, qi ceſtes lettres verrount ou orrount, ſalutz. Ann. D. 1323. *An.* 16. E. 2. *Pat.* 16. E. 2. *p.* 2. *m.* 16.

Sachez qe come, ſur l'Aſeuraunce du venir, Thomas Randolf, Counte de Muref, en noſtre Roialme, pur tenir Tretiz de Pees finale acorder entre nous, & Sire Robert de Brus, & ſes Adherauntz, gentz d'Eſcoce, qi ſount de guerre contre nous, ſur les guerres, muces entre nous & eaux, & la demure le dit Counte dinz noſtre Roialme, & ſon returner en Eſcoce ſauvement & ſeurement, ſeroms acordez de chaunger & livrer au dit Sire Robert, ou a ceux, qil vodra deputer de par lui, certeynes Oſtages de noz pur le dit Counte;

Nous en bone foi promettoms qui le chaunge de ditz Oſtages, & du dit Counte, ſe fra bien & ſeurement, & ſauntz mal engin, taunt come en nous eſt, & les noz; & que del heure, que le dit Counte ſerra venuz dedeinz noſtre Roialme d'Engleterre, il ſerra honurablement reſceu, & honeſtement * gardez & tretez, ſolonc * III. 1018.
noſtre poer, ſauntz eſtre mis en nule deſtreſce; & ſerra renvoiez a Twedemuth, quel heure qil vodra returner en Eſcoce, eſtre rendu au dit Sire Robert, pur noz ditz Oſtages; mes que eux ſoient preſtz illoeqes adonqes, d'eſtre renduz a nous, ou a noz, par manere de chaunge, come y furent a comencement liverez.

Et, ſi par aventure aveigne que les ditz Oſtages, ou aucun de eux moergent endementiers de lour mort naturele (que Dieu defend) ou que le Tretiz ſe faille, ou ne ſe preigne mie bien entre nous & le dit Sire Robert, le dit Counte, od touz ſes biens, ſerra renviez a Twedemuth, & renduz au dit Sire Robert, en la forme ſuldite; mes que noz ditz Oſtages (ſoucaux ceux qui ne ſerront mie mortz de lour mort naturele) ſoient renduz illoeqes adonqes a nous, ou a les noz, ſicome deſus eſt dit.

Et, a totes ceſtes choſes fermement tenir & garder, donoms, par ceſtes preſentes lettres, a, noſtre chere & foial, Monſieur William de Herle, plein poer & eſpecial maundement de jurer en l'alme de nous.

En teſmoignaunce de queu choſe nous avoms fait faire ceſtes noz lettres overtes.

Don. a Newerk, le 29. jour de Averil.

Super Statu & Regimine Vaſconiæ.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Venerabili Patri, J. eâdem gratiâ, Elienſi Epiſcopo, & Almarico de Credonio Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem. Ann. D. 1323. *An.* 16. E. 2. *Vaſc.* 16. E. 2. *m.* 10.

Mittimus vobis, ſub Pede Sigilli noſtri, quoſdam Articulos, contingentes Cuſtodiam quorumdam Caſtrorum noſtrorum in Ducatu prædicto, ac ſtatum Cuſtodum Caſtrorum eorumdem, & aliorum Miniſtrorum noſtrorum in partibus illis;

Vobis mandantes quatinus, viſis & diligenter examinatis dictis Articulis, necnon & Ordinationibus, aliàs per nos factis, tàm de Cuſtodiis Caſtrorum noſtrorum in dictis partibus, quàm Officiis & Ballivis ibidem; quas aliàs vobis deſtinavimus in formâ patenti, & adhuc, pro majori Cautelâ, iteratò duximus deſtinandas:

Habitoque ſuper præmiſſis Aviſamento cum, dilecto Clerico noſtro, Adam de Lymbergh, Conſtabulario noſtro Burdegaliæ, & alius

Digitized by Google

… tunc Seneſcal-
lum noſtrum Vaſconiæ, ſuper hoc amicabiliter alloqui fecerimus, & requiri,

Idem tamen Epiſcopus, hujuſmodi Requiſitiones parvi pendens, & ſe exinde magis efferens in Tumorem, dictis Conſulibus & Univerſitati majora prioribus Gravamina intulit, & adhuc cotidie non deſinit cumulare; Civitatem noſtram prædictam ſupponendo Eccleſiaſtico interdicto, ex cujus conſervatione lucrum quærit a Subditis Temporale, non abſque Animarum periculo, pro Sacramentis, & Sacramentalibus miniſtrandis; ipſoſque alias, tàm in Curiâ Franciæ, quam alibi, expenſis & laboribus, per ſe & ſuos, ſatagit multipliciter fatigare, prout pleniùs veſtræ Paternitati aliàs meminimus nos ſcripſiſſe.

Verùm quia ejuſdem Epiſcopi Actus nepharios (qui noſtris cotidie auribus inculcantur) abſque cordis anxietate, non poſſimus æquanimiter tollerare, Sinceritati veſtræ (de qua plenam fiduciam reportamus) votivo deſiderio ſupplicamus, quatinùs penes Dominum Summum Pontificem (cui, pro Tranſlatione præfati Epiſcopi, ad alium locum, & relaxatione Interdicti prædicti, per noſtras literas, preces effundimus cordiales) inſiſtere velitis modis; quibus videritis expedire, ut, pro Tranquilitate Statûs Ducatûs noſtri prædicti, & tanto Scandalo a prædicta Civitate amovendo, dignetur clementer annuere votis noſtris; præſertim cum veriſimiliter credatur quòd, quamdiu in loco, quo nunc præſidet, Paſtorali Officio potiatur, Subditorum ſuorum (quibus Exceſſus ſui multiplices (quod dolendum eſt, ſunt aperti) creſcet indevotio: &, qui ad viam Salutis Paſtoris ſolicitudine deberent dirigi, per Exempli perniciem in erroris devium periculoſiùs pertrahentur:

Talem, ſi placet, & tantam, noſtri intuitu, diligentiam in hac parte apponentes, quòd, veſtro mediante Præſidio, dictæ Civitatis noſtræ tantis diſpendiis occurratur, appoſitione Remedii ſalutaris, & quòd vobis exindè, ad Spiritualia gratiarum munera, teneri debeamus, ex meritò, temporibus oportunis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Maii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino W. Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali, ac Domini Papæ Pænitentiario,
Domino B. Sanctæ Agathæ Diacono Cardinali,
Domino P. Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbitero Cardinali, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino A. Sancti Euſtachii,
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice,
} Diaconis Cardinalibus.
Domino Petro de Viâ Militi, Domino de Villâ Murio & de Cammeto,
Domino Petro de Oſa Militi Vic. de Caramuch & de Sancto Felice, Fratri Papæ.
Domino Arnaldo de Oſa Militi Regis Franciæ.

Pro Roberto Baldok commendatoria.

Ann. D. 1323. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.
An. 16. Nuper,
E. 2. Eccleſiâ Wyntonienſi per mortem, bonæ memoriæ, Rigandi,
Rom. 16. olim Epiſcopi loci illius, viduatâ Paſtore, Nos, quanta nobis &
E. 2. Regno noſtro provenerant diſpendia, ex quorumdam indiſcreto
m. 8. d. Regimine Prælatorum, ad memoriam reducentes, ac cupientes

ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratia, &c. ſalutem, & ſinceræ
Dilectionis affectum. E. 2.

Revolventes nuper, intra mentis noſtræ præcordia, quæ Nobis Rom. 16.
& Regno noſtro protulerant Diſpendia quorumdam indiſcreta Re- E. 2.
gimina Prælatorum: deſiderantesque talibus, Majorum præcipuè m. 8. d.
locorum, in eodem Regno, committi Regimina, qui, virtutum donis præventi, ſubjectos ſibi Populos noverint ſalubriter dirigere, & nobis etiam, in opportunitatibus, Conſiliis aſſiſtere, in imminentibus nobis Oneribus ſupportandis:

Veſtram Paternitatem aliàs affectuosè meminimus nos rogaſſe, quatinus, penes Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc direximus preces noſtras) interponeretis cum efficaciâ preces veſtras, ut ipſe (pro communi utilitate Regni noſtri) diſcretum Virum & noſtrum Clericum Familiarem, Magiſtrum Robertum de Baldok, Archidiaconum Middleſexiæ (Virum utique Moribus & Scientiâ præcellentem, & in cujus circumſpectionis & induſtriæ magnitudine plenam fiduciam reportamus) Regimini Wintonienſis Eccleſiæ, jam vacantis, præponere dignetur, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.

Verùm quia de exauditione hujuſmodi precum noſtrarum nondum pervenit ad nos certus rumor (unde anxiè conturbamur) Sinceritatem veſtram iteratis precibus duximus requirendam quatinùs, ad tranquilitatem & quietem Regni noſtri (quas vos zelare confidimus) debitæ conſiderationis intuitum dirigentes, præfatum Dominum Summum Pontificem, ut dictas preces noſtras (quas ſibi etiam duximus iterandas, ut magis deſiderii noſtri intentio, ſuper hoc, ei nota fiat) inducere velitis, modis & viis, quibus videritis expedire, hujuſmodi preces noſtras dignetur ad exauditionis gratiam admittere, ac noſtrum in hac parte deſiderium taliter adimplere, quòd exindè Nobis & Regno noſtro deſiderata proſperitas augeatur (& prædicta Eccleſia, per ipſius Probitatis induſtriam, ſalutaria ſuſcipiat incrementa.

Dat. apud Biſhopthorp, 28 die Maii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis, Presbitero Cardinali;
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu, Diacono Cardinali;
Dimino A. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diacono Cardinali.

** Super Briga Sedanda, & Roberto de Baldok in Epiſcopum Wintonienſem præficiendo.* • III. 1021.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratia, Sanctæ Ann. D.
Luciæ in Silice Diacono Cardinali, Amico ſuo Cariſſimo, 1322.
Edwardus, ejuſdem gratia, &c. ſalutem, & ſinceræ Dilectionis An. 16.
affectum. E. 2.

Cùm nuper, Rom. 16.

Affectantes Brigam, inter vos, &, dilectum Clericum no- E. 2.
ſtrum, Magiſtrum Robertum de Baldok, motam, ſuper Eccleſia m. 8. d.
de Milton, quæ eſt portio Præbendæ de Aylesbury, in Eccleſia Lincolnienſi, eidem Clerico noſtro collatæ, ſedari,

Præbendam de Stoke, in Eccleſia Lincolnienſi prædicta vacantem, ratione Temporalium Epiſcopatûs Lincolnienſis, in Manu noſtra exiſtentium, vobis contulerimus,

Inter cætera, pro Gravaminibus, eidem Clerico noſtro ad Procurationem veſtram illatis, revocandis, ſi Collationem noſtram de dicta Præbenda de Stoke, vobis factam, acceptare velitis, nobis reſcriberetis velle veſtrum, vos, per noſtras alias Literas, meminimus nos rogaſſe:

Et,

Digitized by Google

Willielmum de Ros de Hamelak;

Et Plures alios Barones & Nobiles de Regno ſuo, ac Juſticiarios ſuos de utroque Banco, Barones de Scaccario, & alios de Concilio ſuo;

Ad Tractandum ſuper quâdam Treugâ (inter ipſum Dominum Regem & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores,
* III. 1022. contra Dominum Regem * de Guerrâ exiſtentes, prælocutâ) firmandâ, vel negandâ:

Inter quos Nobiles, Dominus Henricus de Bello Monte, Baro, & de Magno & Secreto Concilio ipſius Domini Regis Juratus, & vocatus fuit, & ibidem venit; & cum dictus Dominus noſter Rex, volens ſcire conſilium & aviſamentum omnium, ibidem coram ipſo tunc ex cauſa prædictâ exiſtentium, & cujuſlibet eorum ſingulariter, ſuper Negotiis prædictis; &, inter cæteros, plura ore proprio injunxiſſet dicto Henrico, & ipſum requiſiviſſet ut eidem Domino Regi conſuleret in hac parte:

Dictus Henricus, quodam motu exceſſivo, & animo quaſi irreverenti, dicto Domino Regi reſpondit ſæpiùs, quòd ſibi conſulere noluit in hac parte:

De quâ Reſponſione idem Dominus Rex commotus, præcepit dicto Henrico quod Concilium ſuum exiret:

Et idem Henricus, exeundo Concilium, dixit modo quo prius, & quòd plus ſibi placeret a dicto Concilio abſentari, quàm eidem intereſſe:

Super quibus idem Dominus Rex præfatis Magnatibus, & aliis de Concilio ſuo, ibidem exiſtentibus, præcepit quòd conſulerent de Judicio faciendo de dicto Henrico in hac parte; deſicut idem Henricus, Homo ſuus ligeus, & Baro, ac de Concilio ſuo Secreto juratus fuit, & requiſitus de conſulendo dicto Domino Regi, ſuper tanto & tam arduo Negotio, ipſum Dominum Regem & Regnum ſuum ita ſpecialiter tangente, eidem ſic reſpondet, quòd eidem Domino Regi conſulere noluit, & alia opprobria dixit, ſicut prædictum eſt, & quod Judicium illud facerent:

Et, habito inde per dictos Magnates & alios, de Concilio Domini Regis, ibidem exiſtentes, tractatu & deliberatione diligenti, præfato Henrico coram dicto Domino Rege, Magnatibus, & aliis ſupradictis ibidem, eodem die, poſtmodum revocato, Conſideratum eſt per alios de Concilio ſupradicto, quòd dictus Henricus committatur Priſonæ pro contemptu & inobedientiâ ſupradictis.

Pro prædicto Henrico manucapto, &c.

Poſteà Henricus de Percy, Radulphus de Nevill, Simon Warde, Henricus Filius Hugonis, Rogerus de Somervill, & Thomas Ugthred de Comitatu Eborum: & Willielmus Ridel, & Thomas Grey de Comitatu Northumbriæ; manuceperunt prædictum Henricum de Bello Monte, videlicet, quilibet eorum Corpus pro Corpore, habendi eum coram Domino Rege, in eodem ſtatu quo nunc eſt, cum inde fuerint præmuniti.

Ann. D. 1323. *An. 16. E. 2.*

Forma Treugæ, per treſdecem Annos, ad requiſitionem Roberti de Brus, accordata.

Pat. 16. E. 2. p. 2. m. 9.

LE Roi a touz ceux, qui ceſtes preſentes verront ou orront, ſaluz.

Sachez que, come Sire Robert de Brus, nyadgairs nous euſt re-

Tom. II. P. II.

ſchein ſuauntz pleinement acompliz, le darrein jour de meiſme ceis treſze aunz enclos deinz les Soeffrance & Trewe,

Pur pleinement, endementiers, treter ſur finale Pees, ſicome eſt ſuſdit, ſur les condicions, qui s'enſuent, c'eſt a ſaver;

Que les dite Soeffrance & Trewe ſoient tenuz & gardes, bien & pleinement, entre nous, & noz ſubietz, adherantz, & aidantz d'une part, & le dit Sire Robert de Brus, ſes ſubietz, adherantz, & aidauntz d'autre part; &, ſi Dieu fait ſa volunte de nous, & du dit Sire Robert, ou l'un de nous, dedeinz les ditz treſze aunz, jadumeyns durent les dites Soeffrance & Trewe entre les terres d'Engleterre, Gales, Gaſcoigne, & Irlaund, & les poeples de yceles d'une part, & la dite terre d'Eſcoce, & le poeple de ycele, d'autre part, tanque a la fin des ditz treſze annz pleinement acompliz.

ITEM, Acorde eſt que cheſcune manere de occupacion & des purpriſes, faites en noz dites terres d'Engleterre, Gales, Gaſcoigne, & Irlaund, ou nul de lour apartenances, par le dit Sire Robert de Brus, ou par les ſoens; & auſſi en la dite terre d'Eſcoce, ou nul de ſes apartenances, par nous, ou par les noz, ſoient remues, & de tut ouſtes deinz le douziſme jour Juyn ſuſeſcrit.

ITEM, Si nul point chiete en debat, que al obſervance des dites ſoeffrance & trewe appent, ſoit eſclares, en bone foi & ſauntz delai, par les Gardeins de celes ſoeffrance & treive, joyntement d'une part, & d'autre, &, ſi par eaux ne poet eſtre fait, ſoit reportez a nous, & au dit Sire Robert de Brus, & eſclares par nous, & par ly, & par noz Counſeals, & par ſes Counſeals, ou par Gentz a ceo deputiez d'une part & d'autre; les dites trewe & ſoeffrance touz jours durauntes en lour vertue.

ITEM, Qe nule Fortureſce ſoit fait, ne redreſce de nouele, d'une part ne d'autre; ceſt a ſaver, deinz les terres, contenues entre Eſcoce, & l'entre de Tyne en la Meer, & enſi ſolonc l'ewe de Tyne tanque a Suthtyne, ne en la terre de Suthtyndale, ne en le Counte de Cumberland, deinz fraunchiſes ne dehors, & devers Eſcoce en les Viſcountes de Berewyk, Rokeſburgh, & Dounfres, deinz Fraunchiſes, ne dehors; ſauve les Fortereſces qui ſount faites, ou en feſaunt a ore.

ITEM, Que nul de ſuzmis, d'une part, ne d'autre, entrecommunent, ſil ne ſoit par conge ou condut, forſpris les Gardeins de Soeffraunce & trewe avauntdites; qui ſe purrount entrecommuner ſur les Marches, ou q'il vodront feſauntz lour Office, ſauntz conge ou condut demaunder.

ITEM, S'il avenist que les neefs d'Eſcoce, par tempeſt de meer, fuiſſent chacez, ou briſaſent deinz noſtre poeir; & les neefs, iſſint briſeez, ne les biens qui ſerront trouez, ne apparteniſſent a nous, ne a autre de noſtre poeir, ſolonc lei de Wrek, adonqes les neefs iſſint chacheez, ou briſeez, enſemblement oue touz les biens, ſoient delivres a les Gentz d'Eſcoce, a qi ils ſerroient, ſauntz empeſchement mettre en les Corps des dites Gentz, ou en les neefs, ou en les biens avantditz; auſſint ſi nule neef, autre que d'Eſcoce, en la quele ſoient Gentz d'Eſcoce, de queles condicions q'ils ſoient, ou alcun d'Eſcoce eit en cele neef biens ou Marchaundiſes, ſoit chacee, ou briſſee deinz noſtre poeir, ou priſe ſur Meer par les noz, les Gentz, & les biens, qui reſonablement ſerront troues d'Eſcoce, ſoient delivres, ſauntz empeſchement, ſi les ditz biens ne aparteniſſent a nous, ou a autre de noſtre poeir, par lei de Wrek, ſicome deſus eſt dit; & en meiſme la manere ſoit fait des Gentz & Marchantz, reſeantz deinz la terre d'Eſcoce, de quele Nacion q'ils ſoient, & de lour biens; & que les ditz Gentz Marchiaundz,

K

cõndut ſuffiſant lour ſoit faite, de venir ſauvement & ſurement a nous.

Item, Nous devoms aſſigner, pur nous, bons & ſuffiſauntz Gardeins, pur les dites ſoeffraunce & trewe garder en touz pointz devers nous, & a redreſcer & faire amender, ſaunz delai, totes les choſes, qui ſerrount purpriſes, ou meſpriſes countre les dites ſoeffrance & trewe, par noz ſuchietz, ſuzmis, aidantz, ou adherdantz; & a tenir, garder, & fournir totes les choſes deſus eſcrites, & cheſcun de les, ad noſtre dit Coſyn de Pembrok, par noſtre comandement, fait ſerrement en noſtre alme a Seintes Ewangeles, & l'Avoms auſſint fait jurer par Countes & Barons.

En teſmoignance de queles choſes nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Overtes.

Don. a Thorp, pres d'Everwyk, le 30. jour de May, l'An de grace 1323. & de noſtre Regne 16. ſuſeſcritz.

De dicta Treuga publicanda.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Clauſ* 16. *E.* 2. *m.* 5. *dor.*

LE Roi au Viſcounte de Northumbre, ſalutz.

Come ſoeffrance de guerre & Triewe ſoient priſes & affermees, entre nous, & pur noz terres d'Engleterre, Gales, Gaſcoigne, & Irlaund, od les appartenances, noz ſubjets, ſutzmis, aidauntz, & adherantz d'une part, & aucuns Meſſages de Sire Robert de Brus, pur lui, ſes ſubjetz, ſouzmis, aidantz, & aherauntz, & la terre d'Eſcoce, od les appartenances, d'autrepart, a durer taunque au duſzime jour de Juyn prochein avenir, & de cel jour par treſze aunz procheins ſuauntz pleinement acompliz:

Et, entre les autres choſes, ſoit contenu & acordez que nuls ſouzmis, d'une part, ne d'autre, entrecommunent, ſil ne ſoit par congie ou conduyt,

Forpris les Gardeyns des ſoeffrance & triewe avantdites, qe ſe purrunt entrecommuner ſur les Marches, ou qil vodront feſaunt lour Office, ſaunz congie ou conduyt demander, ſicome es Lettres pleinement eſt contenuz,

Vous mandoms qe meiſmes celes ſoefferance & Triewe facez crier & publier, deinz veſtre baillie, es lieus, ou vous verrez quil ſoit a faire, & les facez auzint garder & tenir, taunt come a vous attient; & ceo ne leſſez en nule manere.

Don a Thorp pres d'Everwyk, le 30. jour de May.

• III. 1025.

• En meiſme la manere eſt eſcrit as Countez Sutheſcritz, & al Gardeyn des Cynk Portz;

Lancaſtr.	*Kanc.*
Ebor.	*Suſſex.*
Lincoln.	*Suthampt.*
Cumbr.	*Cornub.*
Weſtmerland.	*Devon.*
Norff.	*Glouc.*
Suffolk.	*Somerſ.*
Eſſex.	*Dorſ.*

ut nos & Honorem noſtrum diligitis, modis omnibus faciatis.

In cujus, &c. per quindecim dies duraturas.

Teſte Rege apud Biſhopthorp primo die Junii.

De Sacramento Roberti de Brus & aliorum Magnatum de Scotia recipiendo ſuper Treuga.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 8.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

De fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Willielmi le Latimer & Willielmi de Herle, pleniùs confidentes, ad recipiendum, nomine noſtro, Sacramentum, in Animam Roberti de Brus faciendum, necnon & Juramenta aliorum Magnatum de Terrâ Scotiæ ſubſcriptorum; videlicet,

Omnium Comitum de eadem Terra, ac Seneſcalli Scotiæ,	*David de Lindſay,*
Jacobi de Duglas,	*David de Graham,*
Johannis de Meneteth,	*Alexandri Friſel,*
Roberti de Keth,	*Hugonis de Ros,*
Henrici de Sancto Claro,	*Roberti Boyt, &*
Gilberti de la Haye,	*Roberti Lowedre Senioris,*

Super Treugâ & Sufferentiâ Guerræ,

• Inter nos, pro nobis & Subditis noſtris, ac nobis Adhærentibus, & pro Terris noſtris Angliæ, Walliæ, Vaſconiæ, & Hiberniæ, ac earum Pertinentiis, & prædictum Robertum de Brus, pro ſe, & ſibi Adhærentibus, ac pro Terrâ Scotiæ & Pertinentiis ejus, initâ, & firmitâ, uſque ad duodecimum diem Junii proximò futurum, &, ab eodem die, per treſdecim Annos proximò ſequentes plenarie completos, juxta tenorem literarum, hinc inde confectarum, • III. 1026.

Tenendâ & obſervandâ:

Necnon ad quoſdam Obſides pro Thoma Randolf Comite Murref, uno Nunciorum prædicti Roberti de Brus, ex cauſâ prædictâ, nuper in Regnum noſtrum miſſorum, de Mandato noſtro præfato Roberto liberatos, recipiendum,

Dictos fideles noſtros conjunctim & diviſim tenore præſentium deputamus.

In cujus rei, &c.

Teſte Rege apud Biſhopthorp, primo die Junii.

De Treuga inter Regem Angliæ & Robertum de Brus cuſtodienda.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Pat.* 16. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 9.

REX dilectis & fidelibus ſuis, Radulpho de Nevill, Rogero de Horſle, & Ricardo de Emeldon, ſalutem.

Sciatis quòd,

Cum Sufferentia Guerræ & Treuga inter nos, & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, contra nos de Guerrâ exiſtentes, initæ ſint & firmatæ, uſque ad duodecimum diem Junii proximò futurum, &, ab illo die, per treſdecim Annos, proximò ſequentes plenariè completos duraturas,

Nos, volentes Sufferentiam & Treugam prædictas in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, quatenus ad nos & Subditos noſtros attinet, inviolabiliter obſervari, ac de circumſpectione veſtrâ providâ pleniùs confidentes,

Aſſigna-

• III. 1027.

** Ad Magnates Hiberniæ, de non veniendo in Expeditione Guerræ Scotiæ.*

Ann. D. REX, dilecto & fideli ſuo, Richardo de Burgo Comiti Ultoniæ, ſalutem.
1323. An. 16. E. 2. Claus. 16. E. 2. m. 4. d.

Licet nuper vos rogaverimus quòd Equis & Armis, quantò decentius & potentiùs poſſetis, vos pararetis, & in Obſequium noſtrum, pro expeditione Guerræ noſtræ Scotiæ, ad Vadia noſtra veniretis;

Quia tamen Sufferentia Guerræ & Treuga inter nos & dictos Scotos jam initæ ſunt & firmatæ, uſque ad duodecimum diem Junii proximò futurum, & ab eodem die, per treſdecim Annos proximò ſequentes plenariè completos duraturæ;

Vobis ſignificamus, quòd in obſequium noſtrum prædictum vos accedere non oportet ex hac causâ.

Teſte Rege apud Biſhopthorp, primo die Junii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, videlicet,

Thomæ Fitz Johan Comiti de Kildare,
Maurico Filio Thomæ,
Willielmo de Burgo,
Johanni de Barri,
Johanni le Power Baroni de Dungoill,
Johanni de Verdoun,
Waltero de Cuſak,
Mauritio de Rocheford,
Simoni de Genevill,
Richardo le Waleys.

REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Bermyngham, Comiti de Louthe, Juſticiario ſuo Hiberniæ, ſalutem.

Quia ſufferentia Guerræ, *&c. ut ſupra uſque ibi* duraturæ,

Vobis mandamus quòd Proviſioni Hominum ad Arma, pro Expeditione Guerræ prædictæ faciendæ, omnino ſuperſedeatis.

Teſte ut ſupra.

REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Waltero de Iſtlep, Theſaurario ſuo Hiberniæ, ſalutem.

Quia ſufferentia, *&c. ut ſupra.*

Vobis mandamus quòd Providentiis Victualium, pro Expeditione Guerræ prædictæ faciendis, omnino ſuperſedeatis: Et, ſi aliqua Victualia, pro eâdem Guerrâ proviſa, penes vos remaneant, tunc eadem vendatis, prout ad commodum noſtrum melius fuerit faciendum; & de Denariis inde Provenientibus, nobis reſpondeatis.

Teſte ut ſupra.

Ad Nobiles Vaſconiæ, de non veniendo in Expeditione prædicta.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Claus. 16. E. 2. m. 4. d.

REX, dilecto & fideli ſuo, Fulconi L'Eſtraunge, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, ſalutem.

Licet nuper vobis duxerimus injungendum, quòd Nobiles Ducatûs prædicti, & alios requireretis ex parte noſtrâ, de veniendo ad nos cum Equis & Armis ad proficiſcendum nobiſcum contra

R... tem. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 2. m. 11.

Cùm Albertus Sacortada Miles, Bernardus Guillielmi Sorin Burgenſis, & Petrus de Planeſio Juriſperitus, Nuncii, Magnifici Principis, Domini Sancii, Regis Majoricarum, cum literis ipſius Regis ad nos nuper venientes, ad propria ſe divertant;

Vobis mandamus quòd præfatis, Alberto, Bernardo, & Petro, aut Hominibus, ſeu Rebus ſuis in redeundo verſus partes ſuas, non inferatis, ſeu inferri permittatis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen; &, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Petri ad vincula proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Thorp Epiſcopi juxta Eborum, quarto die Junii.

Per ipſum Regem.

Litera ad Regem Majoricarum.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Claus. 16. E. 2. m. 6. d.

MAgnifico Principi, Domino Sancio, Dei gratiâ, Regi Majoricarum, Comiti Roſſilionis & Ciritaniæ, & Domino Montph. Affini noſtro cariſſimo, Edwardus, ejuſdem, &c. ſalutem, & proſperis ſucceſſibus jocundari.

Litteras Magnificentiæ veſtræ, quas nobis præſentaverunt Albertus Sacortada Miles, Bernardus Guillielmi Soryn Burgenſis, & Petrus de Planeſio Juris peritus, Nuncii veſtri, ſuper quadam Deprædatione, in Mari per Subditos noſtros, Gentibus & Subditis veſtris, Regni veſtri Majoricarum, factâ, ut aſſeritur, recepimus: & ſuper his, quæ eædem Litteræ veſtræ continebant de eodem facto, habuerimus cum Concilio noſtro tractatum pleniorem.

Et licet, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, difficile foret hujuſmodi Maleficia, ſi perpetrata eſſent, convincere, pro eo quod Dampna paſſi pro Juſtitiâ in hâc parte conſequendâ inſtare renuebant, quaſdam cauſas, coram nobis, ſuper hoc allegantes;

Affectantes tamèn inter veſtros & noſtros Subditos mutuam & pacificam Communionem, ad commune Commodum, hinc indè confoveri, de noſtrâ Regiâ poteſtate quendam Proceſſum ſpecialem ordinavimus, pro veritate ſuper dictis Maleficiis celeriùs, veſtri contemplatione, indagandâ; per quem dicta Maleficia, & Perpetratores eorumdem, quatenus de Jure fieri poterit, convinci & puniri faciemus.

Magnificentiæ veſtræ ſignificantes, quòd ad Juſtitiam Subditis veſtris, infra Regnum & Poteſtatem noſtram venientibus, celerem & plenam, in omnibus querelis ſuis, faciendum, necnon ad ea, quæ veſtris Honori & Beneplacitis grata fuerint, paratos ſemper volumus inveniri.

Dat. apud Thorp juxta Eborum, quarto die Junii.

• III. 1029.

** Pro Comite Richmondiæ in Scotia captivo.*

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Pat. 16. E. 2. p. 2. m. 8.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus Conſanguineus & fidelis noſter, Johannes de Britanniâ, Comes Richemundiæ, in Obſequio noſtro, nuper per

ctam, ad Sedem Apoſtolicam procurárunt jam citari, ſuper Jure Advocationis ejuſdem Medietatis reſponſurum; unde idem Comes metuit ſibi præjudicium poſſe de facili generari, dictumque Judicium, contra Legem & Conſuetudinem prædictas, debito defraudari effectu; maximè cum Placita de Advocationibus Eccleſiarum, de antiquâ & approbatâ Conſuetudine, ad nos infra Regnum noſtrum pertinere noſcantur:

Nos, Jura Coronæ noſtræ deſiderantes in omnibus illibata ſervari, Sanctitati veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinùs, præmiſſis (quæ vobis veritatis teſtimonio duximus intimanda) providâ deliberatione penſatis, quicquam in noſtri & dicti Conſanguinei noſtri præjudicium, ſuper Advocatione Medietatis ſupradictæ, per Proceſſus aliquos, contra dictum Præſentatum, in veſtræ Sanctitatis Curiâ faciendos, fieri, ſi placet, nullatenus permittatis.

Conſervet vos Altiſſimus, ad Regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, per tempora longiora.

Dat. apud Eborum, quinto die Junii.

Ad Comitem de Valoys, ſuper Matrimonio per ipſum propoſito.

Ann. D. REX, Nobili Viro, Domino Karolo, Comiti de Valoyes,
1323. Amico ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
An. 16. Expoſita nobis, per Magiſtrum Johannem de Porta, juxta tradi-
E. 2. tam ſibi a vobis Credentiam, ſuper Matrimonio, inter Edwardum
Clauſ. 16. Primogenitum noſtrum, & Filiam veſtram contrahendo, audivi-
E. 2. mus; & ſuper eiſdem Deliberationem habuimus cum aliquibus de
m. 7. *dor.* noſtro Concilio & Tractatum.
* III. * Verùm, quia tàm nobis, quàm illis, viſum eſt non eſſe ex-
1030. pediens, neque decens quòd Contractus hujuſmodi, abſque Prælatorum & Magnatum Regni noſtri, conſilio & aſſenſu, in Parliamento requirendis, firmaretur,

Veſtræ Sinceritati duximus intimandum, quòd cito, poſt Feſtum Sancti Michaelis proximò venturum, Parliamentum noſtrum proponimus convocare; & tunc de Communi Conſilio, ſuper dicto Negotio, ordinare curabimus, quod vobis placitum, nobiſque, & Regno noſtro utile fore videbimus & Decorum.

Dat. apud Thorp juxta Eborum, ſexto die Junii.

Ad Regem Franciæ, ſuper Matrimonio prætacto.

Ann. D. SEreniſſimo Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ, Franciæ &
1323. Navarræ Regi Illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, &c.
An. 16. ſalutem, & ſucceſſus, ſemper ad vota, proſperos ac felices.
E. 2. Expoſita nobis, per Magiſtrum Johannem de Porta, juxta tra-
ibid. ditam ſibi Credentiam, ſuper Matrimonio inter Edwardum Primogenitum noſtrum, & Filiam, Nobilis Viri, Karoli Comitis de Valoyes, contrahendo, audivimus, & ſuper eiſdem Deliberationem habuimus aliqualem.

Set ſuper eodem, in proximo Parliamento noſtro, quod ſtatim, poſt Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum teneri proponimus, Deliberationem & Tractatum pleniorem habere intendimus; & tunc indè taliter ordinare, quod inde debebitis meritò contentari.

Dat. ut ſupra.

Triewe, a l'entencion que, deintz cele Triewe, homme puiſſe tretir de Pees finale:

Et, ſur ceo, alerent noz ditz Meſſages, enſemblement oue les Meſſages le dit Roi d'Engleterre, devant meiſme celui Roi a Thorp, pres d'Everwyk, & lui requiſterent ſur la dite boſoigne, & illoqes, debatues les choſes entre le Counſeil le dit Roi d'une part, & noz ditz Meſſages d'autre part;

Le trentiſme jour de May, l'an de grace mille, treiſcentz, vintiſme tiercz, & de noſtre Regne dis oytiſme, par aſſent des Erceveſqes, Eveſqes, Countes, & Barouns du Roialme d'Engleterre,
accorde fu entre le dit Roi d'Engleterre, * pur lui & pur ſes Ter- * III.
res d'Engleterre, Gales, Gaſcoigne & Irlaund, od les appartenan- 1031.
ces, & pur ſes ſubietz, adherdauntz, & aidantz d'une part, & noz ditz Meſſages, pur nous, noz ſubietz, adherdauntz, & aidauntz, & pur noſtre Roialme d'Eſcoce, od les appartenances, d'autre part, Soeffraunce de Guerre & Triewe, a durer tauntque a duzſime jour de Juyn prochein avenir, & de cel jour par treſze anns procheins ſuauntz pleinement accomplir, *&c. prout ſupra de* 30. *Maii, mutatis competenter mutandis, ad hæc verba, viz.*

Nous Robert, Roi d'Eſcoce, avantdit, par aſſent des Eveſques, Countes, & Barones de noſtre Roialme, les dites Soeffraunce & Triewe, & toutes les choſes ſuſeſcrites, & cheſcune de les pur nous, nos ſoutzmis, aerdauntz, & aidauntz, & pur noſtre Roialme d'Eſcoce avantdit, voloms, looms, ratifioms, aggreoms, & de certeine Science approvoms.

Et, a tenir, garder, & fournir totes les choſes ſuſeſcrites, & cheſcune d'eles, ad noſtre chere Neveu avantdit, par noſtre commandement, en noſtre preſence, fait ſerement, en noſtre alme, a Seintes Evangeles; & l'avoms auxint fait jurer par Countes & Barons.

En teſmoignance de quele choſe nous avoms fait faire ceſtes noz lettres overtes.

Don. a Berewyk ſur Twede le 7 jour de Juyn, l'an de grace mil, treſcentz, vintiſme tiercz, & de noſtre Regne diſoytiſme.

Pro Roberto de Baldok, in Epiſcopum Wyntonienſem ſublimando.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino J. Dei gratiâ, Sancti A- Ann. D.
driani Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, 1323.
ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. *An.* 16.
Revolventes nuper, inter mentis noſtræ præcordia, quæ nobis *E.* 2.
& Regno noſtro protulerant diſpendia quorumdam indiſcreta Re- *Rom.* 16.
gimina Prælatorum, deſiderantesque talibus, majorum præcipuè *E.* 2.
locorum, in eodem Regno committi Regimina, qui, virtutum *m.* 8. *d.*
donis præventi ſubjectos ſibi Populos noverint ſalubriter dirigere, & nobis etiam, in Oportunitatibus, Conſiliis aſſiſtere, in iminentibus nobis oneribus ſupportandis:

Veſtram Paternitatem aliàs affectuoſe meminimus nos rogâſſe, quatinùs penes Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc direximus Preces noſtras) interponeretis cum efficaciâ partes veſtras, ut ipſe (pro communi utilitate Regni noſtri) diſcretum Virum & noſtrum Clericum Familiarem, Magiſtrum Robertum de Baldok, Archidiaconum Middleſexiæ (Virum utique Moribus & Scientiâ præcellentem, cujus fructuoſis Obſequiis & Laboribus indefeſſis plurimùm ſupportamur, & in cujus circumſpectionis & induſtriæ magnitudine plenam fiduciam reportamus) Regimini Wyntonienſis Eccleſiæ, jam vacantis, præponere dignetur de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.

Verùm, quia de exauditione hujuſmodi Precum noſtrarum nondum pervenit ad nos certus rumor (unde anxiè conturbamur) Sinceritatem veſtram iteratis Precibus duximus requirendam, quatinùs
ad

Digitized by Google

dem Portione, ſeu aliquo de Pertinentiis ſuis, alicui alteri inde faciendâ.

Et quod Caſtrum, Domos, Manſiones, & alia Ædificia quæcumque, in Portione prædictâ exiſtentia, ſufficienter ſuſtentet; & ea, ac Homagia, Boſcos, Nemora, & omnia alia, ad Portionem prædictam pertinentia, abſque Vaſto & Deſtructione, cuſtodiat.

Et, ſi fortè dictus Mathæus Portionem prædictam, vel aliquam partem ejuſdem, alicui alteri tradiderit; ſeu Caſtrum, Domos, Manſiones, vel alia Ædificia, in dictâ Portione exiſtentia, competenter non ſuſtentaverit; aut de illis, vel de Homagiis, Boſcis, Nemoribus, ſeu aliis, ad Portionem prædictam pertinentibus, Deſtructionem fecerit ſive Vaſtum; tunc liceat Nobis, & Hæredibus noſtris, Portionem prædictam, cum ſuis Pertinentiis, adeò plenè & integrè, ſicut eam dicto Matheo fecerimus liberari, ut noſtrum Dominium proprium, ſine Contradictione, vel Reclamatione ipſius Mathei, vel alicujus alterius, in manum noſtram reſumere, & imperpetuum retinere;

Ita etiam quòd, poſt mortem præfati Mathei, Portio prædicta, cum dictâ integritate ſuâ, & pertinentiis ſuis univerſis, ad nos, & Hæredes noſtros revertatur; Noſque, vel Hæredes noſtri tunc prædictam Portionem, cum ſuâ integritate prædictâ, & Pertinentiis univerſis, ut noſtrum proprium Dominium, ſine Contradictione, vel Reclamatione cujuſcumque, per Nos, vel alios, nomine noſtro, ingredi poſſimus, ut prædictum eſt, & imperpetuum retinere.

Dictus verò Matheus, pro Donatione & conceſſione prædictis, & causâ eorumdem, nobis Homagium & Fidelitatem facere tenetur, & ea nobis debet facere requiſitus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Cowyk, nono die Junii.

Super Johanne de Stratford, Proviſione Papæ in Epiſcopum Wintonienſem Evecto.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2.

JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Gratiæ divinæ præmium & præconium humanæ laudis acquiritur, ſi per Seculeres Principes Eccleſiarum Prælatis, præſertim Eccleſiarum Cathedralium Regimini Præſidentibus, honor debitus impendatur.

Nuper ſiquidem,

*| III. 1033. * Eccleſiâ Wyntonienſi, per obitum, bonæ memoriæ, Rigaldi, Epiſcopi Wyntonienſis (qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum) Paſtoris ſolatio deſtitutâ,

Nos,

Attendentes quòd nullus, præter Nos, de ipſius Eccleſiæ Wyntonienſis Proviſione ſe eâ vice intromittere poterat, pro eo quòd Nos, diu ante vacationem hujuſmodi, Proviſiones omnium Eccleſiarum, tàm Cathedralium, quàm aliarum, tunc apud dictam Sedem vacantium, & quas inantea vacare contingeret apud eam, noſtræ Diſpoſitioni reſervantes,

Decrevimus extunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis, per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attemptari,

Ac de Ordinatione ipſius Wyntonienſis Eccleſiæ, nè longæ va-

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 2. dor.

REX, venerabili in Chriſto Patri, Stephano, eâdem gratiâ, Epiſcopo Londonienſi, ſalutem.

Auribus noſtris intonuit (quod moleſtè gerimus) quòd plerique de Populo Dei, veſtro commiſſo Regimini, Diabolicâ fraude decepti, ad quandam Tabulam, in Eccleſiâ veſtrâ Sancti Pauli Londoniæ exiſtentem,

In quâ Statuæ, Sculpturæ, ſeu Imagines diverſorum, &c, inter cætera, Effigies Thomæ, quondam Comitis Lancaſtriæ, Inimici & Rebellis noſtri, ſunt depictæ,

Fatuè accedentes, eam, abſque Auctoritate Eccleſiæ Romanæ, tanquàm rem Sanctificatam, Colunt & Adorant;

Aſſerentes ibi fieri Miracula, in opprobrium totius Eccleſiæ, noſtri & veſtri dedecus, & animarum populi prædicti periculum manifeſtum, & pernicioſum Exemplum aliorum;

Quòdque vos, ſcientes Abuſiones hujuſmodi in populo vobis tradito vigere, eas connivendo fieri permiſiſtis, quin potiùs, causâ quæſtûs ſeu turpis lucri, fieri diſſimulaſtis; de quo non mediocriter conturbamur:

* III. 1034. * Vobis igitur Mandamus, firmiter injungentes, quatenus, præmiſſis deliberatione providâ penſatis, advertenteſque quod dicta Eccleſia de noſtro Patronatu exiſtit, quodque vos, ratione Fidelitatis nobis præſtitæ, tenemini Honorem noſtrum velle Salvare, & noſtrum Dedecus declinare, dictum Populum, nè ad Tabulam prædictam accedere, Orationes, Oblationes, ſeu alia, ad Cultum Divinum tendentia, abſque Auctoritate Eccleſiæ Romanæ, ibidem facere præſumant, modis omnibus cohibeatis, prout, ex Officii veſtri debito, ad vos, juxta Canonicas Sanctiones, noveritis pertinere:

Taliter vos habentes in hac parte, quòd Dei & noſtri indignationem evitare, & Populus prædictus, per veſtræ Doctrinæ prudentiam ſalubriter inſtructus, a prædictis abuſionibus penitùs deſiſtat, & veſtræ laudis præconium in eodem Populo dilatetur, & conceptam erga vos, & Eccleſiam veſtram prædictam, benevolentiam meritò continuare debeamus:

Et, quid ſuper hiis facere decreveritis, nobis per veſtras Literas, abſque moræ diſpendio, reſcribatis.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo octavo die Junii.

Eodem modo ſcribitur Decano & Capitulo ibidem.

Super Nepote Comitis Sabaudiæ, in Epiſcopum Wintonienſem nominando.

Ann. D. 1323. An. 16. E. 2. Clauſ. 16. E. 2. m. 1. d.

REX Comiti Sabaudiæ, ſalutem.

Literis veſtris Credentiæ, per, diſcretum virum, Aymonem de Junenciano, Clericum veſtrum, nobis exhibitis pro Thomâ de Sabaudâ, Nepote veſtro, in Epiſcopum Wyntoniæ per Nos nominando, veſtris precibus, Domino Summo Pontifici (quem perſonam illius, pro quo ſcripſimus in hoc caſu, nolle creditis acceptare) plenariè intellectis,

Veſtro Affectui intimamus quod, vacante nuper dicto Epiſcopatu, ſtatim, cum ipſius vacatio ad noſtram notitiam perveniſſet, revolventes in animo ut, juxta noſtrum deſiderium, talis ipſius Eccleſiæ Regimini præficeretur, qui Morum gravitate præclarus, ſcientiâ Literarum præditus, poſſet dictæ Eccleſiæ Jura defendere, & deperdita reformare, nobiſque in directione Nobis Subditarum Nationum Conſiliis & Auxiliis aſſiſtere virtuoſis,

Domi-

[...] quod Magiſter Johannes de Stratford,

Per quem, in veſtræ Sanctitatis Curiâ, pro Negotiis noſtris Procurandis, per aliquod tempus ibidem commorantem, eadem juxta noſtri deſiderium proſperari ſperabamus,

Epiſcopatum Wyntonienſem vacantem acceptavit, exindè, ſalvâ Apoſtolatùs veſtri Reverentiâ, anxietatis quaſi intolerabilis Procellis perforamur; præſertim cùm pro hujuſmodi Dignitate, dicto Johanni providendâ, veſtram Clementiam non interpellaverimus; idemque Johannes, ſciens & ſentiens vota noſtra pro Epiſcopatu prædicto ad alium directa, eundem Epiſcopatum, nobis inſciis, immo veriùs contra voluntatem noſtram, ad noſtri Dedecus, acceptavit; ſic, contra Nos delinquendo, & Malum geſtum ſuum, in Negotiis noſtris aliàs repertum, quem ei, ſub ſpe Correctionis uberioris, remiſimus Innovando, & non ſine gravi vitio Augmentando.

Quocirca Sanctitati veſtræ humillimis precibus ſupplicamus, quatenùs, ad Animi noſtri quietem, & Regni noſtri commodum, Paternalis affectionis intuitum convertentes, ſi quid pro dicto Johanne de Epiſcopatu prædicto factum extet, dignemini, ſi placet, noſtris precibus, revocare, & Religioſis viris, & nobis in Chriſto dilectis, Priori & Capitulo Eccleſiæ prædictæ, Liberam Eligendi concedere Facultatem.

Speramus enim, per ipſorum induſtriam, Eccleſiæ prædictæ ſic provideri, quòd ipſa Eccleſia in Spiritualibus & Temporalibus, ad Laudem Dei, & noſtrum ac Regni noſtri commodum, ſalubria ſuſcipiet incrementa.

Conſervet, &c.

Dat. apud Fax Flete, octavo die Julii.

Ann. D. 1323. *An.* 16. *E.* 2. *Rom.* 16. *E.* 2. *m.* 7. *d.*

Ad Cardinales, contra dictum Johannem.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino R. Dei gratiâ, Hoſtienſi, & Velletren. Epiſcopo Cardinali, Amico ſuo Cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

Domino G. Sabinenſi.

Domino N. Sancti Adriani,
Domino P. Sancti Angeli,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino J. Sancti Georgii ad Velum Aureum,
Domino B. Sanctæ Agathæ.
} Diaconis Cardinalibus.

Domino P. tituli Sancti Stephani in Cælio Monte, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicario,
Domino S. tituli Sanctæ Priſcæ,
Domino P. tituli Sanctæ Anaſtaſiæ,
Domino P. tituli Sanctæ Potencianæ,
Domino N. tituli Sancti Euſebii,
Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri,
Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino B. tituli Sancti Marcelli,
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ,
Domino B. tituli Sancti Vitalis.
} Presbiteris Cardinalibus.

Domino J. Sancti Theodori,
Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn;
Domino G. Sanctæ Luciæ in Cilice,
} Diaconis Cardinalibus.

Domino P. Doza Fratri Domini Papæ,
Domino Arnaldo de Via Nepoti Domini Papæ,
Archambaldo, Comiti Petrogorici, noſtro Fideli cariſſimo;
Domino Petro de Via Nepoti Papæ,
Domino Bernardo Jordani.

FINIS TOMI III. EDITIONIS LONDINENSIS.

IV. 1. * *De ſcrutando pro Literis Epiſcopatum Wintonienſem tangentibus.*

Ann. D. 1323. *An.* 17. *E.* 2. *Clauſ.* 17. *E.* 2. *m.* 43.

REX, dilecto & fideli ſuo, Edmundo Comiti Kantiæ, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, Fratri ſuo cariſſimo, vel ejus Locumtenenti, ſalutem.

Quia intelleximus quòd Magiſter Johannes de Stratford, qui in Romanâ Curiâ, pro noſtris Negotiis ibidem procurandis, moram fecit, nobis ignorantibus, & contra voluntatem noſtram, Epiſcopatum Wyntonienſem vacantem acceptavit: quódque litteræ, nobis præjudiciales, in brevi ad partes Angliæ dirigentur, de quo vehementer conturbamur:

Vobis igitur Mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd in ſingulis Portubus & Locis, in Ballivâ veſtrâ, diligens ſcrutinium, omnium & ſingulorum Mare, de partibus tranſmarinis, in Angliâ tranſeuntium, ex nunc fieri faciatis; & omnes & ſingulas Litteras, dictum Epiſcopatum Wyntonienſem, necnon Epiſcopatum Landavenſem vacantem (quem quidem alius in noſtri præjudicium ſimiliter acceptavit) vel perſonam ipſius Johannis qualitercumque tangentes, cujuſcumque tenoris exiſtant, & earum Portitores areſtari, & eoſdem ac Litteras prædictas ad nos, ubicumque fuerimus, ſalvò & ſecurè venire faciatis:

Et præmiſſa ſub ſecreto habeatis, & per veſtros ſubditos & Miniſtros, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, haberi demandetis.

Volumus enim quòd, optentis Litteris prædictis, ulteriùs de Conſilio noſtro fiat, quod ſine noſtri præjudicio fuerit faciendum.

Teſte Rege apud Faxflete, octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Ballivis Villæ Briſtoll.	*Vicecomiti Somerſ. & Dorſ.*
Ballivis Villæ Sutht.	*Vicecomiti Devon.*
Ballivis Villæ de Porteſmuth.	*Vicecomiti Cornub.*
Vicecomiti Sutht.	*Majori & Vicecom. London.*

In:

nobis directas,

Lætè recepimus :

Et, inter illas, Literæ Magiſtri Johannis de Stratford, nobis multipliciter ingrati & infidelis, præſentatæ fuerunt:

Ex quarum viſu & lecturâ, ipſius demeritis, non ſine magnâ cauſâ, nos ad hoc provocantibus, tantus animi rancor & indignatio nos commovit, quòd ſupplicatis pro dicto Valetto annuere non poſſumus iſta vice; de quo nos excuſatos habere velitis, & illud præfato Johanni, qui cauſam ad hoc ſic dedit, totaliter imputare.

Dat. apud Bruſtwyk, decimo octavo die Julii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcritis; videlicet,

Domino G. Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, cum præfato P. Tituli Sancti Stephani,

Domino G. Sanctæ Luciæ in Cilice Diacono Cardinali.

Ad Regem Franciæ de Credentia, ſuper Negotiis Aquitaniæ.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 6. Ced.

MAgnifico Principi, Domino Karolo, Dei gratia, Regi Franciæ & Navarræ illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. ſalutem, & felicibus ſemper ſucceſſibus jocundari.

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, dilecti & fidelis noſtri, venerabilis Patris, H. Epiſcopi Roffenſis, &, dilectorum nobis in Chriſto, S. de Rammeſeye, & W. de Langedon, Abbatum, plenariè confidentes,

Ipſos, pro quibuſdam Negotiis, nos & Ducatum noſtrum Aquitaniæ contingentibus, ad vos duximus deſtinandos;

Magnificentiam veſtram affectuoſis precibus deprecantes, quatinùs præfatis, Epiſcopo, & Abbatibus, & duobus eorum, in hiis, quæ ipſi, vel duo eorum, vobis ex parte noſtrâ expoſuerint vivâ voce, velitis fidem indubiam præbere, & exponenda per ipſos, & duos eorum, gratioſiùs exaudire.

Dat. apud Bruſtwyk, decimo octavo die Julii.

---

*IV. 3. ### * *Ad Comitem Valeſii, ſuper dictis Negotiis.*

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ibid.

REX, Nobili Viro, Domino Karolo, Comiti de Valoys, Conſanguineo ſuo cariſſimo, ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm mittamus dilectum & fidelem noſtrum, venerabilem Patrem, H. Epiſcopum Roffenſem, &, dilectos nobis in Chriſto, S. de Rammeſeye, & W. de Langedon, Abbates, ad præſentiam, Magnifici Principis, Domini Karoli, Regis Franciæ & Navarræ illuſtris, Fratris noſtri cariſſimi, pro quibuſdam Negotiis, nos & ſtatum Ducatûs noſtri prædicti contingentibus:

Amicitiam veſtram affectuosè requirimus & rogamus, quatinùs præfatis, Epiſcopo, & Abbatibus, & duobus eorum in hiis, quæ ipſi, vel duo eorum, vobis expoſuerint vivâ voce, fidem velitis indubiam adhibere, &, pro expeditione exponendorum, erga ipſum Dominum Regem, noſtris precibus, efficaciter interponere partes veſtras.

Dat. ut ſupra.

Pellium Lanutarum, Bona ſeu Mercimonia eorum infra Regnum noſtrum areſtentur, dictâ Prorogatione ſic durante; dum tamen Mercatoribus noſtris, in dictâ Terrâ Flandriæ, eadem Immunitas obſervetur:

Conceſſimus etiam quòd Mercatores, de dictâ Terrâ Flandriæ, & quicumque alii Mercatores Alienigenæ, exnunc, cum Bonis & Mercimoniis ſuis, a Regno noſtro prædicto (ſolutis indè priùs Cuſtumis debitis & conſuetis) uſque ad dictum Feſtum Paſchæ ad partes tranſmarinas, ubicumque voluerint, abſque occaſione vel impedimento noſtri, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcunque, valeant ſe transferre;

Et ideò vobis mandamus, quòd Hominibus, Mercatoribus, & aliis, de dictâ Terrâ Flandriæ, in veniendo in Regnum noſtrum, cum Bonis & Mercandiſis ſuis, in eodem morando, & negotiando, & commodum ſuum faciendo, ac exinde ad propria redeundo, non inferatis, ſeu quantum in vobis eſt, ab * aliis inferri permittatis injuriam, &c. ſeu gravamen: *IV. 4.

Et, ſi quid eis forisfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, facietis emendari; & pro Tranſgreſſionibus aliorum, vel pro aliquibus Debitis de quibus Principales Debitores, ſeu Fidejuſſores non exiſtant, aut occaſione Tranſgreſſionum, ante hæc tempora factarum, contra tenorem Cartæ noſtræ de Stapulâ prædictâ, Bona ſeu Mercimonia eorum infra Regnum noſtrum nullatenùs areſtetis, nec ipſos hiis occaſionibus moleſtetis in aliquo ſeu graveris.

Volumus etiam, & vobis injungimus & mandamus, quòd Mercatores, de dictâ Terrâ Flandriæ, & quoſcumque alios Mercatores alienigenas, exnunc, cum Bonis & Mercimoniis ſuis, a Regno noſtro prædicto (ſolutis indè priùs Cuſtumis debitis & conſuetis) uſque ad dictum Feſtum Paſchæ, ad partes tranſmarinas, ubicumque voluerint, abſque impedimento aliquo, transferre permittatis; dum tamen Mercatoribus noſtris, in dictâ Terrâ Flandriæ, eadem Immunitas obſervetur, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c. uſque ad dictum Feſtum Paſchæ proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Bruſtwyk, viſicimo ſecundo die Julii.

Per ipſum Regem.

Dupl.

De Terris forisfactis, Andreæ de Harcla datis, & ab ipſo forisfactis Antonio de Lucy conceſſis.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2.

REX, viceſimo ſexto Julii, pro bono ſervitio, quod Antonius de Lucy hactenus impendit, ultra Terras & Tenementa, quæ nuper Rex dedit eidem Antonio in Feodo habenda,

DEDIT & CONCESSIT, pro ſe & Hæredibus ſuis, eidem Antonio Manerium de Meaburn Regis, cum Pertinentiis, in Comitatu Weſtmerlandiæ: & Manerium de Grendon, cum Pertinentiis, in Comitatu Northumbriæ;

Quæ quondam fuerunt Rogeri de Clifford, nuper Inimici & Rebellis Regis; & quæ, per forisfacturam ejuſdem, in manu Regis exiſtentia, poſtmodum Rex dedit Andreæ de Harcla, & quæ, per forisfacturam ejuſdem Andreæ, in manu Regis tunc extiterunt;

HABENDA & TENENDA eidem Antonio, ad totam vitam ſuam, de Rege & Hæredibus Regis, per eadem ſervitia, per quæ præfa-

Digitized by Google

... veſtræ Sanctitatis curia, pro negotiis noſtris pro-
curandis, per aliquod tempus ibidem commorantem, eadem juxta noſtri deſiderium proſperari ſperabamus,

Epiſcopatum Wyntonienſem vacantem acceptavit:

De quo, Salvâ Apoſtolatûs veſtri reverentiâ, anxietatis quaſi intolerabilis procellis perforamur; præſertim cùm, pro hujuſmodi dignitate, dicto Johanni providendâ, veſtram Clementiam non interpellaverimus;

Idémque Johannes, ſciens & ſentiens vota noſtra pro Epiſcopatu prædicto ad alium directa, eundem Epiſcopatum, nobis inſciis, immo veriùs contra voluntatem noſtram, ad noſtri dedecus, & illuſionem deſiderii noſtri in hac parte, veluti dampnandæ ingratitudinis Alumpnus, acceptavit:

Sicque, contra nos delinquendo, ac malum geſtum ſuum, in negotiis noſtris, aliàs nequiter perpetratum & repertum (quem ei ſub ſpe Correctionis uberioris remiſimus) innovando, effrænatis auſibus pejora prioribus committere non expavit;

Sanctitati veſtræ nos meminimus literatoriè ſupplicâſſe, quatenùs, ut ad Animi noſtri quietem, & Regni noſtri commodum, intuitum Paternalem benivolum more ſolito convertentes, ſi quid pro dicto Johanne de Epiſcopatu prædicto factum fuiſſet, dignaremini revocare, &, Religioſis viris, & Nobis in Chriſto dilectis, Priori & Capitulo Eccleſiæ prædictæ liberam Eligendi concedere facultatem.

Verùm, quia ex quibuſdam Literis noſtris, veſtræ Clementiæ, ante hæc tempora, pro nobis & noſtris negotiis urgentibus, tranſmiſſis, opportunum effectum non ſenſivimus, nec de eiſdem reſponſum recepimus aliquale, veriſimiliter timere poſſumus quòd dictæ Literæ, malitioſè retentæ, ad veſtram præſentiam non venerunt;

Et, nè forſitan, in præſenti negotio, quod ita ardenter noſtro cordi inſidet, periculum hujuſmodi malitiâ obveniret,

Venerabilem in Chriſto Patrem, Dominum N. Sancti Adriani Diaconum Cardinalem, Amicum noſtrum cariſſimum, rogavimus quod præſentes Literas noſtras veſtræ Sanctitati exhibeat, & pro expeditione earundem inſtet locis & temporibus opportunis:

Veſtræ Beatitudini, ſedulis & votivis precibus iteratis, cum affectione cordis, quâ poſſumus, humiliter ſupplicamus, quatenùs prædictum Patrem, in exhibitione harum noſtrarum Literarum, & exponendis veſtræ Sanctitati, ex parte noſtrâ, per eundem, audire velitis gratioſè; &, ad animi noſtri quietem, & Regni noſtri commodum, Paternalis affectionis intuitum benivolentiâ ſolitâ convertentes, ſi quid, pro dicto Johanne, de Epiſcopatu prædicto factum extet, dignemini revocare, & dictis, Priori & Capitulo, Liberam eligendi concedere facultatem; per quòd fiducialiter ſperamus dictæ Eccleſiæ provideri ſalubriter in Spiritualibus & Temporalibus, ac laudem Dei, ac noſtrum, ac regni noſtri commodum, utiliter procurari.

Quæſumus itaque, pie Pater, ſuper hiis, quæ ſic noſtris ardenter adhærent affectibus, per veſtram Paternalem benivolentiam, nobis reſponſum fieri gratioſum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Cowyk, viceſimo octavo die Julii.

Ad Neapoleonem Urſinum Cardinalem, contra dictum Electum.

Ann. D. 1323.

An. 17. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino N. Dei gratiâ, Sancti
E. 2. Adriani Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwar-
Rom. 17. dus, ejuſdem gratiâ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
E. 2. Dum ad mentem reducimus quæ nobis & Regno noſtro nota
m. 7. Diſpendia protulerunt quorundam Prælatorum indiſcreta Regimina,

ſtri votum eidem exponere, in hac parte, meliori & [illegible] modo, quo poteſtis: Necnon earum exauditionem gratioſam, juxta ſperatam fiduciam, ſolitâ benivolentiâ, effectualiter procurare; ut, veſtro mediante præſidio, preces noſtræ prædictæ, ad animi noſtri quietem, & Regni noſtri commodum, juxta noſtri deſiderium, ad enervationem intentionis ambitioſæ dicti Johannis, compleantur; per quod vobis ad grates infinitas, & ſpecialium gratiarum munera, teneri volumus in futurum.

Super hiis autem Magiſter Parnolus Cæſarii, de monte Florum, Clericus veſter (cui, veſtri contemplatione, intentionis noſtræ propoſitum expoſuimus) Paternitatem veſtram pleniùs informabit.

Quid autem, in præmiſſis, dictus Dominus Summus Pontifex duxerit faciendum, per veſtram paternitatem, reſcribi petimus celeriùs quo poteſtis.

Dat. apud Cowyk, viceſimo octavo die Julii.

Ad Nepotes Papæ, ſuper Negotio ſæpefato.

REX, dilecto & fideli ſuo, Domino Bernardo Jordani de Inſula, ſalutem. Ann. D. 1323.

Veſtræ Sinceritatis præſidia in negotiis, quæ magis inſident nobis cordi, eò ferventiùs imploramus, quò vos, veluti honoris regii Zelatores præcipuos, velle confidimus, pro noſtris complendis deſideriis, opem & operam efficaciter impertiri. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 7. dor.

Cùm itaque dudùm,

Non ſine diri acerbitate doloris, miranter audito quòd Magiſter Johannes de Stratford (quem ad Curiam Romanam, pro negotiis noſtris ibidem procurandis, nuper ſub magnâ confidentiâ deſtinavimus) ſpreto Fidelitatis & Ligeantiæ ſuæ debito, ac Juramenti, nobis per ipſum præſtiti, de honore noſtro pro viribus conſervando, Religione contemptâ, Epiſcopatum Wyntonienſem vacantem, nobis inſciis, immo veriùs contra voluntatem & intentionem noſtras, ad noſtri dedecus, & illuſionem deſiderii noſtri, in hac parte, acceptavit,

Veſtræ Dilectionis & Fidelitatis puritatem, per alias literas noſtras ſpeciales, vobis per, dilectum Vallettum noſtrum, Johannem Columby, Civem Civitatis noſtræ Burdegalliæ, præſentandas, tanto cordis affectu, quanto potuimus, rogavimus,

Quatinùs erga, ſanctiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum Summum Pontificem (cui ſuper dicto negotio preces effudimus etiam ſpeciales) ut, ſi quid, pro dicto Johanne, de Epiſcopatu prædicto factum fuiſſet, dignaretur revocare, &, religioſis viris, ac nobis in * Chriſto dilectis, Priori & Capitulo Eccleſiæ prædictæ Libe- * IV. 7.
ram eligendi Facultatem concedere noſtri contemplatione rogatûs, per vos, & alios, quos ad hoc Adjutores eſſe ſperabitis, modis & viis omnibus, quibus poteritis, interponeretis, cum omni efficaciâ, preces veſtras.

Adhuc, ut lucidiùs veſtræ clareat Dilectionis & Fidelitatis conſtantiæ quanto deſiderio expeditionem præmiſſorum præſtolamur, dictas noſtras preces vobis duximus iterandas; totis deſideriis exortantes, quatinùs erga dictum Dominum Summum Pontificem, per vos & alios, per quos dictum negotium proſperari ſperatis, interponatis, cum omni ſolicitudine & diligentiâ, efficaciter preces veſtras, ut votis noſtris annuat in præmiſſis, prout, dictus Valettus noſter, Johannes Columby (cui in hiis pleniùs aperuimus deſiderium cordis noſtri) vobis, ex parte noſtrâ, dicet clariùs vivâ voce; Ita quòd, veſtro mediante præſidio, dictum negotium effectum ſortiri valeat quem optamus; pro quo vobis ad grates infinitas, & ſpecialium gratiarum munera, teneri volumus, ut aliàs vobis ſcripſimus, in futurum.

Dat. apud Cowyk, viceſimo octavo die Julii.

Eodem

Digitized by Google

De Rogero de Mortuo Mari capiendo.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Clauſ. 17. E. 2. m. 40. d.

REX Vicecomiti Kantiæ ſalutem.

Quia Rogerus de Mortuo Mari de Wiggemor, Inimicus & Rebellis noſter (nuper eâ occaſione captus, & in priſonâ noſtrâ Turris Londoniæ detentus) eandem priſonam fregit, & ab eadem Turri noctanter & felonicè evaſit; undè plurimum conturbamur:

Nos,

Volentes ipſius Rogeri malitiæ & nequitiæ, necnon & periculis, quæ per eundem, & ſibi Adherentes, ſi qui ſint, quod abſit, evenire poterunt, niſi in hac parte remedium apponatur, obviare,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd in ſingulis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, * [• IV. 8.] ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter injungi facias, quòd omnes & ſinguli, ad Pacem & Fidem noſtram exiſtentes, dictum Rogerum, Inimicum noſtrum, ſi ad partes Comitatûs tui declinaverit, Clamore & Huteſio levatis, proſequantur de Patriâ in Patriam, & ipſum Areſtent & Capiant, mortuum ſive vivum; quod etiam tu, in propriâ perſonâ tuâ, cum toto Poſſe Comitatûs tui, ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poteris, facias & exequaris, ſi dictum Inimicum noſtrum ad Ballivam tuam declinare, vel in eadem, ſive infra Libertatem, ſive extra, contigerit inveniri.

Facies etiam in dictâ Ballivâ tuâ ſimiliter publicari, quòd omnes & ſingulos, quos, in proſecutione & captione dicti Inimici noſtri, ſe contrarios, rebelles, aut tepidos reddiderint, ſibi Adhærentes, & ipſius Fautores reputabimus, ipſoſque pro talibus puniemus.

Et præmiſſa, ſicut indignationem noſtram vitare, & te & tua indempnia ſervare volueris, cum tantâ diligentiâ facias & exequaris, quòd non poſſis ſuper aliquâ negligentiâ reprehendi.

Et de eo, quod indè feceris, & de nominibus eorum (ſi quos contrarios aut rebelles inveneris) nos, quotiens expedire videris, reddas, ſub ſigillo tuo, diſtinctè & apertè certiores.

Teſte Rege apud Kirkeham, ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De receptoribus Rogeri de Mortuo Mari de Wygemor capiendis.

Iterata Mandata ſuper Captione prædicta.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 17.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Liberis hominibus, & omnibus aliis, de partibus Weſtwalliæ & Southwalliæ, tàm de Libertatibus, quàm terris aliis quibuſcunque, ſalutem.

Quia Rogerus de Mortuo Mari de Wygemore, Inimicus & Rebellis noſter *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

. Et tranquillitati ac quieti Populi, tàm Regni noſtri Angliæ, quàm Terræ noſtræ Walliæ, qui per prædictum Inimicum noſtrum, & ſibi Adhærentes, ſi qui ſint, quod abſit, turbari poterunt forſitan, providere,

• IV. 9.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 17.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis, de Regno & Poteſtate noſtrâ, tàm infra libertates, quàm extra, ad quos, &c. ſalutem.

Quia Rogerus de Mortuo Mari de Wygemor, Inimicus & Rebellis noſter, *&c. ut ſupra uſque hæc verba, viz.*

Ac tranquilitati & quieti Populi noſtri, qui per dictum Inimicum noſtrum, & ſibi Adhærentes, ſi qui ſint, quod abſit, turbari forſitan poterunt, providere volentes,

Aſſignavimus dilectum & fidelem noſtrum, Hugonem le Deſpenſer, Comitem Wyntoniæ, ad prædictum Rogerum, & ſibi Adhærentes; ſi qui fuerint, ubicumque ipſos infra Regnum & Poteſtatem prædicta, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, Inſequendum, Areſtandum, & Capiendum, & ipſos in Priſonis noſtris, per Vicecomites noſtros, in quorum Ballivis ipſos capi contigerit, ſalvò cuſtodiri faciendum, quouſque aliud ſuper hoc duxerimus demandandum:

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, mandamus, firmiter injungentes, ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poteritis, quòd eidem Comiti in præmiſſis ſitis intendentes, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, facienteſque toto poſſe veſtro ea, quæ idem Comes vobis injunget ex parte noſtrâ.

Damus autem eidem Comiti plenam Poteſtatem omnes illos, quos in hac parte invenerit contrarios aut Rebelles, per Captionem & Incarcerationem Corporum ſuorum, & per Captionem Terrarum, & Tenementorum, Bonorum, & Catallorum in manum noſtram, puniendi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Pykering, decimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De Cuſtode Inſulæ Oleronis aſſignando.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Vaſc. 17. E. 2. m. 8.

REX, univerſis & ſingulis, ad quos, &c. ſalutem.

Volentes Cuſtodiæ debitæ & Regimini Inſulæ noſtræ Oleronis, jam Cuſtode carentis, provideri: ac de fidelitate & circumſpectione providâ venerabilis Patris, J. Elienſis Epiſcopi (quem ad partes Ducatûs noſtri prædicti, pro Negotiis noſtris ibidem proſequendis & dirigendis, nuper deſtinavimus) pleniùs confidentes,

Deputandi & Aſſignandi, per Literas ſuas Patentes, noſtro nomine, Cuſtodem Inſulæ prædictæ, quamdiu nobis placuerit, eidem Epiſcopo plenam, tenore præſentium, committimus poteſtatem:

Mandantes omnibus & ſingulis Subditis noſtris Inſulæ prædictæ, & aliis quorum intereſt, vel intereſſe poterit, & firmiter injungentes, quòd illi, quem dictus Epiſcopus, per Literas ſuas Patentes, noſtro nomine, ad Cuſtodiam Inſulæ prædictæ deputaverit, tanquam Cuſtodi noſtro Inſulæ prædictæ in omnibus, quæ ad Cuſtodiam Inſulæ illius pertinent, intendentes ſint & reſpondentes, quamdiu ſic deputatus Cuſtodiæ intenderit ſupradictæ.

In cujus, &c.

Dat. apud Pykering, decimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem, nunciante Magiſtro Roberto de Baldok.

Digitized by Google

Dat. apud Pykering, decimo ſeptimo die Auguſti.

Ad Papam, de Credentia ſuper diverſis Negotiis, & inter cætera, contra Electum Wintonienſem, quem PSEUDO-NUNCIUM *nuncupat & Adverſarium.*

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

1323. Dùm recordamur Sedis Apoſtolicæ & veſtræ Beatitudinis

An. 17. Clementiam, quæ priſcis, noſtrorum Progenitorum, ac modernis

E. 2. noſtris, temporibus Aures Paternas, cum exauditionis benignæ gra-

Rom. 17. tiâ & votivo celeris ac felicis expeditionis effectu, Precibus Re-

E. 2. gis munificè ac liberalitèr dignabatur indeſinentèr inclinare:

m. 7. Recenſentes moroſam dilationem negotiorum noſtrorum, pro quibus, diu eſt, miſimus illum PSEUDO-NUNCIUM de Stratford, in quibus uſque modo nil ſenſimus actum, quam ſit nobis diſpendioſa, hanc ipſius duntaxat Nuncii tepiditati & deſidiæ imputamus non ab re;

Dùm ille, non tantùm negligenter, ſibi commiſſa debitè proſequi non curavit, quinimmò fraudulenter, ambitionis oculos jaciens in ſeipſum, propria (in quibus non dormivit) anteponens, contrarium voti noſtri, quo ad Eccleſiam Wyntonienſem, ſibi per nos patefacti, & ad proſequendum injuncti, non abſque infidelitatis crimine, pro ſeipſo, in noſtri vituperium, reportavit:

Super quo, non abſque grandi cordis amaritudine conquerendo, veſtræ ſcripſimus Sanctitati vicibus iteratis; undè, non inmerito conturbati, de alio Nuncio, nobis fido, decrevimus providere.

De fidelitate itaque approbatâ, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Adæ Myrymouth, Juris Civilis Profeſſoris, & Canonici Herefordenſis (cujus circumſpectam & expertam induſtriam in veſtræ Sanctitatis Curiâ credimus notam) plenam in Domino fiduciam reportantes, eidem noſtra negotia commiſimus, apud veſtram manſuetudinem proſequenda, & illa, quæ præfato Nuncio *Maledicto* prius erant commiſſa; videlicet,

Tàm ſuper Treugis, inter nos & Inimicos noſtros de Scotiâ initis, ac ſuper Jure noſtro in certis Portionibus Comitatuum Provinciæ & Folcacarii, quàm ſuper amotione, ſeu tranſlatione H. Lincolnienſis, & J. Bathonienſis & Wellenſis, Epiſcoporum, a Regno & Poteſtate noſtris,

Quorum mora in Regno noſtro,

Propter notoriam ipſorum contra noſtram Regalem Dignitatem reſiſtentiam, & adhæſionem noſtris & Reipublicæ Inimicis manifeſtam, ac propter alias inhabilitates & maculas, quibus multipliciter involvuntur,

Tanquam honori Regio detractoria, animabus perículoſa, &, quod veriſimiliter timeri poterit, Scandali & Sciſmatis ſuſcitativa, diu nequit tolerari:

Veſtram igitur Clementiam affectu, quo poſſumus, deprecamur, quatenus præfatum Clericum noſtrum, in noſtrorum, apud veſtræ Sanctitatis præſentiam, proſecutione negotiorum, ſpeciali-

* IV. 11. ter * recommendatum habere, & benignè admittere; ac ipſa noſtra negotia, favoribus & gratiis Apoſtolicis, ſolitâ benignitate paternâ, juxta ſperatam fiduciam, gratiotiùs dignemini expedire.

Inſuper, omni cordis deſiderio, eidem veſtræ Clementiæ ſupplicantes, ut, pro quiete noſtrâ & animi tranquilitate, contra præfatum ADVERSARIUM noſtrum de Stratford (qui nos ſic fefellit) de remedio congruo, & deſiderii noſtri completivo, taliter ordinare, quod nequaquam (undè pœnam pro commiſſis erga nos gravem promeruit) cum honoris tanti titulo, de noſtrorum Progenitorum, & noſtro Patrimonio tàm munificè & opulentèr dotato, præmium tàm excellens in Regno noſtro, in noſtri ſcandalum & vituperium, aſſequatur.

confidimus) ſedulis & votivis precibus deprecantes, quatinus noſtra negotia (vobis per eundem Adam, ex parte noſtrâ, ſerioſiùs exponenda) benigne audire, & penes Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hiis preces effundimus cordiales) omnibus modis & viis, quibus expedire videritis, pro tranquilitate & quiete cordis noſtri, promovere velitis: ac circa votivam expeditionem eorumdem (ut noſtrum diligitis commodum & honorem) cum omni efficaciâ interponere preces veſtras: dictoque Magiſtro Adæ in dicendis, ex parte noſtrâ, fidem præbere indubiam: &, in ipſorum proſecutione & directione Negotiorum, conſiliis & auxiliis aſſiſtere oportunis; ingreſſum ad dictum Dominum Summum Pontificem, quotiens opus fuerit ei ſi libeat, procurantes; ita quòd, veſtro mediante præſidio, dicta negotia effectum ſortiri valeant quem optamus; pro quo vobis ad gratiarum munera teneri debeamus.

Dat. apud Pykeryng, decimo ſeptimo die Auguſti.

Eodem modo ſcribitur ſingulis ſubſcriptis, videlicet.

Domino R. Velletrenſi,
Domino G. Peneſtrenſi,
Domino B. Tuſculano,
Domino B. Portuenſi,
Domino W. Albanenſi,
Domino G. Sabinenſi.
} Epiſcopis Cardinalibus.

* *Domino P. Tituli Sancti Stephani in Cælio Monte, Vic.* * IV. 12.
Domino S. Tituli Sanctæ Priſcæ,
Domino P. Tituli Sanctæ Anaſtaziæ,
Domino P. Tituli Sanctæ Potentianæ,
Domino N. Tituli Sancti Euzebii,
Domino G. Tituli Sanctorum Marcelli & Petri,
Domino G. Tituli Sancti Ciriaci in Termis,
Domino B. Tituli Sancti Marcelli,
Domino P. Tituli Sanctæ Suzannæ,
Domino B. Tituli Sancti Vitalis.
} Presbyteris Cardinalibus

Domino N. Sancti Adriani,
Domino P. Sancti Angeli,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata,
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro,
Domino J. ad Velum Aureum,
Domino B. Sanctæ Agathæ,
Domino J. Sancti Theodori,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ,
Domino R. Sanctæ Mariæ in Coſmedyn,
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice.
} Diaconis Cardinalibus.

Domino P. Doza, Fratri Domini Papæ,
Domino A. de Triâ, Nepoti Domini Papæ.

Litera Regis ad PSEUDO-NUNCIUM *prætaxatum.*

REX, Magiſtro Johanni de Stratford, præſens mandatum exe- Ann. D.

qui ſub pœnâ inferiùs annotatâ. 1323.

Abhorrendum ingratitudinis, immo veriùs infidelitatis, vitium, An. 17.

quod contra nos exercuiſtis, dum ad Curiam Romanam, ſub ma- E. 2.

gnâ confidentiâ, pro noſtris negotiis, ibidem procurandis & expe- Rom. 17.

diendis, nuper deſtinati, illis neglectis & omiſſis, ad propriam E. 2.

ambitionem appetitum noxium convertentes, Epiſcopatum Wyn- m. 7.

tonienſem,

Ad

hcimur, attendentes quòd, Venerabilis Frater noſter, Johannes de Stretforde, Epiſcopus Wyntonienſis, Celſitudinis tuæ Nuncius, pro arduis & utilibus tuis, & Regni tui negotiis, denuò fuerat ad noſtram præſentiam deſtinatus: intuentes inſuper ſolicitudinis magnæ zelum, vigilis diligentiæ ſtudium, ſeduloſque labores, quibus fideliter, ſolerter, & utiliter penes nos, & Fratres noſtros, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Regia negotia promovebat; conſiderantes etiam, quòd Vir eſt Litterarum ſcientiâ præditus, in rebus agendis expertus, vitæ laudabilis, & multis gratiarum dotibus inſignitus, & de Regno Angliæ oriundus, & quòd, per ejus converſationem placidam & honeſtam, quàm in Romanâ Curiâ nobiſcum, & cum eiſdem Fratribus plurimùm reddebatur acceptus,

In eum direximus aciem mentis noſtræ, firmam concipiendo fiduciam, quòd ejus Promotio ac Eccleſiam memoratam, eſſet Deo placida, Eccleſiæ præfatæ perutilis, & Celſitudini tuæ, quæ obſequentes ibi perſonas conſuevit gratioſè proſpicere, grata plurimùm & accepta;

Propter quod, abſque aliquâ procuratione ipſius, vel aliquorum inſtantiam pro eodem, ſolâ id nobis Divinâ, ut credimus, inſpirante Clementiâ, de ipſorum Fratrum unanimi, & concordi conſilio, ipſum eidem Eccleſiæ in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, ac ſubſequenter ſibi fecimus munus Conſecrationis impendi.

Conſideres igitur, Fili cariſſime, ſi virum, ſic providum, & a Celſitudine tuâ, pro arduis negotiis Regiis, ad nos repetitis vicibus deſtinatum, tibi fore divinare poteramus, vel debebamus ingratum, cum nulla probabilis conjectura recipiat, non bene meritos, vel ingratos, ad gerenda quorumcumque Magnatum negotia, dirigi vel aſſumi, ſet potiùs perſonas in conſtantiâ ſolidas, & probatas, & fidei claritate pollentes:

Attendas inſuper qualiter, quod de ipſius Promotione revocandâ dictarum litterarum concluſio depoſcebat, cum noſtrâ & ejuſdem Sedis honorificentiâ fieri poteſt, nullâ cauſâ rationabili ſuadente.

Et ideò, Fili cariſſime, præmiſſis in Scrutinium rectæ conſiderationis adductis (cùm ea, quæ legitimè, & cum tantâ deliberatione ſunt habita, non poſſent, abſque Divinæ Majeſtatis offensâ, ipſiuſque Epiſcopi injuriâ, & ejuſdem Sedis indecentiâ, retractari) moleſte non feras, ſed æquanimiter patiaris tua in hâc parte ad exauditionem precamina non admitti; quin potius Spirituali Patri, de tali propoſito, de tali providentiâ, benivolentiâ filiali congaudens, & eundem Johannem Epiſcopum, ob reverentiam ejuſdem Sedis, & noſtram, amplo ſinu Regiæ benignitatis admittas; utpote non extraneum, ſed tuum Conſiliarium, & de Regno tuo oriundum, ac Secretarium, & fidelem, prout in litteris tuis, nobis pluries deſtinatis, evidenter vidimus contineri.

Supponimus etiam, quòd ipſe ſe taliter beneplacitis tuis exponet, quòd, ejus exuberantibus meritis, ipſum & Eccleſiam ſuam Serenitas Regia inter præcipuæ dilectionis brachia gratioſè ſuſcipiet, & procedente tempore ſemper in ampiius, prærogativâ uberioris gratiæ, proſequetur.

Præterea, Fili cariſſime, ignorare te nolumus quòd primæ litteræ tuæ quas, pro Roberto Baldoki promovendo ad dictam Eccleſiam, noſtro Apoſtolatui deſtinaſti, nonâ die Menſis Maii proximò præteriti, fuerunt nobis per dictum Johannem Epiſcopum, tunc Archidiaconum Lincolnienſum, præſentatæ;

Super quibus, ad exauditionem efficaciter deducendis, idem Johannes, Deo Teſte, tanquàm fideliſſimus Regii beneplaciti Proſe-

conduyt les Meſſages le dit Sire Robert, tancque a quaraunte parſones a chival, de quele condition qil ſoient, & lour gentz, lour chivaux, & lour herneyz paſſauntz parmi noſtre poer, dedeinz le temps avantdit:

Et, por ceo, mandoms & comandoms a vous touz, & a cheſcun de vous, que as ditz Meſſages, ne a lour gentz, en lour Parſones, ne en lour chivaux, ne autres biens, en paſſaunt parmi noſtre Roialme, dedeins le dit temps, n'en facez, ne, taunt come en vous eſt, ſoffrez que par autre ſoit fait mal, moleſte, damage, empeſchement ne deſtourbaunce; einz lour facez aver, a lour couſtages, ſauf & ſeur conduit, quant par aucuns des ditz Meſſages ent ſerrez requis:

Et, ſi rien feuſt trepaſſe, ou forfait a eux, ou a nul de lour gentz, ceo la facez redreſcer & amender duement, ſauntz delai:

Et, s'il aveigne que meiſmes ceux Meſſages, ou nul de eux, ou de lour deveignent, ou deveigne malads, deinz noſtre poair, q'ils peuſſent ſauvement demorer tanque eus ſeient, ou ſoit, garriz; & adoncs ſauvement paſſer, hors de noſtre poair, queu part qu'ils vodront, ou vodra.

En teſmoignance de quele choſe nous avoms fait faire ceſtes nos lettres overtes, a durrer tancque a toz Seintz, en un An, ſicome deſus eſt dit.

Don. a Pykering, le 22 jour d'Augſt.

Per ipſum Regem.

Pro Nuncio Papæ commendatoria.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1323. *An.* 17. *E.* 2. *Ex Autogr.*

Regalis Excellentiæ prompta benignitas, ad Deum & Romanam Eccleſiam jugiter fervore devotionis accenſa, nobis indubitatam fiduciam repromittit, quòd claræ memoriæ, Progenitorum ſequens veſtigia, ſuper his, quæ nobis & eidem Eccleſiæ grata fore conſpexerit, ſe propitiam exhibeat & benignam.

Cùm itaque, dilectum Filium, Magiſtrum Hugonem de Engoliſma, Sacriſtam Eccleſiæ Narbonenſis, Apoſtolicæ Sedis Nuncium (de cujus circumſpectione & fidelitate probatâ plenè confidimus) ad partes Regni tui, pro noſtris & Eccleſiæ prædictæ promovendis & proſequendis negotiis, præſentialiter deſtinemus,

Serenitatem Regiam rogamus attentiùs & hortamur, quatinùs, habens eundem Nuncium, pro noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ, propenſiùs commendatum, tàm ipſum, quàm dicta negotia, ſic favore benivolo velit proſequi Regia Celſitudo, quòd, præſidii Regii fulta ſpeciali benivolentiâ, proſperentur; noſque proinde Sublimitatem Regiam dignis gratiarum actionibus proſequamur.

Dat. Avinion. 4 Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Sub filis canabeis.

Digitized by Google

dictorum, & exhibere in omnibus ceteris Juſtitiæ complementum.

Set ipſe expectare non curavit ut præmiſſa poſſent executioni debitæ demandari; immo magis voluit ad propria cum hac reſponſione noſtrâ remeare.

Placeat igitur Magnificentiæ veſtræ, præmiſſis æquanimitèr ponderatis, ipſius B. incuriæ imputare, potiùs quàm Juſtitiæ defectui, quòd Reſtitutionem Bonorum ſuorum prædictorum non extitit aſſecutus;

Nec eſt Marcandi licentia, in hac parte, a vobis, contra noſtros Subditos, aliqualiter concedenda; cum defectus, aut negligentia, nobis non poſſit, aut debeat, in exhibendâ Juſtitiâ, inpingi quoquomodo.

Dat. apud Grenhou, triceſimo die Auguſti.

Pro Comiti Richemundiæ in Scotia Captivo.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 16.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus dilecto Conſanguineo, & Fideli noſtro, Johanni de Britanniâ, Comiti Richemundiæ, nuper per Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, in obſequio noſtro capto, & adhuc penes eos detento, quòd in ſubventionem Redemptionis ſuæ, dictis Inimicis noſtris, pro Deliberatione ſuâ, faciendæ, Cuſtodiam Terrarum & Tenementorum,

Quæ fuerunt Johannis de Northwode, defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, & quæ, ratione minoris ætatis Hæredis prædicti Johannis, in manu noſtrâ exiſtunt,

Necnon & Maritagium ejuſdem Hæredis,

Quæ nuper, per Litteras noſtras Patentes, dedimus præfato Conſanguineo noſtro,

Vendere poſſit cuicumque voluerit, HABENDA adeò plane & integrè ſicut ea conceſſimus præfato Conſanguineo noſtro,

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Grenhou, triceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

---

*IV. 16.

** De Subſidio pro Redemptione dicti Comitis Richmundiæ.*

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 15.

REX, univerſis & ſingulis, Tenentibus Johannis de Britanniâ, Comitis Richemundiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ſalutem.

Recolentes, non ſine cordis amaritudine, qualiter præfatus Conſanguineus noſter, dùm noſtris obſequiis intendebat, per inopinatum & repentinum Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, aggreſſum, captus extitit, & adhuc penes ipſos eſt detentus;

Nec ab eorum manibus, ſine magnâ & intolerabili Redemptione, poterit deliberari; de ipſius anguſtiis eò fortiùs moleſtamur, quo noſtris affectibus intimiùs conjungitur, & ipſius fidelitatis & induſtriæ ſemper in noſtris agendis evidentiùs probavimus puritatem:

Et quia, ad Deliberationem dicti Domini veſtri à manibus dictorum Inimicorum, tàm naturali æquitate, quàm ex fidelitatis veſtræ debito, manus extendere tenemini adjutrices;

Vos, & quemlibet veſtrûm rogamus, & requirimus ex affectu, quatenùs unuſquiſque veſtrûm, juxta facultates ſuas, & quantitatem Tenuræ ſuæ, pro Redemptione dicti Domini veſtri, tale & tantum Subſidium ſtudeat miniſtrare, ut idem Dominus veſter, veſtro auxilio mediante, à dictorum Inimicorum manibus celeriter

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ex Autogr.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia certam informationem, ſuper facto illius Portionis Comitatûs Provinciæ (quam ad te pertinere miſſæ nobis dudum litteræ Regiæ continebant) nobis tua Serenitas non tranſmiſit, nec nobis extitit etiam per aliquem miniſtrata, conferre cum, Cariſſimo in Chriſto Filio noſtro, Roberto, Rege Siciliæ Illuſtri, ſuper hoc commodè nequimus, nec ipſum etiam inducere, ſicut inſtantia Regia poſtulabat;

Sed, ſi nos velit ad præmiſſa Regia providentia proceſſuros, claram informationem nobis deſtinare procuret;

Nos enim parati ſumus, & erimus pro utriuſque tranquilitate, & concordiâ, * (quas intenſis zelamus deſideriis) vigilanter interponere, prout miniſtrabit Altiſſimus, Apoſtolicæ ſolicitudinis partes noſtras. *IV. 17.

Dat. Avinion. Id. Septembris, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub filis canabeis.

Pro Archiepiſcopo Cantuarienſi, de Quinquennio, ſuper Juramento, in Receptione Pallei præſtito, renovanda perſonaliter, prorogando.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 7. d.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Quantò in noſtris, & Regni noſtri dirigendis negotiis, Venerabilis Patris, W. Cantuarienſis Archiepiſcopi, totius Angliæ Primatis, circumſpectam prudentiam nobis magis utilem intuemur, tantò pro ipſius indempnitate ſolicitius providere nos convenit, ne aut, in detrimentum ipſorum negotiorum noſtrorum, ipſius nobis deſint conſilia, aut ipſe, eiſdem inſiſtens, penes veſtram Clementiam incurrat diſpendium honoris, aut nominis læſionem.

Cùm itaque, ut intelleximus, idem Archiepiſcopus, in receptione Pallei, ſibi ab Apoſtolicâ Sede olim tranſmiſſi, Juramentum præſtiterit transferendi ſe perſonaliter ad Sedem prædictam, infra proximum Quinquennium à tempore dicti Juramenti præſtiti, Juramentum illud renovaturus eidem:

Ac, felicis recordationis, C. Papa Quintus, prædeceſſor veſter, primum Quinquennium, ſubſequentérque veſtra Beatitudo aliud Quinquennium, precum noſtrarum obtentu, eidem Archiepiſcopo gratioſè prorogandum duxerit; quod, ut intelleximus, eſt in brevi finiendum:

Nos, ad exorta nuper in Regno noſtro Diſſidia, quæ nondum radicitùs extirpantur, internæ conſiderationis oculum dirigentes: advertentéſque quòd, ſi idem Archiepiſcopus à Regno noſtro ſe abſentaret, exinde noſtra negotia retardarentur;

Sanctitati veſtræ devotis affectibus ſupplicamus, quatinùs, præmiſſis clementi meditatione penſatis, tempus prædictum adhuc per aliud Quinquennium dignemini prorogare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Jeroval, decimo ſexto die Septembris.

Ad Cardinales ſuper Prorogatione antedicta.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 7. d.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino R. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Coſmedyn Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm, Venerabilis Pater, W. Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius

Digitized by Google

nocentiam in facto prædicto pleniùs cognoſcimus, ac devotionis & fidelitatis puritatem, quam ad ſacroſanctam Romanam gerit Eccleſiam, nullatenus ignoramus.

Proindè veritatem Rei Geſtæ, ſuper facto prædicto, movemur veſtræ Beatitudini referare, ne Pravorum ſuggeſtio veritati prævaleat, aut Detractoribus, qui, ſub pietatis clamide, vitam Innocentium lacerare non metuunt, fides, ſeu credulitas præbeatur.

Sanè, exortâ nuper contra nos, in Regno noſtro, gravi Seditione, ſicut veſtra circumſpectio non ignorat; &, providente Divinâ Clementiâ, victoria nobis de ipſis Rebellibus noſtris attributa:

Quibuſdam verò ex eis, juxta ipſorum demerita, pœnam debitam recipientibus: aliquibus autem, quibus parcere volebamus, traditis cuſtodiæ carcerali: alii ex ipſis fugerunt extra Regnum noſtrum; &, ut pro certo didiſcimus, quærunt pro viribus Hominum, extranearum Terrarum, præſidia, ut, ſi quoquo modo valeant, præconceptum virus effundant, & inferant dampna, quæ poterunt, Nobis & Genti noſtræ:

Et inſuper quidam, de prædictis incarceratis, à cuſtodiâ hujuſmodi evaſerunt, & ad dictos fugitivos ſe tranſtulerunt, jamque, cum ipſis, pro viribus, elaborant ad confœderationes contra nos faciendas:

Ex quibus, nec immeritò, provocati, de conſilio Magnatum & Procerum noſtrorum, ſingulos Portus & ingreſſus Regni noſtri diſtrictè præcepimus cuſtodiri, ne qui, nobis ſuſpecti, ingrederentur dictum Regnum, nec literæ, ſeu quicquam aliud, undè notabilis ſuſpicio haberi poſſet, infra idem Regnum portarentur:

Quo prætextu præfati Clerici, dùm eramus in partibus Borialibus ejuſdem Regni, fuerunt, in prædicto Portu Dovorriæ, per quoſdam Miniſtros noſtros areſtati:

Verùm præfatus Archiepiſcopus, hoc perpendens, nobis ipſorum Areſtationem, per ſuas litteras, intimavit, nobis cum inſtantia ſupplicando ut ipſos deliberari faceremus:

Set, quia de causâ areſtationis ipſorum nobis ad plenum non conſtitit, volentes inde effici certiores, eoſdem Clericos ſalvò & honeſtè venire fecimus coram nobis, ipſiſque ſuper præmiſſis in noſtrâ præſentiâ allocutis, quia tunc eramus circa deductum noſtrum occupati, nec erant tunc nobiſcum præſentes Majores de Concilio noſtro, quo minus Diſcuſſio fieri potuit ſuper causâ ſupradictâ, eis ad hoc præfiximus certum diem, ipſoſque, ad iteratam requiſitionem prædicti Archiepiſcopi, à dicto Areſto fecimus liberari; Inhibuimus tamen eiſdem, ne quicquam, in noſtri, aut Coronæ noſtræ Regiæ præjudicium, proſequerentur quoquomodo.

Placeat igitur, quæſumus, veſtræ Benignitati, præmiſſis clementi meditatione penſatis, præfatum Archiepiſcopum, de facto prædicto inſontem penitùs & immunem, inde totaliter excuſatum habere, & ſiniſtris ſuggeſtionibus, ſi quæ vobis factæ fuerunt, in contrarium præmiſſorum, fidem aliquam non præbere.

Conſervet, &c.

Dat. apud Jeroval. decimo ſexto Septembris.

---

*IV. 19. ** Ad dictum Cardinalem, ſuper Areſtatione memorata.*

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ibidem.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino R. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Coſmedyn Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quum quorumdam fide dignorum relatio, *&c. ut ſupra uſque ibi; viz.* ipſum Archiepiſcopum Captionem, ſeu Areſtationem quorundam Clericorum veſtrorum in Portu noſtro Dovorriæ, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi; viz.* proſequerentur quoquo modo.

& ipſorum injuria, nequiverimus adimplere.

Si quis tamen, ſecundum vias Canonum, contra ipſos velit proponere aliqua, ipſum audire benignè offeramus nos paratos, & ſuper propoſitis facere quicquid fieri poterit, juſtitiâ inoffensâ.

Dat. Avinion, 15 Kal. Octobris, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub filis canabeis.

Bulla ſuper Quarta parte Decimæ Biennalis, Papali Cameræ reſervata.

JOhannes Epiſcopus, &c. Cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ex Autogr.

Sicut Serenitatem Regiam credimus non latere, nos dudum, pro multis importabilibus oneribus, nobis & Eccleſiæ Romanæ tunc incumbentibus, quæ poſteà non ſunt diminuta, ſed aucta, Quartam Biennalis Decimæ, per nos ultimò tibi conceſſæ, duximus noſtræ Cameræ, ſicut per venerabilem Fratrem noſtrum, Johannem Epiſcopum Wyntonienſem, tunc Archidiaconum Lincolniæ, Nuncium Regium, Magnificentiæ tuæ inſinuare curavimus, * reſervandam; quam nobis Excellentia Regia, jam diu eſt, mittere debuit, & ob quam cauſam ſimulaverit ignoramus. *IV. 20.

Quocirca Sublimitatem Regiam rogamus attentiùs, & hortamur, quatinùs quartam partem prædictæ Decimæ, abſque morosæ dilationis obſtaculo, mitti & aſſignari prædictæ Cameræ faciat Regia Celſitudo.

Dat. Avinion. decimo quinto Kal. Octobris, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub filis canabeis.

De non receptando Rogerum de Mortuo Mari.

REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Fienles, ſalutem. Ann. D. 1323.

Datum eſt nobis intelligi, quòd vos Rogerum de Mortuo Mari de Wyggemore, Inimicum & Rebellem noſtrum, nuper eâ occaſione Captum, & in Priſonâ noſtrâ Turris Londoniæ detentum (qui eandem Priſonam fregit, & ab eadem Turre noctanter & felonicè evaſit) necnon & alios Inimicos & Rebelles noſtros, qui a Regno noſtro fugerunt, infra Dominium veſtrum in Pykardia receptatis, & eos fovetis, & manutenetis in noſtri contemptum & vituperium; undè eo vehementiùs cogimur admirari, quo infra Regnum noſtrum Terras & Tenementa tenetis, & utilitates veſtras & commoda, ante hæc tempora, pro viribus procuravimus, & de vobis ſpecialiter confidebamus. An. 17. Clauſ. 17. E. 2. m. 36. d.

Et, quia Fautores & Receptatores dictorum Inimicorum & Rebellium noſtrorum, eis in hac parte contra nos adhærentes reputamus, vobis mandamus firmiter injungentes, quod dictos Inimicos & Rebelles noſtros, ſi ad partes Poteſtatis veſtræ declinaverint, vel in eodem inveniri poterunt, areſtetis, & ad nos mittatis; eiſdem Inimicis & Rebellibus noſtris, vel eorum alicui favorem, vel auxilium aliquod quoquo modo nullatenus facientes, nec eos, nec eorum aliquem quomodolibet receptantes.

Et de eo, quod indè facere volueritis, nobis, per Latorem præſentium, reſcribatis.

Teſte Rege apud Skipton in Craven, primo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur Roberto de Fienles.

Digitized by Google

Johanne, Contemptus & Tranſgreſſiones prædictos perpetrârunt,
Et de Contemptibus & Tranſgreſſionibus illis pleniùs veritatem,
Et ad eoſdem Contemptus & Tranſgreſſiones audiendum & terminandum ſecundum Legem, &c.

Et ideo vobis mandamus, quòd, ad certos dies & loca, quos ad hoc provideritis, Inquiſitionem illam faciatis, & Contemptus & Tranſgreſſiones prædictos audiatis & terminetis in forma prædicta, facturi, &c. ſalvis, &c.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, quòd, ad certos dies & loca, quos ei ſciri facietis, venire faciat coram vobis tot, &c. per quos, &c.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Skypton in Craven, ſecundo die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Epiſcopo Bathonienſi & Wellenſi a Regno amovendo.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 7. dor.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Inter alia, nuper veſtræ Clementiæ nos meminimus ſupplicâſſe, ut Johannem, Bathonienſem & Wellenſem Epiſcopum, qui noſtris Inimicis & Rebellibus, tempore Turbationis, in Regno noſtro dudum exortæ, contra nos adhæſit, ſe cum eis partem faciendo, & cujus mora in dicto Regno, propter ipſius multiplicia demerita, abſque gravi ſcandalo, non valemus tolerari, a Regimine dictæ Eccleſiæ amovere: & loco ſuo, dilectum nobis in Christo   Abbatem de Langedon, Ordinis Præmonſtracenſium, nobis & Regno noſtro utilem & fidelem, eidem Eccleſiæ præficere dignaremini in Paſtorem.

Verùm, quia de exauditione hujuſmodi noſtri rogatûs ulla nobis nondum innotuit certitudo,

Beatitudinem veſtram (ut noſtri cordis deſiderium multiplicata intercesſio pleniùs atteſtatur) pulſandam duximus precibus iteratis, quatinùs, ejuſdem Johannis geſtum vituperabilem (quem veſtris apicibus teſtimonio deferimus) veritatem, prout convenit, ponderantes, preces noſtras, ſuper ipſius Amotione, necnon & præfati Abbatis Præfectione, dignemini, juxta ſperatam fiduciam, taliter exaudire, quòd exinde Honor conſervetur regius, evitentur ſcandala, & prædictæ Eccleſiæ, totique Regno noſtro quietis deſiderata proſperitas augeatur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Heghtenhill, decimo die Octobris.

Pro Bernardo Jordani de Inſula.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ex Autogr.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hanc de Regali benevolentiâ gerit Apoſtolica Sedes fiduciam, quòd preces, quas ſibi pro devotis ſuis fiducialiter porrigit, gratanter accipiat, & illas favorabiliter ad exauditionis gratiam introducat.

Sanè, dilecti filii, Nobilis Viri, Bernardi Jordani, Domini de Inſulâ, Militis, Familiaris noſtri, habet aſſertio, quòd, licet Caſtra de Caſaubone, de Montegalhardo, & de Duplo, cum eorum Pertinentiis, ac totâ Terrâ, quam tenebat in ſolidum, vel pro parte, quondam Jordanus de Inſulâ, Germanus ſuus, certis cauſis, & juſtis Titulis, ad eundem Nobilem pertinere noſcantur; tamen per Gentes, & Officiales Regios Ducatûs tui Aquitaniæ, in dictorum Caſtrorum, & Terræ juribus & poſſeſſione, quibus fuiſſe,

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Liverpol, viceſimo quarto die Octobris.

De Huteſio & Clamore contra Rogerum de Mortuo Mari.

Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 1. m. 11.

LE Roi a Viſcounte de Kent, & a tourz ſes bailifs & feals de meiſme le Countie, deinz fraunchiſes, & dehors, as queux ceſtes lettres vendrount, Salutz.

Pur ceo, que noſtre Treiter, Enemy, & Rebeal, Roger de Mortimer de Wygemor, n'adgairs, oveſque noz autres Enemis & Rebeaux, leua de guerre encountre nous: & a banere deſplie, chevaucha en noſtre Roialme d'Engleterre, & en noſtre Terre de Gales: & priſt & occupa, par force de guerre, pluſors Chaſteux, Villes, Manoirs, Terres, & Tenementz: & fiſt multz des homicides, roberies, arſonds, & autres diverſes felonis, & mauveiſtez ſur noz, & ſur noſtre Poeple en blemiſſement de noſtre Pees, & movement & deſtruction de noſtre Poeple:

Le quel Roger, quant il eſteit iſſint reſtreint & durmeue par noſtre poair, qil ne poeit nule part ganudir, ſe rendi a nous a noſtre voluntie, haut & bas, de vie & de membre, & de Terre, & de Tenements, & te totes choſes: & en tiele fourme lui receumes, & il feiſmes mettre en garde, en priſon, a noſtre tour de Loundres:

Et apres, ſolom la Ley & l'Uſtage de noſtre Roialme, pur les felonies & mauveiſtes, qil aveit iſſint fait ſur nous & ſur noſtre Poeple, par agard de noſtre Court, fuſt ajuggee d'eſtre treinee & pendu; mes, de noſtre grace eſpeciale, lui pardoneimes le treiner & le pendre, & lui grauntames ſa vie, iſſint qil demoraſt en priſoun parpetuel:

Et apres, le dit Roger, demorant iſſint en priſon, en noſtre dit Tour, oveſqes autres mauveys de ſa covyne, treiterouſement & fauſement compaſſa de treier & de prendre meiſme cele tour, & noz chaſteux de Wyndeſore, & de Walyngford:

Et cele treiſone & fauſyne fiſt fournir quant a la priſe le dit chaſtel de Walyngford, & le fiſt prendre par Roger de Wauton, & autres, nos Treiters & Mauveys; le quel Roger de Wauton conuſeit la dite felonie, & pur cele fuſt treine & pendu:

Enſement le dit Roger de Mortimer, fauſement & treiterouſement, pluſurs feez, envoia lettres & meſſages, pur faire venir Aliens en noſtre Roialme, a mover guerre contre nous, en deſtruccion de noſtre Roialme, & de noſtre Poeple, & procura, fauſement & treiterouſement, de tuer & murdrir aſcuns de noz plus priveez & loiaux Counſeilers:

Des queux treiſons, mauveiſteez & felonies le dit Roger de Mortimer avoms areſnee en noſtre preſence, devaunt noz Juſtices, nos Lieus tenauntz, & nos Coroners, & il les coniſeit:

Sur quele coniſſance nous chargeaumes pluſors Grauntz, & noz Juſtices, & noz autres ſages de la ley, de noſtre Roialme, que eux ſe aviſaſſent, & nous feiſſent ſavoir qel jugement le dit Roger * de Mortimer avoit deſervi, ſolom la Ley & l'Uſage de noſtre Roialme, pur tieles treiſons & meuveiſtes faites & compaſſez: * IV. 23

Et tot nous euiſent ils aviſe & counſeiles, qe, par la Ley de la terre, il avoit deſervi d'eſtre treinee & pendu, jadumeyns, de noſtre grace eſpeciale, nous nous en ſoffrimes du jugement, & lui feiſmes retenir en priſon, en la dite Tour; la quele priſon il puis, fauſement, treiterouſement, & felouneſſement nutantre debriſa, & hors eſchapa, & s'enfuit come noſtre Treitur & Felon hors de noſtre Roialme:

Par quoi nous maundoms & commandoms a vous tourz, & a cheſcun de vous, ſur forfaiture de vie & de membre, de Terre & de Tenements, & de quantque vos poez forfaire devers nous, que nul de vous au dit Roger de Mortimer, noſtre Enemy, Treiter

Digitized by Google

…, Seigneur de [illegible].
A Johan de Haſtyng, Seigneur de Bergeveney.
A Henr. de Lancaſtre, Seigneur de Monemuth.
A Johan de Cherleton, Seigneur de Powys.
A Aleiſe de Lacy, Counteſs de Nichole, Dame de Clifford.
A William la Zouſche, de Aſſheby.

Ordinatio de ſtatu Terre Hibernie.

Ann. D. EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur
1323. d'Irlaund, & Ducs d'Aquitaigne, A tourz ceaus, qui ceſtes
An. 17. preſentes lettres verront ou orront, Salutz.
E. 2. Sachez qe, a l'amendement du Guyement de noſtre terre d'Ir-
Pat. 17. laund, a plus grant pees & tranquillite de noſtre poeple en cele ter-
E. 2. re a Notingham, as oytaves del ſeint Martin, l'an de noſtre regne
p. 1. * dis ſeptiſme, par aſſent de noſtre conſeil, ilioeqes ſont les poinrz,
m. 3. ſourz eſcritz, aſſentuz & accordez, a fin qe eux ſoient tenuz, &
*IV. 24. fermement gardez en meiſme la terre:

PRIMEREMENT, qe la Juſtice d'Irlaund, ne nul autre noſtre Miniſtre en cele terre, tant come ils ſont en nos Offices illoeqes, ne purchacent terre, ne tenement, dedenz les liſtes ou boundes de lour baillies, ſaunz noſtre congie eſpecial; &, ſi uul face le contrair, ceo, q'il avera purchace, ſeit encurru, & forfait a nous, & noz heirs; ſauve as chiefs Seignurages de Fee Services, dues & acuſtumez de terres & tenementz, iſſint encurruz, & forfaitz a nous.

ITEM, qe noſtre Juſtice d'Irlaund, ne nul de noz autres miniſtres illoeqes, par colour de lour offices, ne preignent vitailles, ne autres choſes de nuli, contre ſon gree, horpris en cas de neceſſite, pur le commun profit de la terre: & adonqes qe ceo ce face par l'avis & l'aſſent de plus Grantz de noſtre Conſail celes parties, & par brief de noſtre Chauncellerie d'Irlaund; & en cas qe nous, ou noz heirs, le Commanderonis par bref de noſtre Chauncellerie d'Engleterre, ou par nos autres lettres.

ITEM, qe noſtre dite Juſtice, ne nul de noz autres Miniſtres illoeqes, par colour de lour office, ne areſtent Neifs, ne autres biens des Eſtraunges, de des Priuez; mes qe turz Marchauntz & autres puiſſient carier bledz, & autres Vitailles, & Marchaundiſes, hors de noſtre terre d'Irlaund, ieſqes en noſtre roialme d'Engleterre, & en noſtre terre de Gales (horpris en les cas ſuſditz) feſauntz les cuſtumes dues & uſeez: Iſſint, totes voies, q'il facent covenable ſeurte, q'il ne irront, ne ne communerent od nos Enemis d'Eſcoce, ne nos autres Enemis ſi uul fuiſſent: Et, ſi uul Juſtice, ou autre Miniſtre, face le contrair des choſes ſuſdites, & de ceo ait atteint, face gre au plentif, de ſes damages, a double; & jadumeins ſeit greuement puni devers nous.

ITEM, pur le Seal noſtre Juſtice d'Irlaund, de cheſcune Bille de grace, quautre Deners: &, pur l'eſcripturre de cheſcune Bille, deux Deners; deſore ſeient pris, & paiez, & nient plus.

ITEM, de celui, q'eſt commande a la Priſone par auctorite de noſtre Court, quant il ſera delivres, quatre Deners ſeient pris pur le Fee du Mareſchal, & nient plus; Et, ſi par cas uul veigne encontre les choſes ſuſdites, & de ceo ſeit ateint a noſtre ſeute, ou a ſeute de partie, face gree a la partie, & ſeit grevement puni devers nous.

Juſticiariis noſtris de Banco Dubliniæ, & Theſaurario & Baronibus noſtris de Scaccario Dubliniæ, ac aliis Miniſtris noſtris in eâdem Terrâ, ubi expedire videritis, mitti faciatis:

Mandantes eiſdem, & ex parte noſtrâ diſtrictiùs injungentes, quòd omnes & ſingulos Articulos prædictos, in Placiis & Ballivis ſuis, publicari, &, quantum ad ipſos pertinet, obſervari faciant, juxta formam Articulorum prædictorum.

Et quòd prædicti, Juſticiarii, Theſaurarius, & Barones, Articulos eoſdem ſimiliter in Rotulis ſuis faciant irrotulari.

Volumus inſuper, & vobis injungimus & mandamus, quòd, ad petitionem & proſecutionem cujuſlibet, conquerentis de attemptato, ſeu attemptatis contra Articulos prædictos, ſeu aliquem eorumdem, quotiens requiſiti fueritis, ſub Sigillo noſtro Hiberniæ prædicto, tàm pro Nobis, quàm pro hujuſmodi Conquerentibus, debitum & feſtinum remedium faciatis; Ita quòd non poſſitis, ſuper aliquo defectu, tepiditate, vel negligentiâ, reprehendi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingham, viceſimo quarto die Novembris.

Pro Nuncio Papæ & Subcollectoribus, de non moleſtando.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm ſanctiſſimus pater, Dominus Johannes, divinâ provi- 1323
dentiâ, Papa xxii, Dilectum nobis in Chriſto, Magiſtrum Hugo- *An.* 17.
nem de Engoliſma, Sacriſtam Eccleſiæ Narbonenſis, ad partes *E.* 2.
Angliæ, Hiberniæ, & Walliæ, tanquam Nuncium ejuſdem Pa- *Pat.* 17.
pæ, ac ſedis Apoſtolicæ ſpecialem, deſtinaverit, pro diverſis eo- *E.* 2.
rundem, Patris & ſedis, negotiis inibi proſequendis & excercen- *p.* 1.
dis: *m.* 6.

Nos, eundem Hugonem, ob reverentiam dicti Patris, favore benevolo proſequentes, ſuſcepimus Ipſum, ac Subcollectores, & Miniſtros ſuos, quos ſub ſe deputare voluerit ad negotia illa proſequenda & facienda, Homines, Res, & Bona ſua, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Hugoni, Subcollectoribus, ſeu Miniſtris ſuis, per ipſum ad præmiſſa facienda deputatis, ſeu deputandis, in dictis negotiis proſequendis & exercendis, ſeu Hominibus ſuis, in Perſonis, Rebus, aut Bonis ſuis, non inferatis, ſeu ab aliis, quantum in vobis eſt, inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen.

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit &c. dùm tamen in dictis negotiis exequendis ſe habeant, prout alii Nuncii dictæ ſedis hactenus rationabiliter ſe habere conſueverunt, & aliqua, nobis ſeu Regno noſtro præjudicialia, non attemptent.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Kenilleworth, viceſimo octavo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Contra

Digitized by Google

tatis providentiam Remedium congruum celeriùs apponatur, in eiſdem, Regno & Populo noſtris, dampna innumera & ſcandala gravia ſuſcitari veriſimiliter poterunt formidari, præſertim cùm hujuſmodi CONSERVATIÆ, quæ à tramite Juris communis exorbitant, non conſueverunt fieri, in Regno noſtro, temporibus retroactis;

Nos, ſuper præmiſſis, deſiderantes eo affectiùs, per veſtræ Benignitatis clementiam, apponi Remedium oportunum, quo idem Epiſcopus, tempore Citationis prædictæ, noſtris Obſequiis, ſicut aliàs, vicibus ſucceſſivis, utiliter & laudabiliter inſudavit,

Sanctitati veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinùs ad Incommoda, & Scandala, ac Oppreſſiones, prædicta, Paternæ conſiderationis intuitum convertentes, ita ſuper præmiſſis de remedio dignemini congruo providere, quòd exindè dictorum Commiſſariorum, & Miniſtrorum præfati Epiſcopi vexatio ceſſet in hac parte, & eis quies præparetur, ac via, in caſibus hujuſmodi, malignari volentibus præcludatur.

Conſervet, &c.

Dat apud Kenilworth, primo die Januarii.

Ad præfatum Cardinalem, contra CONSERVATIAS *prætaxatas.*

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 6.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Dùm moram penſamus diutinam, quam in Regno noſtro Angliæ vos feciſſe recolimus, ac exinde Jurium & Conſuetudinum ejuſdem Regni, præ cæteris Cardinalibus, vos notitiam habere confidimus pleniorem: Dumque mentis noſtræ occurrit obtutibus, qualiter noſtra, & ipſius Regni negotia habuiſtis hactenus ſinceriter commendata, miranter audivimus quòd inter quoſdam Procuratores veſtros, & Magiſtrum Willielmum de Stepyng, de Cotenham, & Radulphum Oliver de Makketon, Eccleſiarum Rectores, ac Henricum de Trippelauw, Commiſſarios, Venerabilis Patris, & nobis prædilecti, Johannis Elienſis Epiſcopi, ſuper quibuſdam Juribus, & rebus aliis, dum idem Epiſcopus in Ducatu noſtro Aquitaniæ, pro Reformatione ejuſdem, de mandato noſtro extitit, ortâ materia quæſtionis;

Quidam Magiſter Johannes de Leſcapon, Archidiaconus Navatenſis, prætendens ſe Commiſſarium in quâdam CONSERVATIA, per, bonæ memoriæ, Dominum C. Papam Quintum, vobis, ſuper Beneficiis veſtris, conceſſâ, ad proſecutionem veſtram, ut dicitur, præfatos Commiſſarios, & quoſdam etiam alios Miniſtros dicti Epiſcopi, ad Comparendum coram ipſo, extra Regnum noſtrum, Avinionæ, in Hoſpitio Habitationis ſuæ, citari fecit ſuper præmiſſis reſponſuros:

Nos itaque, attendentes quòd ex Citationibus hujuſmodi & Proceſſibus, ſi qui inde fierent, Subditis noſtris, quos a vexationibus indebitis tenemur protegere & tueri, intolerabiles Oppreſſiones evenirent, & poſſent Scandala ſuſcitari, eo quod non conſueverint talia fieri, in dicto Regno noſtro, aliquibus temporibus retroactis: confidenteſque de veſtrâ Sinceritate, quòd contra Nos, & Regni noſtri Incolas, indebitas Novitates introducere non velitis, ſed potiùs, * veluti honoris noſtri Zelator præcipuus, reſiſtere Jura ejuſdem Regni volentibus impugnare, • IV. 27.

Paternitatem veſtram affectuoſis precibus requirimus & rogamus, quatinùs a proſecutione quâlibet, contra Commiſſarios, & Miniſtros præfati Epiſcopi prætextu Citationis prædictæ, quæ in noſtri, & ipſius Regni diſpendium, & pernicioſum exemplum dinoſcitur emanaſſe, prorſus deſiſtere velitis, & Jura Archidiaconagni noſtri cedere dinoſcuntur, ſet etiam a Juris communis tramite videntur utique deviare) penitùs deſiſtatis, ea quæ, per vos in hac parte minùs ritè attemptata fuerint, totaliter revocantes:

Et taliter in hac parte vos habere ſtudeatis, quòd veſtram debeamus prudentiam, & benevolentiam ex merito commendare, &, quod non oporteat nos, pro conſervatione Juris noſtri Regii, & tranquilitate Subditorum noſtrorum prædictorum, aliud Remedium apponere contra hujuſmodi Novitates.

Dat. apud Kenilworth, tertio die Januarii.

Reſponſio Papæ ſuper Tranſlatione Wintonienſis, Lincolnienſis, & Bathonienſis, Epiſcoporum; & Roberti de Baldoc Promotione.

JOhannes Epiſcopus, ſervus, &c. cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Ex Autogr.

Gratantèr & benignè recepimus, dilectum Filium, Nobilem Virum, Henricum de Suliaco, Buticularium Franciæ, nuper ad noſtram præſentiam venientem, &, quæ voluit exponere, favorabiliter audivimus & intelleximus diligenter.

Verùm, quia ipſe ſuper Tranſlatione, Venerabilium Fratrum noſtrorum Wyntonienſis Lincolnienſis, & Bathonienſis, Epiſcoporum; & Promotione dilecti Filii, Magiſtri Roberti Baldok, duxit apud nos pro parte Regiâ multipliciter inſiſtendum; eidem * reſpondimus, ſicut per alias Litteras noſtras, tuæ Celſitudini meminimus reſpondiſſe, quòd Tranſlationem hujuſmodi, abſque noſtrâ, & Sedis Apoſtolicæ indecentiâ, & alterius injuriâ, facere non valemus; • IV. 28.

Serenitatem Regiam iteratis Precibus exhortantes, quatinùs, ab hujuſmodi poſtulatione deſiſtens, & a nobis talia poſtulans, quæ tibi gratioſè, ſine Dei offenſâ, & proximi injuriâ, concedere valeamus; dictum Wyntonienſem Epiſcopum, quem velut honoris, & commodi Regii, fervidum zelatorem, tuis, & Regni tui utilitatibus, ſperamus pro tempore fructuoſum exiſtere, benignè recipias; ac ipſum, & Eccleſiam ſuam Wyntonienſem velit habere Regia benignitas propenſiùs commendatos.

Super facto autem dicti Roberti, per dictum Nobilem plurimùm commendati, jam aliàs reſcripſiſſe meminimus Regiæ Dignitati, quòd magis Teſtimonio Regio, dictum Robertum multipliciter commendanti, quàm nonnullis, multa ſiniſtra de ipſo ſuggerentibus, fidem dantes, eum ad gratiam noſtram admiſimus, &, Regiæ Conſiderationis intuitu, ſuorumque Meritorum, quibus juxtà verbum juvatur Regium, interventu, loco, & tempore, proſequi proponimus gratiis, & favoribus, oportunis.

Dat. Avinion. Non. Januarii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sub filis canabeis.

Pro Domino de Suliaco, a Papa Regi Recommendatoria.

JOhannes Epiſcopus, &c. Cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ann. D. 1323. An. 17. E. 2. Ex Autogr.

Gratis admodum relatibus, dilecti Filii, Nobilis Viri, Henrici Domini de Suliaco, Buticularii Franciæ, Excellentiam Regiam apud nos multæ laudis præconiis attollentis, lætanter accepto, qualiter, poſt obitum, inclitæ recordationis, Philippi Franciæ & Navarræ Regis, eundem Nobilem gratioſè recipiens, Regia benignitas variis fovit beneficiis, & favoribus præcipuis honoravit, indè

Magni-

Digitized by Google

ſe Domino, reformandæ, nedum utrique parti utilem, ſed toti Chriſtianitati perutili, & Terræ prædictæ negotio non modicum oportunâ, ipſius Comitis præſentiam accomodam multipliciter ſperaremus, ſi prædictæ tractandæ concordiæ, pro parte Scotorum ipſorum, labores efficaciter vellet aſſumere; nos, poſtquam illos ad effectum debitum perduxiſſet, vel per ipſum, bonâ fide, circa dictam perficiendam Concordiam, datâ operâ efficaci, non ſtaret quo minus finis votivus ejuſdem Concordiæ ſequeretur (reconciliato eo primitùs Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & præſtitâ ſatisfactione condignâ) Petitioni ſuæ prædictæ exauditionis aditum præberemus.

Eodem verò Comite poſtmodùm ſubjungente, quòd certi, ſolennes Nuncii, pro Reconciliatione Scotorum ipſorum Eccleſiæ procurandâ, erant in proximo ad noſtram præſentiam deſtinandi: ac humiliter ſupplicante quòd eis, in veniendo ad Sedem prædictam, providere de ſecuro Conductu benigniùs dignaremur:

Nos eidem providimus ſuper hoc reſpondendum, quòd in Terris Principum & Baronum ſecurum eis Conductum, quantum ad præſens, concedere nolebamus; verumtamen noſtras Litteras Apoſtolicas, requiſitorias & monitorias ſuper hoc, ad eoſdem Principes, & Barones, ac alios, juxta formam ſolitam, parati eſſemus concedere, pro ſecuro Conductu dictis præſtando Nunciis, ſi, pro dictâ Reconciliatione ad Sedem venientes prædictam, tranſitum facerent per terras & diſtrictus ipſorum.

Prætereà, ſubſequenter, pro parte, Nobilis Viri, Roberti de Brus, Avunculi ſui, nobis obtulit idem Comes, quod, cum crederetur, cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Carolum, Regem Franciæ & Navarræ Illuſtrem, aſſumpturum negotium paſſagii Tranſmarini, dictus Robertus paratus erat cum Rege transfretare prædicto, dictumve Paſſagium aſſumere (ſi dictus Rex Franciæ ab aſſumptione dicti negotii duceret abſtinendum) & illud proſequi perſonaliter, vel per Comitem antedictum:

Cui ſic noſcimur reſpondiſſe, quod quouſque Pacem tecum haberent, & forent reconciliati Eccleſiæ, non erat decens, nec expediens quòd nos ipſos admitteremus, cum Rege prædicto, vel aliter, ad proſecutionem negotii ſupradicti.

Verùm Comes prædictus, aſſerens ſe Concordiam & Reconciliationem hujuſmodi deſiderabiliter affectare, nobis obtulit ſe fideliter & ſolerter laboraturum pro illis, ſi nos ad earum tractatum dare velimus operam efficacem; circa quem valdè utile, quinimmo neceſſarium reputabat, quòd in litteris exhortatoriis, per nos dicto Roberto ſuper hoc dirigendis, ſub Titulo Regio ſcriberemus: tenens indubiè quòd ſic dictus Robertus Concordiæ & Reformationi prædictis promptè conſentiret; aliàs autem probabiliter verebatur quòd, ſi, dicto ſuppreſſo Titulo, ſcriberemus, ipſe non admittat Litteras nec Tractatum, ſed quòd impediretur prædictum penitùs negotium, ſicut extitit, occaſione hujuſmodi, hactenus impeditum.

Nos autem,

Qui Pacem & Reconciliationem prædictas multipliciter, ſicut præmiſimus, profuturas intenſis deſideramus affectibus, attendentes quòd Juri & honori tuo nichil decreſceret, nec Juri prædicti Roberti accreſceret, ſicut aliàs tibi ſcripſiſſe meminimus, Titulus memoratus ſcriptionis; quódque litteræ noſtræ, ſuper prædictis deſtinandæ, ſic ad ipſum Robertum poſſent liberè pervenire, quæ aliàs nequiverunt, ſicut Regia non ignorat prudentia, ratione omiſſionis prædicti Tituli, præſentari; propter quod tractatus dictæ Concordiæ hactenus extitit diſpendioſè nimium impeditus,

Providentiam Regiam exhortamur, quatinus, præmiſſis in ſcru-

Et commaundant outre au dit Johan, sur le peril, qe appent, q'il nous face liverer totes les Bulles, ou altres Lettres, cloſes ou overtes, queles nous ſont maundees par le dit Johan, & a nous directes par noſtre dit Seint Piere, le Pape, od altres quecunques, touchauntes la repounſe en l'eſploit de noſtre dit meſſagerie, & d'autres nos boſoignes.

E facez overir les Bulles, & les Lettres; &, ſi vous trouez Bulle, ou lettre, touchant ſa boſoigne, & nemie la noſtre, la lui facetz rebailler.

Don. ſoutz noſtre Prive Seal, a Raveneſdale, le 24 jour de November, l'an de noſtre Regne 17.

Nous vous maundoms le tranſeſcript de la lettre, qe nous envioms au dit Maiſtre Johan, enclos dedeintz ceſtes, de qi nous voloms, qe vous ſeitz aviſez.

IDEM etiam Dominus Rex miſit, præfatis Juſticiariis, hic tranſcriptum prædictum, in hæc verba;

REX Magiſtro Johanni de Stratford.

Cùm dudum, pro diverſis, arduis & urgentiſſimis, Negotiis, nos, & ſtatum Coronæ noſtræ, & Regni noſtri, ſpecialiter contingentibus, expediendis, te ad Curiam Romanam in noſtrum Nuncium miſiſſemus: & tu Iter illud, & Proſecutionem negotiorum prædictorum in te aſſumpſiſſes: & circa præmiſſa, in Curiâ prædictâ, a magno tempore, ſumptibus noſtris moram feceris; & nos,

Nuper audito de adventu tuo infra Regnum noſtrum de dictâ Curiâ, volentes ſuper expeditione negotiorum noſtrorum prædictorum certiorari,

Dilectos & fideles noſtros, Hugonem le Deſpenſer Juniorem, Camerarium noſtrum, Galfredum le Scrop, Juſticiarium noſtrum de Banco, & Magiſtrum Robertum de Ayleſton, Cuſtodem Privati Sigilli noſtri, Secretarios noſtros (quibus ſecretiora negotia noſtra committimus & communicamus) tibi, apud Nottingham exiſtenti, miſiſſemus; mandantes & injungentes, per eoſdem, quòd nos ſuper hiis, quæ in dictis negotiis noſtris feciſti, & qualiter per te actum ſit in eiſdem, diſtinctè & apertè per illos redderes certiores:

Tu nobis, per dictos fideles noſtros, ſeu eiſdem, nomine noſtro, indè reſpondere noluiſti, nec curâſti, immò verius contempſiſti, undè, non immeritò, conturbamur.

Tibi igitur præcipimus firmiter injungentes, quòd, in propriâ perſonâ tuâ, ſis coram Nobis, hac inſtanti die Veneris, in Quindenâ ſancti Martini, ubicunque tunc fuerimus in Angliâ; videlicet, coram dilectis & fidelibus noſtris, Henrico de Staunton, & ſociis ſuis Juſticiariis noſtris locum noſtrum, per hæc verba, ubicunque tunc fuerimus in Angliâ, tenentibus, ad reſpondendum nobis de contemptu, & aliis ſupradictis, & ad faciendum ulterius, quod tibi tunc ex parte noſtrâ injungetur:

*Et hoc, ſicut te indempnem ſervare volueris, nullo modo omit- * IV. 31.
tas; Et habeas ibi hoc Breve:

Volumus etiam, & tibi præcipimus, quòd de Receptione præſentis Brevis noſtri, & de die & horâ receptionis ejuſdem, Billam ſub Sigillo tuo Patentem facias, & per Latorem præſentium nobis mittas.

Teſte Rege apud Notingham, 22 die Novembris, anno, &c. 17.

... tenor eſt, de verbo ad verbum, prout in prædicto tranſcripto, per Dominum Regem hic miſſo, inſeritur.

Et quia prædictus Magiſter Johannes præfatis, Hugoni, Galfredo, & Magiſtro Roberto, ad ipſum, ut prædicitur, miſſis, reſpondere noluit, nec curavit, ſet reſpondere contempſit (prout in prædicto Brevi Domini Regis, eidem Magiſtro Johanni ſuper præmiſſis tradito, continetur) & idem Magiſter Johannes, ad prædictum diem Veneris, in Quindenâ Sancti Martini, coram Rege venire non curavit, in propriâ Perſonâ ſuâ, juxta formam Præcepti Domini Regis, ad reſpondendum Domino, Regi de contemptu, & aliis ſupradictis: nec prædictum Breve retornavit in propria ſua, ſicut ei injunctum fuit: nec ſuper præmiſſis contemptibus modo debito ſe excuſat   de ipſo Magiſtro Johanne ad Judicium ſuper utroque contemptu prædicto:

Et ſuper hoc dictum eſt per Judiciarios prædicto Magiſtro Johanni, quòd exhibeat in Curia hic Indenturam, ſibi liberatam, ſuper prædictis Negotiis, Dominum Regem, & ſtatum Coronæ Regis, & Regni, &c. contingentibus, & quòd de expeditione eorumdem Negotiorum reſpondeat, &c.

Et ibidem Magiſter Johannes liberavit, in Curiâ hic, quandam Indenturam, in hæc verba;

Ista indentura Teſtatur, quæ negotia ſunt expedienda, in Curiâ Romanâ, per Dominum Epiſcopum Wyntonienſem, & Johannem de Stratford, Archidiaconum Lincolniæ, Nuncios Domini Regis Angliæ;

1. Imprimis, injunctum eſt dictis Nunciis, quod inſtent effectualiter erga Dominum Papam & Cardinales, quòd Proceſſus, contra Scotos hactenus facti per Dominum Papam & Cardinales, aggraventur per Crucis Signationem, & alia Juris Remedia; cùm ipſorum tanta ſit Rebellio, quod de Eccleſiâ & ipſius Cenſuris nul-
*IV. 32. lo modo curant, ſet vilipendunt, in quantum poſſunt, non * ſine ſuſpitione Hereticæ pravitatis; & etiam, his diebus, in contemptum Eccleſiæ, indifferenter Perſonas Eccleſiaſticas torquent & occidunt.

2. Item, quòd Epiſcopi, de Terrâ Scotiæ, nullo modo creentur, de cætero, in eadem; Prælati enim Scotiæ ſunt illi, qui ſtatus fovent in malitiis ſuis ſupradictis.

3. Item, Inſtandum eſt erga Dominum Papam, quòd Glaſcuen. nullo modo transferatur extra Scotiam; hoc enim Domino Regi Angliæ ultra modum foret præjudiciale, prout novit dicere Archidiaconus memoratus.

4. Item, nè præjudicium fiat Domino Regi in hac parte, fiat Supplicatio Domino Papæ, quod cùm aliquis Epiſcopus creatus fuerit in Scotiâ, quòd ſcribatur dicto Domino Regi pro Temporalibus liberandis, & non alii; ſicut hactenus fuerat conſuetum.

5. Item, quod revocentur Juramenta præſtita ſuper Ordinationibus obſervandis, quæ nuper, per aliquos Prælatos, & Magnates Terræ præfatæ, factæ fuerant in derogationem Juris Regis, & Coronæ ſuæ.

6. Item, fiat Supplicatio Domino Papæ, quòd ſibi placeat Jura Regia illæſa conſervare, ut puta, in Collationibus & Præſentationibus Beneficiorum, quæ ad ipſum Jure ſuo Regio pertinere dinoſcuntur; & hic tangatur factum & negotium Magiſtri Roberti de Baldok, & Domini Willielmi de Ayrmine, quoad Præbendas de Aylesbyri & de Leygton.

7. Item, quòd recipiantur excuſationes Clericorum ſuorum, maximè illorum qui aſſiſtunt lateri ſuo; & hic tangantur excuſationes dictorum, Roberti & Willielmi, cum inſtantia magnâ; & qualiter de dictis Collationibus impugnatis, & excuſationibus non admiſſis, Magnates Terræ moti & turbati exiſtunt.

peritorum, in Curiâ exiſtentium, compilavit, & ad ordinem rectum deduxit: mortuoque, bonæ memoriæ, Domino Rigando ſupradicto, dictus Archidiaconus, nunc vero Wyntonienſis Epiſcopus, informavit, &, juxta præceptum Domini Papæ, informari fecit Cardinales memoratos ſuper Proceſſu prædicto:

Et, cùm iidem Domini Cardinales ad referendum parati fuiſſent, ſupervenerunt Litteræ Domini Regis de Treugis, factis inter ipſum & Scotos (in quibus Literis copia Treugarum incluſa) quibus viſis Dominus Papa dixit ſe ulterius non poſſe, nec velle procedere de negotio prædicto, pro eo quod ad Officium ſuum pertinebat principaliter Treugam & Pacem facere, &, a * multo fortio- *IV. 33.
ri, factas cuſtodire & confirmare.

Et prætereà, unus Articulus fuit in illis Treugis, quòd de conſenſu Domini noſtri Regis eſſent abſoluti, ſaltim uſque ad tempus; Et ſic, interim, non poterat Proceſſus ulteriùs aggravare, ut dicebat; &, poſt multas altercationes, nihil poterat ulterius optineri:

Rogavit tamen dictus Archidiaconus, nunc Wyntonienſis Epiſcopus, dictum Dominum Papam, quod, in eventu Abſolutionis concedendæ, cogitaret de duobus, videlicet, de Jure Regio (finito tempore Abſolutionis) conſervando, ac etiam de infinitis Dampnis, Eccleſiæ Angliæ, Domino Regi, & Terræ ſuæ factis per Scotos memoratos; qui reſpondit ſe velle facere, pro commodo Eccleſiæ Angliæ, Domini Regis, & Regni, quicquid poſſet Juſtitiâ inoffensâ.

Item, ad ſecundum Articulum, qui ſic incipit, *Item quod Epiſcopi &c.* Artic. 2.

Reſpondit Papa, quod nullus Anglicus poteſt ingredi terram Scotiæ, & ſic Animæ carerent debito Paſtore, & periclitarentur, in ipſius Domini Papæ defectum; ideo iſti Articulo minimè duxit annuendum. Reſp. Papæ.

Item, ad tertium Articulum, qui ſic incipit, *Item inſtandum eſt &c.* Artic. 3.

Reſpondit, ſicut ad Articulum proximum, pro eo quòd tunc Glaſcuenſ. Anglicus fuit, & ingredi non potuit terram Scotiæ ſupradictam. Reſp. Papæ.

Item, ad quartum Articulum, qui ſic incipit, *Item ne præjudicium &c.* Artic. 4.

Reſpondit, quòd libenter ſcribit Domino noſtro Regi Angliæ pro Temporalibus liberandis, ſicut hactenus fuit conſuetum, & ita multotiens fecit tempore ſuo. Reſp. Papæ.

Item, ad quintum Articulum, qui ſic incipit, *Item, quod revocentur Juramenta &c.* Artic. 5.

Reſpondit, quod multi fuerunt in periculo propter Ordinationes illas in Angliâ, multumque reddidit difficilem in concedendo Articulum illum; aſſerens quòd, licet Dominus Rex poſſet ſua ſtatuta mutare & revocare, ipſius tamen non eſt Juramenta, præſtita in talibus, anullare: finaliter tamen Articulum conceſſit prædictum, ſuper hoc Cantuarienſi Archiepiſcopo ſuas Bullas ſub certo tenore dirigendo; qui habet in præmiſſis facere, quod ſibi videbitur expedire pro commodo & honore Regis & Regni. Reſp. Papæ.

Item, ad ſextum Articulum, qui ſic incipit, *Item fiat Supplicatio &c.* Artic. 6.

Reſpondit, quòd non ſolùm in Collationibus & Præſentationibus Beneficiorum voluit Jura Domini Regis illæſa conſervare, ſet etiam in aliis quibuſcunque aſſerens ſe ipſa velle manutenere & defendere: dicens quòd cupiditas Clericorum inordinata, non conſideratis commodo vel honore Domini noſtri Regis, materiam contentionis in talibus miniſtrabat; injungens dicto nunc Wyntonienſi Epiſcopo quòd diceret Domino noſtro Regi, quòd de procurantibus talia non curaret, quia paratus fuit, & erit, Clericis ſuis, & aliis, ad preces ſuas, dare Beneficia, majora & minora, quotquot voluerit. Reſp. Papæ.

Et

Digitized by Google

in præſentia Domini noſtri Regis, fuerant prælocuta, creditur quòd Dominus Papa ipſam quartam in toto remiſiſſet.

Et nunc, in Proceſſu Domini nunc Wyntonienſis Epiſcopi, Dominus Papa voluit ſibi tradidiſſe Bullas, dirigendas Executoribus, pro exactione Quartæ memoratæ: quas portare recuſavit, eo quod tendebant in dampnum Domini noſtri Regis; verumptamen Bullas clauſas, de facto memorato, portat Dominus Wyntonienſis, ut Dominus noſter Rex meliùs deliberare poterit cum Concilio ſuo, quid faciendum fuerit in Præmiſſis, & certè non ſolutio Cenſûs; &, pro eo quòd non fuerit dicta prælocuta, fuit maximum impedimentum Negotiorum regiorum in Curia Romanâ; de quibus etiam aliqua ſecreta ſunt tangenda Domino noſtro Regi prædicto.

ITEM, extra Indenturam, injunxit Dominus noſter Rex, eidem ex corde, quod negotium fratrum Prædicatorum omnino expediret; quod & factum eſt; ſuper quo duæ Bullæ impetrantur.

ITEM, ſcriptum fuit eidem, per Dominum Regem, in Curiâ, quòd Bullam Confeſſionis pro eodem Domino noſtro Rege impetraret; quod & factum eſt; ſuper quo bulla impetratur.

ITEM, de facto Provinciæ, tangente R. Robertum, Papa reſpondit per Bullam ſuam clauſam.

ITEM, Dominus noſter Rex præcepit eidem, quòd impetraret Bullam pro Religioſis de Thame, ſuper Appropriatione Eccleſiæ de Chalgrave; quod & factum eſt; ſuper quâ Bulla impetratur.

Secreta autem alia ſunt injuncta Domino Wyntonienſi per Dominum Papam, perſonæ propriæ Domini noſtri Regis, & non alii referenda; quæ paratus erit eidem referre, quum ſuæ placuerit voluntati.

DIES datus eſt ei, coram Rege, in Octabis ſancti Hillarii, ubicunque &c.

POSTEA, pendente Adjornamento prædicto, prædictus Magiſter Johannes venit in Curiâ hic, die Mercurii in craſtino Sancti Nicholai, & protulit quoddam Breve Domini Regis, eidem Magiſtro Johanni directum, retornabile hic; in hæc verba;

EDWARDUS, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Magiſtro Johanni de Stratford.

Cùm dudum, pro diverſis arduis & urgentiſſimis negotiis, nos, & ſtatum Coronæ noſtræ, & Regni noſtri, ſpecialiter contingentibus, expediendis, te ad Curiam Romanam in noſtrum Nuncium miſiſſemus: & tu iter illud, ac proſecutionem negotiorum prædictorum in te aſſumpſiſſes: &, circa præmiſſa, in Curiâ prædictâ, à magno tempore, ſumptibus noſtris, moram feceris: & nos, nuper audito de adventu tuo, infra Regnum noſtrum, de dictâ curiâ, volentes ſuper expeditione negotiorum noſtrorum prædictorum certiorari, dilectos & fideles noſtros, Hugonem le Deſpenſer Dominum de Glamorgan Camerarium *&c. ut ſupra uſque hæc verba; viz.*

Quòd nos, ſuper hiis, quæ in dictis negotiis feciſti, & qualiter per te actum erat in eiſdem, diſtinctè & apertè per illos redderes certiores;

Tu nobis, per dictos fideles noſtros, ſeu eiſdem, nomine noſtro, indè reſpondere noluiſti, nec curâſti, immo veriùs contempſiſti; undè, non immerito, conturbamur.

Tibi igitur præcipimus, firmiter injungentes, quòd, in propriâ perſonâ tuâ, ſis coram nobis,

Die Mercurii in craſtino Sancti Nicholai proximo futuro *&c. ut ſupra uſque hæc verba; viz.*

chidiaconus Lincolniæ, prædictus, videns ſe non poſſe alio modo pacem facere poſſe, ſubmiſit dictum Magiſtrum Robertum, & ipſum, nomine ſuo, in præmiſſis, Ordinationi, venerabilis Patris, Domini Bertrandi, Dei gratiâ, ſanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis (quem ad hoc deputaverat Dominus Papa prædictus) ſub certis pœnis, per eundem Dominum Bertrandum Cardinalem ſtatuendis: & hoc idem fecit, pro parte ſuâ, dictus Dominus Gaylardus Cardinalis.

Et, quia adhuc non fuiſſet facta Concordia, per viam talem, niſi dictus Johannes, nunc Epiſcopus Wyntonienſis, tunc Archidiaconus Lincolniæ, ſe obligâſſet ad pœnam, quòd dictus Magiſter Robertus ratum haberet quod fieret in hac parte, volens dictus Johannes, nunc Epiſcopus Wyntonienſis, tunc Archidiaconus Lincolniæ, commodum & honorem dicti Magiſtri Roberti, quatenùs in eo fuit, conſervare & augmentare, obligavit ſe, ſub pœnâ Duorum Milium Marcarum Sterlingorum, pro eodem:

Quibus ſic pactis, dictus Dominus Bertrandus Cardinalis Submiſſionem hujuſmodi in ſe recepit, & Pacem ordinavit, in quâ multa continentur, prout plenè apparet per quoddam Inſtrumentum Publicum, ſuper hujuſmodi Submiſſione & Ordinatione confectum: quod quidem inſtrumentum eſt Londoniæ, in cuſtodiâ Domini Epiſcopi memorati, unà cum copiâ Procuratorii ſupradicti; quibus inſpectis, notoriè apparet Jus Regium ſalvum eſſe.

Et, ſi dicatur, dictum Johannem, nunc Epiſcopum, tunc Archidiaconum, aliquid præter, vel contra, mandatum ſuum prædictum feciſſe, quod non credit, hoc nemini præjudicari poterit, niſi ſibiipſi, ſicut paratus eſt oſtendere quandocunque placuerit Domino noſtro Regi.

ITEM, concordia, ſimili modo quaſi, facta eſt inter Dominum Willielmum de Ayremynn, ex parte unâ, & Dominum Johannem de Podio Berſato, ex alterâ, de Præbendâ de Leyghton Buſard in Eccleſiâ Lincolniæ; prout plenè apparere poterit per quoddam Inſtrumentum publicum, exiſtens in cuſtodiâ Domini Willielmi de Ayremynn ſupradicti.

DIES datus eſt ei, coram Rege, in Octabis Purificationis beatæ Mariæ, ut, de die in diem, & tunc reſpondeat plenius &c.

AD QUEM DIEM prædictus Magiſter Johannes venit; Et Dominus Rex mandavit Juſticiariis ſuis hic Breve ſuum, in hæc verba.

Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, dilectis & fidelibus ſuis, Henrico de * Staunton, & ſociis ſuis, Juſticiariis noſtris, ad placita coram nobis tenenda aſſignatis, Salutem. * IV. 36.

Mandavimus vobis, quòd omnia negotia, nos tangentia, verſus Magiſtrum Johannem de Stratford, coram nobis dependentia, atterminetis ad proximum Parliamentum noſtrum, à die Purificationis beatæ Mariæ Virginis, proximò futuro, in Tres Septimanas, apud Weſtmonaſterium convocatum; ipſum Johannem ad dictum Parliamentum adjornantes, quòd tunc ſit ibi facturus, & recepturus quod in eodem Parliamento conſideratum fuerit in præmiſſis.

Teſte meipſo apud Wygorniam, decimo quinto die Januarii, Anno Regni noſtri decimo ſeptimo.

IDEò datus eſt ei dies, ad proximum Parliamentum Regis, apud Weſtmonaſterium, à die Purificationis beatæ Mariæ in Tres Septimanas &c. facturus, & recepturus &c.

Digitized by Google

REX, Venerabili in Chriſto Patri eadem gratiâ, Archiepiſcopo Burdegalenſi, Salutem.

Ob zelum grandis affuctionis, *&c. ut ſupra.*

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur Epiſcopis ſubſcriptis; videlicet,

R. Epiſcopo Wauren.	*Epiſcopo Agenn.*
Epiſcopo Aduren.	*Epiſcopo Læſcuren.*
Epiſcopo Vaſaten.	*Epiſcopo Baion.*
Epiſcopo Oleron.	*Epiſcopo Aquen.*
Epiſcopo Xancton.	*Gulielmo Abbati ſancti Severi.*

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Conſulibus Franchæ Villæ, Salutem.

Ob zelum grandis, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Conſulibus Caſtri Senborii.
Conſulibus ſancti Paſtoris.
*IV. 37. * Conſulibus & Univerſitati Marmandæ,*
Conſulibus Miri Montis,
Conſulibus de Turnone,
Conſulibus Forteſii,
Conſulibus de la Mont Joja,
Conſulibus Montis Regalis,
Conſulibus de Manbanco,
Conſulibus Franceſcani,
Conſulibus de Manſo Agenn.
Conſulibus & Univerſitati de Medicino,
Conſulibus & Univerſitati Sanctæ Fidis,
Conſulibus & Univerſitati Civitatis Aquenſ.
Conſulibus & Habitatoribus de Landuno,
Conſulibus & Habitatoribus Viennia,
Juratis & Habitatoribus Sancti Severi,
Juratis & Habitatoribus Bonæ Gardæ,
Juratis & Habitatoribus Herbæ Faveriæ,
Juratis & Communitati de Reula,
Juratis & Communitati Salvæ Terræ,
Majori & Juratis, Centum Paribus & Communitati de Sancto Emiliano.
Conſulibus de Altis Vineis,
Conſulibus de Romeno,
Conſulibus Montis Gaudii.
Conſulibus Caſtri Novi,
Conſulibus Sanctæ Liberatæ,
Conſulibus Boloniæ,
Conſulibus Villæ Novæ,
Conſulibus Caſtri Amoroſii,
Conſulibus de Caſtelboneſii,
Conſulibus & Univerſitati Civitatis Condomii,
Conſulibus & Univerſitati Grandis Caſtri.
Conſulibus & Univerſitati Montis Flanquini,
Juratis & Univerſitati de Lingon,
Conſulibus & Communitati Pennæ,
Univerſitati Civitatis Vaſaten.
Conſulibus & Habitatoribus Florenciæ,
Juratis ſeu Conſulibus & Habitatoribus de Cogut Mont,
Juratis ſeu Conſulibus & Habitatoribus de Pellegrua,
Juratis ſeu Conſulibus & Communitati Sanctæ Baziliæ,

Serenitatem veſtram affectuoſis precibus requirimus & roagmus, quatenùs dictum Clericum noſtrum, in exponendis ex parte noſtrâ, benignè velitis audire; & expeditionem eorumdem exponendorum, juxta Preces noſtras, vobis aliàs fuſas pro eiſdem, jubere maturare, & dicto Clerico noſtro, in præmiſſis, fidem indubiam, adhibere.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto diè Martii.

---

* *Ad Parliamentum Franciæ, de Credentia.* *IV. 38.

REX, Venerabilibus Viris & diſcretis, Amicis ſuis cariſſimis, Magiſtris Parliamenti, Magnifici Principis, Domini Karoli, Franciæ & Navarræ Regis Illuſtris, apud Pariſius convocati, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1324. *An. 17. E. 2. Ibid.*

Cùm mittamus, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Weſton, Canonicum Eccleſiæ Lincolniæ, Legum Doctorem, ad partes Franciæ, pro quibuſdam Negotiis noſtris, in dicto Parliamento proſequendis;

Vos affectuoſis Precibus requirimus & rogamus, quatinùs eundem Clericum noſtrum benignè admittere, & gratioſiùs exaudire, ipſaque negotia, quatinùs ad vos attinet, juxta noſtri deſiderium, favorabiliter expedire velitis, noſtris precibus & amore.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto Martii.

Procuratoria pro Rege de negotiis in Curia Franciæ.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Ad petendum & requirendum dilationem quorumcumque Negotiorum (nos, ratione Ducatûs noſtri Aquitaniæ, in inſtanti Parliamento, Sereniſſimi Principis, Domini Karoli, Dei gratiâ, Regis Francorum Illuſtris, Fratris noſtri cariſſimi, contingentium) & in eodem Parliamento, ſive ex Officio, ſive ad inſtantiam partis cujuſcumque, dependentium: Ann. D. 1324. *An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 31.*

Necnon ad alligandum, & proponendum, in Paliamento prædicto, quæcumque tàm Juris, quàm facti, Remedia, quæ pro hujuſmodi dilatione habendâ valere poterunt quovis modo;

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Weſton, Canonicum Lincolniæ, Legum Doctorem, Nuncium noſtrum ordinamus, facimus, conſtituimus, & per præſentes ſpecialiter deputamus:

Ratum habituri & firmum quicquid idem Nuncius noſter, ad effectum, ſive finem dilationis hujuſmodi duntaxat optinendæ, duxerit faciendum;

Et hoc omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poterit, innoteſcimus per has Patentes Literas, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Martii.

Procuratoria pro Rege de excuſando ipſum in Curia Franciæ.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem.

Ad excuſandum nos in quibuſcumque cauſis, & Negotiis, Litibus, & Querelis, tàm ex Officio, quàm ad inſtantiam partis cujuſcumque, nos, ratione Ducatûs noſtri Aquitaniæ, in inſtanti Parliamento, Sereniſſimi Principis, Domini Caroli, Dei gratiâ, Regis Francorum Illuſtris, Fratris noſtri cariſſimi, qualitercumque contingentibus, Ann. D. 1324. *An. 17. E. 2. Ibid.*

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Weſton,

Digitized by Google

Nos, volentes eiſdem Patronis, Magiſtris, Mercatoribus, & Marinariis, dictarum Quinque Galearum, & aliis de Civitate & Partibus Venetiarum, gratiam facere ſpecialem, præſenti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, a die Purificationis Beatæ Mariæ proximò præterito, in tres ſeptimanas convocato (Conſentientibus Prælatis & Proceribus Regni noſtri ibidem congregatis) pro nobis & Hæredibus noſtris, IMPERPETUUM pardonavimus omnibus & ſingulis Patronis, Mercatoribus, Magiſtris, Marinariis, dictarum Galearum, & aliis de Civitate & partibus Venetiarum, qui Diſcordiis & Interfectionibus interfuerunt prædictis, Sectam Pacis noſtræ, quæ ad nos pertinet, pro Homicidiis, in dictis Diſcordiis & Diſſenſionibus perpetratis, & firmam Pacem noſtram eiſdem, omnibus & ſingulis, de Civitate & partibus Venetiarum, inde concedimus PERPETUO duraturam:

Pardonavimus etiam ſupradictis, de Civitate & partibus Venetiarum, quicquid ab eis, vel eorum aliquo, peti poſſit de Tranſgreſſionibus, in dictis Diſcordiis & Diſſenſionibus perpetratis; ita quòd, prætextu dictarum Diſcordiarum, Diſſenſionum, Tranſgreſſionum, & homicidiorum, aliquis de dictis Galeis, ſeu Civitate & partibus Venetiarum, in Regno & Curiâ noſtris, per aliquem, ſeu aliquos, deinceps areſtari, detineri, carcerari, inquietari, vel gravari, directè vel indirectè, non poſſit; nec cogatur, pro aliquo promiſſorum, nobis aut Hæredibus noſtris reſpondere:

Volentes & concedentes, pro nobis & Hæredibus noſtris (conſentientibus in dicto Parliamento Prælatis & Proceribus ſupradictis) omnibus & ſingulis, de Civitate & partibus Venetiarum, quòd ipſi cum Galeis, & Bonis, & Mercimoniis ſuis, in Regnum & Poteſtatem noſtram ſalvò & ſecurè venire poſſint, in eiſdem morari, mercari, negotiari, & commoda ſua facere (Mercandiſas legales excercendo, & Conſuetudines debitas faciendo) non obſtantibus Homicidiis & Tranſgreſſionibns ſupradictis, quatenus Sectam noſtram vel Hæredum noſtrorum contingunt: & quòd, de eiſdem Regno & Poteſtate noſtris, ſimiliter recedere cum Bonis ſuis valeant liberè & abſque impedimento quocumque;

Bona etiam ipſorum, in quibuſcumque locis conſiſtentia, & quocumque nomine cenſerentur, pro prædictis Homicidiis & Tranſgreſſionibus, aut eorum aliquo, infra Regnum & Poteſtatem noſtram, ad Sectam noſtram, vel Hæredum noſtrorum, non poſſint areſtari, nec inquietari in aliquo, ſeu gravari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Dupl.

•IV.40. ** De Navibus parandis, pro Expeditione Aquitaniæ.*

Ann. D. REX, dilectis ſibi, Majori, Ballivis, Probis Hominibus, &
1324. toti Communitati Villæ Suthamptoniæ, ſalutem.
An. 17. Cùm, ut intelleximus, aliqui, Jura noſtra in Ducatu noſtro A-
E. 2. quitaniæ injurioſè uſurpare, & eundem Ducatum Armatorum po-
*Clauſ.*17. tentiâ aggredi, ac Populi noſtri partium illarum tranquilitatem &
E. 2. quietem perturbare fatagant hiis diebus;
m. 11. *d.* Nos, volentes, in hac parte, Remedium apponere quod valemus, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd ſex Naves, de Majoribus Navibus Villæ veſtræ prædictæ, ſine dilatione aliquâ,

Ballivis, Probis Hominibus, & toti Communitati Villæ de Bobdre, pro una Navi;

Ballivis, Probis Hominibus, & toti Communitati Villæ Jernemuth ſub Wygh, pro duabus Navibus;

Ballivis, Probis Hominibus, & toti Communitati Villæ de Pole cum Membris, pro quatuor Navibus.

De Poteſtate, ad Diem & Locum, pro Homagio faciendo, acceptandos.

REX omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D.
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilecto- 1324.
rum & fidelium noſtrorum, venerabilis Patris, Alexandri Archie- *An.* 17.
piſcopi Dubliniæ, Edmundi Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſi- *E.* 2.
mi, & Magiſtri Willielmi de Weſton, Canonici Eccleſiæ Lin- *Vaſc.* 17.
colnienſis, Legum Doctoris, plenariè confidentes; *E.* 2.
Ad conſentiendum diei & loco, quibus, Magnificus Princeps, *m.* 5.
Dominus Karolus, Rex Franciæ & Navarræ Illuſtris, & nos
convenire debeamus, & * mutuò nos videre: Necnon ad eoſ- •IV.41.
dem diem & locum, noſtro nomine, acceptandum;

Præfatis, Archiepiſcopo, Comiti, & Canonico, & duobus eorum, plenam, tenore præſentium, concedimus Poteſtatem;

Ratum habituri & firmum quicquid per præfatos, Archiepiſcopum, Comitem, & Canonicum, vel duos eorum, tractatum & acceptatum, noſtro nomine, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Fulmere, undecimo die Martii.

Per ipſum Regem.

Bulla, ad Pacem, & ad Homagium præſtandum, hortatoria.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Ann. D.
Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam 1324.
Benedictionem. *An.* 17.
Ut, exemplo Chriſti, qui, migraturus in Cœlum, dedit & re- *E.* 2.
liquit in Terrâ Diſcipulis ſuis Pacem, inter cunctos vigere ipſam *Ex An-*
univerſaliter conſtituens, ſingulariter tamen illam deſideramus ineſſe *togr.*
inter Catholicos Mundi Reges & Principes; inter quos maximè ideò Divina Potentia affinitatis copulam coaleſcere voluit, ut, per eorum placabilem animum, optata quies proveniat Subditorum.

Sanè cùm Homagium, quod cariſſimo in Chriſto Filio noſtro, Carolo Regi Franciæ & Navarræ Illuſtri, pro Ducatu Aquitaniæ, rationabiliter debere aſſereris, dicaris nondum ſibi juxta debitum præſtitiſſe: noſque cupiamus inter utrunque, velut inter notabiles Reges Catholicæ Fidei, & præclarâ Generis affinitate conjunctos, Deo fragrantia, & tàm Religione fructifera, quàm Subjectis, Pacis & Concordiæ perennis aromata redolere; attento quòd Debita, ſoluta præſtantiùs, duplicatâ vice, fiunt recipientibus lætiora;

Excellentiam Regiam affectuoſè rogamus, quatinùs tàm ad præmiſſa, quàm alia, quæ inter te ac dictum Regem nutritivæ Pacis bonum & Concordiæ ſapiant, ſic, Fili cariſſime, diſponas inten-

Digitized by Google

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Maii.

Per ipſum Regem.

• IV. 42. * *De illis qui falſo finxerunt Miracula fieri circa corpora apud Briſtoll.*

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 30. dor.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Henrico Spigurnel, Adæ de Herewynton, & Johanni de Clyvedon, ſalutem.

Sciatis quòd, cùm nuper Henricus de Monteforti, & Henricus de Wilynton, nuper Inimici & Rebelles noſtri, eâ occaſione, per conſiderationem Curiæ noſtræ, per Equos tracti, & apud Briſtoll ſuſpenſi fuiſſent, *&c. prout ſupra de dat. 2 Octobris, uſque hæc verba, viz.*

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, quòd, ad certos dies & loca, quos vos, vel duo veſtrum ei ſcire faciatis, venire faciat coram vobis, vel duobus veſtrûm, tot & tales Probos & Legales Homines de Ballivâ ſuâ, per quos rei veritas in præmiſſis meliùs ſciri poterit & inquiri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

De inquirendo de Exceſſibus in loco Sancti Sacerdotis factis.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Vaſc. 17. E. 2. m. 5.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & cæteris Prælatis Eccleſiaſticis: Comitibus, Vicecomitibus, Militibus, Domicellis; & aliis Subditis noſtris, in dicto Ducatu, & cæteris Terris noſtris, ultra Mare conſtitutis, Salutem.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Alexandri Archiepiſcopi Dublinienſis, Edmundi Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſimi, & Magiſtri Willielmi de Weſton, Canonici Lincolnienſis, Legum Doctoris, plenam fiduciam reportantes,

Ad informandum ſe per Inquiſitiones, ſi neceſſe fuerit, & aliis modis & viis, quibus expedire viderint, de aliquibus Exceſſibus, qui dicuntur facti fuiſſe in præjudicium Domini Regis Franciæ, in Loco de Sancto Sacerdote, infra Terram noſtram Agenni, & de aliis (ſi quæ in præjudicium, ſeu contemptum dicti Domini Regis, infra dictum Ducatum, indebitè facta fuerint per Miniſtros, ſeu Subditos noſtros dicti Ducatûs) & ad ea, quæ minus ritè in præmiſſis invenerint attemptata, corrigenda, & ad ſtatum debitum reducenda, & ad informandum nos pleniùs de eiſdem,

Præfatos, Archiepiſcopum, Comitem, & Willielmum, ac duos eorum, tenore præſentium, deputamus; dantes eiſdem, & duobus eorum, plenam Poteſtatem faciendi, & exequendi omnia & ſingula, quæ in præmiſſis, & eorum quolibet, neceſſaria fuerint & etiam oportuna;

Vobis igitur, omnibus & ſingulis, mandamus, firmiter injungentes, quatinùs præfatis, Archiepiſcopo, Comiti, & Willielmo, & duobus eorum mandatis in præmiſſis, omnibus & ſingulis, ſitis intendentes, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, quotiens, & quando per ipſos, Archiepiſcopum, Comitem, & Willielmum, vel duos eorum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti, ſeu etiam præmuniti.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Martii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

bus in hac parte committimus, ita quod non ſit melior occupantis conditio, ſicut nobis, pareant & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Martii.

Per ipſum Regem.

De intendendo Commiſſariis antedictis.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Vaſc. 17 E. 2. m. 5.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & cæteris Prælatis Eccleſiaſticis: Comitibus, Vicecomitibus, Majoribus, Juratis, Conſulibus, Communitatibus Civitatum, Burgorum, & Villarum: Conſtabulariis, Caſtellanis, Ballivis Villarum & Locorum; ac cæteris ſubditis noſtris, in Ducatu Aquitaniæ conſtitutis, Salutem.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, venerabilis Patris, Alexandri Archiepiſcopi Dubliniæ, Edmundi Comitis Kantiæ, fratris noſtri cariſſimi, & Magiſtri Willielmi de Weſton, Canonici Lincolnienſis, & Legum Doctoris, plenam fiduciam reportantes,

Eoſdem, Archiepiſcopum, Comitem, & Willielmum, pro reformatione Statûs & Regiminis Ducatûs noſtri prædicti, ac rerum noſtrarum in eodem, ad partes ejuſdem Ducatûs duximus deſtinandos;

Vobis igitur, omnibus & ſingulis, Mandamus, firmiter injungentes, quatinùs præfatis, Archiepiſcopo, Comiti, & Willielmo, & duobus eorum, ac eorundem, vel duorum eorum mandatis, in hiis, quæ Reformationem Statûs & Regiminis dicti Ducatûs, ac rerum noſtrarum in eodem, contingere poterunt, intendentes ſitis, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes, quotiens, & quando per ipſos, Archiepiſcopum, Comitem, & Willielmum, vel duos eorum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ fueritis requiſiti, ſeu etiam præmuniti.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Martii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

COnſimiles Literæ fiunt, ſub nominibus dictorum, Archiepiſcopi, Willielmi, & Ricardi de Grey.

---

* *Ad Comitem Armaniaci, de intendendo Commiſſariis prælibatis.* • IV. 44.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Vaſc. 17. E. 2. m. 6.

REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni Comiti Armaniaci, Salutem.

Grandis & ſincerus affectus, quem ad incrementum veſtrorum honoris & commodi, ad tranquillitatem ſolidam ſtatûs veſtri gerimus, nos inducit ut, quæ circa præmiſſa vobis profutura, & nobis expedientia noverimus, nedùm per nos ipſos, ſed per alios, quorum nobis ſunt notæ fidelitatis & induſtriæ virtutes, ſollicitius exequamur.

Hinc eſt quòd, dilectos & fideles noſtros, venerabilem Patrem, Alexandrum Archiepiſcopum Dublinienſem, & Edmundum de Wodeſtock, Comitem Kantiæ, fratrem noſtrum cariſſimum (de quorum fidelitatis & induſtriæ probitate plenariè confidimus) ad partes Ducatûs Aquitaniæ, pro tranquillitate dicti Ducatûs & veſtri, ac ejuſdem Ducatûs populi noſtri utilitate & quiete, nec non pro defenſione veſtri, & veſtrorum ab Injuriis & Violentiis quibuſcunque, deſtinamus;

Fidelitatis veſtræ conſtantiam excitando, rogantes quatinùs in

Præ-

Digitized by Google

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 1. *Clauſ.* 17. *p.* 2. *m.* 18. *d.*

MAgnifico Principi, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Regi Aragoniæ, Valentiæ, Sardiniæ, & Corſicæ: Comitique Barchinonæ; ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexillario, Ammirato, & Capitaneo Generali, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & proſperis ſucceſſibus feliciter jocundari.

Dilectos & fideles noſtros, Arnaldum Guillielmi de Bearnio, Dominum de Leſcuno, & Magiſtrum Petrum Galiciani, pro ulteriori Tractatu habendo ſuper negotiis, quæ inter Vos & Nos, ex affectu mutuo inchoata, per relationem ipſius Magiſtri Petri, hactenus tractata ferunt, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam duximus deſtinandos;

Affectuoſis precibus deprecantes, quatinùs præfatis, Arnaldo & Petro, in exponendis per ipſos, ex parte noſtrâ, velitis fidem indubiam adhibere, &, quid in eiſdem negotiis ſenſitis per vos faciendum, nobis reſcribere per eoſdem.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Martii.

-45- ** Ad tractandum cum præfato Rege, ſuper præfata Copula conjugali.*

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Vaſc.* 17. *E.* 2. *m.* 5.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, venerabilis Patris, Alexandri Archiepiſcopi Dublinenſis, Edmundi Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſimi, & Magiſtri Willielmi de Weſton, Canonici Lincolniæ, Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad tractandum cum, magnifico Principe, Domino Jacobo, Rege Arragoniæ illuſtri, vel ſuis, ſuper Copulâ Conjugali, inter Edwardum Filium noſtrum Primogenitum, & ——— Filiam prædicti Regis maritandam, contrahendâ,

Et de Confœderationis & Amicitiæ vinculo ſpeciali, inter dictum Regem & Hæredes ſuos; & Nos & Hæredes noſtros, ac ipſius Regis & noſtrum Regna, perpetuò duraturæ, incundo;

Et ad ea, quæ in præmiſſis tractata fuerint & concordata, modis & viis, quibus melius expedire videbitur, vallanda & firmanda,

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, facienda,

Præfatis, Archiepiſcopo, Comiti, & Canonico, & duobus eorum, plenam poteſtatem & ſpeciale mandatum damus, & concedimus per præſentes;

Ratum, gratum, & firmum habituri quicquid per præfatos, Archiepiſcopum, Comitem, & Canonicum, vel duos eorum, tractatum, concordatum, vallatum, firmatum, & factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Martii.

De Tractando cum quibuſcunque Nobilibus de Confœderationis & Amicitiæ vinculo.

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Vaſc.* 17. *E.* 2. *m.* 5.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Ad tractandum,

Cum quibuſcunque Nobilibus, & aliis perſonis, cujuſcunque Regni, ſeu Terræ, Statûs, Dignitatis, vel Conditionis exiſtant, ac Communitatibus, ac Univerſitatibus quibuſcumque,

De Confœderationis & Amicitiæ vinculo ſpeciali,

Et ad eaſdem Confœderationem & Amicitiam (inter nos & ip-

Ita tamen quod eorum alicui, ultra ſummam Centum librarum Sterlingorum, eâ occaſione, non ſolvat; Et Rex ſibi, in Compoto ſuo, debitam Allocationem habere faciet.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Ad Tutores Regis & Magnates Hiſpaniæ de Credentia.

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Clauſ.* 17. *E.* 2. *m.* 14. *d.*

REX, nobili viro, Philippo Infanti, Nato Regis Hiſpaniæ Illuſtris, Nepoti noſtro cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm injunxerimus, dilectis & fidelibus noſtris, Arnaldo Gulielmi de Bearnio, Domino de Leſcuno, & Magiſtro Petro de Galicien, quædam negotia, nos ſpecialiter contingentia, vobis ex parte noſtrâ ſerioſiùs exponenda;

Vos, affectuoſis precibus, requirimus & rogamus, quatenùs eiſdem, Arnaldo & Petro, & eorum cuilibet, in hiis, quæ vobis ex parte noſtrâ expoſuerint, vel expoſuerit vivâ voce, fidem indubiam præbere velitis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Aprilis.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, videlicet,

Domino Johanni, filio Infantis Johannis de Iſpaniâ, Domino Biſcaye, Nepoti Regis Angliæ.
Domino Johanni Manuelis, filio Domini Infantis Manuelis de Iſpaniâ, Conſanguineo Regis Angliæ.
Domino Johanni Alphonſo de Farewe, Domino Kemoll.
Domino Ferando Royi, Domino de Soldane.
Domino Alfonſo Regi Iſpaniæ.
Domino Agarſlaſto de Valle Carceris.
Domino Gunſallo Roys de Tolleto, Cuſtodi Regis Iſpaniæ.
Domino Infanti Johanni Archiepiſcopo Tollatanenſi.
Domino Gundiſallo Epiſcopo de Burgis.
Dominæ Mariæ, quæ fuit uxor Infantis Domini Johannis de Iſpania, Dominæ de Biſcaye, Conſanguineæ Regis Angliæ.
Dominæ Garciæ de Villâ Majori.

Ad Papam, de non ſcribendo ad Robertum de Brus, ſub titulo Regis: De Epiſcopo Hereſordenſi læſæ Majeſtatis reo; Et de Poſſeſſionibus Templariorum Hoſpitalariis concedendis.

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Rom.* 17. *E.* 2. *m.* 6.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Literas veſtræ Manſuetudinis nuper recepimus cum reverentiâ quâ decebat; per quas, inter alia, nos exhortari curâſtis, ut æquanimiter ſuſtinere vellemus, quòd Roberto de Brus, ſub Titulo Regiæ dignitatis, ſcriberetis; innuentes quòd nihil Juri & Honori noſtro ex hoc decreſceret, nec Juri præfati Roberti accreſceret per expreſſionem Tituli ſupradicti.

Profectò, Pater Sancte, ſi ſic fieret, Jus noſtrum & Honor exindè læderentur, ac honeſtati & decori ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ detraheretur, Scandalumque ſuſcitaretur in Populo, ac honor ejuſdem Roberti, ex ſuâ culpâ, plurimùm augeretur; præſertim quia, ſicut veſtra novit Clementia, claræ memoriæ, Genitor noſter terram Scotiæ, Coronæ ſuæ Angliæ annexam, pleno Jure tenuit; Noſque eandem Terram, quæ, poſt mortem ejuſdem, ad Nos Jure conſimili deſcendit, per tempora non modica tenuimus, quouſque, ob cauſas neceſſarias & urgentes, nos oportuit

partes

Digitized by Google

[illegible] ; compertoque, per legitimam inquiſitionem, quòd præfatus Epiſcopus reus erat de omnibus ſupradictis, Temporalia Epiſcopatûs illius ſeiſiri fecimus in manum noſtram, & ipſum Epiſcopum, tanquam convictum de eiſdem, quatenùs ad Curiam noſtram pertinet, ob reverentiam Epiſcopalis Ordinis, dimiſimus in foro Eccleſiæ Judicandum.

Cæterùm de Poſſeſſionibus quondam TEMPLARIORUM, Ordini fratrum Hoſpitalis ſancti Johannis Jeruſalem applicandis (cui Comites, Barones, & alii Magnates, de dicto Regno, hactenus nullatenus conſenſierunt) in dicto Parliamento noſtro, ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ, eſt ita tractatum, quòd Bona dictorum TEMPLARIORUM Hoſpitelariis prædictis SPERAMUS remanere debere.

Super præmiſſis autem, & aliquibus, diverſis & arduis, negotiis, Statum Ducatûs noſtri Aquitaniæ contingentibus (quæ multum inſident nobis cordi) de quibus, dilectus Clericus noſter, Arnaldus de Gardia, Canonicus Abbienſis, eſt informatus, per eundem vobis exponendis, ipſum apud veſtram Sanctitatem benignè, quæſumus, admitti, & ei, in dicendis, fidem indubiam, ad veſtram Clementiam, adhiberi.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Aprilis.

De Prorogatione Treugæ inter Subditos Regis & Comitis Flandriæ.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 23. *IV. 48.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm nuper, ad requiſitionem, Nobilis Viri, Lodovyci Comitis Flandriæ & Niverniæ, Treugam, ſuper Diſſenſionibus, inter noſtros, & ſuos Subditos exortis, initam, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò præteritum duraturam, ultra idem Feſtum, uſque ad Feſtum Paſchæ proximò jam futurum, duxiſſemus prorogandam; dùm tamen dictus Comes Prorogationem hujuſmodi, in Terrâ ſuâ prædictâ, publicari faceret & etiam obſervari:

Ac nos jam, ad conſimilem requiſitionem, ex parte præfati Comitis, nobis factam, Treugam, ſuper Diſſenſionibus prædictis,
*IV. 48. ultra dictum Feſtum Paſchæ, * per unum annum proximò ſequentem plenarie completum, ſub conditionibus infraſcriptis continuandam duxerimus & etiam prorogandam; dùm tamen dictus Comes Prorogationem & Continuationem hujuſmodi, in Terrâ ſuâ prædictâ, publicari faciat & etiam obſervari:

Nos, volentes Treugam illam, ſic continuatam & prorogatam, in omnibus obſervari, ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, *&c. prout ſupra de dat. 22 Jul. uſque hæc verba; viz.*

Dùm tamen Mercatoribus noſtris, in dictâ Terrâ Flandriæ, eadem immunitas obſervetur; & Mercatores, & alii, de Poteſtate dicti Comitis, contra tenorem prædictæ Cartæ noſtræ de Stapula, quicquam non attemptent, ſet eidem Stapulæ in omnibus obediant & intendant:

Et ideò vobis mandamus quòd Hominibus, Mercatoribus, & aliis de dictâ Terrâ Flandriæ, in veniendo in Regnum noſtrum, *&c. prout de Data antedicta, tunc ſic; viz.*

Dùm tamen Mercatoribus noſtris, in dictâ Terrâ Flandriæ, eadem immunitas obſervetur, & Mercatores, & alii, de Poteſtate dicti Comitis, contra tenorem dictæ Cartæ noſtræ de Stapulâ, noſtro, & ſuo conſervando, tutius faciendum, quanto ſecretiùs, cautiùs, & conſultiùs poteritis, inquirere & veſtigare ſolicitè & cum omni diligentiâ curetis; & eorum Aviſamentum & Conſilium, necnon & veſtrum, ac aliorum de Concilio noſtro prædictorum, ſuper eodem facto, diſtinctè & apertè, nobis reſcribere non tardetis.

Teſte Rege apud Langele, decimo octavo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Bulla, ſuper Archidiaconatu Cantuarienſi, Cardinali collato.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Ex Autogr. *IV. 49.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Pro, dilecto Filio noſtro, Raimundo Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diacono Cardinali, ſuper aſſecutione liberâ Archidiaconatûs Cantuarienſis, per * nos Apoſtolicâ tibi auctoritate Collati, pluries tibi, Fili cariſſime, ſcripſimus quod expediens putaremus; mirantes jam, ex obaudiiâ quodammodo hactenus Paternæ ſcriptionis inſtantiâ, nondum Cardinalem ipſum votum ſuum de gratiâ Collationis hujuſmodi obtinere.

Cùm igitur, apud tantum & talem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Filium, ſperet ſemper ejuſdem Sedis, & mereatur auctoritas, ut, præſertim pro notabili & merito, acceptâ vobis conditione perſonæ Cardinalis ejuſdem, ſpeciali prærogativâ tractetur;

Serenitatem Regiam, quantum poſſumus, affectuosè rogamus, & hortamur attentè, quatinùs, inculcatis hujuſmodi Scriptionibus noſtris, ad effectum ſperatæ exauditionis admiſſis, quodlibet quæſumus tollas obſtaculum, & oportunam adhibeas operam, quòd prædictus Cardinalis Poſſeſſionem liberam atque pacificam Archidiaconatûs ipſius, juxta Litterarum noſtrarum *tenorem*, celeriter aſſequatur; ita quòd tot Scriptiones noſtræ apud te non cenſeantur aliquatenus negligi (apud quem, in hiis & aliis, ipſas Scriptiones credamus non admitti) noſque ſpecialiter inde tibi, placituro nobis, innodicè regratiari poſſimus, nichilominus & erga nos, dictamque Sedem, dignis propterea in Domino laudibus commenderis.

Dat. Avinion. Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno octavo.

Sigillo avulſo.

Dorſ.

Cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo Regi Angliæ Illuſtri.

Pro Comite Richmundiæ in Scotia adhuc detento.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 17.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, dilectus & fidelis noſter, Gerardus de Orum, pro quibuſdam Negotiis, dilectum Conſanguineum & Fidelem noſtrum, Johannem de Britannia, Comitem Richemundiæ (nuper, in obſequio noſtro, per Scotos, Inimicos noſtros, captum, & per eoſdem in partibus Scotiæ adhuc detentum) contingentibus, expediendis, ad eaſdem partes Scotiæ de licentiâ noſtrâ ſe divertat;

Vobis mandamus quòd eidem Gerardo, aut Hominibus de Familiâ ſuâ, cùm ipſos per vos tranſitum facere contigerit verſus partes

Digitized by Google

gationibus, Juramentis, & Puenis, multipliciter vallatam, ac ſubſequenter Sacroſanctæ Sedis veſtræ auctoritate roboratam, & poſtremò variis Copulis Conjugalibus (ex quibus Sanguinis & Affinitatis vincula in utrâque Domo ſunt ſuborta) colligatam, pro ſe & ſuis poſteris imperpetuum inviolabiliter obſervandam, ſtatuerunt ſæpè, & ſæpiùs vicibus iteratis.

Nos verò, Pater Sanctiſſime, propriis Finibus dumtaxat, abſque intentione ullà, ullo unquam tempore, aggrediendi aliena, contenti, Pacem (quam exhortamini) cum præfato Fratre noſtro cariſſimo, præ cæteris Principibus Mortalibus, præviis ex cauſis, deſideranter appetimus; parati eidem Fratri noſtro, omni tempore, facere, ceſſantibus legitimis Impedimentis, in omnibus, quæ debemus:

Et, licet expreſsè deducta, & præmiſſa, in præfatæ Pacis firmitatibus, nobis, ut convenit, non ſolùm nondum ſint completa, ſet, contra eorum tenorem, in noſtri præjudicium, & Juriſdictionis noſtræ Ducatûs noſtri prædicti, multa, per Miniſtros Curiæ Franciæ, injuſtè, contra nos, & ſtatum noſtrum, uſurpata & attemptata; tamen ut compleantur, erga præfatum Fratrem noſtrum, amicabiliter pacis complementa petentes frequenter, inſtitimus frequenter etiam & inſtamus.

Et quamquam nuperimè, in loco Sancti Sacerdotis, ſituato in Terrâ Agenni, Ducatûs noſtri prædicti (in quo noſtri Progenitores, ſuis temporibus, & nou, noſtris, omne Reſortum, Cavelcatum, omnemque Superioritatem habuerunt & excercuerunt, habuimus, & excercuimus, &, Jure noſtro, inconcuſsè fecimus) dicatur fore commiſſum, quod præfatus Frater noſter in ſui præjudicium aſſerit perpetratum,

Nos, hujus Facinoris, teſte Deo & Conſcientiâ, inſcii penitùs & ignari, omnemque injuriam & opprobrium, dicto Fratri noſtro irrogata, meritò deteſtantes, ſtatim, rumore ad nos indè perlato, miſimus ad præfatum Fratrem noſtrum Nuncios ſpeciales, pro excuſatione noſtrâ verâ & juſtâ; offerentes nos, cum omni ſeveritate & rigore vindictæ (prout ad nos attinet ratione loci) perſecuturos tanti ſceleris Actores, cum ſuis Complicibus quibuſcumque, abſque Perſonarum delectu.

Et, cùm Miniſtri noſtri hujuſmodi Proceſſum inchoâſſent, Miniſtri præfati Fratris noſtri (Seneſcallus, videlicet, Petragorum & ſui) noſtros impediverunt, nec procedere permiſerunt; ſet tàm ipſi, quàm præfatus Frater noſter, ut dicitur (in Meſſem noſtram Falcem ſuam indebitè mittentes) hujuſmodi cognitionem in ſe aſſumpſerunt, noſtram Juriſdictionem uſurpando.

Pro quo, & aliis, contra nos attemptatis, amicabiliter per præfatum Fratrem noſtrum revocandis, & in Statum debitum reducendis, ſolempnes Nuncios noſtros, Venerabilem, videlicet, Patrem, Archiepiſcopum Dubliniæ, & Edmundum Comitem Kantiæ, Fratrem noſtrum dilectiſſimum, miſimus jam de novo; qui apud ipſum inſtant pro prædictis, nec aliam viam, quàm Pacis, aggredi proponimus ullo modo (ſalvâ dumtaxat Exhæredationis injuriâ manifeſta) licet dicatur (quod difficiliter credere valemus) Fratrem noſtrum, Regem Franciæ prædictum, ob id grandem Excercitum congregare.

Velit igitur, devotè quæſumus, veſtra Sanctitas conſcientiam ſuam ſic informare de prædictis, ſicque feliciter juvare, ut, veſtro Paterno præſidio, pacis tranquilitas vigeat, quam per omnes vias & modos, Deo & vobis acceptabiles, & nobis efficaces, deſideramus amplecti, &, quantum in nobis eſt, intendimus proſequi cum effectu.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, octavo die Maii.

Tom. II. P. II.

melius, & quando commode poterimus, intendamus.

Valeat veſtra Dominatio veneranda in Domino Jeſu Chriſto.

Dat. apud Males juxta Brugis, Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto, die decimo Menſis Maii.

De Armis Militaribus ſuſcipiendis.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D.
Quia volumus, & de Concilio noſtro ordinavimus, quòd 1324.
omnes illi, de Regno noſtro, qui habent Quadraginta Libratas *An. 17.*
Terræ, vel Redditûs, aut Feodum unius Militis integrum, valens *E. 2.*
Quadraginta Libras per Annum, & ea per Tres Annos integros *Clauſ. 17.*
tenuerint, ſive de nobis, ſive de alio teneant, & Milites non ſunt, *E. 2.*
Arma Militaria ſuſcipiant citra Feſtum ſancti Michaelis proximò *m. 11. d.*
futurum, vel in eodem Feſto ad ultimum;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd, in pleno Comitatu tuo, ex parte noſtrâ, publicè facias proclamari, quòd omnes illi, de Ballivâ tuâ, qui habent Quadraginta Libratas Terræ, vel Redditûs, aut Feodum unius Militis integrum, valens quadraginta Libras per Annum, & ea per Tres Annos integros tenuerint, de quocumque teneant, & Milites non ſunt, Arma Militaria ſuſcipiant citra Feſtum ſupradictum, vel in eodem Feſto, ut eſt dictum:

Et de nominibus omnium illorum, qui tantum Terræ, vel Redditûs, ſeu hujuſmodi Feodum in Ballivâ tuâ habent, & ea tenuerint, ſicut prædictum eſt, nobis ſub Sigillo tuo conſtare facias in Feſto ſupradicto; remittens nobis hoc Breve.

Et ſcias quòd de Geſtu tuo, in executione hujuſmodi mandati noſtri, diligenter inquirere volumus, & extunc remedium ſuper hoc fieri faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

---

* *De Apparatu, pro illis, qui Arma Militaria ſint ſuſcepturi, ex Garderoba Regis habendo.* * IV. 52.

REX Vicecomiti Eborum, ſalutem. Ann. D.
Cùm ordinaverimus quòd omnes illi, de Regno noſtro, 1324.
qui habent Quadraginta Libratas Terræ, *&c. ut ſupra uſque ibi*, *An. 17.*
ad ultimum, quod per ſingulos Comitatus Regni noſtri mandavi- *E. 2.*
mus proclamari; *Ibidem.*

Tibi præcipimus quòd, per totam Ballivam tuam, in locis ubi expedire videris, proclamari facias, ex parte noſtrâ, quòd omnes & ſingulos homines hujuſmodi, qui Arma a nobis ſuſcipere voluerint, veniant uſque Londoniam citra diem Pentecoſtes proximò futurum, ad Apparatus ſuos, eis in hoc caſu neceſſarios, de Garderoba noſtrâ ſuſcipiendum de dono noſtro, ut Arma Militaria de nobis apud Weſtmonaſterium ſuſcipere valeant dicto die.

Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

N *Villa*

Digitized by Google

1324. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 6.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Pro ſedandis Diſcordiis, quæ inter Reymundum, Epiſcopum Condomii, ac quoſdam Miniſtros, Conſuleſque, ac Univerſitatem Civitatis noſtræ Condomii, dudum exortæ fuerant, ejuſdem Epiſcopi malitiâ hoc agente, & periculis variis, exinde imminentibus, cautiùs declinandis, vias & modos exquiſivimus, per quos & Errata corrigi, & Ruptæ Dilectionis Fœdera potuiſſent amicabiliter reformari:

Set idem Epiſcopus, ex hoc ampliùs in Tumorem ſe efferens, tàm nobis, quàm dictis Miniſtris noſtris, necnon Conſulibus & Univerſitati prædictis, majora ſtuduit inferre gravamina, tàm per Appellationes, Frivolas & Injuſtas, ad Curiam Franciæ, quàm per Excommunicationis & Interdictionis Sententias, in ipſos Miniſtros, ac Conſules, & Univerſitatem prædictos voluntariè promulgatas:

Ex quibus, nec immerito, turbati pariter & commoti, aliàs veſtræ Sanctitati, votivo deſiderio, nos meminimus ſupplicâſſe, ut, pro refrænandâ tantâ ipſius Epiſcopi malitiâ, ac ſcandalo auferendo, & ut, Paternâ Providentiâ, ſaluti * provideretur animarum, ipſum Epiſcopum ad aliquem Locum vel Sedem (ubi ejus Præſidentia non in tantum abhominabilis eſſet Subditis, nec Improbitas patefacta) transferre dignaremini de veſtrâ plenitudine Poteſtatis.

* IV. 53.

Verùm, quia ejuſdem Epiſcopi Actus Nepharii noſtris adhuc cotidie auribus, Fidelium aſſertionibus, inculcantur (quos, non ſine diri acerbitate doloris, æquanimiter tolleramus) ſuper quibus, ſi libeat, Nuncii Civitatis prædictæ, præſentium Portitores, veſtræ Serenitatis conſcientiam poterunt plenius informare;

Veſtræ Beatitudinis Januam pulſandam duximus precibus iteratis, quatinùs, ad Statum Ducatûs noſtri prædicti (qui, ex ipſius Epiſcopi Geſtu Nephario, ampliùs commotus eſt hiis diebus) Paternæ Conſiderationis intuitum convertentes, ipſum ad Locum alium transferre dignemini, pro tantis periculis evitandis; præſertim cùm veriſimiliter credatur, quod, quamdiu in loco, quo nunc præſidet, potitur Officio Paſtorali, Subditorum ſuorum, quibus Exceſſus ſui multiplices (quod dolendum eſt) ſunt aperti, creſcet Indevotio, & qui ad vitam ſalutis Paſtorali ſolicitudine deberent dirigi, per exempli perniciem, in Erroris devium periculoſius pertrahentur.

Et, ſicut aliàs veſtræ ſcripſimus Benignitati, ſi, ſuper veritate præmiſſorum Exceſſuum, libeat veſtræ Providentiæ apertè informari, per Secretam Informationem non ſolùm præmiſſa, ſet alia deteriora Facinora ipſius Epiſcopi vobis, ut certitudinaliter credimus, nota fient.

Cæterùm, Pater Sancte, quia idem Epiſcopus Interdictum, per ipſum in eadem Civitate olim voluntariè promulgatum, jam per plures annos obſervari fecit, & adhuc facit (Lucrum exindè quærens temporale pro Sacramentis & Sacramentalibus, miniſtrandis, ſicut nobis a fidelibus eſt relatum, & jacturam non metuens animarum) placeat, quæſumus, ſuper relaxatione hujuſmodi Interdicti, Remedium apponere ſalutare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Maii.

De quodam Defectu, in Literis Papæ corrigendo.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 6.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, Amico ſuo Cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Eo libentiùs veſtræ Dilectioni commendamus Negotia, quæ nos tangunt, quo de veſtræ Affectionis & Amicitiæ puritate fiduciam gerimus ampliorem.

Cùm itaque in Literis Apoſtolicis, nobis nuper, ſuper Fundatione cujuſdam Domûs Sororum de Ordine Prædicatorum, gratioſè

Dat. &c. ut ſupra.

Litera Comitis Flandriæ, ſuper Tractatu habendo.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Ex Orig. infra Tur.

MAgnifico Principi, & Potenti, Avunculo ſuo Cariſſimo, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ, Domino Hiberniæ, & Duci Acquitaniæ, Ludovicus, Flandriæ & Niverniæ Comes, Salutem, &, cum reverentiâ & honore, ſinceram in Domino caritatem.

Literas veſtras, ſuper querelâ & negotio Johannis de Langeford, &, ad ejus inſtantiam, per vos nobis directas, nuper recepimus.

Super quibus Magnificentiæ veſtræ duximus reſcribendum, quod, communicato nobiſcum, ſuper hoc, & ſuper Tractatu, inter quoſdam de Concilio veſtro, & Nuncios noſtros, poſtremò Londoniæ habito, Concilio Majorum villarum noſtrarum Flandriæ propter hoc coram nobis vocato,

Nos & Villæ noſtræ prædictæ proponimus, Deo dante, apud vos Nuncios noſtros, ad diem præfixam, videlicet, Craſtinum Diei Penthecoſtes, plenius quàm vobis ſcribere poſſumus, ſuper congruâ Reſponſione facienda, & prædicto Tractatu conſummando informatos, deſtinare; qui vobis, & Johanni prædicto, ſuper præmiſſis, congruè, ſi Deo placet, vivâ voce reſpondebunt.

Unde Magnificentiam veſtram requirimus, quòd eandem non tædeat, per tam modicum temporis ſpatium, Reſponſionem prædictam expectare.

Valeat veſtra Magnificentia veneranda in Domino Jeſu Chriſto.

Scriptum in Domo noſtrâ de Males prope Brugis, 22 die Menſis Maii, Anno Domini 1324.

Ad Papam, ſuper Epiſcopatibus Hiberniæ.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 5.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Dùm noſtræ Conſiderationis occurrunt obtutibus nota Diſpendia, quæ quorumdam Hibernicorum ſeditioſa præſumptio nobis, & Populo Terræ noſtræ Hiberniæ, noſtris temporibus, irrogavit, ea libenter amplectimur, per quæ dictæ Terræ noſtræ tranquillo provideatur Regimini, & Pravorum inſolentiam poſſe conſpicimus cohiberi.

Nuper ſiquidem, Pater Sancte, Venerabilem Patrem, fratrem Philippum de Slane, de Ordine Prædicatorum (quem veſtra providentia, ſuis exigentibus meritis virtuoſis, noſtrique contemplatione, præfecit in Epiſcopum Corkagenſem; undè veſtræ Clementiæ gratias referimus multiformes) pro reformatione ſtatûs Eccleſiæ Hibernicanæ, ad veſtram præſentiam, cum noſtris Literis, duximus deſtinandum.

Qui, ad nos poſtmodùm rediens, nobis retulit qualiter veſtræ placuit Beatitudini per, Venerabiles Patres, Dublinenſem, & Caſſellenſem, Archiepiſcopos, & ipſum Epiſcopum Corkagenſem, de hiis, quæ pro pace & tranquilitate dictæ Terræ convenientia & expedientia viderentur, ſerioſiùs informari; & quòd, juxta informationem illam, ad ea volebatis proſpectus Apoſtolicos favorabiliter inclinare.

Ex hac itaque Paternâ Reſponſione quamplurimùm lætificati, ipſum Epiſcopum ad dictas partes Hiberniæ tranſmiſimus; qui, unà cum præfatis Archiepiſcopis, juxta mandatum Apoſtolicum, eis in hac parte injunctum, cum Nobilibus & Fidelibus noſtris, ac etiam Miniſtris noſtris partium illarum, habuerunt ſuper præmiſſis Conſilium & Tractatum; & nuper ipſorum deliberationem, in hac parte, nobis, per eundem Epiſcopum, tranſmiſerunt.

Quâ coram nobis & Concilio noſtro exhibitâ, & diligenter examinatâ, pro ſalubri appoſitione Remedii, ad ipſorum Hibernicorum

Digitized by Google

Ad Papam, ſuper Exceſſibus per Francos perpetratis in Vaſconia.

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Rom. 17. E. 2. m. 6. dorſ.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Fiduciæ plenitudo, quam in Apoſtolicæ benignitatis ſinum (cujus Fomenta, Favores, & Auxilia efficaciter, ſui gratiâ, ſenſimus in agendis) Viſceraliter defiximus, nos cogit, nec immeritò, quæ nos tangunt, ſub ſpe certi Refugii, ſecundum Negotiorum & Temporum varietates, ſibi, cùm occurrerint, pleniſſimè denudare.

Cùm igitur, Pater Sanctiſſime, nos, ſicut per alias Literas noſtras veſtræ nuper ſignificavimus Sanctitati, erga Kariſſimum Fratrem noſtrum Regem Franciæ, cum quo, præ cæteris Principibus, ſolidæ Pacis & Amicitiæ unionem (quam Conſanguinitatis, affinitatis, & alia gratitudinis expoſcunt Fœdera) ſervari continuè affectemus, circa revocationem Gravaminum, & factorum præjudicialium, in noſtra, Ducatûs noſtri Aquitaniæ, ſubditos & loca, per Miniſtros Curiæ Franciæ, contra ſtatum noſtrum, injuſtè uſurpatorum, & multipliciter attemptatorum, per plures Nuncios & literas inſtiterimus cum effectu.

Noviſſimè verò, per ſolempnes Nuncios, videlicet, venerabilem patrem, Archiepiſcopum Dublinenſem, & Edmundum Comitem Kantii, Fratrem noſtrum dilectiſſimum (quem, inter cæteros noſtros, gratioſiorem, in ejus conſpectu, credebamus Jura ſanguinis reddidiſſe) eum Curialitèr requiſivimus, & attentè, ut dicta Gravamina attemptata, & ſpecialiter Proceſſum, occaſione cujuſdam Exceſsûs, nobis, teſte Deo, inſciis, nec unquam approbantibus, apud ſanctum Sacerdotem, ut dicitur, perpetrati, contra aliquos noſtros ſubditos, tàm in quorundam Bannitione, quàm Exercitûs congregatione, ad expugnandum Caſtrum de Montepeſato, ſitum infra Ducatûs noſtri limites, præparati, amicabiliter revocare, & in ſtatum debitum reducere, vel ſaltim de ulteriori progreſſu, in præmiſſis faciendo, Superſedere curaret, donec nos invicem videremus, quod ſic in proximo fieri ſperabamus; quæ, & non alia ipſis Nunciis noſtris, per, directas dicto fratri noſtro Regi, noſtras Credentiæ Literas commiſimus proſequenda.

*IV. 56. * Set dùm, circa prædicta, apud dictum Fratrem noſtrum Regem & ejus Concilium inſtarent, ſicut eis per nos injunctum fuerat, Nuncii ſupradicti, fuerunt ab eis per dictum Concilium tria petita, ſtudiis quæſitis, nè dicamus Machinamentis; quòd, videlicet, noſtri ſubditi, Banniti per dictum Regem Franciæ, & ſuos Miniſtros, pro dicto facto ſancti Sacerdotis, eidem Regi liberarentur: Et Caſtrum de Montepeſato, in noſtro Ducatu ſituatum, quod aſſerit idem Rex cujuſdam extitiſſe Bannitorum eorumdem, tanquam ſibi confiſcatum, in ſuis manibus traderetur per noſtros Nuncios ſupradictos, virtute ejuſdem Areſti, quod aſſeritur hoc datum per Fratrem noſtrum Regem memoratum: Tertio quòd, cùm intendat idem Rex Franciæ procedere contra illos, qui nunc ſunt, vel aliquo tempore fuerunt in præfati Caſtri, de Montepeſato, munitione, poſt Areſtum prædictum, præfati Nuncii noſtri ipſos, quos ſuper hoc per ſuos Proceſſus convinci contingeret, nullatenus ex tunc receptarent, ſet ipſius Regis Franciæ Miniſtros, ad Executionem contra eos faciendam, toto niſu juvarent.

Et, licet dicti Nuncii noſtri firmiter aſſerent, & verè, eis per literas noſtras credentiæ prædictas, præfato Regi per eos noſtro

Nóſque, virtute Juramentorum, noſtro nomine a Seneſcallis noſtris Ducatûs noſtri prædicti, in quâlibet novâ ipſorum Creatione, Populo & Subditis noſtris ejuſdem præſtitorum, teneamur ipſos a noſtrâ, & cujuſlibet alterius Injuriâ Conſervare;

Præfatum Fratrem noſtrum, Regem Franciæ, quem non decet, tàm propter Dei Reverentiam, quàm veritatis & juſtitiæ bonum, aliis etiam plurimis ex cauſis, talia contra nos attemptare, amicabiliter iteratò ſuper hiis, & ea contingentibus, decrevimus requirendum pro bono Pacis, quam, Pater Piiſſime, inquirere & proſequi ferventer intendimus, nec aliam viam curamus unquam amplecti, excepto duntaxat pro Exhæredationis Injuriâ manifeſtâ, quam omnino tolerare non valemus.

Præmiſſa, Pater Piiſſime, veſtræ, de quâ, poſt Deum, ſummè confidimus, intimare curavimus Sanctitati, ne Sanctitatis ipſius conſcientia, de noſtrâ Juſtitiâ informata, contrariis æmulorum relatibus implicetur, poſſitque efficaciùs pacis Negotium, quod piè ac ſanctè proſequi intendit, ad Finem, Deo auxiliante, * deducere peroptatum, quo ei impedimenta voluntaria, ac de illatis, ſaltim noviter, Gravaminibus, cæteris adhuc tacitis, quorum nimis diffuſa foret oſtenſio, aliqua explicantur. *IV. 57.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 18 die Maii.

Pro Expeditione Aquitaniæ, de Peditibus eligendis.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Thomæ Gobion & Willielmo Marny, Salutem.

Quia datum eſt nobis intelligi, quod nonnulli Jura noſtra, & aliorum fidelium noſtrorum, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, injurioſè ſibi uſurpare, ac eundem Ducatum, cum Armatorum Potentiâ, aggredi proponunt, & Populi noſtri Partium illarum tranquilitatem & quietem perturbare multipliciter fatagunt hiis diebus: Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 10.

Nos, Jura noſtra, & dictorum fidelium noſtrorum, illæſa conſervare volentes, prout decet:

Ad quod faciendum Homines, Pedites, Sagittarios, expedit nos habere:

Aſſignavimus vos, & alterum veſtrûm, ad eligendum in Comitatu Eſſexiæ, tàm infra Libertates, quàm extra, Centum & quinquaginta Homines, Pedites Sagittarios, de Validioribus & Potentioribus Hominibus, Peditibus Sagittariis, Comitatûs illius; & ad ordinandum quod dicti Sagittarii Armis competentibus muniatur:

Et vos (præfate Thoma) ad eoſdem Sagittarios, Armis competentibus benè munitos, uſque Plummouth ducendos; Ita quòd ſint ibidem in Quindenâ Nativitatis ſancti Johannis Baptiſtæ, proximò futurâ, prompti & parati ad proficiſcendum exinde, ad Vadia noſtra, verſus Ducatum noſtrum ſupradictum.

Et ideò vobis mandamus, quod, omnibus aliis prætermiſſis, dictos Pedites Sagittarios eligatis:

Et vos (præfate Thoma) eos uſque ad dictam villam de Plummuth ducatis, ſicut prædictum eſt:

Et hoc, ſicut Nos & honorem noſtrum diligitis, cum omni diligentiâ facietis; ſic quòd, ex negligentiâ aliquâ, non poſſitis redargui quovis modo.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, quòd vobis, & alteri veſtrûm, cùm ei ſcire faciatis, venire faciat coram vobis, vel altero veſtrûm, omnes & ſingulos, de Ballivâ ſuâ, tàm infra

Digitized by Google

cuidam Clerico noſtro, ratione Temporalium Epiſcopatûs Lincolnienſis, exiſtentium in manu noſtrâ,

Quo Jure, utpote annexo Coronæ Angliæ, Nos, Progenitores noſtri uſi fuimus pacificè (ſicut veſtra, ut credimus, prudentia non ignorat) totis temporibus retroactis;

Undè, cùm abſque Exhæredationis periculo ſuſtinere utique non poſſemus, quòd Proviſio fieret de dictâ Præbendâ, Temporalibus prædictis ſic exiſtentibus in manu noſtrâ: nec Jus, ex Collatione noſtrâ, prædicto Clerico noſtro adquiſitum, valeat, abſque Juris injuriâ, revocari,

Placeat, quæſumus, veſtræ Benivolentiæ, nos excuſatos habere ſuper eo, quòd veſtris, & prædicti Cardinalis precibus, in præmiſſis (propter Exhæredationis periculum evitandum) annuere non valemus.

In aliis enim, quæ ſine Noſtri & Juris alieni præjudicio, fieri poterunt bono modo, condeſcendere volumus prompto animo, veſtris Beneplacitis, temporibus oportunis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Fratri Guillielmo, Dei gratiâ, Epiſcopo Sabinenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Domino Guillielmo, Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali.

Domino Arnaldo, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali.

Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali.

Domino Bertrando, Dei gratiâ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali.

Super dicta Præbenda.

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Rom.* 17. *E.* 2. *m.* 5. *dorſ.*

VEnerabilibus in Chriſto Patribus, Dominis, Dei gratiâ, Reymundo Sanctæ Mariæ novæ, Bernardo Sanctæ Agathæ, & Gaillardo Sanctæ Luciæ in Cilice, Diaconis Cardinalibus, Amicis ſuis cariſſimis, Edwardus, eàdem gratiâ, &c. Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Per veſtras Literas (quas nobis Lator præſentium detulit) nos requirere voluiſtis, ut preces, quas nobis, venerabilis Pater, Arnaldus ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis direxit, ſuper negotio Magiſtri Reymundi de Judico, Nepotis ſui,

Cui, per Executorem Apoſtolicæ Gratiæ, ſibi factæ, Collata eſt Præbenda de Leghton, ſuper Brouneſweld, in Eccleſiâ Lincolnienſi,

Exaudire gratioſiùs dignaremur.

Super quo veſtræ amicitiæ duximus intimandum, quòd nos, ratione Temporalium Epiſcopatûs Lincolnienſis, exiſtentium in manu noſtrâ, cuidam Clerico noſtro, Jure noſtro Regio, dictam Præbendam contulimus, jam eſt diu,

Quo Jure Nos, & Progenitores noſtri, utpote annexo Coronæ Angliæ, uſi fuimus pacificè totis temporibus retroactis.

Quam quidem Collationem revocare non poſſumus, nec permittere, abſque Exhæredationis periculo, quòd Executio prædictæ Proviſionis fieret de Beneficio, ad noſtram Collationem, ut præmittitur, pertinente.

Quamobrem Sinceritatem veſtram exoramus, ut nos, ſuper eo, quòd veſtris, ac dicti Cardinalis precibus, in præmiſſis, annuere non poſſumus, habere velitis propenſiùs excuſatos:

de Sulewath, plures Homines de Scotiâ, prætextu Commiſſionis noſtræ, eidem Johanni de Aquâ prædictâ cuſtodiendâ factæ, areſtavit: & tibi ad cuſtodiendum liberavit; qui in priſonâ noſtrâ, in tuâ cuſtodiâ, detinentur:

1324. *An.* 17. *E.* 2. *Clauſ.* 17. *E.* 2. *m.* 6.

Nos, volentes Treugas, inter Nos & Homines de Scotiâ initas, in omnibus obſervari, tibi præcipimus quòd dictos Homines, ſic areſtandos, & tibi liberandos, coram Cuſtodibus Treugarum prædictarum, in partibus illis, cùm per ipſos Cuſtodes fueris præmunitus, ad dies ſuos Marchiæ, quos tenebunt, duci facias, ad recipiendum ibi quod, ſecundum formam Treugarum prædictarum, fuerit faciendum.

Quibus Cuſtodibus mandavimus quòd, ſi dicti Homines Scotiæ, Areſtati vel Areſtandi, virtute Treugarum prædictarum, à Priſonâ deliberari debeant, tunc eos, juxta formam Treugarum illarum, faciant deliberari; &, ſi ipſi, virtute earundem Treugarum, deliberari non debeant, tunc eos Priſonæ noſtræ remittant, per te ſalvo cuſtodiendos, donec indè aliud duxerimus ordinandum, & quòd nos indè certificent indilatè.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium duodecimo die Junii.

Per ipſum Regem.

De Hominibus, qui Scotis adhæſerunt, ad Pacem recipiendis.

Ann. D. 1324. *An.* 17. *E.* 2. *Pat.* 17. *E.* 2. *p.* 2. *m.* 8.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Roberto de Humframville, Comiti de Anegos, Rogero Heyroun, Gilberto de Boroudoun, & Ricardo de Emeldon, Salutem.

De circumſpectione veſtrâ providâ confidentes,

Aſſignavimus vos, tres, & duos veſtrûm, ad omnes Homines, de Comitatu Northumbriæ, ac partibus adjacentibus, qui, propter inopiam, ſeu aliam urgentem neceſſitatem, Scotis adhæſerunt, & Terras, ſeu Tenementa, infra Regnum noſtrum, tempore Adhæſionis illius, non habuerunt (ſi ad fidem & Pacem noſtram venire voluerunt) ad Fidem & Pacem noſtram noſtro nomine recipiendum.

Et ideo vobis mandamus, quòd Homines hujuſmodi, dumtamen bonæ Famæ exiſtant, & ad Fidem & Pacem noſtram venire voluerint, ad Fidem & Pacem noſtram recipiatis, ſicut prædictum eſt:

Et de nominibus illorum, quos ſic ad Fidem & Pacem noſtram receperitis, nobis in Cancellariâ noſtrâ, ſub ſigillis veſtris, trium, aut duorum veſtrum, ſine dilatione, conſtare faciatis; proviſo ſemper quòd quicquam in præmiſſis non fiat, quod contra formam Treugarum, inter nos & Homines de Scotiâ initarum, cedere poterit quoviſmodo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Junii.

Per ipſum Regem.

EOdem modo aſſignantur Radulphus de Dacre, Johannes de Haryngton, & Adam de Skelton, in Comitatibus Cumbriæ & Weſtmorlandiæ, & partibus adjacentibus, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

REX

Digitized by Google

Donavimus Jure perpetuo poſſidendas:

Concedentes & licentiam tribuentes eiſdem, quòd Eccleſias illas, ac Eccleſiam de Aldulneſt, ejuſdem Dioceſis, ſibi apropriare poſſent, & in uſus proprios tenere; ut, ex ipſorum Proventibus, citiùs reſtaurare Deperdita, & faciliùs incumbentia eis Onera ſupportare potuiſſent.

Deſiderantes igitur, toto corde, intentionis noſtræ propoſitum, quoad Appropriationes dictarum Eccleſiarum, ipſis Religioſis auctoritate Apoſtolicâ faciendas, optato effectui mancipari, ad veſtræ Beatitudinis Apices duximus recurrendum;

Votivis affectibus ſupplicantes, quatinùs, ad ipſorum Religioſorum inopiam, in quam, non ex culpâ propriâ, ſet furentis fortunæ injuriâ, inſperatis eventibus, noſcuntur incidiſſe, paternæ pietatis intuitum convertentes, Supplicationem (quam veſtræ Clementiæ tranſmittimus præſentibus interclusam, ut magis nota ſit veſtræ Beatitudini intentio noſtræ mentis) ſolitâ benignitate admittere, &c, juxta ſperatam fiduciam, tàm gratioſe expedire dignemini, intuitu Caritatis;

Ut iidem Religioſi, per Apoſtolicæ munificentiæ largitatem, ab iminente Inopiâ relevati, Hoſpitalitatem conſuetam, & alia eis incumbentia onera, congruè valeant ſupportare, & eo ferventiores efficiantur ad Divina, quo Temporalia ſubſidia ſibi ſenſerint non deeſſe.

Conſervet &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Junii.

•IV.61. ## * *De reſtitutione Temporalium Epiſcopatus Wyntonienſis.*

Ann. D. 1324. An. 17. E. 2. Pat. 17. E. 2. p. 2. m. 6.

REX, dilectis Clericis ſuis, Ricardo de Ayremynne, & Willielmo de Pillaunde, Cuſtodibus Epiſcopatûs Wyntonienſis vacantis, & in manu noſtrâ exiſtentis, ſalutem.

Cùm Dominus J. Summus Pontifex Proviſionem Eccleſiæ Wyntonienſis, poſt mortem, bonæ memoriæ, Rigandi, nuper Epiſcopi ibidem, diſpoſitioni ſuæ illâ vice reſervâſſet:

Et poſtmodùm, diſcretum Virum Magiſtrum Johannem de Stratfurd, Archidiaconum Lincolniæ, in Epiſcopum loci prædicti præfecerit & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem dictæ Eccleſiæ, in Spiritualibus & Temporalibus, ſibi committendo; ſicut per Litteras Patentes ipſius Summi Pontificis Bullatas, nobis inde directas, nobis conſtat:

Ac dictus Magiſter Johannes, omnibus & ſingulis verbis, in dictis Literis contentis, nobis & Juri Coronæ noſtræ præjudicialibus, ſponte, palàm, & expreſſè renunciaverit: & ſuper hoc noſtræ Gratiæ ſe ſubmiſerit; & recognoverit, ac fatebatur ſe velle Temporalia Epiſcopatûs prædicti recipere ex noſtrâ liberatione & gratia ſpeciali:

Nos, ob reverentiam dicti Domini Summi Pontificis, necnon ob affectionem ſpecialem, quam idem Dominus Summus Pontifex gerit erga Perſonam noſtram, volentes præfato Magiſtro Johanni, in hac parte, gratiam facere ſpecialem, Præfectionem illam acceptavimus, & cepimus Fidelitatem ipſius Præfecti, & Temporalia Epiſcopatûs prædicti reſtituimus eidem:

Et ideò vobis mandamus, quòd eidem Præfecto Temporalia Epiſcopatûs illius libereris in formâ prædictâ.

Teſte Rege apud Tonebrugge, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem.

Proavus noſter, de Conſilio & Aſſenſu Baronum Regni ejuſdem, Prælatis Regni ſui conceſſiſſet, quòd eorum Eccleſiæ extunc liberam, ſub certâ formâ, haberent eligendi * Facultatem; ſalvâ ſibi •IV.62.
& Succeſſoribus ſuis, Regibus Angliæ, Cuſtodiâ hujuſmodi Eccleſiarum vacantium, toto tempore vacationis earundem;

Ita etiam quòd, antequam ad Electionem procederent, Electores licentiam a præfato Rege & ſuis Succeſſoribus petere tenerentur; quòdque, Electione celebratâ, iidem Electores ſuum Clericum dicto Regi præſentare, & petere hujuſmodi Electioni ſuum adhiberi Conſenſum; quem, ex causâ rationabili, Ipſe, & Succeſſores ſui poſſent denegare:

Et, hujuſmodi conſenſu adhibito, & Electione in eventum confirmatâ, teneantur dicti Electi Temporalia Epiſcopatuum ſuorum ab ipſo Rege & Succeſſoribus ſuis petere, & ea recipere de eo, & ea aliùs nullatenus recepturi.

A quibus quidem Juribus, vel eorum aliquo, per Gratiam, quam tibi, Magiſtro Johanni de Stratford, ob reverentiam, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, Domini Johannis, Divinâ Providentiâ, Papæ xxii. & potiſſime ob affectionem ſpecialem, quam idem Dominus Papa, ſui gratiâ, gerit erga perſonam noſtram, ad præſens facimus, recedere non intendimus quovismodo; ſet ea futuris temporibus firmiter obſervari.

Nec præſentem Gratiam, quam tibi facimus, ad Conſequentiam trahi volumus in futurum.

Quâ quidem Proteſtatione ſic, ut præmittitur, nomine dicti Regis, interpoſitâ, & per præfatum Magiſtrum Johannem acceptatâ, omni Adminiſtrationi Temporalium, quæ ſibi, virtute dictæ Proviſionis, abſque Conſenſu Regio, competit, ſeu competere poterit, ac omnibus ac ſingulis, contentis in Literis Apoſtolicis, ſuper Proviſione prædictâ factis, dicto Domino Regi, aut Juri Coronæ ſuæ præjudicialibus; quatenùs Temporalitatem dicti Epiſcopatus contingebant (ſalvo ſemper Titulo ſuo) palàm, ſimpliciter, & expreſſè renunciavit, & petiit eandem Temporalitatem per ipſum Regem, & de ipſius Gratiâ ſpeciali, ſibi liberari.

Fatebatur etiam, & recognovit ſe velle Temporalitatem prædictam de manu ipſius Regis, ſi ſibi placeret, de Gratiâ Regis recipere, & non de manu alterius cujuſcumque.

Et prædictus Dominus Cancellarius, poſt Renuntiationem, Petitionem, Confeſſionem, & Recognitionem, prædictas, Auctoritate dicti Domini Regis, Temporalitem dicti Epiſcopatûs, tunc in manu ipſius Regis exiſtentem, dicto Magiſtro Johanni reddidit, ſub dictâ Proteſtatione, ut aſſeruit, de gratiâ ejuſdem Domini noſtri Regis ſpeciali, & ab ipſo incontinenti poſt Juramentum fidelitatis recepit.

Acta ſunt hæc & Geſta Anno, Indictione, Menſe, Die, Pontificatu, & Loco, ſupradictis;

Præſentibus,

Venerabili in Chriſto Patre, *Waltero, Dei gratiâ, Exonienſi Epiſcopo*:

Nobilibus & diſcretis Viris,

Galfredo le Scrop, Capitali Juſticiario in Banco dicti Domini noſtri Regis, Dunelmen.

Willielmo de Bereford, Capitali Juſticiario ejuſdem Domini noſtri Regis in Banco Communi, Sarum,

 Waltero

Digitized by Google

ciæ & Navarræ Regem illuſtrem, occaſione quorumdam Exceſſuum, in Baſtidâ Sancti Sacerdotis commiſſorum, & Proceſſuum, ratione eorumdem Exceſſuum, contra nonnullos tuos Officiales & Subditos, per Curiam præfati Regis factorum, Zizaniorum jecerat ſemina (quæ profectò vaſtitati Bona, Stragi Corpora, & Animas (quod eſſet amariùs deplorandum) Salutis diſpendio, ſi coaleſcerent, exponebant) ut ſuo præfocarentur in ortu,

Excellentiam Regiam per noſtras duximus Litteras exhortandam, ut in præmiſſis, ſedulâ conſideratione deductis, ad ea, quæ Pacis ſunt, Regium diſponeret animum, & Diſſentionum diſcrimina declinaret.

Et quia Exceſſus prædictos Regalis, ut acceperamus, non indignè deteſtabatur Magnificentia, cogitaret ſollicitè, ſi expediebat, pro tam nefandis Exceſſibus, tantis periculis ſe exponere, & ſi apud Deum & Homines (ſi illis, pro talibus, ſe exponeret) haberi deberet meritò excuſata; ſed, ſi Juri ſuo, per Proceſſus prædictos, contra dictos Officiales habitos vel habendos, extimaret in aliquo derogari, inſtaret illos, per modos Amicabiles & licitos, revocari; ad quod apud Regem prædictum Franciæ & Navarræ (cui ſcripſerimus ſuper hiis) nos obtulimus ſedulè inſtituros.

Poſt hæc autem, multorum fidedignâ relatione, quòd ad præfati Regis præſentiam tuos ſolennes Nuncios, videlicet, Venerabilem Fratrem noſtrum Archiepiſcopum Dublinienſem, &, dilectum Filium, Edmundum Comitem Cantiæ, Fratrem tuum, miſeras (qui cum eodem amicabiliter ſuper præmiſſis convenerant) intellecto; exultavit cor noſtrum in Domino, Pacis Actori gratias ſuper hoc meritò referentes.

Sanè quia ſubſequenter, diſplicenter nimis, audivimus quòd præfati tui Nuncii nedum recuſabant *quæ* promiſerant, adimplere, immo ad reſiſtendum Regi præfato (nolenti Arreſta ſua, prolata contra nonnullos tuos Officiales & Subditos, exequi) cum armorum potentiâ ſe parabant:

Nos, diſpendiis variis, quæ *ex* Diſſenſione hujuſmodi poſſent ſequi, necnon & impedimentis, quæ ex eâ tranſmarino poſſent Paſſagio ingeri (ad quod affici diceris & teneri) in conſideratione deductis,

Adhuc Regalem providentiam exhortam*ur*, *&* rogamus eandem, eidem nichilominus ſano Conſilio ſuadentes, quatinùs præmiſſis diligenter attentis:

Necnon quantum ſit reputandum indecens & abſurdum Principes,

Tantâ Conſanguinitate ac Affinitate conjunctos, qui ſe deberent mutuis fulcire præſidiis, ac favoribus confovere, ac illa, quæ inter ipſos, pro temporum diverſitate, contingunt emergere, quantumcumque gravia, quantumcumque difficilia, Tractatibus ordinare Domeſticis, & Col[illegible]tionibus expedire Familiaribus,

Sic pro minimis [illegible]i invicem adverſari:

Quamque ſit in Vaſſallo periculoſum & reprehenſibile judicandum, ſuo Superiori ſic armatâ manu reſiſtere ſuper hiis, quæ per ipſum Superiorem ſunt judicialiter ordinata:

Quantumque tua gravetur opinio, ſi hiis, quæ talis tuus Nuncius, videlicet, Frater tuus, promiſerat tali modo, obviare temptaveris; etiamſi proponas quòd, ſuper præmiſſis, eidem tuo Nuncio nullam conceſſeras Poteſtatem, cùm Credentia, effusè per tuas Litteras ei data, ejuſque conditio arguat contrarium ſatis clarè:

Viam, hujuſmodi onuſtam tantis periculis, velit, & ſtudeat evitare;

Sed, ſi, per *Areſta* præmiſſa, credat Magnificentia Regia ſuis Juribus præjudicium generari, non Viribus ſed Juribus, non congreſſibus Bellicis ſed viis pacificis, tuam Juſtitiam proſequaris.

nore, Militum, plenariè confidentes,

Ad tractandum cum, Magnifico Principe, Domino Karolo, Franciæ & Navarræ Rege Illuſtri, Fratre noſtro cariſſimo, vel deputandis ab ipſo, de die & loco, quibus dictus Rex & Nos convenire poſſumus, & mutuo nos videre; necnon ad diem & locum, quos in hac parte hinc & indè concordari contigerit, noſtro nomine, acceptandum,

Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 37.

Præfatis Epiſcopo, Militibus, & duobus eorum, plenam, tenore præſentium, concedimus Poteſtatem; ratum habituri & firmum quicquid per præfatos, Epiſcopum & Milites, vel duos eorum, tractatum, concordatum, & acceptatum, noſtro nomine, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

De Tractando ſuper Diſſenſionibus ratione Caſtri de Monte Peſſato.

REX univerſis & ſingulis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1324.

Affectantes omnem pacis & quietis tranquilitatem, inter, cariſſimum Fratrem noſtrum, Dominum Karolum, Dei gratiâ, Regem Franciæ & Navarræ Illuſtrem & Nos, ipſiuſque Subditos & noſtros, perpetuâ firmitate ſubſiſtere; omnemque Diſſenſionis materiam, quantum in nobis eſt, propulſari:

An. 18. E. 2. *Pat.* 18. E. 2. p. 1. m. 37.

Audito quòd dictus Frater noſter Excercitum grandem, verſus Ducatum noſtrum prædictum, occaſione Caſtri Montis Peſſati, in dicto Ducatu noſtro ſituati, congregare proponit, & ad hoc convocavit:

Ex quo, ſi procedat, quod abſit, Terror Populorum, Pacis perturbatio, multaque dampna, ſcandala, & incommoda, poterunt provenire;

Nos, volentes omnis Diſcordiæ ſcintillam evitari, & ne quid diſſenſionis nobis, ratione Dominii Ducatûs noſtri prædicti, imputari poſſit, vel aſcribi in hac parte, omnem obedientiam, Reverentiam, & honorem præfato Fratri noſtro, tanquam Domino, ratione * Ducatûs noſtri prædicti (ſalvâ exhæredationis noſtræ injuriâ) intendimus facere, & exhibere volumus cum effectu. * IV. 65.

De fidelitate itaque, dilectorum & fidelium noſtrorum, venerabilis Patris, Johannis Epiſcopi Norwicenſis: Henrici Domini de Sulliaco, Johannis de Stonore, Militum; &, Magiſtrorum, Ricardi de Eryum Canonici Eborum, utriuſque Juris Profeſſoris, Johannis de Shordich, Legum Doctoris, & Ricardi de Glouceſtriâ, Juris periti, ad plenum confidentes,

Ad tractandum, nomine noſtro, & Ducatûs noſtri prædicti, cum præfato Fratre noſtro, & aliis, per eum ad hoc deputandis, ſuper præmiſſis, ac omnibus & ſingulis, quæ, per hujuſmodi Obedientiæ, Reverentiæ, & Honoris, exhibitionem, pacem firmare, & Diſcordiæ incommoda propellere poterunt: & hiis quæ tractabuntur conſentiendum & concordandum; & ad ea vallandum, firmandum, & roborandum modis, quibus viderint expedire,

Ipſos, omnes, quinque, quatuor, & tres eorum (quorum præfatum Epiſcopum unum eſſe volumus) noſtros Procuratores & Nuncios ſpeciales facimus, & conſtituimus per præſentes:

Dantes, nomine noſtro, & Ducatûs noſtri prædicti, eiſdem, omnibus, quinque, quatuor, & tribus eorum (quorum præfatum Epiſcopum

Digitized by Google

Conſimiles Literæ ſiunt, de verbo ad verbum (exceptis illis verbis *ſalvâ exhæredationis injuriâ*) ſub nominibus dictorum, Johannis de Stonore & Johannis de Shordich, & eorum alterius.
Dat. ut ſupra.

---

*IV. 66.

* *De Cuſtodia Caſtri de Monte Peſſato.*

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 37.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd commiſimus, dilecto & Fideli noſtro, Johanni de Stonore Cuſtodiam Caſtri de Monte Peſſato, infra Terram noſtram Ageuni,

Habendam & regendam per ſe, vel per alium, quem per Litteras ſuas Patentes ad hoc deputare voluerit, quamdiu nobis placuerit; prout ſibi per nos pleniùs eſt injunctum.

In cujus, &c.

Dat. apud Porceſtriam, octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

MAndatum eſt Edmundo de Wodeſtok, Comiti Kantiæ, Fratri ſuo cariſſimo, in partibus dicti Ducatûs, pro Negotiis Regis ibidem expediendis, exiſtenti, quòd eidem Johanni, vel Deputato ab eo, Caſtrum prædictum, cum Pertinentiis, unà cum Armaturis, Victualibus, & omnibus aliis Rebus Regis, in eodem Caſtro exiſtentibus, liberari faciat cuſtodiendum & regendum in formâ prædictâ.

Dat. ut ſupra.

Duppl.

EOdem modo mandatum eſt Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, quòd eidem Johanni, vel ſic Deputato ab eodem, Caſtrum prædictum, &c. ut ſupra.

Dat. ut ſupra.

ET mandatum eſt Conſtabulario Caſtri de Monte Peſſato, ac omnibus, & ſingulis, in eodem exiſtentibus, quòd eidem Johanni, ſeu Deputato ab eo, Caſtrum prædictum, cum Pertinentiis, unà cum Armaturis, &c. in eodem Caſtro exiſtentibus, liberent cuſtodiendum in formâ prædictâ, & eidem Johanni, ſeu Deputato hujuſmodi, in hiis, quæ eis & eorum cuilicet injunget ex parte Regis, ſint intendentes, conſulentes, & auxiliantes, prout per ipſum Johannem, ſeu dictum Deputatum, ſuper hoc, ex parte Regis, fuerint requiſiti.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat 18. E. 2. p. 1. m. 37.

Super Cuſtodia præfata.

REX commiſit, dilecto fideli ſuo, Johanni de Stonore, Cuſtodiam Caſtri de Monte Peſſato, infra Terram Regis Ageni; habendam quamdiù Regi placuerit; prout ei per Regem pleniùs eſt injunctum.

In cujus, &c.

Per ipſum Regem.

De requirendo, & recipiendo, a Rege Franciæ, Caſtrum antedictum.

REX, dilecto & fideli ſuo, Ricardo de Grey, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem. Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 37.

Cùm, per Alias literas noſtras, aſſignaverimus vos, &, dilectos & fideles noſtros, Johannem de Stonore, & Robertum de Shirlond, Majorem Civitatis noſtræ Burdegalliæ, ad requirendum, & recipiendum, nomine noſtro, a Magnifico Principe, Domino Karolo, Rege Franciæ & Navarræ illuſtri, fratre noſtro Cariſſimo, vel gentibus ſuis Caſtrum de Monte Peſſato, infra Terram noſtram Agenni ſituatum, prout in literis noſtris prædictis pleniùs continetur:

Vobis Mandamus quòd, cùm Caſtrum illud receperitis, de ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ ejuſdem, ad opus noſtrum, ordinetis, prout meliùs & ſecuriùs fore videritis faciendum. Volumus enim quod cum Caſtrum ſic receperitis, præfatus Johannes de cuſtodia ejuſdem totaliter exoneretur, & quod ad nos pro aliis negotiis noſtris cum feſtinatione redeat, prout ſibi per nos plenius eſt injunctum.

Dat. apud Porceſtriam, octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

De requirendo a Rege Franciæ Caſtrum de Monte Peſſato, & de Cuſtodia ejus.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Ricardo de Grey, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Johanni de Stonore, & Roberto de Shirlond, Majori Civitatis noſtræ Burdegaliæ, Salutem. Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 37.

Cùm commiſerimus vobis, præfate Johannes, Cuſtodiam Caſtri de Monte Peſſato, infra Terram noſtram Agenni, habendum, & regendum per vos, præfate Johannes, ſeu alium a vobis deputandum, quamdiu noſtræ placuerit voluntati:

Vobiſque, præfate Johannes, Mandaverimus quòd Corpus Caſtri prædicti Magnifico Principi, Domino Karolo, Franciæ & Navarræ Regi illuſtri, fratri noſtro cariſſimo, vel Gentibus ſuis, ad hoc ſufficienter Deputatis, ſub certis modis & conditionibus, juxta formam Tractatûs inter dictum Regem, & ſuos, ac noſtros, ad hoc Deputatos, habendum in manu ſuâ, per tempus aliquod retinendum, & nobis vel Gentibus noſtris extunc reſtituendum, liberaretis: Ad repetendum, requirendum, & recipiendum dictum Caſtrum, de manibus præfati Regis fratris noſtri, ab ipſo, & Deputatis ab eo in hac parte, noſtro nomine, & ad opus noſtrum: Et ad ordinandum extunc de Cuſtodiâ ejuſdem Caſtri,

Vobis, & cuilibet veſtrûm, plenam, tenore præſentium, committimus poteſtatem;

Dantes vobis, & cuilibet veſtrûm, ſpeciale Mandatum ſubſtituendi, loco veſtri, vel illius, qui ad hoc vacare non poſſit, Alios, vel Alium, ad præmiſſa faciendum, prout pro honore noſtro & commodo melius videritis expedire.

Et hoc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Dat.

Digitized by Google

Quinimmò, dilectum Clericum, Magiſtrum Robertum de Baldok, Archidiaconum Middleſexiæ, Cancellarium noſtrum (cujus obſequioſam promptitudinem, & circumſpectionis induſtriæ probitatem, in noſtris agendis, perutiles ſenſimus, & probavimus efficaces, cujuſque innocentiam aliqui, penes veſtram Beatitudinem, falſis ſuggeſtionibus, Niſi fuerant depravare) ad gratiam veſtræ manſuetudinis & benivolentiæ, noſtri contemplatione, prout veſtræ Sanctitatis teſtantur Literæ, admiſiſtis; ac Proceſſum, contra ipſum, ſuper Præbendâ ſuâ de Aylesbury (quam ex liberalitate Regiâ Canonicè extitit aſſecutus) per aliquos factum; qui eum, dùm noſtro aſſiſtebat lateri, de mandato noſtro, magnis & arduis noſtris negotiis inſudando, & cujus præſentiâ nec voluimus nec potuimus, abſque grandi diſpendio, tunc carere, reputârunt, ut intelleximus, Contumacem; & voluerunt, non ſine noſtro dedecore, ſuoque vituperio, ipſum, noſtris obſequiis, juxta latus noſtrum, cotidiè inſiſtentem, Excomunicatum publicè nunciâſſe; ad veſtram audientiam revocâſtis; honori noſtro in hoc plurimùm deferendo;

Quibus omnibus, & alis innumeris gratiis, diligenter attentis, conceptos contra eundem Epiſcopum indignationis motus duximus temperandos, velle noſtrum Apoſtolicis in hac parte beneplacitis coaptando; præfatumque Epiſcopum ad noſtram gratiam & benivolentiam admiſimus, & ei Temporalia Epiſcopatûs illius reddidimus, Offenſis quibuſlibet, veſtri contemplatione, remiſſis.

Veſtram igitur, pie Pater, Clementiam requirimus humiliter & rogamus, quatinùs præfatum Cancellarium noſtrum,

In cujus circumſpectâ providentiâ & laborioſâ ſolicitudine magnâ confidentiâ ſupportamur, & quem virum novimus maturi conſilii, & ingenii perſpicacis, morum & vitæ honeſtate præclarum, ac noſtri honoris & Nominis fervidum Zelatorem,

Si placet, noſtri intuitu, plenis affectibus recommendatum habentes, ſic ei dignemini Sinum benignitatis Apoſtolicæ aperire, quòd, Paternæ proviſionis munimine, a nocuis protegatur Amfractibus, & via non pateat ipſius quietem injurioſè volentibus perturbare, ſtatúſque ſuus, in Præbendâ prædictâ, pro honore noſtro præcipuè, conſervetur illæſus; de cujus Jure in Præbendâ eâdem, & de Injuſtitiâ Proceſſus, contra eum habiti, veſtra dignetur Sanctitas pleniùs informari.

Conſervet, &c.

Dat. apud Porceſtriam, decimo die Julii.

• IV.69.

De Ordinationibus ſuper Regimine Aquitaniæ.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Vaſc.* 18. *E.* 2. *m.* 30.

REX, dilecto & fideli ſuo, Edmundo, Comiti Kantiæ, Fratri ſuo cariſſimo, Salutem.

Aliquas Ordinationes, per nos & Concilium noſtrum factas, ſuper bonâ Cuſtodiâ Civitatum, Caſtrorum, & Villarum, Ducatûs noſtri Aquitaniæ, Hominum ad Arma continentes, vobis mittimus ſub pede Sigilli noſtri;

Mandantes quatinus, viſis Ordinationibus illis, habitiſque cum illis, de Concilio noſtro, in partibus illis, quos ad hoc fore videritis convocandos, deliberatione & conſilio, ſi, per ipſorum aviſamentum, eaſdem Ordinationes utiles fore videritis, pro ſecuriori cuſtodiâ & defenſione Ducatûs prædicti, & Tranquilitate Populi noſtri ibidem, tunc Eas faciatis Executioni demandari;

Ita tamen quòd, ſi aliqua, per ipſorum aviſamentum, fore videritis immutanda, & aliter ordinanda, tunc indè faciatis & ordinetis prout pro honore noſtro, & quiete Populi noſtri prædicti, & ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ partium illarum, videritis faciendum.

Cæterùm quia, propter aliqua ardua negotia ſupervenientia, Paſſagio dictorum Hominum ad Arma (quod apud Plimmuth fieri ordinavimus) verſus partes prædictas, prout diſpoſueramus, non poſſumus perſonaliter intereſſe,

ponentes, quòd, per induſtriæ veſtræ probitatem, Honor noſter conſervetur illæſus, & ingreſſus non pateat Jura noſtra injurioſè volentibus uſurpare, quodque veſtram prudentiam recommendare poſſimus, & veſtris exindè profectibus Obligatiores efficiamur meritò, temporibus oportunis.

Teſte Rege apud Porceſtriam, 15 die Julii.

Per ipſum Regem.

---

* *De Nunciis ad tractandum ſuper finali Pace, cum Roberto de Brus.* •IV.70.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis, Ballivis, Miniſtris, & fidelibus ſuis, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1324. *An.* 18.

Sciatis quòd, cùm Willielmus, Epiſcopus Sancti Andreæ, Nuncius Roberti de Brus, ad tractandum ſuper finali Pace & Concordiâ, inter Nos, & prædictum Robertum, ſuoſque Complices & Fautores, ad nos, in Regnum noſtrum, in proximo ſit venturus: *E.* 2. *Pat.* 18. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 34.

Nos ipſum Epiſcopum, & Homines de Familiâ ſuâ, uſque ad numerum Quinquaginta Equitum, & eorum Servientes, Garciones, Equos, Herneſia, & alia bona quæcunque, ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, in veniendo ad nos, in Regnum noſtrum prædictum, ibidem morando, & exindè ad Scotiam redeundo.

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, firmiter injungendo, Mandamus, quòd præfato Epiſcopo, vel alicui de Comitivâ ſuâ, uſque ad dictum numerum, vel eorum Servientibus, aut Garcionibus, in Perſonis, Equis, Herneſiis, ſeu aliis Bonis, vel Catallis ſuis, in veniendo verſus nos in Regnum noſtrum prædictum, ibidem morando, & exindè ad Scotiam redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen:

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari; ac eidem Epiſcopo, pro Se, & Familiâ ſuâ, Equis, & Herneſiis ſuis, ſalvum & ſecurum Conductum, ſuis ſumptibus, habere faciatis, cùm ab ipſo Epiſcopo, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti; Et hoc, ſicut nos, & honorem noſtrum diligitis, & vos ipſos indempnes conſervare volueritis, modis omnibus faciatis.

Volumus etiam quòd, ſi contingat ipſum Epiſcopum, vel aliquem, ſeu aliquos de Comitivâ ſuâ, ſeu Servientium, aut Garcionum ſuorum, infra Poteſtatem noſtram infirmari, ita quòd, durante tempore Conductûs, ad partes proprias redire non poterunt, tunc ſalvo & ſecurè moretur, ſeu morentur, quouſque convaluerit, vel convaluerint; & extunc ad dictas partes Scotiæ redeat, vel redeant, vel alibi, quo voluerit, vel voluerint, extra Poteſtatem noſtram, abſque impedimento infirmitatis hujuſmodi, ipſos ſub Protectione & Conductu noſtris prædictis eſſe volumus in formâ ſupradictâ.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo quinto die Julii.

Per ipſum Regem.

Dupl.

Con-

Digitized by Google

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione faciatis emendari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo ſexto die Julii.

Per ipſum Regem.

De Capitaneis Hominum, in Vaſconiam profecturorum, conſtitutis.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 36.

REX univerſis & ſingulis Baronibus, Militibus, Hominibus ad arma, Peditibus, & omnibus aliis, uſque Plymmuth in proximo venturis, & exindè uſque ad partes Ducatûs Vaſconiæ, in obſequium noſtrum, profecturis, ſalutem.

Sciatis quòd Conſtituimus, dilectos & fideles noſtros, Johannem de Segrave ſeniorem, & Fulconem filium Warini, conjunctim, & diviſim, Capitaneos & Ductores omnium veſtrum, in eundo verſus Ducatum prædictum, & ibidem, quouſque ad præſentiam, dilecti & fidelis noſtri, Edmundi de Woodſtok, Comitis Kantiæ, fratris noſtri cariſſimi, ipſos, & vos venire contingat.

Et ideo vobis mandamus, quod eiſdem, Johanni & Fulconi, vel eorum alteri, ut Capitaneis & Ductoribus veſtris, ſitis in præmiſſis intendentes & reſpondentes, prout decet.

Volumus autem quòd Ipſi & Vos, cùm ad præſentiam præfati fratris noſtri, in Ducatu prædicto, veneritis, eidem Fratri noſtro intendatis, prout ipſe vobis ſcire faciet ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo ſexto die Julii.

Per ipſum Regem.

De Admirallo & Capitaneo Marinariorum conſtituto.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 36.

REX univerſis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Domicellis, Civibus, Burgenſibus, Communitatibus, Seneſcallis, Ballivis, Præpoſitis, Notariis, & omnibus aliis, tàm in Regno noſtro Angliæ, quàm in Terrâ Ducatûs noſtri Vaſconiæ, conſtitutis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos, de fidelitate & induſtriâ, dilecti & fidelis noſtri, Johannis de Crombwell pleniùs confidentes,

Conſtituimus ipſum Johannem Admirallum Maritimæ & Capitaneum Nautarum & Marinariorum noſtrorum, in obſequium noſtrum, ad partes Ducatûs noſtri prædicti profecturorum, quamdiu nobis placuerit.

Et ideo vobis, omnibus & ſingulis, mandamus, & in fide, quâ nobis tenemini, præcipimus, firmiter injungentes, quòd præfato Johanni, tanquam Admirallo & Capitaneo Maritimæ, Nautarum, & Marinariorum prædictorum, in omnibus, quæ ad præmiſſa pertinent, ſitis intendentes, conſulentes, auxiliantes, & reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo ſexto die Julii.

Per ipſum Regem.

De Subditis Regis Franciæ areſtandis.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 30.

REX, dilecto & fideli ſuo, Roberto de Kendale, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, ſalutem.

Quia Dominus Karolus, Franciæ & Navarræ Rex, Exercitum congregat, & congregari facit, ad equitandum de Guerrâ ſuper nos, & Ducatum noſtrum Aquitaniæ:

Et Nihilominus omnes Homines & Subditos, de Regno & Poteſtate noſtris quoſcunque, infra Dominium & Poteſtatem ſua venientes, & inventos qualitercumque, unà cum bonis & rebus ſuis, areſtari, & ſub Areſto cuſtodiri mandavit, & facit, in noſtri, & noſtrorum Vituperium & Dampnum manifeſtum; undè, non immeritò, conturbamur:

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, omni dilatione poſtpoſitâ, omnes Homines, de Dominio & Poteſtate dicti Regis Franciæ, cujuſcunque ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, infra Ballivam veſtram inventos, ſeu quos exnunc venire contigerit, unà cum Navibus, Bonis, & Rebus ſuis quibuſcunque (exceptis Flandrenſibus) arreſtari, & ſalvò & ſecurè, abſque diſtractione Bonorum & Rerum ipſorum, cuſtodiri faciatis, donec aliud indè duxerimus ordinandum.

Et de Nominibus illorum, quos ſic areſtaveritis, ac de Navibus, Bonis, & Rebus ſuis, & Valore eorumdem; necnon de toto facto veſtro, in hac parte, nos, de tempore in tempus, reddatis, ſub Sigillis veſtris, diſtinctè & apertè certiores:

Taliter in hac parte vos habentes, ne de negligentiâ aliquâ reprehendi valeatis; per quod ad vos & veſtra graviter capere debeamus.

Teſte Rege apud Porceſtriam, viceſimo primo die Julii.

Per ipſum Regem.

* *De Navibus ad arma pro Guerra in ſingulis Portubus parandis.* • IV. 73.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 29.

REX Majori, Ballivis, & Communitati villæ de Sandwico, Salutem.

Quia jam, de novo, Rex Franciæ Exerc[illegible]m grandem congregat ad expugnandum nos in Ducatu n[illegible] Aquitaniæ: & Nos, Terras, Gentes, & Populum, nobis ſubjectum, de Guerrâ nititur gravare, tàm per Terram, quàm per Mare; ad hoc Admirallos & Piratas ſuper Mare conſtituendo, & non modicam Claſſem & multitudinem Navium congregando:

Nos, volentes dampnis & periculis, quæ exindè evenire poterunt, occurrere, & ad Defenſionem & Tuitionem, noſtram, Terrarum, Gentium, & Populi, noſtrorum prædictorum, modis & viis quibus poterimus, manus extendere adjutrices:

Vobis Mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd omnes & ſingulas Naves veſtras, in portu villæ prædictæ jam exiſtentes, cum omni feſtinatione, quâ poteritis, ad Arma pro Guerrâ paretis: & abſentes, ſi quæ fuerint, quàm citiùs revocetis: & ſic pro Guerrâ parari, & paratas in Portu prædicto remanere faciatis ex causâ prædictâ, abſque eo

Digitized by Google

Baronibus, Ballivis, & Communitati villæ Dovorriæ, &c.

Repetuntur Literæ pro Domino de Sulliaco.

Ann. D. REX omnibus, Ballivis, & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salu-
1324. tem.
An. 18. Sciatis quòd, cùm mittamus, dilectum & fidelem noſtrum,
E. 2. Henricum, Dominum de Sulliaco verſus partes Franciæ, *&c.*
Pat. 18. *prout ſupra de 16 Jul uſque hæc verba; viz.*
E. 2. In cujus rei, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò fu-
p. 1. turum duraturas.
m. 35. Teſte Rege apud Porceſtriam, viceſimo ſexto die Julii.

Per ipſum Regem.

Dupl.

---

*IV.74. * *Ad Papam, ſuper attemptatis in Vaſconia, & quod Rex nihil intentatum reliquit pro Pace habenda.*

Ann. D. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.
1324. Præſentatas nobis per, diſcretum Virum, Magiſtrum Hu-
An. 18. gonem de Ingoliſmo, veſtrum & Apoſtolicæ Sedis in Angliâ Nun-
E. 2. cium, viceſimo die Menſis Julii, in Caſtro noſtro de Porceſtriâ,
Scot. 18. Literas veſtræ Manſuetudinis, de Dat. 6. Non. ejuſdem Menſis
E. 2. Julii, cum debitâ recepimus reverentiâ, inter alia continentes,
m. 4. Qualiter, percepto dudum quod Pacis Æmulus, inter nos, & Dominum Regem Franciæ & Navarræ Illuſtrem,

Occaſione quorumdam Exceſſuum, in Baſtidâ Sancti Sacerdotis Commiſſorum, & Proceſſuum, ratione eorumdem Exceſſuum, contra nonnullos noſtros Officiales & Subditos, per Curiam præfati Regis, factorum,

Zizaniorum jecerat Semina; quæ, ut ſuo præfocarentur in ortu, nobis ſæpiùs ſcripſeratis ut ad ea, quæ Pacis ſunt, animum diſponeremus, pro Diſſenſionum Diſcriminibus declinandis:

Et, ſi per Proceſſus prædictos, habitos vel habendos, æſtimaremus Juri noſtro in aliquo derogari, inſtaremus illos per modos amicabiles, & licitos revocari; ad quod, apud prædictum Regem, cui ſuper hiis ſcripſeratis, vos optuliſtis ſedulè inſtituros:

Et qualiter poſtmodum,

Intellecto quòd ad ipſius Regis præſentiam ſolempnes Nuncios miſeramus, videlicet, Venerabilem Patrem, Archiepiſcopum Dublinienſem, &, dilectum Fratrem & Fidelem noſtrum, Edmundum Comitem Kantiæ, qui cum eodem Rege amicabiliter ſuper præmiſſis diceba[illegible] conveniſſe,

Cor veſtrum [illegible]mino exultavit; ſet, ſubſequenter, diſplicenter audivit, quòd præfati noſtri Nuncii nedum recuſabant, quæ promiſerant, adimplere, immo ad reſiſtendum Regi præfato (volenti Areſta ſua, prolata contra dictos noſtros Officiales & Subditos, exequi) cum Armorum Potentiâ ſe parabant:

Quibus in conſideratione deductis, ac diſpendiis variis, quæ ex diſſenſione hujuſmodi ſequi, necnon & Impedimentis, quæ ex eâ tranſmarino Paſſagio ingeri poſſent, penſatis;

Nos, per eaſdem Litteras, ſolicite exhortaſtis, quatinùs,

Præmiſſis diligenter attentis, necnon quantum ſit reputandum indecens & abſurdum, Principes, tantâ Conſanguinitate & Affinitate conjunctos, ſic pro minimis ſibi invicem adverſari: quàmque ſit in Vaſſallo periculoſum, & reprehenſibile judicandum ſuo Superiori ſic Armatâ manu reſiſtere ſuper hiis, quæ per ipſum Superiorem ſunt judicialiter ordinata: quantumque noſtra gravetur opi-

Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, jam prætentum,

Quem idem Rex nos habere prætendebat Ambiano, ad Homagium ſibi faciendum, quamquam ſuper hoc, prout moris eſt, non fuiſſemus, in dicto Ducatu noſtro, ſeu alicubi, legitime præmuniti, nec ad locum illud nobis tutus patebat Acceſſus, cum idem Rex tunc Excercitum grandem convocaverat, ad equitandum de Guerrâ ſuper nos, & Ducatum noſtrum prædictum,

Certos Procuratores noſtros, cum ſufficienti Poteſtate,

Ad allegandum Impedimenta & Excuſationes pro nobis, quoad non Comparitionem noſtram ad diem & locum prædictos, & ea probandum in formâ Juris, loco & tempore oportunis, & ad offerendum eidem Regi nos paratos eſſe Jura noſtra, quoad Areſta ſua prædicta, & ea contingentia, congruis loco & tempore, cum ad hoc legitimè vocati ſeu præmuniti fuerimus, proponere, allegare, oſtendere, & docere, prout de jure aut conſuetudine teneremur, & judicium Curiæ ipſius Regis ſuper hoc ſubeundum,

Ad præſentiam ipſius Regis deſtinavimus.

Ac ſubſequenter,

Accedente ad nos nuper, Nobili Viro, Henrico Domino de Sulliaco, Buticulario Franciæ, cum veſtris Literis de Credentiâ, & nobis, quæ ſibi per vos injuncta fuerant, ſolicite exponente,

Volentes ea, cum omni aviditate, proſequi in effectu, Venerabilem Patrem, Norwicenſem Epiſcopum, & ipſum Henricum, Hominem Ligium ipſius Regis,

Qui intentionem veſtram, & voluntatem noſtram, ſtatumque Regni ipſius Regis, & noſtri, ac Ducatûs noſtri prædicti, benè novit,

Unà cum quibuſdam aliis fidelibus noſtris, noſtros conſtituimus Procuratores & Nuncios, ad tractandum cum eodem Rege de Obedientiâ, Honore, & Reverentiâ, modis & viis, quibus viderent expedire, faciendis: & ad conveniendum de loco & tempore, quibus ad ipſum Regem accedere poſſemus, facturi quod ei facere deberemus;

Et ſuper hoc amicabiliter ſcripſimus ipſi Regi, ſupplicando ut dictis Nunciis noſtris, qui apud Dovorriam, ſupra Mare, ſuper hoc, ſuum præſtolabantur Reſponſum, Literas de Conductu concedere, vel ſaltem beneplacitum ſuum, ſuper ipſorum adventu, nobis, aut illis ſcribere dignaretur:

Qui reſponſionem aliquam indè facere non curavit;

Set in Gentes noſtras,

Quæ, ſub confidentiâ Pacis & mutuæ communionis, ac ſub ſpe Amoris intimi, ex Conſanguinitatis & Affinitatis vinculis, inter ipſum Regem & nos contracti, cum Bonis & Rebus ſuis, infra Regnum ſuum, ſe tranſtulerant,

Subitò irruens, ipſos & eorum Bona (quod aliàs inauditum eſt inter fideles) capi fecit, nullo dilationis termino, de exeundo Regnum ſuum, eis dato, nullâque Diffidatione præmiſſâ, ſicut in talibus fieri conſuevit;

Inter quæ decem Naves, quorumdam Mercatorum Terræ noſtræ, diverſis Mercibus oneratæ, in quodam Portu Normanniæ captæ fuerunt, ac ipſius Regis Uſibus applicatæ:

Et inſuper Portus Regni ſui cuſtodiri præcepit, ne qui Anglici, ſeu ſui alii Inimici, tranſire permitterentur:

Et, per Literas ſuas, de datâ ferè unius Menſis ante dictas Octabas, Terram noſtram Pontivi ad manum ſuam poni mandavit:

Nec Prioribus Nunciis Audientiam concedere voluit; nec ſecundos ad ipſum accedere permiſit.

Conſiderantes itaque, quia nichil proficimus, Tractatus Amicabiles exquirendo, & quod injuſtè non egimus contra ipſum Regem, ſet ipſe potiùs contra nos injurioſè agit, Guerram nobis taliter Indicendo, in ipſo, qui de Cœlo Victoriam tribuit, & non in Armatorum multitudine, confidentes, ad reſiſtendum ipſius Potentiæ, pro defenſione Juſtitiæ, nos paramus, non voluntariè, ſet neceſſitate coacti, ne in Exhæredationis periculum incidamus; pa-

ratos

Digitized by Google

ctorum, mittimus nunc, de novo, ad ipſum Regem, præfatum Dominum de Sulliaco, fidelem & ligium ſuum, ad requirendum ipſum, ſi forſan amicabili Tractatui, pro evitandis tantis periculis, voluerit aſſentire;

Veſtræ Manſuetudini totis affectibus ſupplicantes, quatinùs eundem Regem ad id, Paternâ ſolicitudine, velitis inducere modis & viis, quibus conſultiùs veſtra Prudentia id fore proſpexerit faciendum.

Nos enim parati ſumus, quatenùs, abſque Exhæredationis injuriâ, poterimus, juxta diſpoſitionem veſtram, pacis conſentire Tractatibus, & Guerrarum diſcrimina declinare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Durford, viceſimo octavo die Julii.

Pro Nunciis Lodovici Comitis Flandriæ in Flandriam redituris.

Ann. D. REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. ſalutem.
1324. Cùm, durante Treugâ inter noſtros, &, Nobilis Viri,
An. 18. Domini Lodovici, Comitis Flandriæ Subditos, uſque ad Feſtum
E. 2. Paſchæ proximò futurum, diſcreti Viri, Magiſter Johannes de
Pat. 18. Elycone, Gullielmus le Deen, & Magiſter Johannes Burlek,
E. 2. Nuncii & Procuratores ipſius Comitis, in Regnum noſtrum An-
p. 1. gliæ acceſſiſſent pro Tractatu, ſuper Diſſenſionibus, inter ipſos
m. 30. hinc indè motis, ſedandis & pacificandis, habendo:

Iidemque, Johannes, Gullielmus, & Johannes, de Licentiâ noſtrâ ad propria ſint redituri;

Suſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, nec non in Protectionem & defenſionem noſtram ſpecialem, prædictos, Johannem, Gullielmum, & Johannem, ac eorum Familiares, in redeundo verſus partes prædictas, & exindè ad nos veniendo in Regnum noſtrum prædictum, in eodem morando, & exinde ad propria redeundo:

Et ideò vobis mandamus, quòd eiſdem, Johanni, Gullielmo, & Johanni, aut Hominibus, de eorum Familiis, in redeundo ad partes prædictas, & exindè in Regnum noſtrum prædictum veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, ſicut
*IV. 77. prædictum eſt, in Perſonis, Equis, Herneſiis, aut aliis * Rebus, ſeu Bonis ſuis quibuſcumque, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Impedimentum aliquod, ſeu gravamen; ſet eis, & eorum cuilibet, ſumptibus ſuis, habere faciatis ſalvum & ſecurum Conductum, cùm ab ipſis, vel eorum aliquo ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Volumus etiam quòd, ſi aliquis eorum, infra Regnum & Poteſtatem noſtram, infirmitate, vel aliâ causâ notabili gravetur, quo minus Regnum noſtrum, infra dictum Feſtum Paſchæ, exire poſſit; quòd, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, & Protectione & Defenſione noſtrâ ſpeciali, remaneat, ultra dictum Feſtum Paſchæ, quamdiu infra dictum Regnum noſtrum ſic impeditus extiterit, & quouſque Mare tranſierit, verſus propria redeundo.

Teſte Rege apud Wittele, viceſimo nono die Julii.

Per ipſum Regem.

J. Epiſcopo Wyntonienſi de Sacramentis, &c. Johannis de Sancto Johanne, & Johannis de Scures, in Comitatu Suthamptoniæ: Johannis de Inſula de Wight, & Johannis de la Huſe, in Inſula Vectæ.

J. Epiſcopo Bathon. & Wellen. de Sacramentis Johannis de Bello Campo, & Roberti le Fitz Payn, in Comitatibus Somerſ. & Dorſ.

L. Epiſcopo Dunolm. de Sacramentis, &c. Comitis de Anegos, Rogeri de Horſle, Gilberti de Burgdon, in Comitatu Northumbriæ.

J. Epiſcopo Norwycenſi, de Sacramentis, &c. Roberti de Monte Alto, Thomæ Bardolf, in Comitatibus Norff. & Suff.

J. Epiſcopo Karliol. de Sacramentis, &c. Antonii de Lucy, Ranulpho de Dacre, in Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerl.

H. Epiſcopo Lincoln. de Sacramentis, &c. Henrici de Beaumont, *IV. 78.
*Willielmi * de Kyme, in Comitatu Lincoln.*

W. Epiſcopo Exon. de Sacramentis, &c. Hugonis de Courteneye, Willielmi Martyn, in Comitatibus Cornub. & Devon.

S. Epiſcopo London, de Sacramentis, &c. Thomæ de Veer, Roberti Fiz Wautier, le Fiz, in Comitatu Eſſex.

W. Archiepiſcopo Eborum, de Sacramentis, &c. Henrici de Percy, Willielmi de Roſs, Willielmi le Latimer, in Comitatu Eborum.

R. Epiſcopo Ceſtriæ, de Sacramentis, &c. Johannis de Haryngton, Ricardi de Hoghton, in Comitatu Lancaſtr.

De non gravantibus non gravandis.

REX dilectis ſibi Ballivis & Communitati Villæ de Sandwico, Ann. D.
Salutem. 1324.
Licet nuper vobis mandaverimus, quòd omnes & ſingulas Na- *An.* 18.
ves veſtras pro Guerrâ parari, & Hominibus ac aliis neceſſariis *E.* 2.
muniri faceretis, & omnes Naves, de Poteſtate Regis Franciæ, *Vaſc.* 18.
ubicumque eas ſcire poſſetis congregatas, ſeu congregandas, ad *E.* 2. *n.*
gravandum nos & noſtros de Guerrâ, gravaretis:

Noſtræ tamen intentionis non extitit, nec exiſtit, quòd, prætextu dicti Mandati noſtri, quemquam, de Poteſtate dicti Regis Franciæ, præter illos, quos inveneritis gravantes de Guerrâ nos vel noſtros, de Guerrâ gravaretis; & hoc vobis ſignificamus.

Teſte Rege apud Guldeford, quarto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

EOdem modo mandatum eſt Ballivis & C[illegible]unitatibus ſingularum Villarum prædictarum, ac prædic[illegible], Comiti Ceſtriæ, & Epiſcopo Dunolmenſi, & Conſtabulario Regis Dovorriæ.

De aſſiſtendo in Arraiatione Equitum & Peditum.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepi- Ann. D.
ſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem. 1324.
Cùm nos, *An* 18.
Nuper accipientes quòd Rex Franciæ excercitum grandem con- *E.* 2.
gregari fecit, ad equitandum ſuper Nos, & Ducatum noſtrum *Vaſc.* 18.
prædictum, & Nos, Terras, & Populum, nobis ſubjectum, ni- *E.* 2.
tebatur gravare, tàm per Terram, quàm per Mare, *m.* 28. *d.*
Aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Radulphum de Camoys,

Digitized by Google

Johanni de Haveryngton.	} *Lanc.*

Eodem modo ſcribitur Epiſcopis ſubſcriptis; videlicet,

J. Epiſcopo Wynton. quod &c.

dictis Radulpho, & Roberto,	} *Cuſtodibus portuum &c. in Com. Sur.*
Et Henrico de Monte Forti, *Roberto de Dol,*	} *Arraiatoribus Hominum in dicto Com. Sur.*

J. Epiſcopo Wynton. quod &c.

Johanni de Sancto Johanne, *Johanni de Scures*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Sutht.*
Et Johanni de Tycheburn, *Edmundo de Kendale.*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com. Sutht.*
Johanni de Inſula de Wight, *Johanne de la Huſe,*	} *Cuſtodibus &c. in Inſula Vecta.*

J. Epiſcopo Ciceſtr. quod &c.

dictis Radulpho de Camoys, *Roberto de Kendale,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Suſſex.*
Nicholao Gentil, *Johanni de Iſeld,*	} *Arraiatoribus &c. in eodem Comitatu de Suſſex.*

J. Bathon. & Wellen. Epiſcopo quod &c.

Johanni de Bello Campo, *Roberto Fiz Payn,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Somerſ. & Dorſ.*
Et Johanni de Meriet, *Matheo de Clynedon,*	} *Arraiatoribus in dicto Com. Somerſ.*
Et Alano de Boxhull, *Willielmo de Stoke,*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com. Dorſ.*

J. Epiſcopo Dunolm. quod &c.

Roberto de Umfrauvill Com. de Anegos, *Rogero de Horſleye,* *Gilberto de Burghdon,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Northumbr.*
Et Rogero Heron, *Johanni Fenwyk.*	} *Arraiatoribus in dicto Com. Northumb.*

W. Epiſcopo Exon. quod &c.

Hugoni de Courteneye. *Willielmo Martyn,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Cornub. & Devon.*
Et Willielmo de Botereux, *Ricardo Hewyſh,*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com. Cornub.*
Nichola Daneye, *Stephano de Haccombe,*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com Devon.*

S. Epiſcopo London. quod &c.

Thomæ de Veer, *Roberto Fiz Wautier,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Eſſex.*
Et Hugoni de Nevill. *Waltero de Pateſhull.*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com. Eſſex.*
Ricardo de Perers, *Johanni de la Haye,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Hertford.*
Willelmo Moigne, *Bernardo de Bruys,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Huntyngd.*

J. Epiſcopo Norwyc. quod &c.

Roberto de Monte Alto *Thomæ Bardolf,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Norff. & Suff.*
Et Conſtantino de Mortuo Mari, *Willielmo Bernack,* *Rogero de Kerdeſton.* *Galfredo Wyth.*	} *Arraiatoribus &c. in dicto Com. Norff.*

H. Epiſcopo Lincoln. quod &c.

Henrico de Bello monte, *Willielmo de Kyme,*	} *Cuſtodibus &c. in Com. Lincoln.*
Et Roberto Darcy, *Willielmo de Waſteneyes,*	} *Arraiatoribus &c. in partibus de Lindeſeye.*
Thomæ de Novo Mercato, *Thomæ Wake de Bliſwerth.*	} *Arraiatoribus &c. in partibus de Keſtevend. in dicto Comitatu Lincoln.*
Alexandro de Monte Forti, *Willielmo de Bajocis.*	} *Arraiatoribus in partibus Holland.*
Radulpho Baſſet de Weldon, *Johanni de Longevill.* *Roberto de Daventrye,*	} *Arraiatoribus in Com. Northt.*
Roberto de Watervill. *Thomæ Wenton,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Rotel.*
Johanni Hamelyn, *Ricardo de Egebaſton.* *Johanni de Aungervill.*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Leyc.*
Roberto le Fiz Elis, *Roberto de Ardern,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Exon.*
Philippo de Aylesbury, *Johanni de la Penne.*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Buck.*
Johanni de Morteyn, *Radulpho le Fiz Richard,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Bed.*

R. Epiſcopo Sarum quod &c.

Reginaldo Panely, *Waltero Gracelyn,*	} *Arraiatoribus in Com. Wiltes.*
Thomæ Coudray, *Ricardo de Coſhill.*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Berk.*

W. Epiſcopo Wygorn. quod &c.

Nicholao Corbet, *Nicholao de Aſton,*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Wygorn.*
Ricardo de la Ryvere, *Johanni de Anneſtie.*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Glouc.*

J. Epiſcopo Elien. quod &c.

Ricardo de Pleiz, *Johanni de Hynton.*	} *Arraiatoribus &c. in Com. Cantebr.*

De Reſpectu, ſuper Armis militaribus ſuſcipiendis.

REX Vicecomiti Eborum, Salutem. Ann. D.
Licet tibi nuper præceperimus quòd, in pleno Comitatu 1324.
tuo, ex parte noſtrâ, publicè faceres proclamari, quòd omnes illi, An. 18.
de Ballivâ tuâ, qui tunc habuerunt Quadraginta Libratas Terræ E. 2.
vel Redditûs, aut Feodum unius Militis integrum, valens Quadra- Clauſ. 18.
ginta Libras per Annum, & ea per tres Annos integros tenuerunt, E. 2.
de quocumque tenerent, & Milites non fuiſſent, Arma Militaria m. 38. d.
ſuſciperent citra Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, vel in eodem Feſto ad ultimum:

Tibi nichilominus, certis de cauſis, Præcipimus quòd, in pleno Comitatu tuo, publicè facias proclamari, quòd illi, qui a ſuſceptione Armorum Militarium, ex aliquâ cauſâ, uſque ad certum terminum, ad voluntatem noſtram aſſignandum, Reſpectum habere voluerint, per finem, inde nobiſcum faciendum, ad nos citra dictum Feſtum veniant, & Finem nobiſcum faciant pro Reſpectu hujuſmodi habendo.

Teſte

Digitized by Google

do Eccleſiis infra limites Manerii prædicti, ſi quæ dictis Templariis fuiſſent apropriatæ;

Tibi præcepimus quòd Manerium illud, cum pertinentiis (exceptis Eccleſiis hujuſmodi, ſi quæ fuerint) ſine dilatione capias in manum noſtram, & illud ſalvò cuſtodiri facias; Ita quòd de Exitibus, indè provenientibus, nobis reſpondeas in Cameram noſtram, quouſque aliud à nobis inde habueris in mandatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur Vicecomitibus ſubſcriptis, de Maneriis ſubſcriptis, in manum Regis capiendis; videlicet,

Vicecomiti Kantiæ de Manerio de Strode juxta Roff', cum pertinentiis.

Vicecomiti Cantebrigiæ de Manerio de Daneye, cum pertinentiis.

Litera Papalis ad Pacem hortatoria.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Aleman.* 18. *E.* 2. *m.* 7.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Noſti, fili cariſſime, nos, dudum, infauſti rumoris aſſertione, percepto quod hoſtis humani generis inter te, ac, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum, Regem Franciæ & Navarræ illuſtrem, tibi Sanguine & Affinitate conjunctum, Zizaniorum jecerat Semina, ut ſuo, ne in pernicioſam coaleſcerent Segetem, præfocarentur in ortu, Excellentiæ Regiæ, Litteras noſtras Exhortatorias ſecundò deſtinaſſe, poſt Salutationis Elogium, ſub hac formâ;

Percepto dudum quòd pacis Æmulus inter te, fili cariſſime, ac inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum, Franciæ & Navarræ Regem illuſtrem, occaſione quorundam Exceſſuum, in Baſtida Sancti Sacerdotis Commiſſorum, *&c. prout ſupra de An.* 17. *&* 2 *Jul. uſque hæc verba; viz.*

Sane, quamvis, quid ſuper hiis intenderit Circumſpectio Regia, Reſponſum non receperimus poſtmodum ab eidem, ſet audiverimus, Famâ prænunciâ, diſplicenter quòd præfatus Rex Franciæ, ſeu Gentes ſuæ, ad intrandum Ducatum Aquitaniæ, pro executione certorum Areſtorum, contra * quoſdam Officiales dicti Ducatûs dudum habitorum, ut aſſeritur, faciendâ, & occaſione Homagii, ſibi pro dicto Ducatu non præſtiti; tuæque Gentes, ad reſiſtendum congreſſibus Bellicis ſe diſponunt: •IV. 82.

Nos tamen, variis diſpendiis, quæ Commotiones hujuſmodi probabiliter comminantur, in conſideratione deductis, non obſtante quòd, ſuper eiſdem noſtris litteris, a te, ſicut præmittitur, non habuerimus reſponſales, non ceſſavimus, nec ceſſamus vias & modos exquirere, quibus eiſdem periculoſis Diſpendiis obviari ſalubriter valeat, ac inter te & eundem Regem Franciæ pacis ſerenitas (odiorum extirpatis fomitibus) reformari.

Et, ecce! quod præfato Regi Franciæ ſcribimus ſuper hoc, ſicut expedire vidimus, iteratò Celſitudinem tuam rogantes attentiùs, & hortantes, ac per Dei miſericordiam obſecrantes, quatinùs,

de gratia noſtra ſpeciali, & de Conſenſu dicti Clerici noſtri volumus & conſentimus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd idem Cardinalis quoad vixerit, & ſibi placuerit, prædictam Portionem de Miton, cum Fructibus & Obventionibus ejuſdem, teneat abſque impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum; Ita quòd, ipſo cedente, vel decedente, nihil omninò Juri noſtro, ſeu conſiderationi, & recuperationi noſtræ, prædictis, depereat in hac parte.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo ſeptimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Ad Regem Majoricarum, ſuper Captione duarum Galearum.

MAgnifico Principi, Domino Sanctio, Dei gratiâ, Regi Majoricarum illuſtri, Comiti Roſſilionis & Ceritaniæ, & Domino Montiſpeſſulani, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, * Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & Succeſſus, ad vota, proſperos & felices. Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Clauſ.* 18. *E.* 2. *m.* 33. *d.* •IV. 83.

Literas Celſitudinis veſtræ, nobis per Petrum Jacobi, Mercatorem & Civem Majoricæ, exhibitas, recepimus; & quæ continebantur in eiſdem, ac etiam quæ idem Petrus, juxta Credentiam, ſibi à vobis traditam, dicere voluit, audivimus quàm benigne;

Sinceritati veſtræ ſignificantes quòd, quoad Captionem duarum Galearum, ac Bonorum, & Mercium, exiſtentium in eiſdem, per quoſdam Malefactores, de Dominio noſtro, ut aſſeritur, ſupra Mare hoſtiliter factam: ob quam cauſam ſolempnes veſtros Nuncios aliàs ad noſtram præſentiam deſtinâſtis pro Reſtitutione, videlicet, indè optinendâ;

Quemadmodum aliàs vobis ſcripſimus, ipſis veſtris Nunciis tunc optulimus nos paratos eſſe ad faciendum eis, cum omni favore, ſuper præmiſſis, plenum & celere Juſtitiæ complementum, ſecundum Leges & Conſuetudines Regni noſtri:

Et quia ipſi proſecutionem aliquam ſuper hoc facere renuebant, nec Nos, de nominibus Malefactorum illorum, voluerunt aliqualiter informare; quamquam, de Jure, ad Partis inſtantiam, eſſet, in Caſu hujuſmodi, Procedendum; ex Officio tamen noſtro (nè nobis poſſet ulla impingi diſſimulatio ſeu defectus) ad inquirendum, de Captione dictarum Galearum, ac Bonorum, & Mercium, inventorum in eiſdem, ac de nominibus illorum qui Facinora illa perpetraverant, certos Juſticiarios noſtros, ob veſtri reverentiam, curavimus cum Poteſtate plenariâ aſſignare; coram quibus pendet adhuc Negotium illud, propter difficultates quæ intervenerunt, Indeciſum:

Quibus diſtrictè jam dedimus in mandatis, quòd ad indagandum inde veritatem, cum omni, quâ poterunt, celeritate, procedant; ut, veritate compertâ, ulterius Juſtitia fieri valeat de præmiſſis.

Et præfatus Petrus, præmiſſis ſibi expoſitis, conceſſit ſe velle in Regno noſtro moram facere, expectando Juſtitiam, coram præfatis Juſticiariis noſtris, ſuper Bonis & Mercibus ſupradictis; cui literas noſtras de Protectione & Conductu noſtris fieri fecimus, & ei faciemus in omnibus Juſtitiam exhiberi.

Advertat igitur veſtra Magnificentia, & prudenter attendat, quòd dictorum veſtrorum Subditorum Incuriæ, ſeu negligentiæ

Digitized by Google

veſtro & dicti Regis ſubditis ſupradictis.

Exhibitæ inſuper nobis fuerunt quædam aliæ veſtræ Literæ, continentes qualiter Litteram noſtram,

* IV. 84. *Reſponſivam ad veſtras litteras, quas nobis miſeratis ſuper Reſtitutione Bonorum, ablatorum Berengario Leconis, veſtro ſubdito, in Captione dictarum Galearum, eidem Berengario faciendâ,

Receperatis, in effectu continentem quòd, ſi dictus veſter ſubditus Querimoniam, coram nobis, exponere voluiſſet, de Præmiſſis, reddi feciſſemus Juſtitiæ complementum; aſſerentes talem noſtram Reſponſionem, in aliis Quæſtionibus, ſeu Negotiis, ſatis locum habere; ſet Stilum Curiæ veſtræ, cum aliis Regibus & Communitatibus, &, è contra, ipſos vobiſcum, aliter obſervare, videlicet,

Quod, ſi in mari Roberiæ, vel Dampna aliqua, veſtris ſubditis irrogentur, vos, ad Querimoniam ipſorum, dampna Paſſorum, in Curiâ veſtrâ, de Roberiâ ipſâ, Certificationem recipi facitis; ipſâque Roberiâ probatâ, valor Rerum ablatarum, per Juramentum ipſorum, dampna Paſſorum, Taxatione veſtrâ præcedente, ſufficienter probari reputatis; & deindè Dominos ipſorum Robbatorum, ſuper Satisfactione, exhibendâ de Ablatis, requiri facitis; &, ſi non fecerint, tunc ſubditis veſtris licentiam Pignorandi conceditis; & alia aminicula perquiritis, per quæ ſatisfieri poterit veſtris ſubditis diſrobbatis.

Nos itaque, ſuper præmiſſis, & aliis, in dictis literis veſtris contentis, habitâ Deliberatione pleniori, Magnificentiæ veſtræ duximus intimandum, quòd, quemadmodum, aliàs vobis ſcripſimus, veſtris, & præfati Regis Majoricarum Nunciis, ob Cauſam præmiſſam, nuper ad nos accedentibus, tunc optulimus nos paratos eſſe ad faciendum, cum omni favore, ſuper præmiſſis, plenum & celere Juſtitiæ complementum, ſecundum Leges & Conſuetudines *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Sciat inſuper regia Celſitudo quòd,

Qualitercunque de Stilo Curiæ veſtræ, de Ablatis, ſeu Robbatis in Mari, fuerit obſervatum, inter vos, & Reges, & Communitates, vicinos, quo ad Mercandi licentiam concedendam,

Nos tamen tali Stilo, erga vicinos noſtros, Reges, & Poteſtates, ac ſuorum ſubditos, aut ipſi erga nos, & noſtros, non utimur, nec hactenus ſumus uſi; ſet ſolùm, pro defectu Juſtitiæ Dominorum, ſufficienter requiſitorum, & non curantium vicinorum Dominorum derobbatis, in Querelis ſuis, Juſtitiam exhibere, conceduntur Pignorationes fieri & teneri· & cæteri Principes, in Caſibus conſimilibus, contra noſtros Subditos, & nos contra ſuos, uti conſueverunt, & utuntur; nec nos licitè poterimus, contra Leges & Conſuetudines Regni noſtri, in præjudicium noſtrorum Subditorum, ſicut nec cæteri Principes, quicquam immutare:

Quod moleſte non ferat veſtra Magnificentia, cùm ſimus, & ſemper erimus, parati omnibus & ſingulis, veſtris Subditis, in Regnum noſtrum venientibus, in Querelis ſuis, plenam & celerem exhibere Juſtitiam, ipſoſque confovere & ſupportare favoribus oportunis.

Dat. apud Porceſtriam, decimo octavo die Septembris.

De Comitatu, Caſtris, & Terris Iſabellæ Reginæ, in manum Regis (pro evitandis periculis, ex ſubito Francorum Aggreſſu eventuris) capiendis.

Ann. D.

1324. REX Vicecomitibus, & omnibus aliis, Ballivis, Miniſtris, &

An. 18. fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c.

E. 2. Salutem.

Fr. 18 Quia Rex Franciæ Exercitum grandem jam miſit, ad expugnan-

E. 2. dum Nos, & Ducatum noſtrum Aquitaniæ: &, non modicam

m. 22. multitudinem Navium, in diverſis Partibus, infra Poteſtatem ſuam,

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

ET mandatum eſt præfato Epiſcopo, quòd ad hoc per ſe, & alios, juxta tenorem litterarum Regis prædictarum, intendat: & quòd certificet, ad Scaccarium Regis, de nominibus Locorum, ſic in manu Regis captorum, & Cuſtodum, ad eorumdem cuſtodiam Deputatorum, & de toto facto ſuo in hac parte.

Teſte ut ſupra.

Super negotio antedicto.

REX Vicecomitibus &c. ut ſupra, Salutem. Ann. D.

Cùm, 1324.

Pro vitandis innumeris Dampnis & Periculis, quæ ex inſufficien- *An. 18.*

ti vel minùs tutâ Cuſtodiâ Caſtrorum, Fortalitiorum, Terrarum, *E. 2.*

Tenementorum, & aliorum locorum, in manu Iſabellæ Reginæ *Ibid.*

Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, exiſtentium, per inopinatam varietatem temporum, novitèr ingruentem, poterunt veriſimiliter formidari,

Sit per nos, & Concilium noſtrum, ordinatum, & concordatum, quòd omnia Caſtra, Fortalitia, Terræ, & Tenementa prædicta, per Nos, & noſtros idoneos, ad hoc Deputandos, cuſtodiantur & conſerventur,

Aſſignavimus, dilectum & fidelem noſtrum, Edmundum de Paſſele, ad capiendum in manum noſtram per ſe, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Et ideò vobis mandamus, quòd eidem Edmundo, &c. *ut ſupra.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, in Comitatibus ſubſcriptis; videlicet,

Dominicus de Bokton, in Comitatu Lincolniæ.
Johannes de Stonore, in Comitatibus Oxoniæ & Berks.
Humfridus de Waleden, in Comitatibus Eſſexiæ & Hertfordiæ.
Johannes de Crek, in Comitatibus Cantebrigiæ & Huntingdoniæ.
Willielmus de Rammeſhull, in Comitatibus Southamptoniæ & Wiltoniæ.
Johannes Claver, in Comitatibus Norfolciæ & Suffolciæ.
Johannes de Barrowe, in Comitatibus Glouceſtriæ & Herefordiæ.

ET mandatum eſt ſingulis, ſuperiùs ſic Aſſignatis, quòd ad præmiſſa per ſe, & alios, juxta tenorem litterarum Regis prædictarum, intendant: & quòd, de nominibus locorum, ſic in manu Regis captorum, & Cuſtodum, ad eorumdem Cuſtodiam deputatorum, & de toto facto ſuo, in hac parte, Theſaurarium, & Barones de Scaccario Regis certificent indilatè; Et hoc nullo modo omittant.

Teſte ut ſupra.

De Nunciis ad tractandum ſuper Pace finali cum Roberto de Brus. Ann. D.

1324.

An. 18.

E. 2.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis, Ballivis, Miniſtris, & *Pat. 18.*

fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. *E. 2.*

Salutem. *p. 1.*

m. 25.

Sciatis

Digitized by Google

Teſte Rege apud Porceſtriam, viceſimo tertio die Septembris.

Per ipſum Regem.

Dupl.

Et memorandum quod Literæ de Conductu, prius pro præfatis, Epiſcopo & Comite, factæ, innovatæ fuerunt ſub eadem data, ut patet ſuperius, 15 die Julii Anno præſenti.

Ad Comitem Richemundiæ, de intereſſendo Tractatui, cum Proceribus Regni habendo.

Ann. D. 1324. REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Britanniâ Comiti Richemundiæ, Salutem.

An. 18. *E.* 2. *Clauſ.* 18. *E.* 2. *m.* 34. *d.* Quia, ſuper diverſis, arduis, negotiis, Nos, & ſtatum Regni noſtri, ac Terrarum nobis ſubditarum, & Popolorum eorundem, ſpecialiter tangentibus, vobiſcum, cum cæteris Magnatibus & Proceribus dicti Regni, apud Londonias, à die ſancti Michaelis, proximò futuro, in Tres Septimanas, Colloquium habere volumus & Tractatum;

*IV. 87. Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, dictis die & loco perſonaliter interſitis, Nobiſcum, & cum cæteris Magnatibus & Proceribus prædictis, ſuper præmiſſis, tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri; Et hoc, ſicut Nos, & honorem noſtrum, & Regni, & Terrarum prædictarum, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Porceſtriam, viceſimo quarto die Septembris.

Per ipſum Regem.

De Corporibus omnium Gallicorum areſtandis.

Ann. D. 1324. REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, Salutem.

An. 18. *E.* 2. *Clauſ.* 18. *E.* 2. *m.* 22. Quia Rex Franciæ Ducatum noſtrum Aquitaniæ, & alias Terras noſtras, in partibus tranſmarinis, congregato magno Exercitu, de Guerrâ occupare nititur, hiis diebus, nos, & noſtros Subditos gravando hoſtiliter & impugnando:

Per quod, de Concilio noſtro, ordinavimus quòd Corpora omnium Gallicorum, & etiam aliorum, de Dominio & Poteſtate dicti Regis (cujuſcumque ſtatûs, conditionis, ſeu ſexûs exiſtant) infra Regnum noſtrum (etiam ſi ſint de Hoſpitio noſtro, vel Conſortis noſtræ cariſſimæ, aut alterius cujuſcumque) capiantur: & ipſorum Terræ, Tenementa, Bona, & Catalla quæcumque in manum noſtram ſeiſiantur; ita quòd nobis, de Exitibus Terrarum & Tenementorum illorum, ac de Bonis & Catallis prædictis, reſpondeatur:

Nos, præmiſſa cum omni celeritate, quâ fieri poterit, volentes Executioni demandari,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd,

Viſâ Ordinatione, aliàs, tempore Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, in conſimili caſu, factâ, habitâque indè cum illis, de Concilio noſtro, Londoniis exiſtentibus (quos ad hoc fore videritis convocandos) deliberatione pleniori,

Corpora prædicta, ſine dilatione, capi, & ſalvò cuſtodiri, ac

tres bones gentz, qui ce ſerra a la pleiſaunce de Dieu, & al Honur & Profiſt de nous, & de vous, & de tourz noz ſubgeitz celes parties;

Qar ne poems, ne devoms, ne, a noſtre poair, ne voloms tiels Deſheriteſons, tortz, & damages ſeoffrir.

Et vous feſoms ſavoir qe, ſi ne fuſt contraierete de temps, nous euſſoms conforte vous, & noz autres Gentz, celes parties, de Gentz d'Armes, & de Deners, a grant ſeoſon, les queux punt eſte, au port, en la mere, longement, en atendant vent; mes ore entendoms, od l'eide de Dieu, q'il ſount a Burdealx: Si enveioms, ore derichief, plus Deners, Gentz, & Vitailles, & Ferroms de temps, ſolonc les novels de dela.

Car certeinement, nous voloms mettre tote noſtre entencion a defendre nous, & les noz, contre tieles Duretees, & Malices, & pur noz Droitures meintenir:

Et, per ceo, que les ditz Franceis ſe colerent, & feignent encheſon de prendre noſtre Duchee (diſaunsz, que ceo eſt par defaute de HOMME) nous vous enveioms en cloſe, deinz ceſtes, UNE INFORMACION VERITABLE DE NOSTRE DROIT, ET LOR TORT, a la fin que vous ent ſoietz pleinement aviſetz & enformez: & la facez publier & apertir par la, ou vous verrez qui ſoit a faire.

L'eſtat du Pais, & les noveles, par devers vous, nous facez ſavoir, de temps en temps, ſi ſovent come vous poez; iſſint que nous Puiſſoms, plus aviſement, ordeiner ceo, q'ent ſerra a faire;

Confortez vous, & ſoiez de bon quer, come nous nous fioms de vous; qar nous vous ideroms entierement.

Done a Porceſtre, le 30 jour de Septembre.

En meiſme la fourme eſt eſcrit as ſoutz eſcritz; *c'eſtaſſavoir,*

Guilliam Seignur de Caumont,
Peres de Rouynuan Seignur de Mont Calf,
As Seignurs de Podeygnes,
Gulliam Furcy Seignur de Vernon,
Gaillard de Taſtis,
Bertrand Deſtiſſak,
Wauter Provoſt,
Archambald Deſtiſſak,
Arnald Durefort,
Saunz Savoir de Pyns,
Ramfred de Durefort,
Vintan de Podenſak,
Pounz Amaneu,
Rudel de Mont Clare,
Arnald Guillam de Marſan,
Menald de Morland,
Aygelin Guilliam Seignur de la Sparre,
Arnald de la Laude Seignur de Brede,
Almaluyn de Varreſe Seignur de Monteſerand,
Peres Caillan Seignur de Podenſak,
Arnald Guilliam de Malſoian Viſcount de Juliak,
Peres de Greliak Viſcount de Benauge,
Peres de Gaueret Seignur en la Seze part de Lyngom,
Ramfred de Balmont,
Bertrand de Salmak,
Arnaud Garſy de Foſſat Con-Seignur de Aculeo,
Aniſantz de Caumont Con-Seignur de Seint Barth.
Bernard de Raumbam Seignur Daltriuc,

Aum

A Lerceveſque de Burdeux,
A Leveſque de Clyroun,
A Leveſque de Seintz,
A Leveſque de Agenn.
A Leveſque de Leſcuren,
A Leveſque de Baioun,
A Leveſque de Akes,
A Leveſque de Lector,

Guilliam Ameneu de Madelbano Seignur de Rouzano,
Guilliam Seguyn Seignur de Ryomz,
Bertrand de Altes Veygnes,
Bernard Trancalion,
Guilliam Saux, Con-Seignur de Pomers,
Guilliam Trancalion,
Emerick de Burgh,
Gerard de Taſtis,
Hugh de Pyns,
Guilliam Reymund de Gut,
Arnaud de Dureford de la Court,
Reymound Arnaud de Gerzereſt,
Garſi Arnaud de Novaill,
Arnald de Dureford de Berdyll,
Piers de Chaſtel Norff,
Au Seignur de Chaſtelioun de Medult,
Ameneu de Novellian Seignur de Seint Liberat,
Reymound Bernard de Santeſay,
Aſtourge de Lunatz,
Veyſian de Leomain,
As Meire, Juratz, & Univerſite de Burdeux.

A Labbe d: Seint Croyz de Burdeux,
A Labbe de Blazemont,
A Labbe de Seint Fermyn,
A Labbe de Caynote.

Bertrand de Rupefort,
Gauſelme de Chaſtelion Con-Seignur de la Marche,
Johan Columb Con-Seignur de la Marche,
Piers Guilliam de Maloſſam,
Guilliam Antenon Androms,
Arnaud de Curton,
Gaillard de Molan,
Taillerand de Grenoils,
Au Seigneur de Mountelien.

A Conſeux de Ville Nove,
A Conſeux [illegible]iverſite de la Cite de Condom,
As Conſeux [illegible]bitatours de Soupny,
As Conſeux & Habitatours de Mountreal,
As toutz & cheſcun Habitatours de Blay,
As Jurez & Commune de Seint Machair,
As Jurez & Commune de la Cite de Akes.

A Guilliam Abbe de Seint Sever.
A Labbe de Bazme,
A Labbe de Seint Romain,
A Labbe de Seint Saviour.

Bernard de Dureford,
Guilliam Reymound Lort,
A Rumſtand de Balext,
Ameneu de Foſſat,

ſons ſurheſcrites; Primer, pur ceo, que, a Homage faire a lui, E. 2.
nous ne fuiſmes unqes Somons, ne garniz. Vaſc. 18.

Item, toet euſt le dit Roi de Fraunce, q'ore eſt, en ſon E. 2.
temps, avant ces houres, purpris ſur nous, en noſtre dite Duchee, m. 14.
Terres, Fraunchiſes, Juriſdictions, & nos autres Droitz, en moltz des maneres, par volunte & torcenouſement, & auxint, hors de la Duchee, en noſtre Iſle de Olyroun: & nous lui eoms pluſours foitz humblement requis, & fait requer ſoeffiſauntment, q'il adreſceat, ou fait adreſcer duement les dites duretees; proteſtauntz, & offrauntz nous eſtre, tot dis, preſtz d'eſter a droit, en ſa Court, des choſes, qui nous toucherient, ou puiſſont toucher, par cauſe de noſtre dite Duchee, ſolonc Lei & Cuſtume;

Il n'ad volu ce faire; mes, en aggreaunt les duretees, ad lui dit Rois pluſours foitz puis la Paske en cea a tort, & ſauntz cauſe, Banny ſon Hoſt ſur noſtre dite Duchee, eſpecialment ſur noſtre Chaſtel de Mountpeſat, en la dite Duchee:

Et nous, ce oy, tauntoſt mandaſmes a lui par nos Meſſagez, od ſoeffiſaunt poair, humblement requerrantz, q'il vouſiſt retrere, & repeller ſon Ban & ſon Hoſt:

Et, s'il euſt nulle queſtion ou querele vers nous, ou les noz, par cauſe de la dite Duchee, ou del Chaſtel avantdit, lui pluſt mettre la, en ſa Court, devant les Piers, a ce Appellez, & nous ſerioms preſtz d'eſter a lour Agard ſolonc Lei & Cuſtume:

Estrece nous lui offriſmes, que nous eſtioms preſtz de faire a lui quant que faire deurioms, eſpecialment Homage (mes qil retreiſiſt, & repellaſt ſon Hoſt & ſon Ban deſuſditz) & nos aſſignaſt certeins lieu & jour, convenables & ſeurs, & nous y ſerioms Voluntiers, a faire noz deuers:

Et, toet euſſiens donez a noz Meſſages ſoeffiſant poai d'accepter tieltz jour & lieu, il n'ad volu ottreier noz dites requeſtes, n'aſcune d'yceles.

Et nous, pur taunt, n'avom leſſe, que nous ne ll eoms, ſouent foitz puis, requis, od tote humilite, & tote reverence, que lui pluſt ottreier a nous noz ditz requeſtes, eſpecialment q'il vouſiſt retrere ſon Hoſt & ſon Soeffrir de tieltz maneres de grevaunce, & Ban qui les choſes puiſſent eſtre Trees peiſiblement par Tretee, ou ſoueax par les Piers en ſa Court, come il affiert: & ſur ce aſſigner nous jour & lieu, covenable & ſeur, a faire ce que faire deuerioms, come il eſt deſuſdit:

Queu choſe il n'ad volu nul temps oyer, ne ottrier, nene voleit eſcouter noz Meſſages; mes ſodeinement, ſanz nul garniſement, fiſt prendre, entour la Feſte de la Nativite de Seint Johan le Baptiſte, darein paſſe, noz Gentz en ſa Terre, & mettre en Priſone, & les detient, & fiſt mettre Garde ſur tourz les entrovez de ſa Terre, & defendite l'entree des Engleys, come de ſes enemies, & fiſt mettre a ſa mayn noſtre Counte de Pontif.

Et puis lui biaſmes aver Envoiez ſolempnes Meſſages, Eveſqes, Countes, & autres Grantz de noſtre Terre, pur avoir fait a lui tote l'onur & reverence, que faire puiſſoms, & Tretee de Pees & d'Accord d'entre nous: Si lui priaſmes, moult de cuer, q'il nous euſt donner ſoeffiſant Conduyt, pur noz ditz Meſſages, de ſeurement aler & returner; queu choſe il ne voluit ottrier, ne faire.

Et unquore, pur deſir d'avoir Pees, nous entendantz q'il eſcutereit, & oteit ſon Homme lige, de meiſme, ſi enveaſmes a lui, par le Sire de Suylli, ſon Homme lige (q'eſtoit dont par devers nous) enſemblement od un des noz; & lui offriſmes tant de humilite, tant de ſubjection, qil ſembleyt a pluſurs qui turna partie a Diſheriteſon de nous, & que nul homme n'el euſt refuſez de reſon.

Et, outre, lui requieſmes que, ſi ne lui pluſt tenir Tretee od nous, ne od les noz, qadount vouſiſt aſſentir que les Debatz fuiſſent mis, par aſſent de parties, devaunt noſtre Seint Piere, le Pape, Come Privee, Sage, & Droiturele Parſone, & par lui fuiſſent apeſſees.

* Et, quant il avoit oi le dit Sire de Suylly, il ne lui voleit rien * IV.91.
ottreier

[illegible] ex defectu Homagii, quod nos, ad Quindenam Feſti Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ præteriti, a nobis præſtari, ut aſſerit, debuiſſet;

Quamquam ſuper hoc, in dicto Ducatu, ut Anteceſſorum ſuorum temporibus ſolebat fieri, ſeu alibi, non fuiſſemus, ex parte ſuâ, aliquali.er debitè præmuniti:

Et nichilominus nobis Acceſſus, ad ipſum Regem, ad diem illum, tutus non patuit, eo quòd idem Rex grandem Excercitum, ad Equitandum contra nos de Guerrâ, tunc fecerat congregari, ad nos & Subditos noſtros in Ducatu prædicto, expugnandum.

Et licet nos, eo prætextu, ad ipſius Regis præſentiam plures ſolempnes Nuncios deſtinaverimus: requirendo humiliter ut dictum Excercitum ſuum revocare dignaretur: Offerendo nos paratos eſſe ad ſubeundum Judicium Parium Curiæ ſuæ, ſi quam idem Rex, ratione Ducatûs prædicti, contra nos haberet Quæſtionem: & petendo quòd, revocato dicto Excercitu, nobis certos diem & locum, quibus ad ipſum accedere poſſemus, ad faciendum ei Deveria, quæ ſibi de Jure facere deberemus, aſſignaret: &, ſuper hoc, eiſdem noſtris Nunciis plenam & expreſſam, per noſtras Literas, dederimus Poteſtatem; alias etiam vias exquiſiverimus Concordiæ, quas præſentibus inſerere longum foret.

Præfatus tamen Rex non ſolùm priores Nuncios noſtros, ſuper præmiſſis, audire renuit, ſet poſterioribus acceſſum ad ipſum habere non permiſit, nec curavit Pacis aſſentire Tractatibus, ſet Bellorum Turbinibus rancorem ſui animi prælegit adimplere.

Propter quod,

Ipſius Regis duritiam & malivolentiam contemplantes, & quòd nos contra ipſum injuſtè non egimus, ſet ipſe potius contra nos agit voluntariè, nos & noſtros Subditos impugnando taliter de Guerrâ & gravando, & quòd nihil proficimus viam Concordiæ exquirendo,

*IV.92. Ad * reſiſtendum ipſius Potentiæ, cum Dei adjutorio, curavimus nos parare, Amicorum noſtrorum ad hoc Suffragia ſedulè requirentes.

Quamobrem Magnificentiæ veſtræ toto cordis deſiderio ſupplicamus, quatenus, attento ſolertèr qualiter præfatus R. Nos, & noſtros, injurioſe perſequitur, &, timore Dei poſtpoſito, noſtrum Patrimonium ſuis ſatagit uſibus aggregare, zelo velitis Juſtitiæ, ac Conſanguinitatis & Amoris Optentu, de Hominibus ad Arma, Equitibus, & Peditibus, tale nobis Auxilium facere & Succurſum, quòd, veſtro mediante Præſidio, ipſius Regis refrænetur Aviditas, & Elatio, Auctore Domino, reprimatur: Et quod nos, ſi vobis Caſus conſimilis offeratur, vobis, gratâ viciſſitudine, ad conſimile Præſidium aſtringi debeamus & meritò temporibus oportunis.

Et quid, noſtri contemplatione, in hac parte veſtra Magnificentia decreverit faciendum, nobis reſcribere velitis per præſentium Portitorem.

Dat. apud Porceſtriam, triceſimo die Septembris.

CONſimiles Literæ diriguntur Excellentiſſimo Principi Domino A. Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Siciliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gehennæ, atque Algarbiæ Regi illuſtri, Conſanguineo noſtro kariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c.

[illegible] Conſanguinei Regis cariſſimi, Dominæ de Biſcaye.

Teſte Rege ut ſupra.

De Tractando cum quibuſcumque ſuper Confœderationis & Amicitiæ Vinculo.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 19. *IV.93.

Ad tractandum cum quibuſcumque Nobilibus & aliis Perſonis (cujuſcumque Regni, ſeu Terræ, Statûs, Dignitatis, vel Conditionis exiſtant) ac * Communitatibus, & Univerſitatibus quibuſcumque de Confœderationis & Amicitiæ vinculo ſpeciali; & ad eaſdem Confœderationem & Amicitiam, inter nos & ipſos, ineundem, & firmandum, aſſecurandum & roborandum, modis & viis, quibus expedire videbitur,

Dilectis & fidelibus noſtris, Venerabili Patri, Alexandro Archiepiſcopo Dubliniensi, Edmundo Comiti Kantiæ, Fratri noſtro cariſſimo, Radulpho Baſſet de Drayton, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, & Magiſtro Willielmo de Weſton, Canonico Lincolniæ, & Legum Doctori, tribus, & duobus eorum, plenam damus & concedimus, tenore præſentium, Poteſtatem;

Ratum habituri & firmum quicquid, per prædictos, Archiepiſcopum, Comitem, Seneſcallum, & Willielmum, tres, vel duos eorum, tractatum, ac factum fuerit in præmiſſis; &, ad ea omnia fideliter obſervandum, nos, & omnia Bona noſtra ſpecialiter obligamus; & præmiſſa omnibus, quorum intereſt, aut intereſſe poterit, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Dat. apud Porceſtriam, primo die Octobris.

Per ipſum Regem.

CONſimiles Literæ fiunt præfatis, Archiepiſcopo, Comiti, Seneſcallo, & Willielmo, tribus, vel duobus eorum, de tractando de Confœderationis & Amicitiæ vinculo ſpeciali ineundarum, &c. cum Reymundo Arnaldi de Caudâ Raſâ, Guillielmo Domino de Andomo, Reymundo Guillielmi Domino de Gezereſt, & Bernardo de Bearnio de Laſpes, & eorum quolibet &c.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Matrimonio inter Filium Regis & Filiam Regis Arragoniæ contrahendo.

REX, omnibus ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 19.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Alexandri Archiepiſcopi Dublinenſis, Edmundi Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſimi, Radulphi Baſſet de Drayton, Seneſcalli noſtri Vaſconiæ, & Magiſtri Willielmi de Weſton, Canonici Lincolniæ & Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, pro nobis, & noſtro nomine, cum Magnifico Principe, Domino Jacobo, Rege Arragoniæ Illuſtri, vel ſuis, ſuper Copulâ Conjugali, inter Edwardum, Filium noſtrum Primogenitum, & Filiam prædicti Regis Maritandam Contrahendâ;

Et ad ea, quæ ſuper præmiſſis tractata fuerint & concordata,

Digitized by Google

ĉti Regni, contra Aggreſſus hujuſmodi, ſine dilatione aliquâ, in quantum viriliùs & potentiùs poteritis, vos paretis.

Et, ſi quæ Naves hujuſmodi, a partibus tranſmarinis, ad partes illas venerint, ad gravandum nos, & Populum noſtrum, ſicut prædictum eſt, tunc eis, cum toto poſſe veſtro, reſiſtatis, & eas, unà cum Hominibus & Bonis omnibus, in eis exiſtentibus, areſtari, & ſalvò cuſtodiri faciatis; & nos de toto facto veſtro, in hac parte, reddatis certiores indilatè.

Et præmiſſa, ſicut nos, & honorem noſtrum, & ſalvationem Regni noſtri diligitis, & vos ipſos indempnes ſervare volueritis, nullatenus omittatis.

Mandavimus, enim, dilectis & fidelibus noſtris, Roberto de Monte Alto, Thomæ Bardolf (Cuſtodibus Terrarum Maritimarum & Litorum in Comitatu prædicto) quòd tantam diligentiam ſuper præmiſſis apponant, quòd, per Subitos Aggreſſus dicti Regis, vel ſuorum, ſeu aliorum quorumcumque, in partibus illis, dampnum, vel periculum nobis, aut Regno noſtro, non eveniat quoquomodo.

Quibus volumus quòd vos, cum toto poſſe veſtro, in omnibus, intendatis, quotiens ſuper hoc per ipſos fueritis præmuniti.

Teſte Rege apud Porceſtriam, primo die Octobris.

Per ipſum Regem.

EOdem modo mandatum eſt Majori, Ballivis, Probis Hominibus, & toti Communitati Civitatis.

Teſte ut ſupra.

Ad Ducem Britanniæ, de Rege Franciæ Proceſſum ſine debita præmunitione aggravante, & Jura ac Prærogativam Parium violante.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Clauſ. 18. E. 2. m. 19. d.

LE Roi au Duc de Bretaigne, Coſyn & Pier de France, Saluz.

Treſchere Coſyn, tot ſoit il eu, & uſe, & c'eſt reſon, que touz les debatz & queſtions, entre le Roi de France & nul des Piers, touchantz leur Fiedz, devient eſtre triez en la Grant Chaumbre de Parys, devant les Piers, & par eux, a ceo appellez; ne pur quant le Roi de France, voluntrieuement, & ſaunz cauſe (Sauvee ſa reverence) & ſaunz quecunque Proces faire meement devant les Piers, en la Grant Chaumbre, ſicome il affereit,

Nient eant regard a les Pees, affermees entre lui, & Nous, & noz Aunceſtres, & as autres Alliaunces par Conſanguinite, Affinite, Mariages, & en altres moltz des Maneres faites: ne a les ſoveners & grauntz purſuites de Pees, que nous avoms faitz vers lui; ne a l'eſtat de Paraiutee,

Ad envoe, contre nous de Guerre, en noſtre dite Duchie, ſodeynement ſun Uncle, Sire Charles, od graunt Hoſt; le quel Sire Charles eſt meu contre nous (Dieu ſcet pur quei, & nous entendoms que vous, & pluiours autres, l'entendez) & ad purpris illoeques ſur nous, par force de Guerre, pluſours noz terres en Ageneys, & deſtruyt noz Terres, & noz Poeples celes parties, & ad ja aſſege noſtre chere Frere, ſon Neveu, Edmond Counte de Kent, en noſtre Ville de la Rieule; & s'afforce de purprendre ſur nous tote noſtre dite Duchee, a tort & ſaunz reſon, & encountre le Droit & la Prerogative des Piers, a mal enſaumple, pur temps q'eſt avenir, & en perpetuel ſervitute a l'eſtat des Piers.

Et coment que le dit Roi de France ſuppoſe, & die, que nous avoms eſte duement requis a faire Homage, & n'el avoms volu faire (ſauvee ſa reverence) nous ne feuſmes unqes requis, come eſtre deuſſiens, ne ne l'avoms peu faire pur grauntz & notoires injuries & dureſces, qil nous ad fait puis la Paske, en cea, de quel

abſque gravi ſcandalo, quamplurima impedimenta, Procurante Satore Sciſmatis, hactenus præſtitiſſe:

Ac nos quendam Tractatum, apud Londonias, in inſtantibus tribus Septimanis Sancti Michaelis proximò præteritis, ſuper diverſis & arduis Negotiis, nos, & Statum Regni noſtri ſpecialiter tangentibus, cum Prælatis, Magnatibus, ac cæteris Proceribus Regni noſtri, tenere diſpoſuerimus:

Et dicto Archiepiſcopo Eborum mandaverimus in fide & dilectione, quibus nobis tenetur, firmiter injungentes, quòd, dictis die & loco, perſonaliter interſit nobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus prædictis (quibus ſimiliter ſuper hoc ſcripſimus) ſuper Negotiis illis tractaturus, ſuumque Conſilium impenſurus:

Conſiderantes igitur, occaſione dictæ Diſcordiæ, noſtri, & ipſius Regni noſtri negotia poſſe, more ſolito, faciliter retardari: Recolenteſque quòd, in Parliamento noſtro, nuper apud Eborum convocato, in veſtri & dicti Archiepiſcopi præſentia, concordatum fuit, quòd vos ad Parliamenta & alios Tractatus, pro negotiis noſtris, in Provinciâ Eborum; & quòd idem Archiepiſcopus Eborum, ad hujuſmodi Parliamenta & Tractatus, in Provinciâ veſtrâ tenenda (abſque impedimento vobis, ſeu veſtris, per dictum Archiepiſcopum Eborum; ſeu ſibi, vel ſuis, per vos, aut veſtros, inferendo) veniretis:

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd præfato Archiepiſcopo Eborum, aut Hominibus de Familiâ ſua, in veniendo uſque ad dictam Civitatem Londoniarum, ibidem morando, aut extindè ad propria redeundo, non inferatis, ſeu per alios fieri procuretis Dampna, Gravamina, ſeu Impedimenta aliqua quovis modo:

Scientes quòd, ſi ſecùs feceritis, ad vos graviter capiemus.

Volumus enim vos ad hujuſmodi Parliamenta & Tractatus, in Provinciâ Eborum, pro Negotiis noſtris, abſque impedimento vobis, ſeu veſtris, per prædictum Archiepiſcopum, & ſuos inferendo, accedere in futurum, juxta Concordiam ſupradictam.

Teſte Rege apud Guldeford, octavo die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

EOdem modo ſcribitur Vicecomitibus Warwiciæ & Leiceſtriæ, Notinghamiæ, & Derbiæ, Northamptoniæ, Bedfordiæ & Buckinghamiæ, Eſſexiæ & Hertfordiæ, quòd prædicto Archiepiſcopo, cùm ad Ballivas ſuas acceſſerit, occurrant, & ipſum per Ballivas ſuas ſalvò & ſecurè conducant.

** De intendendo Epiſcopis, in Religioſos, Alienigenas, amovendo.* * IV. 96.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 22. d.

REX, Dilectis & Fidelibus, Willielmo de Cotes, & Stephano de Denham.

Licet nuper, certis de cauſis, per Literas, ſub Sigillo Scaccarii noſtri, aſſignaverimus vos, conjunctim, & diviſim, ad capiendum, & ſeiſiendum in manum noſtram omnes Prioratus, Domos, & loca Religioſorum, Alienigenarum, quorumcumque, de poteſtate ſeu Dominio Regis Franciæ, in Comitatu Kantiæ, unà cum Terris, Bonis, & Catallis eorumdem (Flandrenſibus duntaxat exceptis) & ad ipſos Religioſos, infra Prioratus & Domos ſuos, ſalvò & honeſtè cuſtodiendum: & ad inveniendum ſingulis eorum, pro ſuſtentatione ſuâ, quâlibet Septimanâ, decem & octo Denarios, & decem Solidos per Annum, pro aliis neceſſariis ſuis de Exitibus Prioratuum & Domorum eorumdem:

Quia tamen jam mandavimus, Venerabili Patri, W. Archiepiſcopo Cantuarienſi, quòd ipſe omnes Religioſos hujuſmodi, in Dioceſe

Digitized by Google

[illegible],
Adæ Lucas, } *in Com. Glouc. de intendendo T. Wygorn. Epiſcopo.*

*Roberto Pill Clerico perſonæ Eccleſiæ de Torbrian,
Johanni Brian,* } *in Comitatu Devoniæ de intendendo W. Exon. Epiſcopo.*

*Reginaldo de Botereux,
Magiſtro Ricardo de Beupre.* } *in Comitatu Cornubiæ de intendendo dicto Epiſcopo Exonienſi.*

*Radulpho de Bereford,
Willielmo de Overton.* } *in Com. Suthamptoniæ de intendendo J. Epiſcopo Wyntonienſi.*

Willielmo Huſee, in Comitatu Surriæ de intendendo dicto Epiſcopo Wyntonienſi.

Ricardo de Emeldon, in Com. Northumbr. de intendendo, L. Epiſcopo Dunolm.

*Adæ de Hoperton.
Johanni de Joun,* } *in Weſtritbingo in Com. Eborum de intendendo W. Eborum Archiepiſcopo.*

*IV. 97. ** Michaeli de Wath,
Roberto de Borton.* } *in Eſtr. in Com. Eborum de intendendo W. Ebor. Archiep.*

*Willielmo Clarel,
Waltero de Popelton,* } *in Northr in Com. Ebor. de intendendo W. Ebor. Archiep.*

*Waltero Beryl,
Magiſtro Rogero de Blokeſworth,* } *in Comitatu Dorſ. de intendendo R. Epiſcopo Sarum.*

*Magiſtro Johanni de Tarent,
Waltero de Ryſom,* } *in Comitatu Wilteſ. de intendendo dicto Epiſcopo de Sarum.*

*Henrico de Gulden Militi,
Willielmo de Bracton,* } *in Comitatu Somerſetiæ de intendendo J. Bathonienſi & Wellenſi Epiſcopo.*

*Magiſtro Johanni de Horkeſtowen,
Rogero de Whatton,* } *in Com. North. & Rotel de intendendo H. Epiſc. Linc.*

*Magiſtro Willielmo de Bayons,
Edmundo de Aſſheby,* } *in Comitatu Lincolniæ de intendendo dicto Epiſcopo Lincolnienſi.*

*Thomæ de Bourgh,
Adæ de Skelton,* } *in Com. Weſtmerl. & Cumberlandiæ de intendendo J. Epiſcopo Karliolenſi.*

*Willielmo de Tatham,
Johanni de Lancaſt.* } *in Com. Lanc. de intend. R. Coventr. & Lich. Epiſcopo.*

*Riccardo de Whatton,
Willielmo Buzoun.* } *in Comitatu Derbiæ de intendendo eidem R. Epiſcopo.*

*Ricardo de Whatton,
Willielmo Buzoun,* } *in Com. Nottingh. de intendendo dicto Archiepiſcopo Eborum.*

Nicholao de la Felde in Inſula Vecta de intendendo dicto Epiſcopo Wyntonienſi.

De tradendo Beneficia & Bona Alienigenarum Epiſcopis Cuſtodienda.

Ann. D. 1324. *An.* 18. E. 2. *Vaſc.* 18. E. 2. *m.* 22. *d.*

REX, dilectis & Fidelibus ſuis, Willielmo le Cotes, & Stephano de Denham, Salutem.

Licet nuper, certis de cauſis, per literas, ſub ſigillo Scaccarii noſtri, aſſignaverimus vos, conjunctim, & diviſim, ad capiendum & ſeiſiendum in manum noſtram omnes Eccleſias, Præbendas, & alia Beneficia quæcumque Hominum ſecularium, de Poteſtate ſeu Dominio Regis Franciæ, in Comitatu Kantiæ, unà cum omnibus Bonis, Rebus & Catallis ſuis, in eiſdem inventis; Flandrenſibus duntaxat exceptis:

Magiſtro Rogero de Blokeſworth, } *in Com. Dorſ.*

*Reginaldo Botreux,
Magiſtro Ricardo de Beaupre,* } *in Com. Cornub.*

*Magiſtro Johanni de Tarente,
Waltero de Ryſum,* } *in Com. Wilteſ.*

*Radulpho de Bereford,
Willielmo de Overton.* } *in Com. Suth.*

Nicholao de la Felde in Inſula Vecta.

*Roberto Pil Clerico perſonæ Eccleſiæ de Torbrian,
Johanni Brian,* } *in Com. Devon.*

*Roberto de la Felde,
Adæ Lucas;* } *in Com. Heref. & Wygorn.*

*Magiſtro Johanni de Horkeſtowe,
Rogero de Whatton.* } *in Com. North. & Rotel.*

*Rogero de Gildeburg. Cler.
Johanni de Arches,* } *in Com. Bedf. & Buk.*

*Magiſtro Willielmo de Baionſe,
Edmundo de Aſſheby,* } *in Com. Lincoln.*

*Adæ de Hoperton,
Johanni Youn,* } *in Weſtrithyng.*

*Roberto de Burton,
Michaeli de Wath,* } *in Eſtrithing.*

*Willielmo Clarel,
Waltero de Popelton,* } *in Northrithing.*

*Thomæ de Burgh,
Adæ de Skelton,* } *in Com Weſtmerl. & Cumbr.*

*Willielmo de Tatham,
Johanni de Lancaſtr.* } *in Com. Lancaſtr.*

*Ricardo de Whatton,
Willielmo Bozoun,* } *in Com. Notingh & Derb.*

*Roberto Touk,
Johanni de Leek,* } *in Com. Salop. & Staff.*

*Magiſtro Roberto de Sotwell,
Rogero de Bellegrave,* } *in Com. Warr. & Leyceſtr.*

Ricardo de Emeldon, in Com. Northumbr.

Poſtea Ricardus de Weſtcote aſſignatur loco dicti Willielmi de Overton, per novam Commiſſionem in forma ſupradicta.

Teſte Rege ut ſupra.

Ad Cardinales, ſuper Invaſionibus Regis Franciæ, & Narratio ſeriatim totius Facti.

Ann. D. 1324. *An.* 18. E. 2. *Rom.* 18. E. 2. *m.* 3.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis augmentum.

Veri amori integritas (quam propinquitatis neceſſitudo produxit) Amantem ſilere non patitur, ſet prodire cogit in publicum quod latet introrſum, & ibi ſe linguarum jaculis ardentius obicit, ubi, in Dilecti vituperium, perpendit verba fallaciter jaculari.

Intelleximus quidem, Pater reverende, qualiter proponente nuper, coram Domino ſummo Pontifice, uno Cardinali (ſalvâ reverentiâ) aliter quàm res ſe habeat, quòd Rex Franciæ, juſto Proceſſu,

riis, ut tenemur,

Venerabilem Patrem, Dominum G. Sanctæ Luciæ in Cilice Diaconum Cardinalem, jam interpellavimus precibus iteratis, ut viam pacis competentem, dilecto Clerico noſtro non nimium oneroſam, ſuper Quæſtione, inter eos pendente, de Portione de Milton, parte Præbendæ de Ayleſbury (quam eidem Clerico noſtro contulimus) noſtri interventu, inire velit, & cum eo finaliter concordare; ad cujus finalem expeditionem, celerem & votivam, cordi noſtro plurimùm inſidentem, erga dictum Cardinalem interponere velitis, quæſumus, efficaciter partes veſtras.

Dat. apud London. 18 die Octobris.

Ibid. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ Tituli Sancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ex ardore dilectionis puriſſimæ & zelo Juſtitiæ novimus prodiiſſe, quod, proponente nuper quodam de Collegio Cardinali, coram Domino ſummo Pontifice, qualiter Rex Franciæ contra nos juſtè proceſſerat (Excercitum ſuum ad occupandum Ducatum noſtrum Aquitaniæ, & alias Terras noſtras infra Dominium ſuum, deſtinando) cauſas, quas ſibi placuit, minus veras, novit Deus, pro excuſatione ipſius Regis allegando; ac, petente ut idem ſummus Pontifex ipſi Regi in hoc aſſiſtere dignaretur, veſtra ſinceritas ei obicem ſe præbuit, ut accepimus, & ejus Aſſertionibus curavit per ordinem dilucide reſpondere; ſuper quo veſtræ paternitati reverendæ grates & gratias referimus multiformes: & ut, veritate ac geſtæ rei ordine cognitis, hujuſmodi obtrectantibus importunitatibus apertius valeat reſponderi, Rem Geſtam in quâdam CEDULA ſcribi mandavimus ſeriatim, & eam, *&c. ut ſupra de verbo ad verbum.*

Teſte ut ſupra.

Eodem modo Mandatum eſt Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali.

Ibidem. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino N. Dei gratiâ, Sancti Adriani Diacono Cardinali, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis augmentum.

Quo de veſtræ dilectionis & Amicitiæ puritate pleniori fiduciâ ſupportamur, eo confidentiùs veſtra imploramus Præſidia, & noſtra Secreta pandimus in hiis quæ intimiùs inſident nobis cordi.

Cùm itaque Franciæ & Navarræ Rex (non attentis cujuſlibet Conſanguinitatis, Affinitatis, ſeu alterius Fœderis, vinculis, inter ipſum & nos contractis) miſſo grandi Excercitu, Ducatum noſtrum Aquitaniæ hoſtiliter ſatagat occupare, gravando de Guerrâ multipliciter Nos, & noſtros; & nobis relatum ſit quòd aliqui etiam, de Collegio Cardinales, ipſius Regis injuriam, in hac parte, Aſſertionibus, non veris, coram Domino ſummo Pontifice, palliare nitantur; prætendendo ipſum contra nos juſtè Guerram moviſſe, eo quod ſibi Homagium non fecimus die & loco, ut aſſerunt, conſtitutis: Et ſolicitando ipſum Dominum ſummum Pontificem, ut ipſius Regis factum, in præmiſſis, approbare, eique aſſiſtere dignaretur.

Nos,

Veritatem & ordinem rei geſtæ, pro declaratione noſtræ Innocentiæ, ad veſtram notitiam deducere cupientes: Ac de veſtrâ ſinceritate confidentes, quòd, veritate cognitâ, zelo veliris Juſtitiæ, fictis Suggeſtionibus reſiſtere; ac, pro honore noſtro conſervando, cæteris noſtris benivolis & amicis opem ferre,

Rem Geſtam, in quâdam CEDULA, ſcribi mandavimus ſeriatim, & eam vobis mittimus præſentibus interclusâm; toto cordis deſiderio expertam Benevolentiam veſtram deprecantes, quate-

Oleronis: Idemque Rex Franciæ, per præfatum Regem & Ducem, pluries debite & inſtanter requiſitus, ut hujuſmodi Gravamina revocare, & ad Statum debitum redigere dignaretur; offerentem ſe paratum, ſuper omnibus, ipſum, ratione Ducatûs prædicti, concernentibus, in Curiâ ſuâ, ſtare Juri;

Ipſum ſuper hoc audire non curavit, ſet, Gravamina ſuperaddens, quæſito colore, prætextu cujuſdam Maleficii, in Baſtidâ Sancti Sacerdotis, infra dictum Ducatum, ut dicitur, commiſſi,

Quod præfatum Regem & Ducem latuit, nec unquam approbavit, teſte Deo, quinimò per ſuos Nuncios, Scelus illud deteſtando, optulit ſe, prout ad eum pertinet, ratione loci, ſeverè vendicaturum,

Idem Rex Franciæ, abſque culpâ vel negligentiâ præfati Regis & Ducis, hujuſmodi Sceleris cognitionem, quæ ad ipſum non pertinuit, aſſumens, Caſtrum de Monte peſato, ipſius Regis & Ducis, infra dictum Ducatum ſuum ſituatum, ipſo Duce non vocato, nec per contumaciam abſente, per ſe, ſine Paribus Curiæ ſuæ, ad id, ut Juris eſt moris, vocandis, extra locum debitum per ſuum perperàm pronunciavit Areſtum ſibi fore confiſcatum; incontinenti mandans ſuum congregari Exercitum, ad expugnandum Caſtrum dicti Ducis memoratum.

Quo audito, præfatus Rex & Dux ſuos ſolempnes Nuncios memorato Regi Franciæ mandavit, cum ſufficienti Poteſtate, humiliter petens, & requirens quatinùs hujuſmodi ſuum Exercitum revocare dignaretur, offerens ſe paratum ſuper prædictis & aliis, ipſum, ratione Ducatûs, contingentibus, in Curiâ ſuâ, coram Paribus ejuſdem, ad quos pertinet, ſtare Juri; petens inſtanter ſe ad hoc admitti: optulit etiam idem Rex & Dux, ſe paratum eſſe Homagium, & alia ſua Deveria facere Regi memorato; dùm tamen placeret ſibi hujuſmodi Excercitum ſuum revocare, ut tutus patere poſſit ſibi Acceſſus; petens ſibi ad id certos diem & locum cum debitâ Securitate aſſignari.

Et, licet pluries ipſum inſtanter, cum omni reverentiâ, præfatus Rex & Dux requiſiverit de prædictis, fuiſſetque ſemper paratus, ſuper prædictis, in Curiâ dicti Regis Franciæ, coram Paribus, ſtare Juri, ſibique facere Homagium (revocato dicto Excercitu) & quicquid ultra deberet, & hæc frequenter optuliſſet eidem; idem tamen Rex Franciæ annuere non curavit, nec ipſius Nuncios exaudire.

Et, cùm præfatus Rex & Dux, per ſuos Nuncios, dicto Regi Franciæ, circa Feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ, ultimò præteritum, miſſos, pro ſuâ excuſatione, quo minùs Homagium tunc facere poſſet eidem Regi Franciæ, vel deberet, proponi feciſſet, tùm quia, nunquam ad id vocatus, nec debite præmunitus; tum quia, ipſo Rege Franciæ Excercitum hoſtilem & guerrinum, contra ipſum in ſuo Ducatu, ſic ducente, tutus ſibi non pateat Acceſſus; petens humiliter quatenùs, attentis Confœderationibus inter eos, dignaretur ab hujuſmodi Violentiis deſiſtere, & ſuum hujuſmodi Exercitum revocare, ſibique Terminum competentem & Locum tutum aſſignare, quo ſecurè * accedere poſſet pro Homagio faciendo; quòd nunc paratus foret facere, omni legitimo impedimento ceſſante: * IV. 101.

Dùm ſiidem Nuncii inſtarent, apud Regem memoratum pro prædictis, præfatus Rex & Dux (Apoſtolicæ Sanctitatis ſacris Suaſionibus, per, nobilem virum, Dominum de Sulliaco, per ſanctiſſimum patrem, Dominum noſtrum Papam, ſibi miſſum, hortatus Pacis viam per omnem modum amplecti) ad exhibendum & faciendum dicto Regi Franciæ omnem Obedientiam, Reverentiam, & Honorem, & cum eo pacis inire Tractatum, ſuos ſolempnes Nuncios, venerabilem, ſcilicet, Patrem.... Epiſcopum Norwicenſem, & alios Magnates de Regno ſuo, ac etiam dictum Dominum de Sulliaco eidem Regi Franciæ deſtinare decrevit, præmittens cum Literis ſuis deprecatoriis dicto Regi Franciæ Curſorem,

Digitized by Google

dentiâ, inter Partes ipſas, veritatis & pacis viam ordinare & ſtatuere valeret; & ut, quod per ipſum deciſum foret, firmum haberetur.

Et, ut idem Rex Franciæ veraciter perpendere poſſet affectionem Pacis, quam gerebat, miſit præfatus Rex & Dux, cum dicto Domino de Sulliaco, proprium Nuncium, cum plenâ Poteſtate liberandi Caſtrum prædictum, & omnia cætera ſupradicta fideliter adimplendi.

Ipſe quoque Rex Franciæ, expoſitâ ſibi plenè intentione dicti Regis Angliæ & Ducis, per Dominum de Sulliaco memoratum, nihil omnino facere, ſet nec reſpondere, nec Nuncium dicti Regis & Ducis videre vel audire curavit; ſet fecit ſibi mandari ut celeriter rediret ad partes.

Sicque, ſpretâ omni Pacis viâ, Juſtitiæ & Veritatis immemor, oblituſque cujuſlibet Confœderationis, inter dictos Reges & ſuos Progenitores (tàm Conſanguinitatis, quàm Affinitatis, & Copularum Conjugalium, ac aliarum) multipliciter initæ: pendentibus hujuſmodi Tractatibus, ipſo Rege & Duce ſemper, & adhuc parato facere Homagium, & quicquid ad eum pertinet (dùm tamen tutè poſſet) dictus Rex Franciæ, abſque alio Proceſſu in Curiâ ſuâ, vel coram Paribus, vel aliàs qualitercumque debitè facto, congregatâ multitudine Bellatorum (dicto Rege & Duce, propter Confœderationes & alias Amicitiæ cauſas, inter eos & Progenitores ſuos contractas, firmiter ſperante ipſum Regem Franciæ nolle tàm crudeliter in ipſum ſævire, &, ob id, ſe ad Arma etiam tunc
* IV. 102. non parante) miſit Avunculum ſuum, * Dominum Karolum, cum Exercitu magno, contra ipſum Regem & Ducem, ex quadam injuſtiſſimâ Occaſione fictâ (quæ in utroque Regno non eſt non notoria, & creditur Apoſtolicam non latere Sanctitatem) provocatum.

Qui, ſubitò irruens in Ducatum Aquitaniæ, Regis & Ducis prædicti, Strages maximas, & dampna innumera (Terras dicti Regis & Ducis alias occupando, alias devaſtando, Populum deſtruendo in ore Gladii) intulit & irrogavit; Domino del Bret, Homine ligio dicti Regis & Ducis, (quem idem Rex & Dux, ſuique Progenitores amplis Beneficiis, & Divitiis, ac Poſſeſſionibus fertilibus, in dicto Ducatu, ditaverunt) dicto Domino Karolo aſſiſtente contra dictum Regem & Ducem, Dominum ſuum, & ipſum hoſtiliter inſequente.

Set &, Germanum dicti Regis & Ducis, Edmundum Comitem Kantiæ, Nepotem ipſius Karoli, idem Karolus, in villâ de Regula, dicti Ducis, jam Obſedit; ſic ſatagens, toto conatu, præfatum Ducatum dicto Regi & Duci auferre, & ſuo Dominio ſubjugare.

Dictus etiam Rex Franciæ maximam Claſſem Navium parari fecit & congregari, dictoque Regi Angliæ & Duci, ac Regno ſuo Angliæ, ad oppugnandum, & gravandum inſidiatur indies.

Cum igitur dictus Rex & Dux aliud, aut aliter, non videat quid agere poſſit pro Pace conſequendâ, ſpem ponens in Deo, neceſſitate coactus, ne omninò per diſſimulationem & negligentiam corruat (quod abſit) viam Defenſionis pro ſe, & Populo, ac Terris ſibi ſubjectis, elegit.

Conſideret itaque omnis Juſtus, ſi negligentia vel contumacia valeat dicto Regi & Duci imputari in prædictis.

Roberto de Barton, *Michaeli de Wath,*	*in Eſtrithingo, in Comitatu Eborum.*

Pro Nunciis Roberti de Brus, ad tractandum ſuper finali Pace.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem. Ann. D. 1324. An. 18. E. 2.

Sciatis quòd, cùm Willielmus Epiſcopus de Sancto Andrea, & Thomas Randolf Comes de Murref, ac alii Sex Nuncii Roberti de Brus, ad tractandum ſuper finali Pace & Concordiâ, inter nos, & dictum Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, contra * nos de Guerra exiſtentes, ineundis, in Regnum noſtrum, uſque ad Civitatem noſtram Eborum, in proximo ſint venturi: Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 15. * IV. 103.

Nos ipſum Epiſcopum, ac Homines de Familiâ ſuâ, uſque ad numerum conſimilem, & (præter ipſos, Epiſcopum & Comitem, dictos) alios ſex Nuncios, uſque ad numerum ſexaginta Equitum, & eorum Equos, Hernelia, ac eorum Servientes & Garciones, & eorum Bona quæcumque, ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, in veniendo in Regnum noſtrum prædictum, ibidem morando, & exindè in Scotiam redeundo; prout in Literis noſtris Patentibus, eis ſuper hoc confectis, pleniùs continetur.

Nos, volentes Protectionem & Defenſionem noſtras prædictas, necnon & ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum prædictum, in omnibus obſervari; ac, de dilectis & fidelibus noſtris, Roberto de Umframville Comite de Anegos, & Radulpho de Neville, plenarie confidentes, ipſos, conjunctim, & diviſim, Conductores & Gardiatores, ſeu Conductorem, & Gardiatorem, ipſorum, Epiſcopi & Comitis de Murref, & aliorum Nunciorum prædictorum, ac omnium & ſingulorum de Familiis ſuis, uſque ad numerum prædictum, ac Servientum & Garcionum ſuorum, cum ipſis venientium in Regnum noſtrum, veniendo, & ibidem morando, ac exindè redeundo, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium, deputamus:

Mandantes & firmiter injungentes Vicecomitibus, & omnibus & ſingulis Cuſtodibus Villarum, Conſtabulariis Caſtrorum & Fortaliciorum (per quæ ipſos tranſire contigerit) ac aliis Miniſtris & fidelibus noſtris quibuſcunque, quòd præfatis, Comiti de Anegos & Radulpho; ac eorum alteri, tanquam Conductoribus & Gardiatoribus, ſeu Conductori & Gardiatori, prædictorum, Epiſcopi & Comitis de Murref, ac aliorum Nunciorum prædictorum, ac omnium & ſingulorum de Familiis ſuis, uſque ad numerum prædictum, ac Servientum & Garcionum ſuorum, in hiis, quæ ad Salvationem & Defenſionem, necnon ſalvum & ſecurum Conductum eorundem, contingunt, ſint intendentes, reſpondentes, conſulentes & auxiliantes, cum Hominibus ad Arma, & toto Poſſe ſuo, quotiens, & quando per ipſos, Comitem de Anegos & Radulphum, ac eorum alterum, ex parte noſtrâ, fuerint præmuniti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Hilarii proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Mortlak, tertio die Novembris.

Per ipſum Regem.

• IV. 104.

** De Poteſtate, & Commiſſariis, ad tractandum cum dictis Nunciis.*

Ann. D. 1324. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
An. 18. De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilecto-
E. 2. rum & fidelium noſtrorum, venerabilium Patrum,

Pat. 18. *Willielmi Archiepiſcopi Eborum, Angliæ Primatis,*
E. 2. *Johannis Elienſis,* } *Epiſcoporum.*
p. 1. *Rogeri Coventrenſis, & Lychfeldenſis,* } *Epiſcoporum.*
m. 11. *Hugonis le Deſpenſer Comitis Wyntoniæ.*
Hugonis le Deſpenſer Domini de Glomorgan.
Magiſtri Roberti de Baldok, Archidiaconi Middleſexiæ, Cancellarii noſtri.
Magiſtri Roberti de Pykeryng, Decani Eccleſiæ beati Petri Eborum.
Willielmi le Latimer Militis.
Willielmi de Ayremynn Canonici Eborum.
Henrici le Scrop, Juſticiarii Foreſtæ noſtræ ultra Trentam. } *Militum.*
Galfredi le Scrop, Capitalis Juſticiarii noſtri; & } *Militum.*
Willielmi de Herle, } *Militum.*

Plenam fiduciam reportantes;

Ad tractandum ſuper finali Pace & Concordiâ, inter Nos, & Robertum de Brus, ſuoſque Complices & Fautores, ſuper Guerris & Diſſenſionibus, inter nos motis, ineundâ, & ad eandem pacem & concordiam, modis & viis omnibus, quibus expedire videbitur, vallandam & firmandam;

Præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopis, Comiti, Hugoni, Cancellario, Decano, Willielmo, Willielmo, Henrico, Galfrido, & Willielmo, Omnibus, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, & Quatuor eorum, plenam, tenore præſentium, Committimus Poteſtatem;

Ratum habituri & Firmum quicquid per præfatos, Archiepiſcopum, Epiſcopos, Comitem, Hugonem, Cancellarium, Decanum, Willielmum, Willielmum, Henricum, Galfridum, & Willielmum, Omnes, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, & Quatuor eorum, tractatum, vallatum, & firmatum fuerit, noſtro nomine in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Novembris.

Per ipſum Regem.

Duppl.

Pro Gancellino Cardinali, ne, occaſione Ordinationis contra Alienigenas, ſuper Theſauraria, Prabendis, & Eccleſiis in aliquo moleſtetur.

Ann. D. 1324. REX omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salu-
An. 18. tem.
E. 2. Licet nuper, certis de Cauſis, de Concilio noſtro ordinaverimus,
Pat. 18. quòd corpora omnium Gallicorum, & etiam aliorum, de Domi-
E. 2. nio & Poteſtate Regis Franciæ, caperentur, & eorum Terræ &
p. 1. Tenementa, Bona, & Catalla quæcunque, in manum noſtram
m. 13. ſeiſirentur; ita quòd nobis, de Exitibus Terrarum, & Tenemen-

rum, Salutem. An. 18.

Quia, Sanctiſſimus Pater, Dominus Summus Pontifex, ſo- E. 2.
lempnes Nuncios ad nos miſit pro Tractatu pacis, inter nos, & Vaſc. 18.
Dominum Regem Franciæ, ineundo; qui jam, inter ipſos Nun- E. 2.
cios, & quoſdam Fideles noſtros, ad hoc deputatos, inchoatus m. 21.
exiſtit, & adhuc pendet indeciſus:

Vobis Mandamus quòd, in ſingulis Portubus prædictis, & aliis locis, ubi expedire videritis, infra Ballivam veſtram, publicè proclamari, & diſtrictè inhiberi faciatis, ne qui, ſupra Mare, Hominibus de Poteſtate dicti Regis, dampnum inferant ſeu gravamen (niſi dumtaxat ob tutelam & defenſionem Corporum ſuorum & Bonorum, ſi ipſos per alios hoſtiliter aggredi contingat) quouſque aliud indè duxerimus demandandum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Novembris.

Per ipſum Regem.

Pro præfatis Nunciis in Anglia exiſtentibus.

REX omnibus amicis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Cùm, venerabiles Patres, Archiepiſcopus Viennenſis, & 1324
Epiſcopus Auracienſis, Nuncii Domini Summi Pontificis, in An- An. 18.
gliâ jam exiſtentes, mittant ad partes tranſmarinas Willielmum E. 2.
Bartholomæi de Baladuno, pro quibuſdam negotiis ibidem expe- Pat. 18.
diendis, E. 2.

Vos amicos rogamus, vobis Fidelibus mandantes, quatinùs præ- p. 1.
fato Willielmo, ſeu Hominibus ſuis, ſecum exiſtentibus (cùm ip- m. 10.
ſos, per Diſtrictuum veſtrorum Loca, tranſitum facere contigerit, verſus partes prædictas, ibidem morando, aut exindè in Angliam redeundo) non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen; ſet eis potiùs ſalvum & ſecurum Conductum, ſuis ſumptibus, habere faciatis, cùm per ipſum Willielmum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Novembris.

COnſimiles Literas Regis de Conductu habent ſubſcripti, quos præfati, Archiepiſcopus & Epiſcopus, mittunt ad dictas partes Tranſmarinas; videlicet,

Perinus de Aluerina.
Reymundus Adomari de Burgo.

** De Poteſtatibus, & de Commiſſariis, ad tractandum ſuper Pace cum Rege Franciæ.* • IV. 106.

REX Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D.
Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos, 1324.
De fidelitate & circumſpectione, Venerabilium Patrum; Jo- An. 18.
hannis, Norwicenſis, & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum: E. 2.
&, dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Britannia, Aleman.
Comitis Richemundiæ, & Henrici de Bello Monte, Militis, Con- 18. E. 2.
ſanguineorum noſtrorum, plenam fiduciam optinentes, m. 2.

Ipſos noſtros facimus, ordinamus, & conſtituimus veros & legitimos Procuratores, & Nuncios ſpeciales:

Dantes eiſdem, tribus, & duobus eorum (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) generalem, plenam, & liberam Poteſtatem,

ac

Digitized by Google

E. 2. De fidelitate & circumſpectione, Venerabilium Patrum, Johannis, Norwicenſis, & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum: &, Aleman. dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Britannia, Comi-
18. E. 2. tis Richemundiæ, & Henrici de Bello Monte, Militis, Conſan-
m. 2. guineorum noſtrorum, plenam fiduciam optinentes,

Ipſos facimus, ordinamus, & conſtituimus veros & legitimos Procuratores noſtros, ac Nuncios ſpeciales;

Dantes & concedentes eiſdem, Tribus, & Duobus eorum (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) plenam & liberam Poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum, pro Nobis, & aliis Perſonis quibuſcunque (de quibus dictis Procuratoribus noſtris, Tribus, & Duobus eorum, ut eſt dictum, expedire videbitur) cum Sereniſſimo Principe Karolo, Rege Francorum & Navarræ illuſtri, aut cum Procuratoribus, ſive Nunciis ejuſdem (ſpecialem ad hoc habentibus Poteſtatem) Treugas, ſeu Sufferentiam, ſub quibuſcum-
* IV. que * formis, vel modis, dicti Procuratores noſtri, Tres, vel
107. Duo eorum, ut eſt dictum, oportunum viderint, ineundi: & ipſas Treugas, ſive Sufferentiam Vallandi, firmandi, & etiam roborandi, & omnia alia & ſingula faciendi, quæ, in præmiſſis, ipſis, Tribus, & Duobus eorum, ut eſt dictum, neceſſaria, ſeu utilia videbuntur;

Ratum habentes & habituri quicquid per prædictos Procuratores noſtros, tres, aut duos eorum, in formâ prædictâ, geſtum, actum, factum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis:

Et hæc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, ſignificamus per has Literas noſtras Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Novembris, Anno Domini milleſimo treceteſimo viceſimo quarto, Regni verò noſtri decimo octavo.

Aliæ Poteſtates ſuper Tractatu præfato.

Ann. D. REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem.
1324. Noverit Univerſitas veſtra quòd nos, de fidelitate & indu-
Ar. 18. ſtriâ circumſpectâ, Venerabilium Patrum, Johannis, Norwicenſis,
E. 2. & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum: Et, dilectorum & fi-
Aleman. lium noſtrorum, Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ,
18. E. 2. & Henrici de Bello Monte, Militis, Conſanguineorum noſtrorum,
m. 2. fiduciæ plenitudinem optinentes,

Ipſos noſtros facimus & conſtituimus Procuratores, & Nuncios ſpeciales;

Dantes eiſdem, Tribus, & Duobus eorum, quos præſentes eſſe contigerit (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) plenam & liberam Poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum, Poſſeſſionem, ſive Redditionem Civitatum, Caſtrorum, Burgorum, Villarum, & Terrarum, Jurium, & Juriſdictionum, Ducatûs noſtri Aquitaniæ, & Comitatûs Pontivi, cum eorum Pertinentiis quibuſcumque (in manibus, Magnifici Principis Karoli, Franciæ & Navarræ Regis Illuſtris exiſtentium) nomine noſtro petendi, recipiendi, ac etiam acceptandi:

Fidelitatis Sacramentum, pro dictis Ducatu & Comitatu, præfato Regi, pro nobis & noſtro nomine, præſtandi:

Et quòd ad certos diem & locum (de quibus per dictum Regem Franciæ, ſeu Procuratores ſuos, & dictos Procuratores noſtros concordari contigerit) perſonaliter veniamus; & omnia & ſingula, per ipſos Concordata, quantùm ad nos pertinent, vel per-

Fraunchiſes, & dehors, & queux de ceux ſont d'autri Retenance, & de queu Retenance, & de ordeiner, & faire arraier totes celes Gentz, qi enſi ſerront covenables pur noſtre dit ſervice, ſaunz nul eſparnier;

Iſſint q'ils ſoient preſtz, & apperaillez d'aler, oveſque nous, en noſtre dit ſervice, quel houre q'il ſerront garniz, ou maundez depart nous, apres la Chaundelour precheine avenir;

Et de nous certifier, en noſtre Garderobe, diſtinctement & apartement, decea la dite Feſte de la Chaundelour, queux Chevalers, Eſquiers & autres Gentz d'armes nous purroms aver en dit Contez, en la forme avantdite; & queux de eux ſount d'autri Retenance, & de queu Retenance.

Et, pur ceo, vous mandoms & chargeoms, fermement enjoignantz que, totes autres choſes leſſeez, entendez a la dite beſoigne faire, & parfaire en la fourme avantdite: Car nous avoms maundez as Arraiours des Gentz d'Armes, & de Pee, du dit Countee, & a noſtre Viſconte illoeques, qe, a ceſtes choſes faire, ils ſoient a vous, & a l'un de vous, entendauntz & obeiſſauntz, totes les foitz q'il en ſerront charges depar vous, ou l'un de vous:

Et qe le dit Viſconte face venir devant vos, ou l'un de vous, as certeins jours & lieux, queux vous, ou l'un de vous, lui ferez ſauer, auxibien dedeinz fraunchiſe, come dehors, toux ceux de ſa Baillie, par les queux ladite boſoigne purra mieux eſtre fourme, & Enqueſte priſe, ſi meſter ſoit.

Et, pur ceo, qe, avant ces hour, tieux maners des noz boſoignes ount pris grant empechement par la reſon, qe ceux, qe furent aſſignez a la boſoigne faire & meſner, ont pris donns des autres pur eſparnier ceux, qui deuſſent eſtre chargez par reſon; ſi eſt il acordez par nous, & noſtre Conſail, que, en ceſte boſoigne, vous, ne autres, a ceo aſſignez, riens ne preignes nuli par vous, ne doigne; & qe, ſi le contrair ſe feiſt, pur cheſcun denier, ou la valu, qui ſerra donez, le Donour durra a nous une dimie Mark, & le Parnour une Mark: par qoi nous vous ent aviſoms, & chargeoms qe vous ne preignez riens, contre le dit Acord:

Et avoms mandez au dit Viſconte, q'il face crier & publier, par tut ſa Baillie, qe nuls Homme riens vous doigne, ſur la peine avantdite.

En teſmoignaunce de queu choſe, ceſtes noz lettres avoms faites faire Patentes.

Don. a Weſtm. le 17 jour de Novembre,

Per ipſum Regem.

En meiſme la manere ſont aſſignez les ſu[illegible]zeſcritz en les Counteez ſoutheſcritz; c'eſtaſſaver,

Pieres Tilliol, *Richard de Denton,*	*en le Contee de Cumbre.*
Johan de Lancaſtre, de Holgil, *Hugh de Louthre,*	*en le Contee de Weſtmerl.*
Wautier de Strikeland, *Eſmon de Nevill,*	*en le Contee de Lancaſtr.*
Johan de Chetewynd, *Johan de Ardern,*	*en le Contee de Ceſtr.*
Thomas Wghtred, *Johan de Sutton,* *Richard Biroun,*	*en le Contee de Everwyk.*
William de Bokmynſtre, *Thomas Newemarch,*	*en le Contee de Nichol.*

Bri

Robert de Sapy, *William Tracy,*	*en le Countee de Glouc.*
Piers de Graunſoun, *Wautier de Hugeford,*	*en le Countee de Heref.*
Thomas Haſtang, *Nichol de Aſton,*	*en le Countee de Wirceſtr.*
Thomas de Halgheton, *Thomas de Pipe,*	*en le Countee de Staff.*
Fouk de Pembugge, *Roger Corbet de Morton,*	*en le Countee de Salop.*
Richard de Hiwiſſh, *William de Botreaux,*	*en le Countee de Cornwall.*
Nichol Dawney, *Piers de Chalons,*	*en le Countee de Devenſ.*
Oſmon de Cornewayll, *Roger de Nowers,*	*en le Countee de Oxneford.*
Johan Harecourt, *Roger de Nowers,*	*en le Countee de Berk.*

De Protectione pro Reymundo Cardinali, Archidiacono Cantuarienſi.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Pat.* 18. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 10.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Licet nuper, quibuſdam certis de Cauſis, ordinaverimus quòd corpora omnium Gallicorum, & aliorum de Dominio & Poteſtate Regis Franciæ, infra Regnum noſtrum exiſtentium, caperentur, & ipſorum Terræ & Tenementa, Bona & Catalla quæcumque, in manum noſtram, ſeiſirentur; ita quòd nobis, de Exitibus Terrarum & Tenementorum illorum, ac de Bonis & Catallis prædictis, reſponderetur:

Volentes tamen, Venerabili Patri, Reymundo Sanctæ Mariæ in Coſmedyn Diacono Cardinali, & Archidiacono Cantuarienſi, ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ, gratiam facere ſpecialem, Suſcepimus ipſum Cardinalem, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem; Nolentes quòd idem Cardinalis in Beneficio, aut Rebus ſuis, ratione Ordinationis prædictæ, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur;

Et ideò vobis mandamus quòd ipſum Cardinalem, aut Homines ſuos, in Beneficio prædicto commorantes, contra hanc Protectionem noſtram, nullatenus occaſionetis, ſeu gravetis.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Novembris.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, ſuper Tractatu Pacis cum Rege Franciæ, ac aliis Negotiis.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Rom.* 18. *E.* 2. *m.* 2.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Quanto benignitatis affectu, pro reformatione Pacis & Concordiæ, inter Magnificum Principem, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem Illuſtrem, & nos, innata veſtra Clementia elaborat, tranſmiſſæ nobis ſæpiùs veſtræ Apoſtolicæ Literæ liquidò atteſtantur; & Venerabiles Patres, Gullielmus Archiepiſcopus Viennenſis, & Hugo Auriſacenſis Epiſcopus, Nuncii veſtræ Sanctitatis, ſuis nobis affatibus ſeriotiùs retulerunt.

De innumeris igitur gratiarum largitionibus, nobis & noſtris a

---

Iterata Protectio pro Nuncio Papæ.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Pat.* 18. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 10.

REX omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, Sanctiſſimus Pater, Dominus Johannes, Divinâ Providentiâ, Papa viceſimus Secundus, dilectum nobis in Chriſto Magiſtrum Hugonem de Engoliſma, Sacriſtam Eccleſiæ Narbonenſis, ad partes Angliæ, Hiberniæ, & Walliæ, tanquam Nuncium ejuſdem Papæ ac Sedis Apoſtolicæ ſpecialem, deſtinaverit, *&c. prout ſupra de dat.* 28. *Dec. uſque hæc verba; viz.*

Nolumus enim quòd idem Hugo, Subcollectores, aut Miniſtri ſui, per ipſum ad negotia prædicta proſequenda, ut præmittitur, deputati,

Ratione alicujus Ordinationis, per nos factæ, ſeu Mandati noſtri, aliquibus directi, de Corporibus omnium Gallicorum, ſeu aliorum de Dominio & Poteſtate Regis Franciæ, ſeu de Affinitate vel Confœderatione ſuâ exiſtentium, unà cum Bonis & Catallis ſuis quibuſcumque, areſtandis,

In Perſonis, Poſſeſſionibus, aut Bonis prædictis moleſtentur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo nono die Novembris.

Per ipſum Regem.

Pro Comite Richmundiæ ultra Mare profecturo, de Manucaptione exonerata.

Ann. D. 1324. *An.* 18. *E.* 2. *Pat.* 18. *E.* 2. *p.* 1. *m.* 4.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Licet, dilectus Conſanguineus & fidelis noſter, Johannes de Britanniâ, Comes Richemundiæ, nuper manucepiſſet, erga nos, pro

Bertramo Mountboucher Milite,
Petro de Moizeles Fratre Ordinis Fratrum Minorum,
Fratre Roberto Betyn Fratre ejuſdem Ordinis,
Petro de Sancto Egidio,
Johanne de Tailli,
Guillielmo Malechat,
Johanne de Gynes,
* *Petro Ardern,* * IV. 111.
Petro de Lamenyane,
Jacobo le Barber,
Ricardo le Barber,
Michaele de la Botelerie,
Gullielmo le Clerk,
Gullielmo Burdraunt Meſſager,
Johanne le Perdriour,
Thoma Cauche,
Gullielmo de Raundes,
Gullielmo Morel,
Gullielmo de Mountganoun,
Johanne Pykard,
Ivone Ledos de Lambele,
Roberto le Frereſman,
Buchardo de Cheneny, &
Bertramo Fratre ejus, &
Johanne de Chawnbri,

Familiaribus ipſius Comitis, qui de Poteſtate Regis Franciæ ſunt oriundi, quòd ipſi benè & fideliter erga nos ſe habebunt: & quòd Bona & Catalla ſua non elongabunt: & quòd ipſi extra Regnum noſtrum ſe non transferent, ſine mandato noſtro ſpeciali; quódque ipſi non mittent ultra Mare Nuncium vel Mandatum, per Literas, vel per Interſigna, vel aliquo alio modo, de aliquibus, undè Dampna, Scandala, ſeu Dedecus Nobis, ſeu Regno noſtro, ſeu aliquibus de noſtris, evenire poterunt quoquomodo:

Quia tamen dictus Comes ad partes Tranſmarinas, in obſequium noſtrum, per Præceptum noſtrum, & prædicti, *Bertramus, Petrus*, &c. *Bertramus* & *Johannes*, in Comitivâ ipſius Comitis, ad partes illas, de Licentiâ noſtrâ, ſunt profecturi;

Volumus & concedimus quòd idem Comes, occaſione Manucaptio-

Digitized by Google

tuam, tam infra Libertates, quam extra, inveniri contigerit, una cum Bonis & Mercimoniis ſuis quibuſcumque,

Aſſumptis tecum aliquibus Hominibus de Ducatu prædicto, qui non ſunt de Civitatibus & Villis prædictis, ſic contra nos, ut præmittitur, exiſtentibus, per quos certam notitiam hujuſmodi Hominum habere poteris; ac aliis Fidelibus noſtris de Ballivâ tuâ,

Sine dilatione areſtari, & Corpora eorum ſalvò, ſecurè, & honeſtè, & eorum Bona, abſque diſtractione aliquâ, cuſtodiri facias, donec aliud a nobis ſuper hoc habueris in mandatis.

Volumus autem quòd de Bonis & Mercandiſis Hominum prædictorum, per te ſic areſtandorum (quæ infra Civitates, Libertates, Burgos, & Villas Mercatorias inveniri contigerit) inter te, &
* IV. 112. * Majores, ac Ballivos Civitatum, Libertatum, Burgorum & Villarum prædictarum: ac de Bonis (quæ extra Civitates, Burgos, & Villas Mercatorias, invenientur) inter te, & duos probos & legales Homines de locis illis, in quibus ſic invenientur, Indenturæ conficiantur,

Et quòd de nominibus omnium & ſingulorum hujuſmodi Hominum, per te ſic areſtatorum: & quæ, & cujuſmodi Bona ſic areſtaveris, & quorum fuerint: ac de valore eorumdem; necnon & de tenore Indenturarum hujuſmodi nos, ſub Sigillo tuo, reddas diſtinctè & apertè, quàm citius fieri poterit, certiores.

Et ſcias quòd intentionis noſtræ non exiſtit, quòd aliqui Subditi noſtri, de Ducatu prædicto, qui non ſunt de Civitatibus & Villis prædictis, occaſione præmiſſâ areſtentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur.

Teſte Rege apud Pokerich, viceſimo quarto die Novembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur Vicecomitibus ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Londoniæ,	*Vicecom. Somerſ. & Dorſ.*
Vicecomiti Cornubiæ,	*Vicecom. Northumbr.*
Vicecomiti Devoniæ,	*Vicecom. Cumbr.*
Vicecomiti Wiltes,	*Vicecom. Lancaſtr.*
Vicecomiti Eborum,	*Vicecom. Notingh. & Derb.*
Vicecomiti Surriæ & Suſſexiæ,	*Vicecom. Salop. & Staff.*
Vicecomiti Suthamptoniæ,	*Vicecom. Lincoln.*
Vicecomiti Hereford,	*Vicecom. Eſſex & Hertford,*
Vicecomiti Kantiæ,	*Vicecom. Glouceſter.*
Vicecomiti Cantebr. & Hunt.	*Vicecom. Wigorn.*

REX, dilecto & fideli ſuo, Edwardo, Comiti Ceſtriæ, Filio ſuo cariſſimo, & ejus Juſticiario, vel ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

Quia Gentes Civitatum, *&c. ut ſupra uſque ibi*, contra nos adhærendo:

Per quod mandavimus ſingulis Vicecomitibus Regni noſtri, firmiter injungentes, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi*, per quos certam notitiam hujuſmodi Hominum habere poterint,

Sine dilatione areſtari, & Corpora, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi*, in mandatis.

Et quòd de Bonis & Mercandiſis Hominum prædictorum, per eos ſic areſtandorum, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi*,

Vobis mandamus, quòd præmiſſa, omnia & ſingula, per aliquos fideles, per vos ad hoc deputandos, in Comitatu prædicto, & aliis Terris veſtris, Executioni faciatis demandari: Et de nominibus omnium & ſingulorum hujuſmodi Hominum, ſic Areſtatorum: & quæ, & cujuſmodi Bona areſtari contigerit: & quorum fuerint, ac de Valore eorumdem; necnon de toto Facto veſtro, in hac parte, nos, ſub Sigillo veſtro, diſtinctè & apertè, quamcitiùs poteritis, reddatis certiores.

turque firmæ dilectionis ſuavitas, & in dicto Regno noſtro Pacis ſecuritas, futuris temporibus, ſubſequetur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Baſſynburn, viceſimo quinto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Cardinales ſuper præfatis Diſpenſationibus.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino A. Dei gratiâ, Tituli Ann. D.
Sancti Euſtachii Diacono Cardinali, Nepoti Domini Summi 1324.
Pontificis, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & An. 18.
ſinceræ dilectionis affectum. E. 2.
Plenam, ac multipliciter expertam, gerimus de veſtrâ Sinceritate Rom. 18.
fiduciam, ut ea, quæ deſideranter appetimus, tanto benignius pro- E. 2.
movenda ſuſcipietis, quanto ſpecialius Nos, & Honorem noſtrum, m. 2.
ac Regni noſtri utilitatem concernere dinoſcuntur.

Cùm itaque, dilectus Clericus noſter, Magiſter Georgius de Saluciis, Archidiaconus Buks, Lator præſentium, quædam negotia, Tranquillitatem & Pacem dicti Regni tangentia, penes Dominum Summum Pontificem proſequatur (prout dilectionem veſtram indè Lator pleniùs poterit informare) ipſum, & dicta negotia, veſtræ Paternitati recommendamus affectu, quo poſſumus, cariori;

Specialiter vos rogantes quatenùs eidem, in prædictis negotiis promovendis, aſſiſtere velitis, ſolitâ Benivolentiâ, Conſiliis & Auxiliis oportunis.

Dat. apud Baſſynburn, viceſimo quinto die Novembris.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino B. Tituli Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali,
Domino P. Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbitero Cardinali, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario,
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali,
Domino L. de Fliſco Tituli Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali,
Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Diacono Cardinali.
Domino J. Tituli Sancti Theodori Diacono Cardinali,
Domino W. Teſta Cardinali,
Domino Petro de Viâ Militi,
Domino Arnaldo de Huſe Militi ac Nepoti Domini Papæ,
Domino Bernardo Stephani Secretario Domini Papæ.

Summonitio Servitii Regis verſus Vaſconiam.

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ Co[illegible]i Norffolciæ, & Ann. D.
Mareſcallo Angliæ, Fratri ſuo cariſſimo, Salutem. 1324.
Quia ad Terram noſtram Vaſconiæ, de quâ Rex Franciæ mali- An. 18.
tioſè nos exhæredare proponit, Paſſagium noſtrum, in ejuſdem E. 2.
Terræ ſuccurſum, ordinavimus faciend. Vaſc. 18.
Vobis mandamus, in fide & homagio, quibus nobis tenemini, E. 2.
firmiter injungentes, quòd ſitis ad nos, apud Porteſmuth, die Do- m. 21. d.
minicâ, in medio Quadrageſimæ, proximò futurâ, cum * Equis * IV.
& Armis, & toto Servitio (quod nobis de Terris & Tenementis, 114.
quæ de nobis tenetis in Angliâ, debetis) parati transfretare nobiſcum in Succurſum dictæ Terræ; & hoc nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Notinghamiam, viceſimo primo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 17.

LE Roi a l'Eveſque de Dureſme, Salutz.

Por ceo qe le Roi de France s'afforce, torcenouſement, de nous Desheriter, de noſtre Duche de Gaſcoigne, avoms ordeinez noſtre Paſſage vers ycele, a Porteſmuth, le Dimeingne, en Mi Quareſme, precheín avenir, oue l'eide de Dieu, oue aſcuns Grantz de noſtre Realme, pur Succours & deffens de noſtre dite Duchee; & a ceo voloms, ſicome il covient, avoir oveſque nous grant force des Gentz d'Armes, Hobelours, & Gentz a Pie:

Vous mandoms & chargeoms, en la foi & l'amiſtez, que vous nous deuez, qe vous facez Arraier les Gentz d'Armes, Hobelours, & Gentz a Pie, deinz la Fraunchiſe de veſtre Eveſche, & des meillours, & plus vaillauntz, & plus ſoeffiſauntz, & a plus grant noumbre, que vous purrez,

Des Gentz d'armes, bien & nettement mountez & Apparaillez a lour droitz, qi ne ſoeint de noſtre Retenaunce, ne d'autri, ne qui ſervice nous deuient faire pur eux, ne pur autri:

Des Hobelours, covenablement Apparaillez, & mountez a chivaux, autres qe Jumentz:

Et des Archers auxi, covenablement Apparaillez, come a eux appent;

Facez venir a nous, per bons & ſoeffiſauntz Meſnours, nettement Apparaillez jeſqes a Porteſmuth; ſi q'ils y ſoynt, le jour avandit, preſtz, & Apparaillez d'aler oveſque nous, a noz Gages, as parties de noſtre Duchee ſuſdite:

* IV. 115. * Et ceo, ſicome vous amez noſtre honour, & le profit de noſtre Realme, en nulle manere, ne leſſez:

Et du noumbre des Gents d'armes, Hobelours, & Gentz a pie, des queux nous nous purroms aſſeurer d'avoir, de veſtre dite Franchiſe, nous certifiez, diſtinctement & apertement, avaunt la Chandeleure prechein avenir, ſaunz plus lung delai:

Et des Gages des dites Gentz, de lour pais, tant, q'ils viegnent a Porteſmuth, ordeineroms par temps, & le vous feroms a ſavoir.

Don. a Notingham, le xxiii jour de Decem.

De recipiendo ad Pacem Homines de Aquitania.

Ann. D. 1324. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 20.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De probatâ fidelitatis induſtriâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Radulphi Baſſet de Drayton, Thomæ l'Ercedekne, Arnaldi de Duro forti, Amaneni de Foſſato, & Arnaldi Guillielmi Domini de Leſcun, ple[illegible]rie confidentes,

Dedimus eis, Tribus, & Duobus eorum (Quorum idem Radulphus ſit Unus) tenore præſentium, plenariam Poteſtatem recipiendi ad Pacem, & benivolentiam noſtram, omnes illos, de Ducatu noſtro prædicto, qui nobis contrarii & Rebelles fuerunt, aut ſunt, & contra nos adhærentes Gallicis, & aliis, dictum Ducatum noſtrum invadentibus:

Et ad pardonnandum & remittendum eis, & eorum cuilibet, Sectam Pacis noſtræ, & quicquid ad nos pertinet in hac parte:

Et ad firmam Pacem noſtram ipſis & eorum cuilibet, indè concedendum;

Promittentes nos Ratum & gratum habituri quicquid iidem, Radulphus, Thomas, Arnaldus, Amanenus, & Arnaldus, ac Duo eorum (quorum dictum Radulphum unum eſſe volumus) noſtro nomine, fecerint in præmiſſis; quódque Factum ipſorum, in hac

Dat. apud Notinghamiam, 28 die Decembris.

Per ipſum Regem.

** De Magnatibus Vaſconiæ admiſſis ad Pacem.* * IV. 116.

REX, Univerſis & ſingulis, Seneſcallis, Conſtabulariis, Caſtellanis, Præpoſitis, Officialibus, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, in Ducatu prædicto Conſtitutis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1324. An. 18. E. 2.

Sciatis quòd, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, admiſimus Bernardum de Durford Dominum de Flamareus, de Ducatu prædicto, ad Pacem & benivolentiam noſtram, & pardonavimus ei Sectam Pacis noſtræ, & quicquid ad nos pertinet de eo, quòd ipſe nobis contrarians, & Rebellis, & contra nos adhærens fuit Gallicis, & aliis, Ducatum noſtrum prædictum Invadentibus; & firmam Pacem noſtram eidem Bernardo inde concedimus; Vaſc. 18. E. 2. m. 16.

Nolentes quòd ipſe, vel Hæredes ſui, per nos, vel Hæredes noſtros, ſeu Miniſtros noſtros quoſcumque, occaſione Contrarietatis, Rebellionis, ſeu Adhæſionis, prædictarum, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingh. 28 die Decembris.

Per ipſum Regem.

Conſimiles literas Regis de Pardonatione habent ſubſcripti; videlicet,

Sanxeus de Pyns, Dominus de Taillibork,
Amanevus de Novillan, Dominus de Seint Linerade,
Auſtencius de Balleyns, Dominus de Ganaldu.
Andreas de Caſenave,
Bertramus de Stanyvac.
Guillielmus Eymeric.
Bertramus de Fumel, Dominus de Monteſcu,
Guillielmus de Caumont, Dominus de Caumont,
Burto de Seres, Dominus de Lenynac.
Arnaldus de Marmande, Dominus de Taillecanat,
Rudellus de Seyſſes, Dominus de Seiſſes,
Bernardus de Revygnan, Con-Dominus de Tounngs,
Emericus de Renygnan, Con-Dominus de Caſenoil,
Nucus de Pogolles, Dominus de la Vaur,
Bernardus de Trancalion, Dominus de Fee Marcon,
Girardus de Trancalion, Dominus de Calignan.
Auiſanxeus de Caumont, Con-Dominus de Sancto Bartholl.
Amiſanens de Caumont, Dominus Tombeben,
Gauterus de Caumont, Dominus de la Lerigne & Emlers,
Damadenus de Monteſtruc, Dominus de Mont Eſtruc.
Bernardus de Rovignan, Dominus de Caſtelquilly,
Arnaldus de Spaigne, Con-Dominus de Caſtel Moron,
Bertramus de Sentaraille,
Reymundus Bernardi de Sancta fide, Con-Dominus de Leſignan,
Arnaldus de Bunyll, Dominus de Bunyll.
Ornamus de Montagut, Dominus de Montagut,
Petrus de Gontaut, Dominus de Biron.
Amanevus de Madeil, Dominus de Cantor,
Admarus de Durford, Dominus de Sapere, de Clar Mont, & Sobirem,

Jorda-

Digitized by Google

Johanni de Warenna Comiti Surr.
Roberti de Veer Comiti Oxon.
Hugoni le Deſpenſer Juniori,
Thomæ Wake,
Johanni de Haſtyng.
Johanni de Claveryng.
Willielmo de Ferar.
Hugoni de Nevill.
Edmundo Deyncourt,
Henrico de Cobeham,
Henrico de Bello Monte,
Willielmo la Zouſche de Haringworth,
Roberto filio Walteri,
Willielmo de Kyme,
Willielmo le Latymer,
Ranulpho de Nevill.
Willielmo de Grandiſono,
Johanni de Bello Campo de Somerſete,
Johanni de Sancto Johanne de Baſing.
Willielmo la Zouſche,
Willielmo de Ros de Hamelak,
Johanni Pecche,
Radulpho de Monte Hermerii,
Roberto de Inſula,
Johanni de Sancto Amando,
Rogero de Grey,
Ranulpho de Dacre,
Hugoni de Courteneye,
Johanni de Cherleton,
Petro de Malo Lacu,
Willielmo le Botiller de Wemme,
Willielmo de Thweng,
Johanni de Sutton,
Simoni Ward,
Hugoni Pointz,
Ranulpho de Cobeham,
Johanni de Haveryngton,
Gilberto de Acon,
Johanni de Moun,
Richardo de Grey,
Henrico de Grey.

REX venerabili in Chriſto Patri W. eadem gratiâ, Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primati, Salutem.

Quia ad Partes, *&c. ut ſupra uſque ibi* Domino diſponente, & vobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus Regni noſtri, ſuper Paſſagio noſtro prædicto, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

W. Archiepiſcopo Cantuarienſi totius Angliæ Primati.

W. Exon.
J. Bathon. & Wellen.
J. Ciceſtr.
J. Elien.
H. Roff.
R. Coventr. & Lych.
T. Wygorn.
R. Sarum. } *Epiſcopis.*
L. Dunolmen.
H. Lincoln.
S. London.
D. Aſſaven.
Meneven.
A. Bangoren.
Landaven.

Abbati de Malmetbury,
Abbati de Glaſton,
Abbati de la Hide juxta Wynton.
Abbati de Eveſham,
Abbati de Sancto Albano,
Abbati de Abyndon.
Abbati de Rameſeye,
Abbati de Sancto Edmundo,

linquere quoquomodo,

Non obſtantibus quibuſcumque Marchis contra ipſos, aut eorum aliquem, conceſſis; quas totaliter poſuit in ſuſpenſo, prout in literis prædictis pleniùs continetur:

Nos, Conceſſionem dicti Fratris noſtri in hac parte acceptantes, ac volentes, ad requiſitionem prædicti Regis, gratiam facere uberiorem, Conceſſimus, omnibus & ſingulis, Nobilibus, Mercatoribus, Magiſtris Navium, Marinariis, ac aliis perſonis quibuſcunque, Dominii & Regnorum prædicti Regis, quòd ipſi, & eorum quilibet, cum Bonis, Mercimoniis, & Rebus ſuis, liberè poſſint venire, tàm per Terram, quàm per Mare, infra Regnum noſtrum, & Ducatum prædictum, ac alias Terras noſtras, ibidem morari, mercandiſare, & exindè redire, quandocunque voluerint,

Solvendo tamen Cuſtumas, & Pedagia debita & conſueta, & ſtando Juri de Contractibus, & Tranſgreſſionibus ſuis, ut debebunt.

Et nolumus quòd prædicti, Nobiles, Mercatores, Magiſtri Navium, Marinarii, ſeu aliæ Perſonæ quæcumque, Dominii & Regnorum dicti Regis, in Rebus, Bonis, Navibus, aut Mercandiſis ſuis,

Prætextu alicujus Aretti, ſeu Marchæ, verſus eos, infra Regnum noſtrum, ſeu Ducatum prædictum, aut alibi,

Occaſione aliquarum Tranſgreſſionum, ſeu Contractuum, in eiſdem, Regno, & Ducatu, ſeu aliis Terris noſtris factorum, vel exnunc faciendorum,

Conceſſi, ſeu concedendi,

Moleſtentur in aliquo, ſeu graventur, quouſque aliud indè duxerimus ordinandum.

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, injungimus & mandamus, quòd prædictos, Nobiles, Mercatores, Magiſtros Navium, Marinarios, & alias Perſonas quaſcunque, Dominii & Regnorum prædicti Regis, & eorum quemlibet, cum Mercandiſis, Rebus, Navibus, & Bonis ſuis quibuſcunque, in dictis, Regno, Ducatu, & aliis Terris noſtris, tàm per Terram, quàm per Mare, venire, ibidem morari, & exindè redire, in formâ prædictâ, abſque impedimento quolibet, permittatis;

Non inferentes eis, vel eorum alicui, in Perſonis, aut Bonis, ſeu ab aliis inferri permittentes, injuriam, moleſtiam, dampnum aliquod, aut gravamen: Et ſi aliquid, in ipſorum, aut alicujus eorum præjudicium factum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, prout juſtum fuerit, faciatis celeriter emendari.

Dùm tamen Pedagia, & alias Cuſtumas, debitas & uſitatas, inde ſolvant, & ſtent recto de Contractibus & Tranſgreſſionibus ſuis, ut debebunt,

Ipſos, vel aliquem, prætextu alicujus Areſ ſeu Marchæ, verſus Homines & Mercatores, de Regnis & Dominio dicti Regis, ex quacumque causâ, conceſſorum, ſeu concedendorum, contra hanc Conceſſionem noſtram, non moleſtantes in aliquo, ſeu gravantes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Dat. apud Ravenſdale, quinto die Januarii.

Per ipſum Regem.

Quadrupl.

Digitized by Google

ne cum Clauſula, Nolumus, &c. per unum annum duraturas.

Conſimiles literas Regis de Protectione habent ſubſcripti; videlicet,

Adam de Braye, Vicarius Eccleſiæ de Benflete.
Prioriſſa Sanctæ Elenæ infra Biſhopſgate.
Prioriſſa beatæ Mariæ de Clerkenwell.

Abbas de Wardon.
Nichol. Sperlyng.
Ricardus de Barton Perſona Eccleſiæ de Sutton.

Magiſter Robertus de Baldok Junior.

Ad Regem Caſtellæ ſuper Fœdere conjugali.

Ann. D. 1325. *An.* 18. *E.* 2. *Clauſ.* 18. *E.* 2. *m.* 18. *d.*

SEreniſſimo Principi, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, &c. Regi Illuſtri, ac Comiti Molin. Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, &c. Salutem, & Succeſſus, ſemper ad vota, proſperos & felices.

Quanto Benignitatis affectu ducimini, ut Domus veſtra regia Domui noſtræ, per viam Propinquitatis contrahendæ, interni amoris Fœdere conjungatur, ad Nos, nuper de Magnitudine veſtrâ redeuntes, dilecti & fideles noſtri, Arnaldus Guillielmi de Berne, Dominus de Leſcun, & Magiſter Petrus de Galiciano, Theſaurarius noſter Agenni (ad tractandum, ſuper Fœdere Conjugali, inter vos, & Alianoram, Antenatam Filiam noſtram cariſſimam, Excellentiæ veſtræ à nobis miſſi) fidâ relatione intimârunt: Ac poſtmodùm, accedentes ad nos, venerabiles viri, Andreas Petri, & Petrus Johannis, Ambaſſiatores veſtri, cum veſtris Credentiæ Literis, juxta Credentiam, ſibi per vos datam, intimationem prædictam ſuis aſſertionibus confirmantes, ulterioris deſiderii veſtri Propoſitum, providâ & circumſpectâ Inſinuatione, proponebant, conſimile Vinculum, inter E. Primogenitum noſtrum cariſſimum, & inclitam Infantiſſam Alianoram, Sororem veſtram, contrahi vos votis omnibus affectare.

* IV. 120. *Quibus literis & Credentiâ diligenter auditis, & lætanter intellectis, quantò poſſumus eo ampliore jocunditate lætamur, quò veſtro indolis teneritatem, optimis Virtutum donis, boniſque naturalibus & gratuitis, habundantiùs illuſtravit Providentia Conditoris; prout indè Fama, longè latéque diffuſa, percrebuit, & jam in fines Orbis Terræ dilatatur.

Itaque, ſciſcitantibus nobis à ſupradictis viris clariſſimis, Ambaſſiatoribus veſtris, ſi quam Poteſtatem haberent ad Tractandum ulteriùs, ſuper modo & formâ, & cæteris Conditionibus, quibus Contractus hujuſmodi perfici potuiſſent, Poteſtatem ulteriorem minimè ſe habere reſponderunt.

Nos igitur,

Advertentes in Facto, tàm arduo & ſolempni, conſenſum, cum plenitudine Poteſtatis, ad effectum rei prælocutæ, neceſſariò requirendum: intuentéſque materiam virtutis, quam vobis intulit gratia gratis data; necnon ad Confœderationes, ſeu Alligantias, ab Anteceſſoribus veſtris & Progenitoribus noſtris priùs factas,

Quas, ex inſpectione literarum Progenitorum veſtrorum, in Archivis noſtris, invenimus; illius præſertim quæ fuit Alfonſi, Proavi veſtri, ad modum Bullæ, Auro puriſſimo conſignata; quas

Ac de aſſiſtendo, cum Mille Militibus, &, de Peditibus & Scutiferis, Decem Millibus, contra quoſcunque, contra nos de Guerrâ levantes (Domino veſtro prædicto dumtaxat excepto) præhabitâ certificatione noſtrâ de Loco & Tempore Eventûs hujuſmodi, per Annum & amplius, prout nobis videbitur expedire, & de modo veſtro veniendi diſponentibus, promittitis tàm decenter;

Nimirum Propinquitatis Fœdus, quàm naturale, gratanter exſolvitis & impletis; undè, non immeritò, ex intimo cordis noſtri, Grates vobis referimus ſpeciales:

Rogantes, & affectuoſè requirentes quatinùs, in directione negotii, ſuper dicto Matrimonio; ac etiam ſuper injurioſâ Turbatione, quam nobis intulit Rex Franciæ in Ducatu noſtro prædicto, juxta mentis noſtræ intentionem,

Quam, dilectis & fidelibus noſtris, Johanni de Stonore Juſticiario noſtro, Arnaldo Guillielmi de Berne Domino de Leſcun, Magiſtro Johanni de Bruton * Canonico Wellenſi & Juris Civilis Profeſſori, & Magiſtro Petro de Galiciano Theſaurario noſtro Agenni, pleniùs aperuimus, & Regiæ Excellentiæ & veſtræ Amicitiæ inſinuandam commiſimus, * IV. 121.

Elaboret veſtra, ſi placet, Benivolentia conſueta; & eiſdem, fidelibus noſtris, Tribus, & Duobus eorum, in omnibus, & per omnia, quæ vobis dicent ex parte noſtrâ, tanquam noſtræ vivæ vocis oraculo, adhibere velit plenam Fidem.

Dat. apud Langele, decimo octavo die Januarii.

Ad Epiſcopum Brugenſem ſuper Auxilio contra Regem Franciæ Reſponſoria.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Brugenſi Epiſcopo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1325. *An.* 18. *E.* 2. *Vaſc.* 18. *E.* 2. *m.* 17. *d.*

Series Literarum veſtrarum, nobis nuper delatarum, pleniùs intellecta, Affectionis veſtræ gratuitæ, penes nos, plenitudinem inſinuans, grandem nobis Fiduciam tribuit, ut ea, quæ ſpecialiter inſident cordi noſtro, veſtræ Conſiderationi communicanda præbeamus.

Sanè, qualiter Rex Franciæ Nos, in Ducatu noſtro Aquitaniæ (nullo habito reſpectu ad ſtatum aut conditionem Conſanguinitatis, vel Affinitatis attinentiam) hoſtili Nos feritate proſequitur, Paternitatem veſtram latere non credimus (cùm in variis nunc partibus id jam patulò divulgetur) itaque cunctos Juris & Honoris noſtri Zelatores, ad tantæ temeritatis præſumptionem propulſandam, unà nobiſcum commoveri, & Opem & Operam impendere quas valebunt.

Veſtram igitur Amicitiam,

Quæ ſuſcepti Beneficii memor exiſtit, prout earumdem literarum ſeries repræſentat, quamquam multo minus fuerit quàm requireret Benevolentiæ veſtræ promptitudo,

Requirimus & rogamus, quatenùs tàm præſumptam, tamque injurioſam Perſecutionem noſtram, in Domini veſtri Regis, & aliorum Magnatum, Regni ſui, notitiam deducere, & eoſdem, ut ad extenuandam Turbationem, tàm indecentem, ſuæ compaſſionis ſolatia præbeant, efficaciter inducere laboret, ſi placet, veſtra Paternitas quàm dilecta.

Dilectis & fidelibus noſtris, Johanni de Stonore Juſticiario noſtro, Arnaldo Guillielmi de Berne Domino de Leſcun, Magiſtro Johanni de Bruton Canonico Wellenſi, & Juris Civilis Profeſſori, & Magiſtro Petro de Gallicano Theſaurario noſtro Agenni, Tribus,

Digitized by Google

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 1. m. 21.

UNiverſis ſanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, aut quos tangunt, vel tangere poterunt infra Scripta, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem in ſalutis Auctore, & Fidem præſentibus adhibere.

Ad Univerſitatis veſtræ, ac ſingularum Perſonarum notitiam deducimus, per Præſentes, quòd nos, dilectos & fideles noſtros,

Johannem de Stonore, Militem;
Arnaldum Gullielmi de Byarnio Dominum de Leſcuno;
Magiſtrum Willielmum de Weſton, Juris Civilis Profeſſorem, Canonicum Lincolnienſem; &
Magiſtrum Petrum de Galliciano, Canonicum Rothomagenſem;

Omnes, & Tres eorum, ordinamus, facimus, & conſtituimus noſtros veros, indubitatos, & legitimos Procuratores, negotiorum Geſtores, & Nuncios ſpeciales, ad Tractandum, Ordinandum, & Conſentiendum, ſuper Sponſalibus, Dote, & Arris Sponſalitiis, ſeu Sponſalitiâ largitate, inter, Excellentiſſimum Principem, Dominum Alfonſum, Dei gratiâ, Regem Iſpaniæ illuſtrem ex parte unâ, & Alianoram, Filiam noſtram cariſſimam, ex alterâ, omnibus viis, modis, & cauſis, quibus meliùs fieri poterit, ineundis, contrahendis, & perficiendis:

Ac etiam Sponſalia inter eoſdem, nomine noſtro & dictæ Filiæ noſtræ, contrahendum:

Promiſſionem & Aſſignationem Dotis, & Arrarum Sponſalitiarum, ſive Sponſalitiæ largitatis, petendum, admittendum, & recipiendum nomine noſtro, & dictæ Filiæ noſtræ, prout meliùs poterit de Conſuetudine, vel de Jure, & ipſis Procuratoribus, omnibus, & Tribus eorum videbitur expedire;

Necnon ad vallandum, & firmandum Tractatum hujuſmodi, & Contractum (in quem, per dictos Procuratores noſtros omnes, & Tres eorum, & per partem dicti Principis, conſenſum fuerit) tàm per Juramentum, in animam noſtram præſtandum, quàm per alias Pœnas, quocumque Jure, licitas & honeſtas:

Et ad promittendum, pro nobis, & nomine noſtro, in virtute hujuſmodi Juramenti, & ſub Pœnis eiſdem, quòd Nos Tractatum hujuſmodi & Contractum, & ea quæ in eis, & de eis, & ea contingentibus, contigerit ordinari, Rata habebimus, & Accepta, & ea faciemus & curabimus bonâ Fide deducere ad effectum:

Et ad recipiendum ſimile Juramentum, Obligationes Pœnales, ex parte dicti Principis interponenda legitimè & præſtanda;

Ad quæ omnia dictis Procuratoribus noſtris, omnibus, & Tribus eorum, Poteſtatem generalem, & Mandatum concedimus ſpeciale;

Promittentes nos Ratum & Firmum perpetuò habituros quicquid per eoſdem Procuratores noſtros, Omnes, vel Tres eorum, in præmiſſis, ſeu præmiſſa contingentibus, & eorum occaſione, Actum, Geſtum fuerit, ſeu etiam Procuratum.

In quorum omnium Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, [illegible] die Februarii.

rum & fidelium noſtrorum, An. 18. E. 2. Ibid.

Johannis de Stonore Militis,
Arnaldi Guillielmi de Bearnio, Domini de Leſcuno,
Magiſtri Willielmi de Weſton, Juris Civilis Profeſſoris, Canonici Lincolnienſis, &
Magiſtri Petri de Galliciano, Canonici Rothomagenſis,
Plenariè confidentes,

Ad Tractandum, pro nobis & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Rege Iſpanniæ Illuſtri, vel ſuis Tutoribus, Curatoribus, Gardianis, ſeu aliis quibuſcumque (quorum intereſt) ſuper Copulâ Conjugali inter Edwardum Filium noſtrum Primogenitum, & Alianoram Sororem ejuſdem Regis contrahendâ:

Et ad ea, quæ ſuper præmiſſis Tractata fuerint & Concordata, modis & viis, quibus meliùs expedire videbitur, vallandum & firmandum;

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, faciendum, præfatis, Johanni, Arnaldo, Willielmo, Petro, & tribus eorum, plenam Poteſtatem & ſpeciale Mandatum damus, & concedimus per Præſentes:

Ratum, gratum, & firmum habituri quicquid, per præfatos, Johannem, Arnaldum, Willielmum, & Petrum, vel tres eorum, Tractatum, Concordatum, Vallatum, Firmatum, & Factum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus,

Dat. ut ſupra.

---

* *Conſimiles Literæ ſuper ejuſmodi Copula inter Alfonſum Hiſpaniæ Regem, & Alianoram Filiam Regis.* * IV. 124.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Ibid.

De fidelitate probatâ, *&c. ut ſupra uſque ibi*, quorum intereſt, ſuper Copulâ Conjugali, inter ipſum Regem, & Alianoram Filiam noſtram cariſſimam, contrahendâ:

Et ad ea, quæ ſuper præmiſſis Tractata fuerint & Concordata, modis & viis, quibus melius expedire videbitur, vallandum & firmandum:

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, faciendum;

Præfatis, Johanni, Arnaldo, Willielmo, & Petro, & Tribus eorum, plenam Poteſtatem & ſpeciale Manc[illegible]m damus, & concedimus per præſentes:

Ratum, gratum, & firmum habituri quicquid, per præfatos, Johannem, Arnaldum, Willielmum, & Petrum, tres, vel duos eorum, tractatum, concordatum, vallatum, firmatum, & factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Digitized by Google

Ann. D. REX, Nobili Viro, Domino Johanni, Filio Infantis Manue-
1325. lis, Tutori Illuſtris Regis Caſtellæ, & Regnorum ſuorum
An. 18. Cuſtodi, Conſanguineo & Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſin-
E. 2. ceræ dilectionis affectum.
Clauſ. 18. Gratas & amicabiles Nobilitatis veſtræ Litteras, nobis exhibi-
E. 2. tas, recepimus læto vultu: ex quarum inſpectione naturæ veſtræ
m. 16. d. debitum clarè cognovimus eſſe recognitum, quia non ſolùm ad Beneplacita & obſequia noſtra promptum vos exhibetis & paratum, ſet etiam manifeſtè aſſeritis nichil placentius, nichil deſiderabilius vobis poſſe offerri, quàm ea perficere & exequi, quæ * ſecundum
* IV. 125. deſiderium noſtrum nobis cedere poſſent ad commodum, vel honorem:

Undè, non inmeritò, de tàm gratâ propinquitatis attinentiâ, obſequii & honoris Oblatione, lætificati, veſtræ Gratitudini ex intimo cordis noſtri Grates referimus ſpeciales: &, ſpecialiſſimos noſtræ mentis Interpretes, Johannem de Stonore Juſtitiarium noſtrum, Arnaldum Guillielmi de Berne Dominum de Leſcun, Magiſtrum Willielmum de Weſton Canonicum Lincolnienſem & Juris Civilis Profeſſorem, & Magiſtrum Petrum de Galiciano Canonicum Rotomagenſem, tàm ſuper incolumitate Statûs noſtri (quam totis deſideriis affectatis) quàm ſuper aliis quibuſdam negotiis, nos, & Jura noſtra ſpecialiter contingentibus, Dilectioni veſtræ puriſſimæ ſecretiùs exponendis, plenius informare, ſe ad vos duximus tranſmittendos; quibus, ſi placet, & duobus eorum, in hiis, quæ vobis dicent ex parte noſtrâ, adhibere velitis plenam fidem.

De eo autem quòd, dilectum Stratilatem noſtrum, & veſtrum Alumpnum, Bernardum Peregrini, ad præſens non mittimus ad vos, non moleſtè feratis; ſet tàm nos quàm ipſum Bernardum habeatis, ſi placet, excuſatos; nam dictum Bernardum, utpote de cujus fidelitate confidimus, pro aliis noſtris negotiis arduis, ad partes alias tranſmiſimus occupatum.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto die Februarii.

Ibidem. REX eidem Johanni, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Literas dilectionis veſtræ, amoris & benivolentiæ plenitudinem exprimentes, per manus Alumpni veſtri, & dilecti Servientes noſtri ad arma, Bernardi Peregini recepimus læto vultu, de contentis in eiſdem plenam fiduciam reportantes; de quibus, omnibus & ſingulis veſtræ gratitudini grates referimus ſpeciales.

Et, quia in brevi, de latere noſtro, quoſdam ſpecialiſſimos noſtræ mentis Interpretes, pro quibuſdam ſecretis noſtris, veſtræ Dilectioni detegendis, ad vos, Domino concedente, mittemus, per Latorem præſentium, ad præſens per ſinguli, in dictis Literis veſtris contenta, non duximus reſcribendum; ſet iidem noſtri Nuncii noſtræ mentis contentum plenariè referabunt; quibus, ſi placet, in dicendis ex parte noſtrâ, plenam fidem adhibere velitis.

Dat. ut ſupra.

Ibid. REX eidem Johanni, &c. ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quædam Negotia, nos & Jura noſtra ſpecialiter contingentia, diſcreto Viro, & nobis dilecto, Andreæ Petri commiſimus veſtræ Nobilitati ſecretiùs exponenda; cui, ſi placet, in ſic dicendis ex parte noſtrâ, plenam velitis & indubiam fidem adhibere.

Dat. ut ſupra.

[illegible]
cum Expenſis ſuis moderatis, de Bonis ſuis propriis, per vos areſtatis, juxta qualitates Perſonarum, per vos taxandis, & liberandis eiſdem, liberè tranſire permittatis,

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Februarii,

Per ipſum Regem.

Ad Tutores Regis Hiſpaniæ, de Credentia.

REX, Venerabilibus Viris, Domino Philippo, bonæ memoriæ, Sancii, quondam Regis Caſtellæ, Filio: Domino Johanni Filio Infantis Johannis; & Domino Johanni, Filio Infantis Manuelis; Tutoribus Illuſtris Regis Caſtellæ, Conſanguineis & Amicis ſuis cariſſimis, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1325. An. 18. E. 2.
Ad præſentiam, dicti Principis, & Domini veſtri, Conſanguinei noſtri cariſſimi, per veſtram Amicitiam gratuitam, dilectos & fideles noſtros, Clauſ. 18. E. 2. m. 16. d.

Johannem de Stonore Juſtitiarium noſtrorum,
Arnaldum Guillielmi de Berne Dominum de Leſcun,
Magiſtrum Willielmum de Weſton Canonicum Lincolnienſem Juris Civilis Profeſſorem, &
Magiſtrum Petrum de Galiciano Canonicum Rotomagenſem,

Noſtros dirigimus Nuncios ſpeciales:

Quibus quædam negotia, nos ſpecialiter contingentia, veſtræ Gratitudini commiſimus ſerioſiùs exponenda;

In quibus, ſi placet, dictis Nunciis noſtris, & Tribus eorum, tanquam noſtræ vivæ vocis oraculo, plenam fidem adhibere, ipſiſque, pro loco & tempore, aſſiſtere velitis favoribus oportunis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo die Februarii.

De Poteſtate ad Sufferentiam cum Duce Britanniæ ineundam.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilecto- 1325.
rum & fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Johannis Nor- An. 18.
wicenſis, & Johannis Wyntonienſis, Epiſcoporum; & Johannis E. 2.
de Britanniâ Comitis Richemundiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Pat. 18.
plenariè confidentes; E. 2.
Ad ineundem Treugas, ſeu Sufferentiam inter Nos & Subditos p. 2.
noſtros, ex parte unâ, & Johannem Ducem Britanniæ, Conſan- m. 32.
guineum noſtrum, & ſuos Subditos, ex alterâ:

Et ad eaſdem Treugas, ſeu Sufferentiam, vallandum & firmandum, modis & viis, quibus melius expedire videbitur, præfatis, Epiſcopis, & Comiti, & duobus eorum, plenam, tenore præſentium, concedimus Poteſtatem:

Ratum, gratum & firmum habituri quicquid, per præfatos, Epiſcopos, & Comitem, vel duos eorum, factum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Februarii.

Ad

Digitized by Google

Ad Cardinales ſuper dicto Juramento.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Rom. 18. E. 2. m. 2.

VEnerabilibus in Chriſto Patri, Domino, L. Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm, Venerabilis Pater, W. Archiepiſcopus Cantuarienſis, totius Angliæ Primas, olim, in receptione Pallii ſui, ſibi ab Apoſtolicâ Sede tranſmiſſi, Juramentum præſtiterit ſe transferendi ad Sedem prædictam, infra proximum Quinquennium, a tempore Juramenti præſtiti, Juramentum illud renovaturus ibidem:

Ac ſubſequenter Dominus J. nunc Papa Viceſimus Secundus, precum noſtrarum optentu, hujuſmodi perſonalem Viſitationem Liminum Apoſtolicorum, & Juramenti Renovationem uſque ad Septennium, a fine dicti Quinquennii numerandum, prorogaverit, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Paternitatem veſtram, de quâ plene confidimus, affectuoſis Precibus requirimus & rogamus, quatinus erga dictum Summum Pontificem (cui ſuper hoc ſcribimus) ut hujuſmodi Viſitationem Liminum Apoſtolicorum remittere dignetur gratioſe, aut ſaltim, uſque ad aliud Septennium, illud prorogare, Amore noſtri, velitis partes veſtras interponere effectualiter adjutrices.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Februarii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Preſbitero Cardinali,

Domino R. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedyn Preſbitero Cardinali,

Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali.

* IV. 128.

** De laudabili Geſtu Nobilium Vaſconiæ in Reſiſtentia Gallicorum.*

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Vaſc. 18. E. 2. m. 9.

REX, Nobili Viro, Domino Amaneno de Foſſato, Cuſtodi Villæ de Prunerole, Salutem.

Quàm potenter & viriliter Gentibus Regis Franciæ, Fines veſtros nuper hoſtiliter ingredi ſatagentibus, juxta ligeantiæ veſtræ debitum, pro noſtris & veſtris Juribus defendendis, reſtitiſtis, ipſorum violentiam in fortitudine Brachii refrænando, nobis incognitum non exiſtit, ſet noſtræ conſiderationis oculis aſſiduè præſentatur.

Quamobrem, fidelitatis veſtræ conſtantiam, & multiplices Probitates meritò commendantes, vos, & veſtrûm quemlibet rogamus obnixè, vobis nihilominus, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenùs, juxta præconceptam Benevolentiam, ad reſiſtendum Gentibus ſupradictis, taliter vos paretis, quòd Honor veſter felicibus augeatur ſucceſſibus, & Ingreſſus non pateat noſtra & veſtra Deveria volentibus hoſtiliter occupare,

juxta cordis noſtri deſiderium, & veſtram deliberationem, competens & oportuna videatur;

Quibus, in cordis noſtri deſideriis, vobis in eâ parte exponendis, fidem, ſi placet, credulam & indubiam præbere velit veſtra Regia Celſitudo.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Februarii.

** Ad dicti Regis Primogenitum.* * IV. 129.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Clauſ. 18. E. 2. m. 12. d.

REX, Nobiliſſimo Infanti, Domino Alfonſo, Illuſtris Regis Aragoniæ Primogenito, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Miſſis nuper, Magnifico Principi, Domino & Patri veſtro, Regi Aragoniæ Illuſtri Literis noſtris, per, dilectos & fideles noſtros, Arnaldum Gulhelmi de Bearne Dominum de Leſcun, & Magiſtrum Petrum de Galiciano, de latere noſtro Nuncios:

Dataque eis, de certâ Credentiâ, *Poteſtate* ſuper Tractatu, cum dicto Rege ineundo, ſuper Matrimonio, inter Edwardum Primogenitum noſtrum, & inclitam Infantiſſam Joland, Filiam ipſius, Sororem veſtram, contrahendo;

Remiſit nobis idem Rex ſuas Literas, dictis noſtris Literis Reſponſales:

Ex quarum tenore clarè perpendimus Tractatum hujuſmodi, ſub modo & formâ, quibus per eoſdem proponebatur, Serenitati ſuæ nullatenus complacere.

Verùm quia Confœderationem, ſeu veri Amoris Alligantiam, per aliquam viam competentem, inter ipſum Regem & nos, contrahi, prout inter Anteceſſores, ipſius & noſtros, retroactis temporibus, actum extitit, deſideranter appetere credimus & ſperamus,

Mittimus ad præſentiam ſuam, dilectos & fideles noſtros, Edmundum, *&c. ut ſupra uſque ibi*, quæ, juxta cordis noſtri deſiderium, & ipſius Regis deliberationem providam, competens & oportuna videatur.

Quocirca Dilectionem veſtram requirimus & rogamus, quatinùs, habitâ præmeditatione ſuper aliquâ viâ hujuſmodi, Tractatui prædicto impendere velitis Conſilium & Favorem;

Prædictis Fidelibus noſtris, & Duobus eorum, in hiis, quæ vobis ex parte noſtrâ revelabunt, fidem, ſi placet, indubiam adhibentes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Februarii.

De Excuſatione Villarum in Flandria.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 29.

REX Univerſis, præſentes literas inſpecturis, Salutem.

Ad Univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire quòd, cum, Nobiles Viri, Scabini, & Burgimagiſtri, Advocati, & Communitates, Villarum, Gandavenſis, Brugenſis, & Ipprenſis, in Flandriâ, per ſuas Literas, nobis directas, ex cauſis certis & ſufficientibus, ſe excuſaverint ſuper eo, quòd ad diem ſtatutum, pro Tractatu habendo, de Pace & Concordiâ inter noſtros & Domini Comitis Flandriæ Subditos reformandâ (videlicet, ad Quin-

Digitized by Google

An. 18. ni Regis Norwagii, cæteriſque ejuſdem Regis Conſiliariis, Salu-
E. 2. tem.

Clauſ. 18. Cùm ſcripſit nobis veſtra Circumſpectio, requirendo ut,

E. 2. Tàm propter mutuam Amicitiam, inter nos, & ipſum Regem
m. 12. *d.* Norwagium, & noſtros, ac ejuſdem Regis Subditos, de cætero nutriendam, quàm propter Commune Bonum Regnorum utrorumque, impoſterùm conſequendum,

Tales Pacis Conſiderationes vellemus admittere gratioſè, quales a veſtratibus procurari deſideramus vice verſâ:

Super quo veſtræ Prudentiæ innoteſcimus, puro corde, quòd nos, quantum ad nos pertinet, Pacem habere appetimus cum omnibus circumpoſitarum Populis Nationum, & præcipuè cum præfato Rege, & Subditis ſuis, penſantes utilem fore mutuam Communionem Incolarum & Regnorum eorumdem.

Si igitur, pro hujuſmodi Pace & Concordiâ ſtabiliendis, & renovandis, ad nos Nuncios, cum ſufficienti Poteſtate, volueritis deſtinare, ipſos ſub noſtris Protectione & Conductu gratioſè ſuſcipere volumus, & in hiis, quæ ad firmitatem Pacis & Concordiæ pertinere poterunt, nos promptos & benivolos exhibere.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſeptimo die Februarii.

Ad Regem Aragoniæ ſuper Captione Galearum.

Ann. D. MAgnifico Principi, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Regi Ara-
1325. goniæ, Valenciæ, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitique
An. 18. Barchinoniæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexillario, Admirato,
E. 2. & Capitaneo Generali, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus,
Clauſ. 18. ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & felices, ſemper ad vota, ſucceſſus.
E. 2. Scripſit nuper nobis Excellentia veſtra, de quibuſdam Gravami-
m. 12. nibus, Dampnis, & Injuriis, Fidelibus veſtris, Franciſco Mara-
dorſ. dis, & Gullielmo de Petrutia Portario veſtro, ſuper Captione & Occupatione duarum Galearum, Subditorum Illuſtris Regis Majoricarum, Conſanguinei veſtri, & Mercimoniorum ac Rerum in eiſdem exiſtentium, per Subditos noſtros illatis, prout vobis dabatur intelligi:

Et poſtmodùm, dilectus Serviens noſter ad Arma, Bertrandus Peregrini, Injurias & Gravamina prædicta ſeriotiùs nobis expoſuit ex parte veſtra; de quibus, tædio affecti, ſi fortè noſtri culpabiles extiterint, doleremus utique quicquam per noſtros offenſum fore veſtræ Majeſtati.

Propter quod, intellectis præmiſſis, ſtatim mandavimus, per Juſticianos & Tribunales noſtros, inquiri de præmiſſis, ut, cognitâ veritate eorumdem, fieri faceremus Juſtitiæ complementum.

Verùm quia ſic miſſi a nobis, ſuper præmiſſis, præmiſſa contingentibus, veritatem viis & modis, quibus poterant, inquirentes, per veſtros, ut tunc, de Injuriis, Dampnis, & Gravaminibus prædictis, ad plenum non fuerint informati, exitum capere non potuit Negotium memoratum.

Cùm autem placuerit Magnificentiæ veſtræ Informationem, ſuper præmiſſis, fieri pleniorem, prompti erimus & parati in omnibus Juſtitiam facere, & veſtris beneplacitis annuere nunc & ſemper; prout, dictus noſter Serviens ad Arma, Bernardus Peregrini, Lator præſentium, de prædicto Negotio pleniùs informatus, & de conſtanti benivolentiâ noſtrâ, votis veſtris coaptatâ, pleniùs vos poterit informare; cui, ſi placet, in eâ parte, plenam fidem præbere velit veſtra Regia Celſitudo.

Dat. apud Turrim Londoniæ, decimo octavo die Februarii.

Contractum (in quem, per dictos Procuratores noſtros omnes, & duos eorum, & per Patrem dicti ———— conſenſum fuerit) tàm per Juramentum, in animam noſtram præſtandum, quàm per alias Pœnas, quocumque Jure, licitas & honeſtas:

Et ad promittendum, pro nobis, & nomine noſtro, in virtute hujuſmodi Juramenti, & ſub Pœnis eiſdem, quòd nos tractatum hujuſmodi & contractum, & ea, quæ in eis, & de eis, & ea contingentibus, contigerit ordinari, Rata habebimus, & accepta, & ea faciemus & curabimus bonâ Fide deduci ad effectum:

Et ad recipiendum ſimile Juramentum, & Obligationes Pœnales, ex parte dicti ——— interponenda legitimè & præſtanda;

Ad quæ omnia dictis Procuratoribus noſtris, omnibus, & duobus eorum, Poteſtatem generalem, ac Mandatum concedimus ſpeciale;

Promittentes nos Ratum & Firmum perpetuò habituros quicquid per eoſdem Procuratores noſtros, omnes vel duos eorum, in præmiſſis, ſeu præmiſſa contingentibus, & eorum occaſione, Actum, Geſtum fuerit, ſeu etiam Procuratum.

In quorum omnium Teſtimonium, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, decimo nono die Februarii.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

De fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Edmundi Bacoun, Roberti de Thorp, Militum, & Magiſtri Johannis de Hildeſle, Ciceſtrenſis Canonici, omnium, & duorum eorum, plenarie confidentes,

Ad Tractandum, pro nobis & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Rege Aragoniæ Illuſtri, & Infante Alfonſo, Filio ſuo Primogenitio, ejuſque Hærede futuro, & aliis quibuſcumque (quorum intereſt) ſuper Sponſalibus, ſeu Copulâ Conjugali inter ——— Nepotem prædicti Regis, ac præfati Alfonſi Primogenitum, ex parte unâ, & Johannam Filiam noſtram cariſſimam ex alterâ, contrahendis:

Et ad ea, quæ ſuper præmiſſis Tractata fuerint & Concordata, modis & viis, quibus meliùs expedire videbitur, vallandum & firmandum;

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, faciendum;

* Præfatis, Edmundo, Roberto, & Johanni, omnibus, & duo- * IV.
bus eorum, plenam Poteſtatem & ſpeciale Mandatum damus, & 132.
concedimus per Præſentes:

Ratum, gratum, & firmum habituri quicquid per præfatos, Edmundum, Robertum, & Johannem, omnes, vel duos eorum, Tractatum, Concordatum, Vallatum, Firmatum, & Factum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, decimo nono die Februarii.

Et quia dicebatur quòd præfatus Jacobus ſenex eſt & decrepitus, & dubitabitur de morte ſuâ, in eventum ſcribitur, ſub nomine Alfonſi, filii ſui, tanquam Regis, in formis ſubſequentibus, in ſuis naturis.

De tractando ſuper dictis Sponſalibus cum Alfonſo Rege Aragoniæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
De fidelitate probatâ, *&c. ut ſupra uſque ibi*, tractandum, 1325.
pro nobis, & nomine noſtro, cum, Magnifico Principe, Domi- *An.* 18.
no Alfonſo, Dei gratiâ, Rege Aragoniæ illuſtri, & aliis quibuſ- *E.* 2.
cumque, quorum intereſt, ſuper Sponſalibus, ſeu Copulâ conju- *Ibid.*
gali

Digitized by Google

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1325. Ad tractandum cum, Magnifico Principe, Domino Al-
An. 18. fonſo, Dei gratiâ, Rege Aragoniæ illuſtri, & cum cæteris Mag-
E. 2. naribus, Proceribus, & Nobilibus Regni Aragoniæ, *&c. ut ſupra*
Ibid. *de verbo ad verbum.*

Teſte ut ſupra.

• IV. 133. ** De Tractatu cum Magnatibus, ſuper Paſſagio in Aquitaniam prorogando.*

Ann. D. REX, dilecto fratri & fideli ſuo, Thomæ Comiti Norffolciæ,
1325. & Mareſcallo Angliæ, Salutem.
An. 18. Cùm nuper ordinaverimus Paſſagium noſtrum, in ſuccurſum &
E. 2. defenſionem Ducatûs noſtri prædicti, apud Porteſmuth die Do-
Clauſ. 18. minicâ, in medio Quadrageſimæ, proximò futurâ;
E. 2. Ac, volentes, ante dictum Paſſagium noſtrum, vobiſcum, &
m. 15. d. cum Prælatis, & cæteris Magnatibus, & Proceribus Regni noſtri, ſuper arduis Negotiis, dictum Paſſagium noſtrum, & Statum Regni noſtri, & Ducatûs prædicti, tangentibus, habere Colloquium & Tractatum.

Vobis mandaverimus, quòd eſſetis ad Nos, apud Wyntoniam, Secundâ Dominicâ Quadrageſimæ, proximò futurâ, ſuper præmiſſis tractaturi, veſtrumque conſilium impenſuri:

Ac jam, ad inſtantiam nonnullorum dictorum Magnatum & Procerum, aſſerentium ſe, propter brevitatem temporis, non poſſe ita ſufficienter, ſicut deceret, ad honorem noſtrum & ſuum, pro tali Veagio parari,

Dictum Paſſagium noſtrum, apud prædictum locum, uſque in Craſtinum Aſcenſionis Domini proximò futurum, ut interim ſe commodiùs & decentiùs parare valeant, & diem Tractatûs prædicti, uſque ad dictas Octabas Paſchæ, proximò futuras, apud Weſtmonaſterium tenendi, duxerimus prorogandum,

Vobis ſignificamus quòd, ad dictam Civitatem Wyntonienſem, dictâ ſecundâ Dominicâ Quadrageſimæ, vos accedere non oportet;

Set volumus, & vobis Mandamus, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, ſitis ad Nos, apud dictum locum Weſtmonaſterii, in dictis Octabis, ſuper Præmiſſis, nobiſcum, & cum Prælatis, Proceribus, & Magnatibus prædictis, Tractaturi, veſtrumque conſilium impenſuri.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac felicem Expeditionem negotiorum noſtrorum diligitis, nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februa[illegible]

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Edwardo Comiti Ceſtriæ, Filio Regis,
Henrico de Lancaſtriâ, Comiti Leyceſtriæ,
Edmundo, Comiti Arundell,
Roberto de Umframvill, Comiti de Anegos,
Hugoni le Deſpenſer, Comiti Wyntoniæ.
Roberto de Veer, Comiti Oxoniæ, &c. prout de Dat. 30. Dec.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eadem gratiâ, Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primati, Salutem.

Cùm nuper ordinaverimus Paſſagium, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ac
Tom. II. P. II.

Dat. a Weſtm. le xx jour de Fever.

Per ipſum Regem.

En meiſme la manere eſt eſcrit a les ſouſeſcritz; c'eſtavoir,

Lancaſtr. { *Johan de Langeton,*
Johan Flemyng,
Baudewyne de Gynes.

Staff. { *Johan de Swynnerton,*
Thomas Doilyt.
James de Audele,
Johan de Iſpanes,
Roger de Okenore,
Thomas de Halbton.

Salop. *William Waban.*

Ceſtr. *Rauff Botiller.*

Lincoln. { *Richard de Chaſterton,*
William de Bukmynſtr.
Pieres de Lekeburn,
Wautier de Trykingham,
Johan Paynel,
Oſmon de Rye,
Johan Pigot de Dodyngton.

Notyngh. { *Johan de Strichele,*
Thomas de Newemarche,
William le Fitz William,
Johan Barry,
Johan Charneles,
Henri de Staunton,
Robert Jorce.

Derb. { *Johan de Verdoun,*
Richard de Corſon,
Rauff de Braillesford,
Alurey de Sulny.

Warr. { *Johan de Dodyngſeles,*
Thomas de Haſtyng,
Nichol de Trimenel,
Roger de Aylesbury,
Guy de Manceſtr.
Johan de Clynton de Makſtok,
William de Clynton de Makſtok.

Leyceſtr. { *Johan de Harecourt,*
Phelip de Nevill,
imon B. ſete de Sapcote,
Fouk de Pembrugg.
Roger Roald,
Hugh de Menill,
Rauf Malore,
Rauf de Crephull,
Rauf de Sechevill,
William de Brabazon.

Bed. { *Hugh Boſſard,*
Roger de Grey.

Buk. { *Johan Ciſrewaſt,*
Johan de la Penne,
Thomas Huntercombe,
Pieres Carbonel,
Johan de Wolverton.

Digitized by Google

William de Fiſbacre,
Johan de Clifford,
Johan de Chalcuns,
Dorſ. *Roger Prideaux.*
• IV. 135. *• Theoband Ruſſel,*
Johan lo Latymer,
Johan Wak,
Brian de Gonyz.

William de Aumarle,
John de Saltmarays,
Joce de Braybuſe,
William de Maundevill,
Somerſ. *Phelip de Columbers,*
Simon de Fourneux,
Rauf de Fiſours,
Henry de Lorty,
Johan de Lorty,
Johan de Regneye.

Johan de Erlegh,
Hugh Poyntz,
Richard de Hewyſh,
Aleyn Plukenet,
Hugh de Courteneye,
Dorſ. *Richard Pyk,*
Henri Gildan,
Johan Mautravers,
Johan de Dynham,
Johan de Buston,
Reynald de Mountford,

Rauf Botecourt,
Richard Belhous,
Hugh Truſſebut,
Rauf Bigot,
Roger Curzoun,
Johan de Sutton,
Robert de Nowers,
Oſmon de ſeint Maur,
Johan de Mereworth,
Johan de Boyland,
Johan de Mounteny,
Norff. *William de Weylond,*
Augh Peuerell,
Johan de Cone,
Johan de Vaux,
Johan de Cokfeld,
Simon Ward,
Phelip de Columbers,
Johan Marmyon,
Thomas Tregoce,
William Martyn,
Hugh de Courteney le filz,
William le Botiller de Wenne.

EN *meiſme la manere eſt eſcript a les ſouſezcriptz (ſorpriſes celes paroles*, ſelonc le purport du maundement que nous vous avoms fait per lettres de noſtre Prive Seal) *en lieu des queles, feuſt eſcript*, ſelonc ce que nous vous paralaſmes & vous chargeames plus plement de Bouche; *c'eſt a ſavoir; as,*

Johan de Warrenne, Counte de Surr. & de Suſſex.
David de Strabolgy, Counte de Athols.
William de Roſ.

R[EX ...] Liberate de Theſauro noſtro, dilecto & fideli noſtro, Petro de Monte Forti, 1325. An. 18.
Cum Quatuor Hominibus ad arma, in obſequium noſtrum, ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ, in proximo profecturo, E. 2. Ibid.
• Super Vadiis ſuis, Novem Libras & quatuor Solidos pro dimidio Quarterio Anni; videlicet, pro Quadraginta & ſex diebus; • IV. 136.
Non obſtante, *&c. ut ſupra.*
Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

Pro Roberto filio Pagani.

REX iiſdem Salutem. Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Ibid.
Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto & fideli noſtro, Roberto filio Pagani, Sexdecim Libras, & Duos Solidos, ſuper Vadiis unius Militis, & Quinque Armigerorum, per ipſum in obſequium noſtrum ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ mittendorum, pro dimidio Quarterio Anni; videlicet, pro Quadraginta & Sex diebus.
Non obſtante, &c.
Teſte Rege ut ſupra.

Per idem Breve.

Pro David Strabolgi, Comite Atholiæ.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Ibid.
Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto Conſanguineo & fideli noſtro, David de Strabolgi, Comiti Atholiæ,
In obſequium noſtrum, ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ, cum Tribus Militibus, & Undecim Armigeris, in proximo profecturo,
Super Vadiis ſuis, per unum Quarterium Anni, à tempore quo cœperit velificare verſus partes prædictas,
Centum & Treſdecim Libras, & Quindecim Solidos;
Non obſtante, &c.
Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, viceſimo ſexto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De aſſignando ad Wallenſes Traiandos & Arraiandos.

LE Roi a ſes chiers & foiaux, Giles de Beauchamp, & Aleyn de Cherleton, Salutz. Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 27.
Come nous eoms ordeinez d'envier, vers noſtre Duchee d'Aquitaine, aſcuns des Grantz de noſtre Roialme, od grant poer des Gentz d'Armes & a Pie, & grant foiſon des Vitailles:
Des queux Gentz a Pie, nous avoms ordinez que parties ſerront de noz Terres & autres Seigneurs de Marche de Northgales, & parties de nos Terres & autres Seignurs de Marche de Sugales:
Et avoms maundez a noſtre Juſtice de Gales, & a ſon Lieutenant de Norgales, & as autres Seignurs celes parties, que meſmes les Gentz a Pie de Norgales facent venir a Salopbur, le Dimenge a Mye Quareſme, preſchein avenir;
Et a le dit Juſtice, ou a ſon Lieutenant de Sugales, & as autres Seignurs celes parties, que les ditz Gentz a Pie, de meſme les Parties facent venir a Hereford, le Mardy apres Mye Quareſme, preſchein avenir,
Od les Viſcountes, Suthviſcountes, des Countees, Coneſtables,
&

FAIT A REMEMBRER que, de Northgales vendront 200 Hommes a Pee, od deux Coneſtables Armez; & lour Viſcontes, & les Suthviſcountes de Counteez, de Caernarvan, Angleſeye, & Merionith, les meſneront, od Quatre des meillors de cheſcun de ditz Counteez, qui ſerront eſluiz, pur le plus ſeurement conveer:

Et ſerront a Bala le Vendredy prechein devant le Mye Quareſme, & illoeques reſceurount gages du Chamberleyn pur deux jours, tanque a Salop;

Et d'illoeques ſoit ordeinez de lour Gages outre a Porteſmouth par 7 jours.

Et vendront au dit lieu de Salop le Dymenge en My Quareſme.

De la Terre de Mohanteſdale 1 Homme d'Armes, & 10 Hommes a Piee,
De la Terre de Dynebegh 1 Homme d'Armes 60 Hommes a Piee,
De la Terre de Diffrencleyt 1 Homme d'Armes 30 Hommes a Piee,
Des Terres de Bromfeld & Tal 1 Homme d'Armes 50 Hommes a Piee,
Des Terres la Counte d'Arundell 1 Homme d'Armes 50 Hommes a Piee,
De la Terre de la Pole 1 Homme d'Armes 80 Hommes a Piee,
Del Countez de Flint 1 Homme d'Armes 50 Hommes a Piee,

Soit ordeinez de lour Gages, jeſqes a Porteſmuth, par 7 jours.

De Southgales vendront 200 Hommes a Piee 2 Coneſtables Armes, Rees ap Griffith, Sire Roger Pychard, les meſneront, od ſis Hommes de Countees, de Kardigan, Kermerdyn, & de la Seneſchalcie; & le Chaumberleyn de Suthgales lour trovera Gages tan que a Porteſmuth.

Et vendront a Hereford le Mardy preſchein apres le My Quareſme.

Des Terres de Breghenok 1 Homme d'Armes 60 Hommes a Piee,
Des Terres de Buelt 1 Homme d'Armes 20 Hommes a Piee,
De Terres de Elvayl 1 Homme d'Armes 20 Hommes a Piee,
De Terres de Melnith 1 Homme d'Armes 60 Hommes a Piee,
Des Terres de Radenore 1 Homme d'Armes 40 Hommes a Piee,
Des Terres de Wenthrinnon 10 Hommes a Piee,
Des Terres de Bergeveny 1 Homme d'Armes 40 Hommes a Piee,

Soit ordeinez de lour Gages, tanque a Porteſmuth, ou ils ſont mandez, d'eſtre le dymenge preſchein apres My Quareſme, q'at le Chaumberleyn en ad Garant.

Pro Comite Surriæ, ſuper Expeditione Aquitaniæ.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 27.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm nuper ordinâſſemus, cum Hominibus ad Arma, in medio præſentis Quadrageſimæ, transfretâſſe in Terram noſtram Vaſconiæ, pro ſalvatione Terræ illius, contra Gravamina, quæ Rex Franciæ nititur ibidem, ad noſtram Exhæredationem, perpetrare:

Ac nuper, ad requiſitionem Magnatum, de Regno noſtro, aſſentium, propter brevitatem temporis, non poſſe ſe parare ad transfretandum tunc nobiſcum, Paſſagium noſtrum diſtulerimus;

Et, de eorum Conſilio & Aſſenſu, ordinaverimus præmittere Homines ad Arma, Equites & Pedites, in quadam Flotâ Navium:

Ac dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Johannes de Warenna, Comes Surriæ, ad noſtram Requiſitionem, per certam Conventionem, inter nos & ipſum initam, conceſſerit, cum centum Hominibus ad Arma, ad Vadia noſtra, in dictâ Flotâ, ad dictam Terram noſtram Vaſconiæ, transfretare, & ibidem morari per dimidium anni, a tempore quo ad partes illas venerit numerandum:

Nos, volentes ſecuritati dicti Comitis, in hac parte, providere, conceſſimus ei, pro nobis, & Hæredibus noſtris, quòd id, quod præfatus Comes ſic faciet, ad rogatum noſtrum, ſibi, vel Hæredibus ſuis non cedat in præjudicium, nec trahatur in conſequentiam in futurum: & quòd dictus Comes, prætextu Conventionis prædictæ, non teneatur morari in dicto Ducatu, ultra dictum dimidium anni, niſi nos perſonaliter interim venerimus ad partes Ducatûs ſupradicti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, ſecundo die Martii.

Per ipſum Regem.

---

* *Pro Willielmo de Herle.*

* IV. 139.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Liberat. 18. E. 2. m. 2.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto & fideli noſtro, Willielmo de Herle,

Nuper per Præceptum noſtrum uſque Eborum, pro Tractatu ibidem cum Scotis habendo, proficiſcenti,

Decem Marcas, pro Expenſis ſuis; non obſtante aliquo Mandato ſeu Ordinatione, de hujuſmodi Liberationibus, per nos, priùs in contrarium factis.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, quinto die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro Willielmo de Belle Campo.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Liberat. 18. E. 2. m. 3.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto & fideli noſtro, Willielmo de Bello Campo,

Digitized by Google

giri, Statumque prædicti Regni noſtri conſervare proſperum & tranquillum.

Univerſitatem veſtram religioſam diu conſervet Altiſſimus in Caritate continuâ & perfectâ.

Dat. apud Turrim Londoniæ, ſexto die Martii.

De Denariis, pro Expeditione, in Aquitania, Willielmo de Oterhampton liberandis.

Ann. D. 1325. *An.* 18. *E.* 2. *Liberat.* 18. *E.* 2. *m.* 2. • IV. 140.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto Clerico noſtro, Willelmo de Oterhampton,

Receptori & Cuſtodi Denariorum, * Victualium, Ingeniorum, Springaldorum, & aliarum Rerum noſtrarum, quæ uſque Portelmuth duci mandavimus, exinde ad partes Ducatûs noſtri *Aquitaniæ*, pro Expeditione Negotiorum noſtrorum ibidem, per aviſamentum ipſius Willielmi ducendorum.

Quem quidem Willielmum aſſignavimus ad vadia, tàm Hominum ad Arma, Equitum & Peditum, & aliorum, uſque dictum locum de Portelmuth in proximo venturorum, & exindè in obſequium noſtrum ad partes dicti Ducatûs noſtri profecturorum, quàm ad Frectum Navium, pro Hominibus, Victualibus, Ingeniis, Springaldis, & aliis Rebus noſtris prædictis, ad eaſdem partes Aquitaniæ, cariandis per, dilectum & fidelem noſtrum, Robertum Bendyn, Admirallum Flotæ Navium noſtrarum, verſus partes Occidentales proviſarum: Et ad Vadia Nautarum ſolvendum; & ad alia, Expeditionem Negotiorum noſtrorum prædictorum contingentia, faciendum; prout eidem Willielmo per nos pleniùs eſt injunctum,

Quinque Milia Librarum ſuper præmiſſis; non obſtante, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, ſeptimo die Martii.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, ſuper Tractatu cum Rege Franciæ, & Miſſione Reginæ Iſabellæ ad dictum Regem: Super Tractatu cum Scotis, & ſuper Cardinalibus beneficiatis.

Ann. D. 1325. *An.* 18. *E.* 2. *Rom.* 18. *E.* 2. *m.* 2. *dorſ.*

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Quò teneriùs veſtris affectibus inſidere cognovimus inter, Magnificum Principem, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem, & Nos, Pacis ſtabilire conſilia, & rupta Amicitiæ Fœdera, exſtirpatis Zizanniorum plantatis, reformari, eò ſolertiùs, quæ ſuper his agi, ſeu tractari contigerit, in veſtræ Clementiæ deferri cupimus notionem.

Nuper ſiquidem, Pater deſideratiſſime, accedentibus ad nos, Venerabilibus Patribus, Domino Gullielmo, Dei gratiâ, Viennenſi Archiepiſcopo, & H. Auritaſenſi Epiſcopo,

Quos tàm ad præfatum Regem, quàm ad nos, cum veſtris Exhortatoriis Literis, veſtra Benignitas deſtinavit: de quo veſtræ Sanctitati ad, quantas valemus, aſſurgimus gratiarum actiones: quos etiam læti ſuſcepimus, & audivimus reverenter,

Et ipſis nobis referentibus ipſum Regem Franciæ Pacis Tractatibus velle aſſentire,

De ipſorum Nunciorum veſtrorum conſilio, mox ad ipſius præſentiam ſolempnes Nuncios, videlicet, Venerabiles Patres, J. Norwycenſem, & J. Wyntonienſem, Epiſcopos; &, Nobilem Virum & Fidelem noſtrum, Johannem de Britanniâ, Comitem Richemundiæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, cum Poteſtate plenariâ tranſmiſimus (ſicut aliàs veſtræ Manſuetudini pleniùs meminimus nos ſcripſiſſe) Offerentes per eoſdem, nos paratos ad [illegible];

Supplicantes attentiùs veſtræ Beatitudini, ut ad id, quemadmodum feliciter inchoâſtis, dignemini Opem & Operam impendere ſalutares.

Ad hæc, Pater Sancte, juxta exhortationem veſtram, & ea, quæ Dominus de Sulliaco nobis nuper expoſuit per Credentiam, ſibi per Apoſtolicas Literas attributam, ſuper Reformatione Pacis inter nos, & Scotos quoſdam, noſtros Nuncios, ad tractandum cum ipſorum Scotorum Nunciis apud Eborum miſimus, non eſt diu; ſet iidem Scoti, in Tractatu illo, nulla alia optulerunt, ſeu facere voluerunt, niſi quæ prius, in aliis Tractatibus, optulerant; quæ, abſque Exhæredatione manifeſtâ Regiæ Coronæ noſtræ (prout aliàs deliberato conſilio fuerit judicatum) concedi aliquatinùs non valebant.

Et licet tandem petitum fuiſſet ab eiſdem Scotorum Nunciis, ſi, ſuper hujuſmodi Articulis dubiis, vellent conſentire quòd Negotium eſſet coram veſtrâ Sanctitate propoſitum, & Rationes hinc indè audire, pro plenâ informatione Juris partis utriuſque, ut per hoc via Pacis, vel alius exitus faciliùs poſſet inveniri; offerentes nos ad hoc paratos exiſtere:

Ipſi tamen hoc penitùs recuſâbant, ſicque iidem Nuncii abinvicem diſceſſerunt ea vice.

Nos quidem, Pater Sancte, ſemper parati erimus cum ipſis tractare de Pace, quotiens eis placuerit, Treugâ inter nos & ipſos initâ perdurante.

Cæterùm, Reverende Pater,

Ob zelum affectionis puriſſimæ, quem Sanctitatem veſtram, necnon Venerabilem Cœtum Dominorum Cardinalium, in cunctis oportunitatibus, erga nos habuiſſe cognovimus, & habere confidimus in præſenti,

Ipſos Cardinales, in Regno noſtro Beneficiatos, de omnimodis Decimis, Nobis, & Progenitoribus noſtris, propter urgentes Neceſſitates, veſtrâ, & Prædeceſſorum veſtrorum liberalitate, conceſſis, quatenùs contingunt Beneficia eorumdem in Regno noſtro,

Super quo, Venerabiles Patres, Gullielmus Tituli Ciriaci in Termis, & Gaucellinus Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Presbiteri; & Lucas Sanctæ Mariæ in Viâ Latâ, Diaconus Cardinalis, nobis ſuas Literas deſtinârunt,

Liberos eſſe volumus penitùs & quietos; quamquam in Literis Apoſtolicis, Nobis & Progenitoribus noſtris indè conceſſis, nulla facta fuiſſet mentio de eiſdem; ſperantes exindè ipſos invenire, in noſtris Judiciis, cum omni benignitate, promptiores.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, octavo die Martii.

De Cardinalibus Beneficiatis acquietandis.

Ann. D. 1325. *An.* 18. *E.* 2. *Ibid.*

VEnerabilibus in Chriſto Patribus, Dominis, Gullielmo, Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis, Gaucellino Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Presbiteris; & Lucæ in Viâ Latâ, Diacono, Cardinalibus, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ecce! Patres Reverendi, ſuper eo, quod veſtra Sinceritas nobis ſcripſit, requirendo ut vos, cæteroſque de Collegio Cardinales, in Regno noſtro Beneficia optinentes, de Decimis, nobis à Clero Regni noſtri, propter urgentes neceſſitates, auctoritate Domini Summi Pontificis, & Prædeceſſorum ſuorum, ante hæc tempora conceſſis (quatenùs veſtra, & cæterorum Cardinalium prædictorum Beneficia, in eodem Regno, contingebant) faceremus liberos & quietos,

Paternitati veſtræ ſignificamus quòd,

Licet in Apoſtolicis Literis, de Impoſitionibus Decimarum hujuſmodi,

[illegible]

Vaſc. 18. Veſtram igitur Strenuitatem & Benivolentiam (quas erga nos,
E. 2. & noſtros, vos, totis temporibus, geſſiſſe cognovimus) meritò
m. 8. *d.* commendantes, vos rogamus obnixè, quatinùs, prout viriliter inchoâſtis, pro Defenſione noſtrorum & veſtrorum Jurium, ad reſiſtendum Gentibus Franciæ, ea volentibus hoſtiliter occupare, ſic potenter vos pareris, quòd ipſis Hoſtibus Ingreſſus non pateat in locis noſtri Dominii, veſtro, & aliorum fidelium noſtrorum, Præſidio obſiſtente.

Nos enim, in Succurſum dicti Ducatûs noſtri, in brevi, ad partes illas perſonaliter venire proponimus, cum Armatorum multitudine copioſâ: & tunc ad bonum Geſtum, ac Labores, & Deperdita, talem conſiderationem habebimus, quòd exindè eritis contentati.

De Cuſtodiis autem & Munitionibus Caſtrorum & Fortalitiorum, in partibus illis, jam ordinavimus; ac quoſdam Magnates, cum multitudine Armatorum, unà cum Victualibus, Denariis, & aliis neceſſariis, jam præmiſimus, qui per Dei gratiam, in veſtri & aliorum fidelium noſtrorum Solamen, ad partes illas celeriter ſunt venturi.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Martii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Reymundo Durandi, Con-Domino de Colomeriis,
Guirando de Taſtis,
Bernardo de Labreto,
Aymero Reymundi de Calvo Monte,
Petro de Greyly Vic. Lavon.
Petro de Ganareto, Con-Domino Lingonii,
Senebrunno, Domino de Sperra,
Poutio, Domino de Caſtellione Menedulto,
Gullielmo Furti, Domino de Ornone,
Arnaldo de Lauda,
Petro de Calculi, Domino de Pontzenſato,
Arnaldo de Monte Peſſato,
Bernardo de Seiſſano, Domino de Longoyrano.

• IV. 143. ** De Comite Surriæ, Capitaneo conſtituto.*

Ann. D. REX, univerſis & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus,
1325. Hominibus ad arma, Peditibus, & omnibus aliis, apud Por-
An. 18. teſmuth jam exiſtentibus, & ibidem in proximo venturis, & exin-
E. 2. dè uſque ad partes Ducatûs Aquitaniæ, in obſequium noſtrum,
Vaſc. 18. profecturis, Salutem.
E. 2. Sciatis quod conſtituimus, dilectum & fidelem noſtrum, Johan-
m. 9. nem de Warrenna, Comitem Surriæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, Capitaneum & Ductorem omnium veſtrûm in eundo verſus Ducatum prædictum; & ibidem, quouſque ad præſentiam, dilecti & fidelis noſtri, Edmundi de Wodeſtok, Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſimi, Tenentis locum noſtrum in Ducatu prædicto, ipſum & vos venire contingat:

Et ideò vobis Mandamus, quòd eidem Johanni, ut Capitaneo & Ductori veſtro, ſitis in præmiſſis intendentes, & reſpondentes, prout decet:

Volumus autem quòd ipſe, & vos, cùm ad præſentiam præfati Fratris noſtri & Locum noſtrum tenenti ibidem, intendatis, prout ipſe vobis ſcire faciet ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

duraturas.

Teſte Rege apud Bellum locum Regis, octavo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De recipiendo ad Pacem illos in Vaſconia, qui Gallicis adhæſerunt.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1325.
De probatâ fidelitate & induſtriâ, dilectorum & fidelium noſtro- *An.* 18.
rum, Edmundi Comitis Kantiæ, Fratris noſtri cariſſimi, Radul- *E.* 2.
phi Baſſet de Drayton, Arnaldi de Duro Forti, Amaneni de Foſ- *Vaſc.* 18.
ſato, & Arnaldi Gullielmi, Domini de Leſcun, plenariè confi- *E.* 2.
dentes, *m.* 6.
* Dedimus eis, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, • IV.
Quorum dictos Comitem & Radulphum, cum vacare poterint, 144.
præſentes; vel, aliàs eorum alterum unum eſſe volumus,

Tenore præſentium, plenariam Poteſtatem recipiendi ad Pacem & Benivolentiam noſtram omnes illos, de Ducatu noſtro Vaſconiæ, qui nobis contrarii & rebelles fuerunt, aut ſunt, &c, contra nos, adhærentes Gallicis, & aliis, dictum Ducatum noſtrum invadentibus: & ad pardonandum & remittendum eis, & eorum cuilibet, Sectam Pacis noſtræ, & quicquid ad nos pertinet in hac parte, & ad firmam Pacem noſtram ipſis, & eorum cuilibet indè concedendum:

Promittentes nos ratum & gratum habituros quicquid idem Comes, Radulphus, Arnaldus, Amanenus, & Arnaldus, Quatuor, Tres, & Duo eorum,

Quorum dictos Comitem & Radulphum, cùm vacare poterint, præſentes, vel aliàs eorum alterum unum eſſe volumus,

Noſtro nomine fecerint in præmiſſis; quodque factum ipſorum, in hac parte, cùm illud ad nos pervenerit, approbari, & ſub Magno Sigillo noſtro innovari, & roborari faciemus.

In cujus, &c.

Dat. apud Bellum locum Regis, undecimo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Treugis, in partibus Northumbriæ cuſtodiendis.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Willielmo Rydel, & Gilberto
de Birondon, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1325.
Cùm nuper aſſignaverimus Robertum de Umframvill, tunc *An.* 18.
Comitem de Anegos, &, dilectos & fideles noſtros, Rogerum *E.* 2.
Heyroum, & Rogerum de Horſleye, ad Treugas, inter nos & *Pat.* 18.
ſubditos noſtros ex unâ parte, & Homines de Scotiâ ex alterâ ini- *E.* 2.
tas, in partibus Northumbriæ, cuſtodiendum, juxta formam Li- *p.* 2.
terarum noſtrarum Patentium, eiſdem confectarum; ac præfatus *m.* 16.
Comes jam diem clauſerit extremum,

Nos, de fidelitate & circumſpectione veſtrâ providâ confidentes, aſſignavimus vos ad Treugas prædictas, unà cum præfatis, Rogero & Rogero, in partibus prædictis, cuſtodiendum, juxta formam literarum noſtrarum prædictarum; Ita quòd vos, ipſi, Tres, aut Duo veſtrûm, ad præmiſſa facienda intendatis:

Et ideò vobis mandamus quòd ad cuſtodiam Treugarum prædictarum,

Digitized by Google

Au Viſconte de Bedeford. | *Au Viſconte de Suſſex.*
245. *Au Viſconte de Nicol.* | *Au Viſconte de Sutht.*
Au Viſconte de Norff. & Suff. | *Au Viſconte de Somerſ. & Dorſ.*
Au Viſconte de Gloucestr. | *Au Viſc. de Cornwall.*

Innovantur Poteſtates ad tractandum cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Ex Autogr.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra, quòd nos,

De fidelitate & circumſpectione, venerabilium Patrum, Johannis, Norwicenſis, & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum, &, dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ, Conſanguinei noſtri, & Willielmi de Ayremine, Canonici Eborum, plenam fiduciam obtinentes,

Ipſos facimus, ordinamus, & conſtituimus, veros & legitimos Procuratores, *&c. prout ſupra de 15 Nov. uſque hæc verba, viz.*

Et Treugas, ſive Sufferentiam, inter nos, & dictum Regem Franciæ, initas, prorogandi: ſeu alias Treugas, ſive Sufferentiam inter nos, & eundem Regem, ſub quibuſcunque formis, vel modis, dicti Procuratores noſtri, Tres, aut Dúo eorum, ut prædictum eſt, oportunum viderint, de novo capiendi & ineundi: ac ipſas Treugas ſive Sufferentiam vallandi, firmandi, ac etiam roborandi, diem, & Treugas, ſeu Sufferentiam hujuſmodi ſemel & pluries, quotiens expedire videbitur, prorogandi; ac omnia & ſingula faciendi, quæ ſunt pacis, *&c. prout ſupra de præfatâ Dat. uſque hæc verba, viz.*

Dat. apud Wyntoniam, ſexto die Maii, Anno Domini milleſimo trecenteſimo viceſimo quinto, Regni verò noſtri decimo octavo.

Aliæ Poteſtates.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Aleman. 18 E. 2. m. 5.

REX Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem.

Affectantes omnia & ſingula (quæ ad reformationem Pacis & Concordiæ, inter Dominum Karolum, Regem Franciæ Illuſtrem, & nos firmandæ, pertinere poterunt) proſequi, quatenùs abſque Exhæredatione noſtrâ valeant procurari:

Ac, de fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrum, Venerabilium Patrum, Johannis, Norwycenſis, & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum, Johannis de Brittannia, Comitis Richemundiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Willielmi de Ayremynne, Canonici Eccleſiæ Eborum, plenariè confidentes;

Præſtandi Patientiam præfato Reg[i] Fra[nc]iæ, quòd ipſe Terras, quas in præſenti tenemus in Ducatu noſtro Aquitaniæ, ad Manum ſuam aſſignare poſſit, ſeu ponere, ſub certis conditionibus & modis, quibus dicti Nuncii noſtri, vel Duo eorum, cum præfato Rege Franciæ convenire poterunt, eiſdem Nunciis noſtris, & Duobus [eo]rum plenam Poteſtatem & ſpeciale Mandatum committimus per præſentes:

Ratum habituri & firmum id, quod per prædictos Nuncios noſtros, vel Duos eorum, noſtro nomine, factum fuerit in præmiſſis.

Damus inſuper omnibus & ſingulis Miniſtris, & Subditis noſtris, in Ducatu noſtro prædicto, tenore Præſentium, in Mandatis, quòd hiis, quæ per prædictos Nuncios noſtros, vel Duos eorum, in præmiſſis tractata fuerint, ſive facta, obediant & pareant, & ea exequantur, & faciant, prout dicti Nuncii noſtri, vel Duo eorum, per litteras ſuas Patentes, harum ſeriem continentes, dictis

Per ipſum Regem.

EOdem modo ſcribitur Iſabellæ Reginæ Portugalliæ, Matri prædicti Regis, ut penes ipſum inſiſtat quòd annuat petitis in Literâ præcedente.

Dat. ut ſupra.

De Treugis cum Scotis, in partibus Cumbriæ & Weſtmorlandiæ cuſtodiendis.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Petro de Tylliol, & Alano de Grymmeſdale, Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Pat. 18. E. 2. p. 2. m. 10.

Sciatis quòd,

Cùm nuper aſſignâſſemus, dilectos & fideles noſtros, Ranulphum de Dacre, Johannem de Haryngton, & Adam de Skelton, ad Treugas, inter Nos & Subditos noſtros ex unâ parte, & Homines de Scotiâ ex alterâ unitas, in partibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ cuſtodiendum, juxta formam Literarum noſtrarum Patentium, eiſdem confectarum:

Noſque poſtmodùm, pro eo quòd præfatus Ranulphus, in Comitivâ, dilecti & fidelis noſtri, Johannis de Warenna, Comitis Surriæ, in obſequium noſtrum, ad partes Vaſconiæ profectus eſt, & prædictus Adam diem clauſerat extremum, aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Ricardum de Kirkebryde, & Johannem de Skelton, ad Treugas prædictas, unà cum præfato Johanne de Haryngton, in partibus prædictis, juxta formam Literarum noſtrarum prædictarum, cuſtodiendum:

Ac jam intellexerimus quòd prædicti, Ricardus & Johannes de Skelton, negotiis noſtris alibi intendunt, per quod præmiſſis vacare non poſſunt;

Nos, de fidelitate & circumſpectione veſtrâ providâ confidentes, aſſignavimus vos ad Treugas prædictas, unà cum præfato Johanne de Haryngton, in partibus prædictis, cuſtodiendum, juxta formam Literarum noſtrarum prædictarum; Ita quòd vos & ipſe, aut Duo veſtrûm, ad præmiſſa faciendum intendatis:

Et ideò vobis Mandamus quòd ad Cuſtodiam Treugarum prædictarum, unà cum præfato Johanne de Haryngton, intendatis in formâ prædictâ; mandavimus enim eidem Johanni de Haryngton, quòd vos ad hoc in Socios admittat, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyntoniam, octavo die Maii.

Per ipſum Regem.

* *Aliæ Poteſtates ſuper Tractatu cum Rege Franciæ.* * IV. 147.

REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1325.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos, An. 18.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Johannis, Norwicenſis, & Johannis, Wyntonienſis, Epiſcoporum, & Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Willielmi de Ayremynne, Canonici Eccleſiæ Eborum, plenariè confidentes, E. 2. Aleman. 18. E. 2. m. 5.

Conſentiendi, nomine noſtro, in perſonam, ſeu in perſonas, per quam, vel quas, fieri debeat Patientia præſtanda Domino Regi Franciæ & Navarræ Illuſtri, ſuper Terras, quas in præſenti tenemus in Ducatu noſtro Aquitaniæ, in eventu ſi ſic tractari & concordari contingat,

Præfatis Epiſcopis, Comiti, & Canonico, Tribus & Duobus eorum plenam, tenore præſentium, concedimus Poteſtatem,

Ratum

Digitized by Google

ques a jour de Hui, quelles que elles ſoyent, d'une part & d'autre.

Item, donnons a no dit Procureur plain Pooir, & Mandement eſpecial, de prolonger les dittes Triuwes & Souffrances: & de Accorder, & accepter autre Journee; & de faire, as coſes deſſus dittes, & caſcune de icelles, & quant ke i appertient, ou poet appertenir, pour le Commun Pourfit, & Nouriſſement des Marchandiſes, tout de meſme que nous ferieme, ou faire poriemes ſe preſent eſtiemes.

Et promettons, pour nous, & pour tous cheaus de Flandres, avoecques les deus bones Villes, Gand & Ypre, a tenir ferme & eſtable tout ce, que par no dit Procureur, & les Procureurs des dites bones Viles, ou de l'une de elles, ſera fait & accorde es choſes deſſus ditt, & en caſcune de icelle, ſans jamais venir a l'encontre en nuli cas, ne en nul tamps.

En cogniſſance de la quelle choſe, nous avons fait ſaieller ces Preſentes Lettres, dou Saiel de la ditte Ville de Bruges; qui furent faites & donnes en l'an de grace noſtre Seigneur Jeſu Criſt, mille, trois cens, vint & chinc; le diſme jour de Mai.

• IV. 148.

* *De Literis Papæ præſentandis.*

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Rot. 18. E. 2. m. 1. d.

REX, dilecto Clerico ſuo, Ricardo de Sobburry, Salutem.

Cùm mittamus, per Latorem præſentium, ad Romanam Curiam quaſdam Literas noſtras, Domino Papæ dirigendas, quæ ſpecialiter nos contingunt, & quæ magnam exigunt feſtinationem;

Vobis Mandamus quòd, quamcitius idem Lator ad vos venerit cum Literis ſupradictis, eas prædicto Domino Papæ, cum omni celeritate, præſentari procuretis.

Mittemus autem ibidem, in brevi, Nuncios noſtros ſpeciales, ad eadem Negotia, ac alia, nos tangentia, unà vobiſcum, serioſiùs proſequendum.

Teſte Rege apud Porceſtriam, duodecimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, de Negotiatione Iſabellæ Reginæ, & Succeſſu ſeriatim, & de Tractatu cum Scotis.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Rot. 18. E. 2. m. 1.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Quæ, ſuper reformatione Concordiæ, inter, magnificum Principem, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem, & nos, agitari contingit, eo ſolertius in veſtræ Sanctitatis deferimus notionem, quo veſtram novimus Clementiam teneriùs zelare quæ pacis ſunt, & deſiderare ardentius Zizaniorum Plantaria extirpari.

Nuper ſiquidem, Pater ſanctiſſime, qualiter, juxta conſilium, venerabilium Patrum, G. Viennenſis Archiepiſcopi, & H. Auric. Epiſcopi (quos, tàm ad præfatum Regem, quàm ad nos, cum veſtris exhortatoriis Literis, deſtinaſtis) &, ad inſtantem etiam Petitionem Nunciorum noſtrorum (quos tunc miſeramus ad ipſum Regem) Iſabellam, Reginam Angliæ, Conſortem noſtram cariſſimam (cujus præſentiâ, tantæ Turbationis tempore, carere nobis utique grave fuit) ad ejuſdem Regis præſentiam tranſmiſimus (ut, ex hoc, magis Sanctitati veſtræ, & cunctis, innoteſceret intenſum deſiderium, quod noſtris inerat, & adhuc ineſt præcordiis, arduo negotio diſcutiendo, ad deliberandum ſuper præmiſſis fecimus accerſiri; qui, deliberato Conſilio, reſponderunt quòd,

Propter pericula Exhæredationis manifeſtæ, & Guerrarum quæ veriſimiliter formidabant, ſi hujuſmodi Tractatis, tam gravibus & multipliciter oneroſis, aſſenſum præberemus; & ſimiliter imminentis Guerræ diſpendium, ſi ea fortitan prorſus negata fuiſſent,

Non audebant, in tam arduo & periculoſo negotio, nobis dare Conſilium, niſi in Parliamento, per aſſenſum omnium Magnatum & Procerum Regni noſtri, eo prætextu generaliter convocando.

Et, quamquam ab ipſis Conſiliariis noſtris aſſenſum, ſuper hoc, minimè haberemus: nec poſſet nobis, juſto Judicio, Defectus, ſeu Negligentia imputari, quòd præfato Regi Homagium non fecimus (ob quod idem Rex dictum Ducatum noſtrum, aut aliquam ejus partem, ſeu Comitatum noſtrum Pontivi, violenter invadere, ſeu ad Manum ſuam ponere deberet) quovis modo, nec eſſemus in aliquo culpabiles de Tranſgreſſionibus, ſeu Inobedienciis, contra eundem Regem, quibuſcumque; ſicut liquidè oſtenſum extitit, pro parte noſtrâ, præſentibus Nunciis ſupradictis, & veſtræ ſignificatum ſæpius extitit Sanctitati;

Nihilominus tamen, pro bono Pacis, &, ut nil nobis valeat imputari, quin per omnes, per quas poterimus, vias bonas Concordiam quæramus & Pacem, conceſſimus, & paratos nos optulimus ad veniendum perſonaliter ad dictum Regem, ad diem & locum competentes, per Securitatem ſufficientem, pro Homagio noſtro eidem faciendo.

Et, licet Nobis, & Conſiliariis noſtris ſupradictis, viſum fuiſſet quòd, de Jure, & ob Cauſas Alligationum & Attinentiarum, inter ipſum Regem & Nos exiſtentes, idem Rex (ſalvo honore ſuo) Nobis Terram, quam, ut præmittitur, occupavit, reſtituere deberet priuſquam ſibi Homagium faceremus, aut ſaltem, bonâ fide, polliceri de Terrâ illa nobis, poſt factum Homagium, pleno Jure reddendâ,

Nos tamen, ut ipſi Regi Honorem & Reverentiam faciamus, paratos nos optulimus ad faciendum dictum Homagium, die & loco competentibus per Securitatem antedictam:

Et ſuper hoc Nuncios noſtros, cum Poteſtate plenariâ, ad ipſum Regem duximus deſtinandos; Sperantes quòd idem Rex, recepto Homagio noſtro, de Terris noſtris, per ipſum taliter occupatis, Juſtitiam nobis faciet ſummariè & de plano, niſi in mutuâ noſtrâ Viſione via amicabilis poterit concordari.

Conſideret igitur, quæſumus, veſtra Paterna Circumſpectio juſtificationem & diligentiam, quas hactenus appoſuimus, ut inter præfatum Regem & Nos Amicitiæ fœdera firmarentur, & evitarentur pericula, quæ ex Guerrarum turbinibus ſequi poſſent; de quâ vos variis noſtris literis, & ſedulò prout res geſtæ fuerant, ſtilo curavimus veridico informare: & clementer dignetur attendere quæ impræſentiarum offerimus dicto Regi, pro evitandis periculis ſupradictis: & noſtræ Tepiditati ſeu Incuriæ nullatenus imputetis, ſi præfatus Rex fortitan hujuſmodi noſtræ oblationi renuat aſſentire, magiſque elegerit Congreſſu Bellico invadere Nos & Noſtra, in illo eventu, cum Dei adjutorio, ad reſiſtendum Nos paremus, pro Exhæredationis periculo evitando.

Fuimus enim, ſumus, & ſemper parati erimus ipſi Regi, cum Honore & Reverentiâ, omnia facere, quæ debemus; & ſi quæ fuiſſent, in ejus præjudicium, per nos, aut noſtros attemptata, ſuper hiis pacis aſſentire Tractatibus, vel Judicium ſubire legitimum, ſecundum exigentiam rationis.

Cæterum, pie Pater, quia datum eſt nobis intelligi, quòd Scotorum Nuncii ad veſtræ Sanctitatis præſentiam divertere ſe feſtinant,

Digitized by Google

ſtituimus veros & legitimos Procuratores noſtros, ac Nuncios ſpeciales;

Dantes & concedentes eiſdem, ſex, quinque, quatuor, tribus, & duobus eorum, generalem, plenam & liberam Poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum, tractandi de reformatione Pacis & Concordiæ inter Nos, & Regem Angliæ, ac de hiis quæ ad Pacem pertinent, & ſuper omnibus & ſingulis Diſcordiis, Guerris, Litibus, Controverſiis, Cauſis, Quæſtionibus, Dampnis, Injuriis, Petitionibus, & Actionibus realibus & perſonalibus, atque mixtis, quæ fuerunt, ſint, vel eſſe poſſint, occaſione quacumque, inter Nos, & Regem præfatum:

Ac Tractatum hujuſmodi quacunque firmitate vallandi, petendi, ſtipulandi, recipiendi, retinendi, paciſcendi, componendi, tranſigendi, & conveniendi:

Ac in certos diem & locum, quibus Nos & præfatus Rex Angliæ perſonaliter conveniamus, ſi expedire viderint, conſentiendi; ac eoſdem diem & locum noſtro nomine acceptandi:

Et Treugas, ſive Sufferentiam, inter Nos & eundem Regem, ſub quibuſcunque formis, vel modis, de novo capiendi, & ineundi, prout viderint oportunum: ipſaſque Treugas, ſive Sufferentiam, vallandi, firmandi, ac etiam roborandi:

Diem & Treugas, ſeu Sufferentiam hujuſmodi, ſemel, & pluries, quotiens expedire videbitur, prorogandi:

Ac omnia & ſingula faciendi, quæ ſunt Pacis & Concordiæ, & ad plenam Pacem & Concordiam valeant pertinere; & quæ nos faceremus, vel facere poſſemus, ſi præſentes eſſemus; Etiam ſi mandatum exigant ſpeciale:

Volentes omnia & ſingula, neceſſaria & utilia ad faciendum & complendum præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, pro ſpecialiter expreſſis & enumeratis haberi:

Ac promittentes, pro Nobis, & Succeſſoribus noſtris, Ratum & firmum habere, & habituri quicquid per dictos Conſiliarios, & Procuratores noſtros, quinque, quatuor, tres, & duos ex ipſis, ut dictum eſt, in formâ ſuperiùs expreſſâ, Geſtum, Actum, & Factum, ſeu etiam procuratum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum;

Super quibus approbandis, tenendis, ſervandis, faciendis, & complendis, Nos, & Succeſſores noſtros, Bonaque noſtra omnia, Obligamus.

In quorum Teſtimonium Sigillum noſtrum fecimus Præſentibus hiis apponi.

Datum & Actum apud Fontem Briandi, in Vigilia Feſti Pentecoſtes.

---

* IV. 151. * *De Prorogatione Treugæ inter Regem & Conſules Villæ de Gandavo.*

Ann. D. 1325 An. 18. E. 2. Pat. 18 E. 2. p. 2. m. 4.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm nuper,

Inter, dilectos & fideles noſtros, Willielmum de Dene, & Stephanum de Abyndon, Nuncios noſtros, pro Nobis & Subditis noſtris, ex parte unâ: ac Scabinos & Conſules Villæ de Gandavo: Burgimagiſtrum, Scabinos, & Conſules Villæ de Ipre, pro ſe, & Communitatibus Villarum prædictarum, ex alterâ,

Super Diſſenſionibus, inter Subditos noſtros & Homines de Flandriâ exortis, quædam Treuga, ſeu Sufferentia,

A Feſto Paſchæ, proximò præterito, uſque ad Feſtum Pentecoſtes, tunc proximò futurum, &, ab eodem Feſto Pentecoſtes, per quadraginta dies, proximò ſequentes, plenariè completos, duratura,

Inita & firmata fuiſſet, ac certus dies, ad tractandum de finali Pace, ſuper Diſſenſionibus prædictis, apud Londoniam, videlicet,

Et quod, ſi quid eis, vel eorum alicui, ibidem foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, emendetur:

Et quòd pro Tranſgreſſionibus aliorum, vel pro aliquibus Debitis (de quibus dicti Mercatores noſtri Principales Debitores, ſeu Fidejuſſores, non exiſtant) Bona, ſeu Mercimonia, infra dictam Terram Flandriæ, durante eâdem Prorogatione, nullatenus areſtentur.

Damus autem, omnibus & ſingulis, Subditis noſtris, tenore præſentium, in mandatis, quòd dictam Treugam, ſeu Sufferentiam, in omnibus, ſicut prædictum eſt, faciant ex parte noſtrâ firmiter obſervari; & eam citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futurum, faciemus, infra Regnum noſtrum, in locis, ubi neceſſe fuerit, publicari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Certeſeye, viceſimo octavo die Maii.

Per ipſum Regem.

Triplicatur,

---

* *Ad Papam de amovendo Archiepiſcopum Dublinenſem a Regno & Dominio Regis, propter Redditionem Caſtri & Villæ de Regula, & alia Crimina huic objecta.* * IV. 152.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1325. An. 18. Edw. 2. Rom. 18. E. 2. m. 1.

Inviti cogimur Sanctitati veſtræ detegere morſum ſerpentinum, quem ex Hoſtilitate Domeſticâ ſuſtinemus.

Ecce! enim, deſideratiſſime Pater, quòd A. Dublinienſis Archiepiſcopus,

Quem Nobis & Coronæ noſtræ fideliſſimum reputavimus, & pro tali ipſum Comiti Kantiæ Fratri noſtro cariſſimo aſſociavimus, ad negotia noſtra in Ducatu prædicto proſequendum, ut Conſiliis nobis & eidem Fratri noſtro ſalutiferis aſſiſteret, & ipſius Fratris noſtri Adoleſcentiam ſuâ Maturitate roboraret,

Aſſumptâ ſibi Haſtutiâ Serpentinâ, cùm eſſet dictus Frater noſter in Caſtro & Villâ de Regulâ, infra Ducatum noſtrum prædictum, obſeſſus per Gentes Regis Franciæ, & Tractatum fuiſſet inter eundem Fratrem noſtrum & illos, qui eum obſidebant, de Concordiâ faciendâ: dictus Frater noſter, nil agere volens abſque Conſilio dicti Archiepiſcopi (confidens quòd ad Honorem ſuum & Commodum noſtrum ei conſuleret) juxta Conſilium ipſius Archiepiſcopi, Caſtrum & Villam prædicta (quamquam commodè penes nos potuiſſent fuiſſe retenta) præfatis Gentibus Regis Franciæ reddidit (contra voluntatem fidelium noſtrorum in eiſdem) in noſtri Exhæredationem manifeſtam:

Et præterea, quod dampnabile eſt in Laico, & deteſtabile in Prælato, idem Archiepiſcopus, in dictâ Villâ de Regulâ exiſtens, dilecto & fideli noſtro, Hugoni le Deſpenſer Juniori, Camerario & Secretiſſimo noſtro, falsò & malitiosè, crimen falſi, & proditionis, in Nos & Coronam noſtram, impoſuit, ea de ipſo publicè prædicando: proteſtans expreſsè, quòd niſi ipſius Dignitas & Ordo obſtetiſſent, prædicta ſe contra dictum H. Duelli experientiâ probaturum: quamquam ipſius Hugonis fidem, penes nos, & dictam Coronam, invenerimus ſemper hactenus illibatam.

Quæ omnia in dictis partibus tàm publica & notoria exiſtunt, quòd ea ad aures veſtræ Sanctitatis jam credimus devenire.

Hic etiam Archiepiſcopus, tàm pro communi Servitio ſuo, quàm Prædeceſſorum ſuorum, perſonaliter faciendo Curiæ veſtræ, per eum promiſſo; ac etiam, ad inſtantiam Magiſtri Roberti de Pyncebek, Creditoris ſui, in audientia veſtra, & quaſi per totum Regnum noſtrum, Excommunicatus publice nunciatus exiſtit, in quibus Sententiis perſeverans inverecundâ facie immiſcuit ſe Divinis.

Inſuper, poſt ſuſceptum Archiepiſcopatum prædictum, ſuſcepit a no-

Digitized by Google

ctualiter adhæſit, conſenſit, & auxilium præſtitit; ipſos in Maneriis ſuis receptando, & eis, in ſuâ Rebellione perſiſtentibus, de Hominibus ad Arma, Equis, & Armaturis, Subſidium faciendo; ſicque participando eidem in Crimine Læſæ Majeſtatis; prout hæc omnia nedum famâ volatili vel aſſertivâ, ſet Proceſſu legitimo, in pleno Parliamento noſtro, præſentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Proceribus, & aliis Magnatibus Regni noſtri, ſecundum Legem & Conſuetudinem ejuſdem Regni, declarata fuerunt.

Et, licet contra ipſum potuiſſemus rigoriùs proceſſiſſe, ipſum tamen, de Criminibus ſupradictis, ob reverentiam Epiſcopalis Ordinis, in Foro Eccleſiæ reliquimus judicandum; &, Temporalia Epiſcopatûs prædicti in manum noſtram ſeiſiri facientes, ea decrevimus, prout de jure licuit, ſuo perpetuo retinenda, ſicut aliàs Sanctitati veſtræ ſcripſiſſe meminimus: Et, Venerabiles Patres, G. Viennenſis, & H. Auriacenſis, Epiſcopi (qui præmiſſorum veritatem ſatis dilucidè conceperunt) ſcripturis aut relatibus; &, diſcretus Vir & Nobis dilectus Magiſter, Andreas Sapiti (qui præmiſſorum veritatem ſimiliter novit, & cui, ſi placet, in præmiſſorum declaratione, fidem credulam præbere dignemini) Clementiam veſtram ſerioſiùs poterunt informare.

Proſpiciat itaque, ſi placet, veſtra prudentia circumſpecta, nè Ignis, tàm metuendus, invaleat, & in corpus undique ſe diffundat, & membra a Capite, flamine perſuaſionis iniquæ, iteratò diſſolvat, adeo quòd idem Epiſcopus a Regno & Dominio noſtro, per viam Tranſlationis, aut alterius Ordinationis veſtræ, amoveatur omnimodo, tàm pro bono publico, quàm particulari dictæ Herefordenſis Eccleſiæ commodo; quæ ſuis Temporalibus ad tempus, abſque ſui culpâ, ſet non ſine causâ, privatur.

Nam, ipſo intra Sinum Regni noſtri degente, nec in dicti Regni pacificatione ſecuros, nec in Animi noſtri diſpoſitione reputamus nos fore quietos.

Conſervet, &c.

Dat. apud Certeſeye, viceſimo octavo die Maii.

Inſtrumentum de Concluſionibus & Agreamentis factis, mediante Iſabella Regina, per Commiſſarios Angliæ & Franciæ, ſuper facto Vaſconiæ.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. *Ex Orig. ingroſſat.*

A Tous ceus, qui ces preſentes lettres verront, ou orront, nous,

P. Eveſque de Viviers,
Alfons d'Eſpaigne,
G. Coneſtable de France,
Jehan Cerchemont Chancellier,
Hugue de Chalancon,
Chantre de Cleremont, &
Guille Flote, Seigneur de Revel Chevalier,

Conſeilliers & Procureurs du Roy de France, noſtre Treſcheir & Treſredoute Seigneur:

Et nous,
Jehan Eveſque de Norwiz,
Jehan de Bretaigne, Conte de Richemont, &
Guilliaume de Ayremine, Chanoine de Ewritz,

forz hors de Villes, d'une part, & d'autre, demourront garniz a l'ordenance du dit Seneſchal, au Conſeil & a l'avis des Chaſtellains, & autres Gardes des Chaſteaus, & Maiſons forz, ſi comme par deſus eſt dit, a fin qu'il ne puiſſent eſtre emblez, ne toluz.

Et Jurront, ſur Saintes Evangiles, au dit Seneſchal, til que feront Chaſtellains, & toutes Gardes des diz Chaſteaus, & Maiſons forz, que il ne yſtrent, ne ſeuffieront que leurs Gens yſſent, ou armes, hors des diz Chaſteaus, & Maiſons forz, ſanz le congie du dit Seneſchal, ne feront, ne porteront damage a nullui, pour la Pais mieux garder.

Et ſe les uns, ou les autres, qui demourront es diz Chaſteaus, & Maiſons forz, meſfaiſoient, contre la fourme du dit ſerement, le dit Seneſchal les en pourra corriger, & punir duement, ſelom leur meſfait; neantmeins la garde des devant diz Chaſteaus & Maiſons forz, des queis li Roys d'Engleterre aura done la patience, ci apres enſuiant, demouranz par deuers le dit Roy d'Engleterre.

Et que, es dittes choſes faire, le dit Roy d'Engleterre donra Patience, en bonne ſoy, & ny mettra empeſchement par ſoy, ne par autre, ou appert, ou en repoſt.

Et, ſe aucun y vouloit mettre empeſchement, il ne li donroit aide, Conſeil, ne confort; ne ſouffreroit que de par lui, ne de par ſes Officiaus, empeſchement y fuſt mis.

Et, pour ce que toutes choſes ſe facent en bonne foy, li Seneſchal, qui aviſi, come dit eſt, ſera eſtabliz, fera ſerement au Roy de France, que bien & loialment Gouvernera la ditte Terre, eſpecialment en gardant les poinz de ceſt Acort.

Et, que on ne puiſſe noter que aucune aſprete fuſt faite pour les choſes paſſees, Nous, Conſeilliers & Procureurs du dit Roy de France, voulons, & ottroions pour le dit Roy de France, que le dit Seneſchal ne ſe entremettra des faiz Criminels, qui ont eſte faiz en temps paſſe, ne ſe entremettra d'Office.

Et, pour ce que nous, devant diz Conſeillers, Meſſages, & Procureurs, des diz Roys, noz Seigneurs, Avons ferme eſperance, que les choſes deſſus dittes ſoient faites, & accompliez, dedanz la prochaine Feſte de l'Aſſumpcion noſtre Dame, Avons accorde que, ſe li Roys d'Engleterre vient a Beauvais, a la ditte Feſte de l'Aſſumpcion, li Rois de France y ſera: Et, ſe li Rois d'Angleterre li offre a faire homage, li Roys de France le receura, proteſtacion faite de par le Roy de France, que nul * prejudice ne ſoit fait, pour ce, au dit Roy de France, ou droit qu'il ſe dit avoir en la Terre, qu'il tient a preſent. * IV. 155.

Et, ſe aucun des diz Roys eſtoit empeſchie par maladie, ou par autre empeſchement notoire, par quoi il ne peuſt venir, ne eſtre a la ditte journee; celui, qui einſi ſeroit empeſchie, le ſigniferoit a l'autre Roy, le plus toſt qu'il purroit bonnement, avant la ditte journee; & lours ſeroit accordee autre Journee, brief & ſouffiſant, pour faire, au dit lieu de Beauvais, le dit Homage, & les autres choſes, qui y appertiennent a faire.

Et nous, devant diz Conſeilliers & Procureurs du dit Roy de France, pour lui, & en ſon non, couvenancons que le dit Roy de France, pour l'amour & la contemplacion de ſoi ditte Seur, la Royne d'Engleterre, l'omage fait, rendra au dit Roy d'Angleterre, ou a ſon commandement, la ditte Terre, laquelle li Roys de France aura ainſi eue par la Patience du dit Roy d'Angleterre, avec la Contee de Pontif: & y mettra li Roys d'Angleterre tels Officials, come il voudra.

Et avec ce accordons, ou non du dit Roy de France, que, fait le dit Homage en la manere deſſus ditte, il, pour l'amour de ſa ditte

Digitized by Google

que li Roys de France tient, a present, ou dit Duche, doit demourer au dit Roi de France, nous, devant diz Conſeilliers & Procureurs du dit Roy de France, accordons, ou non du dit Roy, que, pour contemplacion de ſa ditte Seur, li Roys d'Angleterre ne ſoit tenuz a li rendre, ne pair les deſpenz, fraiz, & couz deſſus diz.

ITEM nous, deſſus dis Conſeilliers, Meſſages & Procureurs, avons accorde, ou non de noz devant diz Seigneurs, les Roys, & pour eulz, que toutes Genz, Priſes, ou Areſtes, d'une part, & d'autre, pour les movements des deuz Roys devant diz, ſoient rendues, & delivrees à plein; c'eſt aſſavoir; les Genz priſes, ou Arreſtes en Gaſcoigne, tantoſt que la ditte patience ſera donee, & la Paiz criee par dela: Et les genz priſes, ou Arreſteez, par de ca, en France, & en Engleterre, ſoient auſſi rendues, & deliuvrees au plus toſt quil ſera venu a la cogniſſance des dites parties, que la dite Patience aura eſte done, & la dite Paiz criee en Gaſcoinge, ſicome dit eſt.

Et toutes les choſes deſſus dittes, & chaſcune d'icelles, nous, devant diz Conſeilliers, Meſſages & Procureurs, des devant Roys de France & d'Angleterre, avons promis, en bonne foy, ou nom de noz diz Seignurs, & pour eulz, a tenir, Garder & Accomplir, de point en point, de bonne foy, en toutes Choſes, en la maniere que elles ſont par deſſus contenues, & non faire, ne venir encontre, ne ſeuffrir a venir.

IV. 156. • Et que, parmi ces choſes, ſera bon accort, & bonne Amitie entre les diz Roys, de ceus qui ont eſte aidanz, & de ſouzmis, ou autres, d'une partie & d'autre, ſera ordene a l'Aſſemblee des deux Roys deſſus dit, & avons promis nous, devant diz Conſeilliers, Meſſages, & Procureurs, a faire, & procurer, en bonne foy, envers noz Seignurs les diz Roys, que cheſcun de euts donra, dedans la procheine Feſte de la Nativite Sain Johan Baptiſte, au plus tart, ſes lettres overtes, ſeellees de ſon Seel, par les quelles il Agreront, Ratifieront, & Approveront, toutes les choſes deſſus eſcriptes, & cheſcune d'icelles.

La teneur des lettres, ſur le pouoir done a nous, devant diz Conſeilliers, Meſſages, & Procureurs, des diz Roys noz Seignurs, eſt celle;

Karolus, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Rex, Univerſis, *&c. prout ſupra de datâ in Vigiliâ Pentecoſtes.*

ITEM, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Univerſis *&c. prout ſupra de datâ ſexto die Maii.*

En Teſmoign des quelles choſes, nous, Conſeilliers, Meſſages, & Procureurs deſſus diz, avons mis noz ſeaus en ces Lettres.

Done. a Paris, le darrain jour de May, l'an de Grace Mille, Troiz cenz, vint & cinc.

Tractatus ſuper Terris, hinc inde reddendis, in Vaſconia.

An. 1325. An. 18. E. 2. Aleman. 18. E. 2. m. 3.

A Touz ceux, que ces preſentes Lettres verront, Nous, Piere Eveſque de Viuers, Alfons d'Eſpaigne Chivaler, *&c. prout in prædicto Inſtrumento, uſque hæc verba; viz.*

Faiſons a ſaver a touz, que nous avoms acorde, en noun de noz devandiz Seignurs, & pur eux, par le poair a nous donez de eux, que la Patience, laquele le dit Roi d'Engleterre doit doner au dit Roi de France, pur cauſe de la Terre, que le Roi d'Engleterre devandit tient a preſent, en Duche de Guyene, solonc l'acord, en teſmoignance de la quele choſe nous avoms mys noz Seaux en ces Lettres.

Don. a Paris le primer jour de Juyng, l'An de Grace Mill, Trois Centz, Vint & Cynk.

Confirmatio Concluſionum, inter Oratores Regis, & Regis Franciæ, mediante Iſabella Regina Angliæ, tranſactarum.

Ann. D. 1325. An. 18. E. 2. Aleman. 18. E. 2. m. 3.

EDward, &c. a touz ceux, qi ces Preſentes Lettres verront ou orront, Salutz.

Sacherz que nous avoms veu & regarde les Lettres Overtes de noz Meſſages & Procurours, & des Conſeillers & Procurours du Roy de France ſouzeſcritz, en la forme que s'enſuyte;

A touz ceux qi ces preſentes Lettres verront *&c. prout ſupra de dat. 31 Maii, uſque hæc berba; viz.*

Nous totes les choſes deſouſeſcrites, & cheſcune de celes, Agreeoms, Ratifioms & Approvoms.

En Teſmoignance des queuz choſes nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Overtes.

Don. a Weſtmoſter, le treſizme jour de Juyn, l'An de Grace, Mill, Trois Centz, Vint & Cynk; & de noſtre Regne dis oytiſme.

De Prorogatione Sufferentiæ inter prædictos Reges proclamanda & obſervanda.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 18. E. 2. m. 2. d.

REX Vicecomiti Cornubiæ, Salutem.

Quia Sufferentia, inter nos, & Regem Franciæ, nuper inita, uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futurum, &, ab eodem Feſto, per unum Menſem, proximò ſequentem, plenariè completum (ultimo die ejuſdem Menſis infra Sufferentiam incluſo) eſt prorogata;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd Prorogationem illam, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, in locis, ubi melius expedire videris, puplicè proclamari, & ex parte noſtra firmiter obſervari facias; & hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Kenington, decimo tertio die Junii.

Ad Regem Portugalliæ, de non tractando ſuper Contractu Conjugali abſque Nunciis ſolemnioribus.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 32. dorſ.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ Portugaliæ & Algarbæ Regi Illuſtri, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & felices.

Accedens ad nos Petrus de Larc, Lator præſentium, cum Literis veſtris de Credentiâ, nobis expoſuit, veſtram Magnificentiam affectare, inter veſtram & noſtram Soboles, aliquos iniri Contractus conjugales.

Verùm, quia, de tantis Alligantiis, tractare non decet abſque majori præſentiâ Nunciorum, ipſum ad vos duximus remittendum,

Serenitati veſtræ ſignificantes quòd, cùm ad nos, ob cauſam præmiſſam, inſtructos & ſolempnes Nuncios, prout decet, volueritis deſtinare, ipſos benignè audire, & cum eis ſuper præmiſſis tractare proponimus, & facere, cum benivolentiâ, quæ, utriuſque partis honore penſato, nobis & noſtris Conſiliariis fore videbitur faciendum; quia in votis ſemper gerimus, ob Connexitatem Attinentiæ, quæ inter veſtram & noſtram Domus Regias, totis tem-

po-

Digitized by Google

ctum eſt, juxta formam Treugarum prædictarum, penes eoſdem, Rogerum, Rogerum, Willielmum, & Gilbertum, reſidentem.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, viceſimo die Julii.

Per ipſum Regem.

De Portubus, & Littoribus, ac Terra Maritima, in Comitatu Northumbriæ, cuſtodiendis, Rege ad partes Franciæ profecturo.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Pat. 19. E. 2. p. 1. m. 29.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Henrico de Percy, Johanni de Claveryng, & Radulpho de Nevil, Salutem.

Quia pro magnis & arduis Negotiis, Nos & Statum Ducatûs noſtri Aquitaniæ tangentibus, necnon pro reformatione Pacis & Concordiæ, inter nos & Dominum Regem Franciæ, ordinavimus, de Conſilio & aſſenſu Magnatum & Procerum Regni noſtri, ad eaſdem partes Franciæ, annuente Domino, in proximo perſonaliter proficiſci:

Nos,

Deſiderantes Quieti & Tranquilitati Populi & Regni noſtri, maximè dùm extra idem Regnum contigerit nos morari, provideri, & præſumptiones temerarias Malefactorum, qui Pacem noſtram perturbare nituntur, modis, quibus convenit, refrænari, ac de veſtra circumſpectionis & induſtriæ probitate confidentes,

Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad cuſtodiendum omnes Portus, & Littora, & omnem Terram Maritimam, in Comitatu Northumbriæ, ac totum Comitatum illum, tàm infra Libertates, quàm extra:

Et ad reſiſtendum omnibus, qui contra nos, per Terram, vel per Mare, Armatâ Potentiâ venerint, vel Regnum noſtrum invadere voluerint, in locis ſupradictis:

Et ad eos, cujuſcumque Status ſeu Conditionis fuerint, capiendum & areſtandum, unâ cum Navibus, Bonis, & Rebus ſuis quibuſcumque, ipſoſque, * cum Bonis & Rebus prædictis, ſalvò & ſecurè cuſtodiri faciendum, abſque Diſtractione bonorum & rerum eorumdem, donec aliud inde duxerimus ordinandum: * IV. 159.

Et ad omnia alia & ſingula faciendum & ordinandum, quæ ad ſalvam & ſecuram Cuſtodiam partium illarum, tàm per Terram, quàm per Mare, contra hujuſmodi pericula, poterunt pertinere;

Nec non ad deputandum, ſub vobis, Alios, ſeu Alium, quos, vel quem, ad hoc ſufficientes, vel ſufficientem videritis, ad præmiſſa omnia & ſingula, in ſingulis locis prædictis, ubi opus fuerit, faciendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd, circa præmiſſa, omnia & ſingula facienda & explenda, omnibus aliis prætermiſſis, cum omni diligentiâ & ſolicitudine, quibus poteritis, intendatis: Mandavimus enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Ballivis, Miniſtris, & aliis fidelibus noſtris, de Comitatu prædicto, tàm infra Libertates, quàm extra, quod vobis Omnibus, Duobus, & uni veſtrûm, & Deputandis, ſeu Deputando, à vobis Omnibus, Duobus, & uno veſtrûm, in hiis, quæ ad ſalvam & ſecuram Cuſtodiam partium prædictarum pertinent, ſint intendentes, conſulentes, & auxiliantes;

Necnon Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti quòd, ad cer-

T Regis de Protectione, &c. ut ſupra.
Teſte ut ſupra.

Thomas Botiller,
Johannes de Balesby, qui cum prædicto Thoma Ughtred, &c. ut ſupra.

STephanus de Abyndon, Pincerna Regis, qui cum Rege profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, &c. ut ſupra.
Idem Stephanus habet literas Regis de Attornatu, ſub nominibus Johannis de Bedeford & Roberti Fiz Willam, uſque ad Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas.
Præſentibus, &c.
Teſte ut ſupra.

ALanus de Charleton habet conſimiles Literas de Attornatu, ſub nominibus Willielmi de Brummeſgrave, & Rogeri Pride de Salop.

JOhannes de Bello Campo de Ryme, qui cum Johanne de Bello Campo de Somerſete profecturus eſt &c. habet * Literas Regis de Attornatu, ſub nomine de Brugewater Clerici. * IV. 160.
Præſentibus, &c.
Teſte ut ſupra.

EDmundus de Kendale, qui cum Thoma le Blount Seneſcallo Hoſpitii Regis profecturus eſt, &c. habet Literas Regis de Protectione, uſque ad Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas.
Teſte ut ſupra.
Adam de Stokk, qui cum eodem Edmundo profecturus eſt, habet conſimiles Literas Regis de Protectione.
Teſte ut ſupra.

RObertus de Inſulâ, qui cum Rege, &c.
Teſte Rege apud Langedon, triceſimo die Auguſti.
Conſimiles Literas habent ſubſcripti, qui cum præfato Roberto profecturi ſunt, &c.

David de Waleys,
Baldewynus de Inſula,
Johannes Pelerym,
Edwardus Peverel,
Thomas de Sancto Mauro,
Johannes de Inſula,
Willielmus de Ryſhton.

HEnricus de Lancaſtriâ, Comes Leyceſtriæ, habet Literas Regis de Protectione, &c. ut ſupra.
Teſte Rege apud Wengham, viceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literas de Protectione habent ſubſcript, qui cum præfato Henrico profecturi ſunt, &c.

Edmundus de Boo un,
Willielmus le Blound,
Johannes de Sancto Mauro,
Ricardus le Ryvers,
Baldewynus de Frevill,
Adam de Skelton,
Magiſter Robertus de Walkynton Perſona Eccleſiæ de Elmeleye Lovet,
Willielmus Baret.

S 2 Wil-

Digitized by Google

habet Literas Regis de Attornatu, ſub nomine Willielmi de Wyke, uſque ad dictum Feſtum duraturas.
Teſte Rege apud Langedon.

RObertus de Sapy, qui cum Rege ut ſupra profecturus eſt, habet Literas Regis de Attornatu, ſub nominibus Roberti de Bulleye & Johannis le Clerk, ſub alternatione, duraturas ut ſupra.
Teſte ut ſupra.

RObertus de Monte alto, qui cum Rege, &c. habet conſimiles Literas de Protectione, duraturas ut ſupra.
Teſte ut ſupra.
Conſimiles Literas habent ſubſcripti, qui cum præfato Roberto profecturi ſunt, &c. ut ſupra.

Ricardus de Mundevill,
* IV. 161. ** Cambinus Fulbert,*
Hugo le Barber,
Dukerus de Alemann,
Nicholaus de Gunevill,
Galfridus Foun,
Johannes Walewarn,
Simon de la Garderobe,
Rogerus de Wattevill.

HUgo de Courteney, qui cum Rege, &c. habet Literas de Protectione, duraturas ut ſupra.
Teſte ut ſupra.
Conſimiles Literas habent ſubſcripti, qui cum præfato Hugone, &c.

Stephanus de Hakcombe,
Hugo de Courteneye junior,
Willielmus de Cheverſton,
Johannes de Cheverſton,
Willielmus le Harewell,
Johannes de Wetherhale,
Ferandus Manioun de Iſpann.
Johannes Deverrous,
Richardus de Cheysbeth.

THomas Weſt habet Literas Regis de Protectione, qui cum Rege ut ſupra.

WAlterus Bever Perſona Eccleſiæ de Hambury juxta Wychiam, qui cum Henrico de Lancaſtriâ, Comite Leyceſtriæ, in obſequium Regis, profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, ut ſupra.

RObertus de Monte alto habet Literas Regis de Attornatu, ſub nominibus Radulphi de Bokkyng, & Willielmi Goſſelyn, duraturas, &c.
Teſte ut ſupra.

WAlterus Exoniæ Epiſcopus, qui cum Edwardo Filio Regis Comite Ceſtriæ, in obſequium Regis, profecturus eſt ad partes tranſmarinas, habet Literas Regis de Protectione, duraturas ut ſupra.
Idem Epiſcopus habet Literas Regis de Attornatu ſub nominibus Radulphi Speke, & Johannis de Padyngton, duraturas ut ſupra.
Teſte ut ſupra.
Conſimiles Literas de Protectione habent ſubſcripti, qui cum eodem Epiſcopo profecturi ſunt, &c.

Rogerus de Bryton Perſona Eccleſiæ de Aka.
Gilbertus de Keleſhull Perſona Eccleſiæ de Alba Rothyng.

COnſimiles Literas habent ſubſcripti, qui cum Rege, &c.

Thomas de Ufflet Perſona Eccleſiæ de Muneſtok,
Willielmus de Longeleye,
Magiſter Johannes de Hildeſleye Perſona Eccleſiæ de Thynden;
Magiſter Adam Mirimouth,
Johannes de Houton Perſona Eccleſiæ de Poſſewyk,
Thomas de Clare Perſona Eccleſiæ de Alyngton,
Johannes de Weſtmancote Perſona Eccleſiæ de Hanyton;
Magiſter Henricus de Cantuaria, Clericus,
* *Edmundus le Spicer*, qui cum eodem Magiſtro Henrico, &c. * IV. 162.
Willielmus de Ufflet Perſona Eccleſiæ de Newenton.
Magiſter Ricardus de Glouceſtriâ, Clericus,
Johannes de Glouceſtriâ, qui cum præfato Ricardo, &c.
Robertus de Echyngham,
Petrus de Eketon,
Anſelmus le Mareſchall,
Johannes Curzon,
Robertus de Sapy,
Robertus de Ferrariis,
Johannes de Grey de Rotherfeld,
Johannes de Scures,
Thomas Coudray,
Willielmus de Bradeſhele,
Magiſter Johannes de Shoredych,
Johannes de Felſtede Taverner, qui cum eodem Magiſtro Johanne profecturus, &c.
Magiſter Johannes de Mildenhale,
Willielmus de Bello Campo.
Nicholaus de Oxon, qui cum præfato Johanne de Shordich, &c.

WIllielmus de Monte acuto habet conſimiles Literas Regis de Protectione.
Teſte Rege, &c.

Thomas de Langeford, } qui cum præfato Willielmo, &c.
Robertus de Dumbleton, }

THomas le Blunt, Seneſcallus Hoſpitii Regis, habet conſimiles Litteras de Protectione.
Teſte ut ſupra.

Jacobus le Botiller,
Oliverus de Plokenet,
Ricardus de Kenebrok Perſona Eccleſiæ de Ocham.
Johannes de Chetewynde,
Johannes de Multon,
Johannes de Thynden Perſona Eccleſiæ de Clenefeld.
Walterus de Wynkefeld,
Johannes Scot Trumpour,
Petrus de Poleford Perſona Eccleſiæ de Bradenache,
Thomas de Lyneden,
Adam de Cokerham,
Willielmus Bacoun,
Willielmus de Kyngeſton Perſona Eccleſiæ de Abboteſlegh,
Robertus de Tong,
Egidius de Bello Campo,
Walterus de Botheby,
Magiſter Johannes de Blebury, qui cum Rege ut ſupra profecturus eſt.
Idem Magiſter Johannes habet Literas Regis de Attornatu, ſub nominibus Thomæ de Eveſham, & Johannis Martel, ſub alternatione uſque ad dictum Feſtum duraturas.
Teſte ut ſupra.

Wil-

Digitized by Google

ras, &c.

Teſte ut ſupra.

• IV. 163. JOhannes de Amwell, Perſona Eccleſiæ de Weſtraſen, qui cum Rege, &c. habet Literas Regis de Attornatu, * ſub nominibus Roberti de Barton, & Hamonis Raven, duraturas, &c.

Teſte ut ſupra.

MAgiſter Pontius de Coutrone, Clericus, qui cum Rege, &c. habet Literas Regis de Attornatu, ſub nomine Peregrini de Coutrone, duraturas ut ſupra.

Teſte ut ſupra.

OLiverus de Burdeus, qui cum Rege, &c. habet Literas Regis de Protectione duraturas, &c.

Teſte ut ſupra.

HEnricus de Bello Monte, qui cum Rege, in obſequium Regis, &c. habet Literas Regis de Protectione, duraturas, &c.

Teſte ut ſupra.

RIcardus de Hakenthorp Capell. qui in Comitivâ præfati Henrici profecturus eſt, habet Literas de Protectione, duraturas ut ſupra.

Teſte ut ſupra.

Henricus de Ferrers,
Willielmus Marmyon.

Ad Regem Franciæ, de Rege ſubita invaletudine, in itinerando, impedito, & de Procuratoribus ad id probandum & jurandum.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Aleman. 19. E. 2. m. 1. EXcellentiſſimo Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi Illuſtri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. Salutem.

Ad proponendum, allegandum, & probandum, ſi neceſſe fuerit, coram vobis, ſeu quibuſcumque Deputandis a vobis, impedimentum adverſæ valetudinis, ſeu infirmitatis, in perſonam noſtram, dum eramus in itinerando verſus vos, noviter & ſubito contingentis: Nec non alias Cauſas juſtas, veras, & rationabiles, quo minus (juxta Tractatum, inter Conſiliarios & Procuratores veſtros, & quoſdam noſtros Nuncios & Procuratores, nuper habitum & firmatum) certo die, ad hoc concordato, apud Beauves perſonaliter intereſſe poſſimus: & ad conveniendum & conſentiendum in alios diem & locum, in hac parte concordandos, juxta vim, formam, & effectum Conſenſûs, in hac parte habiti; & ad omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, ſeu etiam opportuna, faciendum;

Venerabilem Patrem, J. Wyntonienſem Epiſcopum, &, diſcretum Virum, Magiſtrum Johannem de Bruton, Canonicum in Eccleſia beati Petri Exonienſis, conjunctim, & diviſim, & quemlibet eorum in ſolidum (ita quòd non ſit melior conditio Occupantis, ſet quod unus eorum inceperit, alius poſſit continuare & finire) noſtros veros Procuratores, & Nuncios ſpeciales facimus, ordinamus, & conſtituimus per Præſentes; eiſdemque, Epiſcopo & Johanni, & eorum alteri, ſpecialem Poteſtatem ad jurandum, ſuper præmiſſis excuſationibus, in Animam noſtram, ſi opus fuerit, concedentes; ratum & gratum habituri quicquid per dictos Procu-

noſter dicti Comitatûs, Libertatum, Juriſdictionum, Jurium, & cæterorum omnium & ſingulorum prædictorum, Poſſeſſionem, vel quaſi, per ſe, vel alium apprehendere & nanciſci valeat, nullâ aliâ a nobis Licentiâ ſuper hoc, ſeu auctoritate expectatâ, petitâ aliqualiter, vel optentâ,

Dantes inſuper firmiter in mandatis, tenore noſtrarum præſentium Literarum, omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Communitatibus, Majoribus, Collegiis, Corporibus, Militibus, Vaſſallis, Feudatariis, & aliis quibuſcumque ſingularibus perſonis, occaſione dicti Comitatûs, necnon ratione præmiſſorum, vel alicujus eorum, nobis ſubjectis, vel aſtrictis, ſubici, vel obedire debentibus quoquomodo; quòd, de cætero, dicto Filio noſtro, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, Regibus Angliæ, in omnibus ſupradictis, & ea qualitercumque tangentibus, pareant, obediant, & intendant: præſtent, faciant, & perſolvant, ſolita Juramenta, Homagia, Fidelitates, Obedientias, Cenſus, Redditus, & omnia ac ſingula alia Servitia, tàm in Muramento Dominii, quàm aliàs, debita vel conſueta, & cætera omnia, quocumque nomine cenſeantur; ſicut nobis, & Anteceſſoribus noſtris, parere, obedire, intendere, præſtare, facere & ſolvere conſueverant, vel aliqualiter debuerunt.

Ita tamen quòd, ſi prædictus Filius noſter, nobis viventibus, moriatur, prædictus Comitatus, & cætera omnia & ſingula ſupradicta, cum omnibus ſuis Juribus & Pertinentiis, ad Nos, & Hæredes noſtros, Reges Angliæ, ſine aliquâ contradictione, liberè revertantur; antiquâ naturâ, qualitate, & Conditione Feudali, occaſione prædictorum, vel alicujus eorum, ſeu aliquâ aliâ ratione, vel causâ, in nullo mutatâ.

In quorum omnium Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Dat. apud Abbatiam de Langedon, juxta Dovorriam, ſecundo die Septembris.

Litera Regis Franciæ, ſuper receptione Homagii a Regis Primogenito.

CHarles, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre, a touz ceaux, qui ces lettres verront, Salutz. Ann. D. 1325. An. 19. E. 2.

Nous faiſſoms aſſavoir a tourz, que come,

Solonc l'Acort, fait entre noz gentz, pur nous, d'une partie, & les Meſſages & Procureurs de, noſtre Chere Frere, le Roy d'Engleterre d'autre partie, conferme par nous & par le dit noſtre Frere,

Il duſt venir a nous, faire homage, ſolonc la fourme & la maniere du dit accort:

Et, de nouel, nous, a la requeſte de, noſtre Treſchere Soer, la Roigne d'Engleterre aiens voulu qe, en cas que le dit Roi d'Engleterre tranſportera en, noſtre chere neveu, Edward, ſon aiſne fuiz, tout le droit, q'il a es Terres, pur les queles il nous doit faire le dit homage (exceptees, & par eſpecial reſervees les terres, que nous tenoms & devoms tenir) & lui en faire droit, ſolonc la forme du dit accort, nous receuroms le dit noſtre Neveu au dit homage, ſouz les fourmes, manieres, & condiciouns, ſouz les queles nous devioms receure ſon Pere, contenues ou dit acort,

Et, en outre, parmi ſexante Mille libr. Pariſ. par cauſe de la dite receptioun, ſavoir faiſoms qe,

• IV. 165. * En cas ou le dit Tranſport ſerra fait, & nous auroms receu le dit noſtre Neveu en noſtre homage, ſouz les manieres, fourmes, & condiciouns deſſuſdits,

Des quelles nous ne nous entendoms, en riens, a departir, ne dero-

Digitized by Google

cumque, ad dictos Ducatum & Terras pertinentia, & pertinere debentia, quocumque locis conſiſtant, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis,

Habenda & Tenenda omnia & ſingula ſupradicta ſibi, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, Regibus Angliæ, Jure Hæreditario, Imperpetuum ita liberè & quietè, ſicut Nos, & Anteceſſores noſtri, ea tenuimus & habuimus, tenere & habere debuimus, ſeu debemus, ſecundum formam Pacum, inter illuſtres Reges Franciæ & Anteceſſores noſtros factarum :

Cedentes & Concedentes eidem Filio noſtro, ac Transferentes in eundem, Jure & modo, quibus poſſumus, meliori, omnia Jura, Deveria, aut aliquarum earundem.

Volumus inſuper, & Concedimus, quòd idem Filius noſter dictorum Ducatûs, Terrarum, Libertatum, Juriſdictionum, Jurium, & cæterorum omnium & ſingulorum prædictorum, Poſſeſſionem, vel quaſi, per ſe, vel alium apprehendere & nanciſci valeat, nullâ aliâ a nobis Licentiâ ſuper hoc, ſeu auctoritate, expectatâ, petitâ aliqualiter, vel optentâ.

Dantes inſuper firmiter in mandatis, tenore noſtrorum præſentium Literarum, omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Communitatibus, Majoribus, Collegiis, Corporibus, Militibus, Vaſſallis, Feodatariis, & aliis quibuſcumque ſingularibus perſonis, occaſione dicti Ducatûs, & Terrarum prædictarum, necnon ratione præmiſſorum, vel alicujus eorum, nobis ſubjectis, vel aſtrictis, aſtringi, ſubici, vel obedire debentibus quoquomodo; quòd, de cætero, dicto Filio noſtro, Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, Regibus Angliæ, in omnibus ſupradictis, & ea qualitercumque tangentibus, pareant, & obediant, & intendant : præſtent, faciant, & perſolvant, ſolita Juramenta, Homagia, Fidelitates, Obedientias, Cenſus, Redditus, & omnia ac ſingula alia Servitia, tàm in Mutamento Dominii, quàm aliàs, debita vel conſueta, & cætera omnia, quocumque nomine cenſeantur; ſicut nobis, & Anteceſſoribus noſtris, parere, obedire, intendere, præſtare, facere & ſolvere conſueverunt, vel aliqualiter debuerunt :

Ita tamen quòd, ſi prædictus Filius noſter, nobis viventibus,
moriatur, prædicti, Ducatus, Terræ, & cætera omnia & ſingula
* IV. ſupradicta, cum omnibus ſuis * Juribus & Pertinentiis, ad Nos,
166. & Hæredes noſtros, Reges Angliæ, ſine aliquâ contradictione,
liberè revertantur; antiquâ naturâ, qualitate, & Conditione Feudali, occaſione prædictorum, vel alicujus eorum, ſeu aliquâ aliâ ratione, vel cauſâ, in nullo mutatâ.

In quorum omnium Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Dat. apud Dovorriam, decimo die Septembris.

Iſta Carta facta fuit ſecundum Notam miſſam per Epiſcopum Wyntonienſem.

De intendendo Regis Primogenito ſuper Donationibus antedictis.

Ann. REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus,
1325. Vicecomitibus, Baronibus, Communitatibus, Majoribus, Col-
An. 19. legiis, Corporibus, Militibus, Vaſſallis, Feodatariis, & aliis qui-
E. 2. buſcumque ſingularibus Perſonis, in Ducatu Aquitaniæ, & omni-
Pat. 19. bus & ſingulis Terris noſtris, in Regno Franciæ conſtitutis, ad
E. 2. quos, &c. Salutem.
p. 1. Cùm, per Literas noſtras Patentes, donaverimus & conceſſeri-
m. 25. mus Edwardo, Primogenito Filio noſtro cariſſimo, Comiti Ceſtriæ, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, Regibus Angliæ, totum

pareant, obediant, &c. [illegible] ad verbum, *ſub Datâ 2 Sept.*

Ad Regem Aragoniæ ſuper Mercatoribus ſpoliatis.

MAgnifico Principi, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Aragoniæ, Ann. D.
Valentiæ, Sardiniæ, & Corſicæ Regi illuſtri, Comitique 1325.
Barchinoniæ, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vexillario, Amirato, & *An.* 19.
Capitaneo Generali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salu- *E.* 2.
tem, &, ad vota ſemper, ſucceſſus proſperos & felices. *Clauſ.* 19.
Serenitatis veſtræ Litteris, dudum nobis tranſmiſſis, pro Bernar- *E.* 2.
do Serra, Petro Ruby, Guillielmo Paſtoris, & * Petro de Pala- *m.* 28. *d.*
tio, Civibus & Mercatoribus Barchinoniæ, fidelibus veſtris, nobis * IV.
ſuggerentibus, ſe, in redeundo de partibus Flandriæ, in quibuſ- 167.
dam Galeis ſuis, diverſis rebus & mercibus oneratis, per quoſdam malefactores, de Regno noſtro, ſupra Mare fuiſſe deprædatos: eaſdemque Galeas per ipſos Malefactores ad Portum noſtrum de Sandwyco ductas fuiſſe, cum rebus & mercibus ſupradictis; ut dictis Mercatoribus veſtris Reſtitutionem, de rebus & mercibus ſuis prædictis, ac de Dampnis, quæ ea occaſione ſuſtinuerunt, fieri faceremus.

Serenitati veſtræ intimavimus quòd, ad ſignificationem veſtram aliàs, aſſignavimus quoſdam fideles noſtros ad inquirendum de nominibus Malefactorum prædictorum, ſi qui infra Regnum noſtrum inveniri potuiſſent, ac de rebus & mercibus ſuis ſupradictis, ad quorum manus deveniſſent, cum diligentiâ veritatem, ut indempnitati dictorum Mercatorum veſtrorum, veritate cognitâ, potuiſſemus, mediante juſtitiâ, proſpexiſſe.

Et, licet quamplures inquiſitiones, ſuper facto prædicto, captæ fuerint, pro eo tamen, quòd præfati Mercatores per ſe, ſeu alios, in forma juris, hactenus proſequi non curârunt, nondùm potuit, ſuper deprædatione prædictâ, veritas denudari.

Verumptamen dicto negotio, per negligentiam dictorum Mercatorum, qui dictos Juſticiarios noſtros informare debuerant, indiſcuſſo pendente (ut Magnificentiæ veſtræ, cum omni diligentiâ, pareremus) ex mero officio, pluries inquiri fecimus de nominibus Malefactorum prædictorum; nec invenire potuimus de facto prædicto certitudinem aliqualem.

De eo autem quod jam, pro parte Franciſci Mercadis, Civis & Mercatoris Valentiæ, fidelis veſtri, vobis ſuggeſtum extitit, de Bonis & Mercibus ſuis, in alterâ Galearum prædictarum exiſtentibus, & per Malefactores prædictos deprædatis, ad valentiam quatuor Millium, Ducentarum, & Octo librarum, & treſdecim ſolidorum Regalium, una cum dampnis, quæ occaſione proſecutionis ſuæ in eâ parte ſuſtinuit, reſtituendis, ſuper quo literas veſtras nobis direxiſtis;

Celſitudini veſtræ ſcire placeat quòd, ſi præfati Mercatores per ſe, ſeu Procuratores ſuos, in dicto negotio, prout juſtitia exigit, proſequi voluerint, & ſe partem facere, vel officium noſtrum promovere, ei plenam & celerem juſtitiam, cum omni favoris gratiâ, fieri faciemus, & ad hoc ſemper optulimus, & adhuc offerimus nos paratos.

Nobiſque ſic paratis ad juſtitiam omnimodam, quantum in nobis eſt faciendum exiſtentibus, non eſt, nec eſſe debet locus Pignorationi in hac parte, ex qua dampna plurima & ineſtimabilia veriſimiliter evenire poſſent : quod nollemus; quin potius nos, & noſtros, in his, quæ vobis grata fuerint & accepta, cupimus adaptari.

Dat. apud Dovorriam, decimo die Septembris.

Ad

An. 19. E. 2. Vaſc. 19. E. 2. m. 8.

A nonnullis nobis eſt intimatum qualiter Regina, nuper Comitiſſa Armaniaci, Filia & Hæres Bertrandi del Gout, nuper Vicecomitis Leomanniæ & Altivillaris defuncti, ſine Liberis, jam diem ſuum clauſit extremum:

Quódque Caſtra de Blankford, de Monte ſecuro, de Sancto Claro, Civitas Lectorenſis, Loca de Dunys & de Dunſaco, ac aliæ Terræ, cum pertinentiis (quæ olim præfato Vicecomiti conceſſimus in Feodum) ad Nos diverſis rationibus reverti debent, &, poſt mortem præfati Vicecomitis (eò quòd Mulier in Feodo non ſuccedit) ad manum noſtram poni debuiſſent;

Verùm, quia, de Juribus & Conſuetudinibus partium illarum, nos, & noſtri Conſiliarii, nobis ad præſens aſſiſtentes, plenam notitiam non habemus, vobis committimus & mandamus quatinùs,

Vocatis ad vos illis, de Concilio noſtro, quos ad hoc, per aviſamentum veſtrorum Conſiliariorum, fore videritis convocandos: viſiſque Cartis & Literis, quas idem Vicecomes à nobis habuit, ut dicitur, de Caſtris & Terris prædictis, ſeu earum tenoribus,

Deliberationem & conſilium ſuper eo, quod pro nobis in hac parte faciendum fuerit, habeatis cum eiſdem, & ea, quæ inter vos & ipſos inde contigerit concordari, pro conſervatione Juris noſtri, faciatis cum celeritate executioni demandari;

Talem & tantam circa hoc diligentiam apponentes, quòd veſtram exindè induſtriam poſſimus meritò commendare, & nos de eo, quod indè feceritis, reddatis per veſtras Literas, cum celeritate, quâ poteritis, certiores.

Teſte Rege apud Mafeld, viceſimo tertio die Septembris.

Ad Papam, de non revocando Cenſuras, contra Scotos prolatas, abſque Satisfactione Injuriæ.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Rom. 19. E. 2. m. 6.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

A veſtrâ, Pater ſancte, non excidit memoriâ, ut ſperamus, nec abduxit oblivio à conſideratione mentis veſtræ, qualiter, Indictis olim à *veſtrâ* Sanctitate, quibuſdam Treugis, inter Nos & Scotos, uſque ad certum tempus duraturis, ſub ſpe Pacis hinc indè interim reformandæ, idem Scoti obtemperare pertinaciter renuerunt:

Quinimo, dùm nos veſtris exhortationibus in hoc ſtuduimus filiali ſubjectione humiliter obedire, ipſi Villam noſtram Berewyci ſuper Twedam, & alias diverſas Terras noſtras occupare proditionaliter præſumpſerunt, & eas adhuc taliter occupatas detinent in præſenti.

Et quia iidem Scoti, per Procuratores ſuos, ut refertur, pro revocatione & adnullatione ſententiarum,

Contra ipſos, & in ipſos, per, venerabiles Patres, Dominos, G. tituli ſanctorum Marcellini & Petri Preſbiterum, & L. ſanctæ Mariæ in Via lata Diaconum, Cardinales, præmiſſâ oc[illegible]ione, ritè & canonicè promulgatarum,

Penes veſtram Clementiam pro viribus elaborant;

• IV. 169. * Nos, licet inter Nos & ipſos Scotos jam quædam ſit Treuga, ſub certis modis & conditionibus, inita & firmata (cujus tenorem aliàs veſtræ tranſmiſimus Beatitudini) quam non intendimus, quantum ad nos attinet, in aliquo violare, ipſorum tamen obſtinatam Malitiam (urgente Conſcientiâ) veſtræ Benignitati cogimur me[morare ...]

vos, &, venerabilem patrem, Dominum G. tituli ſanctorum Marcellini & Petri Preſbiterum Cardinalem, tunc Apoſtolicæ Sedis Nuncios in Angliâ, præmiſſâ occaſione, per Proceſſus legitimos fuerunt prolatæ, & per ipſum Dominum Summum Pontificem poſtmodùm approbatæ, vobis non poteſt, ut credimus, in memoriam non revenire.

Verùm quia iidem Scoti, per Procuratores & Nuncios ſuos, penes præfatum Dominum Summum Pontificem, pro revocatione ſeu adnullatione Cenſurarum prædictarum, ut nobis relatum eſt, jam pro viribus elaborant,

Nos, licet inter nos & ipſos quædam Treuga, ſub certis modis & conditionibus, per certum tempus duratura, inita ſit & firmata (quam non intendimus in hiis, quæ ad nos attinent, violare) Conſiderantes tamen nobis & Regno noſtro, ſi annueretur Petitioni ſuæ in præmiſſis, irreparabile præjudicium, ac etiam vobis dedecus præparari, cogimur, urgente Conſcientiâ, tàm præfato Domino Summo Pontifici, quàm vobis, & cæteris Amicis noſtris, ipſorum obſtinatam Malitiam memorare; ne eis, nondum correctis, ſet adhuc detinentibus quæ ſic proditionaliter & ſubdolè occupârunt, Sinus pandatur Eccleſiæ, & ejus exindè auctoritas contemptibiliter habeatur.

Veſtræ igitur Sinceritati (de quâ fiduciam gerimus pleniorem) votivo ſupplicamus affectu quatinùs,

Inſpecto tenore dictæ Treugæ (per, dilectos Clericos noſtros, Magiſtros, Andream Sapiti, & Ricardum de Solbury, ſeu eorum alterum, vobis oſtendendo) auditiſque & prudenter attentis quæ ipſi, vel alter eorum, veſtræ Dilectioni, ſuper præmiſſis, pro pleniori informatione, duxerint exponenda,

Ad repellendam ipſorum Scotorum inhiationem in hac parte, pro honore univerſalis Eccleſiæ (quæ non conſuevit Rebellantibus, abſque emendatione * Injuriæ, Gremium aperire) velitis penes dictum Summum Pontificem eò teneriùs, cum efficaciâ, interponere partes veſtras, quòd in Miniſterii veſtri vituperium cederet ipſarum, abſque Satisfactione, relaxatio Cenſurarum, aliáſque dictum vos contingit negotium, qui cum ipſius Regni Incolis participes fore noſcimini in Proſperis & Adverſis. • IV. 170.

Dat. apud Marſfeld, viceſimo quarto die Septembris.

Conſimiles litteræ diriguntur Domino G. tituli ſanctorum Marcellini & Petri Preſbitero Cardinali.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino G. Dei gratiâ, tituli ſancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ibid.

Qualiter Sanctiſſimus Pater, *&c. ut ſupra uſque ibi*, cum pœnarum multiplicium adjectione, per venerabiles Patres, Dominos, G. tituli ſanctorum Marcellini & Petri, Preſbiterum, & L. ſanctæ Mariæ in Viâ latâ, Diaconum, Cardinales, tunc Apoſtolicæ Sedis Nuncios in Angliâ) præmiſſâ occaſione, per Proceſſus legitimos, fuerunt prolatæ, & per ipſum Dominum Summum Pontificem poſtmodùm approbatæ, ſatis credimus veſtræ Paternitati notum eſſe.

Verùm quia iidem Scoti, per Procuratores, *&c. ut ſupra uſque*, in præmiſſis irreparabile præjudicium præparari, cogimur (urgente Conſcientiâ) tàm præfato Domino Summo Pontifici, *&c. ut ſupra uſque ibi*, interponere partes veſtras, quòd dictum vos contingit

Digitized by Google

verum,

Quia Ducatum prædictum, cum pertinentiis, jam Edwardo, Comiti Ceſtriæ, Filio noſtro Primogenito, per Literas noſtras donavimus: & præfatus Rex Franciæ Homagium ſuum, pro eodem Ducatu, receperit, & eidem Filio noſtro Ducatum illum mandaverit liberari;

Nos,

Jus noſtrum deſiderantes, in perſonâ ipſius Filii noſtri, in omnibus conſervari,

Vobis committimus & mandamus, quòd,

Ad optinendum dictorum Caſtrorum, Locorum, Terrarum,
• IV. 171. & Tenementorum, • Redditionem, ſimul cum Terris, dicto Filio noſtro reſtituendis, habitâ cum illis, de Concilio noſtro, in eodem Ducatu, ſuper præmiſſis Deliberatione pleniori,

Penes eundem Dominum de Sulliaco, viis & modis, quibus poteritis, inſtetis, & ulteriùs, cum congruâ deliberatione & aviſamento, ſuper Jure partis adverſæ, ſi quod ſit, taliter vos habeatis, quòd Jus noſtrum, & dicti Filii noſtri, in omnibus conſervetur illæſum.

Aſſerunt quippe Juriſperiti (prout aliàs vobis ſignificavimus) Fœminam in Feodo ſuccedere non debere, niſi hoc expreſſe agatur; de quo, & quid velit Conſuetudo partium illarum, in hac parte, vos magis, cum Concilio noſtro ibidem, ſcire debetis.

Cæterùm, quoad Caſtrum de Genſak, cum pertinentiis, quod (ratione Alienationis, quam Dominus de Briggerak, ſine Licentiâ noſtrâ, inde fecit, ut dicitur) ad Nos & Hæredes noſtros, ſecundum Foros & Conſuetudines partium prædictarum, tanquam forisfactum, debet pertinere; Volumus quòd, de conſilio & aviſamento dictorum Conſiliariorum noſtrorum, faciatis quod pro honore & commodo ipſius Filii noſtri, in hac parte, fore videritis faciendum.

Et ita ſolicitè & providè in præmiſſis vos habeatis, quòd Jus ipſius Filii noſtri non depereat, vel minuatur quoquo modo.

Et nos de eo, quod inde feceritis, reddatis per veſtras literas, cum celeritate, quâ poteritis, certiores.

Teſte Rege apud Marsfeld, ſecundo die Octobris.

Litera miſſa Magnatibus Vaſconiæ, de continuatione boni Geſtus erga Edwardum Regis Primogenitum.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Vaſc. 19. E. 2. m. 6. d.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Conſulibus, & Univerſitati de Podio Mirollio, Salutem.

Sinceræ Affectionis magnitudo (quam ad Domum noſtram regiam, totis temporibus, vos habuiſſe cognovimus) veſtraque laborioſa diligentia, pro defenſione Jurium noſtrorum, & ſtatûs Ducatûs Vaſconiæ, & præcipuè in exortâ nuper Perturbatione, in eodem Ducatu, multipliciter impenſa, nobis non poſſunt in memoriam non venire.

Veſtræ igitur Fidelitatis conſtantiam meritò commendantes, vobis, & veſtrûm cuilibet Grates exindè referimus ſpeciales; Vos rogantes, ex affectu, quatinùs conceptam Benevolentiam, & bonum Geſtum veſtrum, erga Edwardum, Comitem Ceſtriæ, Pontivi, & Montis Strolli, Filium noſtrum Primogenitum (cui Ducatum prædictum, ſub certâ formâ, donavimus) continuare ſtudeatis: Nos enim vos erga ipſum haberi faciemus ſpecialiter recommendatos.

Dat. apud Shene, decimo quinto die Octobris.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Conſulibus & Univerſitati de Penne.

memoriam non venire, qualiter, pro reformatione Pacis, inter Rom. 19.
Dominum Regem Franciæ & Nos, ſuper exortis hinc inde Diſ- E. 2.
cordiis, tàm ad ipſum Regem, quàm ad Nos fuiſtis per, ſanctiſ- m. 5.
ſimum Patrem, Dominum Summum Pontificem deſtinati: & qualiter veſtra ſecuti ſumus Conſilia;

PRIMO, mittendo Conſortem noſtram ad partes Franciæ & eò (quod nobis promiſeratis) quòd ipſis præſentia præfati Regis, Fratris ſui, mitigare deberet Iracundiam, & ejus obtentu, quæ vellemus juſtè petere, conſequi deberemus:

AC DEINDE, præbendo Patientiam, ut idem Rex totum Ducatum prædictum poneret ad Manum ſuam:

Et POSTREMO eundem Ducatum, ac cæteras Terras noſtras, in partibus tranſmarinis, in Edwardum Primogenitum noſtrum transferendo;

Nec remanſit in nobis quin ea omnia faceremus, quæ à nobis fuerant abſque Exhæredatione poſtulata.

Verùm, quia idem Rex, recepto Homagio ab eodem Filio noſtro, de integro Ducatu, Terras Patientiæ ei verbo tenus reſtituit, ſet terram Agenenſem, & nonnullas alias Terras ei reſtituere huc-uſque denegavit;

Et jam, tàm per litteras veſtras, quàm per relationem, venerabilis Patris, Johannis, Wyntonienſis Epiſcopi, didicimus quòd vos pendente adhuc Tractatu ſuper præmiſſis, Pace nondum ad plenum reformatâ, eò quod rei exitus ignoratur, receſſiſtis jam à præſentiâ ipſius Regis, de quo miramur, & tædio afficimur in immenſum.

Vos rogamus & requirimus quatinùs, quæ ſupra præmiſimus ponderantes, apponatis (prout de vobis confidimus) conſilium & auxilium quæ poteſtis, ut plena fiat Reſtitutio dicto Filio noſtro de omnibus Terris ſupradictis; Ita quòd, veſtris mediantibus diligentiâ & labore, inter Nos & præfatum Regem, Pacis & Amicitiæ fœdera remaneant illibata.

Dat. apud Shene, decimo quinto die Octobris.

Conſimilis littera dirigitur, venerabili Patri, Domino G. Vienenſi Archiepiſcopo.

De Matrimoniis in Hiſpania contrahendis.

Ad Alfonſum Regem.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Ann. D.
Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibillæ, Cordubiæ, Murciæ, 1325.
Jahennæ & Algarbæ, Regi Illuſtri, ac Comitatûs Molinæ Domi- An. 19.
no, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex E. 2.
Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem, & ſucceſſus, ad vota, Clauſ. 19.
ſemper proſperos & felices. E. 2.

Quantæ benignitatis affectu noſtros Nuncios (quos, ad tractan- m. 25.
dum de quibuſdam Copulis conjugalibus, ad veſtri Magnitudinis d o rſ.
præſentiam nuper tranſmiſimus) ſuſcepit veſtra Regia Celſitudo, & fecit honorificè pertractari, redeuntes ad Nos iidem Nuncii nobis ſedulò retulerunt; ſuper quo veſtræ Sinceritati gratias referimus ſpeciales.

Et, quia nobis, per eoſdem Nuncios, reſcripſiſtis quòd vobis fuerunt placida Matrimonia prælocuta, ſet, propter Tutorum veſtrorum abſentiam, non poteratis nobis tunc finaliter reſpondere; ſet, circa Feſtum Omnium Sanctorum, proximò tunc venturum, plenam, ſuper præmiſſis, Deliberationem habere volebatis, pro eorum aſſenſu optinendo;

Nos, affectantes quæ ſic tractata ſunt firmari & effectui mancipari, Conſiderantesque Apoſtolicæ Sedis Diſpenſationem neceſſariam

Digitized by Google

ær, quia ipſa negotia deſideramus effectui mancipari, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Petrum Galiciani, Canonicum Rotomagenſem, cum Litteris noſtris, ad præfatum Regem duximus remittendum, Sinceritatem veſtram exhortamur quatinùs eidem Clerico noſtro (cui, ſuper dictis negotiis, noſtram apperuimus voluntatem) fidem velitis credulam adhibere; & ut ea, quæ, vobis mediantibus, ſunt tractata, firmentur, prout decet, & ducantur ad effectum, interponere partes veſtras; Reſcribentes nobis ſuper his, & aliis, quæ vobis placitura fuerint, in omnibus fiducialiter velle veſtrum.

Dat. apud Shene, decimo quinto die Octobris.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Epiſcopo de Avyla.
Venerabili viro & diſcreto, Domino Cancellario dicti Regis.
Domino Johanni de Biſcaye.
Domino Philippo, Avunculo Domini Regis.
Domino Johanni Manuelis.

Ad Complures Hiſpanos ſuper Subſidio oblato, & de Credentia conſimili.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. p. 2. m. 25. d. * IV. 174.

REX, Nobili, viro, Domino Johanni Symeonis de Vreâ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quàm benignè & honorificè noſtros Nuncios (quos nuper ad partes Aragoniæ, pro quibuſdam certis Negotiis, deſtinavimus) pertractâſtis, & apperuiſtis eis ſecreta cordis veſtri, nobiſque, per veſtras Litteras, gratanter obtuliſtis, Subſidium Hominum veſtrorum ad Arma, ſi & quando nobis foret * oportunum, tàm ex ipſorum Nunciorum crebris relatibus, quàm ex ipſarum Litterarum veſtrarum recitatione cognovimus evidenter; ſuper quo Sinceritati veſtræ grates & gratias referimus multiformes.

Et quia, ob aliqua negotia, quæ nobis cordi inſident, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Petrum Galiciani, Canonicum Rotomagenſem, jam ad partes mittimus ſupradictas, Dilectionem veſtram rogamus & requirimus ex affectu, quatinùs eidem Petro (cui ſuper præmiſſis negotiis votum apperuimus cordis noſtri (fidem velitis præbere credulam in dicendis: &, ut optato effectui mancipentur, Opem & Conſilium apponere oportuna; nobiſque, per eundem, in hiis, & aliis, quæ vobis placitura fuerint, ſignificare fiducialiter velle veſtrum.

Dat. apud Shene, decimo quinto die Octobris.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Domino Simoni Cornelli.
Domino Simoni de Foſes.
Domino Reymundo de Petra Alta, Conſanguineo ſuo.
Nobili viro Domino Guillielmo de Anglolâ.
Cariſſimo Conſanguineo ſuo, Domino Berengario de Anglolâ.
Nobili viro Domino Bernardo de Cabraria Vic. de Cabrariâ.
Guillielmo Villaman,
Et Guillielmo Sine Terrâ,
Et Michael Symeonis Sapatori.
Nobili viro Domino Bernardo de Seriano, Admirato illuſtris Regis Arragoniæ.

De Vendis Matæ de Lebreto remittendis.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Vaſc. 19. E. 2. m. 6. * IV. 175.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, & Dominus Hiberniæ, & Comiti Ceſtriæ, Pontivi, & Montis Strolli, Filio ſuo cariſſimo, Salutem.

Supplicavit Nobis, dilectus nobis, Bernardus de Lebreto Domicellus, quòd,

* Cùm Dominus de Brariaco, volens Matæ de Lebreto, Conſortis ſuæ, honori & utilitati providere, Caſtra de Genſaco, Mauronis, & de Montemiro, donâſſet Reinando de Pount, Domino de Rybeyrak, Conſanguineo ſuo:

Et idem Reinandus eadem Caſtra, cum pertinentiis ſuis, Bernardo de Lebreto vendidiſſet:

Idemque Bernardus poſtmodùm eadem Caſtra, cum ſuis pertinentiis, titulo Donationis, in præfatam Matam transtuliſſet, ſecundum Ordinationem Domini de Brariaco ſupradicti;

Velimus dictæ Matæ Vendas, quæ nobis, ſecundum conſuetudinem partium illarum, ratione præmiſſorum, debebantur, videlicet, viceſimam partem pretii Caſtrorum prædictorum, remittere gratiosè.

Nos, ad bonum & laudabile Servitium ipſius Bernardi, nobis multipliciter impenſum, conſiderationem habentes, volentéſque, ipſius contemplatione, cum præfatâ Matâ favorabiliter agere in hac parte, remiſimus eidem Matæ Vendas prædictas; dumtamen certa Pecuniæ ſumma, ſecundum Conſuetudinem partium illarum, pro Vendis illis, nobis tantummodo debeatur; volentes quòd inde penitùs ſit quieta.

Et ideò vobis injungimus & mandamus, quòd Seneſcallo, & aliis Miniſtris veſtris Ducatûs prædicti, detis ulterius in mandatis, quòd præfatam Matam, de Vendis prædictis, videlicet, de viceſimâ parte pretii ipſorum Caſtrorum, quæ nobis, præmiſsâ occaſione, ut prædictum eſt, debebatur, penitùs acquietent ſecundum formam Commiſſionis noſtræ ſupradictæ.

Nolumus tamen quòd, per hoc, quicquam, quod in veſtri præjudicium, ſeu Exhæredationis periculum cedere poterit aliqualiter, attemptetur.

Dat. apud Shene, decimo ſexto die Octobris.

Ad Cardinales, ſuper Diſpenſatione pro Matrimoniis in Hiſpania contrahendis.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Rom. 19. E. 2. m. 5.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Epiſcopo Sabynenſi, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Frequens & aſſidua veſtræ gratitudinis habundantia, in votis noſtris effectualiter expoſita, ad vos fidum nos facit habere regreſſum,

Indè eſt quòd,

Cùm inter, magnificum Principem, Dominum Alfonſum, Regem Iſpaniæ illuſtrem, & Alianoram, Filiam noſtram cariſſimam, ac inter Edwardum Ducem Aquitaniæ, & Comitem Ceſtriæ, Pontivi, & Montis Strolli, Filium noſtrum cariſſimum, & Alianoram, Sororem prædicti Regis, ſuper Matrimoniis contrahendis, Nunciis intervenientibus, ſit tractatum,

Ac ipſarum perſonarum conjunctiones, pro eo quòd eædem perſonæ

Ann. D. REX, Nobili viro, Domino Alfonſo, illuſtris Regis Arago-
1325. niæ Primogenito, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
An. 19. Zelum affectionis puriſſimæ, quam ad Nos & Domum no-
E. 2. ſtram regiam geritis, Nuncii noſtri, quos nuper ad præſentiam
Clauſ. 19. præfati Regis, Patris veſtri, tranſmiſimus, nobis ſerioſiùs retule-
E. 2. runt, & ex hiis, quæ veſter Nuncius, cum veſtris litteris de Cre-
m. 25. d. dentia ad nos nuper veniens, expoſuit ore tenus, cognovimus evidenter.

Et quia eidem Nuncio veſtro ſuper aliquibus, vobis notis, noſtram expoſuimus voluntatem, ut vos indè nobis reſcriberetis velle veſtrum (de quo tamen hucuſque reſponſum non habuimus) dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Petrum Galliani, Canonicum Rotomagenſem (cui in præmiſſis votum apperuimus cordis noſtri) ad vos duximus deſtinandum; cui, ſi placet, in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, fidem velitis credulam adhibere, nobiſque per eundem reſcribere veſtra Beneplacita in præmiſſis.

Dat. apud Shene, decimo octavo die Octobris.

Ad Papam, ſuper Petitione Scotorum ab ipſo rejecta, & ſuper Negotiationibus cum Rege Franciæ.

Ann. D. PApæ Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ, & Dominus Hi-
1325. berniæ, devota Pedum oſcula beatorum.
An. 19. Apoſtolicæ circumſpectionis affluens bonitas, omnium ſemper
E. 2. ſalutem ſitiens Filiorum, ſic ad preces inclinatur humilium, ut eos
Rom. 19. dirigat in viam Juſtitiæ, quæ contra Tumores ſuperborum erigitur,
E. 2. m. ut ipſos percellat rigore Diſciplinæ.
5. Audivimus ſiquidem, Pater ſanctiſſime, noſtrorum Clericorum, in veſtrâ ſanctâ Curiâ commorantium, relatione fidedignâ, quantâ cum Manſuetudine Scotorum Petitionem,

Per quam adnullari Cenſuras contra ipſos, ob ipſorum contemptus & Rebelliones, contra ſanctam Romanam Eccleſiam multipliciter contractos, ritè Apoſtolicâ auctoritate prolatas, non abſque ipſius dedecore, præſumptione temerariâ poſtulabant,

Veſtra Benignitas juſtè repulit, & Sinum ſanctæ Matris Eccleſiæ eis aperire renuit non correctis:

In quo profectò honorem Univerſalis Eccleſiæ conſervatum perpendimus, & Jus noſtrum regium, quoad uſurpata in ipſorum Rebellione, manere adhuc, dictarum Cenſurarum vigore, illibatum;

Undè veſtræ Beatitudini grates & gratiâs referimus quas ſufficimus & valemus.

Ad hæc, pie Pater, qualiter, exhortis nuper Diſcordiarum plantariis inter, Magnificum Principem, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem, & Nos, ſuper diverſis Articulis, veſtra Benignitas tàm præfatum Regem, quàm nos ſolicitavit, ſæpiùs per Apoſtolica ſcripta ſalubriter exhortando, ut pacis aſſentiremus Tractatibus pro Guerrarum incommodis evitandis:

Qualiter etiam, ſubſequenter venerabiles Patres Archiepiſcopum Viennenſem, & H. Auriacenſem Epiſcopum, tàm ad præfatum Regem, quàm ad nos, pro Pacis reformatione tranſmiſſis, non excidit à veſtræ memoriâ Sanctitatis; & quæ ipſi, circa hoc, agere ſtuduerint, veſtræ Manſuetudini, ante hæc tempora, ſeriatim meminimus nos ſcripſiſſe.

Et, quia ipſorum Nunciorum uſi conſilio,

Qui nobis dederunt intelligi, quòd Iſabellæ, Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, præſentia prædicti Regis, Fratris ſui, motiones complacaret,

Et quòd, ejus optentu, deberet omnis Diſcordiæ materia amputari,

Quòdque, per, & propter eam ne[illegible]m Juſtitiam, ſet & favores & gratias multiplices aſſequeremur,

mittant, & iterum priorum diſcordiarum diſcrimina materia nullatenus præbeatur.

Conſervet vos, &c.

Dat. apud Shene, decimo octavo die Octobris.

Ad Cardinales, ſuper Petitione Scotorum rejecta.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino L. Dei gratiâ, ſanctæ Ann. D.
Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali, Conſanguineo ſuo ca- 1325.
riſſimo, Edwardus, eidem gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiber- An. 19.
niæ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. E. 2.
Ex zelo Juſtitiæ & affectione puriſſimâ novimus prodiiſſe, quòd Rom. 19.
Scotorum Petitioni, E. 2. m.
Per quam revocari Cenſuras, contra ipſos, per vos, &, vene- 5.
rabilem Patrem, Dominum Gaucelinum, tituli ſanctorum Marcellini & Petri Presbiterum Cardinalem, tunc Sedis Apoſtolicæ in Angliâ Nuncios, ob ipſorum contemptus & Rebelliones multiplices, ritè & Canonicè promulgatas, poſtulabant,

Tàm prudenter & viriliter reſtitiſtis, quod, fruſtrati ſuo propoſito, inanes ad propria redierunt, in quo profectò honorem Univerſalis Eccleſiæ (quæ correctis in humilitate Gremium apperit, & elatis exaggerare Pœnas conſuevit) conſervatum perpendimus, nobiſque, quoad occupata per ipſos, Jus noſtrum manere illibatum:

Veſtræ igitur Sinceritati grates & gratias multiplices referentes, vos ex corde requirimus & rogamus, quatinùs in hiis, & aliis, quæ nos tangunt, juxta ſperatam fiduciam, Scutum protectionis pro nobis, contra Inſurgentes ex adverſo, more ſolito, vos velitis opponere, quòd honori noſtro nil depereat, & efficiamur exinde obnoxii in hiis, quæ vobis & veſtris noverimus grata fore.

Dat. apud Shene, decimo octavo die Octobris.

Conſimilis littera dirigitur Domino G. Dei gratiâ, tituli ſanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali.

Dat. ut ſupra.

---

* *De Tractatu ſuper Negotiis Vaſconiæ adhuc pendente.* * IV. 178.

REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Warennâ, Comiti Sur- Ann. D.
riæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem. 1325.
A Conſideratione non excidit mentis noſtræ qualiter, in parti- An. 19.
bus Vaſconiæ, pro defenſione Jurium Coronæ noſtræ, demorati E. 2.
eſtis etiam ultra tempus, quod vobis, in Receſſu veſtro à partibus Vaſc. 19.
Angliæ, fuerat præfinitum; de quo vobis grates referimus ſpecia- E. 2. m. 6.
les.

Et quia Dominus Rex Franciæ,

Quanquam receperit Homagium Edwardi, Comitis Ceſtriæ, Pontivi, & Montis Strolli, Filii noſtri cariſſimi, de toto Ducatu Aquitaniæ,

Adhuc Terram Ageneſii, & nonnullas Terras, de Ducatu prædicto, detinet in manu ſuâ; ſuper quo, inter Nuncios noſtros & Conſiliarios ipſius Regis, adhuc Tractatus pendet, & ignoramus exitum Tractatûs ejuſdem;

Vos rogamus & requirimus affectione, quâ poſſumus, cariori, quatinùs adhuc in dictis partibus, præmiſſâ occaſione, moram facere velitis cum gentibus veſtris, quouſque vobis aliud duxerimus demandandum.

Nos enim, quamcito ſcire poterimus exitum negotii ſupradicti, eum vobis inſinuare curabimus, & mandabimus vobis noſtram ſuper hiis pleniùs voluntatem.

Nec tædeat vos tanti temporis expectatio ob dictam cauſam, quia

Digitized by Google

gari & firmari contigerit, & idem Dux eas, pro ſe, & Subditis ſuis, obſervari mandaverit, infra Poteſtatem ſuam, & publicè proclamari,

Tunc Regem indè per ſuas literas certificet, ut eas conſimiliter, infra Regnum proclamari & teneri Rex faciat.

Teſte ut ſupra.

Memorandum quòd iſta Patens liberata fuit per Cancellarium Johanni de Molyns, unà cum quodam Brevi clauſo, dicto Epiſcopo deferendo.

* IV. 179. *De Copulis Conjugalibus in Hiſpania contrahendis.*

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 15. dorſ. REX, Nobili viro, & fideli ſuo, Arnaldo Guillielmi, Domino de Leſcuno, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quàm benivolè & diligenter, ad mandatum noſtrum, pro quibuſdam Copulis conjugalibus, in Iſpaniâ contrahendis, laboráſtis, memoriter retinemus, & vobis exindè grates referimus ſpeciales, & in hiis, quæ veſtro honori conveniunt, eâ conſideratione, ac, ob laudabilem erga nos, in aliis, Geſtum veſtrum, promptiores volumus inveniri.

Et quia jam, pro finali expeditione dicti Negotii, ad dictas partes Iſpaniæ vos, &c, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Petrum de Galiciano, ordinavimus deſtinare, voſque in litteris de Credentiâ (quas Domino Regi Iſpaniæ tranſmittimus) duximus nominandos, eò quòd præ ceteris informati eſtis de dicto negotio, & Magnatum partium illarum habetis notitiam, & de veſtrâ prudentiâ fiduciam gerimus ampliorem,

Vos ex corde requirimus, & rogamus quatenùs, unà cum præfato Petro, velitis ad dictas partes, ſi quo modo poteritis, laborare ut, quod per vos ſuper dictis Copulis laudabiliter eſt inceptum, vobis mediantibus, feliciter perduci valeat ad effectum.

Nos enim, ſuper Præmiſſis, præfatum Petrum plenè informavimus de voluntate noſtrâ, vobis ex parte noſtrâ ſerioſiùs referendâ; cui in hiis, quæ vobis dicet, fidem credulam præbeatis.

Dat. apud Cippenham, viceſimo die Octobris.

Ad Comitem Hollandiæ, ſuper Literis de Conductu hinc inde mittendis.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 20. d. REX, Nobili viro, Guillielmo Comiti Hollandiæ & Selandiæ, ac Domino Friſiæ, amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Referente, dilecto nobis, Ricardo de Betoyne, Majore Mercatorum de Stapulâ, intelleximus quòd vos Litteras veſtras de Conductu Mercatoribus & Gentibus, de Regno noſtro oriundis, veniendi infra Terras Dominii veſtri, cum Rebus & Mercimoniis ſuis, morandi ibidem, & abindè recedendi, uſque ad Octabas Paſchæ proximò futuras, conceſſiſtis; & voluiſtis quòd Nos conſimiles Litteras de Conductu Mercatoribus & Gentibus veſtris, infra Regnum noſtrum venientibus, fieri, & vobis mitti faceremus;

Super quo eramus, non immeritò, admirati, cùm non credamus inter Nos & Vos, noſtros & veſtros Subditos, Pacis & Amicitiæ Fœdera fuiſſe in aliquo violata; per quod videbatur nobis hujuſmodi litteras de Conductu neceſſarias non fuiſſe:

...que nous le sui chastirians en manere, que autres prenderoient enſample; & ce eſt, & a eſte, & tourz jours ſerra noſtre entiere volente, & aſſez ent avoms le Poair la Dieu mercy.

Et, Treſcher & Treſame Frere, ſachez certinement que nous, ne purrioms uncques appercevir, en privee, n'en apert, en dit, n'en fait, n'en contenance, qil ne ſe ad porte, en tourz poincz, vers noſtre Compaigne, come faire doit a ſa Treſchere Dame.

Mes, quant nous remembroms les amiables contenances & paroles d'entre eux, quels nous avoms veu: & les grant amiſtes, q'eles lui tendiſt ſur ſon aler outre mier; & les amiables lettres, queles ele lui ad ore tart mandee (les queles il nous ad monſtre) nous, en nulle manere, ne pooms creere que noſtre Compaigne, de lui meiſmes, puiſſe tiele choſe ne crendre de lui (quoi que nul lui ad fait entendant par malveiſe envie) ne nous ne le purrioms en nulle manere creere de lui; einz quidoms, de certein, que, apres noſtre corps, c'eſt le homme, de noſtre Roialme, que plus de honour la voudroit, & ce lui ad tourz jours monſtre, & ceo vous teſmoignoms en bone verite.

Et vous prioms, Treſcher Frere, que vous ne voillez ſoi donner a ceux, que autre vous font entendant; einz voillez ſoi doner a noſtre ceſte veritable teſmoignance; qar nous avoms, & devoms par reſon, avoir plus grant coniſſance de ceſte choſe, que autre.

Par qoi, Treſcher & Treſame Frere, uncore vous prioms, ſi eſpecialment, come nous purroms, que, pur honur de vous & de nous, & de noſtre dite Compaigne, vous voilliez tant faire, q'ele reveigne par devers nous a plus en haſte q'ele purra; qar certeinement nous ſumes molt deſetez par la reſon, que nous avoms tant deſporte la compaignie de lui: queu choſe nous ne euſſoms en nulle manere fait, ſi noun par la grant Seurte & Fiaunce que nous avioms, & avoms en vous, & en veſtre bone foi, q'ele revendroit a noſtre volente.

Auxint vous prioms, Treſcher & Treſame Frere, que vous voillez graciouſement eſploiter & toſt deliverer Edward noſtre Treſcher Fitz eiſne, veſtre Neveu, & les rendre les terres de la Duchee queles vous tenez, pur amur & affection que vous avez a lui, & qil ne ſoit Deſherite, queu choſe nous entendoms pas que vous voudriez.

Et auxint nous vous prioms, Treſcher & Treſame Frere, que vous lui ſoeffrez venir par devers nous, ove tote la haſte qil purra, ſi come lui ent mandoms; qar nous avoms grant volunte de lui veer, & parler, & tourz jours feut noſtre volente qil revendroit devers nous, tantoſt L'omage fait, & quele heure que nous lui manderioms.

Et, Treſcher & Treſame Frere, come n'adgaires, au tems que, L'onurable Piere en Dieu, Wautier Eveſque d'Exceſtre, feuſt par devers vous, nous eſtoit certeinement fait entendant, que aſcuns, de noz Enemys & Banniz, par de la, lui gauterent davoir fait mal de ſon corps, s'il euſſent veu le temps: &, pur tieuz parils eſchure, & pur groſſes buſoignes, que nous avioms a faire de lui, lui mandiſſiens, fermement enjoignantz, ſur la Foi & la Ligeance, q'il nous devoit, q'il ſe haſtoit devers nous totes * autres choſes leſ- * IV. 181.
ſee, en la plus ſeure manere, q'il poeit, pur lui meiſmes ſauver.

Vous prioms en tant, come nous pooms, que de ceo, que le dit Eveſque vint ſodenment a nous des dites parties, lui voillez avoir pur eſchuſe, & entendre qil ne le fiſt par autre encheſon ſi noun par les cauſes ſuſdites.

Dun. a Weſtm. le primer jour de Decembr.

Digitized by Google

dorſ. l'Avancement des buſoignes: & ore nous avez mandee par, l'Onurable Piere, l'Eveſque de Wynceſtre, od vos lettres de Creaunce, que vous ne vendreez point a ore, pur peril & doute de Hugh le Deſpenſer; dount nous merveilioms tant come nous pooms; plus deſicome vous eſtes lodis portee vers lui, & il vers vous, en noſtre preſence, ſi amiablement; & meement, a veſtre departir, par ſi eſpeciales promeſſes, contenances, & autres moſtrances de tresfiable amiſte, & puis, par voz treſeſpeciales lettres, a lui, de tardive date, envoies; queles il nous ad monſtre.

Et certes, Dame, nous ſavoms de verite, & enci ſavez vous, quil vous ad tous jours procurez vers nous tout l'onur q'il ad peu; ne a vous unques mal, ne vileny, n'eſtoit fait, puis que vous entraſtes noſtres compaignie, par nulli abet & procurement, ſi noun par aventure que aſcune foiz, par cauſe de vous meſmes, ſi vous voillez bien remembrer, nous vous deiſſiens, aſſees ſecreement, aſcunes paroles de chaſteement, come affiert, ſanz autre durete, & ne deuſſierz, tant pur Dieu & la Lei de ſeinte Egliſe, come pur l'onur de nous & de vous, noz Comandementz pur rien terrien treſpaſſer, mie noſtre compaigne deſporter.

Et trop nous deſplerroit que, de puis que l'Omage eſt faite a noſtre Treſcher Frere, le Roi de France, & nous ſumes en ſi bone voie d'amur, que ore vous, que nous envoiaſmes pur Pees, fuiſſez encheſon de nulle diſtance entre nous (que Dieu defende) & meement par encheſons faintes & nient veritables.

Par qoi nous vous mandoms, & chargeoms, en quanque nous pooms, que totes celes encheſons feintes, & autres choſes leſſees, & excuſacions ceſſantes, veignez a nous od tote haſte.

Kar a ceo, que le dit Eveſque nous ad reporte, noſtre dit Frere, le Roi de France, vous ad faite dire, en ſa preſence, que, contre la forme de veſtre Conduyt, vous ne ſerriez deſtorbee, & pur reen ne targez, que vous ne veignez, ſi come Vous Nous tenez pur veſtre Seignur, & Nous a eſtre noſtre femme.

Et, quant a voz deſpenſes, quant vous ſerrez venue, come
• IV. Femme doit * faire a ſon Seignur, nous en ordeneroms enſi que
182. vous n'averez defaute des choſes, que vous appartenent, par quoi
Nous, ou Vous puiſſoms en nul point eſtre deſhonourez.

Auxint voloms, & vous mandoms, que vous ſoeffrez, & facez, noſtre Treſcher Fitz, Edward venir par devers nous, a plus en haſte q'il purra, ſolonc ceo que nous lui mandoms; & ceo en nulle manere ne leiſſez; qar nous en avoms mult grant deſir de lui veer & parler.

Et come n'adgaires, au temps que, l'Onerable Piere en Dieu, Wauter Eveſque d'Exceſtre, feuſt par devers vous, nous eſtoit certeinement fait entendant, que aſcuns de noz Enemiz, & Banniz par de la, lui gaiterent d'avoir fait mal de ſon corps, s'ils euſſent veu le temps; &, par tiels parils eſcure, & pur groſſes buſoignes, que nous avions a faire de lui, lui mandiſſoms, fermement enjoignantz, ſur la Foi & la Ligeance, qu'il nous devoit, qu'il ſe haſtaſt devers nous, totes autres choſes leſſeez, en la plus ſeure manere, qu'il poeit, pur lui meſmes ſalver, voloms & vous mandoms que de ceo, que le dit Eveſque vint ſodeinement a nous des dites parties, lui eiez pur eſcuſe, & entendez qu'il ne le fiſt par autre encheſeon, ſi noun par les cauſes ſuſdites.

Don. a Weſtm. le primer jour de Decembr.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 2. dorſ.

Rex ad Filium, quem, habita venia a Rege Francie, feſtinanter cum Matre, vel ſine Matre, ſub Paterna benedictione repatriare jubet.

TReſcher Fiutz, tot foiez vous joeſne, & de tendre age, remembrez bien ceo que nous vous Chargeaſmes, & Comandaſmes, a veſtre departir de nous, a Doure, & de ceo que vous

... & in hiis, quæ vobis exponent ſuper præmiſſis, fidem dignemini credulam adhibere, & ſuper hiis apponere Remedium ſalutare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quinto die Decembris.

* *Ad Cardinales.*

• IV. 183. Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Rom. 19. E. 2. m. 4.

VEnerabili in Chriſto Domino G. Dei gratiâ, tituli ſancti Ciriaci in Termis Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quæ ſuper reformatione Pacis & Concordiæ, inter Dominum Regem Franciæ, fratrem noſtrum, & nos, hucuſque geſta ſunt: & ad quem exitum ipſa negotia ſunt deducta; quæ etiam (quod diſplicenter recolimus) jam noviter emerſerunt, eò confidentiùs veſtræ Paternitati denudamus, quòd certiùs confidimus vos Nos, & honorem noſtrum, teneriùs diligere, & Regni noſtri tranquillitatem ardentiùs affectare.

Et, quia præmiſſa, per ordinem, veſtræ inſinuare Prudentiæ longum foret, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Weſton, Canonicum Lincolniæ, Juris Civilis Profeſſorem (ſuper præmiſſis plenariè informatum) ad vos duximus deſtinandum;

Benivolentiam veſtram votivè & cum fiduciâ exorantes, quatinùs eidem Clerico noſtro, in hiis, quæ vobis dicet ſuper negociis antedictis, fidem præbere velitis indubiam, &, pro appoſitione remedii ſalutaris, penes Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hiis ſcribimus) Opem & Conſilium apponere oportuna.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quinto die Decembris.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Dei gratiâ, tituli ſanctorum Marcelini & Petri Presbitero Cardinali.
Domino B. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.
Domino A. Sancti Euſtachii Diacono Cardinali.
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali.
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali.
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali.
Domino P. Sancti Angeli Diacono Cardinali.
Domino G. Sanctæ Lucæ in Cilice Diacono Cardinali.
Domino P. Epiſcopo Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino G. Epiſcopo Sabinen. Cardinali.
Domino Archiepiſcopo Vienen.
Petro de Via Militi, Nepoti Domini Papæ.
Arnaldo de Doza, Domini Papæ Germano.
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ Presbitero Cardinali.
Domino J. Dei gratiâ, Sancti Theodori Diacono Cardinali.
Domino Vitali, Dei gratiâ, Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino Reymundo de Farges, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.

Ann. D. 1325. An. 19. E. 2. Pat. 19. E. 2. p. 1. m. 12.

De Scrutinio faciendo pro Literis Coronæ prajudicialibus.

REX Omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm conſtituerimus, dilectum & fidelem noſtrum, Nicholaum Ky iel, Capitaneum & Admirallum Flotæ noſtræ, omnium Navium

Digitized by Google

præſens reſervamus:

Nos, volentes dictam Proclamationem effectui debito mancipari, ordinavimus, pro defenſione Regni noſtri, quòd omnes illi, qui Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs, juxta verum valorem eorundem, aut Feodum unius Militis integrum, valens per Annum quadraginta Libras, habent, & ea per Duos Annos tenuerint, ſive de nobis, ſive de aliis teneant, & Milites non ſunt, Arma Militaria ſuſcipiant citra Feſtum Paſchæ proximò futurum, vel in eodem Feſto ad ultimum:

Et ideò tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd, in pleno Comitatu tuo, publicè facias proclamari, quòd omnes illi, de Ballivâ tuâ, qui habent Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs, juxta verum valorem eorundem, aut Feodum unius Militis integrum, valens Quadraginta Libras per Annum, & ea per duos Annos tenuerint, de quocunque teneant, & Milites non ſunt, Arma Militaria, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, ſuſcipiant, citra dictum Feſtum Paſchæ, vel in eodem Feſto, ut eſt dictum.

Et de nominibus illorum, qui tantum Terræ vel Redditûs, ſeu hujuſmodi Feodum, in Ballivâ tuâ, habent, & ea tenuerint per duos Annos, ſicut prædictum eſt, nobis, ſub Sigillo tuo, conſtare facias citra dictum Feſtum Paſchæ; Remittens nobis hoc Breve.

Et ſcias quòd de geſtu tuo, quoad præſentis executionem mandati, & præcipue quoad Certificationem, per te de nominibus prædictis faciendam, inquiri faciemus; &, ſi in culpâ, ſeu negligentiâ, te inveniri contigerit, ad Te, & tua, non immeritò, graviter capiemus.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, duodecimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Ne quis, prætextu litterarum Papalium, aliqua, Juri Coronæ præjudicialia, attemptare præſumat.

Ann. D. REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Cantua-
1325. rienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, Salutem.
An. 19. Volentes conſervationi Jurium Coronæ noſtræ, prout ad hoc
E. 2. vinculo aſtringimur Juramenti, modis & viis, quibus poterimus,
Clauſ. 19. providere; & illorum conatibus, qui hujuſmodi Jura decurtare,
E. 3. *m.* ſeu diminuere moliuntur, reſiſtere, prout decet;
17. *d.* Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini,
firmiter injungentes, quòd, ſi aliquæ litteræ Papales, ſeu aliæ
• IV. quæcunque (in quibus aliqua nobis, ſeu Juri Coronæ noſtræ, *
185. aut Populo noſtro, præjudicialia ſint contenta) vobis delatæ fuerint, ſeu exnunc deferri contigerit, exequendæ eas, nobis inconſultis, executioni nullatenus demanderis; nec quicquam, quod in noſtri, & regiæ dignitatis noſtræ præjudicium, cedere poterit, attemptetis, aut per Officiales, ſeu Miniſtros veſtros, attemptari aliqualiter permittatis.

Taliter, in hac parte, vos habentes, quòd quicquam in diminutionem Jurium Coronæ noſtræ (ad quorum defenſionem, ex

Et quia Nobis relatum eſt quòd, penes Vos, ab aliquibus præ- 17. *d.*
dicatur, quòd Edwardus, filius noſter Primogenitus, alibi in partibus Franciæ deberet per nos maritari, & ex hoc quamplures Magnates partium illarum commoventur; veſtræ Dilectioni notum eſſe volumus, quòd non eſt ibidem maritatus, nec ſuper hoc Tractatus habetur, & noſtræ voluntatis aut intentionis nequaquam exiſtit, quòd dictus Filius noſter alicubi copuletur, niſi ubi aliàs, per dictos Nuncios noſtros, Tractatum exiſtit.

Et, ob hanc cauſam, jàm, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Petrum de Galiciano, ad dictas partes Iſpaniæ tranſmiſimus pro hiis, quæ aliàs tractata fuerant, prout decet, firmitate vallandis.

Et inſuper, Domino Summo Pontifici, per noſtras literas ſpe-
ciales, duximus * ſupplicandum, ut pro eo, quòd Perſonæ con- • IV.
jungendæ Conſanguinitatis gradu ſe attingunt, diſpenſare dignetur 186.
ſuper hujuſmodi Copulâ de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ.

Dat. apud Sanctum Edmundum, primo die Januarii.

De Scrutinio pro Literis ſuſpectis.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Willielmo de Grey, & Johanni Ann. D.
de Shelnyng, Salutem. 1326.
Sciatis quòd, *An.* 19.
Cùm ordinaverimus, pro defenſione Regni noſtri, quòd in ſin- E. 2.
gulis Portubus ejuſdem Regni, per certos fideles noſtros, diligens *Pat.* 19.
Scrutinium fiat ſuper Literis quibuſcumque, a partibus tranſmari- E. 2. *p.*
nis in Regnum noſtrum deferendis, vel ab eodem Regno ad partes 1. *m.* 7.
Exteras portandis,

Et quòd omnes & ſingulæ Literæ, Nobis, ſeu Coronæ noſtræ, præjudiciales, aut ſuſpectæ, ad nos deferantur, vel mittantur, antequam Executio fiat de eiſdem,

Et Nobis datum ſit intelligi quòd quamplures, hujuſmodi literas deferentes, dictum Scrutinium declinare volentes, in Navibus & Batellis, per Coſteram Aquæ Tamiſiæ, inter Recolure, Greyſton, & Whitſtaple, frequenter ad terram ponuntur, & Literas illas quo voluerint deferunt; unde nobis & Regno noſtro dampna & pericula poterunt evenire,

Nos, hujuſmodi Periculis obviare volentes, & de fidelitate veſtrâ confidentes, aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad cuſtodiendum omnia loca, per Coſteram dictæ Aquæ Thamiſiæ, inter prædictas Villas de Recolure, Greyſton, & Whitſtapel:

Et ad diligens Scrutinium in omnibus & ſingulis locis, ubi Naves applicant, vel applicare poterunt, per Coſteram prædictam, inter prædictas Villas, faciendum, tàm videlicet de illis qui Regnum noſtrum ingredi, quàm de illis qui idem Regnum egredi voluerint:

Et ad omnes illos, penes quos hujuſmodi Literæ præjudiciales, aut ſuſpectæ, repertæ fuerint, unà cum literis illis, areſtandum, & ſub areſto hujuſmodi per Vicecomites, in quorum Ballivis reperti fuerint, cuſtodiri faciendum, quouſque aliud indè duxerimus demandandum:

Et ideò vobis mandamus, quòd ad præmiſſa, omnia & ſingula, facienda & exequenda, in formâ prædictâ intendatis:

Digitized by Google

noſtrum Primogenitum, ad dictas partes Franciæ tranſmiſimus; ſperantes, per eorum præſentiam, inter Fratrem noſtrum, & Nos (ſicut & nobis certitudinaliter promiſſum fuerat) Pacis & Amicitiæ Fœdera debere integraliter reformari; ſet, ad quem exitum ipſa negocia ſunt deducta, veſtræ Manſuetudini ſcripſimus non eſt diu.

Verùm quia tàm dicta Conſors noſtra, quàm dictus Filius noſter, exterorum conſiliis (quod diſplicenter referimus) jam reguntur: & Nobiles & Magnates (quos ipſorum Obſequiis & Conſiliis deputaveramus) licenciati ab eis, ad Nos in Angliam redierunt; nobiſque datur intelligi quòd aliqui dictum Filium noſtrum, contra noſtrum aſſenſum & voluntatem, maritare proponunt; de quo turbamur, nec immeritò, & movemur;

Veſtræ Beatitudini (ad quam, velut ad ſingulare Refugium, ſemper recurrimus) ſupplicamus affectione, quà poſſumus, ampliori, quatinùs, ſi pro Diſpenſatione aliquâ impetrandâ, ſuper Conjunctione matrimoniali ipſius Filii noſtri, cum aliquâ de Conſanguinitate ſuâ, per quoſcumque, veſtræ Sanctitati contigerit ſupplicari, eam prorſus denegare dignemini, quouſque nos hujuſmodi Copulationi aſſenſum præbuerimus, & vobis inde miſerimus preces noſtras; præſertim cùm nec Juri nec Rationi conveniat quòd, abſque noſtrâ voluntate & aſſenſu, alicui maritetur.

Cæterùm, Pater Sancte, cùm pluries dictæ Conſorti noſtræ mandaverimus, ut ad Nos rediret in Angliam (prout aliàs vobis meminimus nos ſcripſiſſe) nec ipſa hucuſque venire curaverit (quamquam Cauſa non ſubfuerit, Deus novit, nec Mundus ignorat, quare ſe à nobis deberet ſubtrahere, aut noſtrum Conſortium declinare) placeat quæſumus veſtræ Manſuetudini, juxta Officii veſtri debitum, tale & tàm ſalubre Remedium apponere in hac parte, quòd auferatur Exempli pernicies, & Paternâ proviſione hinc indè Animarum ſaluti conſulatur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Haule, tertio die Januarii.

Ad Comitem Hollandiæ, ſuper Querela Mercatorum.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 15. d.

REX, Nobili viro, Domino Guillielmo, Hanoniæ, Hollandiæ, & Selandiæ Comiti, & Domino Friſiæ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Litteras veſtras, nobis per præſentium Bajulum præſentatas, recepimus, & quæ continebantur in eiſdem audivimus quàm benignè.

Super eo autem, quod nobis ſcripſiſtis, aliquos homines Opidi veſtri de Zirize, per Malefactores de Regno noſtro, poſt datum à nobis Conductum omnibus Mercatoribus de Dominio veſtro, fuiſſe nequiter interfectos ſupra Mare, & Bonis ſuis ſpoliatos, ſicut ex Querela ipſorum opidanorum veſtrorum vobis extiterat demonſtratum; quo prætextu diem, condictum, ſeu ſtatutum, pro reformatione Concordiæ, inter noſtros & veſtros Subditos, ſuper Dampnis & Injuriis, hinc indè datis, ſervari non feciſtis;

Dilectioni veſtræ volumus notum fieri, quòd Nos certos fideles noſtros, ad tractandum cum Nunciis veſtris, in Civitate Londoniæ, ad diem ſtatutum, ſi eos voluiſtis deſtinaſſe, ſuper plenâ Reformatione pacis & concordiæ, inter Ipſos, veſtros & noſtros Subitos, & ad ſatisfaciendum pro noſtris Subditis, &, vice verſâ, hujuſmodi Satisfactionem, ſecundum rationis exigentiam, recipiendum aſſignaveramus cum Poteſtate plenariâ in hac parte; &, ſi quæ contra Conductum, à nobis datum, fuiſſent per noſtros Subditos attemptata (quamquam nobis indè querimonia delata non extitit uſque modo) Intencionis noſtræ extitit, & exiſtit, quòd ea, ante omnia, fuiſſent debitè emendata, &, ut nobis viſum eſt, ex-

... mus ut mutua Concordia & Communio hinc indè habeatur, tempus Sufferentiæ prædictæ (dumtamen ad hoc vos & cæteri Homines de Flandriâ præbueritis aſſenſum) per Unum Annum, à dicto Feſto Paſchæ numerandum, prorogavimus; & eandem Sufferentiam, ſi eam proclamari feceritis ex parte veſtrâ, cum nobis indè conſtiterit, proclamari, & teneri, per totum Regnum noſtrum faciemus.

Dat. apud Norwycum, viceſimo tertio die Januarii.

De proficiſcendo contra Alienigenas, in Comitiva Iſabellæ Reginæ, infra Regnum venientes.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 14. dorſ.

LE Roy au Viſconte de Northamptone, Salutz.

Come, n'adgaires, per aſſent & requeſt des Prelates, Contes, & Barons, & altres Grantz de noſtre Roialme, euſſeoms enveez la Reyne as parties de France, pur appaiſer aſquns debates, leſquelz le Roy de France avoit meu devers nous ſur la Duchee de Guyenn, par ſeur & ſauf Conduit du dit Roi de France, de y aler, demorer, & revenir:

Et puis apres, par aſſent, & par le conſail la dite Reyne, les Meſſages le Pape, & noz Meſſages es parties de France, & par aſſent des ditz Prelates, Contes, & Barons, & altres Grauntz avantditz, & auxint par aſſent du dit Roy de France, euſſoms donez a Edward, noſtre chere Filz, la dite Duchee, par la ou nous fumes preſtz, ſur la mere, d'avoir paſſe pur noſtre Homage faire:

Et tut ſoit ceo que noſtre dit Filz eit fait ſon homage avantdit, & que nous eoms mandes a la dite Reyne, & a lui, de venir devers nous Jadumeins, ele n'ad volue venir, ne ſoeffre noſtre dit Filz a venir a nous; mes avoms entenduz, par noz feaux & leaux, que veignent, q'ele, par fole conſail, s'eſt done au conſail le Mortimer, noſtre Enemi notoire & Rebelle, & des altres, noz Enemis & Rebeaux celes parties, & par eux, & od eux, fait Attret & Alliance des Gentz, de celes parties, & des autres Eſtraunges, auxibien des noz Enemis & Rebeaux, come des autres, a venir, od noſtre dit Filz Edward, afforcement ſur noſtre terre d'Engleterre, a grever & deſtruer noz bones Gentz, & noſtre Poeple de meſme la terre, & a mettre la terre en daunger & ſubjection des Aliens, & de noz Rebeaux, a noſtre deſhonur, prejudice, peril, & deſheritance de nous & de noſtre Coroune, & grant damage & deſtruction de noſtre poeple avantdit.

Nous, voillantz tieux Prejudices, Perils, & Diſheritances, eſchure, vous Commandoms, firmement enjoignantz, q'en toux les lieux, en voſtre Baillie, auxibien dedeinz Franchiſes, come * dehors, facez apertement crier, & depart nous commander, ſur quantque il purront forfaire devers nous, que toux, les Countes, Barouns, Chivalers, & altres Gentz d'Armes, Arraiours des Gentz d'Armes, Hobelours, & altres Gentz a Pie, od les gentz iſſint par eux Arraiez, ſoient Preſtz, & Apparraillez d'aler, a Force & Armes, contre tieux Aliens eſtraunges, & Enemies de nous, & de Realme, q'ils ſoient, par eux areſter & deſtruere, a totes les foitz, q'ils orront, ou ſaveront de lour venue; * IV. 189.

Iſſint que, ſi la dite Reyne & noſtre Filz veignent en noz Niefs, queles nous manderoms pur eux, ſoulement od lour Meigne, & bone manere de obeiſaunce, ſelonc noſtre volunte & noſtre commandement, adonques les receivent honurablement & curtoiſement, come appent:

Et, ſi eux veignent en altres Niefs, od tiel poeir, en deſobeiſaunte manere contre noſtre volente, come eſt deſus diſt, adonque (ſauvent les corps de noſtre dit Filz, & de la Reyne tantſoulement) contre les altres Aliens eſtraunges, que vendrount en lour Com-

Digitized by Google

(quibus uſi ſunt hactenus, ut intelleximus, inconcuſſe per tempus, & à tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit) materiâ Quæſtionis,

Præfatus Cardinalis, ad ſtimulationem dictorum Procuratorum ſuorum,

Qui Proventus dicti Archidiaconatûs, pro certo Cenſu, ad Firmam, ut nobis relatum eſt, receperunt, &, eo prætextu, agunt forſitan ſagaciùs, ut Emolumenta percipiant ampliora,

Præfatum Cancellarium, & quamplures Magiſtros & Scolares, ipſius Univerſitatis, ad reſpondendum eidem Cardinali, ſuper Juribus & Juriſdictionibus ſuis, in veſtræ Sanctitatis Curiâ, Citari peremptoriè, jam noviter, procuravit; ipſoſque per Proceſſus hujuſmodi gravare & moleſtare diverſimodè comminatur.

. Nos igitur, advertentes Profectum Univerſitatis prædictæ, per præmiſſa, ſi procederent, poſſe de facili præpediri; præſertim cum Univerſitas illa nichil habeat in Communi, unde contra Dominum tàm Potentem, & in Curiâ tàm diſtanti, defendere pote-

* IV. 190. rit Jura ſua; propter quod, ſi Cauſa prædicta * modo procederet jam incepto, Singuli (de ſuis ſingularibus Proventibus, vel ſubſidiis Amicorum Studentes ibidem) Univerſitate relictâ ac diſperſâ (quod abſit) ad Propria, vel Parentum loca, ut creditur firmiter, ſe diverterent; & ſic in Eccleſiâ Anglicanâ Fidei Catholicæ Doctores, ac etiam ejuſdem deficerent defenſores, in Animarum periculum, Regni opprobrium, & Divini Cultûs ſubitum detrimentum, niſi Sanctitatis veſtræ circumſpectâ prudentiâ providè ſuccurratur cum favore:

Ob id, deſiderantes ipſorum quietudini (ut liberiùs vacent Litterarum Studio) provideri, Beatitudini veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinùs tranquillitati & quieti dictæ Univerſitatis, Paternâ ſollicitudine, providentes, certis Judicibus in Angliâ, ſicut Juri Communi congruit, dictam Quæſtionem, per veſtra Apoſtolica Scripta, committere dignemini audiendam, & fine debito terminandam, juxta formam Petitionis ſuæ veſtræ Manſuetudini in hac parte, ſi libeat, porrigendæ; ut ſic ipſius Univerſitatis Expenſis & Laboribus, ac etiam perſonarum Inopiæ parcatur, & indempnitati utriuſque partis congruo Juris Remedio ſit proviſum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Bernwell, viceſimo die Februarii.

Ad dictum Gaillardum ſuper Controverſia prætaxata.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Rot. 19. E. 2. m. 3.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali, Archidiacono Oxoniæ, in Eccleſia beatæ Mariæ Lincolnienſis, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quo majori deſiderio tranquillitatem Magiſtrorum & Scolarium Univerſitatis Oxoniæ affectamus, ut liberè, & abſque inquietudine, Litterarum Studiis valeant inhærere, eò moleſtiùs ferimus ſi ipſorum quietem videremus Litigiorum anfractibus perturbari.

Intelleximus ſiquidem quòd vos,

Exortâ nuper inter Procuratores veſtros, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Nos igitur,

Attendentes Profectum Univerſitatis prædictæ, ex Citatione præmiſſâ, ſi ulteriùs procedatur, poſſe de facili præpediri: ac de-

Ad Dominum de Inſula, de Credentia, pro Arnaldo Calculi.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 14. 2. d.

REX, Nobili viro, Bernardo Jordani, Domino de Inſula, Militi, amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ob grandem fiduciam & affectionis puritatem, quas erga vos concepimus, dilectum nobis, Arnaldum Calculi, fidelem noſtrum,

Cujus obſequioſam promptitudinem, & fidelitatis conſtantiam, tàm erga Dominum E. Genitorem noſtrum, quàm erga Nos, certas & indubitatas probavimus,

Cui etiam mentis noſtræ conceptus expoſuimus, tàm ſuper hiis, quæ nobis per Reymundum Yſernici, Nuncium veſtrum, demandâſtis, non eſt diu, quàm ſuper aliis arduis negotiis, quæ multum inſident nobis cordi, vobis ſuis oraculis ſeriotiùs referendos,

Ad vos duximus deſtinandum,

Dilectionem veſtram ex corde deprecantes, quatinùs eidem Arnaldo, in hiis, quæ vobis dicet, ex parte noſtrâ, fidem præbere velitis indubiam, &, juxta ſperatam fiduciam, ut ſortiantur effectum vota noſtra, Curam & ſollicitudinem apponere efficaces.

Dat. apud Langeton, viceſimo quinto die Februarii.

Ad Eundem pro Arnaldo de Duro Forti.

Ann. D. 1326. An. 11. E. 2. Ibid.

REX eidem Salutem.

Dilecti & fidelis noſtri Arnaldi de Duro Forti, Militis, erga nos, totis temporibus, Geſtus laudabilis, & probitatis merita utique promerentur, ut, pro ejus augendis Profectibus, penes noſtros Amicos & Benivolos interponamus cum efficaciâ partes noſtras.

Cùm itaque, ut nobis relatum eſt, ſuper Conjugali Copulâ, inter ipſum & Katerinam, Dominam de Sanctâ Baſilicâ, quondam Uxorem Jordani de Inſulâ, contrahendâ, aliquæ Prælocutiones jam ſunt factæ, ac nos, Conjunctionem hujuſmodi utilem arbitrantes, eam fieri cupimus (dummodo Impedimentum Legitimum non obſiſtat) Amicitiam veſtram ſpecialiter requirimus & rogamus, quatinùs præfatam Katerinam, ut hujuſmodi conſentiat Matrimonio, velitis inducere modis & viis, quibus decere videritis, noſtri rogaminis interventu.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles literæ diriguntur Petro de Greylino, Vicecomiti Benangiarum & Caſtellionis.

Dat. ut ſupra.

Ad Dominum de Cavo Monte, de Credentia.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibid.

REX, Nobili viro, Guillielmo Domino de Cavo Monte, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Nuper aliquibus Negotiis, quæ ſpecialiter inſident nobis cordi, dilecto nobis, Arnaldo Calculi votum aperuimus mentis noſtræ, vobis per eundem referendum ſeriosiùs ore tenus.

Veſtram Dilectionem igitur requirimus ex affectu, quatinùs eidem Arnaldo in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, fidem indu-

Digitized by Google

bere.
Dat. ut ſupra.

Conſimiles Litera ad Alfonſum, præfati Regis Primogenitum.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibidem.

REX, Nobili viro, Domino Alfonſo, Illuſtris Regis Aragoniæ Primogenito, Comiti Urgell. & Vicecomiti de Ager. amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Super aliquibus negotiis, quæ ſpecialiter inſident nobis cordi, dilecto nobis, Arnaldo Calculi, votum aperuimus mentis noſtræ, vobis per eundem referendum ſerioſiùs ore tenus.

Veſtram igitur Dilectionem requirimus ex affectu, quatenus eidem Arnaldo, in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, fidem indubiam præbere, &, ut in præmiſſis noſtrum deſiderium compleatur, Opem & Conſilium, ſicut de vobis confidimus, velitis apponere quæ poteſtis.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles litteræ diriguntur ſubſcriptis, ſub nomine præfati Arnaldi; videlicet,

Petro Infanti, Illuſtris Regis Aragoniæ ſecundo Nato, Comiti Impur. & Ripog. &c.
Venerabili Patri, Domino Archiepiſcopo de Saragoſſâ.
Venerabili Patri, Domino Reymundo Epiſcopo de Leridâ.
Venerabili Patri, Domino Gaſton. Epiſcopo Oſquen.
Nobili viro, Ottoni de Muncade, Domino de Eyton, Procuratori Regni Aragoniæ.
Nobili viro, Domino Guillielmo de Inglerole, Domino de Bello Podio.
Nobili viro, Arnaldo Rogerii, Comiti de Palhars.
Nobili viro, Reymundo Foulc. Vicecomiti Cardon.

Ad Papam, de Credentia.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Rom 19. E. 2 m. 3.

PApæ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Etſi veſtræ Clementiæ, Pater Sanctiſſime, Quæ inter, Magnificum Principem, Dominum Regem Franciæ, & Nos, ſuper reformatione Pacis geſta fuerant, veſtrorum mediatione Nunciorum, & quæ etiam poſtmodùm emerſerunt, temporibus ſcripſerimus ſucceſſivis: & nuper, eâ de Causâ, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Weſton, Juris Civilis Profeſſorem (ſuper omnibus rebus geſtis informatum) ad referendum ea veſtræ Manſuetudini, cum noſtris Litteris de Credentiâ, deſtinaverimus; qui adhuc penes vos moram facit.

Ut tamen luculentiùs, & Rerum geſtarum ſeries, & noſtræ mentis Conceptus, veſtræ Beatitudini denudentur, nobilem virum, Bernardum Jordani Dominum de Inſulâ, Militem,

* IV. 193. * De cujus fidelitatis & induſtriæ magnitudine plenam fiduciam reportamus,

Ex quem, ſuper præmiſſis omnibus, per, dilectum nobis, Arnaldum Calculi,

Cujus obſequioſam promptitudinem, & fidelitatis conſtantiam, tam erga, bonæ memoriæ, Dominum E. Genitorem noſtrum, quàm erga Nos, omni tempore indubitatas & fructuoſas cognovimus,

Plenè & apertè fecimus informari,

Unà cum præfato Arnaldo, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam duximus deſtinandum;

Totis cordis deſideriis ſupplicantes, quatinùs præfatis, Bernardo

Vobis igitur mandamus, in Fide & Ligeantiâ, quibus Nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis omiſſis, & omni Excuſatione ceſſante, ſitis, in propriâ perſonâ veſtrâ, coram nobis, & Concilio noſtro, die Lunæ, proximo poſt Quindenam Paſchæ, proximò futuram, ubicumque tunc fuerimus in Regno noſtro, ad informandum Nos, & Concilium noſtrum, plenè de prædicto Nuncio veſtro, & ad reſpondendum Nobis de præmiſſis, & aliis per vos geſtis, idem Nuncium concernentibus, & ulteriùs facturi & recepturi, quòd Juris fuerit & Rationis; & habeatis ibi tunc hoc Breve.

Teſte Rege apud Leyceſtriam, ſexto die Martii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Comite Richmundiæ attachiando.

REX Vicecomiti Suſſexiæ, Salutem. Ann. D. 1326.

Præcipimus tibi quòd attachies Johannem de Britannia, Comitem Richemundiæ, quòd ſit coram nobis, à die Paſchæ in Tres Septimanas, ubicumque tunc fuerimus in Angliâ, ad reſpondendum nobis, quare, An. 19. E. 2. Clauſ.

Cùm pluries mandaverimus, per Litteras noſtras, ſub Privato Sigillo noſtro, eidem Comiti, 19. E. 2. m. 11. d.

Quem nuper, pro magnis & arduis Negotiis, Nos & Regnum noſtrum tangentibus, ad partes Flandriæ, unà cum quibuſdam aliis Nunciis noſtris, deſtinavimus in Nuncium noſtrum,

Quòd ad nos perſonaliter indilatè accederet, nos ſuper Nuncio ſuo prædicto informaturus, facturuſque ulterius, & recepturus quod per Nos & Concilium noſtrum indè contigerit ordinari,

* Et idem Comes aliquas Excuſationes, ſuper non adventu ſuo ad Nos, nobis reſcripſerit, quas omninò frivolas reputavimus, * IV. 194.

Eique mandaverimus, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenetur, quod, non obſtantibus Excuſationibus illis, ad Nos perſonaliter accederet ad certum diem, in eodem Mandato noſtro contentum, jam præteritum, ad informandum Nos ſuper negotiis antedictis, alioquin ipſum, tanquam nobis Inobedientem, & Mandatorum noſtrorum Contemptorem non immeritò reputaremus,

Idem Comes, ſpretis Mandatis noſtris, ac Fide, & Ligeantiâ, prædictis, ad Nos venire, ſeu nos ſuper Nuncio prædicto informare, hactenus non curavit, in noſtri inobedientiam, ac Mandatorum noſtrorum prædictorum contemptum manifeſtum, & contra Fidem & Ligeantiam ſuam prædictas.

Teſte Rege apud Tamworth, decimo quarto die Martii.

De quodam Proceſſu, Geſta per Nuncios Regis in Francia, tangente, publicando.

REX Majori Civitatis ſuæ Eborum, Salutem. Ann. D. 1326.

Volentes ea, quæ inter Dominum Regem Franciæ & Nos, per Nuncios noſtros, ad partes illas dudum miſſos, geſta fuerunt, An. 19. & qualiter nobis & Coronæ noſtræ per ipſos, quantum in eis E. 2. fuit, eſt multipliciter derogatum, omnibus noſtris Subditis nota Clauſ. eſſe, ut non Innocentibus, ſet Delinquentibus Culpa imputetur, 19. E. 2. & nuda Rei veritas omnibus innoteſcat, quendam Rotulum, Proceſſum, & Ordinem, totius rei geſtæ continentem, vobis mittimus, ſub pede Sigilli noſtri; m. 11. dorſ.

Mandantes, & firmiter injungentes quòd ſtatim, viſis præſentibus, Rotulum prædictum cum diligentiâ inſpiciatis, & intellectis plenariè quæ continentur in eodem, ea omnia & ſingula, in locis publicis Civitatis prædictæ, publicari & notificari faciatis, &, ſi- ctâ

Digitized by Google

temps en temps; acorde cy la, que au darrain, quant nous la envoiams querre, & adonques au primer monſtra ele la feynte cauſe, que unques mes n'eſtoit cy ne ſouſpezone de nul, ſi par lui, noun par quei, ces choſes conſideres, homme ne doit mye foy porter a tiele feynte controveure, contre verite.

Mes verraiment, Treſcher Frere, aſſez aparcevoms, & auxint le poez vous, & tot homme, q'ele ne nous eyme mye come ele deut faire ſon Seigneur, & que la cauſe, q'ele parle de noſtre dit Neveu, eſt feynte, & ne mye certeyne, pur quoi ele ce retret de nous; mes penſoms que ceo ſoit deſordeine volente, quant, ſi apertement, & notoirment, ele ſachaument, countre ſon devoir, & countre l'eſtat de noſtre Coronne, quele ele eſt tenue amer, ad atret a lui, & en ſa compaignie retient, de ſon conſeil, noſtre Treitre & Enemy mortel, prouez, atteint, & juggez, ſolonc les leis & les uſages de noſtre Roialme, le Mortimer, & altres tieux de ſa covyne, & a lui ſa compaigne, en hoſtiel, & de hors, totes partz, celuy malveys, qui vous, a noſtre requeſte, aviez altrefoitz banny de veſtre poair, come noſtre Enemy, per vertue des Alliaunces entre noz Aunceſtres affirmees.

Si deverez bien voler, treſcher Frere, q'elle ſe chaſtiaſt des tieles meſpriſions, & ſe porta, come faire deuſt, pur honur de touz ceux, a qi ele attient.

Quant a noſtre Fuitz, Treſchere Frere, a qi auxint ſa Mere, veſtre dite Soer, fait a compaigner noſtre dit Tretre e Enemy, & lui Counſeiller, & maner en deſpit de nous ſa demoere, ne nous pleſt mye teles parties ne pur ſa Mere, ne pur autri.

Si vous prioms, Treſcher Frere, que deſicome pur vous plere, & par grant affiaunce de veſtre natureſſe & bone foy, ſaunz gayres mettre debat ſur ſon conduyt, luy coms noſtre Duchee donez, & a vous envoie, & il ſoit de ſi tendre age qil ne poet, ne ne ſciet ſoi meſmes governer, luy nous voillez remaunder od tote haſt, iſſint que nous puiſſoms ordeiner de lui, & de ſes choſes come affiert; & a luy rendre ces terres de la Duchee, qe vous tenez, ſi come bone foi le voet, coment que aſcuns voillent entendre les paroles de l'acord, en trop redde manere, a noſtre desheriteſon.

Et de ceo que vous plerra faire, Treſcher Frere, de totes ces choſes, ſi vous pleſt, ſolonc Dieu, reſon, bone foy, & fraternele natureſſe, ſaunz avoir regarde a volentrine pleſiaunce de femme, ou autre deſir, & des totes autres choſes nous voilez remaunder voz voluntez par Portour de ceſtes.

Don. a Lichefeld, le xviii. jour de Marcz.

Rex ad Filium, de Matrimonio non contrahendo, Rege inconſulto, & de celeriter redeundo in Angliam.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 2. dorſ.

EDWARD BEAUFUITZ,

Nous avoms bien entenduz ceo, que vous nous avez reſponduz par voz lettres, & de ce que vous nous ſignifiez que bien vous remembre de noz charges, auxibien de ces que vous vous ne deveriez marier ſaunz nous, come d'autres choſes, & de ceo que vous nous deiſtes, a veſtre departir de nous, a Doure, & que

Si vous mandoms & chargeoms en la foi, amiste, & ligeaunce, que vous nous devez, & ſur noſtre benizon, que tant toſt veignez par devers nous, nient contreſtantes les excuſacions deſuſdites, ou nulles autres, od tote la haſte que vous purrez; car veſtre Meere nous ad eſcrit que, ſi vous voillez returner, ele ne vous deſturbereit pas: & n'entendoms pas que veſtre Uncle le Roi vous *retenereit* contre la fourme de veſtre conduyt.

Et en nulle manere ne leſſez, ne pur veſtre Mere, ne pur autre cauſe, d'aler en la Duchee, de qoi nous bioms ordeiner preſthement, a veſtre honur, od l'aide de Dieu, ne pur autre cauſe, ne excuſacion, que vous ne veignez haſtivement, ſur noſtre benizon, ſi come vous volez eſchure noſtre Corouce & indignacion, & ſur quant que vous poez meſfaire vers nous; iſſint que nous puiſſoms ordeiner de vous, & de veſtre eſtat, auxi bien de la Duchee, come des autres terres, que vous avez par decea, a commun profit & honur d'entre nous, come affiert.

Et, ſi Johan de Bretagne, & Johan de Crombwell, voillent venir en veſtre compaignie, ils ferront lour devoir.

Beaufuiz, ne treſpaſſez mie noz comandementz, car nous hariens molt, que vous feiſſez choſe que vous ne duſſez.

Don. a Lychefeld, le xviij jour de Marz.

De intendendo ſuper Scrutinio perſonarum ſuſpectarum.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 19. dorſ.

Cùm nuper, per ſingulos Portus Regni noſtri, ſuper Coſteram Maris, publicè fecerimus proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi, ne qui dictum Regnum noſtrum, cum Literis ſuſpectis, Nobis ſeu Populo noſtro præjudicialibus, ingrederentur, ſeu idem Regnum exirent quovis modo:

Et jam intellexerimus quòd quamplures, Inimici & Rebelles noſtri, & aliæ perſonæ, Nobis & Populo noſtro ſuſpectæ, poſt Proclamationem & Inhibitionem prædictas, infra Regnum noſtrum venerunt, in diverſis partibus ejuſdem Regni latentèr & occultè vagantes & diſcurrentes, ſecreta Regni & Populi noſtri explorando, & quidam ex eis a dicto Regno, pro voluntate ſuâ, redierunt:

Super quibus Areſtatio per Majores, Ballivos, ſeu Miniſtros, in Portubus prædictis, hactenus facta non exiſtit; undè plurimùm admiramur.

Nos, periculis, quæ ex hiis evenire poterunt, volentes præcavere, aſſignavimus, dilectum & fidelem noſtrum, Radulphum Baſſet, Conſtabularium Caſtri noſtri Dovorniæ & Cuſtodem Quinque Portuum prædictorum, ad * inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum eorumdem Portuum, * IV. 197.
tàm infra Libertates, quàm extra, per quos, &c. qui Inimici ſeu Rebelles noſtri, aut aliæ perſonæ, Nobis & Populo noſtro ſuſpectæ, poſt Proclamationem & Inhibitionem prædictas, in dictum Regnum noſtrum venerunt; ſeu idem Regnum exiêrunt: & qui eis adhærentes fuerunt: & qualiter: & quomodo: & ad om-

Digitized by Google

habentes, quamquam ſuper præmiſſis, aut valore Terrarum ipſius Reymundi, nondum fuerimus informati, de gratiâ tamen noſtrâ ſpeciali, conceſſimus ei, noſtro & dicti Filii noſtri Ducis nomine, centum libras Sterlingorum, ſingulis Annis, de Exitibus dicti Ducatûs percipiendas, quouſque de valore dictarum Terrarum, & qualiter ad Manus dicti Regis Franciæ pervenerunt, certificati fuerimus, ſeu aliud indè duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Dat. apud Kenilworth, viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Conſtabulario Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, quòd eidem Reymundo dictas Centum Libras Sterlingorum, de Exitibus dicti Ducatûs, ſingulis annis, terminis competentibus, ſolvi faciat in formâ prædictâ; Et Rex ei indè, in compoto ſuo, debitam Allocationem habere faciet.

Dat. apud Kenilworth, viceſimo quinto die Martii.

Per ipſum Regem.

De Seneſcalcia Landarum Commiſſa.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibid.

REX &c. Edwardi, &c. Gubernator & Adminiſtrator, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de fidelitate & circumſpectione providâ, dilecti & fidelis noſtri, Reymundi Duran, confidentes, commiſimus eidem Reymundo, noſtro & dicti Filii noſtri Ducis nomine, Officium Seneſcalciæ Landarum, in Ducatu prædicto, habendum & excercendum, quamdiu nobis placuerit, eodem modo, & eiſdem conditionibus quibus illud habuit, antequam Nos Ducatum prædictum præfato Filio noſtro dediſſemus & aſſignâſſemus.

Damus autem, noſtro, & dicti Filii noſtri Ducis nomine, omnibus & * ſingulis noſtris, & dicti Filii noſtri Ducis ſubditis Seneſcalciæ prædictæ, tenore præſentium, in mandatis, quod eidem Reymundo, tanquam Seneſcallo Landarum, in omnibus, quæ ad Officium illud pertinent, intendentes ſint & reſpondentes.

* IV. 198.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Compenſatione pro Servitio in Guerra Vaſconiæ.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibid.

REX &c. Edwardi, &c. Gubernator & Adminiſtrator, Seneſcallo Vaſconiæ, qui nunc eſt vel qui pro tempore erit, Salutem.

Supplicavit nobis, dilectus, nobis, Pontius Amaneni de Madalhano, Dominus de Mount Vyel, ut,

Cùm Gentes Regis Franciæ, tempore ultimæ Guerræ, in Ducatu prædicto motæ, Caſtra & Terras ſuas in Agenno, ad valorem mille Librarum Turonenſium parvorum per annum, ac Bona & Catalla ſua, uſque ad non modicam ſummam, cepiſſent & occupâſſent, & occupent hiis diebus,

Ac, dilectus & fidelis noſter, Edmundus Comes Kantiæ, frater noſter cariſſimus, & locum noſtrum nuper tenens in Ducatu prædicto, in partem ſatisfactionis dictorum Caſtrorum, Terrarum, ac Bonorum, ſic occupatorum, aſſignâſſet eidem Pontio Ducentas libratas Redditûs monetæ ſupradictæ, percipiendas ſuper Caſtellaniâ de Blankeford,

De quâ quidem Caſtellaniâ magna pars, per Gentes dicti Regis Franciæ, tunc fuerat occupata, quam idem Pontius poſtmodùm

cætero pro nullis haberi volumus.

Teſte Rege apud Kenilworth, viceſimo quinto die Martii.

EOdem modo mandatum eſt Antonio de Luſcy, & Sociis ſuis; ad Treugas inter, &c in Comitatu Weſtmerlandiæ & Cumbriæ cuſtodiendum aſſignatis, &c.

Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

---

* *Ad Papam, ſuper Pallio Archiepiſcopi Eborum a Furibus ablato.* • IV. 199.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Rom. 19. E. 2. m. 3.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Cùm quidam, iniquitatis Filii, nuper, auſu ſacrilego, Capellam, venerabilis Patris, Willielmi Eborum Archiepiſcopi, Angliæ Primatis, noctanter fregerint, ac Pallium ſuum, & alia Ornamenta Epiſcopalia ſurripuerint, & aſportaverint animis ſceleratis:

Propter quod idem Archiepiſcopus ad veſtræ Sanctitatis præſentiam, pro receptione alterius Pallii, ac aliis negotiis ſuis, ipſum tangentibus, ſuos transmittit Nuncios ſpeciales;

Beatitudini veſtræ devotis precibus ſupplicamus affectione, quâ poſſumus, cariori, quatinùs eundem Archiepiſcopum, & ipſius negotia habere dignemini, noſtri, ſi placet, conſideratione, propenſiùs recommendata; & ei in hiis, quæ à veſtrâ Sanctitate, per dictos ſuos Nuncios, poſtulaverit, Sinum veſtræ Apoſtolicæ liberalitatis gratioſiùs aperire.

Conſervet, &c.

Dat. apud Kenilworth, primo die Aprilis.

De Sufferentia cum Flandrenſibus proclamanda.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 9. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm, ſuper Diſſenſionibus & Diſcordiis, inter Subditos noſtros, & homines & Mercatores, de Terra & Poteſtate Comitis Flandriæ, nuper exortis, quædam Sufferentia inter Nos, pro dictis Subditis noſtris ex parte unâ, & Burgimagiſtros, Scabinos, Conſules, & Communitates Villarum de Gandauo, Brugen. & Ipren. pro ſe, & aliis hominibus & Mercatoribus de Flandriâ, ex alterâ, inita ſit, & firmata, ab inſtanti Feſto Paſchæ, per unum Annum, proximò ſequentem, plenariè completum duratura:

Eademque Sufferentia in dictâ Terrâ Flandriæ ſit publicè proclamata, ſicut Burgimagiſtri, Scabini, & Conſules dictæ Villæ de Brugen. nobis per litteras ſuas ſignificârunt;

Nos, volentes dictam Sufferentiam firmiter obſervari, vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd in Civitate prædictâ publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi faciatis, ne quis, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, Hominibus, aut Mercatoribus de Flandriâ, per Terram, vel per Mare, dampnum, injuriam, ſeu moleſtiam inferat quovis modo, durante Sufferentiâ ſupradictâ; ſet quod omnes & ſinguli, de Regno noſtro, ipſos homines, & Mercatores, cum Bonis & Mercandiſis ſuis, infra Regnum noſtrum venientes, faciant tàm per Terram, quàm per Aquam, favorabiliter pertractari.

Teſte Rege apud Kenilworth, primo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Teſte ut ſupra.

Eo-

Digitized by Google

Nuper ſiquidem, Pater Sancte, per litteras, ſub *Secreto Sigillo* noſtro, quæ egimus, & quæ ſcripſimus præfato *Regi*, ut Soror ſua, Conſors noſtra, ac etiam Edwardus, *Filius noſter*, ad *Nos*, ut Honeſtas ſuadet, & Jus jubet, à partibus Franciæ rediiſſent: & Terræ ipſius Filii noſtri, per ipſum Regem detentæ, fuiſſent plenariè reſtitutæ: denudavimus veſtræ Beatitudini ſeriatim; & tenores litterarum, quas ipſi Regi, & etiam dicto Filio noſtro, tunc miſimus, vobis curavimus deſtinare.

Verùm quia, venerabiles Patres, Frater Guillielmus Archiepiſcopus Viennenſis, & Hugo Epiſcopus Aurifacenſis (quos, ex cauſis præmiſſis, cum veſtris Litteris Exhortatoriis, ad ipſum Regem Franciæ, .& nonnullos alios, veſtra Providentia deſtinavit) per ſuas nobis litteras, inter alia, ſignificârunt, quod in Franciâ publicè fertur, quòd Nos dictam Conſortem noſtram, & præfatum Filium noſtrum, deberemus à Regno Angliæ banniviſſe; & petierunt quòd, eâ de causâ, ad partes Franciæ certos Nuncios mitteremus, ad tractandum de ſecuritate, eidem Conſorti noſtræ faciendâ, ut ipſa, ſine periculo corporis, ad Nos, ad partes Angliæ, valeat remeare; aſſerentes eis, per diverſos homines, frequenter fuiſſe expoſitum, quòd, ſine magno periculo, noſtram præſentiam adire nequiverunt propter adverſa, quæ eis in Perſonis & Rebus ſuis fuerunt in Angliâ comminata.

Quæ profectò verba noſtrum graviter percellebant auditum, & viſcera commoverunt: cùm talia nunquam facta fuerint, nec etiam cogitata; quia, ſicut novit veſtra Benignitas, inſtitimus hactenùs, quantum potuimus, circa Regreſſum ad Nos Conſortis & Filii noſtri prædictorum (quorum præſentia in oculis noſtris utique grata foret) & idem Filius noſter erga nos non deliquit, nec permittit ætatis teneritudo ut ſibi offenſa aliqua poſſit, aut debeat imputari; propter quod inhumanum foret, nec Fœdus permitteret naturale, tantæ crudelitatis ſævitiam contra ipſos excercere.

Et ob hoc Excuſationes præmiſſas fictas omnino novimus & mendoſas, & præfati Nuncii veſtri bene nôrunt, quòd aliàs admiſſi fuerunt infra Regnum noſtrum honorificè, ut decebat, nec eſt aliquis in eodem Regno, qui de eis ſiniſtrum prædicet, aut eis aliqualiter comminetur, nec permitteremus eis, ſeu aliis Apoſtolicæ Sedis Nunciis, quicquam injurioſum fieri, ſeu moleſtum: ſuper quibus, & aliis, in ipſorum Patrum litteris contentis, eis per noſtras litteras expoſuimus plenariè votum noſtrum, quarum Tranſcriptum (ſimul cum tranſcriptis, aliàs, ut præmittitur, vobis miſſis, ſi forſan priùs veſtræ Clementiæ non fuerint liberata, quæ præſentibus includi fecimus) pro informatione pleniori, ſuper veritate Rei Geſtæ, vobis duximus tranſmittendum:

Totis cordis affectibus ſupplicantes, ut ea velitis inſpicere, &, pro auferendis tot Scandalis & Diſſenſionum materiis, talem conſiderationem habere ad res geſtas, taleque Remedium apponere in præmiſſis, quale, pro honore ſacroſanctæ Eccleſiæ, & evitandis tot periculorum diſpendiis, quæ evenire exindè veriſimiliter formidantur, veſtra Sanctitudo proſpexerit oportunum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Kenilworth, decimo quinto die Aprilis.

* IV. 201.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Pat. 19. E. 2. p. 2. m. 12.

** De Conductu pro Nunciis Regis Portugaliæ.*

REX Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, dilecti nobis, Manuel de Pezano, illuſtris Regis Portu-

ſam, ſororem Regis Iſpanniæ illuſtris, contrahendâ jam inchoatus eſt Tractatus: & eâ de causâ, diu eſt, Nuncios miſimus ad partes Iſpanniæ pro Tractatu illo perficiendo: ac etiam ad Sedem Apoſtolicam pro Diſpenſatione (quæ in eâ parte, propter Conſanguinitatis attinentiam, requiritur) impetrandâ, qui nondum ad nos redierunt, nec pervenit ad nos de ipſorum expeditione aliqua Certitudo: & inſuper præfatus Filius noſter (quem nuper ad partes Franciæ, pro Homagio ſuo, ratione Ducatûs Aquitaniæ, Domino Regi Franciæ faciendo, tranſmiſimus) adhuc in partibus illis moram fecit; non decet nos, pendente Tractatu prædicto (maximè dicto Filio noſtro ſic abſente) alium ſuper ipſius Conjunctione inchoare Tractatum.

Et, ſi prædictum Tractatum fruſtrari contingat effectu, parati erimus ad tractandum cum veſtris Nunciis (ſi quos ob cauſam illam ad nos veſtra Serenitas voluerit deſtinare) & ea facere quæ pro Amicitiæ & Amoris firmitate fore videbimus oportuna.

Teſte Rege apud Kenilworth, decimo quinto die Aprilis.

Conſimile Reſponſum ad Reginam Portugaliæ.

SErenisſimæ Dominæ, Dominæ Beatrici, Dei gratiâ, Portugaliæ & Algarbiæ Reginæ, Edwardus, *&c. ut ſupra.* Salutem, & ſucceſſibus, ſemper proſperis, jocundari. Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibid.

Præſentatas nobis veſtræ Nobilitatis Litteras per, diſcretos viros, Manuelem de Peſſaigne, & Magiſtrum Rodericum * Dominici, Priorem de Tongiâ, recepimus lætâ mente: & quæ nobis, ſuper Fœdere Conjugali, inter veſtram & noſtram Soboles, juxta traditam eis à vobis Credentiam, prudenter & eleganter proponere voluerunt, audivimus quàm benignè. * IV. 202.

Dilectioni veſtræ intimantes quòd (quemadmodum Domino veſtro Regi per alias noſtras litteras ſcribimus) ſuper tractando de Copulâ Matrimoniali, inter Edwardum Filium noſtrum Primogenitum, & Nobilem Infantiſſam, Sororem Illuſtris Regis Iſpanniæ, Tractatus pendet: & Nuncii noſtri, ea de causâ, adhuc in illis partibus commorantur: nec de ipſorum expeditione pervenit ad Nos certus rumor: & ob hoc non decet nos, de ipſius Filii noſtri conjunctione, alibi novum inchoare Tractatum; præſertim cum idem Filius noſter (quem ad partes Franciæ, pro Homagio ſuo, pro Ducatu Aquitaniæ, Domino Regi Franciæ faciendo, nuper miſimus) nondum ad nos redierit de partibus ſupradictis.

Set, ſi contingat Tractatum prædictum effectum non ſortiri, parati erimus ad tractandum, pro hujuſmodi Fœdere, ſi, & quando, præfatus Rex, Dominus veſter, & vos, ob cauſam illam, veſtros Nuncios volueritis deſtinare.

Dat. apud Kenilworth, decimo quinto die Aprilis.

De Rumores narrantibus capiendis.

REX Vicecomiti R[illegible]elandiæ, Salutem. Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ 19. E. 2. m. 7. d.

Cùm Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noſter, perpendens dampna, quæ in Regno ſuo, ex ſiniſtris narrationibus Rumorum, priùs contigerant, & impoſterùm contingere poſſent, de Communi Conſilio ejuſdem Regni, inhibuiſſet ne extunc aliquis audax eſſet dicendi ſeu narrandi aliquem falſum Rumorem, undè Diſcordia, ſeu Materia diſcordiæ ſive ſcandali, inter Regem & Populum ſuum, ac Proceres dicti Regni, ſuſcitari poſſet: &

Digitized by Google

ea ſua pertinent, facienda, & illis, qui ad Huteſium & Clamorem, pro Malefactoribus & Felonibus areſtandis, venerint, quibus quandoque ſic armari convenit,

Volentes quòd, ſi qui, poſt Proclamationem & Inhibitionem prædictas, contrarium invenirentur facientes, ſtatim per Vicecomitem, vel Ballivos noſtros, aut Cuſtodes pacis noſtræ, caperentur, & in eiſdem Armaturis, in quibus capti eſſent, proximæ Gaolæ noſtræ liberarentur, & in eâdem ſic * continuò cuſtodirentur, donec de nominibus ſic Captorum, & in quibus Armaturis eſſent capti, eſſemus certiorati, & voluntatem noſtram præceperimus de eiſdem:

* IV. 103.

Ex relatu tamen quorumdam intelleximus, quòd Thomas de Eye, Johannes Grubbe, & Ricardus le Orfreyſier (qui Cuſtodes Pacis noſtræ, ſeu alii Miniſtri noſtri non ſunt, ut dicitur) Aketonis, Bacinettis, & aliis hujuſmodi Armaturis, nocte dieque, in Villis, Feriis, Mercatis, & aliis locis, publicis & privatis, ſæpiſſimè Armati incedunt, Mala pluria perpetrando, in Pacis noſtræ læſionem, & terrorem Populi noſtri prædicti, ac contra Proclamationem & Inhibitionem noſtras ſupradictas; ſuper quo Remedium aliquod per te, aut per Cuſtodes Pacis noſtræ, non apponitur, ut deceret; undè admiramur:

Et ideo tibi præcipimus quod, ſuper præmiſſis diligentem facias Inquiſitionem, & omnes illos, quos de præmiſſis culpabiles inveniri contigerit: ac etiam illos, quos alicubi in Ballivâ tuâ, ſive infra Libertates, ſive extra, hujuſmodi armaturis Armatos, inveneris de cætero vagantes, in Pacis noſtræ læſionem, & terrorem Populi noſtri, ac contra Proclamationem & Inhibitionem noſtram ſupradictas, ſine dilatione capias, & in Priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri facias, donec aliud indè præceperimus; & Nos de eo, quod indè feceris, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, ſine dilatione reddas certiores, juxta formam Proclamationis ſupradictæ.

Teſte Rege apud Kenilworth, viceſimo octavo die Aprilis.

De Paſſagio habendo pro Nuncio Nunciorum Papæ.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 8. dorſ.

REX, dilecto & fideli ſuo, Radulpho Baſſet de Drayton, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti in Portu Dovorriæ, Salutem.

Cùm Magiſter Hugo de Ingoliſmo quaſdam Literas ſuas clauſas, ad partes tranſmarinas, Archiepiſcopo Vyennenſi, & Epiſcopo Orengienſi, Domini Papæ Nunciis, per Reymundum Olerii, mittat de Licentiâ noſtrâ;

Vobis mandamus quod ipſum Reymundum, cum Literis illis, per eundem Portum, ad partes prædictas, abſque impedimento, tranſire permittatis; Ita quòd de eodem Reymundo diligens Scrutinium fiat, quòd alias Literas, Nobis, ſeu Regno noſtro, aut fidelibus noſtris, ejuſdem Regni, præjudiciales aut ſuſpectas, ſecum non deferat quovis modo.

Teſte Rege apud Kenilworth, viceſimo octavo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Epiſcopis parandis pro defenſione Eccleſiæ & Regni.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 6. dorſ.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm univerſi & ſinguli Indigenæ Regni noſtri ad defenſionem ipſius Regni, pro loco & tempore, quibus periculum eidem iminere proſpexerint, ex debito teneantur: & vos eo magis & ſpecialiùs ad defenſionem ejuſdem teneamini, quo amplioribus Poſſeſſio-

quàm extra, ad quos, &c. Salutem. An. 19. E. 2.

Sciatis quòd,

Cùm nuper ordinaverimus, pro Defenſione Regni noſtri, quòd in ſingulis Portubus ejuſdem Regni, per certos fideles noſtros, diligens Scrutinium fieret ſuper Literis quibuſcumque, à partibus tranſmarinis in Regnum noſtrum deferendis, vel ab eodem Regno ad partes exteras portandis,

Pat. 19. E. 2. p. 2. m. 10.

Et quòd omnes & ſingulæ Literæ, nobis, ſeu Coronæ noſtræ, præjudiciales, aut ſuſpectæ, ad Nos deferrentur, vel mitterentur, antequam executio fieret de eiſdem,

Et poſtmodùm, dato nobis intelligi quòd quamplures, hujuſmodi Literas deferentes, dictum Scrutinium declinare volentes, in Navibus & Batellis, per Coſteram Aquæ Thamiſiæ, frequenter ad Terram ponebantur, & literas illas, quo vellent, deferebant,

Aſſignaverimus, per diverſas Literas noſtras Patentes, quoſdam fideles noſtros ad cuſtodiendum omnia loca per Coſteram dictæ Aquæ Thamiſiæ, & ad diligens Scrutinium in omnibus & ſingulis locis, ubi Naves applicare poſſent, per Coſteram prædictam faciendum, tàm, videlicet, de illis qui Regnum noſtrum ingredi, quàm de illis qui idem Regnum egredi volebant:

Et ad omnes illos, penes quos hujuſmodi Literæ, prejudiciales aut ſuſpectæ, repertæ fuiſſent, unà cum litteris, areſtandum, & ſub Areſto hujuſmodi per Vicecomites, in quorum Ballivis reperti fuiſſent, cuſtodiri faciendum, quouſque aliud indè duceremus demandandum:

Jamque intellexerimus quòd quamplures, Scrutinium ſuper hujuſmodi Literis faciendum declinare Machinantes, idem Regnum noſtrum, cum hujuſmodi Literis, in Navibus & Batellis, clandeſtinè ingrediuntur alibi quàm in locis, ubi Naves communiter ſuper Coſteram prædictam applicare conſueverunt, & ſecum Literas ſuſpectas deferunt, & ab eodem Regno cum hujuſmodi literis latentèr exeunt, contra Proclamationem & Inhibitionem noſtras, aliàs indè factas, quodque prædicti aſſignati Scrutinium prædictum, in dictis locis negligenter & nimis trepidè faciunt; undè maximum periculum Nobis & Regno noſtro poterit evenire:

Nos,

De fidelitate & circumſpectione, dilecti & fidelis noſtri, Johannis de Weſton, Conſtabularii Turris noſtræ Londoniæ, plenariè confidentes,

Aſſignavimus ipſum ad ſupervidendum quòd dictum Scrutinium, in omnibus locis, per Coſteram dictæ Aquæ, inter Civitatem noſtram Londoniæ & Villam de Graveſend, & in eâdem villâ per dictos aſſignatos ibidem, juxta formam Commiſſionis noſtræ, eis indè factæ, diligenter fiat:

Et ad omnes illos, in locis illis ſic aſſignatos, quos negligentes in Scrutinio illo invenerit, puniendum, & caſtigandum:

Ac Exceſſus & Defectus, in hac parte repertos, modo debito corrigendum:

Necnon ad hujuſmodi Scrutinium de omnibus illis, qui Navibus de Batellis dictum Regnum ingredi, ſeu idem Regnum egredi voluerint, in ſingulis locis, inter dictam Civitatem & Villam prædictam, & in eâdem Villâ, tàm infra Libertates, quàm extra, per totam Coſteram, ex utràque parte dictæ Aquæ Thamiſiæ, ubi Naves applicare poterunt, faciendum:

* Et ad omnes illos, penes quos hujuſmodi Literæ, præjudiciales, aut ſuſpectæ, repertæ fuerint, unà cum Literis illis, areſtandum, & ſub Areſto hujuſmodi cuſtodiri faciendum, quouſque aliud inde [illegible] demandandum: * IV. 105.

Et ad [illegible] Nos, de tempore in tempus, de nominibus illorum, quos præmiſſâ occaſione areſtaverit, & cauſis areſtationum eorumdem:

Nec non Literas, præjudiciales & ſuſpectas, hujuſmodi ad Nos cum celeritate, quâ poterit, mittendum; ut indè fieri faciamus quod de Concilio noſtro fore viderimus faciendum;

Et

Digitized by Google

ſeur & ſauf Conduit parmi vos Baillies, quant, & a quele heure, vous ſerrez de ceo requis depar eux: Et, ſi treſpas ou duret lour ſoit faite, le facez, ſaunz delai, amender & adreſcer.

En Teſmoignance, &c.

Don. a Marlebergh, le xviij jour de Maii.

Inſtructiones pro Conſtabulario Doroberníenſi ſuper Conductu prædicto.

Ann D. ROI a noſtre Chere & Foial, Rauf Baſſet, noſtre Coneſtable
1326. de Doure, Salutz.
An. 19. Nous vous feſoms ſavoir que, les honurables Piers en Dieu,
E. 2. l'Erceveſque de Vienn, & l'Eveſque d'Orenge, Meſſages noſtre
Claus. 19. Seint Piere, le Pape, nous ount ſignifietz, par lour Lettres, que
E. 2. m. le dit Seint Piere ad envoiez eux, primes al Roi de Fraunce, &
6. d. puis a nous, par boſoigne, touchante nous & la Roigne noſtre Femme, & pur ceo ſount en venauntz:

Et auxint nous ount ſignifietz, par meſmes lour lettres, q'ils ne portent nules lettres, Sentence d'Eſcomenge contenauntes, ne altres choſes, countre nul de Noz, ne de noſtre Roialme:

Et nous ount priez de Conduyt; & que nous voilloms eſcriure a vous, de les faire ſeurte par Terre, & par meer:

Par quoi nous les avoms oterie noſtre Cunduyt; ſicom vous poez veer par la tenour, enclos deintz ceſtes:

Et auxint voloms, & vous mandoms, que vous les facez, ſeurement & ſauvement, purveer, & garder par Meer, & par Ter-
* IV. re, ſolonc purport de noſtre * dit Conduit, que mal, ne deſho-
205. nur, ne lour ſoit fait, qui ja ne aveigne: & eiez bon regard a les pointz & condicions del Conduit:

Et facez, haſtivement, que vous eiez Niefs, en ſuffiſaunte quantite, pur lour ſauete, & auxint pur la Garde de la Meer, & de la Terre, apres lour venue, que ſodeines damages, ne parilles, ne puiſſent avenir, ne Meſſages, ſaunz eſtre primes ſerchez,

Et tauntoſt maundez a eux, com de vous meiſmes, coment nous vous avoms chargetz de les faire ſeure & ſauve Garde, & que pur ceo avez fait apparailler Niefs a grant maſſe:

Mes pur ceo, que vous ne volez pas que taunt des Niefs veignent countre eux, par quoi ils puiſſent eſtre affraietz, ne ſi poutz q'ils ne fuiſſent bien aſſuretz, vous les prietz & aviſez q'ils vous ſignifient ſi toſt, com lour plerra, le jour de lour venue, & la manere de la ſeurte q'ils vorroient aver, & vous le freez, a lour volente, ſolonc veſtre poair: & qu'endementiers, ils s'en ſoeffrent, & attendent illoeques bonement, & tantoſt vous certifiez leur reſpons:

Et ordinez ſi bien & ſagement les choſes, ſicom bien le ſavez, que mal, ne paril, n'aveigne, & que les pointz del Conduit ſoient bien gardez:

Et, quant ils ſerriont arrivetz, vous les reſceiverez bel & curteiſment: & puis les averz a dire, de vous me[illegible], com de veſtre Office, quant ils ſeriont bien, & bel, & [illegible]eiſment herbergetz, & les Niefs, qui les averont menez, ſerront [illegible]tournez, & ceo ſoit fait a toſt, com purra, bonement & coievient,

SEIGNURS, vous eſtes venuz par Conduit noſtre Seignur le *Roi*, le voillez monſtrerer:

Et, quant ſerra monſtre, chargez bien les Covitz, en diſaunt, SEIGNURS, il appent, de cuſtume, al Office de Coneſtable, al'-

---

De intendendo ſuper Conductu antedicto.

ROI a Viſcount de Kent Salutz. Ann. D.
Come, les honurables Pieres en Dieu, l'Erceveſque de 1326.
Vienn, & Eveſque d'Orenge, Nous eint ſignifie, par lour Let- An. 19.
tres, coment ils ſount maundez par, noſtre Seinte Piere, le * E. 2.
Pape, primerment au Roi de Fraunce, & puis a nous en Engle- Claus. 19.
terre, pur buſoigne, tochante nous, & noſtre Femme, la Roigne E. 2. m.
d'Engleterre, & nous avoms fait faire a eux nos Lettres de Con- 6. d.
duit en certeine fourme, & avoms charge, noſtre chere & foial, * IV.
Rauf Baſteet de Drayton, noſtre Coneſtable de Dovorr, & Gar- 207.
dein de noz Cinque Portz, q'il les reſceive honurablement, & lour face purveer ſeure & ſauve Garde, par Terte & par Meer, en manere que nos lui avoms enjoint,

Vous mandoms, ferment enjoignauntz, que vous, en ces choſes & autres, tochauntz la garde de la Meer & la Terre, feez entendauntz au dit Rauf totes les foitz, q'il vous fra ſaver & garnir depar Nos; & ceo en nule manere ne leſſez, ſi que paril, ne mal, ou deſhonur aveigne, par quoi nous devoms prendre a vous.

Donez a Marlebergh, le xix jour de Maii.

Ad Regis Admirallum, ſuper Conductu memorato.

ROI a noſtre foial & loial, Nicol Kyriel, Amiral de noſtre Na- Ann. D.
vie, de la bouche del' ewe de Thamiſe, vers les parties del 1326.
weſt, Salutz. An. 19.
Come, les honurables Piers en Dieu, l'Erceveſque de Vien, & E. 2.
l'Eveſque d'Orenge nous eient ſignifie, par lour lettres, coment Claus. 19.
ils ſount maundez par, noſtre Seint Piere, le Pape, primerment E. 2. m.
au Roi de Fraunce, & puis a nous en Engleterre, pur buſoigne, 6. dorſ.
tochaunte Nous, & noſtre femme, la Roigne d'Engleterre, & nous avoms fait faire a eux noz lettres de conduit, en certeine fourme, & avoms charge, noſtre chere & foial, Rauf Baſſet de Drayton, noſtre Coneſtable de Dovorre, & Gardein de noz Cinques Portz, q'il les reſceive honurablement, & lour face purveer, & faire ſeure & ſauve garde, par Terre, & par Meer, en manere que nous lui avoms enjoint:

Vous mandoms, & chargeoms, que vous facez aſſembler la Navie de veſtre baillie, iſſint q'ele ſoit preſte, ſolonc ceo, & totes les foit, que le dit Rauf vous fra aſſaver: & meiſme la Navie facez maunder a lui par certeines gentz & ſuffiſauntz:

Et voloms que vous meiſmes veignez a Loundres, pur tretier oue noſtre counſeil, ſur la bone garde de Meer, a plus toſt que vous poez, ſolunc la fourme du maundement, que vous en avez autrefoitz de Nous, par bref de noſtre grant ſeal, & par lettres de noſtre Chaunceler.

Et, quant vous vendrez, leſſez aſcun fiable, ſages & aviſe, en veſtre lieu, pur entendre al dit Rauf en veſtre abſence, iſſint que mal, paril, ne deſhonour n'aveigne, par quoi nous devoms prendre a vous.

Don. a Okebourn, le xx jour de Maii.

2. Tam ſuper negotio, Nos & Reginam Angliæ, Uxorem noſtram, contingente, quàm ſuper Arreragiis Cenſûs, Romanæ Eccleſiæ debiti, ac Quartâ parte Decimæ biennalis, Clero Angliæ nuper impoſitæ, & Nobis à veſtrâ Sanctitate conceſſæ, Sedi Apoſtolicæ, ut dicitur, reſervatâ, ac quibuſdam aliis negotiis, quoſdam Epiſcopos Regni noſtri concernentibus,

Continebantur, quæ etiam iidem Patres, ſuper præmiſſis, eleganter & providè, proponere curaverunt, benignè audivimus, & pleno concepimus intellectu.

Et, poſt Propoſita per ipſos, ſuper Reditu ipſius Reginæ ad Nos, Nos ex motu proprio, eiſdem Nunciis in verbis Gallicis, quæ transferri fecimus in latinum, pro pleniori intellectu Sanctitatis veſtræ, reſpondimus in modum, contentum in Cedulâ, hiis incluſâ.

Et, quoad alia, per ipſos circa hæc expoſita, per Concilium noſtrum fecimus per omnia reſponderi.

Ac, cariſſimus Nepos, & fidelis noſter, Hugo le Deſpenſer ad ea, quæ contra ipſum oppoſita fuerant, ore proprio reſpondit per ſingula, prout dicti Patres, vobis, ſi placet, referre poterunt ore tenus.

Quantum verò, Pater Sancte, ad Petitionem Arreragiorum dicti Cenſûs, quæ in dictis litteris veſtris per verba comminatoria fiebat, ſicut viſum eſt nobis & Concilio noſtro, eramus, nec immeritò, admirati, cùm Intentionis noſtræ nunquam fuerit detinere Cenſum illum; ſet, propter Guerrarum diſcrimina, quibus (ſicut veſtra novit Clementia, fuimus multipliciter fatigati; quæ etiam, procurante Seminatore zizanniæ, timentur adhuc, his diebus, periculoſiùs exoriri) inſtetimus penes veſtram Sanctitudinem pro dilatione dumtaxat Solutionis dicti Cenſûs optinendâ, eo quòd, ob tam urgentiſſimas Neceſſitates, non potuimus dicta Arreragia ſolvere, quod nobis valdè diſplicuit novit Deus.

Verumtamen ſuper iſto Articulo, necnon ſuper Quartâ Decimæ ſupradictæ, licet in litteris veſtris Apoſtolicis, nobis de Conceſſione dictæ Decimæ factis, de reſervatione alicujus Portionis ulla mentio facta non fuiſſet, Intentionis noſtræ propoſitum præfatis Patribus fecimus explicari; ſuper quo ipſi, ſuis oraculis, veſtram Sanctitatem poterunt ſerioſiùs informare; veſtræ Beatitudini totis cordis affectibus ſupplicantes, quatinùs ipſos, ſuper his, benignè audire, &, præmiſſorum contemplatione, nobiſcum agere dignemini, juxta ſperatam fiduciam, gratioſe, & nobis indè veſtra Paterna beneplacita, ſi libeat, intimare.

Et quia, Pater ſanctiſſime, pro conſervatione, ſeu reformatione Pacis & Amicitiæ, Paternitatis veſtræ monita, ac ipſorum Nunciorum conſilia, ſumus hactenus, cum omni diligentiâ, proſecuti: & nunc tàm dicta Conjux noſtra, quàm etiam Filius noſter Primogenitus, quos pro bono Pacis ad partes Franciæ deſtinavimus, ſicut nôſtis, in eiſdem partibus, contra voluntatem noſtram, commorantur: Terra etiam noſtra in Vaſconiâ nobis, contra Juſtitiam, detinetur; placeat, quæſumus, veſtræ providentiæ ad hæc debitæ conſiderationis intuitus penſando dirigere, & ſuper hiis Remedium apponere ſalutare.

Cæterum de Geſtu Epiſcoporum, Herefordienſis, Lincolnienſis, & Norwycenſis, nec non Archiepiſcopi Dublinienſis: & in quibus contra nos deliquerunt: qualiter etiam, ſuis exigentibus Demeritis, contra ipſos, quoad Baronias ſuas, ſecundum Leges & Conſuetudines Regni noſtri eſt proceſſum; coram præfatis patribus fecimus recitari, eiſque geſtarum rerum ſeriem per omnia denudari, pro veſtræ Sanctitatis conſcientiâ indè, ipſorum relatibus, ſerenandâ; quibus in præmiſſis omnibus velitis fidem indubiam adhibere.

Ad hæc, pie Pater, ex eo quòd præfatum Conſanguineum noſtrum, necnon, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Robertum de Baldok, Archidiaconum Middleſexiæ, Cancellarium no-
* IV. 209. ſtrum, habuiſtis favore propitio * commendatos, grates & gratias

præteritum, in magnum contemptum & vituperium noſtri, & omnium noſtrorum.

Adhuc plus dicitur, quòd ipſa facit Confœderationes, cum Magnatibus partium illarum, de Ingrediendo & Invadendo hoſtiliter Regnum noſtrum, contra voluntatem noſtram.

Verumptamen, cùm venerit, & erga Nos obedienti & debito modo fecerit quod debebit, nos faciemus erga eam quod debemus; nec credimus noſtrum dictum Sanctiſſimum Patrem, aut Regem Franciæ, vel aliquem virum bonum, velle nos aliud, vel aliter facturos in hac re.

Papæ literis, in gratiam Comitis Richemundiæ ſcriptis, Reſponſum Regis.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Tranſmiſſæ nobis veſtræ Manſuetudinis Litteræ inter alia 1326.
continebant, qualiter non latet in abdito ſincera fidelitas, quâ Jo- An. 19.
hannes de Britanniâ, Comes Richemundiæ, erga Genitorem no- E. 2.
ſtrum & Nos dinoſcitur viguiſſe, perſonam ſuam, in quibuſlibet Rom. 19.
Guerris, contra dictum Patrem noſtrum & Nos hactenus ſuſcita- E. 2. m.
tis, relictis propriis Parentibus & Propinquis, exponendo periculis, 2.
Preſſuras etiam & Carceres tolerando.

Propter quod veſtra Benignitas mirabatur, quòd, dicto Comite in Regno Franciæ (ad quod, pro proſecutione negotiorum noſtrorum, de mandato noſtro venerat) conſtituto, Terras & Poſſeſſiones Comitatûs Richemundiæ, & alias Terras, quas idem Comes in Regno noſtro optinuit, ſeiſiri, & alia Bona ſua fecimus areſtari.

Et Nos, per eaſdem litteras, veſtra pia Paternitas requiſivit, ut præmiſſa, ac proximæ Conſanguinitatis, Fidelitatis, & Homagii vinculum (quibus nobis aſtrictus eſt idem Comes) in * examen debitæ conſiderationis adducere, & eum in Gratiæ & Dilectionis noſtræ plenitudine conſervare (revocatis Seiſinâ & Areſto prædictis) curaremus, * IV. 210.

Super quo Sanctitati veſtræ duximus reſcribendum, quòd impenſa per præfatum Comitem dicto Genitori noſtro & Nobis Obſequia, quæ etiam Dampna, quaſve Preſſuras perpeſſus eſt ſatis, recolimus, & quæ ſibi, tàm per ipſum Genitorem noſtrum, quàm etiam per Nos, Retributionum viciſſitudines factæ fuerunt, temporibus ſucceſſivis, nullatenus ignoramus.

Scimus enim, & omnibus notum eſt quòd dictum Comitatum, ac cæteras Terras ſuas, quæ habuit in dicto Regno noſtro, ex Liberalitate ipſius Patris noſtri & noſtrâ, extitit aſſecutus, nec à Parentibus ſuis aut Propinquis quicquam habuit aliundè.

Et, ſi in Scrutinium debitæ conſiderationis impenſa per ipſum Obſequia, ac Beneficia ei à regiâ Munificentiâ collata deducantur, nulli poteſt venire in dubium quin longè majora perceperit, quàm conſtat ipſum potuiſſe promereri.

Et, ut, Pater Sanctiſſime, Commotionis noſtræ Cauſa contra eundem Comitem veſtræ Manſuetudini denudetur, veſtræ innoteſcimus Sanctitati, quòd, cùm Negotia noſtra, pro quibus dictus Comes ad dictas partes Franciæ miſſus fuerat, deducta fuiſſent ad exitum, quem vos nôſtis; præfato Comiti litteratoriè mandavimus, vicibus repetitis, ut ad Nos accederet in Angliam, nos ſuper expeditione negotiorum illorum informaturus, & Conſilium ſuum etiam impenſurus:

Et, pro eo quod nec ad primum, nec ad ſecundum Mandatum noſtrum, ad Nos venire curavit, ſet quaſdam frivolas excuſationes, ſuper non adventu ſuo, ad nos prætendebat, Nos, adjectis verbis Comminatoriis in noſtris litteris, videlicet, quod ipſum, ſi venire contempneret, non ſolùm Inobedientem, ſet etiam Homagii & Fidelitatis ſuæ Violatorem deberemus, non immeritò, reputare,

Digitized by Google

Par qoi nous, que deſiroms ſovereignement pees & quiete entre lui & nous, & affianez de voſtre grant Loialte, Verite, & Seen, & que par voſtre * travail & peinblete, ſi vous pleſt, noz requeſtes droicureles purront plus gracиouſement eſtre entendues, & eſploittes par noſtre dit Frere, enveons a vous, come a noſtre chere Amy, & Pier de France, Tranſeſcriptz des lettres ſur ce autre foitz, & ore adreſcees a noſtre dit Frere; empriantz & requerantz voſtre treſchere amiſte, que vous voillez oir, & entendre noz requeſtes, contenues en les ditz Tranſeſcriptz, & mettre, s'il vous pleſt, eid & conſeil, a voſtre poaire, vers noſtre dit Frere, q'il voille, par dreit & bien de pees, & natureſce, & entiere amiſtee, norrir entre nous a touz jours, noz dites requeſtes ottrier, & eſploiter ſelonc Dieu, Droit, & Reſon, od favour & grace, ſi lui pleſt, toſt & od effetes; Iſſint que, par l'eid de Dieu, & de vous, les buſoignes ſoient miſes au point & fyn due & covenable, ſanz aſcun delai; & que par tant ſeioms tenuz a vous, en cas ſemblable, & autres, a voz profitz & honurs, & eſtre le voloms.

* IV. 111.

Et de ce q'il vous ent plerra faire, & ceo que noſtre dit Frere ferra, ou faire vodra a voz requeſtes, & les noz, nous voilletz certifier le plus toſt que vous purretz; kar verraiement, treſchere amiz, ſicome nous eſcriviomis a noſtre dit Frere, come eſt contenuz en les ditz Tranſeſcriptz, vous poetz ſentir & entendre de nous, come de tout home de noſtre Eſtat, que molt nous eſt & eſtre dedit gref, de ſi hountous deſpitz & grantz damages ſi longement endurer; ne vraiement, chers amiz, nous ne les pooms longement ſoeffrer en nule manere.

Le Seint Eſpirit ſeit garde de vous.

Don. a Weſtmonſter, le xix jour de Juyn.

Ad Filium, de Inobedientia ſua, & adhærentia Inimicis Regis.

Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Clauſ. 19. E. 2. m. 2. d.

EDWARD BEAUFITZ.

Tot nous eiez vous eſcript, par voz lettres, einz ces heures, que vous remembrez bien des charges, que vous enjoigniſmes ſur voſtre departir de nous a Doure, & que vous ne treſpaſſeriez noz Commandementz en nul point, einz les ferriez a voſtre poair; il nous ſemble que vous ne tenez pas covenant, ne obeiſſez mie a noz commandementz humblement, come doit bon Fitz a ſon Piere, puis que vous n'eſtes venuz pardevers nous, pur eſtre ſouz noſtre governement ſicome eſtre devez, & ſicome nous vous avoms mandez, einz ces heures, par noz autres lettres, ſouz noſtre benizon, mes avez notoirement tenuz Compaignie, & Ahertz, & voſtre Mere auxint, au Mortimer, noſtre Treitre & Enemy mortel, en la compaignie veſtre Mere, & par aillours; qi publiement porta, a Parys, voſtre ſuyte a la ſolempnite del en Coronement, a la Pentecoſt darrien paſſee, en ſi grant deſpit de nous, & a ſi grant deſhonur de nous & de vous; come que vous nous eiez, nient veritablement, mandez, q'il n'eſt mie adherdaunt [illegible] ſtre Mere, ne a vous; dount nous nous tenoms molt a mal paiez.

Et auxint avoms entenduz que vous par conſail, q'eſt contrair a nous & a voſtre profit, feces pluſours mandementz, ordenaunces, & diverſiteez, ſaunz nous aviſer, & contraires a noz mandementz & voluntees, vers les parties de la Duſche de Guyenne, quele nous vous avoms donee; & vous doit bien remembrer de la manere del Doun, & voſtre Reſpons, que vous nous donaſtes a Doure,

TRESCHERE ET TRESAME FRERE, voillez remembrer ceo que autre foitz vous avoms ſignifie, par noz lettres, ſus le, nient covenable, port voſtre Soer, noſtre Feme, par devers nous, de ceo q'ele ſe retreet, ſi hountouſement, de nous, & n'ad volue revenir a noz mandementz; & ſi notoirement ad attret a ſa compaignie, & ahert a, noſtre tretre & Enemy mortel, le Mortimer, & noz autres Enemis perdela, & ad fait auxint aherde Edward, noſtre Fitz & Heir, a meſmes ceux noz enemys, a ſi graunte hunte de nous & de tut ſon ſank: & que vous duſſez bien volers, pur honur de vous & de nous, que tieux choſes fuiſſent duement adreſſees: Ann. D. 1326. An. 19. E. 2. Ibidem.

A vous requeiſmes affectuouſement, par meſmes noz lettres, que noſtre dit Fiutz, q'eſt de ſi tendre age, q'il ne ſe poet, ne ſeet meſmes governer ne guier, & pur ceo deit eſtre ſouz noſtre governement, & de nulli autre, ſicome droit, & reſon, & Covenant entre vous & nous voelent, enveiſſez pardevers nous, iſſint que nous puiſſioms ordeiner de lui, & de ces biens, & de ſon eſtat, come affiert:

Et que, deſicome il ad fait homage a vous entierment pur tote la Duchee, vous vouſiſſez a lui rendre pleinement les terres de la Duchie, ſanz aver regard a reddour des paroles de nul Covenant, que, a opinion d'aſcuns gentz, ſemblent ſoner en noſtre diſheriteſon; ſicome plus plenement eſt contenue en noz dites lettres, a vous ſur ceo envoiez.

Des quelx choſes unqore ny ad riens fait, mes eſt la dite adherdance, de noz ditz Feme & Fitz, od noz ditz Treitres & Enemiz mortelx, pardela notoirement continue, en tant que, le dit Treitre, le Mortymer porta, a Parys, la ſuyte noſtre dit Fitz publiement, a la ſolempnete *del en Coronement* noſtre treſchere ſoer, votre *Compaigne*, la Roine de France, a la Pentecoſt darrein paſſe, en ſi graunte hounte & deſpit de nous.

Par quoi, treſchere frere, nous vous prioms derechef, ſi affectuouſement, & de Cuer come nous pooms, que, pur droit & bien de pees, & natureſce, & entiere amiſtee, norir entre nous, queu choſe nous deſiroms ſovereignement, voillez a noz dites requeſtes entendre, & les *parfaire* & eſploiter benignement, & toſt od effect, pur profit & honure d'entre nous: & que nous ne ſeoms deſhonurez: ne nous, a noſtre dit Fiutz, deſheritez, queu choſe nous entendoms pas, Treſchere Frere [illegible] devez voler; einz poetz bien ſentir de nous, come de tut home de noſtre eſtat, que molt nous eſt, & eſtre doit gref de ſi hountous deſpitz & grantz damages, ſi longement *endurer*; *ne* vereiment, beau Frere, nous ne les poems longement ſoeffrir.

Le Seint Eſpirit *ſeit Garde* de vous.

Super certis Articulis Treugarum Scotiæ contingentibus.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd nos, de fidelitate & induſtriâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Roberti de Welle, Roberti de Thorp, & Johannis de Denum, plenam fiduciam reportantes, eis, ſuper certis Articulis, Treugam, inter Nos & Homines de Scotiâ nuper initam & firmatam, contingentibus, * Intentionis noſtræ propoſitum expoſuimus, Domino Roberto de Brus, ex parte noſtra, ſerioſiùs referendum: 1326. An. 19. E. 2. Pat. 19. E. 2. p. 2. m. 3. * IV. 212.

Ipſoſque ob hanc cauſam, necnon ad reportandum nobis reſponſum

Digitized by Google

Magiſtrum Johannem de Hildeſle, ſuper noſtris Beneplacitis, in præmiſſis, fecimus plenariè informari, vobis per ipſos ſeriotiùs exponendis:

Quibus omnibus, duobus, & uni eorum, in hiis, quæ vobis dicent, vel dicet ex parte noſtrâ, fidem indubiam præbeatis; & ea ſic in opere explere ſtudeatis, quòd, amoto cujuſlibet dubietatis ſcrupulo, veſtram poſſimus fidelitatis & conſtantiæ probitatem dignis attollere laudibus, & emeritis Retributionibus honorare.

Dat. apud Turrim Londoniæ, viceſimo quarto die Junii.

De recipiendo ad gratiam Amanenum Dominum de Lebreto & Liberos, prædicta Irruptione circumactos & abreptos.

Ann. D. 1326. *An.* 19. E. 2. *V.ſc.* 19. E. 2. *m.* 3.

REX, omnibus, ad quod, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm quidam Magnates, fideles noſtri, nobis inſtanter ſupplicaverint, ut Amanenum, Dominum de Lebreto, & Bernardum & Almaricum, Liberos ejuſdem Amaneni, ipſorumque Familiares, Fautores & Adhærentes (qui contra nos in Guerrâ Vaſconiæ nuper motâ fuerunt) ad noſtram Gratiam & Benivolentiam admittere velimus; aſſerentes ipſos hoc deſiderare toto corde,

Nos,

Ipſorum precibus in hac parte inclinati, ac de fidelitate & induſtria, dilectorum & fidelium noſtrorum, Oliveri de Ingham, Seneſcalli Vaſconiæ, Amaneni de Foſſato, & Arnaldi Gullielmi, Domini de Leſcuno, plenam fiduciam reportantes, aſſignavimus,

Ipſos, & duos eorum (quorum præfatum Seneſcallum alterum eſſe volumus) ad tractandum pro nobis, & noſtro nomine, ſuper hiis, quæ ad Reconciliationem ipſius Amaneni de Lebreto, Libeberorum, Familiarium, Fautorum, & Adhærentium ſuorum prædictorum, * pertinent, vel poterunt pertinere: necnon ad remittendum & pardonandum eidem Amaneno de Lebreto, omnibus & ſingulis ſupradictis, quaſcumque Actiones & Quæſtiones perſonales, quas contra ipſum Amanenum de Lebreto, Liberos, Familiares, Fautores, & Adhærentes prædictos, & eorum aliquem, habuimus, vel habemus, ratione injuriarum & Criminum, tàm Capitalium, quàm Aliorum quorumcunque, contra nos qualitercumque Commiſſorum; & ad firmam Pacem noſtram eis inde concedendum, •V.214.

Aſſignamus & deputamus, eiſque, & duobus eorum (quorum præfatum Seneſcallum alterum eſſe volumus) ſuper præmiſſis, omnibus & ſingulis, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus poteſtatem.

Promittentes nos Rata & Firma habituros, ea, quæ per præfatos, Seneſcallum, Amanenum de Foſſato, & Arnaldum, & duos eorum (quorum præfatum Seneſcallum alterum eſſe volumus) tractata, concordata, & vallata fuerint in præmiſſis; & ea per literas noſtras, ſub magno Sigillo noſtro, ratificari & approbari faciemus, cum inde fuerimus certiorati.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, viceſimo quarto die Junii.

Ann. D. 1326. *An.* 19. E. 2. *Vaſc.* 19. E. 2. *m.* 3. *dorſ.*

Rex ad Civitates Vaſconiæ, de nomine Gubernatoris & Adminiſtratoris ex poſtfacto, ratione Minoritatis Filii, ſibi aſſumpto.

REX, Edwardi, Filii noſtri Primogeniti, Aquitaniæ Ducis, & Comitis Ceſtriæ, Pontivi, & Montis Strolli, ac Bonorum & Rerum ipſius, Gubernator, & Adminiſtrator, dilectis & fide-

Quæcumque autem dictus Filius noſter vobis ſcripſerit, ut intelleximus, quòd Commiſſio, quam, tanquam Adminiſtrator, dicto Seneſcallo noſtro fecimus, & quæ in hac parte facimus, non de noſtrâ Intentione propriâ, ſet de Machinatione aliquorum, nobis aſſiſtentium, proceſſerunt; ſatis perpendere poteſtis quòd non prodiit, nec provenire potuit Mandatum hujuſmodi de mente, vel intentione dicti Filii noſtri, qui tam teneræ ætatis exiſtit, quòd ipſum tàm inobedienter machinatum fuiſſe veriſimile non eſt, quin potiùs * ab illis prodierunt, Qui cum eo ſunt, Qui ipſum in partibus exteris detinent, & noſtri, & ipſius, ac aliorum fidelium ibidem, Dampnum & Exhæredationem affectant manifeſtè. •V.215.

Scire autem vos volumus quòd via hæc Adminiſtrationis, quam aſſumpſimus pro nobis & dicto Filio noſtro, & Commiſſiones indè factæ, ac alia quæcumque, per mandata noſtra, ex poſt facto proſecuta, de Motu noſtro proprio, & Intentione noſtrâ, pro Nobis, & dicto Filio noſtro (qui neſcit, nec poteſt ſeipſum, obſtante teneritate ætatis, gubernare, ut ſuperiùs dictum eſt) ac pro vobis, & toto Populo noſtro partium illarum, ſalvandis, & cuſtodiendis à Dampnis & Violentiis, quæ aliàs evenire poſſent; per Conſilium Magnatum & Sapientum totius Regni noſtri, tanquam juſtis & veracibus, ex Cauſis ſupradictis & aliis, quæ vosmetipſi ſatis liquidè ſentire poteritis, proceſſerunt, & hoc intelligere & ſcire velitis pro conſtanti.

Nam Cancellarius noſter, aut alii Miniſtri noſtri, ſeu alii, qui nobis aſſiſtunt, adeo fideles exiſtunt, quòd, abſque voluntate noſtrâ expreſſâ, & mandato, talia vel ſimilia non facerent quovis modo.

Quocirca vos rogamus, & in magnâ confidentiâ, & amicitiâ, quas nobis debetis, & quas de vobis reportamus, præmiſſa manifeſtare & cognita ſingulis facere velitis, ac juvare, pro poſſe veſtro dicto Seneſcallo, & aliis Miniſtris & Fidelibus dicti Ducatûs, quotiens vos ex parte noſtrâ oneraverint, prout magis vobis videbitur ad honorem & commodum noſtrum manutenendum, & pro Juribus noſtris, in partibus illis, pro nobis & Filio noſtro, adquirendis, expedire; ſicut vos, & Anteceſſores veſtri, nobis, & Anteceſſoribus noſtris, vos gratos exhibuiſtis hactenus & fideles.

Nos quidem talem in hâc parte conſiderationem habebimus, quòd meritò contentari debeatis.

Et, ut vobis conſtet Præmiſſa de certâ noſtrâ conſcientiâ proceſſiſſe, mittimus vobis præſentes literas noſtras, in Gallico ſcriptas, ſub privato Sigillo noſtro, tranſlatas inſuper in Latinum, ſub Magno Sigillo noſtro conſignatas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſeptimo die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Majori, Juratoribus, & Communitati Civitatis Burdegal.
Juratoribus & Communitati de Sorde.
Majori, Jur. & Communitati de Lyburn.
Jur. & Communitati Sancti Severi.
Jur. & Communitati Bonæ Gardæ.
Jur. & Communitati Herbæ Faveræ.
Jur. & Communitati de Blaynes.
Jur. & Communitati de Monte Acuto.
Jur. & Communitati Genon.
Majori, J. & Communitati Omer Aquen.
Majori, Jur. & Communitati de Haſtynges.
Jur. & Communitati de Pilhou.
Bajulo, & Communitati de la Bourc.
Jur. & Communitati de Pymbo.
Jur. & Communitati de Sancto Mauritio.
Jur. & Communitati Civitatis de Mas.
Jur. & Communitati de Tolous.

Ma-

Digitized by Google

Ann. D. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.
1326. Pater Sanctiſſime, frequenter audivimus lætâ mente, quod &
An. 19. indubitanter credimus, & ſentimus in effectu, veſtram innatam
E. 2. Benivolentiam noſtri honoris & profectuum, diligere incrementa,
Rom. 19. ac in ipſius Regni regimine proſpero & tranquillo viſceraliter dele-
E. 2. ctari; de quo etiam nos effecit facti experientia multipliciter certio-
m. 2. res, unde veſtræ Beatitudini grates & gratias referimus quas ſuffi-
cimus & valemus.

Et quia, per veſtras Apoſtolicas litteras, ſæpiùs ſolicitati fuimus pro negotiis quorumdam Epiſcoporum, qui Nos graviter offenderunt, & in multis; ſicut, reverendis in Chriſto Patribus, Vienneni Archiepiſcopo, & Auriſacenſi Epiſcopo, Nunciis veſtris, per fideles noſtros, de Concilio noſtro, fecimus ſerioſiùs explicari, ut de ipſorum demeritis & offenſis poſſent & deberent Sanctitatem veſtram clariùs informare.

Paternitati veſtræ reverendæ totis affectibus ſupplicamus, quatinùs, loco alicujus dictorum Epiſcoporum, ſi de ipſorum Epiſcopatibus veſtram Providentiam contigerit ordinare, præfatum Auriſacenſem Epiſcopum (cujus Mores probavimus, & frequenter audivimus prudentiam circumſpectam) ſubrogare dignemini, & ipſum transferre in Regnum noſtrum.

Et, quo ad Tranſlationem aliorum, pro tranquilitate ejuſdem Regni, & quiete cordis noſtri, taliter ordinare, quòd, ipſis ad loca alia tranſlatis, tales ipſorum Eccleſiis ſubrogentur, de quibus meritò confidere, & eis Secreta noſtra communicare fiducialiter valeamus.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Julii.

De Subditis Franciæ gravandis & proſequendis.

Ann. D. REX Majori, & Centum Paribus, ac Communitati Civitatis
1326. Baionæ, Salutem.
An. 19. Efficit prægrandis fiducia, quam de probatâ veſtræ fidelitatis
E. 2. conſtantiâ optinemus, ut vobiſcum communicemus quæ agimus,
Vaſc. 19. & aperiamus fiducialiter Secreta cordis noſtri.
E. 2. Cùm itaque Rex Franciæ Uxorem noſtram, & Edwardum, fi-
m. 2. lium noſtrum primogenitum (quos, pro bono Pacis & Amicitiæ,
ſub magnâ confidentiâ, ad ipſum Regem tranſmiſimus) contra voluntatem noſtram, infra Regnum Franciæ detineat: & ſimiliter magnam partem Terrarum noſtrarum in Vaſconiâ, contra Deum, & Juſtitiam, & bonam Fidem,

Et licet ipſum Regem pluries requiſiverimus, ut ipſos, Uxorem & Filium, ad Nos deſtinaret, & Terram prædictam reſtitueret, idem tamen Rex quicquam indè facere hactenus recuſavit, ſet Mala & Gravamina diverſa Nobis & Subditis noſtris, multipliciter & manifeſtè, intulit, & indiès inferre non deſiſtit, in noſtri contemptum & ſcandalum, ac exhæredationem manifeſtam.

Ob quod Nos, præmiſſa ſub diſſimulatione tranſire non valentes, mandavimus Admiralis Flotæ Navium noſtrarum ſupra Mare, verſus partes Boreales & Auſtrales, & etiam Marinariis noſtris ſupra idem Mare, quod Francigenas, Normannos, & alios ipſius Regis Subditos (præter Flandrenſes) in hiis, quæ poterunt, gravent & perſequantur, eo quod idem Rex, & ſui, Nos, & noſtros, ubique perſequantur.

Vobis mandamus quòd omnes & ſingulos ipſius Regis Subditos (præter Flandrenſes) fortiori modo, cum Navigio, & omnibus aliis viis & modis, quibus poteritis, proſequamini & gravetis, tàm ſupra Mare, quàm ſupra Terram.

Concedimus autem vobis, & cuilibet veſtrûm, quòd omnes

Servitium ſuum tunc ſolent mittere, vel habere.

Volumus tamen quòd ipſi omnes habeant Servitium ſuum promptum, & paratum pro obſequio noſtro, cum ipſos ſuper hoc fecerimus præmuniri.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Julii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Super Prorogatione prædicta.

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ Comiti Norfolciæ, & Ann. D.
Mareſcallo Angliæ, Fratri ſuo cariſſimo, Salutem. 1326.
Licet nuper, poſt Sufferentiam, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ini- An. 20.
tam: E. 2.
Vobis mandaverimus quòd eſſetis, ad Nos, apud Porteſmuth, ibid.
in craſtino Sancti Petri ad vincula proximò futuro, cum Equis & Armis, & toto Servitio, quod nobis debetis de Terris & Tenementis, quæ de nobis tenetis in Angliâ, ad transfretandum nobiſcum ad Terram noſtram Vaſconiæ, in Succurſum & Tuitionem ejuſdem:

Quia tamen Tractatus, *&c. ut ſupra uſque ibi*, (propter quod nolumus vos, ſeu alios fideles noſtros, plus quàm oportunum, laboribus fatigari) vobis ſignificamus quòd, ad dictos diem & locum, ob cauſam præmiſſam, vos accedere non oportet.

Volumus tamen quòd, in omnem eventum, ſitis ſemper prompti, & parati cum dicto Servitio veſtro, pro obſequio noſtro, cùm ſuper hoc vos fecerimus præmuniri.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Edwardo Comiti Ceſtriæ filio Regis.
Edmundo Comiti Arundell.
Hugoni le Deſpenſer Comiti Wyntoniæ.
Roberto de Veer Comiti Oxoniæ.
Henrico de Lancaſtr. Comiti Leyceſtriæ.
Hugoni le Deſpenſer Juniori.
Thomæ Wake.
Henrico Filio Hugonis.
Willielmo de Ferrariis.
Hugoni de Nevill.
Edmundo Deyncourt.
Henrico de Cobeham.
Henrico de Bello monte.
Willielmo la Zouſch de Haryngworth.
* *Roberto Filio Walteri.*
Willielmo de Kyme.
Fulconi Filio Warini.
Johanni de Haſtyng.
Ranulpho de Nevill.
Willielmo de Grandiſono.
Johanni de Bello Campo de Somerſete.
Johanni de Sancto Johanne de Baſyng.
William la Zouſche.
Henrico de Percy.
Johanni de Crumbwell.
Auchero filio Henrici.
Roberto de Morle.
Radulpho de Cammoys.
Roberto de Monte Alto.
Antonio de Lucy.
Thomæ de Fornivall Seniori.
Johanni de Segrave.
Johanni Pecche.
Roberto de Inſula.
Johanni de Sancto Amando.
Thomæ L'ercedeakne.
Ranulpho de Dacre. *IV.
Johanni de Cherletone. 218.
Petro de Malo Lacu.
Henrico Huſſee.
Willielmo Twenge.
Johanni de Sutton.

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, injungimus & mandamus, quod eidem Radulpho in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, fidem credulam præbeatis, & ea ſtudeatis pro viribus obſervare, & effectui mancipare:

Taliter in hac parte vos habentes, quòd veſtras Fidelitatem & Diligentiam commendare, & condigna retributione attollere, valeamus; & quòd non habeamus materiam ad vos, ſeu aliquem veſtrûm, ex causâ inobedientiæ vel contemptûs, graviter capiendi.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Julii.

Iſta litera fuit Patens.

Per ipſum Regem.

De perſequendo Subditos Regis Franciæ cum Navigio.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Clauſ. 20. E. 2. m. 13. d. * IV. 219.

REX probis hominibus de Shorham, Salutem.

Ea, quæ nobis per veſtras literas ſignificaſtis, intelleximus, &, ad requiſitionem veſtram, volumus quod vos, in fortiori modo, quo poteritis, * ad partes Maritimas divertatis, cum cæteris Nautis noſtris, ſupra Mare, ibidem in Succurſum Navium noſtrarum moraturi.

Et quia Rex Franciæ jam Guerram contra Nos movet: Uxorem noſtram, & Edwardum, filium noſtrum Primogenitum (quos, pro bono Pacis & Amicitiæ, ſub magnâ confidentiâ, ad ipſum Regem tranſmiſimus) contra voluntatem noſtram in Regno Franciæ detinet: & ſimiliter magnam partem Terrarum noſtrarum in Vaſconii, contra Deum, Juſtitiam, & bonam Fidem; & licet ipſum Regem pluries requiſiverimus, ut ipſos, Uxorem & Filium, ad nos deſtinaret, idem tamen Rex quicquam indè facere haſtenus recuſavit; & ſuper Ducatum prædictum in magnis Exercitibus equitat, Mala & Gravamina Nobis & Subditis noſtris, multipliciter & manifeſtè, intulit, & indies inferre non deſiſtit, in Noſtri contemptum & ſcandalum, ac exhæredationem manifeſtam;

Ob quod nos, præmiſſa ſub diſſimulatione tranſire non valentes, vobis Mandamus quòd omnes ipſius Regis Subditos (præter Flandrenſes & Bretones) fortiori modo, cum hujuſmodi Navigio, & omnibus aliis viis, quibus poteritis, perſequamini & gravetis, tàm ſupra Mare, quàm ſupra Terram.

Nolumus enim quòd, ſub colore illo, Mercatoribus, extraneis & alienigenis, quorumcumque terrarum & locorum (qui non ſunt de Poteſtate, vel Dominio dicti Regis Franciæ) nec Flandrenſibus, aut Bretonibus (quos, ante Commotionem dictæ guerræ, in Protectionem & defenſionem noſtram ſuſcepimus) durantibus Treugis, inter nos & ipſos initis, inferatur dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen; ſet potius eis ſalvus & ſecurus Conductus fiat, tàm in veniendo in Regnum noſtrum, quàm exindè redeundo.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Clauſ. 20. E. 2. m. 13. d.

De libero Intercurſu pro Mercatoribus, illis de Francia exceptis.

REX Vicecomiti Eborum Salutem.

Cùm nos, pro communi commodo & quiete Populi Regni noſtri, de Conſilio noſtro, ordinaverimus quòd Stapulæ Lanæ præcipimus, firmiter injungentes, quod in ſingulis locis, in Balliva tua, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ diſtrictè inhiberi facias, * nè qui, ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poterunt, Mercatoribus, Extraneis & alienigenis, Flandrenſibus, Britonibus, ſeu aliis, quorumcunque Terrarum vel locorum exiſtant (exceptis Mercatoribus de Regno & Poteſtate dicti Regis Franciæ, ſicut prædictum eſt) in veniendo infra Regnum noſtrum, per Terram, vel per Mare, cum Rebus & Mercimoniis ſuis, ibidem morando, ſeu exindè redeundo, in Perſonis aut Rebus ſuis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod inferant ſeu gravamen. * IV. 220.

Et, quoad Mercatores de Regno & Poteſtate dicti Regis Franciæ, qui non ſunt de Flandriâ ſeu Britanniâ, qui cum Bonis & Mercimoniis ſuis infra Regnum noſtrum nuper venerunt, volumus quòd, ſimul cum Bonis & Mercimoniis ſuis, attachientur ſine dampno Corporum vel Rerum, & ſub Attachiamento hujuſmodi remaneant, donec ſciamus quomodo Mercatores Regni noſtri, infra Poteſtatem ipſius Regis nunc exiſtentes, tractentur.

Et eſt intentionis noſtræ quòd,

Si idem Rex Mercatores de Regno noſtro, infra Regnum ſuum nunc exiſtentes, & præcipuè Mercatores & Naves, quos nuper apud Crocey fecit areſtari, cum Navibus, Bonis, & Mercimoniis ſuis, deliberet, & ad Regnum noſtrum liberè venire permittat, abſque dampno,

Tunc Mercatores de Regno ſuo, per nos areſtati, unà cum omnibus Bonis & Mercimoniis ſuis, dearreſtentur, & quo voluerint abire permittantur.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Julii.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus Angliæ:

Et ſimiliter Radulpho Baſſet, Cuſtodi Quinque Portuum:

Et Johanni Sturmy, Amirallo Flotæ Navium, ab ore Thamiſiæ, verſus partes Boreales:

Et Nicholao Kyriel, Amirallo Flotæ Navium, ab ore Thamiſiæ, verſus partes Occidentales.

De Seneſcallo Terrarum Comitis Richmundiæ conſtituto.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1326.

Sciatis quòd conſtituimus, dilectum nobis, Johannem Atte Gotere, de Sancto Botulpho, Seneſcallum noſtrum Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ fuerunt Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ, in quibuſcumque Comitatubus, citra Trentam, in Manum noſtram, quibuſcumque de cauſis, exiſtentium; An. 20. E. 2. Fin. 10. E. 2. m. 12.

Dantes eidem Johanni Atte Gotere plenam Poteſtatem faciendi omnia & ſingula, quæ ad Officium hujuſmodi Seneſcalli pertinent, in Maneriis, Terris, & Tenementis prædictis: necnon ſupervidendi omnia Maneria, Terras, & Tenementa prædicta, & etiam ordinandi de Statu eorumdem, prout pro Commodo noſtro fuerit faciendum; percipiendo in eodem Officio Feodum conſuetum.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit, duraturas.

Teſte R[illegible] apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Julii.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt univerſis & ſingulis, Liberis hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Maneriis, Terris, & Tenementis, quæ fuerunt Johannis de Britanniâ, Comitis Richemundiæ, in quibuſcumque Comitatibus, citra Trentam, in Manu Regis, qui-

Digitized by Google

ne de forfaiture de Corps & des Biens, que nuls, de quel condicione q'ils ſoient, portent dedeinz noſtre dit Roialme Lettres, ou altres choſes ſuſpecionouſes, ou prejudicieles a nous, ou a les noz:

Et, ſi uul ſoit troue, voloms que il ſoit haſtivement attache, par ſon Corps & ſes Biens, & ſauvement garde tanque nous en commandoms noſtre volente.

Et n'eſt mie noſtre entencion, que ceux, que, avant ceſt heure, feurent deputez pur fair le Serche es Portz & lieux avandiz, par colour de tieles Protections, & ſaufs Conductz, ceſſent de faire le ſerche avandit, mes que eux le facent plus diligeaument, pur pluſours parils, que par tieu colour ent purront avenir.

Don. a Porceſtr. le quart jour de Augſt.

Super præfato Negotio.

Ann. D. 1326. *An.* 20. *E.* 2. *ibid.*

LE Roi a William de Grey, & John de Shelvyng, aſſignez de faire le ſerche par la Coſtere de Eawe de Tamiſie, entre Recolure, Greſton, & Whitſtaple, Salutz.

Come nous eoms ordere que l'Eſtaple, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſi uul ſoit trove, *tunc ſic*, voloms que vous les facez haſtivement attacher par ſon Corps & ſes Biens, & ſauvement garder, tanque nous ent commandoms noſtre volente.

Et n'eſt mie noſtre entencion, que vous ceſſez de faire le ſerche es Portz & lieux avantdiz, par colour de tieux Protections & ſaufs Conductz; mes que vous les facez plus dilegeaument, pur pluſours perils que par tieu colour ent purront avenir.

Don. ut ſupra.

De Statu Regni, & quid actum pro Pace habenda, & de orando pro Rege.

Ann. D. 1326. *An.* 20. *E.* 2. *Clauſ.* 20. *E.* 2. *m.* 11. *d.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Bene novit veſtra Diſcretio, nec poteſt vobis, ut credimus, in memoriam non venire, qualiter, pro bono Pacis & reformatione Concordiæ inter nos & Regem Franciæ, de veſtro, & aliorum Prælatorum, & Magnatum, conſilio & aſſenſu, Uxorem noſtram, ſub magnâ Amoris confidentiâ, ad ipſum Regem nuper tranſmiſimus; ſperantes (ſicut nobis certitudinaliter, per Nuncios Domini Summi Pontificis, qui tàm ad ipſum Regem, quàm ad Nos, pro Tractatu Concordiæ, fuerant deſtinati, & etiam per noſtros Nuncios, tunc in partibus Franciæ exiſtentes, promiſſum extitit) quòd ipſa a præfato Rege fratre ſuo poſſet, quæcumque peteret, impetrare, & quòd, ejus interventu, firma Pax & amoris integritas inter Nos & ipſum Regem, abſque amiſſione Juris ſeu Patrimonii noſtri, ſeu alicujus Perſonæ de noſtris, reformari debuiſſent.

Et, poſt hæc, dicto negotio, non ſecundum promiſſa, ſet alium totaliter exitum, ſicut noſtis, ſortiente, cum parati eſſemus in Portu Dovorriæ ad transfretandum verſus partes Franciæ, de Conſilio veſtro, ac aliorum Prælatorum * & Magnatum prædi-
* IV. 222.
ctorum, ac dictorum Nunciorum, præfato etiam Rege ad hoc aſſenſum præbente, Ducatum noſtrum Vaſconiæ & omnes Terras noſtras, quas habuimus in Regno Franciæ, Edwardo, Filio noſtro Primogenito, donavimus ſub certâ formâ habenda; ipſumque ad dictum Regem Franciæ tranſmiſimus, pro Homagio ſuo, pro Ducatu, & Terris prædictis, faciendo.

Et ecce! quæ amoris dulcedine pro pace egimus, ut Guerrarum diſcrimina vitarentur, nobis in felle converſa ſunt amaritudinis, & Guerris materias habundantiùs adminiſtrant.

gat, in [illegible] hujus Turbinibus, per [illegible] Mandatorum, ſtatum Regni noſtri conſervet incolumem, & ſuâ ineffabili Potentiâ à Malignorum Incurſibus tueatur.

Et univerſis & ſingulis veſtris Suffraganeis injungatis quòd ipſi, & eorum quilibet, præmiſſa omnia & ſingula, per ſingulas Eccleſias ſuarum Diœceſium prædicari, & exponi faciant; & Clerum & Populum, ut Orationibus & aliis pietatis Operibus, ut præmittitur, jugiter inſiſtant, ſtudeant ſalubriter exhortari.

Et nos de eo, quod inde duxeritis faciendum, per veſtras literas, dictinctè & apertè, cum celeritate, quâ poteritis, certificare curetis.

Teſte Rege apud Claryndon, duodecimo die Auguſti.

Conſimilis litera dirigitur Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati.

De Corporibus Gallicorum areſtandis, & Bonis eorum capiendis in Manum Regis.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D. 1326.

Quia Rex Franciæ Guerram contra nos movit, Uxorem *An.* 20.
noſtram in Regno ſuo receptando, & Edwardum, filium noſtrum *E.* 2.
primogenitum (quos nuper, ſub confidentiâ Amoris, ad ipſum *Fin.* 20.
miſimus) contra voluntatem noſtram detinendo: Inimicos etiam *E.* 2.
& Rebelles noſtros fovendo & confortando: & cum magnis *m.* 9.
Exercitibus ſuper Ducatum Vaſconiæ equitando: * Noſque, & * IV.
Fideles noſtros, aliàs multipliciter de Guerrâ gravando, tàm per 223.
Terram, quàm per Mare:

Ac jam, ut nobis relatum eſt, idem Rex Franciæ omnes Homines, de Regno & Poteſtate noſtris oriundos, per Regnum ſuum tranſeuntes, & in eodem commorantes, unà cum Bonis & rebus ſuis, areſtari, & ſub Areſto cuſtodiri mandavit & facit:

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd omnes Homines, de Poteſtate & Dominio dicti Regis Franciæ, infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates, quàm extra, inventos, ſeu quos exnunc venire contigerit, unà cum Navibus, Bonis, & rebus ſuis quibuſcumque,

Exceptis Religioſis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis; & illis, qui infra idem Regnum noſtrum certa habent Domicilia, Liberos, & Uxores; & in eodem Regno tanquam Indigenæ per longa tempora moram fecerunt; ac Flandrenſibus & Britonibus, durantibus Treugis inter nos & ipſos initis,

Sine dilatione areſtari, & ipſos ſalvò & honeſtè, necnon Naves, & Bona ſua, abſque diſtractione, cuſtodiri facias, donec aliud indè duxerimus ordinandum.

Et de nominibus illorum, quos ſic areſtaveris, ac de Navibus, Bonis, & rebus ſuis, & valore eorumdem: necnon de nominibus illorum, qui Domicilia infra dictum Regnum noſtrum habent, ut eſt dictum; ac de toto facto tuo, in hac parte, nos reddas, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, certiores: Et hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Claryndon, viceſimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Teſte ut ſupra.

parte, nos, de tempore in tempus, reddatis ſub Sigillo veſtro, diſtinctè & apertè, certiores.

Et omnes hujuſmodi Priores & Religioſos, infra Septa Prioratuum & locorum ſuorum continuè morari faciatis; non permittentes eos extra loca ſua diſcurrere aut vagari: & à ſingulis eorum Securitatem, prout expedire videritis, recipiatis quòd ipſi aliquas Litteras, ſeu Interſignia, per ſe, vel alios, ad aliquos Homines, de Poteſtate & Dominio dicti Regis Franciæ, non mittent, ſeu mitti

* IV. faciant, clàm vel palàm, unde Nobis, * ſeu Regno noſtro, aut

124. aliquibus fidelibus noſtris, dampnum, vel ſcandalum poterit evenire.

Teſte Rege apud Claryndon, Viceſimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Super Arreſtatione Gallicorum antedicta.

Ann. D.
1326.
An. 20.
E. 2.
Fr. 20.
E. 2.
m. 9.

REX univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & aliis fidelibus ſuis, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem.

Cùm, ratione Guerræ, quam Rex Franciæ contra nos movet, & pro eo quòd idem Rex omnes Homines, de Regno & Poteſtate noſtris oriundos, per Regnum ſuum tranſeuntes, & in eodem commorantes, unà cum Bonis, & Rebus ſuis, areſtari, & ſub Areſto cuſtodiri mandavit & facit:

Mandaverimus ſingulis Vicecomitibus noſtris per Angliam, quòd omnes Homines, de Dominio & Poteſtate dicti Regis Franciæ, infra Ballivas ſuas inventos, unà cum Navibus, Bonis, & rebus ſuis quibuſcumque,

Exceptis Religioſis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, & illis qui infra Regnum noſtrum certa habent Domicilia, Liberos, & Uxores, & in eodem Regno, tanquam Indigenæ, per longa tempora moram fecerunt; ac etiam Flandrenſibus, durantibus Treugis, inter nos & ipſos initis,

Areſtari, & ipſos ſalvò & honeſtè; necnon Naves, & Bona ſua, abſque diſtractione, cuſtodiri faciant, donec aliud indè duxerimus ordinandum;

Nos, de induſtriâ, dilecti nobis, Petri de Gevton, confidentes, aſſignavimus ipſum, ad areſtandum omnes Homines, de Poteſtate dicti Regis Franciæ, ſi qui per præfatos Vicecomites, aut eorum aliquem, priùs non fuerint areſtati,

Exceptis Religioſis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis; & aliis, qui certa habent Domicilia in eodem Regno, Liberos & Uxores, & qui in eodem Regno per longa tempora, tanquam Indigenæ, moram fecerunt; & etiam Flandrenſibus, ſicut prædictum eſt,

Unà cum Navibus, Bonis, & rebus ſuis quibuſcumque; & ad ipſos, ſic areſtatos, Vicecomitibus, Majoribus, ſeu Ballivis, in quorum Ballivis per ipſum areſtati fuerint, ad cuſtodiendum, liberandum, quouſque aliud indè præceperimus, ſimul cum Navibus, Bonis, & rebus cum ipſis areſtatis: & ad Indenturas, de Navibus, Bonis, & rebus illis, ac de pretio eorumdem, per viſum illorum, quorum Naves & Bona illa fuerint, inter ipſum Petrum & Vicecomites, Majores, & Ballivos prædictos, modo debito conficiendum:

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Petro, in præmiſſis, ſitis intendentes, conſulentes & auxiliantes, quotiens & quando per ipſum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

[illegible] mum habituros ea, quæ per ipſum, in hac parte, tractata fuerint, & etiam concordata.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Fonteleye, viceſimo nono die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De Navibus contra Aggreſſus Gallicorum ſupervidendis.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem.

Ann. D.
1326.
An. 20.
E. 2.
Pat. 20.
E. 2.
m. 18.

Sciatis quòd, cùm, pro defenſione Regni noſtri contra hoſtiles Aggreſſus Gallicorum, & aliorum, qui Nos, & Populum, nobis ſubditum, de Guerrâ gravare nituntur, tàm per Terram, quàm per Mare, de conſilio noſtro ordinaverimus quòd omnes Naves, Pondus Triginta Doliorum & ultra portantes, ab ore aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, ſint apud Erewell, in Comitatu Suffolciæ, die Sancti Mathei Apoſtoli proximò futuro, benè & ſufficienter Armaturis, Victualibus, & aliis neceſſariis pro uno Menſe munitæ, de dupplici Eskippamento:

Et quòd omnes Domini & Magiſtri Navium illarum, in propriis perſonis ſuis, tunc ſint ibidem in Navibus illis, ſic munitis & paratis, ad faciendum quod eis tunc injungetur ex parte noſtrâ:

Nos, Ordinationem prædictam, pro communi utilitate & defenſione dicti Regni, obſervari volentes, ac de fidelitate, dilectorum & fidelium noſtrorum, Roberti le Fitz Wautier, Roberti de Rocheford, Johannes Fillol, & Philippi de Verley, confidentes, aſſignavimus ipſos, conjunctim, & diviſim, ad ſupervidendum quòd omnes Domini & Magiſtri Navium, Pondus prædictum & ultra portantium, de Portubus & Villis de Herewiz, Colceceſtriâ, Mainir. Maldon. Saltcote, Tolleſbury, Merſeye, Fingringho, Scinth Oſith, Foulneſs, in Comitatu Eſſexiæ, ac membrorum eorumdem Portuum & Villarum, unà cum Navibus illis, ad dictum locum de Erewel proficiſcantur:

Et ad excitandum Majores & Ballivos Portuum & Villarum, prædictorum, quòd ipſi præmiſſa, omnia & ſingula, faciant juxta Ordinationem illam, & mandata noſtra eis indè directa:

Necnon ad omnes Dominos & Magiſtros Navium illarum, quos in hac parte Contrarios invenerint & Rebelles, capiendum, & ad nos, ubicumque fuerimus ducendum:

Nec non ad Naves ipſorum, ſic contrariantium, areſtandum, quouſque aliud indè duxerimus demandandum;

Et ad certificandum nos quas Naves ſic areſtaverint, & ob quam cauſam, & quorum fuerint, nec non de toto facto ſuo in hac parte;

Et ideò vobis & cuilibet veſtrûm Mandamus firmiter injungentes, quòd eiſdem, Roberto, Roberto, Johanni, & Philippo, & eorum cuilibet, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, intendentes ſitis, conſulentes & auxiliantes, quotiens & quando per ipſos, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte Rege apud Porceſtriam, tertio die Septembris.

Per ipſum Regem.

Eo-

Digitized by Google

An. 20. E. 2. Vaſc. 20. E. 1. m. 1. d. Nuper, ob magnam fiduciam, quam de probatæ veſtræ fidelitatis conſtantiâ optinemus, vobis ſignificavimus, qualiter Rex Franciæ Uxorem noſtram, & Edwardum, filium noſtrum primogenitum (quos, pro bono Pacis & Amicitiæ, ſub magnâ confidentiâ, ad ipſum Regem tranſmiſimus) contra voluntatem noſtram, infra Regnum Franciæ detinuit, & adhuc detinet; & ſimiliter magnam partem Terrarum noſtrarum in Vaſconiâ, contra Deum, Juſtitiam, & bonam Fidem: & qualiter idem Rex (licet ipſum pluries requiſiverimus ut ipſos, Uxorem & Filium, ad nos remitteret, & Terram prædictam reſtitueret) quicquam indè facere non curavit; ſet, Mala Malis accumulans, nos & noſtros de Guerrâ proſequitur, tàm per Terram, quàm per Mare.

Propter quod nos, non valentes præmiſſa diutiùs æquanimiter tolerare, mandavimus Admirallis noſtris Flotæ navium noſtrarum ſuper Mare, quòd Francigenas, Normannos, & alios ipſius Regis Subditos (præter Flandrenſes) in hiis, quæ poterunt, gravent & perſequantur, eo quòd idem Rex, & ſui, nos, & noſtros, undique perſequuntur:

Et vobis mandavimus, quòd omnes & ſingulos ipſius Regis Subditos (præter Flandrenſes) fortiori modo, cum Navigio, & omnibus aliis viis & modis, quibus poſſetis, perſequeremini & gravaretis, tàm ſuper Terram, quàm ſupra Mare; concedentes vobis, & cuilibet veſtrûm, omnia Bona & Catalla, quæ de dicto Rege & Subditis ſuis prædictis (Flandrenſibus duntaxat exceptis) conquirere & occupare poſſetis.

Et quia certus Rumor de eo, quod ad mandatum noſtrum ſuper præmiſſis feceritis, ad nos nondum pervenit, de quo miramur quamplurimum, & movemur;

Vobis iteratò rogando mandamus, in fide & ligeantiâ, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd dictum Navigium veſtrum, ſi nondum miſſum fuerit ſupra Mare, cum omni celeritate, qua poteritis, mittatis juxta formam prioris Mandati noſtri, vobis indè directi, facientes viriliter & animosè ea, quæ pro conſervatione & defenſione Jurium noſtrorum, ac veſtrorum, fuerint facienda; & nos de eo, quod indè feceritis, ac novis, quæ emerſerint,
* IV. 127. * per veſtras literas de tempore in tempus, certificare curetis: Nos enim ad bonum Geſtum veſtrum, in hac parte, talem conſiderationem habebimus, tempore oportuno, quòd exindè eritis meritò contentati.

Scire enim vos volumus quòd nos Navigium noſtrum, tàm verſus partes Boreales, quàm Occidentales, jam ſupra Mare iteratò miſimus causâ ſupradictâ.

Dat. apud Porceſtriam, quarto die Septembris.

Ad Præpoſitum dictæ Civitatis ſuper præfato Negotio.

Ann. D. 1326 An. 20. E. 2. Ibid. REX, dilecto ſibi, Johanni de Giſtede, Præpoſito Civitatis de Baionâ, Salutem.

Nuper, ob magnam fiduciam, quam de probatæ fidelitatis, dilectorum & fidelium noſtrorum, Majoris, & Centum Parium, ac Communitatis, Civitatis prædictæ, conſtantiâ habuimus, eiſdem, Majori, Centum Paribus, & Communitati, ſignificavimus qualiter Rex Franciæ, Uxorem noſtram, & Edwardum, filium noſtrum primogenitum, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Vos igitur rogamus ex affectu, vobis in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, nihilominus firmiter injungentes, quatenùs, ut Navigium civitatis prædictæ, ſi nondum miſſum fuerit ſupra Mare,

Scire enim vos volumus quòd nos Navigium noſtrum, tàm verſus partes Boreales, quàm Occidentales, jam ſupra Mare iteratò miſimus ex causâ ſupradictâ.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Arnaldo Saunt de Luk.
Laurentio de Vyle.
Bernardo de Vyle.
Guillielmo Piers de Baywert.
Reymundo Duraunt de Vile.
Johanni de Ardy, Majori Villæ Baion.

Ad Univerſitatem Oxoniæ, de Francorum prævaricatione: de Navigio, ad malitiam Gentium dicti Regis refrænandam, ſupra mare miſſo: de falſis Malivolorum rumoribus refellendis; & de orando pro Rege & ſtatu Regni.

REX, dilectis ſibi in Chriſto, Cancellario, Magiſtris, & Scolaribus, Univerſitatis Oxoniæ, Salutem. Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Clauſ. 20. E. 2. m. 10. d.

Benè novit, ut credimus, veſtra Diſcretio, qualiter, pro bono Pacis & reformatione Concordiæ, inter Nos & Regem Franciæ, de Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, & aliorum Magnatum Regni noſtri, Uxorem noſtram, ſub magnâ Amoris confidentiâ, ad ipſum Regem nuper tranſmiſimus, ſperantes, ſicut nobis certitudinaliter per Nuncios Domini Summi Pontificis, qui tàm ad ipſum Regem, quàm ad nos, pro Tractatu Concordiæ fuerant deſtinati, & etiam per noſtros Nuncios tunc in partibus Franciæ exiſtentes promiſſum extitit, *&c. prout ſupra ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, de Datâ 12 Aug. uſque hæc verba, viz.*

Nos, ipſorum malitiis obviare, & veritatem rei geſtæ cunctis patefieri cupientes, vobis, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandavimus quòd, ad confutandam hujuſmodi malivolorum audaciam, præmiſſa, omnia & ſingula, in publicis ſermonibus, & aliis congregationibus veſtris recitari, & palam exponi faciatis, ut ſeries geſtarum rerum univerſis & ſingulis nota fiat.

Rogamus etiam vos quatinùs vos, & quilibet veſtrûm, pro nobis, & proſpero * ſtatu Regni noſtri, miſſarum ſolempniis, elemoſinarum largitionibus, & aliis operibus pietatis, ac jugis & devotis precibus, jugiter inſiſtatis apud altiſſimum Creatorem, quatinùs ipſe ſuâ pietate nos regat, & dirigat, in mundi hujus turbinibus, per ſuorum ſemitam mandatorum, ſtatum Regni noſtri conſervet incolumem, & ſuâ ineffabili potentiâ a malignorum incurſibus tueatur.

Teſte Rege apud Porceſtriam, ſexto die Septembris.

Eodem modo mandatum eſt Cancellario, Magiſtris, & Scolaribus, Univerſitatis Cantebrigiæ.

De

Digitized by Google

Super Gallicis univerſis indiſcriminatim areſtandis.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. *Ibid.*

REX Vicecomiti Eborum, Salutem.

Licet nuper,

Pro eo quòd Rex Franciæ Guerram contra nos movit, *&c. prout ſupra uſque hæc verba*, viz. necnon Homines, de Regno noſtro oriundos, infra Regnum ſuum inventos, cum Bonis, & rebus ſuis, areſtari faciendo,

Tibi præcepimus quòd omnes Homines, de Poteſtate & Dominio dicti Regis Franciæ, infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates, quàm extra, inventos, ſeu quos extunc inveniri contingeret, unà cum Navibus, Bonis, & rebus ſuis quibuſcumque,

Exceptis Religioſis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, & illis qui infra idem Regnum noſtrum certa habent Domicilia, Liberos, & Uxores, & in eodem Regno, tanquam Indigenæ, per longa tempora moram fecerunt, ac Flandrenſibus & Britonibus,

Sine dilatione areſtari, & ipſos ſalvo & honeſte, necnon Naves, & Bona ſua, abſque diſtractione, cuſtodiri faceres, donec aliud indè duceremus ordinandum;

Quia tamen pro certo jam didicimus, quòd idem Rex omnes Homines, de Regno & Poteſtate noſtris oriundos, in Regno ſuo inventos,

Tàm Religioſos, perſonas Eccleſiaſticas, Scolares, necnon Domi- • IV. 229. cilia, Liberos, & * Uxores, habentes, in eodem Regno ſuo, & eos qui, ut Indigenæ Terræ illius, in eâdem per longa tempora moram fecerunt, quàm alios, unà cum Terris, Tenementis, Poſſeſſionibus, Bonis, & Rebus ſuis, neminem de Regno & Poteſtate noſtris in hac parte excipiendo,

Areſtari, & ſub Areſto cuſtodiri mandavit & fecit,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd omnes Homines de Dominio & Poteſtate ipſius Regis Franciæ, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, inventos, ſeu quos extunc inveniri contigerit,

Tàm Homines, Domicilia, Liberos, & Uxores habentes, quàm alios, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerint,

Unà cum Bonis & Catallis,

Epiſcopo Dunolmenſi, Religioſis, Comitiſſâ Pembrochiæ, Dominâ de Veſcy, ex certis cauſis, dumtaxat exceptis, ac Flandrenſibus, durantibus Treugis inter nos & ipſos initis,

Sine dilatione areſtari: & Terras & Tenementa ipſorum areſtandorum in manum noſtram capi: & eoſdem areſtandos ſalvò & ſecurè; necnon Terras, Tenementa, Bona, & Catalla, abſque vaſto, ſeu diſtractione, cuſtodiri facias, donec aliud inde duxerimus ordinandum.

Ita quod de Exitibus, de Terris & Tenementis illis provenientibus, ac Bonis, & Catallis prædictis, nobis reſpondeas ad Scaccarium noſtrum; & de nominibus illorum, quos ſic areſtaveris, ac Terris, Tenementis, Bonis, & Catallis ſuis, & valore eorundem, necnon de toto facto tuo, in hac parte, nos reddas, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, certiores; & hoc nullo modo omittas.

Teſte Rege apud Porceſtriam, decimo die Septembris.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, necnon ſubſcriptis, mutatis mutandis; videlicet,

Epiſcopo Dunolmenſi,
Ricardo Dammory, Juſticiario Ceſtriæ, vel ejus Locum tenenti,
Edmundo Comiti Arundell, Juſticiario Walliæ, vel ejus Locum tenenti.
Majori, Ballivis, & Communitati Villæ de Porteſmue.
Ballivis & Communitati Villæ de Shorſham.
Ballivis & Communitati Villæ de Sheford.
** Ballivis & Communitati Villæ de Peuenſe.* • IV. 230.
Majori, Ballivis, & Communitati Villæ Briſtol.
Ballivis & Communitati Villæ de Herwich.
Ballivis & Communitati de Oreford.
Ballivis & Communitati de Goſford.
Ballivis & Communitati Villæ de Cumbe Martyn
Ballivis & Communitati Villæ de Dunſterre.
Majori, Ballivis, & Communitati Villæ de Lym.
Ballivis & Communitati Villæ de Landſtephan.
Ballivis & Communitati Villæ de Kameys.
Ballivis & Communitati Villæ de Muleford.
Ballivis & Communitati Villæ de Swaneſeye.
Ballivis & Communitati Villæ de Newport in Inſulâ Vectâ.
Ballivis & Communitati Villæ de Yalhampton ſub Newenton Ferers.
Ballivis & Communitati Villæ de Plymouth cum Portu de Sutton.
Ballivis & Communitati Villæ de Magna Jernemuta.
Baronibus, Ballivis, & Communitati Villæ de Wynchelſe.
Baronibus, Ballivis, & Communitati Villæ de Faverſham.
Ballivis & Communitati Villæ de Malton.
Ballivis & Communitati Villæ de Yaremuth.
Ballivis & Communitati Villæ de la Pole.
Ballivis & Communitati de Inſulâ Vectâ.
Ballivis & Communitati Villæ de Hardelawe.
Ballivis & Communitati Villæ de Falemue.
Ballivis & Communitati Villæ Montis Michaelis in periculo Maris.
Ballivis & Communitati Villæ de Mouſehole.
Ballivis & Communitati Villæ de Oldeſtowe.
Ballivis & probis hominibus Villæ Sancti Karantoci.
Ballivis & Communitati Villæ de Clowely.
Ballivis & Communitati Villæ de Chippedenemere.
Ballivis & Communitati Villæ de Welles & Holkeham.
Ballivis & Communitati Villæ de Thornham.
Ballivis & Communitati Villæ de Sancto Botulpho.
Ballivis & Communitati Villæ de Taltham.
Ballivis & Communitati Villæ de Sheucher.
Ballivis & Communitati Villæ de Parva Jernemuta.
Ballivis & Communitati Villæ de Lenne.
Ballivis & Communitati Villæ de Blakeneye.
Ballivis & Communitati Villæ de Gyppewyco.
Baronibus, Ballivis, & Communitati Villæ de Dovre.
Baronibus, Ballivis, & probis Hominibus Villæ de la Rye.
Ballivis & Communitati Villæ de Sidemouth.
Ballivis & Communitati Villæ de Teignemue.
Ballivis & Communitati Villæ de Eymue cum Portubus Luleham, Kenn & Topeſham.
Ballivis & Communitati Villæ de Salteneye.
Ballivis & Communitati Villæ de Saltflethye.
Ballivis & Communitati Villæ de Waynflete.
Majori, Ballivis, & Communitati Villæ de Grymmeſby.
Ballivis & Communitati Villæ de Kyngeſton ſuper Hull.
Ballivis & Communitati Villæ de Raveneſere.
Ballivis & Communitati Villæ de Scardeburgh.
Ballivis & Communitati Villæ de Tynemuth.
Ballivis & Communitati Villæ de Whiteby.
Ballivis & Communitati Villæ de Lyverpol.
Ballivis & Communitati Villæ de Fordham.
Ballivis Prioris Sanctæ Elenæ in Inſulâ Vectâ.
Ballivis & Communitati Villæ de Towemouth.
Ballivis & Communitati Villæ de Ilfardecumbe.

Bal-

[illegible],

Avoms ordenez, ſicome autrefoitz eſtoit enjoynt & crie parmi tut noſtre Reaume, de Purſuire, & faire Purſuire, oſter, prendre, & deſtruire noz ditz Enemys, & Aliens od eux iſſint entrauntz, par touz noz Feaux & Leaux, qui ſont de noſtre Ligeance & amiſte, oue tut le poer & force q'ils purront, ſur quant q'ils purront forfaire devers nous, ſicome ils ſont tenuz affaire par lour Ligeaunce & Feaute,

Forpris noz ditz, Femme, & Fiuz, & noſtre Frere le Counte de Kent (q'eſt auxint en lour compaignie) queux nous voloms qui ſoient ſauvez,

Si avant, come homme poet, & a nous ſeurement menez, ſicome il affiert:

Par qoi nous fiaunt entierement de la Peinblete & Seu del, noſtre Chere & Foial, Robert de Watevyll, li avoms aſſignez es Conteez avantditz, & donoms plein poer, a leuer, aſſembler, treſtoux les Gentz d'Armes & de Pie, qui ſount de poer d'Armes porter, cheſcun ſelonc ſa condicioun, auxibien deinz Franchiſes, come dehors: & od eux afforceement les ditz traitres, Enemys, Felouns, Aliens, Deſconuz, Purſuire, Prendre, & Deſtruire, par totes les voies & maneres, qui ſe purront faire, come Traitres, Deſtruours, & Deſheritours de nous, & de noſtre Reaume, ſaunz eſparnir a nuly (forpris noz ditz, Femme, Fiuz, & Frere, queux nous voloms qui ſoient ſauvez) ſi avant, come Homme poet, & a nous menes ſeurement, come deſus eſt dit.

Et pur ce vous, & a checun de vous, mandoms & chargeoms, ſur la Foi & Ligeaunce, que vous nous deuez, & ſur quantque vous purrez forfaire devers nous, de corps & d'avoir, que a purſuyre, prendre, & deſtrure les ditz Traitre, Enemis, Felouns, Aliens, Deſconuz, & Deſheritours de nous & de noſtre Roialme, & cheſcun de eux, ſoiez entyvement travaillantz de jour & de noet, par totes les voies & maneres, que vous ſaverez & purrez, totes les foitz que vous purrez: & auxint ſoes entendantz, conſeillantz, & eidauntz au dit Robert, a ce faire, tut les foitz, & ſicome il vous chargera depar nous;

Feſantz ſaver a toux, que ceux, qui ne le frunt, od tut lour poer & entent, ou qui deſhore ſerront Rebeaux, contrariauntz, ou negligentz es dites choſes faire, nous les tendroms pur noz Enemiz, & Parceners, adherdauntz, & aſſentauntz, a noz ditz Enemis, & pur tieux les ferrioms Chaſtier, & punyr en manere qi affiert.

* IV. 232. * Et donoms poer au dit Robert, que, s'il troeſſe nuls tieux el ditz Counteez, q'il preigne lour corps, & en ſauve Priſon les face Garder, ſaunz eſtre deliurez par nuly, ſaunz eſpecial Commandement de nous; enſemblement od ſes Terres, & Chateux, en noſtre mayn: & qui il nous certifie de lour nouns.

Et s'il troeſſe nul debriſant ſou areſt en ce c[illegible] & ne ſe voille juſtiſer a li, en cele forme, voloms, & donoms poer au dit Robert, de li honir & deſtruire, come deſus eſt dit; & que toux ſeient, a ce faire, a li entendantz en la mane[illegible] avantdite, ſur quantque q'ils purront forfaire devers nous, de corps & d'avoir:

Et nous avoms maundez a noz Viſcontes des ditz Counteez, q'en ceſtes choſes ſoient entendantz au dit Robert, tut les foitz, qil leur fera garnir de par nous:

Et, par ceſt noſtre Commiſſion, n'eſt mie noſtre entent de

Et auxint voloms nous que tote manere des Gentz, que voilent aver noſtre Chartre de Pees pur felonie, ou adherdaunt a noz Enemys, auxibien de temps paſſe, come a temps de ore, ou par Utlagarie, par queconque cauſe que ce ſoit (forpris le dit Treitre, Roger de Mortimer, & les autres Grauntz Meſnours des genz, que ſont venuz d'outre meer en ſa Compaignie, & forpris ceux que tueront Sir Roger Beler) vieignent en Chauncellerie, & eient lour chartres, iſſint q'ils nous ſuent a noz gages en deſtruction de noz ditz Enemys.

Et, ſi aſcun, ou aſcuns, menent, & rendent a nous le Corps du dit Treitre, Roger de Mortimer, ou nous portent ſa Teſte, nous voloms q'ils eient noz Chartres de Pees, de queconque Felonie, aherdaunce, & de autre choſe, * fait contre noſtre Pees; * IV. 233.
& grantoms auxint de les faire paire Mil Livres d'Eſterlinges.

Et les choſes ſuſditz ſi peinblement & diligeaument en facez, que defaut ne ſoit trove en vous, par qoi nous devoms a vous prendre grevouſement.

Don. ſouz noſtre Grant Seel a noſtre Tour de Londres, le xxviij jour de Septembre.

En meſme le manere eſt maunde a tous les Viſcountz d'Engleterre.

De Inimicis, cum Regina, Edwardo Filio, & Comite Kantiæ, fratre Regis, Rogero de Mortuomari, & aliis Rebellibus, & Alienigenis in Regnum ingreſſis, & de Portatoribus Literarum arreſtandis.

LE Roi as Meir & Bailliſs de Nicole Salutz. Ann. D.
Come, noſtre Traitre & Enemi mortiel, & pur tiel atteint 1326.
& ajugez en plein Parlement, ſelonc les Leis & Uſages de noſtre *An.* 20.
Roialme, Roger de Mortimer, enſemblement od autres Treitres *E.* 2.
& Enemis notoires, & alcuns Aliens, ſont entrez noſtre Roialme, *Pat.* 20.
& en lour compaignie noſtre Femme, noſtre Fiutz, & noſtre *E.* 2.
Frere le Counte de Kent; *m.* 11.

Queu choſe nous anuyt & greve treſgrandement, quant ceux, qe deuſſent Soverainement noſtre bien & honur purchacer & meintenir, ſi hountouſement ſont iſſint demorantz & detenuz, contre nous, entre noz Enemis & contrairs:

Et auxint, qui piz eſt, ont menez od eux Gentz deſconuz, & Aliens eſtranges, auxibien d'Armes, come a Pee, a grant nombre,

Pur lour maleſveiſtez & compaſſementz acreſtre, & meintenir, par colour de noz ditz, Femme, Fiuz, & Frere, qeux il detinent fauſement, contre noſtre volente, qi garde & governement affiert a nous, & a nuls autres, & ne deuſſent eſtre a volente ne ſubjectioun d'autri, que de nous; & prechent a noſtre Poeple, diſauntz q'ils ſont venuz pur bien & honur de nous, & du Roialme; tut ſoit ceo pur nous Meſtrer, & noſtre poer Mettre en autri ſubjection, & a purprendre ſur nous, & noſtre Corone meſtrie real, & deſheriter, taunt come en eux eſt; ſicome tut homme de bien purra bien veer & ſentir.

Queu choſe eſt contre noſtre Pees, & l'Eſtat de noſtre Corone,

Et

paignie, & nul qui en la compaignie ſoit; einz les greve & damage, en totes les voies & maneres, q'ils purront; forpris noz ditz, Femme, Fiuz, & Fiere.

Et totes ceſtes choſes facez, & faire facez diligeaument, ſantz feintiſe, & nul delai; & a tour, de veſtre Ville ſuldite, facez ſaver les dites choſes, & q'ils les facent ſur, quanque vous, & eux, & checun, poez forfaire, de corps, & d'avoir.

Don. ſouz noſtre Grant Seal, a noſtre Tour de Londres, le 28 jour de Septembr.

Per ipſum Regem.

En meiſme la manere eſt maunde a les ſoutheſcritz; c'eſtaſavoir,

As Meire & Baillifs de Norwyz.
As Meire & Baillifs de Briſtowe.
As Meire & Baillifs de Notingham.
As Meire & Baillifs de Cantebr.
As Meire & Baillifs de Northt.
As Meire & Baillifs de grant Jernemuth.
As Meire & Baillifs de Novel Chaſtel ſur Tyne.
As Meire & Baillifs de Wyreeſtr.
As Meire & Baillifs de Lenne.
As Meire & Baillifs de Oxneford.
As Meire & Baillifs de Wynceſtr.
As Meire & Baillifs de Staunford.
As Meire & Baillifs de Loundres.
As Meire & Baillifs de Everwyk.
As Meire & Baillifs de Exceſtr.

De intendendo & auxiliando Capitaneis, ad eligendum, & ducendum homines, contra Rogerum de Mortuomari aſſignatis.

De intendendo Danieli de Burgham.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Pat. 20. E. 2. m. 12.

REX Principalibus Ductoribus, Superviſoribus, & Arraiatoribus Hominum, Equitum & Peditum ad Arma, in Comitatu Kantiæ, necnon Vicecomiti ejuſdem Comitatûs, ac omnibus aliis Balivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd aſſignavimus, dilectum nobis, Danielem de Burgham, ad eligendum, & ducendum, omnes Homines, tàm Equites, quàm Pedites, in Comitatu prædicto, qui voluntariè ſecum proficiſci voluerint, ad Rogerum de Mortuomari, & alios Inimicos & Rebelles noſtros, qui Regnum noſtrum hoſtiliter ſunt ingreſſi, deſtruendum, & inſequendum, & ipſos, Mortuos aut Vivos, capiendum, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, & ad Nos, ubicumque fuerimus, indilatè ducendum.

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, mandamus, firmiter injungentes, quòd eidem Danieli, in præmiſſis, ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, prout idem Daniel vobis ſcire faciet ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, viceſimo Octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Et memorandum quòd præfatus Daniel habet diem, ad eſſendum cum præfatis Hominibus ad Regem, die Lunæ proximo futuro, ubicumque tunc fuerit.

REX Capitalibus Ductoribus, Superviſoribus, & Arraiatoribus Hominum ad Arma & Peditum in Comitatu Bucks, & Vicecomiti ejuſdem Comitatûs, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Ibid.

Sciatis quòd aſſignavimus, dilectum & fidelem noſtrum, Radulphum de Wedon, ad eligendum, & levandum Ducentos Homines, de validioribus & potentioribus hominibus ad Arma, & Hobelariis, & aliis Hominibus, Equitibus & Peditibus armatis, de Comitatu prædicto, tàm infra Libertates, quàm extra; & ad eoſdem Homines ad nos, in formâ quâ ei per nos eſt injunctum, ſine dilatione, ducendum:

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis mandamus, firmiter injungentes, quòd eidem Radulpho, in præmiſſis faciendis & exequendis, auxiliantes, conſulentes ſitis, & intendentes, quotiens, & prout per ipſum Radulphum, ex parte noſtrâ, ſuper hoc, fueritis præmuniti.

Et, ut præmiſſa efficaciùs & celeriùs fieri valeant, damus eidem Radulpho Poteſtatem omnes illos, quos ei in hac parte Contrarios aut Rebelles invenerit, capiendi, & per te, præfate Vicecomes, in Priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri faciendi, donec aliud indè præceperimus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniarum, viceſimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

De arreſtando ſuſpectos, & de ſcrutinio faciendo in Portubus.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Radulpho de Cammoys, & Roberto de Kendale, Conſtabulariis Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, Salutem.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Vaſc. 20. E. 2. m. 6. dorſ.

Cùm nuper aſſignaverimus vos, conjunctim, & diviſim, ad cuſtodiendum omnes Portus & Litora, in quibus Naves applicant, & omnem Terram maritimam in Comitatu Kantiæ, Surriæ, & Suſſexiæ, tàm infra Libertates, quàm extra: & ad reſiſtendum omnibus, qui contra Nos, per Terram, vel per Mare, armatâ Potentiâ, venerint in locis ſupradictis; & ad quædam alia, pro ſalvatione partium illarum, faciendum; prout in Literis noſtris Patentibus, vobis indè confectis, pleniùs continetur:

Nos, propter aliquos Rumores, qui ad aures noſtras noviter pervenerunt, volentes præmiſſa diligentiùs fieri & obſervari, ne, per Aggreſſus repentinos aliquorum infra Regnum noſtrum, Populo, noſtro Regimini commiſſo, periculum eveniat quovis modo:

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd omnia & ſingula, in eiſdem Literis contenta, juxta tenorem eorumdem, cum omni diligentiâ fieri: ac loca prædicta viis & modis, quibus pro ſalvatione Populi noſtri, dictarum partium, meliùs fore videritis, cuſtodiri; necnon omnes & ſingulos, nobis ſeu Regno noſtro meritò ſuſpectos (ſi quos in eiſdem locis inveneritis) ſine dilatione areſtari, & in priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri faciatis, donec aliud indè à nobis habueritis in mandatis;

Et Nos de nominibus eorumdem, ſic captorum & areſtatorum, ac cauſâ captionis & areſtationis eorumdem, & etiam de toto facto veſtro in hac parte, de tempore in tempus, per literas veſtras reddatis certiores.

Teſte Rege apud Marsfeld, triceſimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Eodem

Digitized by Google

vendriont, Salutz.

Por ceo, que conue choſe eſt notoirement, que l'eſtat de ſeint Egliſe & del Roialme d'Engleterre eſt en moult des maneres durement blemy, & abeſce par mavoys conſail & abet Hugh le Deſpenſer,

Que, pur orgoil & coveytiſe de Seigneurier & meſtrier ſur toux altres, ad purpris roial poair countre droit & reſon, & ſa ligeaunce, & en tele manere le ad uſe par le mavoys conſail R. de Baldock, & autres adherdans a ly,

Que ſeint Egliſe eſt de lour biens, countre Dieu & Dreiture, deſpoilez, & en trops des maneres ledenges & diſhonurez:

Et le Coronne d'Engleterre deſtrue en divers maneres, en deſheritaunce de noſtre Seigneur le Roy, & de ces Heirs:

Les Graunts du Roialme, par envie & mavys crualte de dit Hugh, pluſours ſaunz coupe, & ſaunz cauſe, a hountouſe mort liverez; les uns Deſheritez, les altres Empriſonez, Banniez, & Exilez:

Veues, Orphanyns de lour droit a tort forjugiez:

Et le Poeple de la Terre, par diverſes Taillages, & noun dues Exactions, trop ſovent reynez, & par divers Oppreſſions, ſaunz nulle mercy, grevetz;

Per queaux Meſpriſes le dit Hugh ſe monſtre apert Tyrant & Enemy de Dieu & de ſeint Egliſe, de noſtre treſchier Seigneur le Roy, & de tout le Roialme.

Et nous, & pluſours autres, que ſount oveſque nous en noſtre Compaigne,

Que loungement avoms eſte aloignez de la bone voillaunce noſtre dit Seigneur le Roy, par la fauſe ſuggeſtion & mavoys procurement des auvaunt dits, Hugh, & Robert, & lour adherdaunts,

Sumes venuz en ceſte Terre, pur lever l'eſtat, de ſeint Egliſe, & del Roialme, & le People de la Terre, del dits Meſchiefs & grevous Oppreſſions, garder & mayntener, a noſtre poiar, l'onur & profit de ſeint Egliſe, & noſtre dit Seigneur le Roy, & de tout le Roialme, ſicome eſt deſutz dit;

Pur quoi nous vos Mandoms &Prioms, pur commun profit de vous toux & cheſcun de vous, endroit de ſey, nous ſoietz aidaunt, bien & leaument, toutz les foitz, que vous verretz lieu & temps, & par toutes les voies que vous ſaveretz & pourretz, a ceo que les choſes deſutz dites puiſſent haſtivement venir a effect, & a bon fin; car ſoietz certaynes que nous toux, & toux iceauz que ſunt en noſtre Compaignie, ne en penſoms a faire choſe, que ne ſerra pur l'onur & le profit de ſeint Egliſe, & de toute le Roialme, ſicome la verretz & troveretz par temps, ſi Dieu pleſt.

Dat. a Wallingford le 15 jour d'Octobre, l'An del Regne noſtre treſchier Seigneur ly Roy vintyſme.

• IV. 237. * *De Receſſu Regis a Regno, & Filio Cuſtode conſtituto; ac de Reditu Regis, & Magno Sigillo eidem Filio & Reginæ commiſſo.*

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Clauſ. 20. E. 2. m. 3. d.

M*Emorandum quòd, viceſimo ſexto die Octobris, Anno Regni Regis Edwardi viceſimo,*

Ipſo Rege a Regno ſuo Angliæ, cum Hugone le Deſpenſer Juniore, & Magiſtro Roberto de Baldok, Inimicis Iſabellæ Reginæ Angliæ, Conſortis ipſius Domini Regis, & Edwardi, Filii ejuſdem Domini Regis Primogeniti, & Ducis Aquitaniæ, & aliis eorumdem Dominæ

Juſtitiâ exhibendâ, eſſent facienda.

Idemque Epiſcopus Herefordenſis adivit dictum Dominum Regem, apud Munemuth tunc exiſtentem: &, in præſentiâ dicti Comitis Lancaſtriæ & Leyceſtriæ, & Magiſtri Thomæ Chaundos, Archidiaconi Herefordiæ, ac aliorum plurimorum, omnia, ſic ſibi injuncta, eidem Domino Regi expoſuit per ordinem.

Et idem Dominus Rex, auditis ſic ſibi expoſitis, habitâ inde aliquali deliberatione penes ſe, reſpondebat quòd placuit ſibi mittere dictum Magnum Sigillum ſuum præfatis, Conſorti ſuæ & Filio; & quòd iidem, Conſors & Filius, dictum Sigillum, ſub Privato Sigillo ſuo tunc clauſum, aperiri facerent, & non ſolum ea, quæ pro Jure & Pace eſſent facienda, ſet etiam quæ gratiæ forent, ſub dicto Magno Sigillo fieri facerent: & idem Dominus Rex dictum Magnum Sigillum liberari fecit Domino Willielmo le Blount Militi, deferendum, in Comitivâ dicti Domini Herefordenſis Epiſcopi, ad prædictos, Reginam & Ducem, eis in formâ prædictâ liberandum.

* *Quæ idem Epiſcopus, ad Reginam & Ducem prædictos, viceſimo ſexto die Novembris, proximo ſequente, apud Martleye rediens, expoſuit viva voce; & nichilominus eadem in quodam Inſtrumento publico, inde confecto, continentur.* • IV. 238.

Dictus verò Willielmus le Blount prædictum Magnum Sigillum, ſub dicto Privato Sigillo ſic clauſum, prædicta die, præfatis, Reginæ & Duci, apud Martley, in præſentiâ dicti Herefordiæ Epiſcopi, liberavit.

Die verò Dominica proximò ſequente, videlicet, in Feſto Sancti Andreæ Apoſtoli, apud Cirenceſtriam, in Camerâ ipſius Dominæ Reginæ, infra Abbatiam, ibidem iidem, Regina & Dux, exiſtentes, dictum Magnum Sigillum, ſic clauſum, in præſentia Domini Rogeri de Mortimer, Johannæ Comitiſſæ Garennæ, dicti Domini Roberti de Wyvill, Richardi Ellesfeld, & Johannis Giffard, Clericorum, & aliorum plurimorum, tradiderunt, ex parte dicti Domini Regis, præfato Domino Norwicenſi Epiſcopo, & præceperunt ſibi quod illud aperiret, & inde faceret quod ad officium Cuſtodis dicti Magni Sigilli pertineret.

Et idem Epiſcopus dictum Magnum Sigillum in Manibus ſuis recepit, & eodem die, in Capitulo dictæ Abbatiæ, Sigillum illud aperuit, & inde Brevia conſignavit: &, poſt conſignationem, Sigillum illud, ſub Sigillo ſuo Privato, incluſit.

Et ſic remanſit dictum Magnum Sigillum, in Cuſtodia dicti Norwicenſis Epiſcopi, itinerando per vias verſus Wodeſtoke, uſque ad diem Jovis proximò ſequentem; quo die ipſe reſtituit Sigillum illud, ſub Sigillo ſuo, præfatis, Reginæ & Duci, apud Wodeſtoke.

Et, occurrentibus negotiis, apertum fuit idem Sigillum pro expedition. eorumdem, &, poſt conſignationem quamlibet, recluſum fuit idem Sigillum, ſub Sigillo dicti Epiſcopi Norwicenſis, & reſtitutum præfatis, Reginæ & Duci, cuſtodiendum.

Die verò Mercurii, ante Feſtum Sancti Thomæ Apoſtoli, proximò ſequens, Magiſter Henricus de Clyf Cuſtos Rotulorum Cancellariæ, qui tunc venerat, Sigillum ſuum appoſuit dicto Magno Sigillo, unà cum Sigillo dicti Norwicenſis Epiſcopi; & iidem, Epiſcopus & Magiſter Henricus, poſt conſignationes, Sigillis ſuis appoſitis, dictum Sigillum, præfatis, Reginæ & Duci, ſingulis diebus, reſtituerunt.

Digitized by Google

Idem Robertus de Penres, in Villa de Haverford, & partibus adjacentibus.

Owenus ap Maddock } *Conjunctim &c. in Terra de Morgannok,*
David ap Meurik } exceptâ illâ clauſulâ, *Damus autem, &c.*

• IV. 239. ** De Nunciis ad Reginam a Rege miſſis.*

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Pat. 20. E. 2. m. 6.

REX omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm mittamus, dilectum nobis in Chriſto, Abbatem de Neeth, &, dilectum & fidelem noſtrum, Reſum ap Griffith, Edwardum de Boun Nepotem noſtrum, Oliverum de Burdeg. & Johannem de Harſik, ad Iſabellam Reginam Angliæ, Conſortem noſtram cariſſimam, & Edwardum, Filium noſtrum Primogenitum, ac quoſdam alios in eorum Comitivâ exiſtentes, pro quibuſdam negotiis, Nos & Regnum noſtrum ſpecialiter tangentibus,

Suſcepimus ipſos, Abbatem, Reſum, Edwardum de Boun, Oliverum, & Johannem, in eundo ad ipſos, Reginam, Filium, & alios, & ad nos redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Abbati, Reſo, Edwardo de Boun, Olivero & Johanni, ſeu Hominibus ſuis, in eundo, ſeu redeundo, ſicut prædictum eſt, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen; ſet eis potius ſalvum & ſecurum Conductum, ſuis ſumptibus, habere faciatis, cùm per ipſos, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Neeth, decimo die Novembris.

Pro Nunciis Papæ in Angliam venturis.

Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Pat. 20. E. 2. m. 4.

REX omnibus Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ac Cuſtodibus Paſſagiorum, & Portuum Regni noſtri, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, W. Archiepiſcopus Viennenſis, & Magiſter Johannes de Grandiſono, Archidiaconus Notynghamiæ, in Eccleſiâ Eborum, Nuncii, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, Domini —— Summi Pontificis, pro quibuſdam Negotiis, eis commiſſis, in Regnum noſtrum ſint venturi:

Vobis omnibus & ſingulis mandamus, firmiter injungentes, quòd præfatis, Archiepiſcopo & Archidiacono, aut eorum Gentibus Familiaribus, in Perſonis, Equis, Pecunia, Vaſſilamentis, aut aliis Rebus ſuis, in veniendo in dictum Regnum noſtrum, per idem ſe transferendo, vel in eodem morando, aut Regnum illud egrediendo, non inferatis, ſeu quantum in vobis eſt ab aliis inferri permittatis injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen; ſet eis potius, & eorum cuilibet, pro ſe, & Gentibus ac Rebus ſuis prædictis, ſalvum & ſecurum Conductum habere faciatis, cum ex parte dictorum, Archiepiſcopi & Archidiaconi, vel alterius eorum, ſuper hoc ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Ledbury, triceſimo die Novembris.

Dupl.

ſcopum Exoniæ.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Rom. 20. E. 2. m. 1.

Ea, Pater Sanctiſſime, veſtræ Beatitudini confidenter ſuggerimus, & ad ea paternam ſollicitudinem Sedulis precibus excitamus, quæ Regni *noſtri* quietem muniunt, augent honorem Eccleſiæ, & periculoſa evellunt Plantaria Scandalorum.

Sanè nuper, Exonienſi Eccleſiâ ſuo viduatâ Paſtore Canonici ejuſdem *Eccleſiæ*, petitâ a nobis eligendi licentiâ, & optentâ, ut eſt moris, die, ad Electionem in eâdem Eccleſiâ de futuro Pontifice celebrandam conſtituto, convenientes *in* unum, in perſonam, diſcreti viri, Magiſtri Jacobi de Bercleye, Canonici ejuſdem Eccleſiæ, Sacræ Theologiæ Doctoris, direxerunt unanimiter vota ſua, ipſúmque elegerunt concorditer in ſuum Epiſcopum & Paſtorem; cui quidem Electioni nos ſubſequenter Regium aſſenſum adhibuimus & favorem.

Nos igitur, virtutum *varia* donaria, quæ in ipſo pollent Electo, internæ mentis obtuitu contemplantes (utpote quem virum novimus æminentis Scientiæ, ex Nobili Proſapiâ genitum, Moribus & Vitâ decorum, & in Agendis quibuſlibet circumſpectum) ſperantéſque ipſius Promotionem ad Regimen Eccleſiæ ſupradictæ, non ſolum ipſi Eccleſiæ, ſet toti Regno noſtro multiplicia, proceſſu temporis, commoda, annuente Domino, allaturam,

Sanctitati veſtræ totis affectibus ſupplicamus, quatinùs, ipſum Electum habentes, ſi placet, noſtri contemplatione, ſpecialiùs recommendatum, diſſimulato Reſervationis rigore (ſi quæ forſan præceſſerit) per quam ipſius Electi Promotio ad Eccleſiam prædictam poſſit (quod abſit) impediri, æquanimiter pati dignemini ut dicta Electio, ob ipſius Electi prærogativam meritorum, necnon totius Regni noſtri utilitatem, optatum ſortiatur effectum.

Conſervet vos Altiſſimus, ad Regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Kenilworth, decimo octavo die Decembris.

Ad Cardinales, ſuper Electione prælibata.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino L. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali, &c. Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1326. An. 20. E. 2. Rom. 20. E. 2. m. 1.

Firmam habet, de veſtræ Amicitiæ puritate, fiduciam conſideratio noſtræ mentis quòd in hiis, quæ ad honorem Sanctæ Eccleſiæ, & Regni noſtri utilitatem, pertinere noſcuntur, Precibus noſtris libenter annuetis, &, ut noſtra deſideria impleantur, apponetis cum efficaciâ partes veſtras.

Sanè nuper, Exonienſi Eccleſiâ ſuo viduatâ Paſtore, Canonici ejuſdem Eccleſiæ petitâ a nobis eligendi licentiâ, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

• Domino Summo Pontifici, per alias noſtras Litteras, duximus ſupplicandum, quatinùs, diſſimulato Reſervationis rigore (ſi quæ forſan præceſſerit) per quam ipſius Electi Promotio ad Eccleſiam prædictam poſſit (quod abſit) impediri, æquanimiter pati dignetur quod dicta Electio, ob ipſius Electi prærogativam Meritorum, ac totius Regni noſtri utilitatem, optatum ſortiatur effectum; • IV. 241.

Paternitatem veſtram rogamus & requirimus ex effectu, quatinùs penes dictum Dominum Summum Pontificem, ut votis noſtris annuat in hac parte, velitis, ſi placet, amore noſtri, pro Pace & Tranquilitate Regni noſtri, opem & conſilium apponere, quæ poteſtis.

Dat. apud Kenilworth, decimo octavo die Decembris.

Con-

Digitized by Google

ET mandatum eſt Roberto de Watevill, quòd eidem Ricardo, Manerium de Swatham, cum Pertinentiis, in Comitatu Nortfolciæ, quod ei nuper Rex commiſit, ſub certâ formâ habendum, unà, cum Bonis & Catallis ipſius Comitis, penes ipſum exiſtentibus, ac Exitibus per ipſum, de Manerio illo, perceptis, nec non omnibus Denariis, quos de Debitis ejuſdem Comitis levari fecit, liberet cuſtodiendum in formâ prædictâ.

Teſte ut ſupra.

ET mandatum eſt Roberto de Inſula, quòd eidem Ricardo Domos prædicti Comitis, in Parochia Sancti Martini de Ludgate London. quas ei nuper Rex commiſit, ſub certa forma habendas, unà cum Bonis & Catallis, ipſius Comitis, penes ipſum exiſtentibus, liberet cuſtodiendas in formâ prædictâ.

Teſte ut ſupra.

ET mandatum eſt Simoni Croiſer, quòd eidem Ricardo, Bona & Catalla, prædicti Comitis, in Cuſtodiâ tua, exiſtentia, unà, cum Exitibus per ipſum, de Maneriis, Terris, & Tenementis ipſius Comitis, de tempore quo Cuſtodiam eorumdem ex Commiſſione Regis habuit, perceptis, liberet cuſtodienda in formâ prædictâ: vult enim Rex ipſum inde erga R. exonerari.

Teſte ut ſupra.

* IV. 142. * Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Ricardo de Perers,	*Willielmo Man,*
Johanni de Wilburgham,	*Johanni de Kirkeby,*
Johanni de la Gotere, &	*Philippo de Aylesbury,*
Johanni de Croſholm,	*Gulielmo de Frogenhale.*
Nicholao de Sancto Marco,	

ET mandatum eſt Roberto de Wincheſtr. quòd eidem Thomæ Caſtra, Maneria, Terras, & Tenementa, Bona & Catalla, prædicti Comitis, quæ in Cuſtodiâ ſuâ exiſtunt, unà cum Exitibus per ipſum inde perceptis, liberet cuſtodienda in forma prædicta: vult enim Rex ipſum inde erga R. exonerari.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt Willielmo de Felton.

Teſte ut ſupra.

De Parliamento apud Weſtmonaſterium convocato.

Ann. D. 1327. *An.* 20. *E.* 2. *Clauſ.* 20. *E.* 2. *m.* 3.

REX, dilecto & fideli ſuo, Richardo Damory, Juſticiario ſuo Northwalliæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd, habito aviſamento cum illis Hominibus, de partibus prædictis, cum quibus melius fore videritis faciendum, diverſimodè, ſine dilatione, venire faciatis ad præſens Parliamentum noſtrum, apud Weſtmonaſterium convocatum, 24 Homines de partibus illis, tàm Anglicos, quàm Wallenſes, ad conſentiendum hiis, quæ ibidem, pro Comuni Commodo & Pace, & Tranquilitate Regni noſtri, & partium prædictarum, favente Domino, contigerit ordinari;

Et habeatis ibi nomina prædictorum 24 hominum, & hoc Breve.

Teſte Rege apud Kenilworth, undecimo die Januarii.

Par qoi touz les Grantz ount fait Homage,

Nous crioms & publioms la Pees noſtre dit Seignur Sire Edward, le Fiutz, & comandoms, & defendoms, de par lui, fermement a touz, & a cheſcun, ſur peigne & paril de desheritance, & departe de Vie & de Membre, que nul n'enfreigne la Pees noſtre dit Seignur le Roi;

Kar il eſt, & ſerra preſt, a touz, & a cheſcun, del dit Roialme, en totes choſes, & countre touz, auxi bien as Petitz, come Grantz, a faire Droiture.

Et, ſi nul eit Rien a demandre vers autre, le demande par Voi de action, ſanz force mettre, ou autre violence.

De Magno Sigillo Epiſcopo Elienſi deliberando.

MEMORANDUM quòd, die Mercurii, proximo poſt feſtum Converſionis Sancti Pauli, videlicet, viceſimo octavo die Januarii, anno Regni Regis Edwardi, Tertii poſt Conqueſtum, Primo, idem Dominus Rex, in Palatio ſuo apud Weſtmonaſterium, in quadam Camerâ ſuâ interiore, tradidit Magnum Sigillum ſuum, venerabili patri, Johanni Elienſi Epiſcopo, cuſtodiendum, & faciendum indè quod ad officium Cancellarii pertinet. Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Clauſ.* 1. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 25. *d.*

Qui quidem Epiſcopus Sigillum illud recepit, & ſecum ad domum ſuam, in quadam Burſâ, ſub ſigillo ſuo, deportari fecit;

Et Sacramentum in præſentiâ ipſius Regis, ac Dominæ Iſabellæ, Reginæ Angliæ, Henrici Comitis Lancaſtriæ, Rogeri de Mortuo Mari, Henrici de Bello Monte, & aliorum ibidem præſentium, præſtitit de Officio illo fideliter exequendo:

Et in craſtino, ſculptis in inferiori parte prædicti Sigilli Duobus Floribus de Armis Franciæ, indè Brevia conſignari fecit.

De Aſſumptione Regiminis, de Homagiis receptis, & de Pace publicanda.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D.

Quia Dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, Pater noſter, de communi conſilio & aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum, necnon Communitatum, totius Regni prædicti, ſpontaneâ voluntate Se amovit a Regimine dicti Regni, volens & concedens quòd Nos, tanquam ipſius Primogenitus & Hæres, ipſius Regni Gubernationem & Regimen aſſumamus: 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Clauſ.* 1. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 28.

Noſque, ipſius Patris noſtri Beneplacito, in hac parte, de conſilio & aviſamento Prælatorum, Comitum, Baronum, Magnatum, & Communitatum, prædictorum, annuentes, Gubernacula ſuſcepimus dicti Regni, & Fidelitates & Homagia ipſorum Prælatorum & Magnatum recepimus, ut eſt moris;

Deſiderantes igitur Pacem noſtram, pro quiete & tranquilitate Populo noſtri, inviolabiliter obſervari, tibi præcipimus quod ſtatim, viſis præſentibus, * per totam Ballivam tuam, Pacem noſtram publicè proclamari facias; univerſis & ſingulis ex parte noſtrâ inhibendo, ne quis, ſub pœnâ & periculo exhæredationis, & amiſſionis Vitæ & Membrorum, dictam Pacem noſtram infringere, ſeu violare, præſumat; * IV. 144.

Set quòd quilibet Actiones & Querelas ſuas, abſque violentiâ quacunque proſequantur ſecundum Leges & Conſuetudines Regni noſtri:

Nos enim parati ſumus, & ſemper erimus, omnibus, & ſingulis, Conquerentibus, tàm Divitibus, quàm Pauperibus, in Curiis noſtris, plenam Juſtitiam exhibere.

Digitized by Google

H. Lincolnienſi,
J. Landavenſi,
Et W. Norwicenſi,

Thoma Norffolciæ & Mareſcallo Angliæ,
Edmundo Kantiæ,
Henrico Lancaſtriæ, } *Comitibus;*
Johanne Surriæ & Suſſex,
Johanne de Boun, Herefordiæ & Eſſex,

Johanne de Haunaud, Rogero de Mortuomari, Henrico de Bello Monte, ac aliis Magnatibus totius Regni:

Et fuerunt verba Regis, in Coronatione prædictâ, ſub Juramento præſtita, ut patet inferiùs;

SIRE, volez vous Graunter, & Garder, & par voſtre ferment Confirmer, au Poeple d'Engleterre les Loys & les Cuſtumes, a eux grantees par les Aunciens Roys d'Engleterre, vos Predeceſſours, Droiturus, & Devotz a Dieu; & nomeement les Leys, les Cuſtumes, & les Franchiſes, grantez au Clerge, & au Poeple, par le glorious Roy Seint Edward, veſtre Predeceſſour?

Reſpons.

Jeo les Grante & Promette.

SIRE, Garderez vouz a Dieu, & a ſeint Egliſe & au Clergie, & au Poeple, Pees & Acord en Dieu entierment, ſelonc voſtre poair?

Reſpons.

Jeo les Garderai.

SIRE, Freez vous faire en tourz voz Jugementz, Ouele & Droit Juſtice, & Diſcretion, en Miſericorde & Verite, a voſtre poair?

Reſpons.

Jeo les Fray.

SIRE, Grantez vous a tenir & Garder les Leys, & les Cuſtumes dreitureles, les quels la Communaute de voſtre Roialme aura eſlu, & les Defendrez, & Afforterez, al Honure de Dieu, a voſtre poair?

Reſpons.

Jeo les Grante & Promette.

---

* IV. 245. * *Petitiones in Parliamento exhibitæ, & conceſſæ, pro illis, qui fuerunt de Querela Thomæ Comitis Lancaſtriæ.*

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 23. d. FAIT A REMEMBRER, *qe, le tierce jour Feverer, l'An du Regne le Roi Edward, Fitz au Roi Edward, Fitz au Roi Edward, Fitz au Roi Henri, premer furent moſtrez en Parlement, adonqes tenu a Weſtmoſtier, aſcuns Peticions, par les Chivalers, & la Commune, de la Querele de Count de Lancaſtre, en la forme que s'enſuit;*

A noſtre Seigneur le Roi, &c. PRIENT *les Chivalers, & la Commune, a tort Deſheritez, Empriſonez, Deſrobbez, Banniz, Exilez, q'eſteint de la Querele le Noble Counte de Lancaſtre, q'ils peuſſent eſtre reſtituz a leur Terres, ove les Iſſues, puis le temps q'eles furent a tort ſeiſiz.*

A quele Peticion fuſt reſpondu, par Commune aſſent de tot le Parlement, qe totes les Terres & Tenementz, qi furent ſeiſiz par cauſe de la Querele le Counte de Lancaſtre (la quele par tot le Parlement eſt afferme bone) auxibien en Irlaund, Gales, come en Engleterre, par Eſtatut, qe nul de ceux, qi ſont venuz oveſque lui en ſon Roialme, ne ove Madame la Roine ſa Mere, ne nuls autres, qe ſoient venuz en eide de eux eſpecialment, ne ſoient Empeſchez, Grevez, Moleſtez, ne Damagez en nule Court, per choſe qi ad eſte faite, a la Purſute de Hugh & de Hugh, ou de nul de leur aherdance, Treitres & Enemys du Roialme, du jour qu'ils Arriverent, tan qe au jour de ſon Coronement.

*A quele Peticion fuſt reſpondu, par Commune aſſent de tot le Parlement, que par Eſtatut ſeit ordene qe nuls de eux, qi n'adgers vindrent ove noſtre Seignur Roi, ne od Madame la Roine, en Roialme, ne ces qi demorerent en Roialme, & puis vindrent en Aide de noſtre dit Seignur & Dame, come ſus eſt dit, ſoit Empeſche, moleſte, ne greve en la Court le Roi, ne de autri, pur priſe des Parſones, Chaſteux, ou de Chateux, Mort de Homme, ou queunqes autres choſes, faites en la dite Purſute, du jour qe les avauntditz Roy & Roine Ariverent, tanque al Coronement, come deſus eſt * dit; iſſint neqedent,* * IV. 246.
que Meſſeſours, qi firent Treſpas, ou autres Mals, hors de la Purſute, as bones Gentz du pais, ne ſe puſſent coverir par cel Eſtatut, einz ſoient reſponantz a la Ley.

ITEM, *prient le Chivalers, & la dite Commune, que ceux de la querele, qi ſont Eſchapez hors de Priſone puſſent avoir Chartres de Pardon del Eſchap, ſanz Rien doner pur yceles.*

A quele Peticion fuſt reſpondu, & acorde, par Commune aſſent, &c. q'ils les eient ſanz Rien doner, que attient au Roi.

ITEM, *le xiii jour de meiſme le Mois de Feverer, fuſt acorde, par Commune aſſent de tot le Parlement, que les Chivalers, & toz les autres de la Querele, &c. en purſuant Sire Hugh le Deſpenſer le Pere, & le Fitz, & les autres malveis Conſeilers le Roi, & Enemys de la Terre, ſoient reſtituz a lour Terres & Tenementz, auxibien ce q'il avoient en Demeine, come en Reverſions, Franchiſes, Fees, Baillies, Offices, Avoeſons des Egliſes, & totez autres choſes a ce regardantz, en Engleterre, Gales, & Irlaund, qe, par cauſe de la dite Querele, furent ſeiſiz en la Mein le Roi, en qi Meins qe les dites Terres, Tenementz, & les autres choſes ſuſdites ſoient devenuz, auxibien Enfantz deinz age, come autre par Feffement, ou en autre manere; Mes n'eſt pas l'entencion du Conſeil, que ceux, qi ont vendu leur Terres, ou Releſſe, ou Quite Clamer de leur Franche volunte, ſoient reſtituz par ceſt Acord.*

Enſement acorde eſt que Dames, Vedues, qi Terres, Heritages, joint Purchace, & Dowers, furent ſeiſiz en la Mein le Roi, par cauſe de la dite Querele, ſoient meintenant reſtituz a leur Terres, en meiſme la manere come Gentz de la Querele ſuſdite.

Enſement acorde eſt que touz iceux, qi ont eu Terres du doun le Roi, autrefetz priſes en la Mein le Roi par cauſe de la Querele ſuſdite, reſpoignent des Iſſues des dites en temps, qils les ont tenuz, a ceux a qi les Terres furent, auxint come s'ils uſſent eſte Gardeins, deſicome le Roi ne priſt nul profit; &, ſi waſt ou deſtruction ſoit fais, en leur temps, reſpoignent en meſme la manere.

Enſement, que Preſentementz & Collacions, faites par le Roi des Benefices de ſeint Egliſe, dont aſcuns des Clers furent de la dite Querele, & uncor ſont en pleine vie, & aſcuns a Dieu Commandeez, les queux Preſentementz & Collacions appendoient as Gentz de la Querele, puis la mort le dit Conte, ou Cure, ou ſenz Cure, ſoient repelez auxi avant, come Loi de ſeint Egliſe ſoeffra.

De

Digitized by Google

Per Petitionem de Concilio.

Conſimilia Brevia habent ſubſcripti; videlicet,

Abbas de Fiſcampo in Normann.
Abbatiſſa de Cadamo in Normann.
Prior de Wangeford de Ordine Clunyacen.
Prior de Horkeſle de Ordine Clunyacen.
Prior de Lynton. Cella Abbatiæ Sancti Jacuti in Britann.
Prior de Modbury Cella Abbatiæ Sancti Petri ſuper Dynam in Normann.
Prior de Loddres Cella Abbatiæ de Monte Burgi in Normann.
Prior de Frumpton Cella Abbatiæ Sancti Stephani in Cadamo in Normann.
Prior de Oteryngton Cella Abbatiæ Sancti Michaelis in periculo Maris in Normann.
Prior de Theford Cella Abbatiæ Clunyacen. in Normann.
Prior de Auebury Cella Abbatiæ Sancti Georgii in Normann.
Prior de Clatford Cella Sancti Victoris in Normann.
Prior de Appledercombe Cella Abbatiæ Beatæ Mariæ de Monte Burgi in Normann.
Prior Sanctæ Elenæ de Ordine Clunyacen.
Prior de Pontefracto de Ordine Clunyacen.
Prior de Blida Cella Abbatiæ Sanctæ Katerinæ de Monte Rothomag. in Normann.
Prior de Hermodeſworth Cella ejuſdem Abbatiæ.
Prior de Eccleſfeld Cella ejuſdem Abbatiæ.
Prior de Mereſeye Cella Sancti Audoeni de Rothomago.
Prior de la Seke Cella Abbatiæ Sancti Florencii de Samuro in Andegavia.
Prior Trinitatis Eborum Cella Abbatiæ Majoris Monaſterii Turonen.
Prior de Derburſt Cella Abbatiæ Sancti Dioniſii.
Prior de Berneſtable Ordinis Clunyacen.
Prior de Carſewelle Ordinis Clunyacen.
Prior Sancti Jacobi juxta Exon. Cella Prioratus Sancti Martini de Campis Pariſius.
Frater Richardus Folyn Procurator Abbatis de Bello Betto in Normann.
Prior de Pembrok in Wall. Cella Abbatiæ de Sagio in Normann.
Frater Richardus Procurator Prioris de Motteyn in Angl.
Prior de Shireburn Cella domus Sancti Benedicti de Cyriſi.
Prior de Eye Cella Abbatiæ de Bernay in Normann.
Prior Sancti Walerici Cella Abbatiæ Sancti Walerici in Pykardia.
Prior de Welſcricheſton Cella Abbatiæ Sancti Petri ſuper Dynam in Normann.
Prior de Lenton. Ordinis Clunyacen.
Abbas Clunyacen.
Abbas Sancti Martini de Sagio in Normann.
Prior de Cretynges & de Everdon. Cella Abbatiæ de Berniato in Normann.
Prioriſſa de Lemmerminiſtre Cella Abbatiæ de Almanarche in Normann.

Epiſcopus, per Petitionem ſuam, coram nobis & Concilio noſtro E. 3.
exhibitam, quòd, p. 1.
Licet ipſe, quarto die Decembris, Anno Regni dicti Patris no- m. 20.
ſtri Decimo Nono, Bullam Domini Summi Pontificis, ſibi non præjudicialem, de Præfectione ipſius Willielmi ad Epiſcopum loci illius, eidem Patri noſtro directam, & Fidelitatem ſuam debitam in hac parte dicto noſtro optuliſſet, reſtitutionem ſibi fieri de Temporalibus prædictis ſupplicando,

Idem tamen Pater noſter, ad Procurationem Hugonis le Deſpenſer junioris, & Roberti de Baldok, Æmulorum dicti Epiſcopi, Fidelitatem prædictam recipere, & Temporalia illa ſibi reſtitui recuſavit, eadem Temporalia, uſque ad Nonum diem Novembris, proximò tunc ſequentem, eidem Epiſcopo voluntariè detinendo, ac Exitus & Proficua, inde provenientia, ad Opus ſuum levando, in ipſius Epiſcopi Diſpendium non modicum & gravamen,

Super reſtitutione quorum Exituum dictus Epiſcopus a nobis petiit ſibi Remedium adhiberi:

Nos, volentes eidem Epiſcopo gratiam facere in hac parte, vobis mandamus quòd omnia Exitus & Proficua, de eiſdem Temporalibus, a prædicto quarto die Decembris, provenientia, & dicto Patri noſtro, ſeu nobis non ſoluta, præfato Epiſcopo, ſeu Attornato ſuo in hac parte, ſine dilatione, ſolvi & habere faciatis; Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem fieri faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Februarii.

Per Petitionem de Concilio.

** Pro Johanne de Hanonia, ſuper Annuitate conceſſa.* * IV. 249.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd pro bono & laudabili Servitio, quod dilectus 1327.
Conſanguineus noſter, Johannes de Hanonia nobis hactenus im- An. 1.
pendit, & impendet in futurum, conceſſimus ei Mille Marcas E. 3.
percipiendas ſingulis annis, de Exitibus Cuſtumæ noſtræ Lanarum, Pat. 1.
Coriorum & Pellium lanutarum, in Portu Civitatis noſtræ Lon- E. 3.
doniæ, per manus Collectorum noſtrorum Cuſtumæ prædictæ, p. 1.
qui pro tempore fuerint, ad Terminos Paſchæ, & Sancti Michae- m. 34.
lis per æquales Portiones, quouſque eidem Johanni, de Mille Mercatis Terræ, in locis competentibus, infra Regnum noſtrum providerimus, habendis Sibi, & Hæredibus ſuis imperpetuum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Digitized by Google

... in Aquitania Laudatoria, & de Credentia.

Ann. D. REX, Nobili Viro, Pontio de Canta-Milia, Salutem.
1327. Quàm fideliter & conſtanter erga Progenitores noſtros &
An. 1. nos, etiam totis temporibus, vos geſſiſtis, benè novimus, & Im-
E. 3. penſa per vos Obſequia manifeſtant; quamobrem, Fidei veſtræ
Vaſc. 1. Conſtantiam ſpecialiter commendantes, vos rogamus, & requiri-
E. 3. mus ex affectu, quatinùs laudabilem Geſtum veſtrum, ſic erga
m. 6. nos & Miniſtros noſtros, in Ducatu Aquitaniæ, ſtrenuis Actibus continuare ſtudeatis, quòd Benivolentiam veſtram erga nos poſſimus Operum efficaciâ experiri, & vobis exindè teneri, & Obligatiores efficiamur temporibus oportunis.

Cæterùm ſuper aliquibus Negotiis, nos & ſtatum Ducatûs prædicti tangentibus, dilectis & fidelibus noſtris, Berardo de la Bret, Johanni de Weſton (quem conſtituimus Conſtabularium noſtrum Burdegaliæ) Arnaldo Edmundi, Bernardo de Semyux, & Petro Deſcorte (quos ad partes illas deſtinamus) Votum aperuimus men-
* IV. tis noſtræ, vobis per * ipſos, Quatuor, Tres, vel Duos eorum,
250. ſeriotiùs exponendum; vobis mandantes quòd eiſdem, Berardo, Johanni, Arnaldo, Bernardo, & Petro, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum in his; quæ vobis dicent ex parte noſtrâ, fidem indubiam præbeatis, & ea curetis effectui mancipare.

Dat. apud Weſtmonaſterium, octavo die Februarii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Guillielmo Domino Calvi Montis,
Petro de Roupmano Domino de Monte Calvo,
Domino de Pedeynas,
Guillielmo Fercy Domino de Vernone,
Gallardo de Taſtes Militi,
Fergano Deſtyſſak,
Arnaldo de Duro Forti Militi,
Sanſonerio de Pyntbut,
Ramfredo de Duro Forti,
Vymano de Pedonſak,
Pontio Amaveni de Madalbano,
Arnaldo Guillielmi de Marſano,
Ankelmo Guillielmi Domino de la Sparre,
Arnaldo de la Launde Domino de Breda,
Almalumo de Burreſe Domino de Monte Ferando,
Petro Calculi Domino de Podenſak,
Arnaldo Guillielmi de Malo Vicino Vic. de Juliate,
Petro de Gavareto Domino in parte ſua de Langonio,
Ramfredo de Bello Monte,
Reimundo Guillielmi de Salviaco,
Bernardo de Roupmano Domino de Alta Ripa,
Guillielmo Reimundi de Senchet,
Arnaldo de Bonis Villa,
Aſſalto de Sanmaco,
Gamberto de Tumba Bonis,
Juratis & Univerſitati de Lingonio,
Conſulibus & Univerſitati de Penna,
Univerſitati Civitatis Vaſati,
Majori, Juratis, & Communitati de Libornio,
Bertrando de Duro Forti Domino de Lunaſgard,
Juratis & Habitatoribus Villæ Sancti Severi,
Juratis & Habitatoribus Villæ Bonæ Gardæ,
Juratis & Habitatoribus Villæ de Herba Favera,
Majori, Juratis, Centum Paribus & Communitati de Sancto Milione,
Majori, Juratis, & Communitati de Burgo,
Majori, Juratis, Centum Paribus, & Communitati de Baiona,
Petro Greyſ Vic. Benangiarum,
Guillielmo Arnaldi Domino de Saut,
Domino de Gorzereſt,
Devoto Domino de Dowayt,
Reymundo de Batz,
Reymundo Bernardi de Marmanda,
Matæ duæ de Brageiraco & Genſaco,
Almaſio de la Mote,
Arnaldo Audonii,
Poncio de Canta Milia,
Reymundo de Villa Nova,
Guillielmo Bernardi de Demplano,
Guillielmo Arnaldi de Calvo Monte,
Bertrando de Galard,
Reymundo Durandi Seneſcallo de Landis,
Bernardo de Lauerdaco,
Johanni de Burgo de Salebu,
Arnaldo Bernardi de Preſſaco,
Gunberto de Pelagrue,
Militibus, Nobilibus, & Communitati de Tenſaco;
Bertrando Calculi,
** Johanni de Malo Leone,* * IV.
Vaſco de Leomania Domino de Podio Guillielmi, 251.
Guillielmo de Monte Lato,
Gaillardo de Guto,
Nobilibus Sancti Aunlioneſii,
Nobilibus de Burgeſco,
Nobilibus de Blaeſio.

Pro Epiſcopo Wyntonienſi, de Recognitionibus cancellandis.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Ann. D.
Cùm nuper, 1327.
Tempore quo, Venerabilis Pater, J. Epiſcopus Wyntonienſis, An. 1.
ad Epiſcopatum illum per Dominum Summum Pontificem, pro- E. 3.
motus fuerat, Clauſ. 1.
Propter aliquas Impetitiones, quas Magiſter Robertus de Bal- E. 3.
dok, & alii Æmuli ejuſdem Epiſcopi, ſibi fecerunt, poſtquam p. 1.
idem Epiſcopus fidelitatem ſuam eidem Patri noſtro, pro Tempo- m. 19.
ralibus ſuis habendis, optuliſſet,

Per magnum tempus impeditus fuiſſet, quominus Reſtitutionem eorumdem Temporalium habere potuit:

Quo quidem tempore dictus Pater noſter Exitus & Proficua Temporalium prædictorum integrè percepit, &, ut idem Epiſcopus Temporalia illa habere poſſet, quandam Recognitionem Decem Milium Librarum, eidem Patri noſtro ad voluntatem ſuam ſolvendarum, feciſſet; de quibus quidem Decem Milibus Librarum ſibi omnimodo ſatisfieri voluiſſet, & reſiduum Debiti prædicti, ſuper Geſtu ejuſdem Epiſcopi, poni in reſpectum:

Poſtmodùm verò, captâ fidelitate ejuſdem Epiſcopi, & Temporalibus ſuis ſibi in forma prædicta reſtitutis, idem Epiſcopus quandam aliam Recognitionem prædicto Patri noſtro, ad Scaccarium ſuum, de Duobus Milibus, Quadringentis, & Sexaginta Libris, Quinque Solidis, & Decem Denariis, pro Bladis, tunc in Terris dicti Epiſcopatûs creſcentibus, & quibuſdam aliis rebus, feciſſet:

Undè quædam pars ad dictum Scaccarium per ipſum Epiſcopum eſt ſoluta, & quædam pars adhuc inde reſtat ſolvenda:

Ac, Venerabiles Patres, Epiſcopi Londoniæ & Herefordiæ, qui ad ipſum Patrem noſtrum, ex certis cauſis, poſtmodum miſſi fuerant, ad nos redeuntes, inter cætera reiteràſſent quod idem Pater noſter, ad exonerationem Conſcientiæ ſuæ, reſpondit quòd intentio

[illegible] fuiſſet, cum non fuerit, Manerium illud, in Manu dicti Patris noſtri ſic exiſtens, Ingreſſus fuiſſet:

Et, dùm illud ſic tenuit, quandam Recognitionem Quatuor Milium Librarum, coram tunc Majore Londoniæ, & Clerico, ad Recognitiones Debitorum apud Londoniam accipiendas, deputatis, Hugoni le Deſpenſer Seniori feciſſet:

Et poſtmodùm, pro eo quòd, per quandam Inquiſitionem, coram tunc Eſcaetore dicti Patris noſtri, citra Trentam captam, & in Cancellariâ ſuâ retornatam, compertum fuit quòd prædictus Willielmus aliquem Statum in eodem Manerio, niſi per Inquiſitionem ſuam, non habuit:

Et prædictus Willielmus, coram prædicto Patre noſtro perſonaliter conſtitutus, aſſeruit ipſum nullum Jus in eodem Manerio habuiſſe, & Manerium illud, ut Jus & Hæreditatem prædictarum, Aliciæ & Margaretæ, in Manum prædicti Patris noſtri reddidit:

Dictus Pater noſter Cuſtodiam Manerii prædicti præfato Henrico, uſque ad legitimam ætatem prædictarum, Aliciæ, & Margaretæ, conceſſiſſet:

Et poſtmodùm, prædictis, Aliciæ & Margaretæ, plenæ ætatis exiſtentibus, idem Pater noſter Pro-partem, ipſam Aliciam de Manerio prædicto contingentem, præfatis, Henrico & Aliciæ, reddidiſſet:

Et Pro-partem, prædictæ Margaretæ de eodem Manerio contingentem, eidem Henrico dediſſet, & conceſſiſſet, habendam quouſque idem Pater noſter Homagium, ſibi indè debitum, cepiſſet, & Pro-partem illam, ut eſt moris, reddidiſſet, prout in diverſis Litteris ejuſdem Patris noſtri, indè confectis, pleniùs continetur:

Et poſtmodum dictus Hugo de Manerio illo, virtute Recognitionis prædictæ, aſſecutus fuiſſet, & illud, tanquam Catalla ſua, uſque ad obitum ſuum tenuiſſet:

Quod quidem Manerium in Manu noſtrâ, per forisfacturam prædicti Hugonis jam exiſtit;

Per quod iidem, Henricus & Alicia, nobis ſupplicârunt prædictum Manerium eiſdem, Henrico & Aliciæ, adeo exoneratum de prædictâ Recognitione, ſicut ad manus dicti Patris noſtri devenit, reſtituere velimus:

Et quia per Litteras, dicti Patris noſtri, coram nobis & Concilio noſtro examinatas, apparet evidenter, quòd præfatus Comes Manerium illud tenuit de dicto Patre noſtro in Capite die quo obiit:

Et quòd Manerium illud, poſt mortem dicti Comitis, ratione minoris ætatis ipſarum, Aliciæ & Margaretæ, in Manu ejuſdem Patris noſtri captum fuit:

Et unam Pro-partem dicti Manerii præfatis, Henrico & Aliciæ, reddidit, & aliam Pro-partem dicto Henrico conceſſit in forma prædicta:

Et nos Hæredibus, infra ætatem & in cuſtodia noſtra exiſtentibus, cùm ad plenam ætatem pervenerint, Terras & Tenementa ſua, adeò exonerata, ſicut ad manus noſtras, vel Progenitorum noſtrorum, per Mortem Anteceſſorum ipſorum Hæredum, pervenerint, reddere tenemur;

Tibi præcipimus quòd Manerium prædictum, cum Pertinentiis, quod virtute Recognitionis prædictæ in manu ipſius Hugonis, dum vixit, extitit, & in manum noſtram, per forisfacturam ejuſdem Hugonis, jam exiſtit, de prædictis Quatuor Milibus Librarum exoneratum, eiſdem, Henrico & Aliciæ, liberes tenendum, juxta tenorem Litterarum noſtrarum prædictarum.

& Catallis prædictis, & Arreragiis Firmæ prædictæ, ſine dilatione liberari; præfatumque Petrum, & Manucaptores ſuos, de eiſdem Terris, Tenementis, Bonis & Catallis, ac Arreragiis dictæ Firmæ, exonerari, & quietos eſſe faciatis; ſalvo nobis apporto, ſi quod nobis in hac parte debeatur, quouſque aliud ſuper hoc duxerimus ordinandum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Februarii.

Conſimiles Literæ pro Decano & Capitulo præfatæ Eccleſiæ Rothomagi.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Ann. D.
Supplicavit nobis Decanus & Capitulum Eccleſiæ Rotho- 1327.
magenſis, per Petitionem ſuam, coram Nobis & Concilio noſtro *An.* 1.
exhibitam, quòd, *E.* 3.
Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, occaſione *Clauſ.* 1.
Guerræ, inter ipſum & Regem Franciæ, in Ducatu Aquitaniæ, *E.* 3.
motæ, Terras & Tenementa, Feoda & Advocationes ipſorum *p.* 1.
Decani & Capituli, in Regno noſtro, ſimul cum Terris, Tene- *m.* 20.
mentis, Feodis & Advocationibus Religioſorum Alienigenarum, de poteſtate dicti Regis Franciæ exiſtentium, in eodem Regno capi feciſſet in manum ſuam, unà cum Bonis & Catallis ipſorum Decani & Capituli, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis.*

Pro Radulpho de Bulmere, tanquam Baneretto, ſatisfaciendo.

REX, dilecto ſibi, Thomæ de Eynill, Cuſtodi Caſtri noſtri Ann. D.
de Pontefracto, & Receptori noſtro Exituum ejuſdem, Sa- 1327.
lutem. *An.* 1.
Cùm nuper, antequam Regimen Regni noſtri ſuſcepimus, Iſa- *E.* 3.
bella Regina Angliæ, Mater noſtra cariſſima, & Nos, de aſſenſu *Clauſ.* 1.
Concilii noſtri, ordinâſſemus, dilectum & fidelem noſtrum, Wil- *E.* 3.
lielmum de Ros de Hamelak, Cuſtodem Partium Comitatûs *p.* 1.
Eborum: *m.* 5.

Et, inter alia, commiſiſſemus eidem Willielmo Poteſtatem capiendi in manus noſtras Caſtrum prædictum, tunc extra manum noſtram exiſtens, ac ordinandi de ſalvâ Cuſtodiâ ejuſdem, quouſque indè aliter per nos foret ordinatum:

Ac idem Willielmus, virtute Ordinationis & Commiſſionis prædictarum, dilectum & fidelem noſtrum, Radulphum de Bulmere, cum Decem Hominibus ad Arma, ad Cuſtodiam prædicti Caſtri, certis de cauſis, viceſimo ſecundo die Novembris proximò præterito, * deputaverit, moraturum ibidem extunc, ad Vadia noſtra * IV. 254.
conſueta, quouſque aliter indè ordinaremus;

Quorum Vadia, juxta computationem, cum eodem Radulpho factam, pro ſe, tanquam pro Baneretto, & duobus Militibus, ac aliis Hominibus ad Arma, a prædicto viceſimo ſecundo die Novembris, citra, ad Summam Sexaginta Librarum, & plus ſe attingant;

Nos, volentes præfato Radulpho indè ſatisfieri, ut eſt juſtum, vobis mandamus quòd eidem Radulpho prædictas Sexaginta Libras de Exitibus prædictis ſolvatis; conficientes, inter præfatum Radulphum & vos, modo debito, Indenturam, dictæ Pecuniæ Receptionem teſtificantem; & nos vobis, indè in Compoto veſtro ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte

Digitized by Google

fidelis noſtri, Thomæ le Fitz John, Comitis de Kildare, plenius confidentes;

Conſtituerimus ipſum Comitem Juſticiarium Terræ noſtræ Hiberniæ, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur:

De veſtræ igitur fidelitatis conſtantiâ, & Affectionis puritate (quas vos, & Progenitores veſtros, erga Domum noſtram Regiam, totis Progenitorum noſtrorum temporibus, novimus habuiſſe, & erga Nos habere confidimus in præſenti) firmam fiduciam reportantes,

Vos rogamus obnixè, vobis nichilominus, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandantes, quatenùs laudabilem Geſtum veſtrum, ſic erga Nos ſtrenuis actibus continuare, & præfato Juſticiario noſtro in hiis, quæ ad bonum Regimen dictæ Terræ noſtræ, & Repulſionem Inimicorum noſtrorum ibidem, pertinere videritis, taliter Conſilus & Auxiliis efficacibus aſſiſtere ſtudeatis, quòd Pax noſtra ibidem veſtro præſidio illibata permaneat, & veſtræ Probitatis Magnitudinem dignis efferre laudibus valeamus, efficiamurque exinde obligatiores in hiis, quæ veſtris profectibus videbimus convenire.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Februarii.

• IV. 255. • Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Jacobo le Butiller,
Johanni de Bermingeham, Comiti de Louth.
Nicholao de Verdoun,
Richardo de Verdoun,
Richardo Tuyt,
Simoni de Genevyll,
Willielmo de Bermingeham,
Thomæ le Butiller,
Arnaldo Poer,
Johanni Poer Baroni de Donevyll.
Georgio de la Roche,
David de la Roche,
Johanni de Barry,
Waltero de Burgo,
Richardo de Maundevyll,
Henrico de Maundevyll,
Thomæ de Deen,
Petro de Cogan.

Conſimiles Literæ Epiſcopis prædictæ Terræ.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid. REX, Venerabili in Chriſto Patri —— eâdem gratiâ, Epiſcopo Oſſorienti,

Cùm, de voluntate & aſſenſu Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri *&c. ut ſupra uſque ibi.*

Vos rogamus obnixè *tunc, ſic*, vobis mandamus in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandantes, quatenùs laudabilem Geſtum veſtrum ſic erga Nos ſtrenuis Actibus *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Epiſcopis ſubſcriptis; videlicet,

Epiſcopo Leghlinenſ.
Epiſcopo Darenſ.
Epiſcopo Waterford,
Epiſcopo Lymer,
Epiſcopo Imelacenſ.
Epiſcopo Liſmorenſ.
Epiſcopo Midenſ.
Epiſcopo Ker.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibidem. *Ejuſmodi Literæ Thomæ le Fitz John.*

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ le Fitz John, Comiti de Kildare, Salutem.

Cùm, de voluntate & aſſenſu Domini E. nuper Regis Angliæ, reſiſtendum Hugoni le Deſpenſer, & quibuſdam aliis, Contrariis Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, ipſum Comitem tunc perſequentibus, arraiari debuiſſet,

Coram Hervico de Staunton, & Sociis ſuis, Juſticiariis ipſius Patris noſtri, ad Placita, coram eodem Patre noſtro tenenda, aſſignatis, in dicto Comitatu indictatus fuiſſet, & eâ occaſione Finem cum eodem Patre noſtro, coram præfatis Juſticiariis ſuis, per Centum Marcas feciſſet,

De quibus quidem Centum Marcis idem Edmundus Triginta Marcas ad Scaccarium dicti Patris noſtri ſolvit, ſicut dicit, & reſiduæ, ſexaginta & decem, Marcæ adhuc reſtant ſolvendæ,

Velimus ei eaſdem, Sexaginta & decem, Marcas remittere & pardonare;

Nos,

Pro eo quod, de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Procerum, ac totius Communitatis Regni noſtri, in præſenti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium convocato, Concordatum eſt, & Conceſſum quòd omnes Fines & Redemptiones, occaſione Querelæ præfati Comitis facti, adnullentur penitùs & cancellentur,

Volentes hujuſmodi Supplicationi annuere, prout decet, vobis mandamus quod ipſum Edmundum, de prædictis Sexaginta & decem Marcis, quæ de prædictis Centum Marcis, adhuc reſtant ſolvendæ, ut eſt dictum, ſi occaſione prædictâ debeantur, ad dictum Scaccarium noſtrum exonerari, & quietum eſſe faciatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium decimo quarto die Februarii.

Per Petitionem de Concilio.

Conſimilia Brevia habent ſubſcripti; videlicet,

Johannes de Erleye pro 80 libris.
Johannes Filius Simonis pro 40 libris.
Thomas de Herepache pro 20 libris.
Thomas de Bradeſton pro 100 Marcis.
Johannes de Wylmton pro tribus Mill. libris.
Walterus de Pavely pro 200 Marcis.
Thomas de Gurney pro 100 libris.
Thomas de Wylmton pro 40 Marcis.
Johannes de Nevill de Horneby, pro quingentis libris.

De Treuga, cum Roberto de Bruis & Scotis, obſervanda.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Henrico de Percy, Radulpho de Nevyll, Rogero Heron, Willielmo Rydell, & Gilberto de Boroughdon, Salutem. Ann. D. 1327. An. 1.

Volentes ſufferentiam guerræ, & Treugam, inter Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, & Robertum de Bruys, ſuoſque Complices & Fautores, contra nos de Guerra exiſtentes, nuper initas & firmatas, uſque ad certum tempus, nondum præteritum, duraturas, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, quatenus ad nos & Subditos noſtros attinet, inviolabiliter obſervari; ac, de circumſpectione veſtra provida pleniùs confidentes, aſſignavimus vos, quatuor, tres, & duos veſtrûm, ad dictas ſufferentiam & Treugam, quarum tenorem vobis mittimus ſub Sigillo noſtro, in Comitatu Northumbriæ, tàm infra libertates, quàm extra, & partibus Marchiæ illius cuſtodiendum, juxta tenorem Sufferentiæ & Treugæ prædictarum: & ad Subditos noſtros, Tranſgreſſores earumdem Sufferentiæ & Treugæ caſtigandum & puniendum juxtà formam tenoris ſupradicti; & ideo vobis mandamus quòd Sufferentiam E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 1. m. 31.

Digitized by Google

tionem prædictam capiendam proceſſerunt:

Et,

Pro eo quòd, per Inquiſitionem illam, ſic captam, apud Weſtmonaſterium, compertum fuerat, quòd præfatus Epiſcopus fuit de Concordiâ & Adhæſione præfati Rogeri, & quòd miſit Homines ad Arma, in Subſidium præfati Rogeri, contra dictum Patrem noſtrum, ut eſt dictum,

Conſideratum fuit per præfatos Juſticiarios, quòd idem Epiſcopus, tanquam inde Convictus, remaneret penes, Venerabilem Patrem, W. Archiepiſcopum Cantuarienſem, & quòd Terræ & Tenementa, & Bona & Catalla, ipſius Epiſcopi, ſeiſirentur in manum dicti Patris noſtri; prout in Recordo & Proceſſu, inde factis, quæ coram Nobis & Concilio noſtro venire fecimus, plenius continetur:

Super quo idem Epiſcopus, per Petitionem ſuam, coram Nobis & Concilio noſtro exhibitam (aſſerens in Recordo & Proceſſu prædictis Errores interveniſſe) nobis ſupplicavit ſibi de Remedio provideri:

Et quia,

Recitatis & examinatis, coram Nobis & Concilio noſtro, Recordo & Proceſſu prædictis, & etiam coram Prælatis, Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & totâ Communitate, Regni noſtri, in præſenti Parliamento noſtro exiſtentibus,

Compertum fuit quòd in eiſdem, Recordo & Proceſſu, Errores manifeſti intervenerunt, & quòd prædicta, Recordum & Proceſſus, omnino Erronea ſunt,

Per quod, per Nos & Concilium noſtrum, de aſſenſu totius Parliamenti prædicti, conſideratum fuit tunc ibidem, quòd eadem, Recordum & Proceſſus, adnullentur, & pro nullis habeantur: & quòd prædictus Epiſcopus rehabeat omnes Terras & Tenementa, & Bona & Catalla ſua, eâ occaſione in manum dicti Patris noſtri capta, & in manu noſtrâ ſint exiſtentia; & etiam omnes Exitus de
* IV. 258. eiſdem Terris & tenementis, a tempore Captionis * eorumdem in manum dicti Patris noſtri, perceptos;

Vobis mandamus quòd eidem Epiſcopo omnia, Terras & Tenementa, Bona & Catalla ſua prædicta, unà cum Exitibus prædictis, liberetis Tenenda, prout Terras & Tenementa prædicta tenuit ante Captionem prædictam; volumus enim vos erga nos indè exonerari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur Thomæ de Harpeden, Eſcaetori in Comitatibus Wiltes, Sutht. Oxon. Berks, Bed. & Bucks, & ſicut al.

Et Johanni de Hampton, nuper Cuſtodi Temporalium Epiſcopatûs Herefordenſis.

Et Adæ de Halnake, nuper Cuſtodi quorumdam Maneriorum quæ ſunt de Epiſcopatu Herefordenſi.

nenda prout dicta, Terras & Tenementa, tenuit ante Captionem prædictam; exceptis Terris quæ fuerunt Templariorum, quæ in manum dicti Patris noſtri, certis ex cauſis capta fuerunt:

Volumus enim te, Firmarios, & Cuſtodes, Terrarum & Tenementorum eorumdem, indè erga nos exonerari.

Intentionis tamen noſtræ & Concilii noſtri non exiſtit, quòd illi de Querelâ prædictâ, qui Terras & Tenementa ſua vendiderunt, remiſerunt, ſeu quietum clamaverunt ſpontaneâ voluntate ſuâ, ad Terras & Tenementa illa, ſic vendita, per iſtam Concordiam reſtituantur.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſeptimo die Februarii.

Per Petitionem de Concilio.

*Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis, pro ſubſcriptis; videlicet, * IV. 259.

Vicecomiti Kanc. pro Margaretâ, quæ fuit Uxor Bartholomæi de Badleſmere.

Vicecomiti Eborum, Vicecomiti Eſſex. Vicecomiti Norff. } *pro Aliciâ, quæ fuit Uxor Warini de Inſula.*

Vicecomiti Suſſex. pro Nicholao de la Bethe.

Vicecomiti Oxon. pro Thoma Blaket.

Vicecomiti Wilteſ. pro Willelmo Fitz Waryn.

Vicecomiti Wilteſ. pro Williehno de Keynes.

Vicecomiti Berkſ. pro Johanne de la Rynere.

Vicecomiti Eſſex. pro Johanne de Goldyngton.

Vicecomiti Eſſex. pro Johanne de Wroxhale.

Vicecomiti Bedf pro Willelmo Fitz Waryn.

Vicecomiti Buks pro Johanne de Goldyngton.

Vicecomiti Norff. & Suff. pro Thoma Roſcelyn.

Vicecomiti Glouc. pro Johanne de Acton.

Vicecomiti Buks. pro Johanne Blaket.

Vicecomiti Eborum, pro Laurentio de Hek.

Vicecomiti Dorſ. pro Rogero de Percy.

Vicecomiti Wilteſ pro eodem.

Vicecomiti Berkſ. pro Edmundo Danvers.

Vicecomiti Glouc. pro Radulpho de Farlegh.

Vicecomiti Eſſex. pro Roberto de la Lee de Reyndon.

Vicecomiti Oxon. pro Thomâ de Gurney.

Vicecomiti Oxon. & Berkſ. pro Johanne Mautravers juniore.

Vicecomiti Somerſ. & Dorſ. pro eodem.

Vicecomiti Wilteſ. pro eodem.

Vicecomiti Salop. pro Rogero de Cheyne.

Rogero de Mortuomari, Juſticiario Walliæ, vel ejus Locum tenenti, pro eodem Rogero.

Vicecomiti Salop. pro Williehno de Eggedon.

Vicecomiti Lancaſtr. pro Ricardo de Holand.

Vicecomiti Staff. pro Johanne de Stretfeld.

Vicecomiti Somerſ. pro Johanne de Acton.

Vicecomiti Norhton. pro Nicholao de Turvill.

Vicecomiti Bukſ. pro eodem Nicholao.

Rogero de Mortuomari, Juſticiario Walliæ, vel ejus Locum tenenti, in Northwalliâ, pro Kenurokco Jerwardesbrother de la Chaumbre.

Vicecomiti Hertford. pro Rogero de Mortuomari.

Vicecomiti Somerſ. pro Willielmo Faukenberge.
Vicecomiti Wilteſ. pro Willielmo Fitz Waryn.
Vicecom. Cumbr. pro Richardo de Richemund.
Vicecom. Wilteſ.
Vicecom. Eſſex. } pro Hugone Daudele juniore.
Vicecomiti Middl. pro Johanne de la Beche.
Vicecomiti Surr. pro eodem.
Vicecomiti Eborum pro Johanne le Botiller.
Vicecom. Eborum, pro Willelmo de Gayton.
Vicecom. Wygorn. pro Magiſtro Richardo le Ken de Clebury.
Vicecom. Salop. pro eodem.
* IV. * Vicecom. Buks. pro Roberto de Veer.
260. Vicecom. Eſſex. & Hertf. pro Sarrâ, quæ fuit Uxor Johannis de Patemere.
Vicecom. Eſſex. pro Henrico Gernet.
Vicecom. Eſſex. pro Elizabethâ, quæ fuit Uxor Johannis Joce.
Vicecomiti Salop. pro Willielmo de la Haye.
Vicecomiti Somerſ. pro Radulpho de Farle.
Vicecomiti Eborum, pro Johanne de Monemuth.
Vicecom. Eborum, pro Adam filio Adæ de Irland.
Vicecom. Somerſ. pro Clemente del Mere.
Vicecom. Suff. pro Petro de Denarſton.
Roberto de Kendale, nuper Conſtabulario Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum, pro Marceriâ, Relictâ Johannis de Chaumpaigne, Dominâ Inſulæ de Herceye, ſorore Thomæ Roſcelyn, in Com. Kanc.
Vicecomiti Berkſ. pro Johanne de la Beche.
Vicecom. Eborum,
Vicecom. Wilteſ.
Vicecom. Notingh.
Vicecom. Warwic.
Vicecom. Rotel. } pro Johanne de Crumbwell.
Vicecom. Bed. & Buckſ.
Vicecom. Norhton.
Vicecom. Lincoln.
Vicecom. Kan. pro Adam Wy.
Vicecom. Salop. pro Willielmo de la Hay.
Majori & Vicecom. Londoniæ, pro Margaretâ, quæ fuit Uxor Bartholomei de Badeleſmere.
Vicecom. Eſſex.
Vicecom. Suff. } pro Johanne de Chelmeſſord.
Vicecom. Norhton. pro Johanne de Inſula de Burghlee.
Vicecom. Bucks.
Vicecom. Wilteſ.
Vicecom. Norhton.
Vicecom. Salop.
Vicecom. Bedſ. } pro Margaretâ, quæ fuit Uxor Bartholomei de Badeleſmere.
Vicecom. Suſſex.
Vicecom. Suff.
Vicecom. Hertford.
Vicecom. Eſſex.
Vicecom. Rotel. pro Johanne de Inſula.
Vicecom. Cantebr.
Vicecom. Lincoln.
Vicecom. Norff. } pro Roberto Walkeſare.
Vicecom. Eſſex.
Vicecom. Norff. pro Simone de Congham.
Vicecom. Warwic. pro Saero de Rocheford.
Vicecom. Glouceſtr.
Vicecom. Wygorn. } pro Rogero Mayel.
Vicecom. Suthton.
Vicecom. Glouc. } pro Johanne Giffard de Weſton.
Vicecom. Cantebr.

Vicecom. Wilteſ. pro Philippo de la Beche.
Vicecom. Cantebr.
Vicecom. Lincoln.
Vicecom. Norff. } pro Roberto Walkſare.
Vicecom. Eſſex.
Vicecom. Rotel. pro Johanne de Inſula.
Vicecom. Norff. pro Simone de Congham.
Vicecom. Oxon pro Richardo Willemeſcote.
Vicecom. Oxon. pro Johanne de Brumpton.
Vicecom. Salop. pro Hugone de Chenne.
Vicecom. Salop. pro Philippo de Chenne.
Vicecom. Lincoln. pro Thoma de Kent de Donecaſtr.
*Vicecom. Suſſex. } pro Alma, quæ fuit Uxor Johannis de Moubray, * IV.
Vicecom. Warr. 261.
Vicecom. Salop.
Vicecom. Hereford.
Vicecom. Oxon. } pro Rogero de Mortuomari, de Wyggemore.
Vicecom. Berks.
Vicecom. Wygorn.
Juſticiario Regis Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, pro eodem Rogero.
Vicecom. Lincoln. pro Willielmo Moigne Clerico.
Vicecom. Dorſ. pro Johanne de Stoklond.
Vicecom. Wilteſ. pro Richardo de Wambergh.
Vicecom. Suſſex. pro Henrico de Leybourn.
Vicecom. Norhton. pro Richardo de Burſcogh.
Vicecom. Wygorn.
Vicecom. Warr. } pro Thoma Blauncfrount.
Vicecom. Glouc. pro Priore de Lantony.
Vicecom. Oxon. pro Jacobo de Iſpaniâ, Decano liberæ Capellæ de Caſtro Pontefracti, Clerico Comitis Lancaſtriæ.
Vicecom. Staff. pro Willielmo Curteys de Tuttebury.
Vicecom. Hertford. pro Stephano de Baſſyngburn.
Vicecom. Leyceſtr. pro Johanne Curteys de Desford.
Vicecom. Kanc. pro Thoma Blakebrok.
Juſtitiario Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, pro Willielmo de Okelee.
Vicecom. Suthton, pro Johanne de Rameſeye de Appelſhawe.
Vicecom. Eborum, pro Johanne Bele de Pontefracto.
Vicecom. Wilteſ. pro Gilberto de Botes.
Vicecom. Glouceſtr. pro Radulpho Bluet.
Vicecom. Norhton. pro Gervaſio de Holwaye.
Vicecom. Oxon. pro Johanne Bereherd.
Vicecom. Surr. pro Elizabethâ de Burgo.
Vicecom. Bed. pro Hugone Daudele & Margareta Uxore ejus.
Vicecom. Eborum, pro Philippo Darcy.
Vicecom. Wilteſ. pro Radulpho de Farle.
Vicecom. Wilteſ. pro Johanne Kyngeſton.
Vicecom. Devon. pro eodem Johanne.
Vicecom. Notingh.
Vicecom. Staff. } pro Johanne de Sutton.
Vicecom. Berks.
Vicecom. Dorſ. pro Roberto de Neuburgh.
Vicecom. Dorſ. pro Johanne de Whitefeld.
Vicecom. Glouc. pro Iſabellâ, quæ fuit Uxor Petri Crok.
Vicecom. Lincoln. pro Aliciâ, quæ fuit Uxor Johannis Hanſard.
Vicecom. Dorſ. pro Willielmo de Whitefeld.
Vicecom. Berks. pro Edmundo Danvers.
Vicecom. Eborum, pro Johanne filio Johannis de Moubray.
Vicecom. Eborum, pro Willielmo de Ros de Ingmanthorp.
Vicecom. Eborum, pro Waltero de Carleton.
Vicecom. Oxon pro Johan. de Brumpton.
Vicecom. Wilteſ. pro Richardo de Wambergh.

Vicecom.

Digitized by Google

Glouc. in manu Regis exiſtentium,

IV. 262.

** Pro Iſabella Regina, ad Debita ſolvenda.*

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Liberat. 1. E. 3. m. 12.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quòd, dilecto Clerico noſtro, Johanni de Oxindon, Cuſtodi Garderobæ Iſabellæ Reginæ Angliæ, Matris noſtræ cariſſimæ, viginti Millia Librarum, ad Debita ipſius Matris noſtræ, in quibus ipſa tàm in partibus ultramarinis, quàm ciſmarinis, ex diverſis cauſis obligatur, indè ſolvenda, juxta tenorem Brevis Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, deliberare, quod penes vos reſidet, ad Scaccarium noſtrum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo nono die Februarii.

Pro Aliis de præfata Querela.

Ann. D. 1327. An. 1. Edv. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 21.

REX Vicecomiti Wilteſ. Salutem.

Quia, in præſenti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium Convocato, per Nos, & Prælatos, Comites, Barones, Magnates, & Communitatem, Regni noſtri, ibidem exiſtentes, eſt, inter alia, Concordatum, quòd omnes illi,

Qui, tempore Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, de Querelà Thomæ, tunc Comitis Lancaſtriæ, fuerunt ad perſequendum Hugonem le Deſpenſer ſeniorem, & Hugonem le Deſpenſer juniorem,

Rehabeant Terras & Tenementa ſua, ac Firmas, & omnimodos Redditus ſuos, unà cum Arreragiis eorumdem (de quibus dicto Patri noſtro reſponſum non fuit) tam ea quæ occaſione dictæ Querelæ in manus dicti Patris capta & ſeiſita fuerunt, quàm ea quæ in manus ſuas capta non fuerunt, in quorumcumque manibus retenta fuerint:

Et quòd de eiſdem Terris & Tenementis, Firmis ac Redditibus, unà cum Arreragiis eorumdem, per Vicecomites noſtros, in quorum Ballivis prædicta, Terræ, Tenementa, Firmæ, & Redditus, fuerint, reſtituantur;

Tibi Præcipimus quòd Willielmo Fitz-Waryn omnia, Terras & Tenementa ſua, ac Firmas & Redditus, prædicta, unà cum Arreragiis eorumdem, de quibus dicto Patri noſtro non fuit reſponſum, tàm ea quæ in manus ejuſdem Patris noſtri ratione Querelæ prædictæ capta fuerunt, quàm ea quæ capta non fuerunt, in quorumcumque manibus retenta fuerint (Terris quæ fuerunt Templariorum exceptis) ſine dilatione habere facias.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Warr. pro Thomâ de Blancfrount.
Vicecom. Wygorn. pro Galfrido Dabitoft.
Vicecom. Salop. pro Johanne de Leyburn.
Vicecom. Buks. pro Johanne Blaket.
Vicecom. Salop. pro Thomâ Ace.
Vicecom. Glouc. pro Richardo de la Ryvere.
Vicecom. Glouc. pro Johanne Devereus.
Vicecom. Salop. pro Rogero de Binterleye.

Rogero de Gulden, nuper Cuſtodi quarumdam &c. in Comitatu Somerſ. in manu Regis exiſtentium, } pro Thoma de Berkele.
Executoribus Richardi de la Marche, nuper Firmarii de Portbury & Bedemunſtr. in eodem Comitatu, }
Johanni de Frilaunde, nuper Cuſtodi quarumdam, &c. in Com. Glouc. in manu Regis exiſtentium, }

Roberto de Aſton, nuper Cuſtodi quarumdam &c. in manu Regis exiſtentium, } pro Mauritio de Berkele.
Rogero de Gulden, nuper Cuſtodi quarumdam &c. in Com. Somerſ. in manu Regis exiſtentium, }

Roberto de Aſton, nuper Cuſtodi quarumdam &c. in Com. Glouc. in manu Regis exiſtentium, pro Johanne de Berkele.

Executoribus Richardi de la Marche, nuper Firmar. de Portebury & Bedemunſtr. in Comitatu Somerſ. pro Executoribus teſtamenti Mauritii de Berkele.

Willielmo Mareſcal, nuper Conſtabulario Caſtri Regis *Walyngford*. pro Executoribus Teſtamenti Mauritii de Berkele.

Cuſtodi Terrarum & Tenementorum in partibus de Bleyneneby. } pro Magiſtro Reſo ap Howel.
Cuſtodi Terrarum & Tenementorum in partibus de Uik. }
Cuſtodi Terrarum & Tenementorum in partibus Breghbeynok. }
Cuſtodi Terrarum & Tenementorum in partibus de Gower. }

Cuſtodi Terrarum & Tenementorum in partibus de Uik, pro Radulpho Bluet.

Cuſtodibus Terrarum & Tenementorum in Com. Northumbr. in manu Regis exiſtentium, pro Johanne filio Johannis de Eure.

Rogero Carlos Cuſtodi quarumdam Terrarum & Tenementorum in Com. Salop. in manu Regis exiſtentium, pro Hugone de Mortuomari.

Henrico de Cobeham, nuper Cuſtodi quarumdam Terrarum & Tenementorum Com. Kanc. & Suſſex. in manu Regis exiſtentium, pro Johanne Colepeper de Lynlegh.

Alano de Cherleton, Cuſtodi Caſtri & Terrarum de Monte Gomery, pro *Magiſtro Richardo le Ken de Clebury*.

Henrico de Cobeham, Cuſtodi quarumdam Terrarum & Tenementorum in Com. Kanc. in manu Regis exiſtentium, pro Thomâ de Blakebrok.

Cuſtodibus Terrarum & Tenementorum in Epiſcopatu Dunolm. pro Johanne filio Johannis de Eure.

Henrico de Hockele, Cuſtodi quarumdam Terrarum & Tenementorum in Com. *Warr.* in manu Regis exiſtentium, pro Margareta, * IV. 264.
quæ fuit Uxor Bartholomei de Badeleſmere.

** Ad Theſaurarium de Pœnis, & cæteris Redemptionibus, illis de ſæpedicta Querela relaxandis.* Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1 E. 3. p. 1. m. 2

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Quia in præſenti Parliamento noſtro, apud Weſtm. Convocato, per Nos, & Prælatos, Comites, Barones, Magnates, & Com-

bruarii.

Conſimiles litteras habent ſubſcripti; videlicet,

Johannes de Countevill, per viginti libras.
Simon de Rale, per Quadraginta libras.
Andreas de Crancombe, per Quadraginta Solidos.
Johannes Mauduyt, per Mille Marcas.
Otto de Botringham, per Mille Marcas.
Johannes de Aldwincle, pro Quadraginta Solidis.

De Poteſtate ad Tractandum cum Rege Franciæ ſuper Trenga, ſeu Sufferentia Guerræ.

Ann. D. 1327. *An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 1. m. 30.*

REX univerſis, ad quos, &c. Salutem.
Noverit Univerſitas veſtra quòd,

Cùm nuper inter Sereniſſimum Principem, Dominum noſtrum, & Avunculum cariſſimum, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem, ex parte unâ, & Dominum & Patrem noſtrum cariſſimum, Dominum Edwardum, tunc Regem Angliæ illuſtrem, ex parte alterâ, multæ exhortæ fuiſſent Diſſenſiones, Diſcordiæ, Contentiones, Quæſtiones, & Querelæ, quæ nondum ſunt ſopitæ, de quo gravamur in immenſum,

Nos (dimiſſo per dictum Patrem noſtrum Regimine dicti Regni noſtri, & in nos tranſlato) affectantes cum Domino Karolo, Rege Franciæ, Domino & Avunculo noſtro præfato, ſuper præmiſſis pacis Tractatus inire, & firmam Pacem inter dictum Dominum Regem Franciæ, Nos, Regna prædicta, & utriuſque regni ſubditos, vigere in futurum,

De fidelitate & circumſpectione, venerabilium Patrum, Dominorum, Johannis Wyntonienſis, & Willielmi Norwycenſis, Epiſcoporum: &, * dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Britanniâ, Comitis Richemundiæ, Johannis de Hanoniâ, & Hugonis de Audeleye, Conſanguineorum noſtrorum, plenam fiduciam optinentes, • IV. 265.

Ipſos facimus, ordinamus, & conſtituimus veros & legitimos Procuratores noſtros, & Nuncios ſpeciales:

Dantes & concedentes eiſdem, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) plenam & liberam Poteſtatem, & ſpeciale Mandatum, pro Nobis, & aliis perſonis quibuſcumque, pro quibus dictis Procuratoribus noſtris, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, ut eſt dictum, expedire videbitur, cum Domino Rege Franciæ prædicto, aut cum Procuratoribus, ſive Nunciis ejuſdem (ſpecialem ad hoc habentibus Poteſtatem) Treugas, ſeu Sufferentiam, ſub quibuſcumque formis, vel modis, quibus dicti Procuratores noſtri, Quatuor, Tres, vel Duo eorum, ut eſt dictum, opportunum viderint, ineundi:

Et ipſas Treugas, ſive Sufferentiam, vallandi, firmandi, & etiam roborandi;

Et omnia alia & ſingula faciendi, quæ, in præmiſſis, ipſis Procuratoribus noſtris, Quatuor, Tribus, vel Duobus eorum, ut eſt dictum, neceſſaria & utilia videbuntur:

Ratum habentes, & habituri quicquid per dictos Procuratores noſtros, Quatuor, Tres, aut Duos eorum, ut eſt dictum, in formâ prædictâ Geſtum, Actum, Factum, ſeu Procuratum fuerit in præmiſſis; & hoc omnibus (quorum intereſt; vel intereſſe poterit) ſignificamus per has Literas noſtras Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas:

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii, Anno Domini Mileſimo, Trecenteſimo, Viceſimo Sexto; Regni verò noſtri Primo.

expreſſa) geſtum, actum, & factum, ſeu etiam procuratum fuerit, in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum: ſuper quibus approbandis, tenendis, ſervandis, faciendis, & complendis, Nos, & Hæredes noſtros, & Bona noſtra omnia, obligamus:

Et hoc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt, aut poterit in futurum, ſignificamus per has Litteras noſtras Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii Anno Domini M.CCC.XXVI. Regni verò noſtri primo.

---

* *Ad tractandum de Rancoribus remittendis.* • IV. 266.

Ann. D. 1327. *An. 1. E. 3. Ibid.*

REX univerſis, ad quos, &c. Salutem.
Noverit Univerſitas quòd,

Cùm nuper inter Sereniſſimum Principem, Dominum noſtrum, *&c. ut ſupra uſque ibi* & Nuncios ſpeciales, *tunc ſic.*

Dantes eiſdem, Quatuor, Tribus, aut Duobus eorum, ſi omnes ſimul non concurrant (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) plenam & liberam Poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum, Rancores, Indignationes, & Malivolentias, omnibus & ſingulis perſonis Ducatûs noſtri Aquitaniæ, quæ durante Diſſentione ſeu Guerrâ inter, Magnificum Principem, Dominum noſtrum & Avunculum, Dominum Karolum, Franciæ & Navarræ Regem illuſtrem, & Dominum Edwardum, Dominum & Patrem noſtrum, tunc Regem Angliæ illuſtrem, de parte ipſius Domini noſtri Franciæ extiterant, nomine noſtro pardonandi, & etiam remittendi: necnon Tranſgreſſiones, Injurias, Dampna, & Gravamina, Domino noſtro Patri, tunc Regi Angliæ prædicto, & Nobis, per ipſos, vel eorum aliquem, ſeu aliquos, dicto tempore Diſſenſionis, ſeu guerræ, qualitercumque illatas ſeu illata, factas ſeu facta, totaliter quietandi:

Ratum & firmum habentes & habituri, pro nobis & Hæredibus noſtris, quicquid dicti Procuratores noſtri, Quatuor, Tres, vel Duo ipſorum, ut eſt dictum, noſtro nomine in præmiſſis duxerint faciendum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii, Anno, *&c. ut ſupra.*

Ad tractandum ſuper patientia præſtanda.

Ann. D. 1327. *An. 1. E. 3. Ibid.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, venerabilium Patrum, Johannis Wyntonienſis, & Willielmi Norwycenſis, Epiſcoporum, Johannis de Britannia, Comitis Richemundiæ, Johannis de Hanoniâ, & Hugonis de Audele, Conſanguineorum noſtrorum cariſſimorum, Nunciorum noſtrorum, ad tractandum cum Sereniſſimo Principe, Domino noſtro, & Avunculo cariſſimo, Domino Karolo, Franciæ & Navarræ Rege, de finali Pace ineundâ, ſuper Diſſenſionibus, Diſcordiis, Contentionibus, Quæſtionibus, & Querelis, inter ipſum, & Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, in Ducatu Aquitaniæ, & alibi, motis, ad partes Franciæ per Nos deſtinatorum, plenam fiduciam optinentes; tractandi, de patientiâ præfato Regi Franciæ, in Caſtris, Villis, Terris, ſeu Tenementis, in manu noſtrâ, in partibus tranſmarinis exiſtentibus, præſtandâ: & in eventu quo tractatum & concordatum fuerit de Patientiâ hujuſmodi præſtandâ, ad patientiam illam, ſub modis & conditionibus, quibus tractatum & concordatum fuerit, nomine noſtro, præſtandam: & ad omnia & ſingula, quæ ad præſtationem Patientiæ præ-

Digitized by Google

buicumque deputandis ab eo, ſuper quacumque licitâ alligatione, confœderatione, & amicitiâ ſpeciali, inter ipſum & nos faciendis, & innovatione, ſeu renovatione, & obſervatione ipſarum, inter, Excellentiſſimos Principes, Franciæ & Angliæ Reges Illuſtres, aliàs factarum: & ad conſentiendum eiſdem; & ad jurandum in animam noſtram, quod ipſas alligationes, confœderationes, & amicitias, ut præmittitur, faciendas & concordandas, innovandas & renovandas, fideliter obſervabimus, & faciemus, quantum ad nos pertinet, ſeu poterit pertinere, fideliter obſervari: & etiam ad vallanda & firmanda præmiſſa, ſi opus fuerit, quâcumque aliâ firmitate: & ad omnia alia & ſingula facienda, exercenda & expedienda, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa fuerint oportuna; etiamſi mandatum exigant ſpeciale; ratum, firmum & gratum habituri quicquid, per dictos Procuratores & Nuncios noſtros, ſeu, ut præmittitur, quatuor, aut tres eorum, actum, procuratum, ſeu geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum,

In quorum omnium Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii, Anno, &c. ut ſupra.

De pardonatione Debitorum pro Cardinalibus Beneficiatis.

Ann. D. REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.
1327. Conſiderantes affectionem ſpecialem, quam Venerabiles Pa-
An. 1. tres, Romanæ Eccleſiæ Cardinales in Regno noſtro Beneficiati, ad
E. 3. Coronam Angliæ hactenus habuerunt, & bonum locum, quem
Clauſ. 1. noſtris Anteceſſoribus, ante hæc tempora, tenuerunt, & nobis, &
E. 3. Hæredibus noſtris, tenere poterunt in futuro,
p. 1. Pardonavimus eiſdem Cardinalibus omnimoda Debita, quæ no-
m. 8. bis debentur de Beneficiis ſuis, ratione Decimarum & Auxiliorum, per Dominum Summum Pontificem, & ejus Prædeceſſores, Clero Regni noſtri impoſitarum, & Nobis, ſeu Anteceſſoribus noſtris, per Prælatos & Clerum dicti Regni noſtri, conceſſarum, & quæ ab eis, per Summonitionem Scaccarii noſtri, ad opus noſtrum, exiguntur;

Et ideò vobis mandamus quòd prædictos Cardinales de omnibus hujuſmodi debitis, ipſos ratione Beneficiorum ſuorum prædictorum contingentibus, quæ ab eis, per Summonitionem Scaccarii prædicti, exiguntur, ad idem Scaccarium exonerari, & quietos eſſe faciatis; & Diſtrictionem, ſi quam eis eâ occaſione fieri feceritis, ſine dilatione relaxari faciatis eiſdem.

* IV. 268. Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Clauſ.* 1. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 5. *dorſ.*

** De Comite Richemundiæ ad Franciam deſtinato.*

REX, dilecto Conſanguineo & Fideli ſuo, Johanni de Britanniâ, Comiti Richemundiæ, Salutem.

Cùm, pro Diſſenſionibus, inter Regna Franciæ & Angliæ mo-

Ad Papam, pro Canonizatione Thomæ nuper Comitis Lancaſtriæ.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, Domino Johanni, Divinâ Provi- Ann. D.
dentiâ, Sacroſanctæ Romanæ, ac Univerſalis Eccleſiæ, Sum- 1327.
mo Pontifici, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus *An.* 1.
Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, devota Pedum oſcula beatorum. *E.* 3.
Cùm, ad extollenda, condignis laudibus, Sanctorum merita, & *Rom.* 1.
veneratione celebri recolenda, cunctis fidelibus ſit eo ferventiùs in- *E.* 3.
ſiſtendum, quo per ipſorum Suffragia, placato Summo Judice, pec- *m.* 4.
catorum Remiſſio faciliùs impetratur; ex hac piâ Meditatione, non autem ex Sanguinis, vel Carnalitatis affectu, Apoſtolicæ Celſitudini (cui hujuſmodi judicandi poteſtas eſt divinitùs attributa) publicam humiliter præſentamus lætitiam, ac effuſam in Eccleſiâ Dei divini muneris largitatem.

Ecce! Dominus Deus noſter, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mi-
rabiliter * glorioſus, Sidus novum, miri luminis ſplendore conſpi- * IV.
cuum, producenſque cœlitùs multiplicis pacis Radios ſalutares, fe- 269.
licis, videlicet, recordationis, Dominum Thomam, quondam Comitem Lancaſtriæ, noſtrumque Conſanguineum cariſſimum, in Anglia ſuſcitavit;

Qui, dùm Rebus agebat humanis, honeſtus extitit, Affabilis, & Benignus, Juſtus, Providus, & Fidelis, piè compatiens, & miſericorditer intelligens ſuper Pauperes & Afflictos, ac Divini nominis amore ſuccenſus, & in ſoliditate fidei confirmatus, quadam floruit prærogativâ Conſtantiæ ſingularis.

Nam Statutis & Ordinationibus Regni Angliæ, ſecundum Deum, pro utilitate Rei Publicæ, & defenſione libertatis Eccleſiæ, digeſto Regni Conſilio, rationabiliter promulgatis, juratus corporaliter & aſtrictus, promiſſam Deo Fidem inviolabiliter tenuit, & inſurgentes ex adverſo, Regis & Regni perfidos Seductores, zelo Juſtitiæ corripuit magnanimiter & contrivit.

Propter quod, ut in Mari magno, Ventis & Procellis, Minis & Indignationibus & Mendaciis attritus, & plerumque fictis allectus blanditiis, nec ceſſit Adverſitatibus, nec peccatorum oleo mulcebatur; ſet, tanquam Rota, regens & dirigens indirecta, inceptum ſuæ Navigationis continuavit inceſſum, confidens ſemper de Superni Gubernatoris auxilio; & demùm, poſt plurima, atque longa, quæ ſic, in puritate ſpiritûs, & ſpe Cœleſtis retributionis, peregit, Certamina, Juſtus ab Injuſtis, Capitalem devotè ſubiit Sententiam, & ſic in Domino fœliciter obdormivit.

Qui jam, velut Fluvius, de loco voluptatis, ad irrigandum egrediens Paradiſum, in partes diviſus, terram Angliæ, Sancti ſui Sanguinis effuſione rubricatam, Rore Cœleſti temperat ſalubriter & fœcundat; dùm, ad Piam ejus Invocationem, tot glorioſa, ſupra naturam, divinitùs fiunt Miracula, & infinita ſalutis Remedia, favente Deo, per ipſius Preces & Merita conceduntur.

Super quo Fama celebris, conſcendens, ex manifeſtis indiciis, laudabiliter in excelſum, Devotionem populorum, ad ipſius Tumulum, in non modicâ multitudine, confluentium, in Domino confortat plurimùm & accendit.

Nè igitur tanta Lucerna diutiùs lateat ſub Modio, ſet, ſuper

Digitized by Google

ceam, ad Civitates Dublin, Drotheda, Waterford, Cork & Lymerik veniente, unum Dolium Vini ante Malum, & unum aliud retro, pro Quadraginta Solidis, Mercatoribus, quorum Vina illa fuerint, ſolvendis:

• IV. 270. • De quâ quidem Priſâ Anteceſſores ſui prædicti ſemper hactenus, a tempore prædicto, in Dominico ſuo, ut de Feodo, obierunt ſeiſiti.

Et licet Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, nuper cepiſſet Homagium ipſius Jacobi de omnibus Terris & Tenementis, quæ præfatus Edmundus, Pater ſuus, tenuit de ipſo Patre noſtro in Capite, die quo obiit: eaque ſibi, per Breve ſuum, Juſticiario Hiberniæ, qui tunc fuit, directum, mandâſſet liberari;

Idem tamen Juſticiarius Priſam de Vinis prædictis (pro eo quod in Brevi prædicto de Priſa hujuſmodi non ſit expreſſa mentio, ſet tantum de Terris & Tenementis) eidem Jacobo liberare hactenus diſtulit in ipſius Jacobi grave dampnum, & exhæredationis periculum manifeſtum:

Super quo nobis ſupplicavit ſibi, per nos, Remedium adhiberi;

Nos, volentes in hac parte fieri quod eſt Juſtum, vobis mandamus quòd,

Inſpectis Inquiſitionibus, de Terris & Tenementis, quæ fuerunt præfati Edmundi in Hibernia, die quo obiit, poſt mortem ejuſdem Edmundi, de mandato dicti Patris noſtri factis, & in Cancellariâ ſuâ Hiberniæ retornatis,

Si vobis conſtare poterit quòd Priſa, de Vinis prædictis, inter Terras & Tenementa, in dicta Inquiſitione contenta, extendebatur, & in Manum dicti Patris noſtri capta fuit, tunc eidem Jacobo Priſam illam liberari faciatis:

Et, ſi dicta Priſa inter Terras & Tenementa illa non extendebatur, nec in manum ipſius Patris noſtri, per mortem dicti Edmundi, Patris ſui, capta non fuit, tunc, vocatis coram vobis qui fuerint vocandi, & habitâ informatione per Inquiſitionem, vel alio modo, utrum præfatus Edmundus, Pater ipſius Jacobi, fuit Seiſitus in Dominico ſuo, ut de Feodo, de Priſâ prædictâ, die quo obiit, & eadem Priſa, occaſione mortis ejuſdem, capta fuit in manum ipſius Patris noſtri,

Tunc eidem Jacobo de eâdem Priſâ plenam Seiſinam habere faciatis; ſalvo ſemper Jure noſtro, & alterius cujuſcumque.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Martii.

Per Petitionem de Concilio.

Pro Raymundo Cardinali.

Ann. D. VEnerabilis Pater, Raymundus de Farges, Sanctæ Mariæ No-
1327. væ Diaconus Cardinalis, Decanus Eccleſiæ Beatæ Mariæ Sa-
An. 1. rum, Archidiaconus Leyceſtriæ, & Perſona Eccleſiæ de Leek,
E. 3. qui in Romanâ Curiâ moratur, habet Litteras Regis de Attornato
Pat 1. in Anglia, ſub Nominibus Magiſtri Johannis de Pinibus, Archi-
E. 3. diaconi Vaſatenſis, & Johannis de Tarenta, Canonici Eccleſiæ
p. 1. Beati Petri de Leghtredebury, ſub alternatione, uſque ad viceſi-
m. 20. mum nonum diem Julii proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Martii.

Ann. D.
1327. *De Poteſtate data, ad tractandum cum Roberto de Brus.*
An. 1.
E. 3. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Pat. 1. Sciatis quòd Nos,
E. 3. De fidelitate probatâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, —
p. 1. Abbatis de Ryvall, & Ivonis de Aldeburg, confidentes,
m. 19. Ad concordandum cum Roberto de Brus, & deputandis ab eo,

---

Super Cuſtubus Equorum de Hanonia.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D.
Liberate de Theſauro noſtro, dilecto nobis, Adæ de Bri- 1327.
delyngton, Viginti Libras, pro Cuſtubus Equorum Hominum de An. 1.
Hanoniâ, qui nuper, in Comitivâ Iſabellæ Reginæ Angliæ, Ma- E. 3.
tris noſtræ cariſſimæ, & noſtrâ, in Angliam venerunt, & qui Liberat.
appreciati in Garderoba noſtra, liberati fuerunt pro tempore, quo 1. E. 3.
Equi prædicti in Cuſtodia dicti Adæ extiterunt. m. 12.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quinto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Trenga Tredecennali, prius Scotis conceſſa, per nunc Regem Acceptata & Approbata.

LE Roi a touz, &c. Salutz. Ann. D.
Sachez que nous avoms regarde les lettres Edward, n'adgai- 1327.
res Roi d'Engleterre, noſtre treſchier Piere, d'une Trewe, n'ad- An. 1.
gaires priſe entre noſtre dit Piere, pur lui, & ſes Submis, d'une E. 3.
part, & Robert de Brus, & ſes aherdantz, de Scoce, d'autre part, Pat. 1.
en les paroles que s'enſuent. E. 3.
Edward, par la grace de Dieu, *&c. prout in Tomo* 3. (a) *p.* 1022. p. 1.
uſque hæc verba; viz. m. 19.
Nous la dite trewe en cheſcun point agreoms & approvoms, & (a) *Scil.*
les dites lettres noſtre dit Piere acceptoms & confermoms, par *Edit.*
ceſtes noz lettres patentes. *Londi-*
En teſmoignance, &c. *nenſis,*
Don. a Weſtmonſter, le ſiſme jour de Marcz. *cujus Tomorum paginarumque numeros in margine hujus Editionis notavimus.*

De non Moleſtando, occaſione Judicii ſuper Comitem Lancaſtriæ redditi.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd, Domina Iſabella Regina Angliæ, Mater no-
ſtra cariſſima, & Nos, antequam Regni noſtri Gubernacula ſuſce-
pimus, Indignationem verſus, dilectum & fidelem noſtrum, Ro Ann. D.
bertum de Malberthorp, occaſione Judicii, ſuper Thomam nuper 1327.
Comitem Lancaſtriæ, per ipſum redditi, conceperamus: & jam An. 1.
per Teſtimonium Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum E. 3.
Fidedignorum acceperimus, quòd præfatus Robertus, Judicium Pat. 1.
prædictum, per Præceptum Domini E. nuper Regis Angliæ, Pa- E. 3.
tris noſtri, cui reſiſtere • non audebat, & pro periculo corporis p. 1.
ſui evitando, reddidit; m. 20.
Nos, ad hujuſmodi Teſtimonium conſiderationem habentes,
De aſſenſu eorumdem Prælatorum, Comitum, Baronum & • IV.
aliorum, in præſenti Parliamento noſtro exiſtentium, 272.

Pardonavimus præfato Roberto, quantum in nobis eſt, Tranſgreſſionem quam fecit occaſione redditionis Judicii ſupradicti, & ipſum ad Benivolentiam & Pacem noſtram duximus admittendum; nolentes quòd prædictus Robertus, occaſione præmiſſorum, in Perſona ſua, Terris, Tenementis, Bonis aut Catallis ſuis, per Nos, vel Miniſtros noſtros, ſeu alios quoſcumque, futuris temporibus occaſionetur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Martii.

Pro

nue Waltero Giffard, tunc Archiepiſcopo loci prædicti, quòd Ipſe, & Succeſſores ſui haberent, & tenerent Portum ſuum, & Priſas ſuas ibidem, tàm videlicet de Vinis, quàm de aliis Mercandiſis, ibidem venientibus, ſicut Walterus de Grey, & alii Prædeceſſores ipſius Walteri Giffard, Portum illum & Priſas illas liberiùs & quietiùs habuerunt:

Quódque, a tempore Conceſſionis illius, Prædeceſſores ipſius Archiepiſcopi, uſque ad tempus Conceſſionis dicti Proavi noſtri, Priſas ſuas Vinorum, in eâdem Aquâ de Hull, eodem modo, quo Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, & Progenitores ſui, Reges Angliæ, hujuſmodi Priſas, alibi in Regno noſtro, fecerunt & habuerunt:

Et extunc, uſque ad tempus, quo Matheus Colombers, nuper Pincerna Domini E. quondam Regis Angliæ, Avi noſtri, tunc Archiepiſcopum loci prædicti inde impedivit, facere & habere conſueverunt:

Et quòd idem nunc Archiepiſcopus, & alii Prædeceſſores ſui, prætextu impedimenti illius, a tempore ejuſdem, de hujuſmodi Priſis, in eâdem Aquâ faciendis * & habendis, per Pincernas dicti Patris noſtri, pluries impediti fuerunt: * IV. 273.

Et præfatus Pater noſter, ſuper præmiſſis volens certiorari, aſſignaſſet, dilectos & fideles noſtros, Henricum le Scrop, Willielmum de Herle, Johannem de Denum, & Adam de Hoperton, tres, vel duos eorum, ad inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum de Comitatu Eborum, per quos rei veritas meliùs ſciri poſſet, ſuper præmiſſis, & aliis circumſtantiis, præmiſſa contingentibus, pleniùs veritatem;

Et per Inquiſitionem, indè, de mandato dicti Patris noſtri, coram præfatis, Henrico & Adam, in præſentiâ Galfridi, Filii Hugonis, tunc Ballivi Villæ de Hull, ad hoc præmuniti, factam, & in Cancellariâ ejuſdem Patris noſtri retornatam (quam coram nobis & Concilio noſtro venire fecimus) eſt compertum quòd Walterus de Grey, quondam Archiepiſcopus Eborum, & Prædeceſſores ſui, Archiepiſcopi loci prædicti, a tempore quo non extat memoria, ut de Jure Eccleſiæ ſuæ Eborum, Portum ſuum, & Priſas ſuas de Vinis, in aquâ de Hull venientibus;

Videlicet, percipiendo de qualibet Navi, deferente ultra Viginti Dolia Vinorum, ad vendendum in Aquâ prædictâ, Duo Dolia Vini (Unum, videlicet, Dolium ante Maſtum, & aliud retro Maſtum) ſolvendo pro quolibet Dolio, ſic Priſo, Viginti Solidos,

Tenuerunt & habuerunt uſque ad Annum Domini H. Regis, Proavi noſtri, Quinquageſimum Primum:

Quo Anno idem Dominus H. Rex conceſſit Waltero Giffard, tunc Archiepiſcopo loci prædicti, quòd ipſe, & Succeſſores ſui imperpetuùm, haberent, & tenerent dictum Portum ſuum, & Priſas ſuas in eâdem Aquâ de Hull, tàm de Vinis, quàm de aliis Mercanditis, ibidem venientibus, ſicut prædictus Walterus de Grey, & alii Prædeceſſores ipſius Walteri Giffard, Portum illum, & Priſas illas, liberiùs & quietiùs habuerunt:

Quódque prædictus Walterus Giffard, & Succeſſores ſui, Archiepiſcopi ejuſdem loci, a tempore Conceſſionis prædictæ, Portum illum, & hujuſmodi Priſas Vinorum, pacificè habuerunt, & tenuerunt, ſicut dictus Walterus de Grey, & Prædeceſſores ſui, hujuſmodi Priſas Vinorum habuerunt, uſque ad Annum Regni Domini Regis E. Avi noſtri, Undecimum:

Quo Anno quidam Matheus Columbers, tunc Pincerna prædicti Avi noſtri, propter Rancorem, erga Willielmum Wykkewane, tunc Archiepiſcopum loci prædicti, conceptum, Priſas hujuſmodi

R EX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Ann. D. 1327.

Monſtravit nobis, Venerabilis Pater, H. Lincolnienſis Epiſcopus, per Petitionem ſuam, coram Nobis & Concilio noſtro exhibitam, An. 1. E. 3.

Quòd cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, voluntariè, & abſque cauſâ rationabili, ad procurationem Hugonis le Deſpenſer Junioris, Magiſtri Roberti de Baldok, & aliorum de Confœderatione ſuâ, Temporalia Epiſcopatûs prædicti capi feciſſet in manum ſuam, & ea per Tres Annos in manu ſuâ ſic detinuiſſet: Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 16.

Ac ad diverſa Beneficia, ad Collationem dicti Epiſcopi ſpectantia, ratione Temporalium, in manu ſuâ ſic exiſtentium, diverſas Perſonas præſentâſſet; dictumque Epiſcopum, pro eo quòd præſentatos hujuſmodi ad dicta Beneficia non admiſit, per diverſa Brevia ſua, in diverſis Placcis ſuis, implacitari feciſſet;

Quo prætextu idem Epiſcopus diverſimode Americiatus fuit, & ad graves Exitus poſitus; quæ quidem Americiamenta & Exitus jam ad opus noſtrum, per Summonitionem dicti Scaccarii, exiguntur;

Et nobis ſupplicavit ut ipſum de hujuſmodi Americiamentis & Exitibus, ad dictum Scaccarium exonerari faciamus:

Nos, licet Exitus prædicti ſint de jure, per continuationem forisfacti, nichilominus pro bono Servitio, quod præfatus Epiſcopus nobis impendit, volentes eidem Epiſcopo gratiam facere ſpecialem, vobis mandamus quòd, ſcrutatis Rotulis Scaccarii prædicti, de hujuſmodi Exitibus & Americiamentis; habitoque aviſamento, ſi neceſſe fuerit, per Rotulos & Brevia Juſticiariorum, coram quibus Exitus illi adjudicati fuerunt forisfacti, de hujuſmodi Exitibus & Americiamentis, ab eo occaſione prædictâ exactis, ad dictum Scaccarium exonerari & quietum eſſe faciatis; & Diſtrictionem, ſi quam ei eâ occaſione fieri feceritis, ſine dilatione relaxari faciatis eidem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

De Annuitate, pro Medico Regis.

R EX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1327.

Sciatis quòd,

Cùm Terra & Tenementa, quæ Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, per Litteras ſuas Patentes, dudùm conceſſit, dilecto Clerico & Medico noſtro, Magiſtro Pontio de Controne, in auxilium Suſtentationis ſuæ, ad proſecutionem quorumdam Hominum, per communem Aſſenſum, in præſenti Parliamento noſtro, extra manus ſuas capiantur, An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 1. m. 14.

Nos,

Pro bono Servitio, quod idem Pontius dicto Patri noſtro, & Iſabellæ Reginæ Angliæ, Matri noſtræ cariſſimæ, hactenus impendit, & nobis indies impendere non deſiſtit, volentes eidem Pontio Gratiam facere ſpecialem,

Conceſſimus eidem Pontio, in auxilium Suſtentationis ſuæ, Centum Libras, percipiendas ſingulis Annis de Firmâ Villæ noſtræ Northamptoniæ, quouſque ei, de centum libratis Terræ, ad totam vitam ſuam habendis, duxerimus providendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET

Digitized by Google

[illegible]
digentibus voluit elargiri, Cœcis Viſum, Claudis Greſſum, & alia innumera Beneficia largiendo, & mira & inaudita operatur pro eo clementia ſalvatoris.

Meritò itaque devotis precibus duximus exorandum, ut tantæ puritatis & innocentiæ Speculum, inter Sanctos & Electos connumerari, & aſcribi veſtra Beatitudo præcipiat Catalogo Sanctorum venerando.

Dat. apud Weſtmonaſterium, undecimo die Martii.

Conſervet, &c.

Pro Rege Relaxatio Mariæ de Sancto Paulo.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. UNiverſis, præſens Scriptum viſuris, vel audituris, Maria de Sancto Paulo, quæ fuit Uxor Adomari de Valentia, nuper Comitis Pembrochiæ, Salutem in Domino ſempiternam.

Claus. 1. E. 3. p. 1. m. 11. d. Noveritis me remiſiſſe & quietum clamâſſe, Excellentiſſimo Principi, & Domino meo, Domino Edwardo, Illuſtri Regi Angliæ, totum Clamium, & omnimodas Actiones, & Jura, quæ habui, vel aliquo modo habere, ſeu clamare potui in Caſtris & Villis de Hertfordiâ, & de Haverfordiâ, cum Pertinentiis, & in Maneriis de Heghham Ferers, Monemouth & Hodenak, cum Pertinentiis;

Ita quòd nec Ego, nec aliquis alius, meo nomine, quicquam Juris vel Clamii in Caſtris, Villis, & Maneriis prædictis, ſeu eorum Pertinentiis, aut aliquâ parte eorumdem, de cætero, quacumque occaſione, vel cauſâ, exigere, vel vendicare potero quoquomodo.

In cujus rei Teſtimonium huic ſcripto Sigillum meum appoſui.

Hiis Teſtibus,

Dominis, Johanne de Cromwell,
Waltero de Norwyco, &
Richardo de Monte Caniſo, Militibus:
Johanne de Croſſeby,
Willielmo de Stowe,
Et aliis.

Dat. London. tertiodecimo die Menſis Martii, Anno Domini 1326, Regni verò dicti Regis primo.

ET memorandum quòd prædicta Maria venit in Cancellariam Regis apud Weſtmonaſterium, viceſimo nono die Martii, Anno prædicto, & recognovit Scriptum prædictum, & omnia contenta in eodem, in formâ prædictâ.

** Super Balena capta.*

* IV. 276. Ann. D. 1327. REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, Salutem.

An. 1. E. 3. Vaſc. 1. E. 3. m. 4. Ex parte, dilectorum nobis ——— Vicecomitis Benangæarum, & ——— ejus Uxoris, nobis eſt, graviter conquerendo, Monſtratum quòd,

Cùm quædam Balæna ad Terram, juxta Mare, in Territorio ipſorum Conjugum projecta fuiſſet, & ad manus ipſorum Conjugum per eorum Gentes poſita, prout de Jure, in Territorio illo, per ipſos Conjuges, & Prædeceſſores ſuos, ab Antiquo, optento & uſitato, poni debuit,

Oliverus de Ingham, nuper Seneſcallus Ducatûs prædicti, Balænam prædictam Auctoritate ſuâ propriâ capi, ac quo volebat fecit

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

De Credentia, ad Cardinales, & Nepotes Papæ.

REX, venerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sancti Ciriaci in Termis, Presbitero Cardinali, amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid.

Recolentes Affectionis puritatem, quam ad Dominum E. nuper Regem Angliæ, Genitorem noſtrum, & Domum noſtram Regiam, totis temporibus habuiſtis, fiduciam de veſtrâ Benivolentiâ gerimus ampliorem, quòd & nobis, in Regni noſtri negotiis, fiducialiter aſſiſtere, &, in directione & promotione eorumdem, velitis in oportunitatibus efficaciter opem ferre.

Cùm itaque, venerabili Patri, A. Herefordenſi Epiſcopo, nobili viro, Bartholomæo de Burghaſh, fideli noſtro, & Magiſtro Thomæ de Aſteleye, Canonico Herefordenſi, ad præſentiam Domini Summi Pontificis, ex parte noſtrâ, ſpecialiter deſtinatis, ſuper negotiis, Nos, & Statum Regni noſtri, tangentibus, deliberato conſilio, expoſuerimus, & exponi fecerimus vota noſtra,

* Amicitiam veſtram requirimus & rogamus, quatinùs eiſdem, Epiſcopo, Bartholomæo, & Thomæ, & duobus eorum (quorum præfatus Epiſcopus ſit unus) in hiis, quæ vobis dicent, ex parte noſtrâ, ſuper negotiis antedictis, Fidem dignemini indubiam adhibere, &, ut poſtulata, juxta ſperatam fiduciam, optatum effectum ſortiantur, Opem & Operam apponere velitis, de conſuetâ Benivolentiâ, efficaces. * IV. 277.

Dat. apud Weſtmonaſterium, *ut ſupra*.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis, videlicet;

Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.
Domino A. Sancti Euſtachii Diacono Cardinali.
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali.
Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali.
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali.
Domino P. Sancti Angeli Diacono Cardinali.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Cilice Diacono Cardinali.
Domino P. Epiſcopo Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino G. Epiſcopo Sabinen. Cardinali.
Archiepiſcopo Vienen.
Petro de Viâ Militi Nepoti Domini Papæ.
Arnaldo de Doza Domini Papæ Germano.
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ Presbitero Cardinali.
Domino J. Theodori Diacono Cardinali.
Vitali, Dei gratiâ, Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino Reymundo de Farges, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino P. Epiſcopo Peneſtrino Sancti Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario.
Domino B. Epiſcopo Tuſculano.
Domino Jacobo Sancti Georgii ad Velum Aureum Diacono Cardinali.
Domino Reymundo Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino B. Sanctæ Agathæ Diacono Cardinali.
Domino Arnaldo de Tryan Domini Summi Pontificis Nepoti.
Domino Bernardo Stephano Archidiacono Fugiacen.
Domino Arnaldo de Uſiâ, Vic. de Caramaugh, Domini Summi Pontificis Nepoti.

Domino

Digitized by Google

Quarum prætextu iidem judices ipſos, ad ſolutiones illas faciendas, compellere non audent, ſicque idem Cardinalis de debitis ſuis defraudatur,

Velimus ejus indempnitati in hâc parte proſpicere gratioſè;

Nos,

Ad laudabilia obſequia, quæ idem Cardinalis Domino E. nuper Regi Angliæ, Patri noſtro, impendit, & Nobis, & toti Regno noſtro, indies impendere non deſiſtit, conſiderationem habentes, ac volentes ejus indempnitati hâc vice de gratiâ noſtrâ ſpeciali providere,

Volumus & concedimus quòd præfatus Cardinalis, & Procuratores ſui prædicti, omnia debita, quæ prædicto Cardinali, pro decimis & fructibus beneficiorum ſuorum, in Angliâ, debentur, petere & exigere in foro Eccleſiaſtico, & quod judices Eccleſiaſtici eoſdem Debitores, ad ſolutiones debitorum illorum faciendas, per quaſcumque cenſuras Eccleſiæ, compellere poſſint, quacumque Prohibitione noſtrâ non obſtante.

In cujus, &c. per biennium duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto de Martii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Sufferentia cum Flandrenſibus proroganda.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 11. dorſ.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm inter Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, pro ſe, & Subditis ſuis, ex parte unâ, & Burgimagiſtros, Scabinos, & Conſules, ac Communitatem Villarum de Bruges, & Ipre, pro ſe, & aliis hominibus, & Mercatoribus de Flandriâ, ſibi adhærentibus, ex alterâ,

Super Diſcordiis & Diſſenſionibus, inter dictos Subditos ipſius Patris noſtri, & homines, & Mercatores de prædictâ Terrâ Flandriæ, nuper exortis,

Quædam Sufferentia, uſque ad certum tempus, nuper inita fuiſſet & firmata, ſub ſpe pacis & concordiæ reformandæ:

Quæ quidem Concordia, propter quædam impedimenta, medio tempore intervenientia, nondum eſt reformata:

Ac Nos, ad requiſitionem Burgimagiſtrorum, Scabinorum, & Conſulum, ac totius Communitatis Villarum prædictarum, Sufferentiam illam acceptaverimus, & eam, ſub ſpe hujuſmodi concordiæ reformandæ, uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum, &, ab eodem Feſto, per duos annos, proximò ſequentes, plenariè completos, duxerimus prorogandum:

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd in Civitate prædictâ publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi faciatis, ne quis, ſub gravi Foriſfacturâ noſtrâ, hominibus, aut mercatoribus de Flandriâ, per Terram, vel per Mare, dampnum, injuriam, ſeu moleſtiam, inferat quovis modo, durante Sufferentiâ prædictâ; ſet omnes & ſinguli, de Regno noſtro, ipſos homines & Mercatores, cum Bonis, & Mercandiſis ſuis, infra Regnum noſtrum venientes, faciant, tàm per Terram, quàm per Aquam, favorabiliter pertractari.

habeatur.

Placeat igitur vobis, ad dictum diem, certos Nuncios, cum ſufficienti Poteſtate, ad Nos deſtinare, ut per ipſos, & deputandos à nobis, plena poſſit Concordia, adjuvante Domino, reformari, ad quod opem apponere intendimus oportunam.

Data, &c.

Conſimiles Literæ fiant Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati Villæ de Ipre.

Tractatus ſuper Diſſenſionibus inter Reges Angliæ & Franciæ.

A Touz ceux, qi verront ou orront les preſentes lettres, nous, Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. m. 4. p. 1.

Pierres Eveſque de Chartres.
Pierres Eveſque de Aucerre,
Phelippes Counte du Valoys, d'Amien, & du Mainne,
Gauchier de Chaſtillon, Coneſtable de France, Miles, Sire de Noiers,
Mahieu de Trye, Mareſchal de France,
Johan Cherchemont, Chanceller de France,
Et Andreu de Florence,
Et Auen de Fournes,

Conſeillers & Procureours, noſtre treſchere & treſredoutez Seignur, Charles, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre,

Et nous,

Johan Eveſque de Wynceſtre,
Et William Eveſque de Norwiz,
Johan de Henaud,
Et Hugh Daudeleye,

Meſſagiers & Procureurs de noſtre treſchere & treſredoutez Seignur Edward, Roi d'Angleterre,

Feſoms ſavoir que nous, Conſeilliers, & Procureurs du dit Roi de France, en ſon noun, & por li d'une part,

Et nous avant ditz Meſſagers & Procureurs du dit Roi d'Angleterre, en ſon noun, & pur li, d'autre part,

Sus debatz, diſſenſions & deſcordez, meuz entre le dit Roi de France, & Monſieur Edward, n'adgaires Roi d'Angleterre, en la Duchee de Gyenne, & aillours, en Mier, & en Terre, & Roiaumes de France, & d'Engleterre, avoms acordez, pur bien de pais, en la fourme, qi s'enſuit;

PRIEMIEREMENT, que la terre, ſuſpriſe ſur le dit Roi de France, en la dite Duchee, puis, & contre la fourme de l'Acord, qui darreinement ſe fiſt entre le dit Roi d'Engleterre, qui fut, ſoit ſanz delai reſtituee au dit Roi de France, ou as ſoens en ſon noun, a tenir ſolom la fourm du dit Acord; ainſi que ce, que le Roi de France, ou ſes Gent, en ſon noun, ont occupee en la dite Duchee, puis, & contre la fourme du dit Acord, ſanz delai ſoit reſtituee

Digitized by Google

Et auſſi le dit Roi d'Engleterre, ou ſes ſubgetz ne puiſſent riens demander au Roi d'France, ne a ſes ſubgetz pur damages, couz, interez, & malefaizons, enſignes du dit eſmovement.

Et nous touz Procureurs, & Conſeillers, & Meſſages des ditz Rois, volons, otrioms, & acordoms, que toutes Malefaizons ſoient, & de ja ſont, remiſes & quites, d'une partie & d'autre, a toutz ceuz que ont eſte coupables, eidant & conſentant, en cauſe & pur cauſe du moevement; exceptes les parſones deſouſeſcriptz.

I T E M pur ceo que

Monſieur Oliver de Ingham,
Monſieur Girard de Taſtes, le Seignur de Caumont,
Monſieur Ameron de Foſſat,
Monſieur Arnaud du Fort, qi fut Sire de Feſſym,
Le Bourc de Fois, le Seignur de Leſcu,
Bertran Caillon, le Seneſcalle des Laundes,
Raymond Bernard de Seinte Fey,
Alixandre de Caumont, que fuit Sire de Tournebru.

Ont eſte en cauſe des diz moevementz, & les ont meintenuz, par qoi ils ont encoru forfaiture de corps & d'avoirs, ſolom ce ge le dit Roi France meintient, nous, avant ditz Conſeillers & Procureurs du dit Roi de France, par la contemplacion de noſtre treſchere Dame, ma Dame la Roine d'Engleterre, ſa ſeur, & du dit Roy d'Engleterre ſon Neveu, par le dit Roi de France, & en noun de li, acordoms, relelloms, & pardonoms, du tout, as dites perſones poine de mort, & de Membres, pur choſes, faites puis les ditz moevementz, juges a ore, en muant & chainant les dites poines corporeles en poine de banniſement du Roiaume de Fraunce, mes qil obeiſſent au B A N :

Et nous, Meſſages & Procurers du dit Roi d'Engleterre, acordoms, & promettoms que noſtre dit Seignur fera le dit B A N garder en toute la terre, q'il ad en Roiaume de France, & mettra a Execucion due, a ſon loial poair, & des chaſteux & fortereſes, des parſones deſus nomees, le dit noſtre Seignur le Roi & Duc fera abatre, en ſigne de juſtice & deſſobeiſſance, au mandement du dit Roi de France, & en preſence de celi, qil vodra deputer, en la fourme & manere, que le Roi de France comandera.

Et, nous, ditz Counſeillers & Procureurs du dit Roi de France, par auctorite & poair de li, & pur li, donoms, & deleſſoms au dit Roi de Engletere & Duc tout le droit, que le dit Roi de France ad, ou poet avoir, par cauſe des dites forfaitures, en toutz biens des Perſone deſuſdites, moebles & non moebles, eſteantz en la Seignurie le dit Duc; reſerve au dit Roi de France le droit de ſovereinte.

Et nous toutz, avanditz Conſeillers, Procureurs, & Meſſages, moienantz, Reverentz Pieres en Dieu, Guilliame Arceveſqe
* IV. 281. de Vienne, Johan de * Granſon Arcediacne de Notingham en la egliſe d'Everwyk, Meſſagiers & Ambaſſatours, a ce eſpeciaument envoiez, de noſtre Seint Piere le Pape, avoms treitez & acordez les choſes ſuſeſcriptes, en la fourme ſuſeſcripte, ſe eles pleiſent au dit Roi d'Engleterre :

Et, en cas que le dit Roi d'Engleterre n'avera ſes choſes agrees, ratifies, & approvees, & la ratification d'yceles notifiees au dit Roi de France, dedenz le Martdy apers les l'Uittaves de Paſqe prechein a venir, par tout le jour, les dites Covenances, Quittances, & Remiſſions, ſoient nulles, & de nulle value, auxicome ſe eles ne euſſent eſte trettees, ne parlees; le dit acord, que darreinement ſe fiſt, entre le dit Roi de France, & le Roi d'Engleterre, que fut, demorant en ſa force, & en ſa vertu.

Enſement nous, tourz Conſeillers, Procureurs, & Meſſages des ditz Rois, en noun de eux, & pur eux acordoms, que, en cas qe les dites choſes pleiſent au dit Roi d'Engleterre, & les con-

Affectuosè rogantes quatinùs fidelitatis & laudabilis obſequii Conſtantiam dicti Patris veſtri, Avo noſtro prædicto exhibitam, velitis Nobis, cum continuatione ſtabili, exhibere; noſtriſque partium illarum Miniſtris ſic, circa negotiorum noſtrorum, Guerræ vel Pacis eventibus, Agibilia, veſtris Conſilio & Auxilio inceſſanter aſſiſtere, quòd vobis exinde teneamur ad grates & ſpecialia munera gratiarum.

Promittimus vobis etenim, quòd, ſi, occaſione Servitii, nobis per vos fideliter impenſi, Dampnum incurreretis (quod abſit) illud vobis gratiosè reſtaurabitur temporibus oportunis.

Eodem modo ſcribitur Gycardo de Lebreto Vicecomiti de Tartas.

De Summonitione Servitii, pro Expeditione Scotiæ.

Ad Magnates.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 2. d. * IV. 281.

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ Comiti Norffolciæ, & Mareſcallo Angliæ, Avunculo ſuo cariſſimo, Salutem.

Licet nuper, per quoſdam Fideles noſtros, ad partes Marchiæ Scotiæ deſtinatos, & Robertum de Brus, & ſibi adhærentes de Scotiâ, fuiſſet concordatum, quòd certi Nuncii, tam ex parte noſtri, quàm ex parte ipſius Roberti, ad certum locum, in dictâ Marchiâ, die Dominicâ proximo ante feſtum * Aſcenſionis Domini, proximo futurum, cum ſufficienti Poteſtate, convenirent pro Tractatu habendo, ſuper finali Pace, inter Nos & præfatum Robertum, de Guerris & Diſcordiis, hinc inde motis :

Quia tamen pro certo intelleximus, quòd præfatus Robertus totam Poteſtatem de Scotiâ, ad dictum diem, ſuper Marchiam prædictam, jam congregari mandavit; & proponit, ſi ad voluntatem ſuam pacem à nobis habere non poſſit, Regnum noſtrum Armatâ Potentiâ Repentino Aggreſſu hoſtiliter ingredi, ad Deſtructiones & Mala, quæ poterit, inibi, more ſolito, perpetrandum, non obſtante Treugâ quæ inter Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, & ipſum Robertum (quæ adhuc durat) inita fuit & firmata :

Nos ipſius Roberti calliditati & malitiæ obviare, ac ſalvationi & defenſioni dicti Regni noſtri providere volentes, prout decet, de Conſilio Prælatorum, Magnatum, & Procerum Regni noſtri, ordinavimus, & eſſe proponimus, Domino concedente, apud Novum Caſtrum, ſuper Tinam, die Lunæ proximo ante dictum feſtum Aſcenſionis Dominicæ, cum Exercitu noſtro, & toto Servitio, nobis debito, ad ipſius Roberti, ſuorumque Complicum & Fautorum, Audaciam (ſi forſan Regnum noſtrum ingredi præſumpſerint) cum Dei adjutorio, potenter & viriliter reprimendum, & ad proficiſcendum ulteriùs, contra ipſos, pro recuperatione Jurium Coronæ noſtræ, prout nobis & Concilio noſtro tunc fore videbitur faciendum :

Et ideò vobis mandamus, in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, ſitis ad Nos, apud locum prædictum, dicto die Lunæ, cum Equis & Armis, & toto Servitio, quod nobis debetis, quanto potentiùs & decentiùs poteritis, Prompti & Parati ad proficiſcendum nobiſcum, & cum cæteris Proceribus & Magnatibus Regni noſtri, contra dictos Inimicos noſtros, in formâ prædictâ, ad ipſorum Proterviam (auxiliante Domino) conterendam :

Et hoc, ſicut Nos, & honorem noſtrum, ac veſtrum, & ſalvationem Regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Rameſey, quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem

Digitized by Google

Henrico filio Hugonis.
Willielmo de Latimer.
Radulpho de Bulmere.
Roberto de Inſula.
Thomæ Wake.
Johanni Pecche.
Johanni Mautravers juniori.
Thomæ de Pipere.
Johanni de Sutton.
Willielmo de Monte Acuto.
Johanni de Haudele.
Willielmo le Botiller de Wemme.
Hugoni de Audele.
Johanni de Sancto Johanne.
Alexandro de Frevill.
Nicholao d'Aunceye.
Radulpho Baron de Stafford.

Ad Epiſcopos, Abbates, & Priores.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid. REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Licet nuper, per quoſdam Fideles noſtros, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Vobis mandamus in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

W. Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati.	*Abbati de Cirenceſtr.*
J. Ceſtr. Epiſcopo,	*Abbati Weſtm.*
H. Lincoln. Epiſcopo,	*Abbati de Sancto Albano,*
J. Karl. Epiſcopo,	*Abbati de Sancto Edmundo,*
L. Dunolm. Epiſcopo,	*Abbati de Eveſham,*
J. Elien. Epiſcopo,	*Abbati Sancti Auguſtini Cantuar.*
W. Norwicen. Epiſcopo,	*Abbati de Hida juxta Wynton.*
S. London. Epiſcopo,	*Abbati de Wynchecombe,*
R. Lich. & Conventr. Epiſcopo,	*Abbati de Abyndon,*
H. Roff. Epiſcopo,	*Abbati de Thorneton ſuper Humbre,*
J. Wynton. Epiſcopo,	*Abbati Glouceſtr.*
A. Hereford. Epiſcopo,	*Abbati Salop.*
R. Sarum Epiſcopo,	*Priori Hoſpitalis Sancti Johannis Jeroſolimitani in Anglia,*
Th. Wygorn. Epiſcopo,	*Abbati de Perſhore,*
J. Bathon. & Wellen. Epiſcopo,	*Abbati de Redynges,*
J. Landaven. Epiſcopo,	*Abbati Sancti Benedicti de Hulmo,*
A. Aſſaven. Epiſcopo,	*Abbati de Malmeſbury,*
J. Exon. Epiſcopo,	*Abbati de Selby,*
D. Meneven. Epiſcopo,	*Priori de Coventre,*
—— Bangoren. Epiſcopo.	*Abbati de Leyceſtr.*
Abbati de Rameſeye,	
Abbati Beatæ Mariæ Eborum,	
Abbati Glaſton,	
Abbati de Burgo Sancti Petri,	

Ad Vicecomites de Proclamatione, ſuper præfata Summonitione, facienda.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid. REX Vicecomiti Eborum, Salutem.

Licet nuper, *&c. ut ſupra uſque ibi.*

Et ideo tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, omnibus aliis prætermiſſis, per totam Ballivam contendendam; prout per, dilectum & fidelem noſtrum, Wareſium de Valoignes (quem conſtituimus Admirallum Flotæ omnium Navium, ab ore Aquæ Thamiſiæ, tàm Quinque Portuum, quàm aliorum Portuum, & locorum, per Coſteram Maris, verſus partes Occidentales) vobis tunc ibidem injunget ex parte noſtra.

Et hoc, ſicut Nos, & honorem noſtrum, & veſtrum, & ſalvationem Regni noſtri diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Rameſeye, quinto die Aprilis.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de la Rye.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Sandwico.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Feverſham.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Haſtyng.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Wynchelſe.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Romenhale.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portûs de Hethe.
Majori, Baronibus, & Ballivis Portus de Peveneſſe.

Ratificatio Tractatus ſuper Diſſenſionibus in Vaſconia.

LE Roi a touz ceux, qi ceſtes Lettres verrount, ou orrount, Salutz. Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 1. m. 4. 3.

Saches nous avoir veu, & regarde les Lettres Patentes des Conſeillers & Procureurs de, noſtre Treſcher Uncle, Monſeur Charles, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarr, & de noz Meſſages & Procureurs ſuzeſcritz, en la fourme ſuzeſcrite;

A touz ceux, *&c. prout de data 31 Martii, uſque hæc verba; viz.*

Nous toutes les dites Choſes Agreoms, Ratifioms & Approvoms, taunt come en nous eſt.

En Teſmoignance, &c.

Don a Burgh Seint Piere le 11 jour de April, l'An de Grace 1327, & de noſtre Regne primer.

---

* *De Conductu pro Archiepiſcopo Eborum, ad Stamfordiam venturo.* * IV. 285.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 1. m. 9. d. REX Vicecomiti Northamptoniæ, Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, W. Archiepiſcopus Eborum, Angliæ Primas, uſque ad Staunfordiam, de mandato noſtro, jam venturus exiſtat, ibidem cum Prælatis, Magnatibus, & quibuſdam Proceribus Regni noſtri, ſuper diverſis & arduis Negotiis, Nos & Statum dicti Regni noſtri tangentibus, tractaturus:

Nos, volentes ipſius Archiepiſcopi Immunitati & Quieti providere, tibi præcipimus quòd dicto Archiepiſcopo, cùm ad Ballivam tuam acceſſerit, occurras, & ipſum per Ballivam tuam ſalvò & ſecurè conducas, non permittens ſibi, aut alicui de Familiâ ſuâ, dum ibidem fuerit, Injuriam fieri aut gravamen; & hoc nullo modo omittas.

Teſte Rege apud Burgum Sancti Petri, decimo quinto die Aprilis.

Digitized by Google

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Johanni de Lancaſtriâ, Cuſtodi Honoris Lancaſtriæ.
Galfrido de Werburton, Vicecomiti Lancaſtriæ.
Johanni de Kylvynton, Cuſtodi honoris de Pykeryng.
Roberto Foucher, Cuſtodi de Melebourne, & Firmario honoris de Tuttebury.
Willielmo David Seniori, Roberto de Hilton, & Sociis ſuis, Firmariis Villæ de Tuttebury.
Thomæ de Rolleſton, Firmario Villæ de Rolleſton.
Philippo de Somervill, Firmario Manerii de Barton.
Richardo de Wythenhull, Nicholao de Salopiâ, & Sociis ſuis Firmariis Manerii de Adgerſleye.
Roberto le Hunte, Johanni de Verney, & Sociis ſuis, Firmariis Manerii de Utoxhather.
* IV. 286. ** Willielmo David, Firmario Manerii de Yoxhale.*
Johanni de Kynardeſeye, Firmario Manerii de Marchinton.
Priori de Tuttebury, Firmario Manerii de Scropton.
Hugoni de Meinill Seniori, Roberto Fouch, & Sociis ſuis, Firmariis Hundredi de Appeltre.
Roberto Fouch, Johanni de Denum, & Sociis ſuis, Firmariis Maneriorum de Beaurepeir, Doffeld. Heigheg. Holebrok, Suthewode, Wyneleye, Holond, Wewebiggynge, Edricheſhay, Alrewaſſeleie, & Coldebrok, cum Membris.
Johanni de Kynardeſeye, Waltero Walteſhef, & Sociis ſuis, Firmariis Wapentachii de Wirkeſworth & Aſſebourne, cum Membris.
Laurentio Coterell, & Sociis ſuis, Firmariis Mineræ Plumbi ejuſdem Wapentachii.
Nicholao de Hungerford, Firmario Quareræ del Roweclif.
Thomæ de Radeclive, Henrico de Bek, Firmariis Manerii de Sponden.
Willielmo Cokeny Firmario Burgi de Aſſhebourne.
Gilberto Henry de Yoxhale, Firmario Hundredi Greſeleie.
Edmundo de Aſſheby, Cuſtodi Feodorum Honoris Lancaſtriæ, in Comitatu Linc. Notyngham, Stafford. & Eborum, & Maneriorum de Wadinton & Alkeberugh.
Johanni de Wyvill, Firmario Manerii de Ridelinton.
Richardo de Whatton, nuper Firmario Curiarum de Bothemeſhull & Crophull, in Comitatu Notingham.
Mariæ Comitiſſæ Pembrochiæ, pro Manerio de Hegham.
Willielmo Truſſel, Eſcaetori citra Trentam.
Simoni de Grymesby, Eſcaetori ultra Trentam.
Odoni de Stok, nuper Cuſtodi Caſtri de Kenilworth.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, ſeptimo die Decembris, Anno Regni ſuo viceſimo, per Litteras ſuas Patentes, commiſiſſet, dilecto Conſanguineo & fideli noſtro, Henrico, Comiti Lancaſtriæ, Cuſtodiam Caſtri & Honoris Lancaſtriæ, cum Pertinentiis; Caſtri & Honoris de Tuttebury, cum Pertinentiis; Caſtri & Honoris de Pykering, cum Pertinentiis; Manerii de Melbourne, cum Pertinentiis in Comitatu Derbiæ; & Manerii de Staynford, cum Pertinentiis in Comitatu Berks:

Ac poſtmodùm idem Pater noſter, viceſimo die Decembris, tunc proximò ſequente, per alias Litteras ſuas Patentes, commiſiſſet eidem Henrico Maneria de Belteſford & Donynton, cum Pertinentiis, in Comitatu Lincolniæ; Hertyndon, Croudecote, & Wirkeſworth, cum Pertinentiis, in Comitatu Derbiæ; Eſyngword, Hoby, & Berley, cum Pertinentiis, in Comitatu Eborum; Paſſenham, cum Pertinentiis, in Comitatu Buks; Rydelynton, cum Pertinentiis, in Comitatu Rotelandiæ; & de Bagworth & Lindrich, cum Pertinentiis, in Comitatu Leyceſtriæ:

Habenda quamdiu eidem Patri noſtro placeret; ita quod de reformandâ; m. 27.

Ac nos, volentes ea, quæ ſic concordata fuerant, quantùm ad nos attinet, adimplere, Venerabiles Patres, Willielmum Eborum Archiepiſcopum, Angliæ Primatem, Rogerum Coventriæ & Lichefeldiæ Epiſcopum: ——— Abbatem de Dore; &c, dilectos Conſanguineos & fideles noſtros, Henricum de Percy, & Henricum de Bello Monte, ac Galfridum le Scrop, Willielmum Herle, Johannem de Denum, & Willielmum de Denum, ad dictas partes, cum ſufficienti Poteſtate jam duximus tranſmittendum;

Nos, ſecuritati ipſorum Nunciorum providere volentes, aſſignavimus, dilectum & fidelem noſtrum, Ivonem de Aldeburgh, ad tractandum cum præfato Roberto, & Deputandis ab eo, ſuper ſecuritate faciendâ, tàm pro noſtris, quàm ipſius Roberti Nunciis, necnon de Loco & Tempore, quibus iidem Nuncii hinc inde debeant convenire: Promittentes Nos, Ratum & Firmum habituros, quæ per præfatum Ivonem tractata & concordata fuerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Staunford, viceſimo tertio die Aprilis, Anno, &c.

Per ipſum Regem.

Pro expenſis Hoſpitii Edvardi nuper Regis.

REX, dilecto ſibi, Matheo de Cranthorn, Receptori Exi- Ann. D.
tuum de Terrâ noſtrâ de Gloumorgan, Salutem. 1327.
Mandamus vobis quòd, de Exitibus prædictis, Centum Solidos *An.* 1.
per diem, dilectis & fidelibus noſtris, Thomæ de Berkele, & Jo- * *E.* 3.
hanni Maltravers, vel eorum alteri, pro expenſis Hoſpitii Domini *Clauſ.* 1.
E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, a quarto die Aprilis proxi- *E.* 3.
mo præterito, & exnunc, quamdiu ipſos, Thomam & Johan- *p.* 1.
nem, dicto Patri noſtro intendere contigerit, ſolvatis; *m.* 3.

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Staunford, viceſimo quarto die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Arraiatione facienda contra meditatam Invaſionem Scotorum.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Majori, Aldermannis, ac toti Ann. D.
Communitati Civitatis ſuæ Londoniæ, Salutem. 1327.
Cùm, pro defenſione Regni noſtri, contra hoſtiles Aggreſſus *An.* 1.
Scotorum, qui, ut pro certo intelleximus, ſe parant ad dictum *E.* 3.
Regnum, cum Armatâ Potentiâ, hoſtiliter & ſubitò ingredien- *Clauſ.* 1.
dum (ſi Pacem, ad voluntatem ſuam, in Tractatu, in Marchiâ *E.* 3.
Scotiæ, inter noſtros & ipſorum Scotorum Nuncios, in proximo *p.* 1.
habendo, habere non poſſint) ad Deſtructiones & Mala, quæ po- *m.* 2. *d.*
terunt, inibi perpetranda,

Ordinaverimus, & eſſe proponamus (Domino concedente) apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, die Lunæ proximo ante Feſtum Aſcenſionis Domini, proximo futurum, cum Excercitu noſtro, quanto potentiùs poterimus, ad ipſorum Scotorum Malitiam, cum Dei adjutorio, potenter & viriliter refrænandam:

Nos, attendentes Dampna & Pericula, quæ nobis & toti Re-
gno noſtro, per * Incurſus Scotorum prædictorum, ſi idem Re- * IV.
gnum taliter ingrediantur, poterunt evenire: 288.

Volenteſque omnibus modis & viis, quibus poterimus, eorum Malitiæ obviare:

Conſiderantes etiam quòd, in tantæ neceſſitatis Articulo, omnes

&

Digitized by Google

Ballivis Villæ de Magna Jernemuth.
Ballivis Villæ de Gippewich.
Ballivis Villæ de Sancto Edmundo.
Ballivis Villæ Cireneceſtr.
Ballivis Villæ Derb.
Ballivis Villæ de Colceſtr.
Ballivis Villæ de Donewych.
Ballivis Civitatis Cantuar.
Ballivis Villæ de Roff.
Ballivis Villæ de Ciceſtr.
Majori & Ballivis Wynton.
Majori & Ballivis Suthampton.
Ballivis Villæ de Guldeford.
Majori & Ballivis Villæ Sarum.
Majori & Ballivis Villæ de Oxon.
Majori & Ballivis Villæ Briſtoll.
Ballivis Villæ de Glouceſtr.
Ballivis Villæ Hereford.
Ballivis Villæ Bathon.
Ballivis Villæ Wygorn.
Ballivis Villæ de Coventr.
Ballivis Villæ de Lichefeld.
Ballivis Villæ de Salop.
Ballivis Villæ de Stafford.
Ballivis Villæ de Warr.
Ballivis Villæ de Leyceſtr.
Majori & Ballivis Civitatis Exon.
Ballivis Villæ Bedeford.
Ballivis Villæ Bokyngham.
Majori & Ballivis Villæ Norhampton.
Ballivis Villæ de Sancto Albano.
Ballivis Villæ de Sancto Botulpho.
Majori & Ballivis Villæ de Notyngham.
Ballivis Villæ de Welles.

Ad Burgimagiſtros Villæ de Bruges, ſuper attemptatis contra Treugam emendandis.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Clauſ.* 1. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 27. *dorſ.* * IV. 189.

REX, dilectis ſibi, Burgimagiſtris, Scabinis, & Communitati Villæ de Bruges, Salutem.

Ex inſinuatione Majoris, & quorundam Civium Civitatis noſtræ Londoniæ, ad noſtrum pervenit auditum, quòd vos eis, per veſtras Litteras, conqueſti fueratis qualiter nuper,

* Poſt Treugam, inter Nos, pro noſtris Subditis, & vos, ac cæteros de Flandriâ, vobis adhærentes, firmatam,

Quidam Malefactores, de Villis de Sandwico & Winchelſe, quandam Navem Villæ de Neuport, diverſis Mercibus oneratam, ad valentiam Ducentarum Librarum, ſupra Mare, prope Bononiam, hoſtiliter cepiſſe debuerant, &, interfectis Marinariis ejuſdem, quo voluerint abduxiſſe,

De quo nimirum turbamur anxiè & movemur, &, ut tantæ iniquitatis Flagitium ſeveriter vindicetur, multum inſidet votis noſtris;

Veſtræ Dilectioni ſignificantes quòd, ſi vos, ſeu Dampna paſſi, ad nos, pro optinendâ Juſtitiâ de præmiſſis, Procuratores, ſeu Nuncios volueritis, vel voluerint deſtinare, parati erimus, cum omni celeritate, eis juxta exigentiam ipſius Treugæ, Juſtitiam in omnibus exhibere; & talem contra dictos Malefactores, cum ip-

temptu, extitit perſonaliter ad Sedem Apoſtolicam evocatus;

Et, pro eo quòd non comparuit, juxta Vacationem illam tranſitu maris, per dictum Patrem noſtrum, ei tunc, certis de cauſis, penitùs prohibito) idem Prior metuit Proceſſus aliquos, contra ipſum, in eâdem Curiâ factos eſſe; ſicque jam, per longa tempora, eo timore, abſtinuit a Divinis.

Verùm quia, per inſpectionem Judicii, in Lite prædictâ redditi, nobis conſtat evidenter quòd præfatus Comes evicit Patronatum dictæ Eccleſiæ, & quòd præfatus Prior de Norton nichil juris habuit in eadem,

Beatitudini veſtræ ſinceris affectibus ſupplicamus quatinùs præfato Priori de Lenton, qui, pro petendâ Statûs ſui Reformatione, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam perſonaliter ſe divertit, benignum dignemini præbere Auditum, eique, præmiſſorum contemplatione, Sinum Paternæ pietatis, in ſuis juſtis Poſtulationibus, benignitate ſolitâ aperire.

Conſervet, &c.

Dat. apud Notingham, decimo quinto die Maii.

** Ad Cardinalem ſuper Negotio antedicto.* * IV. 290.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Ibid.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Suſannæ Preſbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, Dei gratiâ, &c. & Dux Aquitaniæ, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Referente nobis, dilecto nobis in Chriſto, Fratre Galfrido, Priore de Lenton, Ordinis Cluniacenſis, didicimus qualiter in quodam Negotio Proviſorio, Eccleſiam de Radeclive, ſuper Sore, Eborum Dioceſi, contingente, per Executores ejuſdem Negotii, eidem Priori injunctum erat, ut Procuratorem, Venerabilis Patris, Domini B. tituli Sancti Marcellini, Preſbiteri Cardinalis, in Poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ induceret, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Paternitatem veſtram affectuoſis Precibus requirimus & rogamus, quatinùs præfato Priori de Lenton, Qui pro petendâ Statûs ſui Reformatione, ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter ſe divertit, in proſecutione negotiorum ſuorum, aſſiſtere velitis, noſtri contemplatione rogaminis, Conſiliis & Auxiliis oportunis; eademque Negotia penes dictum Dominum Summum Pontificem (Cui pro eiſdem ſcribimus) modis, quibus meliùs expedire videritis, efficaciter promovere.

Dat. ut ſupra.

Pro Johanne de Hanonia, de Annuitate ſolvenda.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 1. *Liberat.* 1. *E.* 3. *m.* 6.

REX, Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate de Theſauro noſtro, dilecto Conſanguineo & fideli noſtro, Johanni de Hanoniâ, quingentas Marcas, de Termino Paſchæ proximo præterito, de illis mille Marcis, quas ei conceſſimus, de Exitibus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pellium lanutarum, in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, per manus Collectorum Cuſtumæ prædictæ, ibidem ſingulis Annis percipiendas.

Teſte Rege apud Notingham, decimo octavo die Maii.

Per Billam Theſaurarii.

E. 3. Pat. 1. E. 3. m. 3. p. 1. * IV. 291.

inter Conſiliarios & Procuratores, Excellentiſſimi Principis, Domini * Karoli, Regis Franciæ illuſtris, Avunculi noſtri, & Nuncios noſtros nuper initus, & firmatus,

Tàm per ipſum Regem Franciæ, quàm per Nos, approbatus ſit, acceptatus, & confirmatus,

Nos Tractatum illum, quantum in nobis eſt, in omnibus obſervari, & effectui mancipari, volentes;

Vobis mandamus quòd eundem Tractatum (cujus tenor inferiùs continetur) in omnibus & ſingulis ſuis Articulis obſervari, & firmiter teneri faciatis, quatenùs ad nos noveritis pertinere.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Eborum, primo die Junii, anno Regni noſtri Primo.

Tenor autem Tractatûs prædicti talis eſt.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlaund, & Duc de Guienne, a touz ceux, qi ceſtes Lettres verrount, & orrount, Salutz.

Sachez nous avoir veue, & regarde les Lettres overtes des Conſeillers & Procureurs, *&c. ut ſupra de dat.* 31 *Mart.*

De intendendo Seneſcallo prædicto in Executione præfati Tractatus.

Ann. D. 1327. *An.* 1. E. 3. *Ibidem.*

REX, univerſis & ſingulis, Seneſcallis, Vicecomitibus, Majoribus, Juratis, Conſulibus, Univerſitatibus, Collegiis, Communitatibus, Conſtabulariis, Caſtellanis, Præpoſitis, Ballivis, & omnibus Miniſtris & fidelibus ſuis, in dicto Ducatu conſtitutis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm Tractatus Pacis, inter Conſiliarios & Procuratores, excellentiſſimi Principis, Domini Karoli, Regis Franciæ illuſtris, Avunculi noſtri, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Vobis mandamus, quòd Seneſcallo noſtro Ducatûs prædicti, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, in executione Articulorum in Tractatu prædicto (cujus tenor inferiùs continetur) contentorum, pareatis & intendatis.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Eborum, primo die Junii, Anno Regni noſtri primo.

Tenor autem Tractatus prædicti talis eſt.

Edward par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre *&c. prout ſupra.*

De Fidelitate Abbatiſſæ Sanctæ Trinitatis de Cadomo.

Ann. D. 1327. *An.* 1. E. 3. *Clauſ.* 1. E. 3. p. 2. m. 17.

REX, dilecto & fideli ſuo, Ottono de Grandiſono, Cuſtodi Inſularum de Gerneſeye, Jerſeye, Serk, & Aureneye, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Sciatis quòd cepimus Fidelitatem, dilectæ nobis in Chriſto, Nicholæ, Abbatiſſæ ſanctæ Trinitatis de Cadomo, in Normanniâ, de Terris & Tenementis, quæ de nobis tenet in Inſulis prædictis, & quæ, occaſione mortis ultimæ Abbatiſſæ loci prædicti, capta ſunt in manum noſtram, & illa ei reddidimus.

Et ideò vobis mandamus, quòd eidem Abbatiſſæ, vel ejus Procuratori, ſeu Attornato in hac parte, Terras & Tenementa prædicta, cum pertinentiis, liberetis, ſalvo Jure cujuſlibet.

Teſte Rege apud Eborum, tertio die Junii.

Norhamptoniæ.

Ann. D. 1327. *An.* 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 15. *dorſ.*

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Henrico le Scrop, Waltero de Bello Campo, Johanni de Heſlarton, Nicholao de Langeton, & Simoni Croyſer, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter quoſdam Homines de Hanoniâ, qui nuper ad Nos, ad rogatum noſtrum, in ſubſidium Expeditionis Guerræ noſtræ Scotiæ, in Regnum noſtrum venerunt, & alios Homines Pedites, de Comitatibus Lincolniæ, Norhamptoniæ, & aliundè de Regno noſtro, apud Eborum, pro dicto Subſidio accedentes, diverſæ Controverſiæ & Diſcordiæ motæ fuerunt,

Inter quos, in Conflictu ibidem inito, diverſæ Interfectiones, Murdra, & Roberiæ, hinc indè, extiterunt perpetrata, in Pacis noſtræ læſionem, & Populi noſtri terrorem & commotionem manifeſtam,

Nos, ſuper Præmiſſis volentes certiorari per quem, vel per quos, utrum, videlicet, per prædictos Homines de Hanoniâ, an per prædictos Homines de Regno noſtro, Controverſiæ & Diſcordiæ prædictæ inceptæ fuerunt, & per quem, vel per quos prædicta, Feloniæ & Murdra, facta fuerunt, & qualiter, & quo modo, & quis, vel qui Conſenſum vel Auxilium ad hoc præbuerunt, & ipſos poſtmodum ſcienter receptaverunt, & qualiter, & quo modo,

Aſſignavimus vos, Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad inquirendum, per Sacramentum &c. tàm de Libertate Civitatis Eborum, quàm de Comitatu prædicto, per quos &c. de Præmiſſis, omnibus & ſingulis, & aliis Articulis, & Circumſtantiis, præmiſſa tangentibus, pleniùs veritatem:

Et ideò vobis mandamus quòd, ad certos dies & loca, quos vos, quatuor, tres, vel duo veſtrûm ad hoc provideritis, Inquiſitionem indè faciatis, & eam, diſtinctè & apertè factam, Nobis, ſub Sigillis veſtris, quatuor, trium, vel duorum veſtrûm, ſine dilatione mittatis, & hoc Breve.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, quòd, ad certos dies & loca, quos vos, quatuor, tres, vel duo veſtrûm, ei ſcire facietis, venire faciat coram vobis, quatuor, tribus, vel duobus veſtrûm, Tot &c. tàm de Libertate prædictâ, quàm de Comitatu prædicto, per quos &c. & inquiri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, decimo quarto die Junii.

Per ipſum Regem.

Super Arraiatione, & Profectione contra Scotos.

Ann. D. 1327. *An.* 1. E. 3. *Scot.* 1. E. 3. m. 4. * IV. 293.

REX Arraiatoribus Hominum, tàm Equitum, quàm Peditum, per Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, in Eſtrithingo in Comitatu Eborum, & eorum Subarraiatoribus in eiſdem partibus, Salutem.

Cùm nuper,

Intelligentes quòd Scoti, Noſtri & Regni noſtri Inimici, ſe parabant, * quantò potentiùs poterant, ad idem Regnum proditionaliter, cum toto Poſſe ſuo, ingrediendum, ad Incendia, Deſtructiones, & Mala, quæ poterant, perpetrandum, niſi in Tractatu pacis, inter noſtros, & ipſorum Scotorum Nuncios, ad Partes Marchiæ Scotiæ deſtinatos, tunc habendo, Pacem ad voluntatem ſuam habere poſſent,

Vobis mandaverimus, quòd omnes & ſingulos Homines, in Eſtrithingo prædicto, tàm infra Libertates, quàm extra, infrà ætatem Sexdecim & Sexaginta annorum exiſtentes, tàm Equites, quàm Pedites, juxta Arraiationes alias, per vos, de mandato dicti Patris noſtri, factas, præmuniretis, quòd Prompti eſſent & Parati, & Armis competentibus, videlicet, quilibet eorum, juxta facultates ſuas

Digitized by Google

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum Arraiatoribus ſubſcriptis; videlicet,

Arraiatoribus &c. in Comitatu Lancaſtriæ.
Arraiatoribus &c. in Weſtrithingo in Comitatu Eborum.

Pro Johanne de Hanonia, & Comitiva ſua, de vadiis ſolvendis.

Ann. D. REX Theſaurario & Camerario ſuis Salutem.
1327. Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto Conſanguineo & Fi-
An. 1. deli noſtro, Johanni de Hanoniâ, vel ejus in hac parte Attornato,
E. 3. ſeptem Milia Librarum, in partem ſolutionis quatuordecim Milium
Liberat. Librarum, in quibus * eidem Johanni tenemur pro vadiis ſuis &
1. *E.* 3. Hominum ad Arma, qui in Comitivâ ſuâ, in obſequium noſtrum,
m. 6. in Regno noſtro, ad Rogatum, noſtrum, nuper venerunt;
* IV. Recipientes à præfato Johanne, ſeu ejus dicto Attornato, Lite-
394. ras Acquietantiæ, receptionem dictarum Septem Milium Librarum teſtificantes, quæ pro nobis ſufficientes fuerint in hac parte.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Providentiis faciendis pro Johanne memorato.

Ann. D. REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus fidelibus
1327. ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salu-
An. 1. tem.
E. 3 Sciatis quòd aſſignavimus dilectum nobis, Willielmum d'Irland,
Scot. 1. ad Providentias de Cariagiis,
E. 3. Pro, dilecto & fideli noſtro, Johanne de Hanoniâ, & Homini-
m. 4. bus ſuis, qui, in obſequium noſtrum, ad partes Marchiæ Scotiæ ſunt profecturi, pro Denariis ipſius Johannis & Hominum prædictorum,

Tàm infra Libertates, quàm extra, faciendum, necnon ſupervidendum, quòd Denarii, pro hujuſmodi cariagiis, & aliis rebus, ad opus ipſorum proviſis, debitè perſolvantur:

Et ideò vobis mandamus, quòd eidem Willielmo, in præmiſſis, ut præmittitur, faciendis, ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, quotiens, & quando, per ipſum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

graviter capiemus.

Teſte Rege apud Eborum, ſexto die Julii.

De præmuniendo Magnates de Hibernia, ſuper Cuſtodia Caſtrorum prope Marchias.

REX, dilecto & fideli ſuo, Thomæ le Fitz-John, Juſticiario Ann. D.
ſuo Hiberniæ, Salutem. 1327.
Intelleximus qualiter Hibernici, Inimici & Rebelles noſtri, Ter- *An.* 1.
ras noſtras, & diverſorum Magnatum, qui Terras habent in Hi- *E.* 3.
berniâ, & in Angliâ commorantur, devaſtârunt, & devaſtant *Clauſ.* 1.
multipliciter hiis diebus, pro eo quòd, per ipſos Magnates, con- *E.* 3.
tra ipſorum Inimicorum Aggreſſus, ſufficiens reſiſtentia nullatenus *p.* 2.
ordinatur; de quo, non immeritò, commovemur: *m.* 19.

Nos igitur, indempnitati noſtræ, & ipſorum Magnatum, contra hujuſmodi Aggreſſus, providere volentes, ut tenemur, vobis mandamus quod ſtatim, viſis præſentibus, præmuniri faciatis omnes Magnates, & alios, Caſtra & Terras in Terrâ prædictâ, prope Marchias Hibernicorum prædictorum, habentes, vel eorum Ballivos, quòd Caſtra & Terras ſuas, contra Aggreſſus dictorum Inimicorum, ſic potenter & viriliter cuſtodiri, quòd Nobis, aut ipſis, ſeu fidelibus noſtris, in Terrâ prædictâ, per ipſorum defectum, dampnum, vel periculum non eveniat quoquo modo:

Et ſi ipſi, taliter præmuniti, hoc facere neglexerint, tunc vos eadem Caſtra & Terras, de Exitibus eorumdem, cuſtodiri faciatis, prout pro Salvatione dictæ Terræ fore videritis faciendum, & aliàs fieri conſuevit.

Teſte Rege apud Topclif, duodecimo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Super repulſione Rebellium in Hibernia.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis de Scaccario Dubliniæ,
Salutem. Ann. D.
Quia intelleximus quòd Hibernici, Inimici & Rebelles noſtri, 1327.
Terras noſtras, & Fidelium noſtrorum, in partibus Hiberniæ, per *An.* 1.
repentinos Aggreſſus devaſtârunt, & de die in diem devaſtare non *E.* 3.
deſiſtunt, Homicidia, Deprædationes, & alia mala innumera per- *Pat.* 1.
petrando: *E.* 3.
Vobis mandamus quòd, *p.* 2.
Habito Aviſamento cum, dilectis & fidelibus noſtris, Thoma *m.* 20.
Fitz-Johan, Juſticiario noſtro Hiberniæ, Fratre Johanne Utlagh, Cancellario noſtro ibidem, & Nicholao Faſtolf, Capitali Juſticiario noſtro de Banco, circa Repulſionem dictorum Inimicorum noſtrorum, & defenſionem Terrarum noſtrarum,

Tale & tàm celere Remedium de Denariis, in Theſaurariâ noſtrâ exiſtentibus, de exitibus Archiepiſcopatûs Dubliniæ, & aliis Exitibus dictæ Terræ (ſi neceſſe fuerit) apponatis, quale pro conſervatione honoris noſtri, & defenſione Subditorum noſtrorum, & Terrarum noſtrarum ibidem, per conſilium & aviſamentum eorum,

Digitized by Google

[illegible] Scoti, cum toto Poſſe ſuo, ut pro certo didicimus, prope Civitatem noſtram Karlioli, iſtâ die Martis, ſe congregare proponunt, ad Nos & Excercitum noſtrum pro viribus inſultandum:

Nos, conſiderantes periculum, quod nobis, & toti Regno noſtro, per ipſorum Aggreſſus, evenire poterit, niſi eorum malitiæ celeriùs & potentiùs obvietur, & quòd nullus excuſare ſe poterit quin, pro defenſione ſui ipſius, & ejuſdem Regni, juxta vires ſuas, Opem ferat,

Vobis mandamus, ſub forisfacturâ Corporum & Bonorum, firmiter injungentes, quòd, omni dilatione & excuſatione ceſſantibus, omnes Homines Defenſabiles, & Potentes ad pugnandum, ejuſdem Wapentachii, tàm Milites, quàm alios, cujuſcumque Status ſeu Conditionis exiſtant, armatos, arraiatos, juxta formam mandati noſtri, aliàs vobis indè directi, ad Nos, de die & de nocte, ducatis, in auxilium defenſionis dicti Regni noſtri, contra Inimicos noſtros ſupradictos.

Volumus autem quòd illi, qui Impotentes ſunt ad pugnandum, & habent undè contribuere valeant, pro expenſis aliorum, qui de ſuo non habent undè ſibi valeant providere, Contributionem faciant, pro Expenſis illorum, qui de ſuo non habent, prout rationabiliter fuerit, faciendis; ita tamen quòd adventus ipſorum Hominum, qui Potentes fuerint ad pugnandum, ad Nos, eo prætextu, nullatenus retardetur.

Talem igitur diligentiam, in executione præſentis mandati noſtri, apponatis, quod contra vos ſiniſtra ſuſpicio (quod abſit) nullatenus oriatur.

Scientes pro certo quòd nos omnes illos, quos Rebelles, ſeu Remiſſos, in hoc neceſſitatis articulo, contigerit inveniri, Fautores ipſorum Inimicorum noſtrorum, non immeritò, reputabimus, & ad ipſos, prout convenit, cum oportunum videbimus, ſecundum ſua demerita capiemus.

Teſte Rege apud Northallerton, decimo tertio die Julii.

Per ipſum Regem.

De Civitate Eborum munienda & cuſtodienda, maxime dum Mater, Frater, & Sorores Regis in ea moram fecerint.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Scot. 1. E. 3. m. 3. d.

REX, dilectis ſibi Majori & Ballivis Civitatis ſuæ Eborum, Salutem.

Cùm Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, cum toto Poſſe ſuo, Regnum noſtrum, prope partes Karlioli, ut pro certo didicimus, jam hoſtiliter ſint ingreſſi, & Homicidia, Deprædationes, & Incendia, ac alia Mala, quæ poterunt, indies perpetrare non deſiſtant; propter quod, ad ipſorum Malitiam, cum Dei adjutorio, refrænandum, cum Excercitu noſtro, ad partes Marchiæ prædictæ declinavimus, & contra ipſos Inimicos dirigimus Greſſus noſtros:

Nos, deſiderantes Civitatem noſtram prædictam Eborum, maximè dùm Iſabella, Regina Angliæ, Mater noſtra cariſſima, & Frater, & Sorores, noſtri, moram fecerint in eadem, ſic ſalvò & ſecurè muniri & cuſtodiri, quòd periculum aliquod, ex repentino Aggreſſu ipſorum Inimicorum, eidem Civitati non eveniat, nec timor ſeu terror ipſis, Matri noſtræ, Fratri, & Sororibus, noſtris (quod abſit) incutiatur pro defectu Munitionis & Cuſtodiæ in hac parte;

* IV. 297. *Vobis, in Fide & Ligeantiâ, ac ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poteritis, firmiter injungendo, mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, omni excuſatione & dilatione ceſſantibus, Muros, Foſſata, & Turellos, ac Munitiones ejuſdem Civitatis circumquaque (aſſumptis vobiſcum certis perſonis, de fidelibus noſtris, quos ad hoc duxeritis eligendos) ſupervideatis, &

Cùm, in Parliamento prædicto, forisfacturæ Guerræ eidem Epiſcopo, ut Jus Eccleſiæ ſuæ prædictæ, & Prædeceſſori ſuo, in aliis Parliamentis, fuiſſent adjudicatæ; &, ſuper hoc, Brevia noſtra facta fuerint Cuſtodibus Terrarum, forisfactarum infra Regalem Libertatem ipſius Epiſcopi, quòd manum Regiam inde ammoveant,

Ac Caſtrum prædictum, Manerium de Geyneford, & aliæ Terræ, quæ fuerunt Rogeri de Clifford,

Quæ quidem, Caſtrum, Maneria, Terræ, & Tenementa, aliàs foriſfacta fuerunt per forisfacturam Johannis de Balliolo, & Roberti de Brus,

Et infra Libertatem prædictam exiſtunt,

In manu noſtrâ detineantur, ac ſi nos, ratione forisfacturæ prædictæ, prærogativâ noſtrâ, infra Libertatem prædictam, uti poſſemus, ſicut alibi infra Regnum noſtrum,

Quæ quidem Prærogativa ad ipſum Epiſcopum, infra Libertatem prædictam, pertinet, ſicut dicit,

Super quo nobis ſupplicavit, ut præcipere velimus Cuſtodibus Terrarum prædictarum, per Brevia noſtra, quòd manum Regiam de Terris illis, ſicut de aliis, ammoveant, ac prædictum Epiſcopum Libertate ſuâ prædictâ (ubi Breve noſtrum de jure currere non debet, nec Nos ibidem Terram ſeiſire debemus) uti & gaudere permittant,

Nos,

Pro eo quòd per Nos, & Concilium noſtrum aliàs, in eodem Parliamento, conſideratum fuit, quòd idem Epiſcopus habeat Libertatem ſuam Regalem, prout aliàs conceſſum fuit tempore Domini H. quondam Regis Angliæ, Proavi noſtri; & etiam Concordatum fuit ibidem, quod Nos amoveamus manum noſtram de omni eo quod habemus in manu noſtrâ, ratione Juriſdictionis Regalis, & etiam Miniſtros noſtros in Regali Officio miniſtrantes,

Volentes quòd ea, quæ ſic Concordata ſunt effectui mancipentur;

Vobis mandamus quòd manum noſtram de omni eo, quod habemus in manu noſtrâ, ratione Juriſdictionis Regalis, & quæ in Cuſtodiâ veſtra exiſtunt, * nec non Miniſtros noſtros, ſi qui fuerint in Regali Officio, infra Libertatem prædictam miniſtrantes, ammoveatis, ſecundum formam Conſiderationis & Concordiæ prædictarum; vos indè, contra eaſdem, Conſiderationem & Concordiam, nullatenus intromittentes. * IV. 298.

Intentionis tamen noſtræ, & Concilii noſtri non exiſtit, quòd aliqui, qui Terras, ſeu Tenementa de forisfacturis, ex Conceſſione Progenitorum noſtrorum, tenent, indè, virtute Conſiderationis prædictæ, abſque Reſponſione, ammoveantur.

Teſte Rege apud Dunolm. decimo quinto die Julii.

Per Petitionem de Concilio.

De eadem pro eodem.

REX, dilecto ſibi, Roberto de Clifford, Cuſtodi Maneriorum de Hert & Herternes, quæ fuerunt Rogeri de Clifford defuncti, qui de Domino E. nuper Rege Angliæ, Patre noſtro, tenuit in Capite, vel ejus Locum tenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid.

Petitio, Venerabilis Patris, *&c. ut ſupra.* Manum Regiam inde amoveant,

Ac Caſtrum Bernardi, Manerium de Geyneſford, & aliæ Terræ, quæ fuerunt Guidonis de Bello Campo, quondam Comitis Warrwici, & dicta Maneria de Hert & Herterneſſe;

Quæ quidem, Caſtrum, Maneria, Terræ & Tenementa, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per Petitionem de Concilio.

Literæ

Digitized by Google

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Johanni de Bermyngham, Comiti de Louthe.
Jacobo le Botiller.
Mauritio de Rocheford.
Johanni Power, Baroni de Donil.

• IV. *Pro Archiepiſcopo Eborum de Priſis Vinorum.*

199.

Ann. D. 1327. REX, dilecto ſibi, Ricardo de la Pole, Pincernæ ſuo, vel ejus locum tenenti, in Portu de Kyngeſton ſuper Hull, Salutem.

An. 1. E. 3. Claus. 1. E. 3. p. 2. m. 18. Cùm nuper, ad proſecutionem, venerabilis Patris, W. Archiepiſcopi Eborum, Angliæ Primatis, nobis ſuggerentis Athelſtanum, quondam Regem Angliæ, Progenitorem noſtrum, per Cartam ſuam, conceſſiſſe, tunc Archiepiſcopo Eborum, & ſucceſſoribus ſuis ibidem, omnes libertates in aquâ de Hull QUAS COR COGITARE POSSET, SEU OCULUS VIDERE; poſteaque Dominum H. quondam Regem Angliæ, proavum noſtrum, per cartam ſuam, pro ſe, & hæredibus ſuis, *&c. prout ſupra de Dat. 10 Mart. uſque hæc verba; viz.*

Et nos, ad Cartam & Inquiſitionem prædictas conſiderationem habentes, ac pro eo quod Benedictus de Fulſham, nuper Pincerna noſter, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, nuper convocato, coram nobis & dicto Concilio noſtro perſonaliter conſtitutus, nichil dicit in contrarium, niſi quòd invenit nos indè ſeiſitos:

Et Stephanus de Abyndon ac Walterus de Waldeſhef, nuper Pincernæ dicti Patris noſtri, quibus per diverſa Brevia dicti Patris noſtri, ad informandum & certificandum Concilium ſuum, ſuper præmiſſis, mandatum fuit, nihil certificârunt quòd in contrarium præmiſſorum exiſtit, niſi quod invenerunt Progenitores noſtros indè ſeiſitos:

Et Theſaurarius & Barones noſtri, de Scaccario, Nos & Concilium noſtrum ſimiliter certificârunt, quòd non invenerunt, quòd Progenitores noſtri fuerunt ſeiſiti de hujuſmodi Priſis, in Aqua de Hull, ante confectionem Cartæ ipſius H. ſupradicti:

Volenteſque eidem Archiepiſcopo in præmiſſis fieri, quod eſt juſtum;

Vobis pluries mandaverimus quòd Manum noſtram, de hujuſmodi Priſis, in dicto Portu de Hull, amoveretis, & prædictum W. nunc Archiepiſcopum, Priſas ſuas, in eodem Portu, abſque impedimento, habere permitteretis (Jure noſtro, in omnibus ſemper ſalvo) vel cauſam nobis ſignificaretis, quare Mandato noſtro, aliàs vobis indè directo, parere contempſiſtis:

Vos, ſpretis Mandatis noſtris prædictis, quicquam indè facere non curâſtis, in noſtri & eorumdem Mandatorum noſtrorum contemptum manifeſtum, ipſiuſque Archiepiſcopi diſpendium non modicum & gravamen;

Per quod vobis iteratò mandavimus, firmiter injungentes, quòd Manum noſtram de hujuſmodi Priſis, in dicto Portu de Hull, amoveretis, & præfatum Willielmum, nunc Archiepiſcopum, Priſas ſuas in eodem Portu, abſque impedimento, habere permitteretis (Jure noſtro in omnibus ſemper ſalvo) volentes vos indè erga nos exonerari; vel quòd vos ipſi eſſetis, coram Nobis, in Octabis Sanctæ Trinitatis, proximò præteritis, ubicumque tunc eſſemus in Angliâ, oſtenſuri quare mandatis noſtris prædictis totiens vobis indè directis, parere contempſiſtis.

Et quia vos, in Octabis illis, coram nobis, apud Eborum, vobis intervenerunt manifeſti:

Ad quæ prædictus Archiepiſcopus reſpondit, ut prius, quòd vos habetis diem tantummodo ad reſpondendum nobis de Contemptu; aſſerendo ipſum ad aliquas Rationes, ſuper Jure noſtro, de Priſis prædictis, proponendas, nec ad Errores, ſi qui fuerint, reſpondere non debere, quouſque in Poſſeſſionem Priſarum prædictarum reponetur virtute Conſiderationis prædictæ (in quâ Jus noſtrum in omnibus ſalvatur) & quòd Warento prædicti Brevis, præfato Pincernæ directi, terminari non poteſt.

Et,

Quia prædicta Conſideratio facta fuit in Parliamento prædicto; à quâ prædictum Breve noſtrum, de Executione faciendâ, vobis directum, emanavit, & ad quod vos diem habuiſtis tantummodo; videlicet, ad reſpondendum nobis de Contemptu prædicto, & tàm in Conſideratione, quàm Brevi, prædictis Jus noſtrum ſalvatur, nec ad hujuſmodi Breve terminari poteſt, & non eſt juri conſonum nec rationi quòd prædictus Archiepiſcopus nobis, ſuper Jure noſtro, in præmiſſis, reſpondeat, priuſquam in poſſeſſionem prædictarum Priſarum, eodem modo quo conſideratum fuit in Parliamento prædicto (ſalvo ſemper Jure noſtro) reponatur,

Viſum eſt toti Concilio noſtro, quòd Executioni faciendæ, ſecundum formam Conſiderationis, factæ in Parliamento prædicto, non eſt ſuperſedendum in hac parte:

Vobis adhuc mandamus, firmiter injungentes, quòd Manum noſtram de hujuſmodi Priſis, in dicto Portu de Hull, amoveatis, & præfatum W. nunc Archiepiſcopum, Priſas ſuas, in eodem Portu, abſque impedimento, habere permittatis, juxta tenorem Mandatorum noſtrorum prædictorum (Jure noſtro in omnibus ſemper ſalvo) volumus enim vos indè erga Nos exonerari.

Et ſciatis quòd graviter amerciari eſtis eo quod mandatum noſtrum, totiens vobis indè directum, non eſtis executi; &, niſi hoc Mandatum noſtrum pleniùs exequamini, graviter ad vos capiemus.

Teſte Rege apud Dunolmum, decimo ſeptimo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Pecunia in ſubſidium Guerræ Scotiæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1327.

Noveritis nos teneri, dilectis Mercatoribus noſtris, Jacobo Nicholas, Johanni Franciſci, & Petro Reynerii, Mercatoribus de Societate Bardorum, de Florentia, in Mille Marcis Sterlingorum, quas nobis per manus, venerabilis Patris, Henrici Lincolnienſis Epiſcopi, Theſaurarii noſtri, in Subſidium Expeditionis Guerræ noſtræ Scotiæ, apud Eborum, die confectionis præſentium, mutuò liberârunt: An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 4.

Et in Centum quadraginta & octo Libris, Treſdecim Solidis, & Octo Denariis, quos, per Præceptum Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, diverſis Hominibus ſolverunt, ſicut per diverſas Litteras & Indenturas, quas iidem Mercatores præfato Theſaurario noſtro liberârunt, pleniùs apparet;

De quibus quidem Summis præfatis Mercatoribus Mille Marcas, de Exitibus, tàm veteris & novæ Cuſtumarum, quàm de præſtito, vobis faciendo, in Portu Villæ noſtræ Suthampton; & reſiduas, Centum quadraginta & octo Libras, Treſdecim Solidos, & Octo Denarios, de Exitibus, tàm veteris & Novæ Cuſtumarum,

Digitized by Google

p. 2. Et,

m. 16. dorſo. Ruptis proditionaliter Treugarum vinculis, tempore Domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, inter Populos Angliæ & Scotiæ initis, & Juramento firmatis,

Congregato magno Exercitu, Regnum noſtrum hoſtiliter pluries ſunt ingreſſi, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Mala innumera perpetrando:

Qualiter etiam, ad refrænandum ipſorum Audaciam, ad partes Marchiæ Scotiæ prædictæ, congregato magno Exercitu, declinavimus, ut ipſos Inimicos potenter & viriliter proſequamur, vobis incognitum non exiſtit.

Et quia dicti Inimici, dùm per nos & Exercitum noſtrum, in Parco de Stanhop, quatinùs fieri poterit, circumdati fuiſſent, nocanter & latenter, ut Devicti, de Parco prædicto evaſerunt, & ad partes ſuas ſunt regreſſi, nonnullis eorum per quoſdam de noſtro Exercitu inſecutis & interfectis, &, ut nobis relatum eſt, iteratò ſe congregare, & Regnum noſtrum ingredi proponunt, ad Mala, quæ poterunt, perpetranda:

Propter quod, tàm ſuper Defenſione & Cuſtodiâ Regni noſtri contra Agreſſus dictorum Inimicorum, quàm ſuper aliis arduis negotiis, Nos & ſtatum Regni noſtri tangentibus, vobiſcum & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus Regni noſtri, apud Lincolniam, in Craſtino Exaltationis ſanctæ Crucis, proximò futuro, Colloquium haberi ordinavimus & Tractatum;

Vobis mandamus, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, dictis Die & Loco, perſonaliter interſitis nobiſcum (ſi intereſſe poſſumus) ſeu, interveniente Impedimento, Deputandis a nobis, ſuper Defenſione & Cuſtodiâ, ac aliis Negotiis ſupradictis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri:

Et præmuniatis Priorem & Capitulum Eccleſiæ veſtræ Cantuarienſis, Archidiaconos, totumque Clerum veſtræ Dioceſis, quòd iidem, Prior & Archidiaconi, in propriis perſonis ſuis, dictumque Capitulum per unum, idemque Clerus per duos Procuratores idoneos, plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſis Capitulo & Clero habentes, dictis die & loco interſint, ad faciendum & conſentiendum hiis, quæ tunc in Communi Concilio (Divinâ favente Clementiâ) ordinari contigerit ſuper negotiis antedictis; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Stanhope, ſeptimo die Auguſti, anno primo Regni noſtri.

---

*IV. 302.

* *De non inferendo dampnum hominibus Regis Franciæ.*

Ann. D. 1327. REX, dilecto & fideli ſuo, Bartholomæo de Burgherſh, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 17. d. Quia intelleximus quòd diverſi Homines, de Portubus prædictis, Armatâ Potentiâ, cum Navigio diverſo ad transfretandum verſus partes Normanniæ & alibi, ſupra Poteſtatem & Dominium Regis Franciæ, ſe parant, ad Mala & Deſtructiones, quæ poterunt, inhibi facienda;

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd in ſingulis locis, in Ballivâ veſtrâ, ubi expedire videritis, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi faciatis, ne qui, cujuſcumque ſtatûs vel conditionis exiſtant, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, ſupra gentes dicti Regis Franciæ, in partibus prædictis, aut alibi, quicquam attemptare præſumant, per quod materia Guerræ ſeu Diſſenſionis inter Nos & dictum Regem Franciæ oriri valeat quovis modo.

Teſte Rege apud Stanhope, octavo die Auguſti.

Nos enim, qui, more Progenitorum noſtrorum, Apoſtolicis Beneplacitis deſideramus, pro viribus, complacere, eundem Comitem amicabiliter ducere proponimus, ut, ſi forſan aliquas Promiſſiones aliquibus, in Rebellionem contra Sanctam Romanam Eccleſiam perſiſtentibus, fecerit, juxta veſtræ Paternitatis monita, ab eis reſiliet, & utetur Conſilio ſaniori.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, decimo quinto die Auguſti.

---

* *Pro Archiepiſcopo Middenſi, de omnibus in Papa Literis, Coronæ prejudicialibus, renunciandis.* *IV. 303.

REX dilectis & fidelibus ſuis, Juſticiario, Cancellario, & Theſaurario, ſuis Hiberniæ, Salutem. Ann. D. 1327.

Cùm Dominus J. Summus Pontifex, Venerabilem Patrem, Johannem, nuper Epiſcopum Middenſem, a vinculo, quo eidem Middenſi Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum ad Eccleſiam Caſſellenſem tranſtulerit, eumque in Archiepiſcopum ejuſdem loci præfecerit & Paſtorem, ſicut intelligi nobis datur: An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. m. 2. p. 2.

Et nobis, ex parte veſtrâ, ſit ſupplicatum, ut,

Cùm idem Archiepiſcopus magnum locum nobis teneat in Terrâ prædictâ, nec expediens eſſet quòd ſe a Terrâ illâ abſentaret hiis diebus,

Per finem rationabilem, ab eodem Archiepiſcopo ad opus noſtrum recipiendum, concedere velimus alicui, de noſtris Fidelibus, de Terrâ illâ, Poteſtatem recipiendi, noſtro nomine, Fidelitatem ejuſdem Archiepiſcopi, nobis debitam, in hac parte, & Temporalia Archiepiſcopatûs illius reſtituendi eidem;

Nos,

Ad bonum Geſtum prædicti Archiepiſcopi, erga nos & noſtros, in Terrâ prædictâ, conſiderationem habentes, ac volentes ipſi, eo prætextu, hac vice gratiam facere ſpecialem,

Vobis mandamus quòd,

Receptis, ab eodem Archiepiſcopo, Litteris Summi Pontificis, nobis indè directis, eiſque viſis, & diligenter examinatis, ſi eas ſufficientes inveneritis, tunc, recepto ab eodem Archiepiſcopo rationabili Fine, prout juxta Diſcretiones veſtras fore videritis faciendum,

Vos, præfate Juſticiarie, Fidelitatem ejuſdem Archiepiſcopi, nobis debitam, recipiatis, & ei, Temporalia Archiepiſcopatûs illius, prout moris eſt, reſtitui faciatis:

Proviſo tamen, quòd, ſi quæ verba, Nobis, & Coronæ noſtræ, prejudicialia, in dictis Litteris Apoſtolicis contineantur, tunc idem Archiepiſcopus, in præſentia alicujus Notarii, eiſdem verbis, palàm & expreſsè, renunciet, & Se Temporalia prædicta, ex merâ liberalitate noſtrâ, recipere fateatur; & inde fieri facietis Publicum Inſtrumentum.

Teſte Rege apud Eborum, decimo quinto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Pro Johanne de Hanonia, de Satisfactione ſuper Vadiis & Reſtauro.

Ann. D. 1327.

REX, Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm teneamur, dilecto & fideli noſtro, Johanni de Hanoniâ, Domino de Beaumond, pro Vadiis ſuis & Hominum ad Arma de Comitivâ ſuâ, qui ad Nos pro Guerrâ noſtrâ Scotiæ nuper venerunt, & pro Reſtauro Equorum ſuorum, in Quatuor Millibus Librarum, quas apud Weſtmonaſterium eidem Johanni ſolvi promiſimus bonâ fide, An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 14.

Nos,

Digitized by Google

noniâ, aut Hominibus ſuis prædictis, in Perſonis, aut Rebus eorum, Dampnum, Injuriam, ſeu Gravamen, inferre præſumat; & ſi quid eis, ſeu eorum alicui, foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, facietis emendari, eiſque ſalvum & ſecurum Conductum, quotiens opus fuerit, & per præfatum Johannem de Inſula fueritis requiſiti, habere faciatis.

In cujus, &c. uſque Feſtum Sancti Michaelis proximò fururum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Super Attemptatis, Caſtrum de Berkele, & Edwardum nuper Regem, contingentibus.

Ann. D. REX Vicecomiti Oxoniæ, Salutem.
1327. Cùm, ut accepimus, Willielmus de Aylemere, coram di-
An. 1. lecto & fideli noſtro, Thomâ de Berkele (quem aſſignavimus Con-
E. 3. ſervatorem Pacis noſtræ in Comitatu tuo & Gloceſtriâ) ſit Indi-
Clauſ. 1. ctatus de Conſenſu & Abetto ad deprædandum Caſtrum de Ber-
E. 3. kele, & ad rapiendum Dominum E. de Carnarvan, nuper Regem
p. 2. Angliæ, Patrem noſtrum, & ad levandum Populum noſtrum de
m. 16. Guerrâ contra Nos, & eâ occaſione Captus, & in Priſonâ noſtrâ Oxoniæ ſit detentus;

Ac ex parte ipſius Willielmi nobis ſit ſupplicatum ut, cùm ipſe, ſuper præmiſſis, prout Curia noſtra conſideraverit, paratus ſit ſtare Juri, velimus Deliberationi Priſonæ prædictæ de eo faciendo commodè providere:

Nolentes ipſum Willielmum per Priſonam indebitè fatigari, tibi præcipimus quòd,

Si prædictus Willielmus invenerit tibi ſufficientes Manucaptores, qui eum manucapiant, videlicet, quilibet eorum Corpus pro Corpore, habere coram nobis in Octabis Sancti Michaelis, ubicumque tunc fuerimus in Angliâ, ad faciendum & recipiendum quod Curia noſtra conſideraverit in hac parte,

Tunc ipſum Willielmum a Priſonâ prædictâ interim deliberari facias per Manucaptionem ſupradictam; & habeas ibi nomina Manucaptorum illorum, necnon Cauſam captionis & detentionis prædictarum, ac Indictamenta indè (ſi quæ penes te habeantur) & hoc Breve;

Mandavimus enim præfato Thomæ, quòd Indictamentum prædictum, cum omnibus illud tangentibus, nobis, ſub Sigillo ſuo, diſtinctè & apertè, mittat ad diem prædictum.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo die Auguſti.

Et mandatum eſt eidem Thomæ quod mittat Indictamentum, ad diem prædictum, ſub eâdem datâ, mutatis mutandis.

• IV. 305.

Ann. D. * *Ad Papam, de Proceſſibus, in Curia Romana, ad*
1327. *turbationem & ſcandalum totius Regni, uſurpatis.*

An. 1.
E. 3. PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.
Rom. 1. * Quò in ſuſcepto Regimine obſequentium miniſteria nobis
E. 3. utiliora cognoſcimus, & per illorum laborioſam Solicitudinem,
m. 3. noſtris incumbentem humeris, importabilis Gravedinem oneris le-

ſuperium, ſeu deterri a proſecutione Juris ſui; ſet potius hujuſmodi Malignantium calumpnias, vigore juſtitiæ, taliter jubere dignemini cohiberi, quòd, eorum exemplo, in noſtri injuriâ alii conſimilia proponere non præſumant: ſicque eidem Clerico noſtro, in opportunitatibus, juxta ipſius exigentiam laudabilium meritorum, Apoſtolicæ Munificentiæ Sinum pandere, in exhibitione gratiæ & favoris, quòd has preces noſtras fructuoſas ſentire valeat, & ipſius opinio, cum noſtri decore, providente veſtrâ Clementiâ, non lædatur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, viceſimo die Auguſti.

De Proceſſibus prædictis, ad Cardinalem Sanctorum Marcellini & Petri. Ann. D.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ tituli San- 1327.
ctorum Marcellini & Petri Preſbitero Cardinali, Amico ſuo, *An.* 1.
&c. Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. *E.* 3.
Referente dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Henrico de Clif, *Ibid.*
didicimus quòd * ipſius negotia, in Romanâ Curiâ pendentia, • IV. 306.
noſtro interventu rogaminum, habuiſtis ſpecialiter recommendata, & Procuratoribus ſuis, in proſecutione eorumdem, favoribus & gratiis benivolè aſſtitiſtis; de quo Dilectioni veſtræ Grates & Gratias referimus multiformes.

Et quia nobis relatum eſt, quòd quidam Malivoli eidem Clerico noſtro, falsò & temerariè, non ſine noſtri injuriâ, objecerunt quòd ipſe majoris Excommunicationis Sententiâ innodatur, ex eo quod quandam Litteram Regiam feciſſe, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Nos, advertentes exceptionem hujuſmodi, ſi admitteretur, in noſtri Vituperium & Exhæredationem Regiæ Dignitatis noſtræ, necnon Turbationem & Scandalum totius Regni noſtri, redundare, Paternitati veſtræ,

De quâ, præ cæteris, confidimus quòd, pro conſervatione honoris Regii, & defenſione Statûs Regni noſtri, velitis cum efficacia interponere partes veſtras,

Totis affectibus ſupplicamus, quatinùs, juxta præconceptam Benivolentiam, pro præfato Clerico noſtro (cujus Honorem & Commodum, ſuis exigentibus meritis, corditer affectamus) nè, prætextu Objectionis hujuſmodi, ſeu alterius, fictæ & fabricatæ, ac carentis primordio veritatis, in proſecutione Juris ſui differatur, penes Dominum Summum Pontificem (cui ſuper hoc ſcribimus) veſtrum impendere velitis Conſilium & Juvamen, ita, ſi placet, quòd, veſtro mediante præſidio, idem Clericus noſter, ſuper dicto negotio, celerem (ut optamus) conſequatur effectum.

Dat. apud Eborum, viceſimo die Auguſti.

De memoratis Proceſſibus.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Epiſcopo Ann. D.
Sabinenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Rex, &c. 1327.
Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. *An.* 1.
Efficit ſinceræ dilectionis affectio, quâ perſonam, dilecti Cleri- *E.* 3.
ci noſtri, Magiſtri Henrici de Clif, proſequimur, labores aſſiduos, *Ibid.*
quos in noſtris & Regni noſtri negotiis indies ſuſtinet, contem-

plando,

Digitized by Google

Verùm, quia tertio eſtis Conſanguinitatis gradu conjuncti, dictum Matrimonium * contrahere non poteſtis, Diſpenſatione ſuper hoc Apoſtolicâ non obtentâ.

* IV. 307.

Quare nobis, pro parte veſtrâ, & Reginæ, & Comitis, prædictorum, fuit humiliter ſupplicatum ut, cùm Contractus hujuſmodi (ſi fiat) Robur & Stabilimentum præfati Regni reſpiciat, providere vobis, ſuper hoc, de oportunæ Diſpenſationis beneficio dignaremur.

Nos itaque, qui tuum, præfate Fili, & Regni tui Statum proſperum & tranquillum, præcipuâ benivolentiâ, affectamus, pro tuo, & Regni tui, Robore, ac bono Publico, quod exinde ſperamus, annuente Domino, provenire, tàm eorumdem, Reginæ & Comitis, quàm utriuſque veſtrûm, ſupplicationibus inclinati, vobiſcum ut, impedimento, quod ex dictâ Conſanguinitate provenit, aliquatenus non obſtante, hujuſmodi Matrimonium invicem contrahere liberè valeatis, auctoritate Apoſtolicâ, de ſpeciali gratiâ, diſpenſamus; Prolem, ſuſcipiendam ex hujuſmodi Matrimonio, legitimam nunciantes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtræ Diſpenſationis & Nunciationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Avinion. tertio Kal. Septembris, Pontificatûs noſtri anno undecimo.

Super Plicam Jo. de Flor.

Sub filis ſericis, flavi rubeique coloris.

Ad Comitem Hollandiæ, de emendis Mercatoribus faciendis.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Claus. 1. E. 3. p. 2. m. 15. d.

REX, Nobili Viro, & Domino, W. Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ Comiti, ac Domino Friſiæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Gravem, dilectorum nobis, Henrici le Palmere de Lincolniâ, Civis & Mercatoris Civitatis noſtræ Londoniæ, & diverſorum aliorum Civium ejuſdem Civitatis, ac, dilecti Mercatoris noſtri, Nicholai de Caſtre, de Magnâ Jernemutâ, querimoniam recepimus,

Continentem quòd,

Cùm idem Henricus nuper quandam Navem prædicti Nicholai, vocatam le Chriſtemeſſe, de Magnâ Jernemutâ, apud Villam noſtram Novi Caſtri ſuper Tynam, nomine ſuo, & Civium noſtrorum prædictorum, tùnc nobiſcum, in Guerrâ noſtrâ Scotiæ, exiſtentium, frettâſſet, pro diverſis Victualium generibus, & aliis bonis ſuis, uſque Civitatem noſtram Eborum ducendis, ad commodum ſuum inde faciendum,

Quidam Malefactores,

De Villis de Ciriſee, Caumfer, Flyſſinge, Merlande, Brele, Dordragh, & le Newhaven, in Seland, Armuch, le Maſe, Cacche, Cortekyn, & aliundè, de veſtro Dominio & Poteſtate, aggregatâ ſupra Mare multitudine Navium guerrinarum,

Dictam Navem,

Victualibus & aliis bonis prædictis carcatam, velando ſupra Mare, ante Portum in de Hertelpole, prædictis, Henrico, & Nicholao, ac Marinariis, in eadem Nave exiſtentibus, timore mortis, eis illico inferendæ, in quodam Batello ad Terram evadentibus,

Armatâ potentiâ ingreſſi fuerunt, & Victualia prædicta, ad valentiam quaterviginti & quindecim Librarum, & undecim Solidorum, ac Armaturas, & alia Bona ipſorum Civium, ad valentiam centum Librarum, necnon duo Dolia Vini, pretii ſex Librarum;

Zelus nos movet pulcritudinis Domûs Dei, & ad id ſincera Devotio nos compellit, ut ea Pater Sanctiſſime veſtræ Beatitudini ſinceriter ſuggeramus, eaque efflagitemus humiliter fieri & concedi, per quæ & honori univerſalis Eccleſiæ, ac Statui tranquillo & proſpero Regni noſtri, creditur ſalubriter provideri.

1327. An. 1. E. 3. Rom. 1. E. 3. m. 2.

Sanè, vacante nuper Wygornienſi Eccleſiâ, per mortem, bonæ memoriæ, Thomæ, olim Epiſcopi illius, Prior & Conventus ejuſdem Eccleſiæ, petitâ a nobis eligendi licentiâ, prout moris eſt, & optentâ, die, ad Electionem de futuro Pontifice celebrandam ſtatuto, convenientes in unum, Religioſum virum, Fratrem Wolſtanum, Priorem loci illius, in ſuum elegerunt Epiſcopum concorditer & Paſtorem: cui quidem Electioni Nos ſubſequenter Regium Aſſenſum adhibuimus & Favorem; idemque Electus, pro confirmatione Electionis hujuſmodi, penes, Venerabilem Patrem —— Archiepiſcopum Cantuarienſem, loci Metropolitanum, ac Conſecrationis munere optinendo, ſecundum Juris exigentiam, jam proſequitur, prout decet.

Verùm, quia ab aliquibus, non abſque gravi murmure, eſt relatum quòd prædicta Electio, tam ritè & concorditer celebrata, prætextu Reſervationis (quam per Sedem Apoſtolicam aſſerunt inde factam eſſe) effectum debitum minimè ſortietur (de quo nonnulli Magnates, & alii, plurimùm conturbantur) Nos,

Ad virtutum merita, quibus præfatus Electus multipliciter inſignitur, & ad bonum ipſius Regimen in Prioratu prædicto, necnon ad laudabilis Famæ ſuæ præconium, & ejus circumſpectam Induſtriam, noſtræ conſiderationis intuitus dirigentes, ac ſperantes, per ipſius probitatis Solertiam (ſi facta de ipſo Electio effectui mancipetur) in diſponendis Regni noſtri negotiis, noſtram imbecillitatem poſſe fulciri præſidiis, & in oportunitatibus ſupportari,

Conſiderantes etiam quæ & quanta nobis & Regno noſtro, Progenitorum noſtrorum temporibus, nota intulerunt Diſpendia quorumdam indiſcreta regimina Prælatorum,

Sanctitati veſtræ devotis affectibus ſupplicamus, quatinùs, diſſimulato, ſi placet, Reſervationis rigore (ſi quæ forſan Electionem præceſſerit antedictam) æquanimiter pati dignemini ut præfatus Electus (quem virum novimus Religione probatum, Devotione conſpicuum, Litterarum ſcientiâ præditum, & in agendis quibuſlibet providum & diſcretum) ad honorem aſcendere valeat, ad quem ſic canonicè eſt vocatus; nec ſinat veſtra Clementia ipſum aliquorum Inhibitionibus ſuper hoc indebitè perturbari.

Speramus etenim quòd prædicta Eccleſia, ſub ipſius regimine, divino ſibi aſſiſtente præſidio, ſalutaria incrementa ſuſcipiet, ac noſtra & Regni noſtri negotia, per ejus maturitatem conſilii, providè diſponentur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Notingh. ſexto die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Cardinales, pro præfato Electo.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Habet, de veſtræ Dilectionis fœcunditate, plenam fiduciam conſideratio * noſtræ mentis, quòd in hiis, quæ honorem concernunt Univerſalis Eccleſiæ, Regnique noſtri Tranquillitatem muniunt, pro noſtris complendis deſideriis, libenti velitis animo opem ferre, & in oportunitatibus interponere, cum efficaciâ, partes veſtras.

* IV. 309.

Sanè, *&c. uſque ibi*, indiſcreta Regimina Prælatorum, Domino Summo Pontifici, per alias Litteras noſtras, duximus ſupplicandum,

Digitized by Google

Ann. D. REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Andreæ Sapiti, Salutem.
1327. Cùm, religioſus Vir, & nobis in Chriſto dilectus, Frater
An. 1. Wolſtanus, Prior Wygorniæ, in Epiſcopum loci illius canonicè
E. 3. & concorditèr ſit electus: & relatum ſit a nonnullis quòd Domi-
Rom. 1. nus Summus Pontifex de Epiſcopatu prædicto, prætextu Reſerva-
E. 3. tionis, per ipſum, ut dicitur, inde factæ, ordinare proponit; quod
m. 2. utique nobis, & toti Regno noſtro, ob prærogativam meritorum
ipſius Electi, plurimùm diſpliceret, cùm credamus ipſius Promo-
tionem ad Regimen Eccleſiæ ſupradictæ, nobis & eidem Regno
noſtro, ſucceſſivis temporibus, plurimùm profuturam:
Propter quod præfato Domino Summo Pontifici, & quibuſdam
Cardinalibus, Amicis noſtris, Litteras noſtras Supplicatorias direxi-
mus pro eodem Electo, ut non permittant ipſum, ſuper hujuſmo-
di Promotione ſuâ, indebite perturbari:
Vos igitur rogamus obnixè, in fide & dilectione, quibus nobis
tenemini, injungentes, quatinùs eaſdem Litteras noſtras dicto Do-
mino Summo Pontifici, & alias, quibus diriguntur, ſimul cum
Latore præſentium, præſentare curetis; &, ut hujuſmodi preces
noſtræ exaudiantur, omnem diligentiam & ſollicitudinem (quas
poteritis) ſicut de vobis confidimus, apponatis.
Dat. apud Notingh. ſexto die Septembris.

Conſimiles Litteras Regis habent cæteri Procuratores, *&c.*
Dat. ut ſupra.

---

* IV. 310. ** Pro Archiepiſcopo Eborum de Bajulatione Crucis.*

Ann. D. REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepi-
1327. ſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.
An. 1 Cùm nos quendam Tractatum, apud Lincolniam, in craſtino
E. 3. Exaltationis ſanctæ Crucis, proximò futuro, ſuper diverſis & arduis
Clauſ. 1. negotiis, Nos & ſtatum Regni noſtri ſpecialiter tangentibus, vo-
E. 3. biſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus Reg-
p. 2. ni noſtri, tenere diſpoſuerimus:
m. 15. d. Et mandaverimus, venerabili Patri, W. Eborum Archiepiſco-
po, Angliæ Primati, in fide & dilectione, quibus nobis tenetur,
firmiter injungentes, quòd, dictis die & loco, perſonaliter interſit
nobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus
prædictis (quibus ſimiliter ſuper hoc ſcripſimus) ſuper Negotiis il-
lis tractaturus, ſuumque Conſilium impenſurus:
Et jam nobis ſit relatum a nonnullis, quòd vos, & Miniſtri ve-
ſtri, ipſum Archiepiſcopum, ſuper Bajulatione Crucis ſuæ, ante
eum, in veſtrâ Cantuarienſi Provinciâ perturbare intenditis & gra-
vare prætextu diſſenſionum, inter vos & ipſum Archiepiſcopum,
veſtroſque & ipſius Prædeceſſores, ſuper hoc ab olim exortarum:
Nos, ſecuritati ipſius Archiepiſcopi volentes proſpicere, ut tene-
mur, recolentes etiam quòd dudum, in Parliamento, apud Ebo-
rum convocato, pro eo quòd, prætextu Diſſenſionum præmiſſa-
rum, tàm noſtris, quàm Progenitorum, temporibus, noſtra &
communia Regni noſtri negotia frequenter impedita fuerunt, in
veſtri ac dicti Archiepiſcopi præſentiâ concordatum fuit, quòd vos
ad Parliamenta & Tractatus, pro negotiis noſtris, in Provincia
Eborum, & quod idem Archiepiſcopus Eborum, ad hujuſmodi
Parliamenta & Tractatus in Provinciâ veſtrâ tenenda abſque impe-
dimento vobis, ſeu veſtris, per dictum Archiepiſcopum Eborum,
ſeu ſibi, vel ſuis, per vos aut veſtros, inferendo veniretis;
Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd præfato Archiepi-
ſcopo Eborum, aut hominibus de familiâ ſuâ, in eundo uſque ad

omittas.
Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

** Pro Willielmo de Clynton, qui ſe poſuerat ad Vexillum.* * IV. 311.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, cùm Iſabella, Regina Angliæ, Mater noſtra 1327.
cariſſima, & nos, dùm in partibus tranſmarinis eramus, pro bono An. 1.
Servitio, quod, dilectus & fidelis noſter, Willielmus de Clynton E. 3.
eidem Matri noſtræ & Nobis impendit, & impenderet, eidem Pat. 1.
Willielmo, de Ducentis Libratis Terræ per annum, ad totam vi- E. 3.
tam ſuam habendis, promiſerimus providere: p. 3.
Ac idem Willielmus, ſub confidentiâ Promiſſionis hujuſmodi, m. 20.
Familiam ſuam ampliaverit, & ſe poſuit ad Vexillum:
Nos, Promiſſionem noſtram prædictam volentes adimplere, De-
dimus, & Conceſſimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, eidem
Willielmo Caſtrum, Manerium, & Hundredum de Halton, cum
pertinentiis, in Comitatu Ceſtriæ & Lancaſtriæ; Habenda, &
Tenenda, cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, ac
omnibus aliis, ad prædicta, Caſtrum, Manerium, & Hundre-
dum, qualitercumque ſpectantibus (Advocariis, ad eadem, Ca-
ſtrum, Manerium, & Hundredum, pertinentibus, dumtaxat ex-
ceptis) in valorem Centum & Viginti Libratarum Terræ per An-
num, in partem ſatisfactionis dictarum Ducentarum Libratarum
Terræ prædictarum, ad totam vitam ipſius Willielmi; vel quouſ-
que eidem Willielmo alibi de Terris & Tenementis, ad totam vi-
tam ſuam habendis, infra Regnum noſtrum, in locis competenti-
bus, ad valorem prædictum, fecerimus provideri.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Lincolniam, decimo octavo die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET mandatum eſt Ricardo Damory, Juſticiario Regis Ceſtriæ,
vel ejus Locum tenenti, quòd eidem Willielmo, vel ejus in
hâc parte Attornato, Caſtrum, Manerium, & Hundredum, præ-
dicta, cum pertinentiis (Advocariis prædictis exceptis) liberet ha-
benda, juxta tenorem Literarum Regis prædictarum.
Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus
aliis Tenentibus, de Caſtro, Manerio, & Hundredo, de
Halton, in Comitatu Ceſtriæ, quòd eidem Willielmo, de Servi-
tiis, & Redditibus ſuis, ratione Caſtri, Manerii, & Hundredi
prædictorum, debitis, intendentes ſint & reſpondentes.
In cujus, &c.
Teſte Rege ut ſupra.

Per idem Breve.

Ann. D. 1327.
** Pro Civibus Civitatis Ceſtriæ, de Pueris Obſidibus* An. 1.
deliberandis. E. 3.

REX, dilecto & fideli ſuo, Ricardo Damori, Juſticiario ſuo Clauſ. 1.
Ceſtriæ, Salutem. E. 3.
Spplicârunt nobis Cives Civitatis Ceſtriæ noſtræ ut, p. 2.
m. 11.

Cùm

Digitized by Google

m. 22.

xerit ad viſum Inimicorum noſtrorum prædictorum, in loco Duro & Sicco, juxta Proclamationem prædictam;

Volentes Proclamationem illam, & Promiſſionem noſtram, in hac parte, adimpleri, Conceſſimus eidem Thomæ Centum Libras per Annum, percipiendas ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales portiones, quouſque dicto Thomæ providerimus de Centum Libratis Terræ per annum, habendis ad terminum vitæ ſuæ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Lincolniam, viceſimo octavo die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Anniverſario pro Anima Edwardi nuper Regis.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 11. dor.

OMnibus, hanc Cartam viſuris, vel audituris, Abbas & Conventus de Crokeſden, Salutem in Domino ſempiternam.

Noveritis Nos, unanimi aſſenſu, Reddidiſſe, Conceſſiſſe, & de nobis & Succeſſoribus noſtris imperpetuùm quietè Clamaſſe, Excellentiſſimo Principi & Domino noſtro, Domiuo Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, Quatuor Solidatas Redditûs, exeuntes de duobus Meſuagiis (quorum Rogerus Hamond tenet unum, & Matilda, quæ fuit Uxor Rogeri Page, tenet alterum) in Villa de Briggenorth, de nobis, ut de jure Eccleſiæ noſtræ, habendas, & Tenendas, eidem Domino noſtro Edwardo, & Hæredibus ſuis, imperpetuùm,

In Eſcambium pro duabus Solidatis Redditûs, exeuntibus de duobus Meſuagiis, & unâ Hidâ terræ (quæ Radulpus Fremon & Henricus Fremon tenent, in Villâ de Oke, de dicto Domino noſtro Edwardo, per Servitium duorum Solidorum per Annum, & de veniendo bis per Annum ad Viſum Franciplegii in Curiâ dicti Domini noſtri Edwardi) de Tetenhal, pro omni Servitio.

Quas quidem duas Solidatas Redditûs idem Dominus noſter Edwardus nobis, per Cartam ſuam, dedit & conceſſit in Eſcambium ſupradictum:

Et Nos prædicti, Abbas & Conventus, & Succeſſores noſtri, inveniemus & ſuſtentabimus, ſingulis annis, ultra prædictas Quatuor Solidatas Redditûs, eidem Domino noſtro Edwardo, ſic datas & conceſſas, quoddam Anniverſarium, in die Sancti Mathæi Apoſtoli, pro Animâ, celebris memoriæ, Domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, Patris Domini noſtri Regis Edwardi prædicti, & pro Animabus omnium Progenitorum ſuorum imperpetuùm:

Et prædictas Quatuor Solidatas Redditûs, in Briggenorth, dicto Domino noſtro Edwardo, & Hæredibus ſuis, imperpetuùm Warantizabimus; & obligamus Nos, & Succeſſores noſtros, in omnia Terras & Tenementa noſtra, in dictâ Villâ de Briggenorth, & alibi, ad prædictas Quatuor Solidatas Redditûs, dicto Domino noſtro Regi, & Hæredibus ſuis, annuatim ſolvendas quotiens Redditus ille, de Tenentibus Meſuagiorum illorum, levari non poterit.

In cujus rei Teſtimonium huic præſenti Cartæ commune Sigillum noſtrum oppoſuimus.

* IV. 313.

* Hiis teſtibus, Dominis,

Johanne de Hynkel, tunc Vicecomite Stafford, & Salop.
Thomâ de Furnival juniore.
Radulpho Baſſet de Weldon,
Nicholao de Langeford,
Willielmo de Stafford,
Thoma de Barenclon,
Et aliis.

Pro Rege de Poteſtate ad Sponſalia contrahenda.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 3. m. 15.

REX univerſis & ſingulis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos, de fidelitate & circumſpectionis induſtriâ, venerabilis Patris, R. Coventrenſis & Lichfeldenſis Epiſcopi, plenam fiduciam reportantes, eundem Epiſcopum facimus & conſtituimus noſtrum verum & legitimum Procuratorem, ac Nuncium ſpecialem:

Dantes eidem plenam & liberam Poteſtatem ac ſpeciale Mandatum contrahendi, noſtro nomine, & pro nobis, Sponſalia cum, nobili Domicellâ, Philippâ, Filiâ Nobilis viri, Willielmi Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ Comitis, ac Domini Friſiæ: & eadem ſponſalia quacumque firmitate vallandi: Dotem ſeu Dotalitium eidem Philippæ conſtituendi; & omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria, vel oportuna, fuerint, faciendi;

Promittentes nos firmum & ſtabile habituros quicquid, per eundem Epiſcopum actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Notingham, Octavo die Octobris.

Conſimiles Literæ de Sponſalibus per verba de præſenti contrahendis.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Ibid.

REX univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos, de fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, venerabilis Patris, R. Coventrenſis & Lichfeldenſis Epiſcopi, plenariè confidentes, ipſum noſtrum verum & legitimum Procuratorem, & Nuncium ſpecialem, facimus & conſtituimus per præſentes:

Dantes ei plenam poteſtatem & mandatum ſpeciale, ſponſalia, ſeu Matrimonium, * per verba de præſenti, pro nobis & noſtro nomine, cum, nobili Domicellâ, Philippâ, Filiâ nobilis Viri, Willielmi Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ, Comitis, ac Domini Friſiæ, contrahendi: & ea, quæ ſic conceſſa & concordata fuerint, quacumque firmitate vallandi: Dotem ſeu Dotalitium eidem Philippæ conſtituendi; & omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria vel oportuna fuerint, faciendi; * IV. 314.

Promittentes, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

De tractando ſuper Pace inter Regem & Nobiles de Scotia.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Scot. 1. E. 3. m. 2.

De fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ, dilecti Conſanguinei & Fidelis noſtri, Henrici de Percy, & Willielmi de Denum, plenam fiduciam reportantes,

Ad tractandum cum Magnatibus & Nobilibus de Terrâ Scotiæ, ſuper finali Pace & Concordiâ, inter Nos, & noſtros Subditos, ex parte unâ, ac ipſos Magnates & Nobiles, cæteroſque de Scotiâ, ex alterâ, ſuper Guerris & Diſcordiis, hinc indè motis, ineundis:

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis oportuna & neceſſaria fuerint faciendum, præfatis, Henrico & Willielmo, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per prædictos, Henricum & Willielmum, Actum, ſeu Geſtum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In

Digitized by Google

...faciendis, iis conſulentes & auxiliantes, non inferentes
* IV. 315. eis, cum ipſi per vos tranſitum * fecerint, ex hâc causâ, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittentes Injuriam, &c. ſeu gravamen; & ſi quid eis, &c. id eis, &c.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Notingham, decimo ſexto die Octobris.

De liberatione, extra Virgam, pro Magnatibus, ad Parliamentum venientibus, facienda.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Pat.* 1. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 17.

REX, Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Cùm Parliamentum noſtrum apud Novam Sarum, ad præſens, teneamus, & quamplures Prælati & Magnates ibidem jam convenerint, & quamplures alii ibidem adhuc ſint venturi, pro tractatu habendo ſuper magnis & arduis negotiis, quæ contingunt intimè Nos & Statum Regni noſtri:

Nos,

Nè diutina mora eorum & aliorum Magnatum prædictorum, in dictis partibus, Populo noſtro partium illarum nimis oneroſa exiſtat, quatenùs poterimus, providere volentes,

Ordinavimus quòd Seneſcallus & Mareſcallus Hoſpitii noſtri Liberationes, pro Equis noſtris, ac aliorum Prælatorum, & Magnatum prædictorum faciant infra Triginta Leucas a Civitate prædictâ circumquaque;

Ita tamen quòd aliqui Fœna, Avenas, ſeu alia Victualia quæcumque, non capiant abſque Grato faciendo illis, quorum Fœna, Avenæ, & Victualia hujuſmodi, fuerint, ſub foriſfacturâ quæ incumbit:

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Seneſcallo & Mareſcallo, in præmiſſis, ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, quotiens & quando per ipſos, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus, &c. quamdiu nos & præfatos Magnates, ad locum prædictum, ex causâ prædictâ, moram facere contigerit, duraturas.

Teſte Rege apud Novam Sarum, viceſimo die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Bulla contra Hæreticos qui dogmatizant & prædicant Suprematum eſſe in Cæſare & non in Papa.

Ann. D. 1327. *An.* 1. *E.* 3. *Ex Autogr. in Bibl. Cotton.*

JOhannes Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Wigornienſi, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Certum proceſſum, per quem nonnullos, peſſimos Errores & Hæreſes, quos dampnati Hæretici, Marſilius de Padua, & Johannes de Janduno, dogmitizare ac prædicare publicè, tàm in Bavaria, quàm aliis locis pluribus & diverſis, præſumpſerant, necnon & ipſos Hæreticos, reprobavimus, & ſententialiter duximus condempnandos, pridem, de Fratrum noſtrorum conſilio præſente multitudine copioſâ fidelium, habuimus; cujus tenor ſequitur, in hunc modum:

Et licet tam cum Fratribus noſtris, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quàm cum multis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum Prælatis, necnon & cum pluribus Sacræ Theologiæ Magiſtris, ac utriuſque Juris Profeſſoribus, deliberationem ſuper ipſis Articulis præhabuerimus diligentem,

Ex quorum Deliberatione apertè convincitur, quòd Errores Articulorum ipſorum ſunt adeo manifeſti, quod quicquid ad eorum manifeſtationem addicitur, fruſtra adici videatur, & quaſi Sol Facibus adjuvari,

Ut tamen minus periti promptius illos percipere valeant & vitare, quædam, ad ipſos declarandos Errores, perfunctoriè ſatis, de Fratrum eorumdem conſilio, præſentibus duximus inſerenda.

IN PRIMIS itaque iſti Viri Reprobi dogmitizare præſumunt, quòd illud, quod de Chriſto legitur in Evangelio beati Mathæi, quòd ipſe ſolvit Tributum Cæſari, quando ſtaterem, ſumptum ex ore Piſcis, illis, qui petebant Didragma, juſſit dari, hoc fecit non condeſcenſivè & liberalitate ſuæ pietatis, ſed neceſſitate coactus; quod utique Doctrinæ contradicit Evangelicæ, noſtrique Sententiæ Salvatoris.

Cùm enim, ſicut in eodem Evangelio legitur, Chriſtus interrogâſſet Petrum, a quibus Reges Terræ accipiunt Tributum, vel Cenſum? A Filiis ſuis? an ab Alienis? & Petrus reſpondiſſet quòd ab Alienis; ex hoc concludens Chriſtus Filios Regum eſſe liberos, dixit, ergo liberi ſunt Filii. Conſtat autem Chriſtum, ſecundum carnem, fuiſſe David Filium, juxta teſtimonium Angeli, ſic dicentis, dabit ei Dominus Sedem David Patris ejus, &c. &, per conſequens, quòd ipſe à ſolutione Tributi vel Cenſûs prorſus erat immunis.

Hoc etiam ex hoc patet quod ſtatim ſubjunxit, ut non ſcandalizemus eos, vade & da ſtaterem pro Me & pro Te eis; ubi evidenter patet quòd non, ut aſtrictus, ſed ut evitaret ſcandalum, Staterem Tributi Exactoribus juſſit ſolvi.

Ex prædicto autem Dicto ſuo nituntur concludere præfati Viri Reprobi, quod omnia Temporalia Eccleſiæ ſubſunt Imperatori, & ea poteſt accipere, velut ſua; videntur enim ſupponere quòd ex hoc, quòd Chriſtus Tributum ſolvit ex Debito, Res Temporales ejus Imperatori ſubeſſent, & per conſequens, quòd Res Eccleſiæ Temporales ſint Imperatori ſubjectæ, & eas poſſit recipere, velut ſuas.

Quæ quidem Concluſio nullatenus ex præmiſſis ſequitur, nec ſequi poteſt, etiam apparet; Cùm enim liqueat ex prædictis Chriſtum fuiſſe a ſolutione Tributi vel Cenſûs liberum & immunem, & Staterem non ſolviſſe ex Debito, ſet ut aliorum ſcandalum evitaret, nullo modo poteſt concludi quòd Res Chriſti, quales ſunt Res Eccleſiæ, ſubſint Imperatori.

Præthereà etiam, ſi Chriſtus Staterem ſolviſſet ex Debito, impertinenter concluderetur ex eo, quòd Res Chriſti, quales ſunt Res Eccleſiæ, ſubeſſent Imperatori; cùm Chriſtus non pro Rebus, ſed pro Perſonâ, Staterem ſolverit antedictum; quod patet ex eo, quod illum juſſit ſolvi pro Se & Petro modo prædicto, non pro Rebus ſuis & Bonis; undè non ſequitur quòd ex eo, quòd Perſona eſt Tributaria, Tributaria ſint & Bona; immo qui pro Perſonâ Tributum tenetur ſolvere, habere Bona libera & æqua.

Et, quia hæc patent falſa eſſe per Jura Imperialia manifeſtè, ſuperſedimus ſuper hoc plenius allegare.

SECUNDO, iſti Filii Belial dogmitizare præſumunt, quòd beatus

Digitized by Google

& Domeſtici Dei ſuperhædificati ſuper Fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo Summo Lapide Angulari Chriſto Jheſu, id eſt, quòd Fundamentum eſt Chriſtus Jheſus; tamen etiam Apoſtoli dicuntur Fundamentum, juxta illud Pſalmiſtæ, Fundamenta ejus, i. e. Eccleſiæ, in Montibus ſanctis.

Et, ſecundum hunc modum, Chriſtus videtur Petrum prædixiſſe futurum Eccleſiæ Fundamentum, cùm dixit, tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

Undè, ſicut Chriſtus dicitur Sanctus Sanctorum, Rex Regum, Dominus Dominantium, ſic, ſimilitudinariè, Paſtor Paſtorum, & Caput Capitum, & Fundamentum Fundamentorum Eccleſiæ poteſt dici.

Sic igitur, ex prædictis, patet quòd Petrus, ſecundum prædictum modum, Caput eſt Eccleſiæ & vocatur.

Et hoc videtur Chriſtus, in impoſitione nominis, deſignâſſe, dixit enim ſibi, ſicut legitur in Jo. tu vocaberis Cephas: Cephas autem Græcè interpretatur Caput Latinè; unde Conſtantinus Imperator, de Romanâ Eccleſiâ loquens, dicit, quòd Principatus Sacerdotum, & Chriſtianæ Religionis Caput, ab Imperatore cœleſti conſtitutus eſt Romæ.

Juſtinianus quoque, in quâdam Epiſtolâ, Johanni Papæ miſſâ, teſtatur hæc, dicens, Non patimur quicquam, quod ad Eccleſiam pertineat, quamvis manifeſtum & indubitatum ſit, quòd innovetur, ut non hoc S. V. quæ Caput eſt Eccleſiarum omnium, innoteſcat; etiam alibi ſic dicit, Summi Pontificatûs apicem apud Romanam Eccleſiam eſſe, ipſamque fore Sacerdotii Fontem, nemo eſt qui dubitet, id eſt, qui debet dubitare.

Ludovicus autem Imperator beatum Petrum Apoſtolorum Principem vocat.

Quòd autem Beatus Petrus plus, quam alii Apoſtoli, habuit Auctoritatis, ex prædictis etiam concluditur evidenter.

Certum eſt enim quòd major eſt auctoritas Paſtoris, quàm Gregis: Petrus autem totius Gregis dominici generalis conſtitutus eſt Paſtor, ut probatum eſt ſuperiùs, quod de nullo alio Apoſtolo poteſt dici.

Prætereà, conſtat quòd Major eſt non Limitata Auctoritas Limitatâ: omnes autem alii Apoſtoli receperunt limitatam Poteſtatem; ſive ſupra verum corpus Chriſti conficiendum, ſumendum, & aliis miniſtrandum; quæ quidem Auctoritas, ſeu Poteſtas, fuit, in cœnâ Domini, omnibus Apoſtolis attributa; & etiam illa, quam, poſt Reſurrectionem, Dominus ſupra corpus Miſticum dedit illis, dicens, Quorum remiſeritis peccata, Remiſſa ſunt, & quorum retinueritis, Retenta ſunt; ſive in Aſcenſione, quando
* IV. 318. dixit eis, Euntes ergo docete omnes * Gentes, baptizantes iu nomine Patris, &c. in Petro autem, ſine limitatione aliquâ, commiſit curam Dnminici Gregis, cùm ſibi dixit, Paſce Oves meas, paſce Agnos meos; Item, ſibi ſoli, ità quòd nulli alii ſingulariter dixit, Tibi dabo Claves Regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper Terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cœlis.

Hæc autem, in Sancto Lucæ Evangelio, Jheſus videtur ſatis congrue deſignâſſe, ubi, loquens Petro & aliis, dixit, Duc in altum, & relaxate Retia in capturam; ſoli enim Petro dixit, & nulli alii, duc in Altum, ſignificans quòd ad ipſum ſolum pertineret in Altum i. e. in Profundum diſputationum Fidei dubia diffinire: Sibi autem & aliis, quod ſequitur, dixit, Laxare Retia in capturam, quia omnes Apoſtolos conſtituit hujuſmodi Piſcatores, juxta illud, quod in Sancto Evangeli Marchi dixiſſe legitur Chriſtus, Venite poſt me, & faciam vos Hominum Piſcatores.

Hoc quoque, ſcilicet, quòd Petrus plus cæteris Apoſtolis receperit auctoritatis, apparet ex multis. quæ Jheſus ſibi, & de ipſo, aliis dixit, necnon & ex multis, quæ ipſum, poſt Aſcenſionem Domini, dixiſſe, & feciſſe, ſcriptura ſacra teſtatur.

tem; multo fortius injuſtum & inconveniens eſt cenſendum, quòd ad ipſum Imperatorem Papæ potuerit Inſtitutio pertinere; & idem patet dicendum eſſe de Græcis Imperatoribus, qui ſibi in Imperio ſucceſſerunt.

Quòd autem, ad Imperatores Latinos non pertinuerit, nec pertineat, Inſtitutio ſupradicta, patet;

Imperium enim per Papam a Græcis tranſlatum eſt in Latinos; nec plus juris in ipſos, quàm apud Græcos exiſteret, Papam, ipſum transferentem, legimus tranſtuliſſe: Græcis autem Imperatoribus, ut ex prædictis patet, talis non pertinebat Inſtitutio; quare nec pertinere poterit ad Latinos.

Et, ſi dicatur quod Papæ Inſtitutio ad Latinos Imperatores pertinet ex conceſſione, poſteà ipſis factâ per Summum Pontificem, vel Summos Pontifices, eſt dicendum quòd nulla Conceſſio, facta per Papam aliquem Imperatori ſeu Imperatoribus, debet intelligi quòd ipſi Imperatores Papam poſſent Electioni Summi Pontificis intereſſe: & quòd ſic Conceſſiones illæ intelligi debeant, ſatis ex eo, quod in quodam Capitulo legitur, ubi ſic dicitur, patet Verum, quia Imperatores quandoque, modum ſuum ignorantes, non in numero conſequentium, ſet potius diſtribuentium, immo exterminantium eſſe voluerunt, &c.

* Item, Querimonia Nunciorum Ludovici Imperatoris, quibus * IV. 319.
in urbe præſentibus, Electio de Papa Adriano ſecundo, ipſis non vocatis, extitit celebrata, hoc ſimiliter probat: conquerebantur enim, dicentes, quòd, cum præſentes eſſent, non fuerant invitati, nec obtatæ meruerunt Electioni futuri Præſulis intereſſe.

Adhuc, quia nonnulli Imperatores illo Privilegio abuſi fuerunt, & frequenter, in Hæreticorum prolapſi perfidiam, Catholicæ Matris Eccleſiæ unitatem fuerunt impugnare conati, Statuta Sanctorum Patrum contra eos, Sanctæ ut ſe Electioni Papæ non ingererent, prodierunt: ac, ut Anathematis innodarent vinculo, quiſquis eorum Suffragio Eccleſiam obtineret: nonnulli quoque Imperatores, ducti religioſæ mentis affectu, ex habundanti, ſupradicto renunciaverunt Privilegio, ut patet ex tenore Canonum, ſuper hoc conditorum, per quos, & non alios, probatur Conceſſio antedicta.

Prætereà, legant Homines iſti peſtiferi Yſtorias approbatas, quis unquam Papa Catholicus ab Imperatore inſtitutus fuerit? profectò credimus quòd nullum poterunt reperire: nec dubium, ſi ad eos talis pertinuiſſet Inſtitutio, quin poteſtate fuiſſent uſi hujuſmodi, & quin in Yſtoriis de Inſtitutione tali mentio haberetur.

Dicere autem Papæ inſtitutio, ſeu Punitio, ad Imperatorem pertineat, eſt erroneum & inſanum: quomodo enim ad Imperatorem pertinebat Papæ Deſtitutio? cùm ejus Inſtitutio ad eum non pertineat, ut ex prædictis patet; indè enim etiam ſecundum Jura Imperialia, Privatio debet procedere, undè Datio noſcitur proceſſiſſe.

Prætereà, quomodo Imperator Principem Clericorum deſtituere poterit, vel punire? cùm etiam, ſecundum Imperiales Leges, id in ſimplici Clerico nequeat exercere.

Audiant iſti homines perfidi quid circa hoc nonnulli Principes Catholici ſenſerint, & quid duxerint ſanciendum; Theodoſius quidem & Arcadius, Imperatores Catholici, expreſsè ſanxerunt quòd nullus Epiſcoporum, ſive eorum, qui Eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ad Ordinariorum, ſive Extraordinariorum, judicium pertrahantur; habent enim illi Judices ſuos, nec quicquam eis cum Legibus eſt commune.

Item, Imperator Conſtantinus, cùm querelam Clericorum quorundam, coram ſe deferendam, conſpiceret, dixit, vos a nemine Laicorum judicari poteſtis, qui Dei ſolius eſtis judicio reſervati; &, ſi dicatur, ſi ſolius Dei judicio reſervantur, ergo nec a Judicibus Eccleſiaſticis poterunt judicari, dicendum quòd immo ipſi quidem Pontifices Vicarii, licet differenter, ſint Chriſti; quia Pa-

Pa

Digitized by Google

loco dixit, Quid enim mali fecit? quaſi dicat, nichil invenio eum feciſſe mali: & alibi, pluries eiſdem Judæis inſtantibus quòd crucifigeret illum, dixit, Ego nullam in eo invenio cauſam mortis; quare ipſum de jure non potuit punire.

Si autem intelligunt quòd de Facto, & injuſtè punivit eum innocentem, ſicut & veritas ſe habet, tunc ex hoc non poſſunt concludere aliud, niſi quod Imperator Papam de facto poteſt interficere & injuſtè; quod utique non ſolum de Imperatore concedimus, ſed etiam de Privato, ſicut & plures Imperatores à privatis perſonis, & Summos Pontifices à non ſuis Judicibus (ſicut omnes Martures legimus) interemptos.

QUARTO, dicunt iſti vaniloqui, immo falſiloqui, quòd omnes Sacerdotes, ſive ſit Papa, ſive Archiepiſcopus, ſive Sacerdos ſimplex, ſunt, ex inſtitutione Chriſti, Auctoritatis & Juriſdictionis æqualis: quòd autem unus plus alio habeat, hoc eſt ſecundum quod Imperator concedit uni vel alii plus & minus: &, ſicut conceſſit alicui, ſic poteſt illud etiam revocare; quæ utique doctrinæ ſacræ obviant, & Hæreticam ſapiunt pravitatem.

Quòd enim Sacerdotum, ſimplicium, & non ſimplicium, ex ipſa Inſtitutione Chriſti, non exiſtat æqualis Poteſtas, patet tàm in hiis qui fuerunt in Teſtamento veteri, quàm in hiis qui fuerunt in Novo.

In veteri ſiquidem Teſtamento per Moyſen, ex præcepto Domini, Aaron in Summum Pontificem, filii vero ejus uncti fuerunt in ſimplices Sacerdotes; quorum poteſtas, ut patet, inæqualis extitit, quia ex ſimplicibus Sacerdotibus, velut ad ſuperioris Auctoritatis & Poteſtatis honorem, ad Pontificium ſunt aſſumpti: tuncque licebant quædam Pontifici, utpote in Sancta Sanctorum ingredi, quæ non licebant ſimplici Sacerdoti.

In novo verò Teſtamento Pontificum, & ſimplicium Sacerdotum, ab ipſo Chriſto, ex eo aſſumpſiſſe videtur exordium, quò Duodecim Apoſtolos (quorum typum gerunt Pontifices) ac lxxii. Diſcipulos inſtituit, quorum typum gerunt ſimplices Sacerdotes.

Conſtat autem ex multis, quæ de ipſis in ſanctis leguntur Evangeliis, quòd Apoſtolorum & Diſcipulorum Auctoritas diſpar fuit.

Adhuc, quòd Poteſtas aliorum quorumcunque Sacerdotum poteſtati Papæ par non ſit, nec æqualis, patet evidentiùs ex prædictis.

Quòd, aliorum Epiſcoporum, ſcilicet, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, par poteſtas nec ſit, nec fuerit, patet; inferior ſiquidem poteſtas Superiori non eſt par poteſtati.

Conſtat autem Patriarchas eſſe ſuperiores reſpectu Archiepiſcoporum, & Archiepiſcopos reſpectu Epiſcoporum, & Epiſcopos reſpectu ſimplicium Sacerdotum.

Et, ſi dicant iſti Homines Reprobi, quòd iſtorum Epiſcoporum diſtinctio ab Imperatore proceſſit, non à Chriſto, dicimus quòd immò proceſſit ab ipſo.

Ille enim, cujus auctoritate fit aliquid, illud feciſſe videtur: beatus autem Petrus, Chriſti Vicarius, & Gregis Dominici Caput, attendens quòd, aucto Grege, ſine ipſius augmentatione cuſtodiæ, Gregi non poterat ſalubriter provideri, auctum Gregem, poſt Aſcenſionem Domini, conſiderans, & aucturum ampliùs providens in futurum, gradus prædictarum Poteſtatum inſtituit & diſtinxit; Quare, cùm auctoritate Chriſti prædicta diſtinctio facta fuerit, Chriſto debet aſcribi.

Hanc autem poteſtatem daturam Eccleſiæ Poteſtas diu ante prædixerat, dicens, Pro Patribus nati ſunt tibi Filii, conſtitues eos Principes ſuper omnes Terras; ubi Patres Eccleſiæ vocat Apoſtolos, & filios Eccleſiæ fideles per Apoſtolos ipſos converſos; ubi, ſatis apertè, Eccleſiæ, i. e. ejus Paſtori, attributa poteſtas, intelli-

runt, licet effectus ſubſequatur, ſi uſi fuerunt, & ipſi ſunt ex hoc meritò puniendi; nullus autem aliorum Sacerdotum poteſtatem Papæ ligare vel ſuſpendere poteſt, quod etiam de aliis Superioribus & Inferioribus patet; ex quo ſequitur evidenter, quòd poteſtas eſſet Ordinis, ſuperiorum & inferiorum Sacerdotum, omnino par judicari non poteſt.

Concedimus tamen quòd, ſi ſine probatione aliquâ, Minores uſi fuerint hujuſmodi Ordinis poteſtate, puta Hoſtiam conſecrando, par ſequitur effectus; æquè enim, prolatis verbis illis, Hoc eſt corpus meum, &c. à ſimplici Sacerdote, fit Tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti, ſicut ſi ea Superior protuliſſet; quod ex eo contingere noſcitur, quia unus & idem eſt Sacerdos interior, videlicet Chriſtus, qui, prolatis verbis prædictis à Sacerdote quolibet, animo conſecrandi, Tranſubſtantionem hujuſmodi facit; & ideò non eſt mirum ſi par effectus ſequi debeat verbis prædictis à quocumque Sacerdote prolatis, cùm unus & idem Actor hujuſmodi eſſe noſcatur effectûs.

Adhuc iſti Blasfemi dicunt, quòd tota Eccleſia, ſimul juncta, nullum hominem punire poſſit punitione coactivâ, niſi concedat hoc Imperator; quod utique Doctrinæ evangelicæ noſcitur obviare.

Conſtat enim quòd, à Chriſto, Petro, &, in perſonâ Petri, Eccleſiæ, Poteſtas Coactiva conceſſa, vel ſaltem promiſſa extitit; quæ quidem Promiſſio fuit poſteà adimpleta cùm ſibi Chriſtus dixit, Quodcumque ligaveris ſuper Terram, &c. ligantur enim non ſolùm voluntarii, ſet inviti.

Adhuc conſtat, ſicut ibi legitur in Mathæo, quòd ſi aliquis dampnum alii indebitè dederit, illudque ad Mandatum Eccleſiæ noluerit emendare, quòd Eccleſia per poteſtatem, a Chriſto ſibi conceſſam, ipſum ad hoc per Excommunicationis Sententiam compellere poteſt; quæ quidem Poteſtas eſt utique Coactiva.

Circa quod eſt advertendum, quòd cùm Excommunicatio major nedum excommunicatum à perceptione Sacramentorum removeat, ſet etiam à Communione Fidelium ipſum Excommunicatum excludit, quòd corporalis etiam à Chriſto Coactio Eccleſiæ eſt permiſſa, cùm etiam, ſecundum Imperiales Leges, gravius reputetur inter Homines converſari, ipſorumque privari Suffragio, quàm ab Hominibus ſeparari; ex quo ſequitur poteſtatem Coactivam, non ab Imperatore Terreno, ſet ab ipſo Chriſto, fuiſſe originaliter Eccleſiam conſecutam.

Prætereà beatus Petrus, poſt Aſcenſionem Domini, in perſonam Ananiæ, & Safiræ, Uxoris ſuæ, ſine Imperiali conceſſione aliquâ, hac uſus eſt poteſtate; in quos, quia de Pretio agri, * Deo oblati, fraudaverant, mortis Sententiam promulgavit; quæ quidem Sententia non proceſſit de ipſorum Conjugum voluntate. * IV; 322,

Item, beatus Paulus, Elimas, Magum, Sergium Paulum a Fide querentem avertere, ad tempus luce corporale privavit; illum quoque Fornicatorem Corinthium in carnis interitum tradidit Sathanæ, ut ejus ſpiritus ſalvus eſſet.

Item, Corinthiis ſcribens, dixit idem Apoſtolus, Quid vultis? in virga ad vos veniam? an in caritate & in ſpiritu manſuetudinis? in quo ſatis expreſsè Coactivam poteſtatem ſuppoſuit ſe habere.

Item, ſcribens eiſdem, alibi dixit, arma militiæ noſtræ non ſunt Carnalia, ſet potentia Deo, i. e. à Deo conceſſa, ad deſtructionem Munitionum, Conſilia deſtruentes & omnem altitudinem, extollentem ſe adverſus Sententiam Dei, & ſequitur, in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam.

Ex quibus patet Paulum non ab Imperatore, ſet a Deo habuiſſe Poteſtatem etiam Coactivam, cujus contrarium Blasfemi præſumunt dicere ſupradicti.

ſum continentes eundem, in majoris Eccleſiæ Avinionen. appendi vel affigi Hoſtiis fecimus, quæ Proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicarent, ut pſi & aliii, quos Proceſſus ipſe tangebat, nullam poſſent excuſationem prætendere, quòd ad eos non perveniſſet, vel quòd ignoraſſent eundem, cùm non eſſet veriſimile quoad ipſos remanere incognitum vel occultum, quod publicabatur omnibus tàm patenter.

Volumus etiam, Auctoritate apoſtolicâ decernentes, quod idem Proceſſus per dictos Citatos apprehenderetur & artaret, quia ad eos, moram trahentes cum dicto Ludovico, tutus non patebat Acceſſus, ac ſi eis inſinuatus perſonaliter & publicatus ſolemniter extitiſſet: Conſtitutione quàcumque, per Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, in contrarium editâ, non obſtante.

Cùm autem præfati, Marſilius & Johannes, citati, ut prædicitur, in proximo præfixo ſibi termino comparere non curaverint, nec aliquis pro eiſdem, nos ipſos, & eorum quemlibet, de Fratrum prædictorum conſilio, reputavimus & decrevimus meritò Contumaces.

Et licet tunc, eorum contumaciâ exigente, potuiſſem, cùm eorum eſſent Exceſſus, ut præfertur, adeò notorii, quòd non poterant aliquâ tergiverſatione celari, ad Sententiam & alia rationabiliter contra ipſos procedere, & quemlibet eorum; de Benignitate tamen apoſtolicâ, quæ Converſionem
* IV. 323. * Peccatorum deſiderat, ipſos decrevimus uſque ad noſtrum beneplacitum expectandos; quocirca contra ipſos procedere, uſque ad diem præſentem, de eorumdem Fratrum conſilio, duximus differendum.

Sane, conſiderantes attentè quod præmiſſi, Marſilius & Johannes, ad redeundum ad ſinum Eccleſiæ ſe non præparàrunt, ſet potiùs, ut in ſui erroris Devium alios pertrahant, elaborant:

Necnon ad memoriam reducentes quòd dudùm, cùm Hoſtis humani generis, ad impugnandum ſinceritatem Fidei, Hæreticorum fallaciam ſubinduceret fraudulentam, Sancti Patres, Prædeceſſores noſtri, contra ipſos viriliter inſurgentes, eorum prava Dogmata, cum ſuis Auctoribus, condempnàrunt, ſicut patet de Arrio & Manicheo, Neſtorio & Dyaſchoro, ejuſque complicibus, & pluribus aliis, quos, cum ſuis Hæreſibus, juſtiſſimâ Sententiâ condempnàrunt; ac volentes eorumdem Patrum veſtigiis inhærere:

Et inſuper, attendentes probabiliter formidari quòd, in præmiſſis, mora periculum, & dampnum diſſimulatio, forent proculdubio allatura, non intendentes eos ulteriùs expectare, ſet reputantes ac decernentes potiùs Contumaces, ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis, conſolationemque Fidelium, & Fidei Catholicæ firmamentum, de Fratrum noſtrorum conſilio, Dei nomine invocato, Articulos prædictos, videlicet,

Quòd illud, quod de Chriſto legitur in Evangelio beati Mathæi, quod ipſe ſolvit Tributum Cæſari, quando Staterem, ſumptum ex ore piſcis, illis, qui petebant Didragma, juſſit dari, hoc fecit non condeſcenſive & liberalitate ſuæ pietatis, ſet neceſſitate coactus:

Item, quòd beatus Petrus Apoſtolus non fuit plus Caput Eccleſiæ, quàm quilibet aliorum Apoſtolorum, nec habuit plus Auctoritatis, quàm habuerunt alii Apoſtoli, & quod Chriſtus nullum Caput dimiſit Eccleſiæ, nec aliquem fecit Vicarium ſuum:

Rurſus, quòd ad Imperatorem ſpectat Papam corrigere, punire, & inſtituere, & deſtituere:

Adhuc, quòd omnes Sacerdotes, ſive ſit Papa, ſive Archiepiſcopus, ſive Sacerdos ſimplex quicumque, ſunt æqualis Auctoritatis & Juriſdictionis, ex Inſtitutione Chriſti; ſet, quòd Unus habeat plus Alio, hoc eſt, ſecundum quod Imperator conceſſit plus vel minus, &, ſicut conceſſit, revocare poteſt;

Ultimò quòd Papa, vel tota Eccleſia, ſimul ſumpta, nullum Hominem, quantumcumque ſceleratum, poteſt punire Punitione Cohactivâ, niſi Imperator daret eis Auctoritatem,

Velut ſacræ Scripturæ Contrarios, & Fidei Catholicæ Inimicos, Hæreticos, ſeu Hæreticales & Erroneos:

...

Dat. Avinion. x. Kal. Novembris, Pontificatûs noſtri Anno xii.

Volentes itaque Proceſſum ipſum in eis partibus, ut notitiæ Fidelium innoteſcat clariùs, ſolemniter publicari, Fraternitati tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinùs per te, vel alium, ſeu alios, Religioſos & Seculares, Exemptos & non Exemptos (de quibus tibi videbitur) dictum Proceſſum, & contenta in eo, in tuis Civitate & Dioceſe, ſolemniter publicans, etiam, ut intelligantur melius ab omnibus, in vulgare ſingulis diebus, Dominicis & Feſtivis, in Eccleſiis tuarum Civitatis & Dioceſis, & alibi (ubi videris expedire) prædictos, Marſilium & Johannem, Excommunicatos & Hæreticos, præſentibus Fidelibus populis, dùm convenerint ad Divina, facias publicè nunciari: Populoſque ipſos, ut eoſdem vitent Hæreticos, nec eiſdem quomodolibet adhæreant, aut præſtent auxilium, conſilium, vel favorem, ſolerter & fideliter, etiam in Sermonibus publicis, inducendo.

Super Publicatione autem prædictâ fieri volumus publica Inſtrumenta, principium & finem præſentium continentia, nobis poſtmodùm tranſmittenda.

Dat. Avinion. vii kal. Novembr. Pontificatûs noſtri anno xii.

Sub filis ſericis.

Super Conſecratione Wulſtani Wigornienſis Electi.

REX, dilectis ſibi in Chriſto, Priori & Conventui Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis, Salutem. Ann. D. 1327.

Benè novit veſtra prudentia, & eſt apud vos, ut credimus, perpetuæ memoriæ commendatum, qualiter Eccleſiis Cathedralibus, Regii Patronatûs, ſuis Paſtoribus viduatis, Electores à nobis eligendi licentiam petere, &, eâ optentâ, Electioneque in poſterum Canonicè celebratâ, Electos ſuos nobis debent præſentare pro Aſſenſu Regio optinendo; An. 1. E. 3. Claus. 1. E. 3. p. 2. m. 4. dorſ.

Noſque, hujuſmodi aſſenſu Regio adhibito, ſignificare habemus, per Litteras noſtras Patentes, vel Domino Summo Pontifici, in Eccleſiis ſibi immediatè ſubjectis, aut Metropolitanis, ad quos pertinet Electiones hujuſmodi confirmare, ut ipſi, quod ſuum eſt, circa Electos exequantur:

Ipſiſque Electionibus ſubſequenter confirmatis, Confirmatores earumdem hoc nobis debent, per ſuas Patentes Litteras intimare, ac ipſi Electi fidelitates ſuas nobis facere, & Temporalia Epiſcopatuum, ad quos ſic aſſumuntur, a nobis recipere aſtringuntur:

Hunc Morem, ſicut nôſtis, non ſolùm Regia, ſet etiam Apoſtolica, introduxit auctoritas, & longævæ Conſuetudinis uſus Utentium moribus approbavit.

Hoc ſiquidem Jus regiæ Coronæ noſtræ ſic annectitur, quòd non poſſumus ſine violatione præſtiti a nobis, in noſtrâ Coronatione, Sacramenti, ejus diminutionem ſeu ſubtractionem aliqualiter tolerare: Quinimò ad ejus defenſionem, unà Nobiſcum, omnes & ſinguli, nobis Subditi, ex Ligeantiæ ſuæ debito, obligamur.

Quamobrem mirari compellimur & moveri ex eo, quòd, præmiſſis nuper circa perſonam, Venerabilis Patris, Wolſtani Wygornienſis, Electi confirmati, per ordinem obſervatis, bonæ memoriæ, Walterus, nuper Cantuarienſis Archiepiſcopus, eidem Electo (cujus Fidelitatem diu eſt recepimus, & Temporalia Epiſcopatûs illius ei reſtituimus) munus Conſecrationis impendere voluntariè recuſavit, quamquam ſuper hoc fuiſſet cum debitâ inſtantiâ requiſitus, & ſolicitatus pluries ex parte noſtrâ.

Advertentes igitur, ex hujuſmodi dilatione, non ſolùm ipſi Electo (cujus honores & commoda, ob ipſius probitatis & induſtriæ magnitudinem, ſincero zelamus affectu) grave præjudicium; ſet nobis etiam (ſi contingeret, quod abſit, Jus noſtrum regium aufferri,

Digitized by Google

E. 3. Scot. 1. E. 3. m. 1. Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon ſalvum Conductum noſtrum, Centum perſonas de Scotiâ, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis exiſtant, ac eorum Garciones, in veniendo uſque villam noſtram Novi Caſtri ſuper Tinam, ſeu alibi infra Regnum noſtrum, cum Equis, Herneſiis, & Rebus ſuis quibuſcumque, pro Tractatu habendo cum Nunciis noſtris, ad partes Marchiæ Scotiæ deſtinatis, ſuper finali Pace & Concordiâ, inter Nos, & noſtros Subditos, ac Magnates, & nobiles, cæteroſque de terrâ Scotiæ, ineundis, ibidem morando, & exindè redeundo:

Et ideò vobis, & veſtrûm cuilibet, diſtrictè inhibemus *&c. prout in ejuſmodi Literis, uſque ibi.*

In cujus &c. uſque ad Feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Pontem fractum, viceſimo die Novembris.

Duppl.

Per ipſum Regem.

De Poteſtate data tractandi ſuper Pace, cum Scotia ineunda.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Scot. 1. E. 3. m. 1. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

De Circumſpectionis & Induſtriæ Probitate, & Fidelitate probatâ, venerabilium Patrum, Willielmi, Eborum Archiepiſcopi, Angliæ Primatis, & H. Lincolniæ Epiſcopi, ac, dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Warenna, Comitis Surriæ, Thomæ Wake, Henrici de Percy, & Willielmi de Ros, Conſanguineorum noſtrorum, Galfridi le Scrop, Willielmi Herle, Willielmi de Denum, necnon, dilectorum Clericorum noſtrorum, Magiſtrorum Willielmi de Stanes, Hugonis de la Chaumbre, Walteri de Seton, & Philippi de Naſſyngton, plenam fiduciam reportantes,

Ad tractandum cum Magnatibus, Nobilibus, & Nunciis de terrâ Scotiæ, de finali Pace & Concordiâ, inter Nos & noſtros Subditos ex parte unâ, ac ipſos & ſibi adhærentes ex alterâ, ſuper Guerris & Diſcordiis, hinc indè motis, ineundis:

Et ad eaſdem Pacem & Concordiam modis & viis, quibus expedire videbitur, vallandum & firmandum:

Ac omnia & ſingula, quæ ad hujuſmodi Pacem & Concordiam pertinere poterunt, faciendum;

* IV. 326. Præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopo, * Comiti, Thomæ, Henrico, Willielmo, Galfrido, Willielmo, Willielmo, Willielmo, Hugoni, Waltero, & Philippo, Duodecim, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, & Sex ex eis, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem; Promittentes Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per prædictos, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Comitem, Thomam, Henricum, Willielmum, Galfridum, Willielmum, Willielmum, Willielmum, Hugonem, Walterum, & Philippum, Duodecim, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, vel Sex ex eis, tractatum, vallatum, & firmatum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Pontem fractum, viceſimo tertio die Novembris.

bus, inde confectis, plenius continetur:

Nos,

Securitati dictorum Nunciorum de Scotiâ, qui ex causâ Tractatûs prædicti infra Regnum noſtrum ſunt venturi, providere volentes, ad faciendum & concordandum, noſtro nomine, præfatis Nunciis, & eorum Familiaribus, Literas de ſalvo & ſecuro Conductu in veniendo infra dictum Regnum, ibidem morando, & exinde redeundo, & eundem Conductum, quâcumque firmitate vallandum, & omnia, quæ circa hoc neceſſaria fuerint, faciendum,

Præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopo, Comiti, Thomæ, *&c. ut ſupra* duodecim *&c. ut ſupra* ex eis plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem; promittentes nos Ratum & Firmum habituros, id quod per præfatos, Archiepiſcopum, *&c.* Septem vel Sex ex eis actum fuerit in præmiſſis.

In cujus &c.

Teſte Rege ut ſupra.

---

* *De Poteſtate data jurandi in animam Regis ſuper prædicta Pace.* * IV. 327. An. 1. E. 3. Ibid.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis, quòd, cùm commiſerimus Poteſtatem, Venerabilibus Patribus, *&c. ut ſupra uſque ibi* hinc inde motis, ineundis, *tunc ſic*, & ad eaſdem Pacem & Concordiam modis & viis, quibus expedire videbitur, vallandum & firmandum, ac omnia & ſingula, quæ ad hujuſmodi Pacem & Concordiam pertinere poterunt, faciendum, prout in Literis noſtris Patentibus inde confectis, pleniùs continetur;

Nos, de fidelitate prædicti Henrici confidentes, jurandi in Animam noſtram quòd ea, quæ per præfatos, Archiepiſcopum, Epiſcopum, *&c.* vel Sex ex eis, ſuper hujuſmodi finali Pace & Concordiâ, Tractata, Concordata, & Firmata fuerint, Rata & Grata habuimus, præfato Henrico de Percy plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem.

In cujus &c.

Teſte ut ſupra.

Ad Regem Franciæ ſuper Querela Mercatoris.

EXcellentiſſimo Principi, Domino Karolo, Dei gratiâ, Franciæ & Navarræ Regi Illuſtri, Avunculo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem, & Succeſſus, ſemper ad vota, proſperos & fœlices. Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 6. d.

Gravem Querelam, dilecti Mercatoris noſtri, Willielmi de Rydale, *de quâdam Waydâ, dicti Willielmi captâ & detentâ apud Ambianum.*

Data apud Clypſton, viceſimo octavo die Novembris.

De Conductu pro Comite Hollandiæ, & Philippa Filia. Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 2. m. 19.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Cùm

Digitized by Google

MAG 2013753

FOEDE-

Digitized by Google

Ad noſtra uſque tempora, habita aut tractata :

Ex Autographis, infra Secretiores ARCHIVORUM REGIORUM Theſaurarias per multa Sæcula reconditis, fideliter exſcripta.

IN LUCEM MISSA DE MANDATO NUPERÆ REGINÆ.

Accurante

THOMA RYMER,

Ejuſdem Sereniſſimæ Reginæ Hiſtoriographo.

EDITIO TERTIA,

Ad originales Chartas in Turri Londinenſi denuo ſumma fide collata & emendata, ſtudio

GEORGII HOLMES.

TOMI SECUNDI PARS III. ET IV.

HAGÆ COMITIS,

Apud JOANNEM NEAULME.

MDCCXL.

Digitized by Google

… Regni noſtri,
Colloquium & Deliberationem habere volumus & Tractatum:

Vobis mandamus, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, dictis die & loco, perſonaliter interſitis nobiſcum, *&c. prout aliàs in conſimilibus Literis.*

Teſte Rege apud Coventre, decimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, mutatis mutandis, videlicet; Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatûs Cantuarienſis, Sede vacante, *&c.* cæteriſque Epiſcopis, necnon Abbatibus, & Prioribus.

Pro Burgenſibus Villæ de Bruges, de Mercimoniis, contra Treugam arreſtatis, dearreſtandis.

Ann. D. REX, Vicecomiti Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem.
1327. Significârunt nobis Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, &
An. 1. Communitas, Villæ de Bruges, in Flandriâ, per Literas ſuas, quòd
E. 3. quidam Burgenſes dictæ Villæ de Bruges nuper carcârunt duas
Clauſ. 1. Naves de Flandriâ (quarum Unius Magiſter erat Johannes de Tur-
E. 3. p. 2. nay del Eſcluſe, & Alterius Johannes Babbard) diverſis Bonis &
m. 2. Mercimoniis ſuis, ad ea ad diverſas partes ducenda causâ negotiandi & commodum ſuum indè faciendi.

Et quòd quidam Homines de Magnâ Jernemutâ, prætendentes Bona & Mercimonia, in eiſdem Navibus exiſtentia, fuiſſe Hominum de Scotiâ, cum non fuiſſent, Naves illas per Coſteram Maris, juxta Magnam Jernemutam, velantes, vi armatâ ingreſſi fuerunt, & Bona & Mercimonia prædicta ceperunt, & aſportaverunt, & ea eis-
* IV. dem Burgenſibus de Flandriâ taliter adhuc detinent, * in ipſorum
329. Burgenſium de Flandriâ diſpendium non modicum, & contra Treugam, inter Nos & Homines de Flandriâ initam & firmatam;

Quæ quidem Bona, & Mercimonia, ac Naves infra Ballivam tuam adhuc areſtata exiſtunt, ſicut intelligi nobis datur:

Per quod iidem Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, & Communitas, nobis ſupplicârunt ut velimus, pro Pace & Treugâ prædictâ hinc indè conſervandis, Bona & Mercimonia prædicta Nicholao de Leek, Conburgenſi ſuo (quem ad Nos ex hac causâ miſerunt) facere liberari;

Nos,

Volentes dictam Treugam in omnibus & ſingulis ſuis Articulis firmiter obſervari, & ea, quæ contra eandem ſunt attemptata, viis & modis omnibus, quibus melius poterimus, emendari,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd omnia Bona & Mercimonia prædicta, infra Ballivam tuam ſic areſtata, quæ idem Nicholaus probare poterit eſſe Burgenſium dictæ Villæ de Bruges, ubicumque infra Ballivam tuam inventa fuerint, unà cum Navibus prædictis, deareſtari, & eidem Nicholao ſine dilatione facias liberari, non obſtante quòd Homines de Scotiâ, ſeu Bona, vel Mercimonia ſua, in eiſdem Navibus tunc extiterunt.

Et, ſi Bona & Mercimonia prædictorum Burgenſium de Flandriâ, per aliquos elongata fuerint, tunc [illegible] Sacramentum Proborum & Legalium Hominum de Ballivâ [illegible] quos, &c. diligenter inquiras ad quorum, vel cujus, [illegible] Bona & Mercimonia devenerunt, & in quorum [illegible], manibus adhuc

---

De ſcrutinio ſuper deferentibus Literas papales Regi præjudiciales.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D.
Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, de 1327.
Conſilio Regni ſui, pro defenſione ejuſdem, ordinâſſet quòd, in *An. 1.*
ſingulis Portubus dicti Regni, diligens Scrutinium fieret ſuper Lit- *E. 3.*
teris quibuſcumque, a partibus Transſmarinis in Regnum prædi- *Clauſ. 1.*
ctum deferendis, vel ab eodem Regno ad partes exteras portandis; *E. 3. p. 2.*
& quòd omnes & ſingulæ Litteræ, eidem Patri noſtro ſeu Coro- *m. 4. d.*
næ ſuæ præjudiciales aut ſuſpectæ, ad ipſum Patrem noſtrum deferrentur, vel mitterentur, antequam executio fieret de eiſdem:

Ac jam datum ſit nobis intelligi, quòd nonnulli, contra Ligeantiæ ſuæ Debitum, diverſas Litteras, nobis & juri Coronæ noſtræ præjudiciales,

Proviſiones Epiſcopatuum, Abbatiarum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum, de Patronatu noſtro, & aliorum Magnatum de Regno noſtro, contingentes,

Infra Regnum noſtrum indies deferunt:

Ac diverſos Proceſſus, in noſtri & Coronæ noſtræ exhæredationem, & ipſorum Magnatum præjudicium, fieri procurant in derogationem Regiæ Dignitatis noſtræ;

Nos, ipſorum Malitiæ obviare volentes, ac Ordinationem prædictam inviolabiliter obſervari, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd omnes & ſingulos, Portum Civitatis noſtræ Londoniæ, vel alia loca, infra Ballivam veſtram, ſine Licentiâ noſtrâ ingredientes, vel ab eiſdem Portu & Locis ad partes tranſmarinas tranſire volentes, diligenter ſcrutari faciatis:

Et, ſi quos cum hujuſmodi Litteris, præjudicialibus vel ſuſpectis, inveneritis, tunc Litteras illas ſine dilatione areſtari, & ad Nos, ubicumque fuerimus, cum celeritate, quâ poteritis, mitti faciatis:

Et Nos de Nominibus illorum, penes quos Litteræ illæ repertæ fuerint, certificetis indilate, ut indè ulterius fieri faciamus quòd de Conſilio noſtro fore viderimus faciendum.

Taliter in executione iſtius mandati * noſtri vos habentes, ut * IV.
ad vos, in veſtri defectum, ex hâc causâ graviter capere non de- 330.
beamus.

Teſte Rege apud Coventre, duodecimo die Decembris.

Per ipſum Regem & Magnum Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Conſtabulario Dovorriæ, & Quinque Portuum.
Et Ballivis Civitatis Cantuarienſis.

Contra Adamum de Orleton, Jura Coronæ violantem, Minatoria. Ann. D. 1327.

REX Adæ de Orleton, nuper Herefordenſi Epiſcopo, Salu- *An. 1.*
tem. *E. 3.* *Clauſ. 1.*
Benè novit veſtra prudentia, & non poteſtis, ob Ligeantiæ ve- *E. 3. p. 2.*
ſtræ debitum, ignorare qualiter, Eccleſiis Cathedralibus, Regii *m. 4. dor.*

An. 1. ... ſe eſſe Procuratores Capellæ, ad Montem, ubi Thomas Co-
E. 3. p. 3. mes Lancaſtriæ Decollatus fuit, conſtruendæ, in diverſis partibus
m. 7. Regni noſtri vagantur & diſcurrunt, elemoſinas poſtulantes, & non modicas pecuniarum ſummas, in Eccleſiis ac foris, ad opus fabricæ Capellæ prædictæ, colligentes, eaſdem pecuniarum ſummas in proprios uſus convertunt, in eluſionem populi Regni noſtri, & deceptionem manifeſtam:

Nos, volentes ipſorum malitiæ in hac parte obviare, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd, cum aliqui hujuſmodi Procuratores ad loca infra Ballivas veſtras venerint, elemoſinas hujuſmodi, ſeu pecuniam, aut alia bona, ex hâc causâ petituri, tunc eos areſtari, & in priſonâ ſalvò cuſtodiri faciatis, donec aliud a nobis indè habueritis in mandatis; & de nominibus eorum, quos ſic areſtaveritis, nobis conſtare faciatis indilatè.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Caumpdon. decimo quinto die Decembris.

• IV. 331.

** Pro Archiepiſcopo, Decano & Capitulo Rothomagenſi.*

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 4.

REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Petro de Galiciano, Salutem.

Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, occaſione Guerræ, inter ipſum, & Dominum Karolum, Regem Franciæ Illuſtrem, nuper exortæ, inter Terras & Tenementa Hominum, de Poteſtate Regis Franciæ, in Regno noſtro, Terras & Tenementa Archiepiſcopi Rotomagenſis, & Decani & Capituli ejuſdem loci, capi fecerit in manum ſuam; quæ quidem Terræ & Tenementa ipſorum, Archiepiſcopi, Decani & Capituli, adhuc in manu noſtrâ ſunt detenta:

Ac ex parte prædictorum, Archiepiſcopi, Decani & Capituli, nobis ſit ſupplicatum ut, cùm Pax, inter dictum Regem Franciæ, & nos, jam reformata exiſtat, velimus eis Terras & Tenementa ſua prædicta, in manu noſtrâ ſic exiſtentia, facere liberari:

Nos, eorum ſupplicationi in hac parte favorabiliter annuentes, vobis mandamus quòd eiſdem, Archiepiſcopo, Decano & Capitulo, ſeu eorum Procuratori, vel Attornato in hac parte, Terras & Tenementa prædictorum, Archiepiſcopi, Decani & Capituli, in manum Patris noſtri, occaſione prædictâ, capta, & in Cuſtodiâ veſtrâ adhuc exiſtentia, liberetis tenenda, prout ea tenuerunt ante Captionem ſupradictam; volumus enim vos indè erga nos exonerari.

Teſte Rege apud Wynchecoumbe, decimo ſexto die Decembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Roberto de Wyvill, de verbo ad verbum, &c. ut ſupra.

Teſte ut ſupra.

Summonitio Adæ de Orleton ad comparendum coram Rege in Parliamento.

Ann. D. 1327. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 4. d.

REX Adæ de Orleton, nuper Herefordenſi Epiſcopo, Salutem.

Ex relatu intelleximus fidedigno, quòd vos Epiſcopatum prædictum in Curiâ Romanâ dimiſiſtis, & ad Eccleſiam Wygornienſem,

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Regem Caſtelle, ſuper Juſtitia Mercatoribus facienda.

Ann. D. 1328. An. 1. E. 3. Clauſ. 1. E. 3. p. 2. m. 2. in

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibillæ, Cordubiæ, Murciæ, Jabennæ, & Algarbæ, Regi Illuſtri, ac Comitatus Molyn Domino, cariſſimo Conſanguineo ſuo, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, &c. Salutem & ſucceſſus ſemper, ad vota, proſperos & fœlices.

Gravem Querelam Ricardi Baret, de Civitate noſtrâ Exoniæ Mercatoris, recepimus *de Bonis ſuis, hoſtiliter captis in Inſulâ de Uſe.*

Data apud Notingham, quinto die Januarii.

De Conductu pro Simone Cantuarienſi Electo.

Ann. D. 1328. An. 1. E. 3. Pat. 1. E. 3. p. 3. m. 3.

REX omnibus Amicis & Fidelibus ſuis, ad quos &c. Salutem.

Cùm dilectus nobis in Chriſto, Magiſter Simon de Mepham, Doctor Sacræ Theologiæ, in Archiepiſcopum Cantuarienſem Electus, ad Curiam Romanam, pro negotiis Electionis prædictæ expediendis, de noſtrâ Licentiâ ſit profecturus, vos Amicos rogamus, vobis fidelibus mandantes, quatinùs eidem Electo, *&c. prout aliàs in Literis conſimilibus.*

In cujus &c. per unum annum duraturas.

Teſte Rege apud Notingham, ſexto die Januarii.

Ad Papam, de Strage, & aſperis Eventibus, tempore Patris Regis, de indiſcreto Regimine tunc Prælatorum, ac pro Cantuarienſi nunc Electo commendatoria.

Ann. D. 1328. An. 1. E. 3. Rom. 1. E. 3. m. 1.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Prætetitorum memoria, viſcera dolore ſaucians, & humilians oculos mentis noſtræ, de Strage, videlicet, Nobilium, ac aliis diris & aſperis, quæ Genitoris noſtri temporibus irreparabiliter evenerunt, quæ ex quorumdam taciturnitate, immo veriùs indiſcreto Regimine Prælatorum, creduntur veriſimiliter contigiſſe, ſolerter evigilare nos efficit, & ad hoc totis niſibus laborare, ut vacanti impræſentiarum Cantuarienſi Eccleſiæ (quæ, ſicut inter cæteras Regni noſtri Eccleſias Primatum optinet, & dignitate præeminet ampliori, ita Gubernatione indiget puriore) talis in Antiſtitem præponatur, qui vitæ munditiâ comprobatus, & converſatione nitidus, Litterarum Scientiâ fulgeat, &, in ſe fluxæ cogitationis Illecebris edomitis, Gregem Dominicum noverit in Viam Salutis dirigere, & prodeſſe magis cupiat quàm præeſſe, qui & nobis, in diſponendis Regni noſtri negotiis, conſiliis aſſiſtere, & noſtræ infirmitatis gravedinem (qui in ætate tenerâ importabili oneri Humeros ſuppoſuimus imbecilles) ſupportare, & Suffragiis fulcire valeat oportunis.

Nuper ſiquidem (Pater Sancte) Waltero, Cantuarienſi Archiepiſcopo, ab hac luce ſubtracto, Prior & Conventus prædictæ Cantuarienſis Eccleſiæ, cupientes eidem viduatæ Eccleſiæ de Paſtore idoneo provideri, petitâ a nobis eligendi licentiâ, prout moris eſt, & optentâ die ad Electionem de futuro Pontifice, in dictâ Eccleſia celebrandam, ſtatuto convenerunt, & habentes præ oculis ſolum Deum, inſtinctu, ut veriſimiliter creditur, Sancti Spiritûs, in, diſcretum Virum, Magiſtrum Simonem de Mepham, Ca-

Digitized by Google

Literæ ejuſdem Argumenti ad Cardinales.

Ann. D. 1328. *An.* 1. *E.* 3. *Ibidem.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Preſbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Firmam gerit de veſtrâ ſinceritate fiduciam conſideratio mentis noſtræ, quòd in hiis, quæ honori & utilitati conveniunt Eccleſiæ Anglicanæ, ut extirpentur a Regno noſtro plantaria Scandalorum, Precibus noſtris libenter annuere, &, ut ſortiantur effectum, velitis in oportunitatibus opem ferre.

Cùm itaque vacante nuper, Cantuarienſi Eccleſiâ, per mortem Walteri, nuper Archiepiſcopi loci prædicti, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Ipſum Simonem paterno amplectantes affectu, in promovendo dictæ Electionis negotio, conſiliis & auxiliis velitis dirigere, &, ut ad optatum celeriter perducatur effectum, penes Dominum Summum Pontificem interponere cum efficacia, ſicut de veſtra Dilectione confidimus, partes veſtras.

Nec ſinat (quæſumus) veſtra Paterna prudentia, quantum ad vos attinet, quòd tàm Sancta, & pura Electio, prætextu alicujus Reſervationis, ſeu alterius voluntariæ Præpeditionis, debito fruſtretur effectu, ne fortaſſis (ſi fieret) gravis exinde in Populis, qui ipſum propter vitæ munditiam Paſtorem ſibi dari deſiderant toto corde, oriatur Commotio, & enorme Scandalum ſuſcitetur; cùm valdè durum ſit, & a recto Judicio alienum, noſtra & ipſorum Electorum jura a nobis & ipſis auferre taliter abſque Causâ; quod, ſi aliquando toleratum extitit, non poterit tamen, ſine grandi Periculo, diutiùs ſuſtineri.

Teſte Rege ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali,
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali,
Domino G. Epiſcopo Sabinenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,
Domino P. Epiſcopo Portuenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,
Domino R. de Farges Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali,
Domino W. Epiſcopo Albanenſi Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ Cardinali,
Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali,
Domino P. Sancti Angeli Diacono Cardinali,
* IV. 334. ** Domino A. Sancti Euſtachii Diacono Cardinali,*
Domino A Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali,
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ Preſbitero Cardinali,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali,
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali.
Domino J. Sancti Theodori Diacono Cardinali,
Domino Arnaldo de Doza Domini Summi Pontificis Germano,
Domino Petro de Via Domini Summi Pontificis Nepoti.

Ann. D. 1328. *An.* 1. *E.* 3. *Scot.* 1, *E.* 3. *m.* 1.

De honorificè recipiendo Centum Perſonas de Scotia, venturas ad tractandum ſuper finali Pace.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, L. eâdem gratiâ, Dunolmenſi Epiſcopo, Salutem.

Cùm Centum Perſonæ, Equites de Scotia, infra Regnum no-

& exinde redeundo.

Et ideò vobis & veſtrûm cuilibet diſtrictè inhibemus, *&c. prout aliàs in conſimilibus Literis.*

In cujus, &c. uſque ad diem Dominicam in medio Quadrageſimæ proximò futuram duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſecundo die Januarii.

Per ipſum Regem.

De Providentiis faciendis pro iiſdem.

REX, univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem. Ann. D. 1328. *An.* 1. *E.* 3. *Ibidem.*

Cùm quidam Magnates, & Nobiles, de Terrâ Scotiæ, qui infra Regnum noſtrum uſque Eborum, ad tractandum ſuper aliquibus, finalem Pacem & Concordiam, inter nos & noſtros Subditos, ac ipſos Magnates, & Nobiles, cæteroſque de dictâ Terrâ Scotiæ, contingentibus, ſunt venturi, mittant Duodecim Perſonas, Equites de Scotiâ, uſque * dictum locum Eborum, ad diverſas providentias, contra adventum dictorum Magnatum & Nobilium, ibidem faciendum, ſuſcepimus, ipſas Duodecim Perſonas in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, *&c. prout in ejuſmodi Literis.* * IV. 335.

In cujus, &c. uſque ad diem Dominicam in medio Quadrageſimæ proximò futuram duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſecundo die Januarii.

Per ipſum Regem.

De Treuga cum Scotis obſervanda.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Ann. D. 1328. *An.* 1. *E.* 3. *Pat.* 2. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 37.

Henrico de Percy,
Radulpho de Nevill,
Rogero Heron,
Gilberto de Bourondon,
Roberto de Hornclyf,
Roberto de Maners,
Thomæ de Fetherſtanhalgh Seniori,
Thomæ de Fetherſtanhalgh Juniori,
Et Hugoni de Walet,
Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper inter noſtros Nuncios ex parte unâ, ac Magnates, & Nobiles, cæteroſque de Scotiâ, quædam Sufferentia Guerræ, ſeu Treuga, nuper inita fuiſſet, & firmata, uſque ad diem Dominicam, in medio Quadrageſimæ, proximò futuram duraturas,

Nos Sufferentiam & Treugam prædictas, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, quatenus ad Nos & noſtros Subditos attinet, volentes inviolabiliter obſervari, ac de circumſpectione veſtrâ providâ pleniùs confidentes, aſſignavimus vos, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad dictas Sufferentiam & Treugam in Comitatu Northumbriæ, tàm infra Libertates, quàm extra, & partibus Marchiæ illius, cuſtodiendum, & ad Subditos noſtros, Tranſgreſſores earumdem Sufferentiæ & Treugæ, caſtigandum, & puniendum juxta formam Sufferentiæ & Treugæ prædictarum;

Et ideò vobis mandamus quòd Sufferentiam & Treugam prædi-

Digitized by Google

E. 3. m. per exortis, inter ipſum Regem, & Nos, Pax & Concordia jam
37. exiſtant, Deo propitio, reformatæ,

Vobis mandamus quòd Terras & Tenementa Religioſorum, ac
aliorum de Poteſtate dicti Regis Franciæ, quæ, occaſione Diſ-
• IV. cordiarum & Diſſenſionum * prædictarum, in Inſulis prædictis,
336. capta fuerunt in manum dicti Patris noſtri, & in manu noſtrâ,
& in cuſtodiâ veſtrâ ſic exiſtunt, liberetis tenenda, prout ea te-
nuerunt ante Captionem ſupradictam; volumus enim vos indè er-
ga nos exonerari.

Teſte Rege apud Eborum, decimo tertio die Februarii.

Pro Nunciis de Scotia apud Eborum pro Pace reformanda exiſtentibus.

Ann. D. REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fideli-
1328. bus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Sa-
An. 2. lutem.
E. 3. Cùm Nuncii de Scotiâ,
Pat. 2. Qui apud Eborum, ad tractandum ſuper reformatione Pacis &
E. 3. p. Concordiæ, inter Nos, & noſtros Subditos, ex parte unâ, &
1. m. 34. Robertum de Brus, ac Nobiles de Scotiâ, ex alterâ, exiſtunt,

Remittant Johannem le Long, Johannem de Kirkintolach, Clementem Tod, Willielmum de Edenam, & Nicholaum de Kirkintolach, ac dictas partes Scotiæ pro quibuſdam Negotiis, ipſos Nuncios tangentibus, expediendis,

Suſcepimus ipſos, Johannem, Johannem, Clementem, Willielmum, & Nicholaum, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon ſalvum & ſecurum conductum noſtrum;

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem Johanni *&c. pro formulâ in ejuſmodi Literis uſitatâ.*

In cujus, &c. uſque diem Dominicam, in medio Quadrageſimæ, proximò futuram duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, decimo quinto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Pro Johanne de Dalderby canonizando.

Ann. D. PApæ Rex devota Pedum oſcula beatorum.
1328. Pia Patris affectio, de ſalute ſolicita Filiorum, etſi interdum
An. 2. ab eiſdem Petita diſſimulet, attentâ tamen petendi inſtantiâ, tan-
E. 3. dem & juſtis votis annuit, & piè Poſtulata concedit.
Rom. 2. Nuper ſiquidem (deſideratiſſime Pater) coruſcantibus Miraculo-
E. 3. m. 5. rum virtutibus, quæ pro, viro ſancto, Johanne de Dalderby,
quondam Eccleſiæ Lincolnienſis Antiſtite, operari dignata eſt clementia Salvatoris, Sanctitati veſtræ devotè ſupplicavimus, ut eundem Antiſtitem aſcribere dignaremini Cathalago Sanctorum venerando.

Verùm, effectu precum noſtrarum hujuſmodi, juſtâ & debitâ veſtrâ moderatione, aliquamdiu ſuſpenſo, jam, multiplicatis Dei Beneficiis, quæ pro eodem Sancto fiunt continuè, excitante Nos Prælatorum devotione & Cleri, ac Populi acclamatione, preces noſtras votivas Clementiæ veſtræ funditus iteratas, quatenus, ad tantum humanæ fragilitatis ſuffragium, quod humanæ ſalutis provìdit Amator, intuitum convertentes, ipſum inter Sanctos & Electos connumerari veſtra, ſi placet, ſolicitudo præcipiat quàm dilecta.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, viceſimo die Februarii.

Pro Alianora, quæ fuit Uxor Hugonis le Deſpenſer junioris.

REX Vicecomitibus, Miniſtris, Ballivis, & omnibus aliis Ann. D.
Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, 1328.
&c. Salutem. An. 2.
Sciatis quòd, cùm Alianora, quæ fuit Uxor Hugonis le Deſpen- E. 3.
ſer junioris, ad Nos, de partibus Londoniæ, de mandato noſtro, Pat. 2. E.
ſit ventura, ſuſcepimus ipſam Alianoram, & Familiam ſuam, ac 3. p. 1.
Equos, Herneſia, & omnia bona ſua, ſecum exiſtentia, in Pro- m. 26.
tectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum.

Et ideò vobis & cuilibet veſtrûm mandamus, quòd eidem Alianoræ, *&c. pro formulâ uſitatâ.*

In cujus, &c. uſque ad Quindenam Paſchæ, proximò futuram, duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo ſexto die Februarii.

Super Exequiis Edwardi Patris Regis.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Attendentes Sumptuum & Expenſarum Magnitudinem, quos, 1328.
dilecti nobis in Chriſto ——— Abbas & Conventus Eccleſiæ An. 2.
beati Petri Glouceſtriæ, circa Exequias, celebris memoriæ, Do- E. 3.
mini E. Genitoris noſtri (cujus corpus in Eccleſiâ ſuâ prædictâ hu- Pat. 2.
matum exiſtit) diverſimodè appoſuerunt: E. 3. p. 1.
Ac volentes, eo prætextu, ipſos favore proſequi gratioſo, ut m. 25.
pro Animâ ipſius Genitoris noſtri, Orationibus & Miſſarum ſolempniis, exorare devotiùs aſtringantur;

Conceſſimus & Licentiam dedimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis, Abbati & Conventui, quòd ipſi Eccleſias de Wirardesbury & Chepyngtnorton Lincolnienſis Diœceſis, & de Camine Wygornienſis Diœceſis, quæ ſunt de Advocatione ſuâ propriâ, ut dicitur, appropriare, & eas appropriatas in proprios uſus tenere poſſint ſibi & Succeſſoribus ſuis imperpetuùm, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum, quorumcumque; Statuto, de Terris & Tenementis, ad manum mortuam non ponendis, edito, non obſtante.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo nono die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium in Parliamento.

Relaxatio Superioritatis Scotiæ.

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, Edwardus, Dei gra- Ann. D.
tiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, 1328.
Salutem in Domino ſempiternam. An. 2.
Cùm Nos, nonnullique Prædeceſſores noſtri, Reges Angliæ, E. 3.
jura regiminis Dominii ſeu Superioritatis Regni Scotiæ conati fuerimus obtinere, ob hócque motarum dira Guerrarum diſcrimina Angliæ & Scotiæ Regna diutiùs afflixiſſent:

Nos,

Attendentes Cædes, Occiſiones, * Scelera, Eccleſiarum de- • IV.
ſtructiones, & mala innumerabilia, quæ hujuſmodi occaſione 338.
guerrarum Regnicolis utriuſque Regni multipliciter contingebant; Bonaque quibus Regnum utrumque mutuis compendiis abundaret perpe-

Digitized by Google

Ad Papam, de Litibus & Vexatione in Curia Romana moderandis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 5.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Etſi nobis, obſequentium merita tacita conſideratione penſantibus, ſingulorum utilitatibus cordi nobis ſit gratâ viciſſitudine providere, quos tamen Regiis obſequiis labor atrivit prolixior, & utiliora novimus obſequia præſtitiſſe, & præcipuè quos virtutum dona præferunt potiora, intimiore dilectione proſequimur, & ipſorum inquietudini teneriùs compatimur, & zelamur avidiùs Profectuum incrementa.

Cùm itaque inter, venerabilem Patrem, Thomam de Cherleton, nunc Herefordenſem Epiſcopum, &, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Henricum de Clyf,

Super Præbendâ de Blebury, in Eccleſiâ beatæ Mariæ Sarum,

Ad quam quondam Magiſtri Militiæ Templi, ante Adnullationem Ordinis illius, conſueverant præſentare,

Et quam idem Clericus noſter, ex Præſentatione Prioris Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, virtute Ordinationis & Tranſlationis bonorum, quondam ipſorum Templariorum, in Fratres Hoſpitalis prædicti, factarum in ultimo Concilio Viennenſi, vendicat ad ſe debere pertinere,

Dudum exorta fuiſſet, coram Auditoribus veſtri ſacri Palatii, materia Quæſtionis:

Ac duæ Diffinitivæ Sententiæ, pro Jure ipſius Clerici noſtri, ibidem promulgatæ; ac in tertiâ inſtantiâ quædam Objectiones, frivolæ & carentes omni primordio veritatis, ad differendum negotium, contra Perſonam dicti Clerici noſtri propoſitæ extitiſſent, ad prolationem Tertiæ Sententiæ differendam:

* IV. 339. Et, licet præfatus Thomas ad regimen dictæ Herefordenſis Eccleſiæ, * pendente ſic dicto negotio, providente veſtrâ Clementiâ, ſit promotus, nondum tamen finis impoſitus extitit dictæ Liti; ſet, ut nobis relatum eſt, aliqui pro viribus elaborant, ut eadem Præbenda à veſtrâ Sanctitate alteri conferatur, ut, per novum Adverſarium & reſiſtentiam Procuratoris prædicti Epiſcopi, præfatus Clericus noſter ab aſſecutione Juris ſui diutiùs differatur, &, ſic affectus tædio, &, oneroſis ſumptibus fatigatus, à ſuâ proſecutione deſiſtat, de finis certitudine quodamodo deſperatus:

Nos igitur,

Fructuoſa obſequia, quæ idem Clericus noſter Nobis & toti Regno noſtro indies impendere non deſiſtit, &, à longis retrotemporibus, Genitori, & Avo noſtro, dinoſcitur impendiſſe, ipſiuſque mores & actus ſtrenuos contemplantes, ac deſiderantes toto corde ipſius tranquillitati & honori, juxta ſua Probitatis merita, provideri,

Veſtræ Beatitudini totis affectibus ſupplicamus, quatenùs, eundem Clericum noſtrum habentes, ſi placet, noſtri intuitu, propenſiùs recommendatum, prædictam Cauſam jubere dignemini, prout æquitati & rigori convenit, celeri Sententiâ terminari, vel, ſi veſtræ Benignitati placuerit, ut prolixioris litigii diſpendium auferatur, eidem Clerico noſtro eandem Præbendam conferre de veſtræ Sanctitatis munificâ largitate, ut dictus Clericus noſter, qui pro jure certavit Eccleſiæ, & Apoſtolicis Juſſionibus ſemper in omnibus obtemperantèr ſtuduit obedire, effectum diutinæ Proſecutionis ſuæ aſſequi valeat, veſtrâ Beatitudine providente.

Conſervet Vos Altiſſimus, ad regimen Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, per tempora proſpera & longæva.

Conſimiles literæ diriguntur Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali.

** Ad Regem Caſtellæ, ſuper Querela Mercatorum.* * IV. 340.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 34. d.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galitiæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molyn Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem Gratiâ, &c. ſucceſſus ad vota proſperos & felices.

Gravem Querelam, dilecti Mercatoris noſtri, Gerardi de Byole, Mercatoris de Suthampton, recepimus, *de Bonis & Catallis, hoſtiliter captis per* quoſdam Malefactores & Piratos Villarum de Sancto Andero, de Caſtro, de Durdialis, de Sancto Sebaſtiano, de Vermeo, de la Rede, de Fonte Arabiæ, & de Guytarie, de Dominio veſtro.

Dat. apud Eborum, quinto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De proclamando ne quis hoſpitet ſe abſque Mareſcallis Regis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Pat. 2. E. 3. p. 1. m. 19.

LE Roi as Mareſchals & Herbegeours de ſon Hoſtel, Saluz.

Come nous eoms ordeinez, par aſſent des Prelatz, & autres Grantz de noſtre Conſeil, de tenir noſtre Parlement, a Norht. a treis ſemeins de Paſche prochein avenir, pur treter ſur groſes boſoignes, qui touchent noſtre eſtat & comun profit de noſtre Roialme, les queux, en noſtre drein Parlement, a Everwyk, ne poient eſtre termines par cauſe d'abſence des aſcuns Prelatz & autres Grantz, du dit Roialme:

Et pur ceo, qui, avant ces houres, aſcuns grantz & autres ount pris lour Oſteux, a lour volente, de meiſne ſanz livere, grantz debaz & Conteſts ſont avenuz;

Par qei il eſt ordeine par nous, & noſtre Conſeil, qui nul Prelat, Conte, Baron, ne nul autre Homme, de quel eſtat qil ſoit, deſore as Parlemenez, ou autres Grantz Aſſembles, ſe herberge, ne preigne, ne face prendre, ſon Oſtel ſanz livere de noz Mareſchals & Herbergeours, a ceo par nous deputez, ne chalenge Oſtel d'aunciene Livere:

Vous mandoms & chargeoms en la foi, qui vous nous devez, qui vous facez ceſte choſe publier & crier, & quan q'en vous eſt fermement tenir.

Et, ſi vous troeſſez nul, qui ſanz Livere de vous ſe herberge, ou preignie ſon Oſtel, ou chalenge Oſtel d'aunciene Livere, ſanz veſtre aſſent, adonqs le facez attachier, & ſalvement garder en noſtre Priſone, tanque vous en eiez autre mandement de nous.

En teſmoignance de quele choſe nous avoms faite faire ceſtes noz lettres patentes.

Don. a Everwyk, le 7. jour de Marz.

Pro Gerardo de Taſtys de conſuetudine allocanda.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Vaſc. 2. E. 3. m. 8.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem.

Supplicavit nobis, Dilectus & Fidelis noſter, Gerardus de Taſtys,

Digitized by Google

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Vaſc.* 2. *E.* 3. *m.* 8. *d.*

R[EX Domino Berardo de la Brett, Domino de Varis, Salu]tem.

Quia proſpera de ſtatu noſtro ſcire, potius quàm audire, totis Viſceribus affectatis, conſtanti Fidelitati veſtræ intimamus quòd, in confectione Præſentium, plenâ viguimus corporis ſoſpitate, & de fidei veſtræ conſtantiâ quamplurimum jocundamur; de Geſtu veſtro benigno penes nos, & magnis Laboribus & Sumptibus quos in obſequio noſtro hactenus appoſuiſtis, & indies apponere non differtis, grates vobis plurimas referentes.

Probatam Fidem veſtram inſuper exhortantes ut, quemadmodum claram ſe exhibuit hactenus penes nos, ſic cum continuis incrementis ſe conſtantem & puram exhibeat in futurum.

Cæterùm, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Petro de Galiciano, Canonico Agenenſi, in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, fidem credulam & indubiam præbeatis.

Dat. apud Eborum, nono die Martii.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Petro de Grylino Vicecomiti de Benanges,
Guillielmo de Cavo Monte, Domino de Cavo Monte,
Arnaldo Guillielmi de Bearn, Domino del Sku,
Bernardo de Bernio dicto Laſpes,
Domino Arnaldo de Duro forti, Domino de Fyſputh,
Domino Emaneno de Foſſato, Domino de Madeylano,
Guillielmo Sancii de Pomeriis, Domino de Pomeriis,
Arnaldo de Monte Peſato, Domino de Aculeo,
Magiſtro Bertrando Codene,
Domino Arnaldo Garciæ de Faſſato, Domino de Tuart,
Domino Reimundo Durandi Seneſcallo Landarum,
Petro de Caſtro Novo,
Domino Fortenario de Garrenake,
Bernardo de la Sparre, Domino de la Sparre,
Domino de Caſtellione de Medolt,
Domino de Lugurano,
Guillielmo Emaneni de Madelano, Domino de Reſano,
Petro Calculi,
Domino de Landirano & Dominæ de Landirano Matri ſuæ,
Petro de Gavereio,
Guillielmo Reimundi de Cavo Monte,
Emaneo Colum,
Johanni Colum,
Bertrando Calculi,
Boneto de Solerio,
Petro de Solerio,
Arnaldo de la Laude,
Bernardo de Aylano,
Johanni de Malo Leone,
Magiſtro Eliæ de Pomeriis,
Reimundo Vitali,
Magiſtro Guyraldo de Turre,
Reymundo Guirandoni,
Reimundo Martini de Sancto Petro,
Magiſtro Alberto Medici,
Magiſtro Johanni Guitardy,
Magiſtro Auſtencon Jordani,
Magiſtro Geraldo del Puch,
Conſulibus Villæ de Blaies & Caſtellano,
Majori & Juratis Caſtri de Burgo,
Majori & Juratis de Leyburn,
Badino de Furno bajulo de Leyburn,
Majori & Juratis de Sancto Milione,
Majori & Juratis de Sancto Makare,
Majori & Juratis Villæ de Bayona,

Pro Gaucelino Johannis Cardinali, de Literis, ei ſuperiore Anno conceſſis, ſub Sigillo, quo Rex nunc utitur exemplificandis.

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Pat.* 2. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 14.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inſpeximus Literas Patentes, quas nuper, ſub Sigillo, quo tunc utebamur, fecimus in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Supplicavit nobis, Venerabilis Pater, Gaucelinus, Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Preſbiter Cardinalis, per Petitionem ſuam, coram nobis & Conſilio noſtro exhibitam, *&c. prout de Dat. 26. Mart. A. 1. tunc hoc modo; viz.*

Nos autem Literas prædictas, ſub Sigillo, quo nunc utimur, ad requiſitionem ipſius Cardinalis, duximus exemplificandas.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Pontem fractum, decimo die Martii.

Ad Papam, pro expeditione, in Negotio Electionis ad Eccleſiam Cantuarienſem.

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Rom.* 2. *E.* 3. *m.* 5.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Quàm ſit onuſta Diſpendiis Sedum Epiſcopalium prolixa Vacatio, quantiſque exponantur direptionum periculis modernis temporibus Eccleſiæ viduatæ, magis novit veſtra Paterna Circumſpectio, & non neceſſe eſt hoc veſtræ pietatis auribus ullis Teſtimoniis inculcare.

Nuper ſiquidem (Pater deſideratiſſime) pro Negotio Electionis, in Eccleſiâ Cantuarienſi, de diſcreto Viro, & nobis in Chriſto dilecto, Magiſtro Simone de Mepham, Canonico Ciceſtrenſi, Sacræ Theologiæ Doctore, in Archiepiſcopum loci illius, concorditer & canonice celebratæ, veſtræ Clementiæ nos meminimus devotâ inſtantiâ ſupplicâſſe, quatinùs eundem Electum, Virum utique eminente Scientiâ præditum, vitâ & converſatione nitidum, famâ pollentem, & in agendis quibuſlibet circumſpectum, habere Paternis affectibus commendatum, & Electionem, de ipſo intentione puriſſimâ celebratam, jubere dignaremini cum favoris & gratiæ plenitudine expediri; Ita quod, deſideratus ab omnibus, ad Eccleſiam, ad quam, inſpirante Domino, ut creditur, * tàm concorditer eſt vocatus, celeriter redire potuiſſet, feliciter, veſtrâ providente Clementiâ, expeditus. * IV. 343.

Verùm,

Quia nondum nobis de ipſius expeditione votivâ delatus extitit certus rumor, de quo tædio afficimur, eo quòd nonnulla ardua negotia, Nos & Statum Regni noſtri tangentia, ob ipſius abſentiam, ſint dilata, nec poterunt commodè ad honorem & commodum dicti Regni, ſine Præſidentis Cantuarienſis Eccleſiæ aſſenſu & conſilio, terminari,

Ut noſtræ mentis deſiderium multiplicata interceſſio lucidiùs atteſtetur,

Sanctitatem veſtram, deſiderio, quo poſſumus, ampliore, pulſandam duximus precibus iteratis, quatinùs, ad præteriti temporis diſcrimina, quæ infra Regnum Angliæ noſcuntur irreparabiliter eveniſſe, ex taciturnitate, ſeu veriùs indiſcreto Regimine quorumdam, ut veriſimiliter creditur, Prælatorum, qui ſe deviantibus opponere debitè non curârunt, piæ conſiderationis intuitus convertentes, circa expeditionem Electionis præmiſſæ celerem & votivam eo ſolertiùs intendere dignetur veſtra Apoſtolica Sanctitudo, quo

Digitized by Google

cem (cui ſuper hoc preces dirigimus iteratas) omnibus modis & viis, quibus decere & expedire videritis, laborare velitis noſtris precibus & amore; ut, veſtro mediante Præſidio, idem Electus, feliciter & proſpere expeditus, ad Eccleſiam redire valeat cum celeritate optatâ, ad cujus Regimen, inſpirante Domino, intentione puriſſimâ eſt vocatus.

Nec ſinat (quæſumus) veſtra circumſpectio, tàm ſanctam & concordem Electionem, ullis occaſionibus, debito fruſtrari effectu, cum exindè, ſi (quod abſit) contingeret, gravis materia ſcandali, & periculoſa commotio in Populo poterunt ſuboriri.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles litteræ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino P. Dei gratiâ, tituli Sanctæ Suſannæ Presbitero Cardinali,

Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrin. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario,

• IV. 344. * *Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,*

Domino J. Dei gratiâ, Sancti Georgii ad Velum Aureum Diacono Cardinali,

Domino W. Dei gratiâ, Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,

Domino N. Dei gratiâ, Sancti Adriani Diacono Cardinali,

Domino B. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali,

Domino B. Dei gratiâ, Epiſcopo Tuſculanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Ad Regem Caſtellæ ſuper Matrimonio inter Johannem de Eltham & Filiam Dompni de Biſcay.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Vaſc. 2. E. 3. m. 8. d.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Jahennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molini Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem & ſucceſſus ſemper, ad vota, proſperos & felices.

Efficit affectionis ſinceritas, quam de veſtræ Magnitudinis benivolentiâ gerimus (Alligantias, abolim inter veſtram & noſtram Domos Regias initas, recolentes) ut in nus, quæ votis noſtris inſident, aperiamus fiducialiter ſecreta cordis noſtri.

Quamobrem,

Cùm ſuper Matrimonio, inter, cariſſimum Fratrem noſtrum Germanum, Johannem de Eltham, & Filiam Dompni Johannis, quondam Domini de Biskae, contrahendo, jam habitus ſit Tractatus, quem abſque veſtri Conſilio & Aſſenſu non proponimus effectui mancipare,

Serenitatem veſtram rogamus, & requirimus affectione, quâ poſſumus cariori, quatinùs hujuſmodi Matrimoniali Conjunctioni, ex quâ veſtris & noſtris, Benivolis & Amicis, & robur accreſcere, & Adverſariis, ſi qui ſint, timor ingeri poterit, Domino providente, veſtrum velitis præbere Aſſenſum pro renovando Fœdere Amicitiæ, & Amore mutuo inter veſtros & noſtros Subditos confovendo;

Et, ſuper hoc, ſcribere velitis Mariæ, Dominæ de Biskae, ut ipſa ad hoc conſenſum præbeat, ſi veſtræ Manſuetudini viſum fue-

Et pur ceo nous vous prioms, & cheargeoms ſur la foi, que vous nous devez, & l'amur, que vous nous portez, que a plus en haſte, & en la plus ſecre manere, que vous unques purrez, treitez & parlez od touz les Nobles, Comuns, & autres, qe ſont hors de noſtre Obeiſaunce, pur trere lour queers & lours voluntez devers nous, de nous eider & valoir pur recoverir noz dirz Droiz & Heritages, quant temps ſerra; en promettant a eux, de par nous, Graces, Donnes, Pardons, & autres Bienfaitz, ſolonc ceo que vous verrez que ſoit a faire pur noſtre Honur & Profit, & Avancement d'eux, & ceo, que vous iſſint prometterez, tendroms greable.

Et avoms priez, par noz autres lettres, a Monſieur Berard de le Brett, & Arnaud de Mountpeſat, que eux facent en meiſme le manere devers les Nobles, & autres lours Amys, en lour parties.

Et, de ceſte choſe, avoms pleinement dit noſtre volunte au dit Meſtre Bertram, a qi nous voloms que vous donez pleine foi; & volons que vous, & les avantditz, Monſ. Berard, Arnaud, & Bertram, entrecommunez de ceſtes choſes, & d'autres, a plus covent que vous verrez que face a faire; &, de temps en temps, nous certifiez de novelez, enſemblement od voz avis, ſi que nous empuiſſoms touz jours eſtre garniz.

Et vous feſoms ſaver, que nous averoms bons regard as Cuſtages & Travaux que vous mettez en noſtre ſervice, & ferroms iſſint devers vous, que vous vous tendriez apaiez par reſon.

Et ſur les Articles, touchantz l'Eſtat de la Duchee, & autres choſes, touchantes la Credence, a noſtre preſchein Parlement, que ſerra a Norhampton, a treis ſemeyns de Pask preſchein avenir, ordeineroms iſſint, al eide de Dieu, que ceo ſerra al Honur de nous, & Salvacion de noz.

Et quant a la Fille de Biskay, que eſt en veſtre garde, avoms ordeinez ceo que fait a faire; & vous cheargeoms que vous la facez ſi bien & ſi honurablement garder, que ceo ſoit a noſtre honur & le ſoen.

Don. a Nicole, le xxviij. jour de Marcz.

Ad Bernardum de Labreto ſuper dicta Intentione.

LE Roi a, noſtre chere & foial, Monſieur Bernard de la Brett Salutz. Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Ibid.

Nous avoms reſceu askunes lettres par les meyns, noſtre chere & foial, meſtre Berthrand de Codene, envoiez a nous par noz Seneſchal de Gaſcoigne, & Coneſtable de Burdeaux, & celes lettres, & totes les Choſes, queux le dit Bertrand nous ad mouſtre, parmie Credence, a li comiſe, avoms entenduz:

Et vous ſavoms tre bon gree de la bone voillance que vous avez devers nous, & vous prioms cherementes que vous le voillez continuer.

Et vous feſoms ſaver, *&c. prout ſupra, exceptâ Clauſulâ,* Et ſur les Articles.

Don. ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt Arnaldo de Montpeſat, mutatis mutandis.

Don. ut ſupra.

Digitized by Google

pariez ou le Sire de Grant Mont, & ou touz les autres Nobles & Grant du Realme de Navarre, d'eider & valer a noſtre dite Mere, & a nous, pur recoverir noz ditz Droitz & Heretages, quant temps ſerra; enpromettant a eux, de par nous, Graces, Donns, & autres Bienfaitz, ſolonc ceo que vous verrez que ſoit a faire pur noſtre honur & profit, & avancement d'eux; & ceo, que vous iſſint promettez, tendroms greable.

Et avoms priez, par noz autres Lettres, a touz ceux, des queux vous nous avez enveez les nouns par veſtre dit vallet, en la manere que vous nous avez aviſez par voz lettres, en la forme, contenue en le tranſeſcript, clos dedeins ceſtes; & voloms que vous les facez liverer ſolonc ceo, que vous verrez leu & temps

Et avoms eſcrit, en eſpeciale forme, a noſtre Coneſtable de Burdeaux, q'il vous face paier ce q'eſt arere de voz Gages, & de reſtor de voz chivaux.

Et quant as grantz Cuſtages, Travaux, & Anguiſſes, queuz vous avez ſoeffert en noſtre ſervice (dont nous vous mercioms molt cherement) averoms tieu regard, que vous vous tendrez appaiez par reſon.

Et, endroit des autres choſes, contenuz en voz dites Lettres, a noſtre preſchein Parlement, que ſerra a Norhampton, a Trois ſemeins de Paſque, preſchein avenir, feroms enſi ordeiner, od l'eide de Dieu, que ce ſerra a Honur de nous, & ſalvacion dez noz.

A ceo vous feſoms ſaver que, ſolonc voz avis, avoms eſcrit au Roi d'Eſpaigne ſur le Mariage la Fille de Biskaye, & avoms auxint, per aviſement de noſtre Conſeil, eſcrit a la Dame de Biskaye ſur meiſme la Buſoigne.

Dat. ut ſupra.

De Intentione Regis & Amicis alloquendis.

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Ibidem.*

LE Roi, a noſtre chere & foial, meſtre Bertram de Codene, Salutz.

Nous vous feſoms ſaver, que noſtre entencion eſt de recoverir noz droitz, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Et, de ceſte choſe, avoms pleinement mande noſtre voluntez as, noz cheres & foials, Seneſcal de Gaſcoigne, & Coneſtable de Burdeux, Monſ. Berard de la Brette, & Arnaud de Mounrpeſat.

Et vous prioms que vous entrecommunes od eux de ceſtes choſes, & autres a plus ſovent que vous verrez qil ſoit affaire; &, de temps en temps, nous certifiez des noveles, enſemblement od voz avys, ſi que ent puiſſoms touz jour eſtre garniz.

Et feſoms ſaver, que nous averoms ſi bon regard devers vous, que vous vous tendrez bien apaiez de reſon.

Dat. ut ſupra.

• IV. 347.

* *Ad Magnates Navarræ de Intentione Regis, & de auxilio præſtando.*

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3 *Vaſ.* 2. *E.* 3. *m.* 7. *dor.*

LE Roi, a Noble homme, & noſtre Treſchere Amy, Monſieur Arnard Guilliam, Seignur de Eygremound, Saluz.

Nous avoms entenduz la bone affection & amur, que vous avez devers noſtre treſchere Dame & Miere, & nous, & avez eu devers ſes Anceſtres.

Et vous prioms, ſi cherement come nous poomṡ, que vous les voillez continuer devers noſtre dite Miere & nous en totes les choſes, que nous touchent, & purront toucher en celes parties; &

Au Conte d'Eſtarac,
Au Meneſtale de Mirapoyhs,
Au Seigneur Gui de Cumenge,
Au P. Roiger de Cumenge,
Au Seignur de Marbona,
Au Seignur Dauta Riba,
A Viſcont de Monbiſo,
A Viſcont de Brunequel,
A Viſcont de Hautret,
Au Seignur de la Ylba,
Au Seignur de Campendut,
Au Seignur de Lunnac,
Au Seignur de Fontanilhas,
Au Seignur d'Aſpa,
Durfort, apelat Dejma,
Au Seignur de Monteſſquin,
Au Viſcont de Caramanh,
Au Seignur de Montaut,
Au Seignur de Seint Lep,
Au Seignur de Noyer,
Au Seignur Dandoſila,
Au Seignur de Vila Nova la Comptal,
Au Seignur de Saveytat en Roſeigue,
Au Seignur Darpaio,
Au Seignur de la Romegniera;
Au Seignur de Lener.

Les Nouns de Granours Villes & Citees de Lenguadoc;

Toloſa,
Carcaſſona;
Narbonna,
Bezers,
Muapeys,
Pamnas,
Alby,
La Vaur,
Redes,
Caors,
Montalba,
Moyſhac,
Caſtel Sarazi,
Lauſſerta,
Mon de Doma;
Peyraguers,
Viageyart,
Pons,
Amelhau.

---

* *Ad Papam, de Credentia.* • IV. 348.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Rom.* 2. *E.* 3. *m.* 5.

Super quibuſdam magnis negotiis, nos intimè tangentibus, quæ multùm inſident nobis cordi, dilectis Clericis noſtris, Magiſtro Willielmo de Weſton, Canonico Lychfeldenſi, & Magiſtro Benedicto de Paxton, Canonico Exonienſi, intentionis noſtræ propoſitum fecimus aperiri veſtræ Beatitudini, per ipſos, ſeu eorum alterum, ſerioſiùs, ſi libeat, exponendum;

Totis affectibus ſupplicantes quatinùs ipſorum, Willielmi & Benedicti, & alterius eorum, oraculis in præmiſſis fidem præbere dignemini, nobiſque, per ipſos, vel eorum alterum, veſtræ Sanctitatis beneplacita & directionis conſilia demandare.

Conſervet &c.

Dat. apud Barlynges, viceſimo octavo die Martii.

Ad Cardinales, ut ſupra.

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus &c. Salutem & ſinceræ dilectionis affectum,

Quædam Negotia, nos intimè contingentia, quæ multùm inſident nobis cordi, dilectis Clericis noſtris, Magiſtro Willielmo de Weſton, Canonico Lichfeldenſi, & Magiſtro Benedicto de Paxton, Canonico Exonienſi, commiſimus, Dilectioni veſtræ, per ipſos, ſeu eorum alterum, ſerioſiùs exponenda:

Paternitatem veſtram affectuosè deprecantes, quatinùs præfatis, Willielmo & Benedicto, vel eorum alteri, in hiis, quæ vobis dicent, ſeu dicet, ex parte noſtrâ, fidem præbere velitis indubiam, &

Digitized by Google

tione Concordiæ inter noſtros Subditos & homines de Flandriâ, ſuper Dampnis & Injuriis, hinc inde datis, ad diem præfixum, ad Nos tranſmittere potuiſtis, audivimus, & pleno conceptnus intellectu; voſque ſuper hoc habuimus, & habemus propenſius excuſatos.

Et quia deſiderabiliter affectamus inter Nos & dictos Subditos noſtros, ac vos præcipuè, & cæteros de Flandriâ, perpetuæ Pacis & mutuæ dilectionis Fœdera ſtabiliri, & cujuſlibet Diſſentionis materiam amputari, Dilectioni veſtræ duximus intimandum quòd voluntatis noſtræ exiſtit, ut in feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futuro, apud Londoniam, ſeu alibi, quo contigerit nos tunc eſſe, Tractatus hujuſmodi habeatur pro Pace, Deo auctore concedente, reformandâ.

Placeat igitur vobis certos Nuncios veſtros, cum ſufficienti Poteſtate, ad Nos, ad dictum diem, tranſmittere, ad Tractandum Nobiſcum, ſeu Fidelibus noſtris, quos ad hoc deputaverimus, ſuper Negotio ſupradicto.

Nos enim prompti erimus, quatenùs ad Nos attinet, ea pro nobis & dictis Subditis noſtris facere, quæ ad Pacem & Amicitiam in præmiſſis poterunt pertinere.

Nec omittatis mittere ad Nos, ut præmiſſum eſt, ad dictum diem, ne forſan credatur vos dictam Concordiam & Communionem mutuam nullatenus affectare, & exinde majoris Diffidii materia oriatur.

Data apud Sempryngham, ſexto die Aprilis.

Ad Papam, ſuper negotio Eccleſiæ Cantuarienſis pro Expeditione habendâ.

Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Rom.* 2. *E.* 1. *m.* 4.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Etſi, Pater ſanctiſſime, ex fervore deſiderii, quo intentione puriſſimâ cingebamur, ut Cantuarienſi Eccleſiæ viduatæ, quæ, ſicut inter cæteras Eccleſias Regni noſtri dignitate præminet, ita regimine indiget puriore, talis præponeretur, modernis temporibus, in Antiſtitem & Paſtorem, qui, præventus donis gratiæ ſpiritualis, & præpollens virtutibus, Gregem Domini cum noſcet in viam Salutis dirigere, & Nobis, qui in ætate tenera importabilis gravedini oneris humeros ſuppoſuimus imbecilles, conſiliis poſſet aſſiſtere, & fulcire Suffragiis in adverſis, preces veſtræ Clementiæ effuderimus vicibus iteratis, quatenùs, diſcretum virum, Magiſtrum Simonem de Mepham, Canonicum Ciceſtrenſem, in Archiepiſcopum loci prædicti concorditer electum, Cui de vitæ munditiâ, Literarum Scientiâ, & aliarum virtutum titulis, laudabile teſtimonium præbebatur, recommendatum habere, & Electionem, de ipſo taliter celebratam, jubere dignaremini, cum favoris & gratiæ plenitudine expediri:

Quia tamen jam nobis a nonnullis eſt certitudinaliter intimatum, quòd de confirmatione Electionis præmiſſæ, propter defectus aliquos, in ipſius examinatione repertos, veriſimiliter deſperatur, & quòd de Proviſione ejuſdem Eccleſiæ veſtra Paternitas ordinare proponit iſtâ vice;

Nos,

Advertentes quòd multa Nobis & Regno noſtro evenire poſſent incommoda, ſi prædictæ Eccleſiæ Regimen perſonæ committere-

videritis; ita, ſi placet, quòd, veſtro mediante præſidio, prædictæ Preces noſtræ effectum ſortiri valeant, quem deſiderabiliter affectamus.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles Literæ dirigantur ſubſcriptis; videlicet,

Domino B. Epiſcopo Tuſculanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,
Domino P. Tituli Sanctæ Suſannæ Preſbitero Cardinali,
Domino J. Sancti Georgii ad Velum Aureum Diacono Cardinali,
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali,
Domino G. Tituli Sanctorum Marcellini & Petri Preſbitero Cardinali,
Domino G. Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali,
Domino P. Epiſcopo Peneſtrino Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Vicecancellario,
Domino G. Sabinen. Epiſcopo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

De Proceſſibus contra Scotos revocandis.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1328. *An.* 2. *E.* 3. *Rom.* 2. *E.* 3. *m.* 4.

Quantis alliſerit direptionum incommodis dira Guerrarum commotio, a longis retrò temporibus, Populos Angliæ & Scotiæ Nationum, & quæ exindè Strages Hominum, Vaſtitates, Exilia, Dampnaque innumera, hactenus fuerint ſubſecuta, novit, ut credimus, veſtra Paterna Circumſpectio, nec poterunt ſine amaritudine recenſeri.

Veruntamen, Pater deſideratiſſime, cùm jam, æterni Regis providente Clementiâ, in cujus manu corda ſunt Regum, & ea, cùm voluerit, inclinat ad Pacem, inter Nos & noſtros Subditos ex parte unâ, &, Magnificum Principem, Robertum Regem Scotorum, & ſuos Subditos, ex alterâ, ſuper Guerris & Diſcordiis, hinc inde motis, Pacis & Amicitiæ Fœdera, & Confœderationis ſpecialis vincula, ſtabilita ſint & firmata; noſtriſque proinde votis inſideat ipſius Regis & ſuorum honori proſpicere, & incommoda, mutuæ dilectionis intuitu, propulſare,

* Beatitudini veſtræ ſupplicamus affectione, quâ poſſumus, cariore, quatenus Proceſſus, * IV. 351.

Si qui in Curiâ veſtræ Sanctitatis, ſeu alibi, auctoritate Apoſtolicâ contra dictum Regem Scotiæ, ſeu ejus Regnum, aut Subditos, Clericos, vel Laicos, facti fuerint,

Jubere dignemini effectualiter revocari, ac Nunciis ipſius Regis, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam ob hanc cauſam deſtinandis, ſuper hoc Apoſtolicæ gratiæ plenitudinem benignitate ſolitâ impertiri; ita (ſi placet) quòd initæ Pacis ſtabilitas exinde firmari valeat, & ruptæ Amicitiæ Fœdera, taliter reformata, ſolidiùs obſervari.

Conſervet vos Altiſſimus &c.

Dat. apud Northampton, tertio die Maii.

Digitized by Google

Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali,
Domino P. tituli Sanctæ Suſannæ Presbitero Cardinali,
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali,
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali,
Domino J. Sancti Theodori Diacono Cardinali.

Pro Cardinalibus, de Decima, Regi per Clerum conceſſa, exonerandis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 17.

REX, Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Sciatis quòd, ob Affectionem, quam erga Venerabilem Cœtum Cardinalium Eccleſiæ Romanæ gerimus & habemus, pardonavimus omnibus & ſingulis Cardinalibus, in Regno noſtro Beneficiatis, omnes Pecuniæ ſummas, ipſos, ratione Decimæ, nobis per Clerum Regni noſtri nuper conceſſæ, contingentes:

Et ideò vobis mandamus quòd omnes Cardinales prædictos, in Regno noſtro, ut præmittitur, Beneficiatos, de dictâ Decima, ipſos, ratione Beneficiorum ſuorum, in Regno noſtro exiſtentium, contingente, ad idem Scaccarium exonerari, & quietos eſſe faciatis;

Diſtrictiones (ſi quas eis, præmiſſâ occaſione, fieri feceritis) ſine dilatione relaxari facientes eiſdem.

Teſte Rege apud Norhampton. decimo die Maii,

Per ipſum Regem & Concilium.

* IV. 352.

* *Ad Papam, iteratæ Preces pro Cantuarienſi Electo.*

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 3.

PApæ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Quo intentiori deſiderio, Pater Sanctiſſime, Electionem, nuper in Eccleſiâ Cantuarienſi canonicè & concorditer celebratam, de, diſcreto Viro, Magiſtro Simone de Mepham, Sacræ Theologiæ Doctore, in Archiepiſcopum loci illius, felici optamus effectui mancipari, eò veſtræ Clementiæ, pro ipſius expeditione, preces cogimur frequentiùs iterare.

Nuper ſiquidem, Pater Sancte, tàm Electionem prædictam, quàm Electi perſonam (Cui de Vitæ ſanctitate, & Morum elegantiâ, laudabile Teſtimonium perhibetur) veſtræ Beatitudini purâ intentione recommendavimus, votivis deſideriis ſupplicando quatenùs eidem Electo, in felici expeditione negotii electionis præmiſſæ, jubere dignaremini favoris & gratiæ plenitudinem exhibere, & ipſum ad Eccleſiam (ad cujus regimen tàm ſanctè & concorditer vocatus extitit) remittere feliciter expeditum.

Verum,

Quia de hujuſmodi expeditione, jam diutiùs præſtolatâ, non eſt delatus ad nos adhuc rumor certus, quamquam a nonnullis nobis nuperrimè relatum extitit quòd, examinato dictæ Electionis negotio, de ipſius propinquâ confirmatione, firma fiducia habebatur,

Sanctitudinem veſtram affectione, quâ poſſumus cariore, pulſandam duximus precibus iteratis, quatinùs,

Penſatis Paternâ Providentiâ incommodis, quæ non ſolum ipſi Cantuarienſi Eccleſiæ, ſet etiam toti Regno noſtro, ex diutinâ Vacatione dictæ Cantuarienſis Eccleſiæ, veriſimiliter iminent his diebus,

Dictæ Electionis negotium cum celeritate, quâ veſtra Beatitudo decreverit, gratioſè jubere dignemini expediri.

Firma enim ab univerſis Regni noſtri Incolis fiducia optinetur, quòd ipſius Promotio ad Eccleſiam ſupradictam non ſolùm Animarum ſaluti proficiet, ſet etiam totius Regni noſtri tranquillitati, Deo propitio, providebitur & quieti.

...citiam pertinent, ſeu pertinere poterunt, promptos & * benivolos, ob affectionem, quam Vos erga Nos & Noſtros habuiſſe cognovimus, volumus inveniri. * IV. 353.

Et, quod ſuper hoc deliberato Conſilio duxeritis faciendum, nobis reſcribere velitis per præſentium Portitorem.

Dat. apud Norhampton. undecimo die Maii.

Ad Papam, ſuper Anniverſario Edvardi nuper Regis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 3.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Debitum, tàm Præcepti, quàm Naturæ, Parentibus Vivis, pariter & defunctis, feliciter intendere credimus, dùm pro ipſorum Memoriâ, perpetuò celebrandâ, Divini Cultûs augmentum fieri procuramus.

Ecce! deſideratiſſime Pater, defuncto nuper, celebris memoriæ, Genitore noſtro, & in Monaſterio Glouceſtriæ corpore ipſius tradito ſepulturæ,

Ut locus ille tanto celebrior habeatur, quanto Deo Devotorum, ibidem miniſtrantium, pro ſalute dicti Patris noſtri, & Anteceſſorum noſtrorum, & omnium fidelium, numerus adaugetur;

Corditer affectamus ut, dilecti nobis in Chriſto --- Abbas & Conventus loci prædicti, Eccleſias de Wyrardeſbury & Chepyngnorton, Lincolnienſi Dioceſe, & de Camme, Wygornienſi Dioceſe, quæ de ipſorum Religioſorum Patronatu exiſtunt, ſibi, & Monaſterio ſuo prædicto, & Succeſſoribus ſuis, appropriare, & in proprios uſus imperpetuum optinere valeant,

Ad Suſtentationem Trium Monachorum, in Ordine Sacerdotali conſtitutorum, ſingulis diebus, pro Animâ dicti Patris noſtri, & Animabus omnium Fidelium defunctorum, ultra numerum antiquum Monachorum dicti Monaſterii, celebraturorum imperpetuum: nec non ad Anniverſarias Solempnitates celebrandum, & Diſtributiones certas, per nos ordinatas, perpetuis temporibus faciendum:

Quocircà Sanctitati veſtræ totâ devotione ſupplicamus, quatinùs Appropriationem hujuſmodi dictis Religioſis, intuitu præmiſſorum, concedere, & eam, ſic per vos conceſſam, jubere velitis, ſi placet, auctoritate Apoſtolicâ communiri.

Conſervet, &c.

Dat. apud Norhampton. duodecimo die Maii.

Super Dotalitio Philippæ Reginæ.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Pat. 2. E. 3. p. 1. m. 3.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, cum nuper, Priuſquam Matrimonium inter Nos, & Philippam, Conſortem noſtram cariſſimam, fuiſſet celebratum,

Promiſſum fuiſſet per, Venerabilem Patrem, Rogerum Coventrenſem & Lichefeldenſem Epiſcopum, de mandato noſtro, Nobili Viro, Willielmo Hanoniæ & Selandiæ Comiti, ac Domino Friſiæ, Patri prædictæ Philippæ, quòd Nos eidem Conſorti noſtræ Quindecim Millia Libratarum Terræ & Redditûs, Parvorum Turonenſium Nigrorum per annum, ſeu Valorem eorumdem ad Sterlingum, in locis competentibus, infra Regnum & Poteſtatem noſtram aſſignare deberemus, habenda in Dotem ſeu Dotalitium ipſius Philippæ ad totam vitam ſuam,

Nos, Promiſſionem prædictam acceptantes, ac volentes eam adimplere, promittimus, & obligamus Nos, Hæredes, & Succeſſores

Digitized by Google

re, procurer, & requerer, & receivre.

Et promettoms a tenir ferme & eſtable tut ceo, que par noz avanditz Procuratours, ou l'un de eux, ſerra fait, procurerz, & acordeez, en les choſes avantdites.

Et, pur ceo que totes choſes devandites ſoient fermes & eſtables, nous avoms ceſtes preſentes Lettres Sealees de noſtre Seal.

Don. a Norhampton, le 16 jour de May.

Pro Johanna Sorore Regis, ſuper Dotalitio per Regem Scotorum aſſignando.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1328. Sciatis quòd Nos, tanquam Tutor legitimus Johannæ, Sororis noſtræ cariſſimæ Impuberis, & Adminiſtrator Bonorum & Rerum, ad eam ſpectantium, conſtituimus & aſſignamus, dilectos & fideles noſtros, Rogerum Manduyt Militem, & Robertum de Tughale,

Ao. 2. E. 3. Pat. 2. E. 3. p. 1. m. 2.

Ad petendum & recipiendum, pro ipsâ Sorore noſtrâ, & ejus nomine, de, Magnifico Principe, Roberto Rege Scotorum, & ejus Miniſtris, ad hoc per ipſum deputandis, Duo Milia Libratarum, Terræ & Redditûs, per Annum, in locis competentibus, in Regno Scotiæ, per rationabilem extentam, habenda, cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus Libertatibus, ad eoſdem Terram & Redditus pertinentibus, ad Terminum Vitæ ipſius Johannæ, juxta aſſignationem & extentas, aliàs de mandato ipſius Regis factas, vel, ſi opus fuerit, de novo faciendas,

Ratione Matrimonii, inter Davidem, Filium & Hæredem ejuſdem Regis, & præfatam Sororem noſtram, contrahendi, ſecundum formam & effectum Pacis, inter Nos & noſtros Subditos, & ipſum Regem & ſuos Subditos, nuper initæ & firmatæ.

Dantes eiſdem, Rogero & Roberto, & eorum alteri, nomine quo ſupra, plenam & expreſſam Poteſtatem Seiſinam ſeu Poſſeſſionem de dictis Duobus Milibus Libratarum Terræ & Redditûs, cum ſuis Juribus & Pertinentiis prædictis, nomine Sororis noſtræ prædictæ, recipiendi:

Explecias, Exitus, & Proficua quæcumque, inde provenientia, colligendi, & ad opus ejuſdem Sororis noſtræ cuſtodiri faciendi:

• IV. 355. * Seneſcallos, Receptores, Ballivos, Præpoſitos, & alios Miniſtros conſtituendi & ordinandi, Compota audiendi, & Omnia alia & ſingula, quæ pro utilitate dictæ Sororis noſtræ facienda fuerint, faciendi & excercendi;

Promittentes nos rata & firma habituros ea, quæ per præfatos, Rogerum & Robertum, vel eorum alterum, Acta, Geſta, ſeu Ordinata fuerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Norhampton. viceſimo primo die Maii.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, de aſſenſu Iſabellæ, Reginæ Angliæ, Matris noſtræ cariſſimæ, conſtituimus & aſſignamus, dilectos & fideles noſtros, Rogerum Manduyt Militem, & Robertum de Tughal, ad petendum & recipiendum pro Johannâ, Sorore noſtrâ

nore præſentium, committimus Poteſtatem, Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid per prædictos, Reginaldum & Johannem, ſeu eorum alterum, noſtro nomine, fieri contigerit in præmiſſis.

In cujus &c.

Dat. apud Wodeſtok, nono die Junii.

De Remuneratione, pro Damnis, per Gallicos illatis, in Vaſconia.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem. Ann. D. 1328.

Supplicavit nobis, dilectus & fidelis noſter, Petrus de Greilly, Vicecomes Benangiarum & Caſtelionis,

Ao. 2. E. 3. Vaſc. 2. E. 3. m. 5.

Per Petitionem ſuam, coram nobis & Concilio noſtro exhibitam,

Ut,

Cum ipſe, occaſione Guerræ, inter Dominum E. nuper Regem Angliæ, Patrem noſtrum, & — tunc Regem Franciæ, in Ducatu prædicto motæ,

* Pro eo quòd, dilecto & fideli noſtro, Edmundo Comiti Kantiæ, Avunculo noſtro, Locum dicti Patris noſtri in eodem Ducatu tunc tenenti, contra dictum Regem Franciæ adhæſit, • IV. 356.

Redditus & Juſtitias ſuas, quos in Villis de Langoun & de Vaſato tunc habuit (qui quidem Redditus & Juſtitiæ ad valorem Trescentarum Librarum Sterlingorum annuatim ſe extendunt) totaliter amiſerit, ſicut dicit,

Velimus eidem Petro de eiſdem Redditibus & Juſtitiis, unà cum Arreragiis Reddituum prædictorum, Reſtitutionem fieri facere competentem;

Nos, volentes ſuper præmiſſis certiorari, & ulterius fieri quod Juris fuerit & Rationis, Vobis mandamus quòd vos, ſuper Jacturis, per ipſum Petrum in hac parte paſſis, pleniùs informetis, & de eo, quod per Informationem hujuſmodi inveneritis, Nos, vel illos (qui ad partes Ducatûs prædicti, pro ſtatûs ejuſdem Reformatione, ex parte noſtrâ, ſunt venturi) certificetis; ut habitâ Certificatione hujuſmodi, eidem Petro competens Remuneratio fiat de præmiſſis.

Teſte Rege apud Wygorniam, decimo quinto die Junii.

Per Petitionem de Concilio.

Probibitio facta Magnatibus Hiberniæ, ne Congregationes Hominum ad Arma, contra Pacem, faciant.

REX, dilecto & fidelis ſuo, Johanni de Bermyngeham, Comiti de Loveth, Salutem. Ann. D. 1328.

Quia intelleximus quòd, inter vos & vobis adhærentes ex parte unâ, & quoſdam alios Magnates Terræ noſtræ Hiberniæ & eis Adhærentes ex alterâ, graves Diſſenſiones ſunt ſubortæ, quódque, tàm vos, quàm ipſi, Congregationes Hominum ad Arma, ad vos invicem aggrediendum & expugnandum, necnon ad Terras veſtras mutuo invadendum, feciſtis, & adhuc facere non deſiſtitis, in

Ao. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 22. dorſ.

revocanda.

Ann. D. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.
1328. Licet, per Literas noſtras Patentes, conceſſerimus, Vene-
An. 2. rabili Patri, Gaucelino Tituli Sanctorum Marcellini & Petri, Pres-
E. 3. bitero Cardinali, quòd * ipſe, & Procuratores ſui, omnia Debi-
Pat. 2. ta, quæ prædicto Cardinali, pro Decimis & Fructubus Beneficio-
E. 3. *p.* 2. rum ſuorum, in Angliâ, debebantur, petere & exigere in Foro
m. 34. Eccleſiaſtico:
* IV. Et quòd Judices Eccleſiaſtici eoſdem Debitores, ad ſolutiones
357. Debitorum illorum faciendas, per quaſcumque cenſuras Eccleſia-
ſticas, compellere poſſent, quâcumque prohibitione noſtrâ non obſtante;

Quia tamen,

Ad Proſecutionem Roberti de Laſcy, per Petitionem ſuam, ſuggerentis in Parliamento noſtro, nuper apud Norhamptoniam convocato, ipſum, per Procuratores prædicti Cardinalis, pro hujuſmodi Fructubus, eidem Roberto venditis, in curiâ Chriſtianitatis Implacitatum fuiſſe, ipſumque auxilium aliquod, in Curiâ noſtrâ, verſus eoſdem Procuratores, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, prætextu Literarum noſtrarum prædictarum, habere non potuiſſe,

Magnatibus & Proceribus dicti Regni, ibidem exiſtentibus, viſum fuit quòd Conceſſio prædicta facta fuit contra communem Legem ejuſdem Regni,

Volumus quòd, ſi idem Robertus, de cætero, per præfatum Cardinalem, ſeu Procuratores ſuos, in Curiâ Chriſtianitatis, de hujuſmodi Debito, prætextu Conceſſionis prædictæ, implacitetur, quod idem Robertus exnunc inde habeat Prohibitiones, & Attachiamenta, in Cancellariâ noſtrâ, ad Communem Legem, ſi voluerit, Conceſſione noſtrâ prædictâ non obſtante.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eveſham, viceſimo octavo die Junii.

Per Petitionem de Concilio.

Pro Johanne de Hanonia.

Ann. D. REX Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.
1328. Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto Conſanguineo & Fi-
An. 2. deli noſtro, Johanni de Hanonia, vel ejus in hac parte Attornato,
E. 3. Septem Milia Librarum, in partem Solutionis Quatuordecim Mi-
Liberat. lium Librarum, in quibus eidem Johanni tenemur, pro Vadiis
2. *E.* 3. ſuis, & Hominum ad Arma, qui in Comitivâ ſuâ, in obſequium
m. 6. noſtrum, in Regno noſtro, ad rogatum noſtrum, nuper venerunt:

Recipientes a præfato Johanne, ſeu ejus dicto Attornato, Litteras Acquietantiæ, Receptionem dictarum Septem Milium Librarum teſtificantes, quæ pro nobis ſufficientes fuerint in hac parte.

Teſte Rege apud Eveſham, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

nutione quâlibet, cuſtodiri faciatis, quouſque præfatis Hominibus & Mercatoribus, de Regno noſtro, de Dampnis & Injuriis, eis, ut præmittitur, illatis, fuerit ſatisfactum, vel aliud indè duxerimus demandandum.

Et de Bonis, Catallis, & Debitis illis, & quæ, & cujuſmodi Bona, & quorum fuerint, & ubi, & cujus valoris, inter te, & ipſos Burgenſes, & probos Homines, fieri facies Indenturas.

Noſque, in Cancellariam noſtram, de toto facto tuo in præmiſſis, diſtinctè & apertè, ſub ſigillo tuo, certifices; Tranſcripta Indenturarum illarum nobis mittendo.

Præmiſſa autem cum tantâ diligentiâ facias & exequaris, quòd non poſſis de aliquâ negligentiâ reprehendi, & quòd propter Defectum tui, ſeu Tepiditatem in hac parte, non habeamus materiam ad te graviter capiendi.

Teſte Rege apud Eveſham, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomitibus Londoniæ, &c.

De Iſabella Regina, ad partes Berewici profectura.

MEmorandum quòd, die Veneris, videlicet, primo die Julii, an- Ann. D.
no Regni Regis Edwardi, tertii poſt Conqueſtum, ſecundo, Ve- 1328.
nerabilis Pater, H. Lincolnienſis Epiſcopus, Cancellarius Domini *An.* 2.
Regis, qui ad partes Berewici, in Comitivâ Iſabellæ Reginæ An- *E.* 3.
gliæ, profecturus fuit, in Camerâ ipſius Cancellarii, in Abbatia *Clauſ.* 2.
Beatæ Mariæ Eborum, poſt prandium, in præſentiâ Dominorum, *E.* 3. *m.*
Adæ de Brom, Henrici de Edeneſtowe, Thomæ de Eveſham, & 20. *d.*
aliorum Clericorum de Cancellariâ, de mandato dicti Domini Regis, liberavit Magnum Sigillum ipſius Regis in quâdam Burſâ, Sigillo ipſius Cancellarii conſignatâ, Magiſtro Henrico de Clyf, Cuſtodi Rotulorum de dicta Cancellaria, ad cuſtodiendum ſub Sigillo Domini Willielmi de Harlaſton, Clerici de eadem Cancellaria, uſque ad Reditum ipſius Cancellarii a partibus ſupradictis, & ad faciendum interim ea quæ ad Officium Cancellarii pertinent: idemque Henricus Sigillum prædictum ſic a præfato Cancellario recepit, & prædicti, Henricus & Willielmus, Brevia indè, die Craſtinâ, in eadem Abbatiâ, conſignari fecerunt.

De proclamando ne quis Armatus ire, ſeu vim ducere præſumat.

REX Vicecomiti Lancaſtriæ, Salutem. Ann. D.
Cùm, de communi Conſilio Regni noſtri, in Parliamento 1328.
noſtro, apud Norhamptoniam nuper tento, inter cætera Statutum *An.* 2.
ſit, ne quis, Major, vel Minor, cujuſcumque Statûs vel Condi- *E.* 3.
tionis exiſtat (*) *Clauſ.* 2.
Exceptis Servientibus noſtris in præſentiâ noſtrâ, & Miniſtris *E.* 3. *m.*
noſtris, Executiones Mandatorum noſtrorum, ſeu Officiorum ſuo- 20. *d.*
rum, facientibus, & aliis, in Comitivâ ipſorum Miniſtrorum, eiſdem Miniſtris auxiliantibus, & etiam ad Proclamationem facti armorum de Pace, & hoc in locis, ubi hujuſmodi factum fieri contigerit,

Audaciam ſibi aſſumat coram Juſticiariis, vel aliis Miniſtris noſtris Officium ſuum facientibus, vi armatâ accedere, aut vim aliquam [illegible], in Pacis noſtræ Læſionem, nec equitare, ſeu Armatus ire, de die nec de nocte, in Feriis, Mercatis, nec in præſentiâ Juſti-

Digitized by Google

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 10. d.

R Cùm, ad tractandum Nobiſcum de reformatione Pacis & Concordiæ, inter noſtros Subditos ex parte unâ, & quoſdam Homines & Mercatores de Flandriâ ex alterâ, ſuper Contentionibus & Diſcordiis, hinc indè motis, occaſione Dampnorum, datorum ſupra Mare, certi Nuncii, ex parte ipſorum Flandrenſium, cum ſufficiente Poteſtate, ad Nos jam venerint:

Noſque, hujuſmodi Pacem & Concordiam, pro utilitate, quæ utrique Terræ ex mutuâ Communione poterit evenire, corditer affectantes, aſſignaverimus diem præfatis Nunciis, coram nobis & Concilio noſtro, apud Eborum, videlicet in Feſto Sancti Petri ad Vincula, proximò futuro, ad inchoandum Tractatum hujuſmodi, & plenam Concordiam, ac Pacem ſtabilem, Deo propitio reformandum:

Vobis præcipimus quòd, in Civitate prædictâ, in locis, ubi videritis expedire, faciatis publicè proclamari, quòd omnes illi, qui pro Dampnis, eis per ipſos Homines de Flandriâ illatis ſupra Mare, proſequi voluerint, ad dictos Diem & Locum accedant, Querelas ſuas tunc ibidem proſecuturi, & oſtenſuri, ſi ſibi viderint expedire;

Et hoc nullatenus omittatis, & habeatis ibi tunc hoc Breve.

Teſte Rege apud Briggenorth, duodecimo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Pro Archiepiſcopo Armachano Commendatoria.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 3.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Caritatis fœcundæ ſinceritas, quâ perſonam, venerabilis Patris, Stephani de Segrave, Archiepiſcopi Armacani, amplectimur, virtutum quibus laudabiliter inſignitur Donaria contemplando, ſolertes Nos efficit ad ea, quæ ipſius Honoris & Profectuum incrementis conveniunt, votivis deſideriis procuranda.

Cùm itaque idem Archiepiſcopus, * pro ſuis & Eccleſiæ ſuæ negotiis, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam perſonaliter divertere ſe proponat, Beatitudini veſtræ ſinceris affectibus ſupplicamus, quatenùs eundem Archiepiſcopum (virum utique ex Nobili Progenie procreatum, Literarum ſcientiâ præditum, devotione conſpicuum, & in commiſſo ſibi Regimine circumſpectum) habentes, ſi placet, noſtri contemplatione rogatûs, propenſiùs recommendatum, ſic ei, in gratioſâ expeditione Negotiorum eorumdem, Apoſtolici favoris Munificentiam dignemini impertiri, quòd has preces noſtras, in effectu, ſibi ſentire valeat profuiſſe.

* IV. 360.

Conſervet &c.

Dat. apud Notingham, viceſimo tertio die Julii.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 19. d.

De proclamando ne quis ſe transferat ad partes exteras.

REX, dilecto & fideli ſuo, Bartholomæo de Burgherſh, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, Salutem.

Quibuſdam de cauſis vobis mandamus, firmiter injungentes, nenveſis, dùm illis Officiis præfuit, ſubditorum converſationem, in omni manſuetudine, temperantiâ & diſcretione, dirigentem, ac in aliis Adminiſtrationibus, tàm Temporalium, quàm Spiritualium, luculenter expertum, Nobiſque & Regno, eo præſetim quòd variarum linguarum notitiam habet, maximè neceſſarium,

Magiſtrum Henricum de Gowera, dictæ Eccleſiæ Archidiaconum, jam per concordem & canonicam Electionem, debitam & ritam Confirmationem, ſolempnem & devotam Conſecrationem, eidem Eccleſiæ præfecit in Epiſcopum & Paſtorem.

Ipſius itaque Epiſcopi perſonam Sanctitati veſtræ recommendamus affectu, quo poſſumus, cariori; humiliter deprecantes quatenùs eundem Epiſcopum, & Eccleſiæ ſuæ negotia, ad paternæ caritatis gratiam admittere velitis, ſi * placet, & veſtræ Protectionis Clipeo communire, Venerabilibus Patribus, Wygornienſi, & Herefordenſi, finitimis Epiſcopis, & cæteris Prælatis, è vicinio commorantibus, Dantes, ſi placet, veſtris ſacris literis in mandatis, ut eidem Epiſcopo, pro Rebellione Wallenſium compeſcendâ (quæ, ex ipſorum levitate præcedente, veriſimiliter poſſe creditur evenire) conſiliis & auxiliis aſſiſtant, pro loco & tempore, opportunis.

* IV. 361.

Litera de Credentia ad Villam de Bruges.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Clauſ. 2. E. 3. m. 19. d.

REX Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, ac Communitati Villæ de Bruges, & eis adhærentibus, Salutem cum ſinceræ dilectionis affectu.

Super quibuſdam Negotiis, quæ nobis inſident multùm cordi, Dilecto & Fideli noſtro, Johanni de Chidiok, votum aperuimus mentis noſtræ, vobis per ipſum ſerioſiùs explicandum:

Vos rogantes, quatenùs eidem Johanni (quem ob hanc cauſam ad vos ſpecialiter deſtinamus) in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtra, Fidem indubiam præbere velitis, & nobis indè reſcribere velle veſtrum.

Data apud Eborum, ſeptimo die Auguſti.

Conſimiles Literæ diriguntur Scabinis, Conſulibus, ac toti Communitati Villæ de Ipre.

Magiſtro Petro de Zuinekeke, Clerico Villæ de Bruges.
Johanni, dicto de Scinkel.
Willielmo, dicto de Ken.

Pro Mercatoribus Extraneis, Confirmatio Cartæ.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Cart. 2. E. 3. n. 39.

REX Archiepiſcopis, &c. Salutem.

Inſpeximus Cartam, quam, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Avus noſter, fecit in hæc verba,

EDwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

Circa bonum Statum omnium Mercatorum, ſubſcriptorum Reg-

Digitized by Google

non liceat eis educere quoquomodo.

Item, quòd prædicti Mercatores in Civitatibus, Burgis & Villis prædictis, pro voluntate ſuâ, Hoſpitari valeant & morari, cum Bonis ſuis, ad gratum ipſorum, quorum fuerint Hoſpitia ſive Domus.

Item, quòd quilibet CONTRACTUS, per ipſos Mercatores, cum quibuſcumque perſonis, undecumque fuerint, ſuper quocumque genere Mercandiſæ initus, Firmus ſit & Stabilis; ita quod neuter Mercatorum ab illo Contractu poſſit diſcedere, vel reſilire poſtquam DENARIUS DEI, inter principales perſonas contrahentes, datus fuerit & receptus: Et, ſi forſan ſuper Contractu hujuſmodi Contentio oriatur, fiat indè Probatio, aut Inquiſitio, ſecundum Uſus & Conſuetudines Feriarum & Villarum, ubi dictum contractum fieri contigerit & iniri.

Item, promittimus præfatis Mercatoribus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris imperpetuùm, concedentes quod nullam PRISAM, VEL ARRESTATIONEM SEU DILATIONEM, occaſione Priſæ, de cætero, de Mercimoniis, Mercandiſis, ſeu aliis Bonis ſuis, per Nos, vel alium, ſeu alios, pro aliqua neceſſitate, vel caſu, contra voluntatem ipſorum Mercatorum, aliquatenus faciemus, aut fieri patiemur, niſi ſtatim ſoluto Pretio, pro quo ipſi Mercatores aliis hujuſmodi Mercimonia vendere poſſint, vel eis aliàs ſatisfactio fiat, ita quod reputent ſe contentos: Et quod ſuper Mercimonia, Mercandiſas, ſeu Bona ipſorum, per Nos, vel Miniſtros noſtros, nulla Appretiatio, aut Æſtimatio, imponetur.

Item, volumus quod omnes Ballivi & Miniſtri Feriarum, Civitatum, Burgorum, & Villarum Mercatoriarum, Mercatoribus antedictis conquerentibus, coram eis celerem JUSTITIAM faciant, de Die in Diem, ſine dilatione, SECUNDUM LEGEM MERCATORIAM, de univerſis & ſingulis, quæ per eandem Legem poterunt terminari: Et, ſi fortè inveniatur Defectus in aliquo Ballivorum vel Miniſtrorum prædictorum, unde iidem Mercatores, vel eorum aliquis, Dilationis incommoda ſuſtinuerint, licèt Mercator verſus partem in Principali recuperaverit Dampna ſua, nichilominus Ballivus, vel Miniſter alius verſus Nos, prout delictum exigit, puniatur, & Punitionem iſtam concedimus in favorem Mercatorum prædictorum pro eorum Juſtitiâ maturandâ.

Item, quòd in omnibus generibus PLACITORUM (ſalvo Caſu Criminis, pro quo infligenda ſit Pœna Mortis) ubi Mercator Implacitatus fuerit, vel alium implacitaverit, cujuſcumque conditionis idem Implacitatus extiterit, Extraneus, vel Privatus, in Nundinis, Civitatibus, ſive Burgis, ubi ſufficiens copia fuerit Mercatorum prædictarum Terrarum, & Inquiſitio fieri debeat, ſit Medietas Inquiſitionis de eiſdem Mercatoribus, & Medietas altera de aliis Probis & Legalibus Hominibus loci illius, ubi Placitum illud eſſe contigerit: &, ſi de Mercatoribus, dictarum Terrarum, numerus non inveniatur ſufficiens, ponantur in Inquiſitione illi, qui idonei invenientur ibidem, & Reſidui ſint de aliis Bonis Hominibus & Idoneis, de locis in quibus [illegible]citum illud erit.

Item, Volumus, Ordinamus, & Statuimus quod, in qualibet Villâ Mercatoriâ, & Feriâ, Regni noſtri prædicti, & alibi, infra Poteſtatem noſtram, PONDUS NOSTRUM IN CERTO LOCO PONATUR: &, ante Ponderationem, Statera in præſentiâ Emptoris & Venditoris vacua videatur: & quod Brachia ſint æqualia: & extunc Ponderator ponderet in æquali: &, cum Stateram poſuerit in æquali, ſtatim amoveat manus ſuas, ita quod remaneat in æquali: quodque per totum Regnum & Poteſtatem noſtram UNUM SIT PONDUS, ET UNA MENSURA: ET SIGNO STANDARDI NOSTRI SIGNENTUR: & quod quilibet poſſit habere Stateram unius Quartroni, & infra, ubi contra Dominum Loci, aut Libertatem, per Nos, ſeu Anteceſſores noſtros, conceſſam, illud non fuerit, ſive contra Villarum, aut Feriarum, Conſuetudinem, hactenus obſervatam.

Item, Decem & octo Denarios de quolibet Panno, in quo pars Grani fuerit intermixta.

Item, Duodecim Denarios de quolibet Panno alio, ſine Grano.

Item, Duodecim Denarios de quolibet Ceræ Quintallo.

Cúmque, de præfatis Mercatoribus, nonnulli eorum aliàs excerceant Mercandiſas, ut de Averio ponderis, & de aliis rebus ſubtilibus, ſicut de Pannis Tarſen, de Serico, de Cindacis, de Seta, & aliis diverſis Mercibus, & de Equis etiam, ac aliis Animalibus, Blado & aliis Rebus, & Mercandiſis multimodis, quæ ad certam Cuſtumam facile poni non poterunt,

Iidem Mercatores conceſſerunt dare Nobis, & Hæredibus noſtris, de qualibet Librâ Argenti æſtimationis, ſeu valoris, Rerum & Mercandiſarum hujuſmodi, quocumque nomine cenſeantur, Tres Denarios de Librâ, in Introitu Rerum & Mercandiſarum ipſarum, in Regnum & Poteſtatem noſtram prædicta, infra viginti dies poſtquam hujuſmodi Res & Mercandiſæ in Regnum & Poteſtatem noſtram adductæ, & ibidem exoneratæ, ſeu venditæ fuerint; Et ſimiliter Tres Denarios de qualibet librâ Argenti, in Eductione quarumcumque Rerum & Mercandiſarum hujuſmodi, Emptarum in Regno & Poteſtate noſtrâ prædictis, ultra Cuſtumas antiquas, nobis, aut aliis, ante datas: Et ſuper valore & æſtimatione Rerum & Mercandiſarum hujuſmodi, de quibus Tres Denarii, de qualibet Librâ Argenti, ſicut prædicitur, ſunt ſolvendi, credatur eis per Litteras, quas de Dominis, aut Sociis ſuis, oſtendere poterunt; &, ſi Litteras non habeant, ſtetur in hac parte ipſorum Mercatorum, ſi præſentes fuerint, vel Valettorum ſuorum, in eorumdem Mercatorum abſentiâ, juramentis.

Liceat inſuper Sociis, de Societate Mercatorum prædictorum, infra Regnum & Poteſtatem noſtram prædicta, Lanas vendere aliis Sociis ſuis, & ſimiliter emere ab eiſdem, abſque Cuſtumâ ſolvendâ; Ita tamen quod dictæ Lanæ ad tales manus non deveniant, quod Cuſtumâ, nobis debitâ, defraudemur.

Et præterea, eſt ſciendum quod, poſtquam ſæpedicti Mercatores, ſemel in uno loco, infra Regnum & Poteſtatem noſtram, Cuſtumam, nobis conceſſam ſuperius, pro Mercandiſis ſuis, in formâ ſolverint ſupradictâ, & ſuum habeant indè Warantum, erunt liberi & quieti, in omnibus aliis locis, infra Regnum & Poteſtatem noſtram prædictam, de ſolutione Cuſtumæ hujuſmodi, pro eiſdem Mercandiſis ſeu Mercimoniis, per idem Warantum, ſive hujuſmodi Mercandiſæ infra Regnum & Poteſtatem noſtram remaneant, ſive exterius deferantur; exceptis Vinis, quæ de Regno & Poteſtate noſtrâ prædictis, ſine voluntate & licentiâ noſtrâ, ſicut prædictum eſt, nullatenus educantur.

Volumus autem, ac pro Nobis, & Hæredibus noſtris, concedimus quod NULLA EXACTIO, PRISA, VEL PRÆSTATIO, AUT ALIQUOD ALIUD ONUS, ſuper Perſonas Mercatorum prædictorum, Mercandiſas, ſeu Bona eorumdem, aliquatenus imponantur contra formam, expreſſam ſuperius & conceſſam.

* Hiis Teſtibus, Venerabilibus Patribus; • IV. 364.

Roberto Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate,
Waltero Coventrienſi & Lychefeldenſi Epiſcopo.
Henrico de Lacy, Comite Lincolniæ,
Humfrido de Bohun, Comite Herefordiæ & Eſſex, ac Conſtabulario Angliæ,
Admaro de Valentiâ,
Galfrido de Geynvill,
Hugone le Deſpenſer,
Waltero de Bello Campo, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Roberto de Bures,
Et aliis.

Dat.

Digitized by Google

recolligat, & ea quo voluerit Eccleſiaſticæ tradat ſepulturæ,

Vel ejus in hac parte Attornato, ſine dilatione liberari faciatis; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Eborum, decimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Majori & Vicecom. Londoniæ, pro capite, quod ibidem miſſum fuit per præceptum dicti Patris, &c.

Majori & Ballivis Villæ Novi Caſtri ſuper Tynam, pro uno Quarterio ibidem miſſo &c.

Majori & Ballivis Briſtoll, pro uno Quarterio ibidem miſſo &c.

Ballivis Salopiæ, pro uno Quarterio ibidem miſſo &c.

• IV. 365.

* *Ad Papam, pro Epiſcopo Menevenſi, & de levitate cervicoſa Wallenſium.*

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 3.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Ex amoris fœcunditate, quâ perſonam, Venerabilis Patris, Henrici Epicopi Menevenſis, proſequimur in viſceribus caritatis, virtutum, quibus pollet, inſignia & meritorum excellentiam contemplando, ipſum & Eccleſiæ ſuæ negotia aliàs veſtræ Clementiæ nos recommendaſſe meminimus,

Attentiùs ſupplicando ut negotia, ipſum & commiſſam ſibi Eccleſiam (quæ, in terrâ Walliæ ſituata, Subditos habet INDOMITOS DEVIOS ET DELIROS, tàm Anglicos, quàm Wallenſes) contingentia, ex parte ejuſdem Epiſcopi veſtræ Beatitudini exponenda, benignè audire, & ad exauditionis gratiam admittere dignaremini, noſtrorum rogaminum interventu.

Verum quia idem Epiſcopus, ad nos perſonaliter accedens, nobis expoſuit quod ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſiderabat perſonaliter ſe transferre, ſupplicans ut ſibi transeundi licentiam concedere curaremus, Inhibitione, per nos & Concilium noſtrum, ob guerrarum turbines, quæ ubilibet modernis temporibus noſcuntur proſilire, nuper factâ (videlicet, quod aliqui Magnates Regnum noſtrum non exeant) non obſtante:

Nóſque tamen, pro eo quod ejus abſentia nobis, & Regno noſtro, & præcipuè Eccleſiæ ſuæ Menevenſi (quæ ſoleti eget regimine, & ex levitate cervicosâ Subditorum promptis dinoſcitur periculis ſubjacere) plurimum eſſet dampnoſa, licentiam illam omnino duximus denegandam;

Ne igitur, eâ de causâ, idem Epiſcopus (quem virum novimus eminentis ſcientiæ, magnæ circumſpectionis & induſtriæ, bonæque converſationis & honeſtæ) in ſuis & Eccleſiæ ſuæ negotiis detrimentum aliquod patiatur,

Sanctitudini veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinus eundem Epiſcopum, & commiſſam ſibi Eccleſiam, Paternâ benivolentiâ amplectentes, in his, quæ piè poſtulaverit, benignum præbere auditum, & poſtulata dignemini concedere gratioſè.

Dantes, ſi placet, vicinis Epiſcopis, videlicet, Wygornienſis

Domino P. Epiſcopo Peneſtrenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Vicecancellario.

Domino L. Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali.

De Poteſtate data tractandi cum Duce Brabantiæ de Confœderatione, & Retinentia.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Pat. 2. E. 3. p. 2. m. 23.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Reginaldi de Cobham Militis, & Magiſtri Johannis de Hildeſle, Canonici Ciceſtrienſis, plenam fiduciam reportantes,

Ipſos conſtituimus & facimus Procuratores, & Nuncios noſtros ſpeciales,

Dantes eis plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale tractandi, pro Nobis, & noſtro nomine, cum, Nobili Viro, Domino Johanne, Duce Brabantiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, de Confœderatione & Amicitiâ, inter Nos, & noſtros Subditos, ac nobis Adhærentes, & ipſum Ducem, & ſuos Subditos, ac ſibi Adhærentes, ineundis, ac Retinentiâ ſpeciali, tàm pro Pace, quàm pro Guerrâ, contra quoſcumque Reges, & Principes, & alios, cujuſcumque Status & Conditionis exiſtant:

Et eaſdem, Confœderationem, Amicitiam, & Retinentiam, quâcumque firmitate vallandi:

Necnon concordandi cum eodem Duce, ſeu Deputandis ab eo, ſuper Terminis Solutionum, eidem Duci, ſeu Gentibus ſuis, per nos faciendarum, de quibuſcumque Pecuniarum Summis, eidem Duci, ſeu Gentibus ſuis, præmiſſâ occaſione promiſſis, ſeu promittendis:

Et etiam conveniendi cum eodem Duce, & Gentibus ſuis prædictis, de certis Pecuniarum Summis, pro Stipendiis, Vadiis, & Cuſtubus, ac Reſtauro Equorum, Hominum ad Arma, quos idem Dux in obſequium noſtrum ducet, ſeu mittet, prout melius fore viderint faciendum;

Promittentes Nos ratum, & Stabile habituros, quicquid, per præfatos Procuratores noſtros, tractatum, vallatum, concordatum, conventum, & promiſſum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Pontem fractum, viceſimo ſecundo die Auguſti.

De Poteſtate tractandi cum Comite de Los & aliis.

REX univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Ibid.

De fidelitate &c. *ut ſupra uſque ibi*, cum, Nobilibus Viris, Comitibus de Los, & Chyny, ac de Gelre, & Henrico de Bantreſſem, ac aliis Nobilibus, & Perſonis quibuſcumque, de Confœderatione & Amicitiâ, inter Nos, & noſtros Subditos, & ipſos Comites, Nobiles, & eorum quemlibet, ac ſibi Adhærentes, in-

Digitized by Google

Ann. D. REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Roches, Cuſtodi In-
1328. ſularum de Jerneſeye, Jerſeye, Serk, & Aurneye, Salutem.
An. 2. Quia accepimus quòd Epiſcopi, Abbates, Priores, & alii Ho-
E. 3. mines de Normanniâ, qui de nobis tenent in Inſulis prædictis per
Clauſ. 2. Homagia, Fidelitates, & alia Servitia, aſſerunt ſe Homagia & Fi-
E. 3. m. delitates ſuas nobis facere non debere, niſi ubi Prædeceſſores eo-
15. rum Progenitoribus noſtris ea fecerunt temporibus, quibus Inſulæ
prædictæ Parcellæ de Normanniâ extiterunt:

Vobis mandamus quod omnes illos de Normanniâ, qui de nobis in Inſulis prædictis tenent, & nobis indè Fidelitates facere tenentur, ſine dilatione diſtringatis, ad Fidelitates ſuas, coram nobis, in Inſulis prædictis, nobis faciendas; & Homagia illorum, qui nobis Homagia facere tenentur, ponatis in Reſpectum quamdiu noſtræ placuerit voluntati.

Teſte meipſo apud Clipſton. triceſimo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Poteſtate data tractandi ſuper Confœderatione & Retinentia in partibus Aquitaniæ.

Ann. D. REX Univerſis, ad quos &c. Salutem.
1328. Noverit Univerſitas veſtra quod Nos,
An. 2. De fidelitate & circumſpectione, Dilectorum & Fidelium no-
E. 3. ſtrorum, Johannis de Hauſtede, Seneſcalli noſtræ Vaſconiæ, Ma-
Pat. 2. giſtri Johannis de Weſton, Conſtabularii noſtri Burdegaliæ, &
E. 3. p. Johannis Travers, confidentes,
2. m. 22. Ipſos ordinamus & facimus Procuratores noſtros & Nuncios ſpeciales,

Dantes eis, & duobus eorum, quos præſentes eſſe contigerit, plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, tractandi, pro nobis, cum Nobilibus Viris, Johanne Comite Arminiaci, Fezenſiaci, & de Rodes, ac Vicecomite Leomaniæ & Alti Vilaris, & Bernardo Ezii Domino de Lebreto, ac quibuſcumque aliis Perſonis, cujuſcumque Statûs vel Conditionis exiſtant; necnon cum Communitatibus Civitatum, Caſtrorum, & Villarum, quorumcumque, ſuper Confœderatione & Retinentiâ, contra quoſcumque Reges, & Principes, ac alias Perſonas, cujuſcumque Statûs vel Conditionis fuerint, pro noſtris Juribus & Hæreditatibus recuperandis & defendendis:

Conveniendi & concordandi de Modis & Conditionibus Confœderationis & Retinentiæ prædictarum, ipſaſque Confœderationes & Retinentias, necnon Conventiones & Accorda, facienda de eiſdem, quacumque firmitate vallandi:

Ac Omnia alia & ſingula, quæ ad ſecuritatem & firmitatem præmiſſorum pertinere poterunt, faciendi;

Promittentes Nos rata & firma habituros ea, quæ per præfatos,
* IV. 368. * Johannem de Hauſtede, Johannem de Weſton, & Johannem Travers, vel Duos eorum, Tractata, conventa, & concordata fuerint in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Wiſebech, decimo quinto die Septembris.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Vaſc. 2. E. 3. m. 2.

Pro Magnatibus Aquitaniæ, de indemnitate; & de Pace, niſi iiſdem in eadem comprehenſis, non facienda.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Indempnitati, Nobilis Viri & Fidelis noſtri, Johannis Comitis Arminiaci, Fezenciaci, & de Rodes, ac Vicecomitis Leo-

tim, in Caſtro noſtro Burdegaliæ, per manum Conſtabularii noſtri, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, ibidem: aut in Turri noſtrâ Londoniæ; ſeu in Scaccario noſtro, ſi in dicto Caſtro noſtro Burdegaliæ præmiſſa non poſſent fieri & compleri:

Et, ſi occaſione Guerræ ſeu Commotionis, quæ fuit in Ducatu prædicto, tempore dictorum Regum, a prædictis, Comite, Uxore, Hæredibus, Succeſſoribus, Familiaribus, ſeu Adhærentibus ſuis, Terras, Poſſeſſiones, Jura aliqua, ſive Bona, ad Manum noſtram teneamus, vel alius nomine noſtro, promittimus ipſis eadem ex integro reſtituere & reddere, poſtquam ſic nobis adhæſerint, prout ſuperiùs eſt expreſſum;

Et ad hoc obligamus Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros, & omnia Bona noſtra, Mobilia & Inmobilia, præſentia & futura.

Promittimus inſuper eidem Comiti, bonâ fide, quòd Nos Treugam ſeu Pacem cum præfatis Gallicis nullatenus faciemus, niſi iidem, Comes, Familiares, & Adhærentes ſui, in eiſdem, Treugâ & Pace, totaliter comprehendantur, & conſerventur indempnes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyſbeche, decimo ſexto die Septembris.

* Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet, * IV. 369.

Gaſtoni de Bearnio, Comiti Fuxi.
Gaſtoni de Armaniaco, Vic. de Fezenſagues.
Domino Rogero de Armaniaco,
Epiſcopo de Valle.

De Bonis Gallicorum arreſtandis.

REX Vicecomiti Suthamptoniæ, Salutem. Ann. D.
Cùm nos, 1328.
Ad frequentes Querelas, Dilectorum Mercatorum noſtrorum, An. 2.
Rogeri de la Hurne, & Ricardi de Cockle, de Suthamptonia, E. 3.
& aliorum Mercatorum ejuſdem Villæ, ac Villæ de Magna Jer- Clauſ. 2.
nemuta, & aliunde de Regno noſtro, E. 3. m.
Nobis ſuggerentium quoſdam Malefactores, de partibus Fran- 14.
ciæ, Normanniæ, & Pictaviæ, ſe ad invicem congregantes, in multitudine copioſâ, in ipſos Mercatores, qui cum Navibus ſuis ad Portus de Bune in Pictaviâ, & Leyre in dictâ Terrâ Normanniæ, pro Mercimoniis ſuis ibidem exercendis, declinaverant, more Guerrino, inſultum feciſſe, & ipſos nequiter interfeciſſe, Naves ſuas cumbuſſiſſe, ac alia Bona & Catalla ſua, ad non modicum Valorem, in eiſdem Navibus inventa, cepiſſe & aſportaſſe, & alia facinora multipliciter perpetrâſſe,

Tibi præcipimus quod omnia Bona & Catalla Hominum & Mercatorum, de dictis Terris Franciæ, Normanniæ, & Pictaviæ, ubicumque inventa eſſent infra Ballivam tuam, ſivè infra Libertates, ſivè extra, unà cum Debitis ſuis, areſtari, & ſalvo & ſecurè cuſtodiri, faceres quouſque præfatis Hominibus & Mercatoribus, de Regno noſtro, de Dampnis & Injuriis eis, ut præmittitur, illatis, eſſet ſatisfactum, vel aliud inde duceremus demandandum.

Et licet,

Per Probationem, ad Sectam dictorum, Rogeri & Ricardi, per Sacramentum tàm Mercatorum, Mare excercentium, quàm aliorum Proborum & Legalium Hominum de Ballivâ tuâ, coram Dilectis & Fidelibus noſtris, Johanne Randolf, & Johanne de Ticheburn, de mandato noſtro factam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam,

Sit

Digitized by Google

[illegible] fructuum, & expenſarum Litis Refuſionem, dicto Clerico noſtro, faciendas, in ſingulis inſtantiis legitimè condemnatus,

Quæ quidem Sententiæ ſubſequenter veſtrâ auctoritate acceptatæ & confirmatæ fuerunt, ac Executioni debitè demandatæ, certis Executoribus ſuper hoc per veſtras Apoſtolicas Literas deputatis:

Jamque nobis (quod diſplicenter audivimus) ſit relatum quod dicta Præbenda, tacitâ veritate præmiſſorum, Venerabili Patri —— Altiſiodorenſi Epiſcopo, veſtrâ auctoritate, eſt collata, qui, eo prætextu, dictum Clericum noſtrum novis proponit Litigiis fatigare:

Undè admirari compellimur vehementer, & non poteſt nobis in memoriam non venire; præſertim cùm non deceat tanto Judiciorum, tantæque auctoritatis, examine diffinita in recidivæ Quæſtionis ſcrupulo, impulſu ſuggeſtionis malivolæ, revocari.

Quid enim ſecurum & dilucidè determinatum eſſe poterit, ſi ea, quæ ordine judiciario, in Sacro Palatio, diffinita & determinata ſunt, non ſubſiſtant; ſet ex Pravorum Suggeſtionibus, qui ex litigiis prædam quærunt, irritentur, ſeu in dubium iterùm revocentur?

Nos itaque, attendentes laboris aſſiduitatem, quem, non abſque ſumptuoſis laboribus, præfatus Clericus noſter ſuſtinet (noſtris obſequiis inhærendo) & obſequia fructuoſa, quæ ipſum noſtris Progenitoribus, & toti Regno noſtro, novimus impendiſſe; deſiderantesque toto corde ipſius quietem & honoris augmentum,

Veſtræ Beatitudini quantâ poſſumus affectione ſupplicamus, quatinùs præmiſſis,

Quæ penes Regiſtra veſtra ſunt notoria, & poterunt etiam, ſi libeat, per Inſtrumenta publica, & veſtras Literas Apoſtolicas, lucidè demonſtrari,

Clementi meditatione penſatis, ea quæ in præjudicium dicti Clerici noſtri (quoad Præbendam prædictam) contra juſtitiam fuerint attemptata, jubere dignemini revocari:

Præcipientes, ſi placet, præfato Cardinali, ut ipſum Clericum noſtrum, ſuper hoc, non moleſtet; ſatis enim habundè eidem Cardinali, ſi nondum proviſum ſit, provideri poterit aliundè, & ſi à dicto Clerico noſtro ſuam ſubſtantiam non auferat, quam tantâ eſt diſcutione juſtitiæ, tantiſque expenſis & laboribus aſſecutus.

Conſervet, &c.

Dat. apud Norwicum, viceſimo ſecundo die Septembris.

Super Vexationibus antedictis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3. m. 2.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino —— Altiſiodorenſi Epiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quo majori deſiderio veſtri honoris diligimus incrementum, affectionis puritatem, quam erga Matrem noſtram cariſſimam, ac nos, & Domum noſtram Regiam, vos habuiſſe cognovimus, recolentes, eo diſplicentius, quæ vobis notam dedecoris, vel diminutionem præconii laudabilis famæ veſtræ inferre poſſent, utique viderimus.

Cum itaque, ſuper Præbendâ de Blebury, *&c. prout ſupra uſque ibi,*

Et negotium illud, per Appellationem ipſius Thomæ, nunc Epiſcopi, ad Sedem Apoſtolicam, fuiſſet legitimè devolutum, &

vos inveneritis in hac parte.

Quid autem in præmiſſis duxeritis faciendum, Nobis, ſi placet, reſcribere velitis per præſentium Portitorem.

Dat. apud Norwicum, viceſimo ſecundo die Septembris.

Super Vexationibus memoratis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Rom. 2. E. 3 m. 21.

REX, diſcreto viro, Magiſtro Bernardo Stephani, Domini Summi Pontificis Notario, & Capellano, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Henrico de Clif, intelleximus, referente, inter Magiſtrum Thomam de Cherleton, nunc Herefordenſem Epiſcopum, & ipſum, ſuper Præbendâ de Bleburу, in Eccleſia beatæ Mariæ Sarum, Lis, coram Auditoribus Sacri Palatii, dudùm mota fuiſſet:

Et, quamvis Tres Diffinitivæ Sententiæ, pro eodem Clerico noſtro, coram dictis Auditoribus, gradatim prolatæ fuiſſent, & poſtremò auctoritate Apoſtolicâ confirmatæ, & Executioni debitè demandatæ, dicta tamen Præbenda Domino —— Altiſiodorenſi Epiſcopo jam noviter, ut accepimus, eſt collata, qui eundem Clericum noſtrum, eo prætextu, novis proponit Litigiis fatigare; de quo, ſi ita ſit, mirari cogimur vehementer.

Quamobrem dilectionem veſtram requirimus, & rogamus ex affectu, quatinus literas noſtras, quas dicto Domino Summo Pontifici, ſuper dicto negotio, tranſmittimus, ei præſentare velitis ex parte noſtrâ:

Et, ut quieti ejuſdem Clerici noſtri,

Qui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Juſſionibus ſemper devotus extitit ut deſervit aſſiduè nobis, & toti Regno noſtro,

Provideatur de Remedio oportuno, conſilium & auxilium velitis apponere oportuna; Ita, ſi placet, quod idem Clericus noſter à Vexationibus indebitis præſervetur immunis veſtro præſidio mediante; undè vobis, ad gratiarum munera, teneri debeamus temporibus oportunis.

Dat. apud Norwicum, viceſimo ſecundo die Septembris.

De Armaturis, quæ fuerunt Bartholomæi de Badeleſmere, Johanni de Monte Gomeri liberandis.

Ann. D. 1328. An. 2. E. 3. Claus. 2. E. 3. m. 14.

REX, dilecto Clerico ſuo, Johanni de Flete, Cuſtodi Garderobæ ſuæ, in Turri Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis, quòd omnes Armaturas, tàm Cotearmurs, quàm alias, quæ fuerunt Bartholomæi de Badeleſmere defuncti, quæ in Cuſtodia veſtrâ exiſtunt, dilecto Valletto noſtro, Johanni de Monte Gomeri, ad opus, dilecti nobis, Egidii de Badeleſmere, Filii prædicti Bartholomæi (cui Armaturas illas dedimus) per Indenturam, indè inter vos & præfatum Johannem conficiendam, liberetis.

Teſte Rege apud Cantebrigiam, viceſimo ſeptimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

E. 3. m. 7. tiis ſuis,

Per te, prætextu Mandatorum noſtrorum, tibi nuper directorum, de Bonis & Mercimoniis Hominum & Mercatorum de Terris Franciæ, Normanniæ, & Pictaviæ, occaſione Dampnorum, quibuſdam Hominibus & Mercatoribus, de Regno noſtro, per quoſdam Malefactores Terrarum ipſarum, ſupra Mare illatorum, in Ballivâ tuâ arreſtandis,

Apud Suthamptoniam areſtatis, cum verſus eos voluerimus indè loqui:

Tibi præcipimus quod Bona & Mercimonia ipſorum, Johannis & Johannis, &c. per te præmiſſâ occaſione areſtata, ſine dilatione deareſtari, & ea eiſdem, Johanni, Johanni, &c. liberari facias, ad commodum ſuum indè faciendum, per Securitatem ſupradictam; & de Bonis & Mercimoniis, quæ eis ſic liberari feceris, ac de pretio eorumdem Nos, per Literas tuas, Sigillo tuo, ſignatas, diſtinctè & apertè, ſine dilatione, reddas certiores.

Teſte Rege apud Novam Sarum, viceſimo octavo die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia habent ſubſcripti, mutatis mutandis; videlicet,

Johannes le Gras, Mercator de Ambiano, Vicecomiti Somerſetiæ, de Bonis & Mercimoniis ac Debitis.

Firminus Baconel *Clemens de Poz* *Michael de Pokers*	*Mercatores de Ambiano, Majori & Ballivis Exoniæ, de Bonis & Mercimoniis ac Debitis.*

Et memorandum quod Willielmus Ruſſel de Nova Sarum, Ricardus le Teynturer de eadem, & Thomas le Corde waner de eadem, de Comitatu Wilteſ. manuceperunt pro præfatis Mercatoribus, de reſpondendo Regi de Bonis & Mercimoniis prædictis, ut in Brevi continetur.

Firminus Anerdraz, Johannes de Sancto Fuſciano, Johannes Piket, & Firminus de Araz, Mercatores de Ambianis, Vicecomiti Somerſetiæ, de Bonis & Mercimoniis ac Debitis.

Johannes de Sancto Fuſciano, Vicecomiti Suthamptoniæ, de Bonis & Mercimoniis.

Et memorandum quod Johannes le Tanner de Wyntoniâ, & Walterus le Tanner de eadem, manuceperunt pro eiſdem Mercatoribus, de reſpondendo Regi de Bonis & Mercimoniis, ac Debitis, *ut ſupra.*

• IV. 373. ** De forma Pacis cum Rege Scotiæ, & Poſſeſſionibus perſonis Eccleſiaſticis reſtituendis.*

Ann. D. 1328. REX, dilectæ ſibi in Chriſto, Abbatiſſæ de Pratis, juxta Norhton. Salutem.

An. 2. E. 3. Claus. 2. E. 3 m. 8. Cum inter Nos, & Dominum Robertum, Regem Scotiæ, ac noſtros, & ipſius Regis, ſubditos, firma Pax ſit, Deo propitio, reformata ſuper Guerris & Diſcordiis hinc indè motis:

Et in formâ Pacis illius, inter alia, contineatur, quod intentionis ipſius Regis Scotiæ, & Nunciorum, & Procuratorum noſtrorum, qui de Pace prædictâ tractaverunt, extitit quod nullum præjudicium juri Eccleſiæ, in utroque Regno, per Tractatus Pacis prædictæ, fieret quoquo modo:

videlicet,

Juſticiario Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, pro Abbate & Conventu de Dundreynam in Scotiâ.
Teſte ut ſupra.

Præfato Eſcaetori pro Abbate de Mewerose.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eidem Eſcaetori pro Abbate de Kelſowe.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Thoma de Fetherſtanhalgh., pro dicto Abbate de Gedeworth.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Pro Thoma de Sabaudia, ſuper Prabenda in Eccleſia Rippon.

REX omnibus, ad quod, &c. Salutem. Ann. D. 1328.
Conſtat nobis, per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ Domini E. quondam Regis Angliæ, Avi noſtri, quod idem Avus noſter fecit litteras ſuas Patentes, in hæc verba, An. 2. E. 3. Pat. 2. E. 3. p. 2. m. 9.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd dedimus & conceſſimus, dilecto Conſanguineo noſtro, Thomæ de Sabaudiâ Præbendam illam, quam * Jacobus Chinchii Guidonis de Urbe habuit in Eccleſiâ Ripon, • IV. 374.

Vacantem, & ad Donationem noſtram ſpectantem ratione Archiepiſcopatûs Eborum, nuper vacantis, & in manu noſtrâ exiſtentis,

Habendam cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque.

In cujus rei teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud Eborum, decimo tertio die Junii, anno Regni noſtri viceſimo octavo.

Nos autem tenorem Litterarum prædictarum ad requiſitionem præfati Thomæ duximus exemplificandum.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Novembris.

Memorandum de Magno Sigillo Regis.

MEmorandum quòd, die Dominicâ, videlicet decimo quinto die Januarii, venerabilis Pater, H. Lincolnienſis Epiſcopus, Cancellarius Domini Regis, in quâdam Camerâ in Prioratu Sanctæ Andreæ Northamptoniæ, in quâ Domina Iſabella, Regina Angliæ Mater ipſius Domini Regis, hoſpitabatur, in præſentiâ ipſius Reginæ, Dominorum, Surriæ & Marchiæ Comitum, Henrici de Percy, Oliveri de Ingham, Johannis Darcy, ac aliorum Magnatum, ibidem præſentium, liberavit Magnum Sigillum Regis in quâdam Burſâ, Sigillo ipſius Epiſcopi conſignatâ, eidem Domino Regi: Ann. D. 1329. An. 2. E. 3. Claus. 2. E. 3. m. 2. d.

Et

Per Breve de Privato Sigillo.

De Willielmo ſupradicto attachiando.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem. * IV. 375.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm pluries mandaverimus Willielmo la Zouſche de Mortuomari quòd ipſe, omni excuſatione poſtpoſitâ, ad * Nos perſonaliter accederet, ad proficiſcendum nobiſcum, & cum aliis Fidelibus noſtris, in obſequium noſtrum, pro defenſione Regni noſtri, prout ei per Nos pleniùs injungeretur,

Et etiam quòd ipſe Alianoram la Deſpenſer, Conſanguineam noſtram, in Comitivâ ſuâ exiſtentem, ſecum pro aliquibus, tàm nos, quam præfatam Conſanguineam noſtram, tangentibus, ad Nos duceret,

Ac idem Willielmus, mandata noſtra prædicta parvi pendens, ad Nos venire, ſeu præfatam Conſanguineam noſtram ad Nos ducere, ſeu mittere, hactenus non curaverit, in noſtri ac Mandatorum noſtrorum prædictorum contemptum manifeſtum,

Nos, inobedientiam ipſius Willielmi in hac parte punire volentes, prout decet, aſſignavimus, dilectum ſervientem noſtrum, Johannem de Gynes, ad attachiandum præfatum Willielmum, & ad ipſum ad nos, ubicumque fuerimus in Angliâ, unà cum præfatâ Conſanguineâ noſtrâ, ſalvo & ſecurè ducendum, ad reſpondendum nobis ſuper præmiſſis, & ad faciendum ulteriùs, & recipiendum quod per Nos & Concilium noſtrum indè contigerit ordinari;

Et ideo vobis mandamus quod eidem Johanni, in præmiſſis, intendentes ſitis, conſulentes, & auxiliantes, quotiens, & quando, per ipſum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, quinto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Gailardum Cardinalem, ſuper Juribus Univerſitatis Oxonii, per ipſum oppreſſis.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 6.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino G. Dei gratiâ, Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. & ſinceræ dilectionis affectum.

Magiſtrorum & Scolarium Univerſitatis Oxonii querulos Clamores recepimus, varios & diverſos, non ſolum longas & Nimias eorumdem, & ſingularium perſonarum, Vexationes in Romanâ Curiâ prætendentes, ſet Oppreſſiones & Calumpnias Jurium & Conſuetudinum ſuarum, per eos, & per eorum Prædeceſſores, a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, uſitatorum multipliciter formidantes.

Paternitatem igitur veſtram reverendam affectuoſis Precibus exoramus, quatinùs, ſi abſque Juris veſtri injuriâ fieri poterit bono modo, de dictis fatigationibus Univerſitatis, & Perſonarum ejuſdem, velitis deſiſtere noſtrorum precaminum interventu, vel aliàs conſentire quod dicta Cauſa, cum Circumſtantiis ſuis ſingulis, cognoſcenda & fine debito terminenda, aliquibus Prælatis Regni noſtri Angliæ committatur; ne, in oſtenſione veridicâ Juris ſui

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februarii.

Literæ ad Cardinales ſuper dictâ Canonizatione.

Dat. ut ſupra.

Ad Papam, ſuper indebitis Vexationibus in Curia Romana.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 6.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Ut extirpentur radicitùs Vepres a Vineâ, & inſerti Palmites foveantur, ut vireſcant, & Fructus afferant temporibus opportunis, eò ſolertiùs agimus, & ad id veſtræ Paternæ Proviſionis ſollicitudinem excitamus, quò Subjectorum quietem teneriùs diligimus, & in eorum inquietudine aceribus conturbamur.

Nuper ſiquidem (Pater Sanctiſſime) veſtræ Manſuetudini, per alias noſtras Litteras, curavimus intimare, qualiter inter Anteceſſores, Nobilis Viri & Fidelis noſtri, Johannis de Warennâ, Comitis Surriæ, Conſanguinei noſtri, & quondam Abbates Clunacenſes, certa Compoſitio, ſuper modo & formâ ſubſtituendi Priorem in Prioratu Lewenſi (qui de ipſius Comitis Patronatu exiſtit, & magnis & amplis Poſſeſſionibus, de Progenitorum ſuorum Hæreditatibus, Dotatus largitiuè & Ditatus) dudùm intervenit, quæ hactenus inviolabiliter extitit obſervata:

Ut, videlicet, Abbas Clunacenſis, qui pro tempore fuerit, nunciatâ ſibi Vacatione Prioratûs illius, Duos Monachos, de magis ſufficientibus, & magis idoneis, Ordinis ſui, per Litteras ſuas Patentes, Comiti Surriæ, qui pro tempore fuerit, debeat præſentare; & is (quem idem Comes ex ipſis elegerit & admiſerit) extunc haberi debet pro Priore:

Qualiter etiam, dilectus nobis in Chriſto - - nunc Abbas Clunacenſis, Religioſum Virum, Fratrem Petrum de Joceux, nunc Priorem Lewenſem, ad eundem Prioratum præfato Comiti, unà cum quodam alio, nuper præſentavit juxta formam Compoſitionis prædictæ:

Et idem Comes ipſum favorabiliter admiſit, & ei in ſuſcepto Regimine jam per aliqua tempora aſtitit, & aſſiſtit, circa Recuperationem Rerum & Jurium ejuſdem, per ſe & ſuos efficaciter laborando.

Ac pro eo quòd nobis relatum extitit quod quidam Frater Adam, Monachus Sancti Swithini Wyntoniæ, prætendens ſibi, de dicto Prioratu, auctoritate Apoſtolicâ, fuiſſe proviſum, ad amotionem ipſius Petri a Prioratu illo per Proceſſus, coram Auditoribus veſtri Sacri Palatii inchoatos, pro viribus laborabat:

Advertentes exindè non ſolum nobis præjudicium, ſet præfato Comiti exhæredationis periculum poſſe impoſterum iminere, veſtræ ſupplicavimus Sanctitati ut, præmiſſis debite ponderatis, tale ſuper hoc Remedium dignaremini ordinare, quod Jus noſtrum, & ipſius Comitis, & Statûs ipſius Prioris, nullatenus læderetur:

Jamque recenter ad noſtrum pervenit auditum quod, priuſquam dictæ noſtræ Litteræ veſtræ fuiſſent Beatitudini præſentatæ, impoſitum fuerat ſilentium dicto Adæ; ſet, de eodem Prioratu, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Johanni de Courteneye, Monacho Abbatiæ de Tavyſtok, diſpoſueratis, de veſtræ poteſtatis plenitudine, providere; ſet, noſtri contemplatione rogatûs, Executionem hujuſmodi gratiæ poni juſſiſtis in ſuſpenſo; de quo grates & gratias veſtræ Beatitudini referimus, quas ſufficimus & valemus.

Nos igitur,

Conſiderantes periculoſæ Diſſenſionis materiam ſuboriri poſſe, ſi contingeret, quod abſit, Compoſitionem præmiſſam violari, &

quod

Pro Arnaldo de Tryan Nepote Papæ.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Vaſc. 3. E. 3. m. 10.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cum Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, undecimo die Novembris, anno Regni ſui undecimo, per Literas ſuas Patentes, conceſſerit, Nobili Viro & Fideli noſtro, Arnaldo de Tryan, Nepoti Domini Summi Pontificis, Treſcentas Libras Turonenſium Parvorum, percipiendas, ſingulis annis, in Feſto Paſchæ, per manus Conſtabularii ipſius Patris noſtri Burdegaliæ, qui pro tempore foret, quouſque præfato Arnaldo de Treſcentis Libratis Terræ Turonenſium, per Annum habendis ſibi & Hæredibus ſuis imperpetuum, duceret providendum; prout in Literis prædictis plenius continetur:

Nos, pro bono Servitio, quod præfatus Arnaldus nobis hactenus impendit, & impendet in futurum, conceſſionem ipſius Patris noſtri ſupradictam acceptantes & approbantes, volumus & concedimus, pro nobis & Hæredibus noſtris, quod idem Arnaldus habeat, & percipiat dictas Treſcentas Libras Turonenſium, in dicto Feſto Paſchæ, per manus Conſtabularii noſtri Burdegaliæ, qui pro tempore fuerit, quouſque eidem Arnaldo, de Treſcentis Libratis Terræ Turonenſium, per Annum, habendis ſibi & Hæredibus ſuis imperpetuum, duxerimus providendum.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Eltham, ſecundo die Martii.

ET mandatum eſt Conſtabulario Regis Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, quod eidem Arnaldo, vel ejus in hac parte Attornato, dictas Treſcentas Libras Turonenſium, ſingulis annis, in Feſto prædicto, de Exitibus Ducatûs prædicti, ſolvat juxta tenorem literarum prædictarum; & Rex ei inde in Compoto ſuo, ad Scaccarium Regis, debitam allocationem habere faciet.

Teſte ut ſupra.

Pro Petro de Via Papæ Nepote.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem. * IV. 378.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi* & fideli noſtro, Petro de Via Nepoti Domini Summi Pontificis, Treſcentas Libras, Turonenſium, Parvorum, percipiendas *&c. ut ſupra* quouſque præfato Petro de Treſcentis * Libratis Terræ Turonenſium per Annum habendis *&c. ut ſupra mutatis mutandis.*

In cujus &c.

Teſte Rege ut ſupra.

Per Breve de privato Sigillo.

ET mandatum eſt Conſtabulario Regis Burdegaliæ, *&c. prout ſupra.*

Unde Dampna irrecuperabilia, pro defectu Regiminis, eidem Hoſpitali promptis evenirent eventubus, niſi ea major ipſius Viſitatoris Cautela provido conſilio declinaret.

Ea propter Sanctitati veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinus, dicti Hoſpitalis utilitate penſatâ, injungere dignemini præfato Magiſtro, ut, Ceſſione præfati Thomæ admiſsâ, prædictum Fratrem Leonardum ejuſdem Hoſpitalis Regimini, loco ipſius Thomæ, ſubſtituat, ſeu præficiat ſine morâ.

Non enim credimus eidem Hoſpitali, ad præſens, de perſonâ aliâ poſſe utiliter provideri, maximè ex eo quod ejus fidelitas apud Incolas hujus Regni jam evidenter eſt cognita, ac Circumſpectio comprobata, & per ipſum idem Hoſpitale a magnâ jam exutum eſt ſarcinâ Debitorum, & fortaſſis, ſi novæ incognitæque Perſonæ dictum Regimen traderetur, non, ſine laborioſis ſumptibus, ad talem & tantam comunem notitiam poſſet, ut credimus, de facili pervenire.

Conſervet &c.

Dat. apud Eltham, tertio die Martii.

Ad Magiſtrum Hoſpitalis pro dicto Leonardo.

REX, religioſo Viro, Fratri Elioni de Villâ Novâ, Magiſtro Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

Ob affectionis puritatem, quâ Fratres Hoſpitalis prædicti amplectimur, eorum Depreſſioni & Indigentiæ mederi deſiderantes Remedio oportuno, veſtræ prudentiæ Litteras noſtras deprecatorias meminimus nos direxiſſe, ut pro eo, quòd Status ejuſdem Hoſpitalis miſerabiliter depauperatus eſt, & Æri ſuppoſitus alieno, nec poteſt, ſine magnis Circumſpectione & Induſtria Præſidentis, debitis relevari:

* Ac, dilectus nobis in Chriſto, Frater Thomas l'Archer, Prior Hoſpitalis prædicti in Angliâ, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* * IV. 379.

Quamobrem Diſcretionem veſtram rogamus, & requirimus conſulendo, quatinus, præmiſſis maturitate debitâ ponderatis, Ceſſionem præfati Thomæ admittere, dictumque Fratrem Leonardum Regimini ejuſdem Hoſpitalis præficere, non tardetis.

Non enim credimus eidem Hoſpitali, ad præſens, de perſonâ aliâ poſſe utiliter provideri; maximè ex eo quod ejus Fidelitas apud Incolas hujus Regni jam evidenter eſt cognita, *&c. de verbo ad verbum prout ſupra.*

Dat. ut ſupra.

Pro Magiſtro Simone de Monte Acuto.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 6.

Laudanda virtutum merita, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Simonis de Monte Acuto (qui, claris ortus Natalibus, generis ſui Nobilitatem Morum & Converſationis venuſtate ſtuduit decorare) utique promerentur ut, pro ejus Honore & Profectibus ampliandis, penes veſtram Clementiam votivis precibus inſiſtamus.

Quamobrem eundem Clericum noſtrum veſtræ Beatitudini ſincero recommendamus affectu, devotiùs ſupplicantes quatinus eidem Clerico noſtro, de Dignitate cum Cura, vel ſine Curâ (etiam ſi fuerit Electiva) quamcitò eam vacare contigerit, in Eccleſiâ, vel Dioceſi Wellenſi (quam idem Clericus noſter duxerit acceptandam) providere dignemini, noſtrorum rogaminum interventu; eique, ſuper

Digitized by Google

Regni noſtri negotiis tractatum, de eorum Conſilio & Aviſamento, tale vobis Reſponſum facere proponimus de præmiſſis, quod indè eritis contentati.

Dat. apud Cirteſeye, duodecimo die Martii.

---

* IV. 380.

* *Ad Magnates Aquitaniæ ſuper ſtatu Ducatus prædicti.*

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Vaſc. 3. E. 3. m. 9. dor.

REX, Nobili viro & fideli ſuo, Domino Berardo de la Breto, Domino de Variis, Salutem.

Fidelitatis veſtræ Conſtantiam erga Nos & Progenitores noſtros ad memoriam reducentes, negotiorum noſtrorum certitudinem eo confidentiùs vobis ſcribimus, quo de veſtrâ Benevolentiâ fiduciam gerimus ampliorem.

Ea propter ſcire vos volumus quod,

Etſi de negotiis, Nos, & Ducatum noſtrum prædictum, ac Jura, & Terras noſtras, in partibus illis tangentibus, deliberato conſilio tractaverimus & ordinaverimus cum effectu,

Propter aliqua tamen Impedimenta, quæ inopinatè intervenerunt, non potuimus ea, quæ deliberata fuerant, Executioni demandare, ſet, poſt inſtans Feſtum Paſchæ, quoſdam Fideles noſtros deſtinare proponimus ad partes veſtras, qui vos indè plenius informabunt:

Et ſperamus, veſtro mediante præſidio, ad finem talem deducere negotia antedicta, quod vobis etiam cedet ad Commodum & Honorem.

Dat. apud Wycombe, decimo quinto die Martii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Petro de Grylino Vicecomiti de Benanges &c. prout ſupra de dat. 9 die Mart. anni ſuperioris, tunc ſic
Senebrino Domino de Leſpare.
Amaneno de Bareſio Domino de Monteſerandi Militi.
Gaillardo Domino de Gaſaco.
Johanni Columby.
Petro de Solerio.
Guitardo Domino Darſaco.
Petro Gullielmi de Monte plano.
Arnaldo de Curton.
Emerico de Burgo.
Arnaldo de Puymoron.
Gullielmo Reymundi Culembl.
Petro Arnaldi Lamberti.
Petro Maenſani.
Arnaldo Garicie de Goti Domino de Pugilla.
Gallardo del Gute Domino de Erbeniace
Bernardo Sicate.
Vigeroſo Vigeri.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Liberat. 3. E. 3. m. 7.

Pro Willielmo Comite Juliacenſi de Annuitate ſolvenda.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem.

Liberate de Theſauro noſtro, dilecto & fideli noſtro, Willielmo Comiti Juliacenſi, vel ejus Attornato, Treſcentas Libras,

lius, prout moris eſt, reſtituimus eidem;

Et ideo vobis mandamus, quod eidem Radulpho Temporalia prædicta liberari faciatis in formâ prædictâ, &, ſi Temporalia alia præfato Johanni, virtute prioris mandati noſtri, liberata fuerint, tunc ea in manum noſtram reſumi, & præfato Radulpho liberari faciatis, ſicut prædictum eſt.

Teſte Rege apud Walyngford, primo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Dunenſi in Hibernia, quod, eidem Radulpho, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus, quæ ad Epiſcopatum illum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

In cujus &c.

Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Ad Regem Francorum ſuper Homagio faciendo.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Clauſ. 3. E. 3. m. 26. d.

SEreniſſimo Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Francorum Regi Illuſtri, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. Salutem, & ad vota ſucceſſus proſperos & fælices.

Magnificentiæ veſtræ cupimus eſſe notum quod, à jam diu, propoſueramus ad partes Franciæ declinâſſe, & optuliſſe, & feciſſe Deveria noſtra, ut decebat:

Set, propter præpeditiones & impedimenta, quæ notoriè intervenerunt in Regno noſtro, ſicut veſtram Magnificentiam credimus non latere, quæ etiam adhuc omnino non ceſſant, non potuimus uſque modo, quod ſic propoſueramus, adimplere:

Set cum celeritate, quâ commodè poterimus, ad magnitudinis veſtræ præſentiam, pro Homagio, vobis debito, faciendo, perſonaliter venire proponimus, Domino concedente;

Et ob hoc, venerabilem Patrem, Th. Herefordenſem Epiſcopum, Theſaurarium noſtrum, &, dilectum & fidelem noſtrum, Bartholomæum de Burgherſh, ad veſtram præſentiam præmittimus, eiſque ſuper præmiſſis Secreta apperuimus mentis noſtræ:

Excellentiæ veſtræ votivis affectibus ſupplicantes, quatenus eiſdem, Epiſcopo & Bartholomæo, ſeu eorum alteri, in dicendis ex parte noſtrâ, fidem præbere velitis indubiam; Nobiſque indè, ſi placet, reſcribere velitis Beneplacita voluntatis.

Data apud Walyngford, decimo quarto die Aprilis.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 21.

Pro Th. Randolf, Comite de Murref, de ſalvo Conductu.

REX Vicecomitibus, Majoribus, Conſtabulariis Caſtrorum, Miniſtris, & omnibus aliis Ballivis & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Scia-

Digitized by Google

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Per ipſum Regem.

De non permittendo aliquos tranſire ad dictas partes.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

REX, dilecto & fideli ſuo, Bartholomæo de Burghersh, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus locum tenenti, Salutem.

Cùm, quibuſdam certis de cauſis, per totum Regnum noſtrum publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi, fecerimus,

Ne quis, Comes, Baro, Miles, Valletus, ſeu alius Homo ad arma, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerit, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poterit, ad partes Tranſmarinas ſe transferat, quovis modo, ſine Licentiâ noſtrâ ſpeciali;

Vobis mandamus quod aliquos, Comites, Barones, Milites, Valettos, ſeu alios Homines ad arma, aut Abbates, Priores, ſeu alios Religioſos quoſcumque (licet hujuſmodi Religioſi licentiam à nobis ad dictas partes transfretandi priùs habuerunt) ad eaſdem partes, in aliquo Portu, infra Ballivam veſtram, ſine Licentiâ noſtri ſpeciali, eis indè exnunc concedendâ, tranſire minimè permittatis.

Teſte Rege apud Walyngford, viceſimo ſexto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, videlicet;

Majori & Vicecomitibus London, &c.

Ad Comitem Holſatiæ, regni Daciæ Cuſtodem.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

REX, Nobili viro, Domino Gerardo, Comiti de Holtſat, Cuſtodi Regni Daciæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Gravem Querelam dilecti Mercatoris noſtri, Roberti de Muſgrave, Burgenſis Villæ noſtræ Novi Caſtri ſuper Tynam, recepimus continentem quod Kanutus Dux Hollandiæ in Daciâ, Henricus Swart Burgenſis de Wyſmer in Alemanniâ, Hermanus Wackron Burgenſis de Coupmanhaven in Dacia, & Brianus de Coupmanhaven, & quidam Frater ejus, & quidam alii Malefactores & Piratæ de poteſtate & Domino dicti Regni Daciæ, Navem ſuam, vocatam la Gode-Yere, apud Renes in Coupmanhaven, in eodem Regno Daciæ, ſpoliaverunt, &c.

Data apud Wyndſore, viceſimo octavo die Aprilis.

Super dicto Negotio ſcribitur Henrico Swart, Burgenſi de Wyſmer, in Alemanniâ.

• IV. 383.

* *Ad Ducem Hallandiæ, ſuper Querela Roberti de Muſgrave antedicta.*

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

REX Nobili viro, Kanuto, Duci Hallandiæ in Daciâ, Amico ſuo cariſſimo, ac Johanni Blome, & Hermanno Wackron, Burgenſi de Coupmanhaven in Daciâ, & Briano de Coupmanhaven, & Fratri ſuo, ejuſdem Ducis ſervientibus, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

De Providentiis, in partibus Franciæ, pro Rege venturo faciendis.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibid.

REX omnibus &c. Salutem.

Cùm mittamus, dilectum Clericum noſtrum, Willielmum la Zouſche, verſus partes Tranſmarinas, ad faciendum & ſupervidendum, pro Denariis noſtris, diverſas Providentias contra adventum noſtrum ad partes prædictas;

Vos Amicos rogamus, vobis fidelibus mandantes, quatinus eundem Willielmum, & alios, in Comitivâ ſuâ exiſtentes, cum ipſos per Diſtrictuum veſtrorum loca, ex causâ prædictâ, tranſitum facere contigerit, noſtri contemplatione recommendatos habentes, eis in Perſonis, aut Rebus ſuis, non inferatis, &c. *prout in Literis de ſalvo Conductu.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eltham, octavo die Maii.

Conſimiles Commiſſiones habent ſubſcripti; videlicet,

Radulphus de Wendoure.
Walterus de Shobyndon.
Johannes de Weſton.
Robertus de Hillom.
Willielmus de Faucomberge.

* *Super Metallo Argenti per Artem Alkemoniæ conficiendo.* • IV. 384.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 24.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm datum ſit nobis intelligi quòd Johannes le Rous & Magiſter Willielmus de Dalby, per Artem Alkemoniæ, ſciunt Metallum Argenti conficere, & hujuſmodi Metallum ante hæc tempora fecerunt, & adhuc faciunt,

Et quod ipſi, per Artem illam, nobis & Regno noſtro, per factionem hujuſmodi Metalli, multum prodeſſe poterunt, ſi id veraciter fieret,

Aſſignavimus, dilectum nobis, Thomam Cary ad prædictos, Johannem & Willielmum, ubicumque inventi fuerint, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, ad Nos, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, unà cum Inſtrumentis & aliis rebus quibuſcumque, dictam Artem contingentibus, ſecum inventis, ducendum;

Ita tamen quod, ſi gratis ad Nos venire voluerint, tunc eos ſalvò & honeſte ducat; &, ſi gratis accedere noluerint, tunc eos capiat, & ad Nos, ubicumque fuerimus, ducat in formâ ſupradictâ.

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, mandamus, firmiter injungentes, quod eidem Thomæ, in præmiſſis faciendis & explendis, auxiliantes ſitis & intendentes, prout idem Thomas vobis ſcire faciet ex parte noſtra.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eltham, nono die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro

Digitized by Google

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 20. * IV. 385.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cum Magnificus Princeps, Dominus Robertus Rex Scotorum, per certas Conventiones, inter Nos & Ipſum nuper initas & firmatas, Decem Milia Marcarum Sterlingorum, nobis in * Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futuro, ſolvere teneamur, & ſuper hoc ſubmiſerit ſe Cohercioni Cameræ Domini Summi Pontificis, prout in quibuſdam Litteris & Inſtrumentis, indè confectis, plenius continetur,

Nos, ad requiſitionem ejuſdem Regis, volumus & concedimus quod, de dictis Decem Milibus Marcarum, idem Rex ſolvat nobis, in dicto Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Quinque Milia Marcarum, & Reſiduum dictarum Decem Milium Marcarum ad Feſtum Sancti Martini in Hieme proximo ſequens.

Et quod Executiones & Cenſuræ, ſecundum formam & effectum Submiſſionis prædictæ, inde faciendæ, interim omnino ceſſent, eâdem tamen ſubmiſſione in cæteris, contentis in eadem, in ſuo robore permanente.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eltham, decimo tertio die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro eodem Rege.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibid.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, & Camerariis ſuis, ac aliis Receptoribus ſuis cujuſcumque Pecuniæ Summæ, nobis per Regem Scotiæ debitæ, Salutem.

Cum Magnificus Princeps, Dominus Robertus, Rex Scotorum, per certas Conventiones, inter Nos & Ipſum nuper initas & firmatas, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Vobis mandamus quod, receptis a præfato Rege Scotiæ dictis Quinque Milibus Marcarum, in dicto Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Executioni Reſiduarum Quinque Milium Marcarum, uſque ad dictum Feſtum Sancti Martini faciendæ, ſuperſedeatis.

Teſte Rege apud Eltham, decimo tertio die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro Magiſtris & Scolaribus Univerſitatis Oxoniæ, contra Vexationes Gaillardi Cardinalis ſæpedictas.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 4.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino B. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quo tenerius diligimus Magiſtrorum & Scolarium Univerſitatis Oxoniæ Tranquilitatem & Quietem, ut, litterarum Studiis ſedulo inſiſtentes, in Eccleſiâ Dei Fructus afferant uberes ad Illuminationem Populorum temporibus oportunis, eo ſolertius agimus ut ab

An. 3. E. 3. Clauſ. 3. E. 3. m. 22. d.

Nos & Statum Regni noſtri tangentibus, ad partes tranſmarinas ſimus profecturi:

Volentéſque Pacem noſtram, præcipuè in abſentiâ noſtrâ, firmiter obſervari:

Ac conſiderantes Pacem illam, per Congregationes Hominum ad Arma, infra Regnum noſtrum, dum ſic abſentes fuerimus, faciliter poſſe lædi;

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod ſtatim, viſis præſentibus, in locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ inhiberi facias, ne quis, ſuper forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poterit, Turneamenta, Burdeicias, Tupinas, aut Juſtas facere, aventuras quærere *&c. prout in ejuſmodi Inhibitionibus.*

Teſte Rege apud Cantuar. viceſimo ſecundo die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, & Epiſcopo Dunolmenſi, mutatis mutandis.

De Comite Cornubiæ Cuſtode Regni, abſente Rege, conſtituto.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 1. m. 16.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus: Comitibus, Baronibus, Militibus, liberè Tenentibus: Communitatibus, Vicecomitibus, & omnibus aliis, Miniſtris, Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm pro quibuſdam Negotiis, Nos & Statum Regni noſtri tangentibus, ſimus ad partes Tranſmarinas, favente Domino, in proximo profecturi,

Nos,

Volentes Paci & Tranquilitati Populi Regni noſtri, maximè dum ſic abſentes fuerimus, providere ut tenemur,

Dilectum & Fidelem noſtrum, Johannem de Eltham, Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, Cuſtodem noſtrum dicti Regni, ac Locum noſtrum in eodem Regno Tenentem, pro Tranquilitate & Pace dicti Regni noſtri conſervandis, conſtituimus, per præſentes, quamdiù in dictis partibus Tranſmarinis moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum;

Et ideo vobis mandamus quod eidem Fratri noſtro, tanquam Cuſtodi noſtro dicti Regni, & Locum noſtrum Tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam Cuſtodiam pertinent, intendentes ſitis, reſpondentes, conſulentes, & auxiliantes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Dovorriam, viceſimo quinto die Maii.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

Pat. 3. ſtro ad partes Franciæ, mutuaverint:

E. 3. *p.* 1. Et etiam aſſumpſerint pro nobis ſolvere, dilecto & fideli noſtro,
m. 15. Johanni de Henaud, & aliis Hominibus de Hanoniâ, qui nuper in Angliâ, in auxilium noſtrum, venerunt contra Scotos, tunc Inimicos noſtros,

Septem milia Librarum:

Nos,

Ad Dampna & Deperdita, quæ iidem Mercatores noſtri ſuſtinuerunt, & ſuſtinere potuerunt occaſione ſolutionis Summarum prædictarum, necnon ad bonum Servitium, quòd nobis hactenus impenderunt, & indies impendere non deſiſtunt, conſiderationem habentes, ac volentes ipſorum Indempnitati proſpicere gratioſè,

Conceſſimus eis Duo milia Librarum de Dono noſtro; quæ quidem Duo milia Librarum eiſdem Mercatoribus ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Dovorriam, viceſimo quinto die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Transfretatione Regis verſus Franciam.

Ann. D. *MEmorandum quòd, die Veneris, videlicet, viceſimo ſexto die*
1329. *Maii, Anno Regni Regis Edwardi, Tertii poſt Conqueſtum,*
An. 3. *Tertio, idem Rex, horâ meridianâ, poſuit ſe in mari, in Portu Do-*
E. 3. *vorriæ, in quadam Navi de Winchelſe:*
Clauſ. 3. *Et transfretavit, verſus partes Tranſmarinas, pro quibuſdam Ne-*
E. 3. *m.* *gotiis, Ducatum Aquitanniæ tangentibus;*
19. *dorſ.* *Et, Venerabilis Pater, H. Lincolnienſis Epiſcopus Cancellarius ipſius Regis, & alii Magnates, eodem die, cum præfato Domino Rege, ad partes illas transfretârunt.*

Nomina Illorum qui cum Rege transfretarunt.

Ann. D. THomas Herefordenſis Epiſcopus, qui in Obſequium Regis,
1329. per Præceptum Regis, ad partes Tranſmarinas profecturus eſt,
An. 3. habet Literas Regis de Protectione, &c. cum Clauſalâ volumus,
E. 3. uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò fu-
Pat. 3. turum duraturas.
E. 3. *p.* 1. In cujus, &c.
m. 13. Præſentibus, &c.

Teſte apud Wallingford, 14 die Aprilis.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti qui cum præfato Epiſcopo ſunt profecturi (viz.)

Magiſter Johannes de Hildeſle,
Magiſter Johannes de Launceton Clericus,
Johannes de Shoynton Clericus,
Thomas de Kersbrok Clericus.

* Conſimiles Literas habent ſubſcripti, qui cum Rege ſunt profecturi (viz.)

* IV. 388.

m. 19.

Robertus de Ufford.	*Thomas Weſt Miles.*
Willielmus de Monteacuto.	*Auguſtinus de Waleys de Wenebrigge Clericus.*
Johannes Bavent.	
Johannes de Marcham.	*Rogerus Pickard.*
Ernaldus de Tyl.	*Richardus de Monte Caniſo.*
Petrus de Veel.	*Robertus de Watevill.*

Dat. ut ſupra.

De Jure Regio non violando.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Deca- Ann. D.
nis, Archidiaconis, Cancellariis, Præcentoribus, Præpoſitis, 1329.
Sacriſtis, Præbendariis, in Eccleſiis, Cathedralibus, ſeu Collegia- *An.* 3.
tis, & omnibus aliis Perſonis Eccleſiaſticis, in quâcunque Digni- *E.* 3.
tate vel Officio conſtitutis, nec non Notariis Publicis, ac aliis *Pat.* 3.
quibuſcumque, ad quos, &c. Salutem. *E.* 3. *p.* 1.

Ad Jura noſtra Regia, ne depereant, ſeu per aliquorum Uſur- *m.* 14.
pationes indebitas aliqualiter ſubtrahantur, quatenus juſtè poterimus, manutenendum: ſubtractaque & occupata, ſi quæ fuerint, ad Statum Debitum revocandum; necnon ad Impugnatores eorumdem Jurium noſtrorum refrænandum, prout convenit, & juxta eorum demerita puniendum, eo ſtudioſiùs Nos decet operam adhibere, & ſolicitiùs extendere manum noſtram, quo ad hoc Juramenti vinculo teneri dinoſcimur & aſtringi, pluresque conſpicimus indies Jura illa pro viribus impugnare.

Cùm itaque Præſentationem noſtram ad Præbendam de Thlanarthuen, in Eccleſiâ Collegiatâ de Abirgwylly vacantem, & ad
noſtram Donationem * ſpectantem, ratione Temporalium Epiſco- * IV.
patûs Menevenſis, nuper vacantis, & in manu noſtrâ exiſtentis, 389.
verſus Epiſcopum Menevenſem recuperaverimus per conſiderationem Curiæ noſtræ:

Ad quam quidem Præbendam, dilectum Clericum noſtrum, Robertum de Tanton, præſentaverimus Regio Jure noſtro:

Idemque Clericus noſter in proſequendo Jus ſuum in hac parte exiſtat; ac intellexerimus, jam de novo, quòd quidam, Jura noſtra, & Coronæ noſtræ, nec non Judicium, in Curiâ noſtrâ, ritè redditum, pro viribus impugnare, & ipſum Clericum noſtrum, ſuper Proſecutione Juris ſui, impedire nitentes, Provocationes, Appellationes, Citationes, Inductiones, Proceſſus, ac alia Impedimenta facere proponunt, & fieri procurant; per quæ utique, ſi procederent, effectus Præſentationis noſtræ prædictæ de facili adnullari, necnon Judicium prædictum, in Curiâ noſtrâ, ut prædicitur, ritè redditum, enervari, nobiſque, & Coronæ noſtræ, aliàs præjudicium & exhæredatio multipliciter poſſent generari, ac dictus Clericus noſter, ſuper Proſecutione ſuâ prædictâ, in hac parte, indebitè poſſet perturbari:

Nos,

Volentes hujuſmodi Præjudicio & Exhæredationi modis & viis omnibus, quibus poterimus, prout ad hoc diverſimodè tenemur & aſtringimur, obviare, & conatus illicitos omnium & ſingulorum, Jura noſtra impugnare volentium, refrænare,

Vobis, & veſtrûm cuilibet, prohibemus ne, prætextu alicujus Commiſſionis, vobis factæ, ſeu imposterùm faciendæ, quicquam, quod in derogationem Juris noſtri, & Coronæ noſtræ, ac enervationem dicti Judicii, in dictâ Curiâ, ut prædicitur, ritè redditi, ſeu Proſecutionis dicti Clerici noſtri cedere valeat, nobis inconſultis, attemptare præſumatis, ſeu per alios attemptari faciatis quoviſmodo; ſcientes quòd, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam ad Violatores Juris noſtri Regii, graviter capiemus.

Teſte Johanne de Eltham, Comite Cornubiæ, Fratre Regis, Cuſtode Regni Regis, apud Wyngham, viceſimo nono die Maii.

De

Digitized by Google

• IV. 390. * Et lors, Noble Homme, Monſeigneur Mille de Noyers, qui eſtoit de coſté le dit Roy de France, dit, de par le Roy de France, au dit Roy d'Angleterre en cette Maniere;

Sire, le Roy ne vous entend point a recevoir ainſi, comme il a eſté dit à veſtre Conſeil, des Choſes qu'il tient, & doit tenir, en Gaſcogne, & en Agenois; les quelles tenoit, & devoit tenir, le Roy Charles, & de quoy le dit Roy Charles fit Proteſtation, qu'il ne vous entendoit à recevoir a ſon Hommage.

Et le dit Eveſque de Lincolne dit, & Proteſta pour le dit Roy d'Angleterre, que, pour choſe, que le Roy d'Angleterre, ou autre pour luy, diſt ou fiſt, il n'entendoit à Renouncer à nul Droit qu' il euſt, ou deuſt avoir, en la Duché de Guyenne, & és appartenances; & que aucuns Droits nouveaux y fuſſent, pour ce, acquis au dit Roy de France.

Et, ainſi Proteſté, le dit Eveſque Bailla à Noble Homme, le Vicomte de Melun, Chambellan de France, un Cedule, ſur le dit Hommage, d'ont la teneur eſt cy deſſous eſcrite.

Et lors dit le dit Chambellan au Roy d'Angleterre ainſi, Sire, vous devenez Homme du Roy de France, Mon Seigneur, de la Duché de Guyenne, & de ſes appartenances, que vous recognoiſſez à tenir de luy, comme Duc de Guyenne, & Pair de France, ſelon la forme des Paix, faites entre ſes Devanciers, Rois de France, & les voſtres, ſelon ce que vous, & voz Anceſtres, Rois d'Angleterre, & Ducs de Guyenne, avez fait par la meſme Duché a ſes Devanciers, Roys de France;

Et lors le Roy d'Angletterre dit, Voire.

Et le dit Chambellan dit apres ainſi; & le Roy de France, noſtre Sire, vous Recoit, ſauvez ſes Proteſtations, & les Retenues deſſus dites;

Et le Roy de France dit, Voire.

Et lors (les Mains du dit Roy d'Angleterre, miſes entre les Mains du dit Roy de France) Baiſa en la Bouche le dit Roy d'Angleterre.

La teneur de la Cedule, que Bailla le dit Eveſque pour le Roy d'Angleterre, s'enſuit;

Je deviens voſtre Homme de la Duche de Guyenne, & de ſes appartenances, que je Clame tenir de vous, comme Duc de Guyenne, & Pair de France, ſelon la forme de Paix, faites entre vos devanciers & les noſtres, ſelon ce que Nous & noz Anceſtres, Roys d'Angleterre, & Ducs de Guyenne, avons fait, pour la meſme Duchee, a vos Devanciers Roys de France.

Ce fut fait à Amiens, Choeur de la grande Egliſe, l'an de Grace M. CCC. XXIX. le vi. jour de Juin, Indiction xii, xiii. du Regime de, noſtre Tres St. Pere, le Pape Jean xxii, preſens, & à ce appellez Temoins,

Reverends Peres en Dieu, les Eveſques

De Beauvais,
De Laon,
Et de Senlis:
Et, Hault Prince, Monſeigneur Charles, Comte d'Alenzon,
Monſeigneur Eudes, Duc de Burgogne,
Monſeigneur Lovis, Duc de Burbon,
Monſeigneur Lovis, Comte de Flanders,
Monſeigneur Robert de Artois, Comte de Beaumont,
Et le Comte d'Armagnac:
Les Abbes,

Ad Papam, Rex inſtantiſſime petit ut Robertus de Wyvill in Epiſcopum Bathon. & Wellen. promoveatur. Rom. 3. E. 3. m. 4.

Dat. apud Dovorriam duodecimo die Junii.

Ad Cardinales ſuper negotio præfato.

Dat. ut ſupra.

Ad Archiepiſcopum Eborum, de non tumultuando ſuper Bajulatione Crucis.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Clauſ. 3. E. 3. m. 18. dorſ.

REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Eborum Archiepiſcopo, Angliæ Primati, Salutem.

Cùm, pro magnis & arduis Negotiis, Nos, & ſtatum Regni noſtri, & Quietem Populi ejuſdem regni, intimè contingentibus, vobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus, ejuſdem Regni, ordinaverimus apud Wyndeſore, die Dominicâ, in craſtino Sanctæ Mariæ Magdalenæ, proximâ futurâ, habere Tractatum;

Et tàm vobis, quàm venerabili Patri, Cantuarienſi Archiepiſcopo, & cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus prædictis, ſeparatim mandaverimus, quòd, dictis die & loco, perſonaliter interſitis ſuper dictis negotiis tractaturi;

Nos,

Conſiderantes præſentiam veſtram, propter arduitatem negotiorum illorum, neceſſariam eſſe,

Ac volentes Indempnitati veſtræ proſpicere, nè, prætextu Diſſenſionum inter vos, & Prædeceſſores veſtros, ac præfatum Archiepiſcopum, & Prædeceſſores ſuos, ſuper Bajulatione Crucis veſtræ, in Provinciâ Cantuarienſi, ab olim exortarum, moleſtari ſeu inquietari indebitè valeatis, nec eo prætextu non adventum veſtrum ad locum prædictum aliqualiter excuſare,

Recolentes etiam quòd dudum, in Parliamento, apud Eborum convocato,

Pro eo quòd, prætextu Diſſenſionum prædictarum, tàm noſtris, quàm Progenitorum noſtrorum, temporibus, communia Regni negotia impedita fuerunt,

In veſtri, ac tunc dicti loci Archiepiſcopi, præſentia concordatum fuit, quòd vos ad Parliamenta & Tractatus, pro negotiis noſtris, in Provinciâ Cantuarienſi, & quòd idem Archiepiſcopus ad hujuſmodi Parliamenta & Tractatus, in Provinciâ veſtrâ tenenda, abſque impedimento, hinc indè inferendo, cederetis,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd, non obſtante controverſiâ prædictâ, dictis die & loco, perſonaliter interſitis ſuper præmiſſis negotiis tractaturi.

Mandavimus autem præfato Archiepiſcopo quòd vos, ſuper Bajulatione Crucis veſtræ, non moleſtet, ſeu inquietet contra formam Concordiæ ſupradictæ.

Teſte Rege apud Cantuariam, decimo quarto die Junii.

Conſimile Mandatum ad Archiepiſcopum Cantuarienſem.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

REX, venerabili in Chriſto Patri, S. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm Nos quendam Tractatum apud Wyndeſore, die Dominicâ,

Digitized by Google

... Johannem de Eltham & unam de Filiabus ejuſdem Regis Franciæ.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibidem.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra, *&c. ut ſupra de verbo ad verbum uſque ibi* ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, inter Johannem de Eltham, Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, & unam de Filiabus ejuſdem Regis contrahendis, & ad omnia, quæ *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Acquietantia ſuper Damnis in Vaſconia.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Clauſ 3. E. 3. m. 20. d.

PAteat Univerſis per præſentes, quòd ego, Gulielmus Amaneni de Chaſtillon, Remiſi pro me, Hæredibus, & Executoribus meis, excellentiſſimo Principi, Domino meo, Domino Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, omnem Actionem & Demandam, quas erga ipſum habeo, vel habere potero, ratione Dampnorum, quæ in obſequio Progenitorum dicti Domini mei Regis, & ipſius Domini Regis, in Guerris Vaſconiæ ſuſtinui, & Vadiorum michi hiis occaſionibus qualitercumque debitorum, & ipſum Dominum meum Regem, & Hæredes ſuos, indè Quieto per præſentes:

Volens & Concedens pro me, Hæredibus, & Executoribus meis, quòd omnes Literæ, michi per prædictos Progenitores dicti Domini mei Regis, ſeu ipſum Dominum meum Regem, de Reſtauratione Deperditorum in Guerris prædictis, ac ſolutione Vadiorum meorum, occaſionibus præmiſſis factæ, ubicumque inventæ fuerint, nullius ſint valoris, & omni vigore careant & effectu.

In cujus rei teſtimonium præſentibus Sigillum meum appoſui.

Dat. apud Cantuariam, decimo octavo die Junii, anno Regni ipſius Domini Regis nunc Tertio.

Ad Papam, de non credendo Suggeſtionibus Epiſcopi Offorienſis.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 3. *IV. 393.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Ob Amoris confidentiam, quâ in veſtrâ recumbimus largifluâ bonitate, quæ penes Nos emergunt diſplicentia, & advertimus, poſſe Diſpendia parturire, in veſtræ Sanctitatis notitiam piâ devotione deferimus, & pro * ſalubris appoſitione Remedii Paternæ ſolicitudinis providentiam excitamus.

Ecce! Pater Sanctiſſime, cùm nuper, in terrâ noſtrâ Hiberniæ, inter quoſdam Nobiles de eâdem Terrâ, gravis Diſſenſio fuiſſet exorta, ac, per repentinos Aggreſſus, Homicidia, Rapinæ, Incendia, & alia Flagitia inumera, furibundis animis perpetrata, Frater Richardus Offorienſis Epiſcopus, ut didicimus,

Qui, ob modeſtiam Officii Paſtoralis, commotos iracundiâ animos ſalubribus exortationibus debuit mitigaſſe,

Timore Dei poſtpoſito, Perpetratores ſcelerum prædictorum inſtigavit nephariè ad hujuſmodi Flagitia committenda, impunitatem & perdonationem eis promittendo, eiſque præſtitit multipliciter Conſilium & Juvamen, ac quædam alia in noſtri præjudicium attemptare non expavit, quæ ad præſens, ob certas cauſas, ſubticemus, ſet ea veſtræ Benignitati aliàs proponimus intimare.

Cùmque Nos, nuper, per Miniſtros noſtros, de præmiſſis Exceſſibus mandaſſemus veritatem inquiri, & Delinquentes juxta ſua demerita punire, prout decet, idem Epiſcopus, tanquam malè ſibi ...

E. 3. Ibidem.

... affectum.

Quantæ præſumptionis audaciâ Richardus, Offorienſis Epiſcopus, Populum Terræ noſtræ Hiberniæ conturbavit, & quoſdam Homines ad committenda varia Flagitia pravis perſuaſionibus excitavit, nobis non poteſt in memoriam non venire.

Et quia idem Epiſcopus ad præſentiam Domini Summi Pontificis, ad palliandum Errores ſuos, jam ſe tranſtulit, ut intelleximus, & quæ, Nobis & Fidelibus noſtris, in Terrâ prædictâ, præjudicialia & dampnoſa, malitioſè compoſuit, quæ quaſi ſub velamine Pietatis eidem Domino Summo Pontifici diſpoſuit intimare:

Propter quod, ut ipſius Malitiæ obvietur, Litteras noſtras, de ipſius Epiſcopi malo Geſtu, dicto Domino Summo Pontifici directas (quarum Tranſcriptum mandavimus hiis includi, ut contentorum in eiſdem notitiam habere valeatis) Dilectioni veſtræ, de quâ præ cæteris, fiduciam gerimus ampliorem, tranſmittimus per præſentium Portitorem;

Deprecantes obnixè ut eas eidem Domino Summo Pontifici præſentare velitis, & ad repellendum eundem Epiſcopum, ne ſuis Suggeſtionibus fides præbeatur, conſilium & juvamen apponere oportuna;

Nóſque de hiis, quæ idem Epiſcopus proponere, ſeu petere, contigerit, quanto celeriùs poteritis, per veſtras Litteras velitis reddere certiores.

Scripſimus autem, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Willielmo de Weſton, quòd ipſe dictum Negotium, tàm penes ipſum Dominum Summum Pontificem, quàm etiam penes Vos, cum omni diligentiâ proſequatur.

Dat. ut ſupra.

---

* *Ad Papam, ſuper indebitis Vexationibus in Curia Romana.* *IV. 394.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 3.

Nuper, Pater Sanctiſſime, pro conſervatione Regii Juris noſtri, ac indempnitate Nobilis viri, & fidelis noſtri, Johannis de Warenna Comitis Surriæ, Conſanguinei noſtri, nobis ſuper hoc graviter conquerentis, & ut gravis Diſſenſionis materia tolleretur, veſtræ Beatitudini ſtudioſè explicare curavimus vicibus repetitis,

Qualiter inter Anteceſſores præfati Comitis, & quondam Abbates Cluniacenſes, certa Compoſitio, *&c. prout ſupra de Dat. 23. Febr. uſque hæc verba.*

Et pro eo quod nobis relatum extitit, quod veſtra Benignitas de eodem Prioratu, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Johanni de Courtenay, Monacho Abbatiæ de Tavyſtok, diſpoſuerat de veſtræ Poteſtatis plenitudine providere, conſiderantes extindè periculoſæ Diſſenſionis materiam poſſe veriſimiliter ſuboriri,

Sanctitati veſtræ devotâ inſtantiâ duximus ſupplicandum quatinùs, præmiſſis piâ diſcuſſione penſatis, ſi quæ in noſtri, ſeu juris ipſius Comitis, præjudicium in eâ parte eſſent diſpoſita, præmiſſorum veritate non detectâ, ea dignaremini facere revocari, & taliter ſuper præmiſſis ordinare, quòd cujuſlibet Diſſenſionis tolleretur materia, & Filiorum devotio nullatenus turbaretur.

Verùm,

Quia de exauditione hujuſmodi noſtrorum rogatuum nondum ad Nos pervenit certus rumor, quamvis litterarum noſtrarum hujuſmodi Delatores à veſtrâ Manſuetudine, ut didicimus, favorabiliter admiſſi fuerint & benignè (de quo grates & gratias veſtræ Clementiæ referimus multiformes) ut cordis noſtri deſiderium multiplicata Interceſſio pleniùs atteſtetur,

Bea-

Digitized by Google

Prioratu Lewen. qui de ipſius Comitis exiſtit Patronatu, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis, uſque ad hæc verba; viz.*

Verum,

Quia de exauditione precum noſtrarum, quas indè præfato Do-
* IV. 395. mino Summo Pontifici tranſmiſimus vicibus * repetitis, nulla nobis adhuc innotuit certitudo,

Dilectionem veſtram iteratis precibus rogamus & requirimus affectione, quâ poſſumus cariore, quatinus, pro auferendo tantæ Diſſenſionis exordio, præfatum Dominum Summum Pontificem inducere velitis modis & viis, quibus videritis expedire, ut ea, quæ in noſtri & præfati Comitis præjudicium, circa Prioratum prædictum, attemptata fuerint, præmiſſorum veritate non detectâ, dignetur, præmiſſorum intuitu, revocare, taliterque indè diſponere, noſtrorum rogaminum interventu, quòd Filiorum augeatur devotio, & Commotionis in Populo materia auferatur.

Ad præmiſſum autem negotium proſequendum, dilectum & fidelem noſtrum, Guidonem de Joceux ad veſtram præſentiam duximus deſtinandum; quem, ſi placet, in proſecutione illâ, dirigere, eique aſſiſtere, velitis Conſiliis & auxiliis oportunis.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles litteræ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Epiſcopo Albanen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino P. de Mortuomari tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Presbitero Cardinali.
Domino R. de Farges Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino P. tituli Sancti Martini in Montibus Presbitero Cardinali.
Domino G. Epiſcopo Sabinen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino L. Sanctæ Mariæ in viâ latâ Diacono Cardinali.
Domino N. Sancti Adriani Diacono Cardinali.
Domino D. Sanctæ Mariæ in Porticu, Diacono Cardinali.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.
Domino P. Epiſcopo Portuen. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino M. tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbitero Cardinali.

De inquirendo ſuper Damnis, ſecundum concordata Ambianis.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Pat.* 3. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 15. *dorſ.*

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Bartholomæo de Burgherſh, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, & Johanni de Ifeld, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter Magnificum Principem, Dominum Philippum, Regem Franciæ illuſtrem, & Conſiliarios ſuos, ex parte unâ, & Nos, & Conſiliarios noſtros, ex alterâ, nuper Ambianis, inter alia fuiſſet concordatum,

Quòd certæ Perſonæ, per ipſum Regem Franciæ, ad inquirendum, & Juſtitiam conquerentibus faciendum, de Dampnis, Injuriis, & Tranſgreſſionibus, Gentibus noſtris, infra Poteſtatem

W. Epiſcopus Norwicen. } *In Comitatibus Norffolciæ, Suff. &*
Thomas Bardolf. } *Eſſex.*

De Proclamatione ſuper Inquiſitione præfata.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Clauſ.* 3. *E.* 3. *m.* 17. *d.*

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm inter, Magnificum Principem, Dominum Philippum, Regem Franciæ, & Nos, nuper apud Ambianum fuiſſet Concordatum, quod Mercatores & alii quicumque de Regno Franciæ, infra Regnum & Poteſtatem noſtram, & Mercatores & alii, de Regno noſtro, infra Regnum & Poteſtatem ipſius Regis Franciæ, ſalvo & ſecurè venirent cum Rebus & Mercandiſis ſuis, abſque areſtatione, ſuper ipſos, vel eorum Bona, ſeu Mercimonia, occaſione Tranſgreſſionum, Injuriarum, ſeu Dampnorum, hinc indè, ſupra Mare, ante hæc tempora, illatorum; & quod certæ perſonæ, tàm ex parte ipſius Regis, quam ex parte noſtrâ, aſſignentur & deputentur ad inquirendum de Tranſgreſſionibus, Injuriis, & Dampnis prædictis, a quinquennio proximo præterito & citra illatis, & ad conquerentibus Juſtitiæ complementum faciendum; idemque Rex præmiſſa ex parte ſuâ jam fecerit proclamari:

Nos, Concordiam illam, quantum ad Nos pertinet, volentes effectui mancipari, vobis præcipimus quod ſtatim, viſis præſentibus, infra Civitatem prædictam, in locis ubi videritis expedire, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ diſtrictè faciatis inhiberi, ne quis alicui Mercatori, ſeu alii de Poteſtate dicti Regis Franciæ, in veniendo in Regnum noſtrum, morando, ſeu exindè redeundo, Dampnum inferat ſeu Gravamen: nec Eos, ſeu eorum Bona vel Mercimonia, occaſione Tranſgreſſionum, Injuriarum, & Dampnorum hujuſmodi, areſtet, ſeu areſtari faciat quovis modo; ſet quod omnes & ſinguli Subditi ipſius Regis infra Regnum & Poteſtatem noſtra, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, ſalvo & ſecurè veniant, ibidem morentur, & exindè recedant, faciendo Conſuetudines debitas & uſitatas in eodem Regno.

Teſte Rege apud Cantuariam, decimo nono die Junii.

Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis, &c.

Pro Lewelino ap Kenewrick, de Pardonatione.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Pat.* 3. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 14.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm in Parliamento noſtro, nuper apud Weſtmonaſterium tento, de communi aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum, ac Communitatis Regni noſtri, ibidem exiſtentium, Proviſum fuerit & Statutum,

Quod nullus Magnas, aut alius, cujuſcumque Statûs ſeu Conditionis fuerit, qui nobiſcum & Iſabellâ, Reginâ Angliæ, Matre noſtrâ cariſſimâ, infra Regnum noſtrum, nec alii in eodem Regno tunc commorantes, qui ad Nos, & ipſam Matrem noſtram, venerunt, in ſuccurſum noſtrum, ad perſequendum Hugonem le Deſpenſer Seniorem, & Hugonem le Deſpenſer Juniorem, tunc Inimicos noſtros, occaſionentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur, in Perſonis, aut Bonis ſuis, in Curiâ noſtrâ, ſeu alterius,

pro

Digitized by Google

1329. An. 3. E. 3. Clauſ. 3. E. 3. m. 7. d.

IVI Fratri noſtro cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem, & ad vota ſucceſſus proſperos ac felices.

Cum mittamus, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Thomam de Garton, Contrarotulatorem Hoſpitii noſtri, ad veſtram præſentiam, ad recipiendum, ad opus noſtrum, illa Quinque millia Marcarum, quæ nobis, in inſtanti Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, ſolvere tenemini, juxta formam Concordiæ, inter Nos, &c, bonæ memoriæ, Dominum Robertum de Bruys, nuper Regem Scotiæ, Patrem veſtrum, initæ & firmatæ, & ad Denarios illos ad nos cariari faciendum:

Magnificentiam veſtram requirimus & rogamus, quatenus Denarios illos præfato Clerico noſtro ſolvi faciatis, ducendos ad nos, prout ei per nos eſt injunctum; recipientes ab eo Literas noſtras Acquietantiæ, Receptionem dictæ pecuniæ teſtificantes, quas vobis mittimus per eundem.

Data apud Roffen. viceſimo quarto die Junii.

Johannis de Hanonia Litera de Attornato.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Clauſ. 3. E. 3. m. 15. d.

JOhans de Haynun, Sires de Beaumont, faiſons ſavoir a touz, qui nous avoms mis & eſtaublis, mettoms & eſtabliſſons, pur nous, & en nolm, Dyne Forſet, & Piers Byne, & leur autres Compaignons, Marchanz de la Compaignie de la Barde de Florenche, demorantz a Loundres,

Pur rechevoir les mille Marcz eſterlins de Rente, qui, nous chers Sires, li Rois d'Engleterre nous ad done cheſcun An, a prendre, ſour les Cuſtumes de la Ville de Loundres, au terme de la Paſque, & de la Seint Mikiel ſuiant apres:

Et pur rechevoir auxi, cheſcun An, les cent Marchies de Terre a l'Eſtrellin, qui, nos chers Sire, li Rois diſſuſdit, dona a Phelippron dou Chaſtel, no valet, cui Diez abſolle, a prendre ſour les Cuſtumes de Loundres as termes deſſuſdis:

Et de tant, qui li Cuſtumier de Loundres en paieront as dis Marchanz pur nous, & en non dou dit Phelippron, nous nos en tenons aſols & a bien paiez, & en quittons les ditz Cuſtumiers, & touz chiaus, a cui quittanche en appartient, touz quittes, & les ferons quitter de tant quil en paieront pur nous, & pur le dit Phelippron, enviers no dit chier Seignur, le Roi, & porter paiſmles par le Tieſmoign de ces lettres ſeellees de no Seel.

Donn. l'an mil. trois cens, vint & nief, le Merquedy apres le jour Seint Johan Baptiſte.

• IV. 398.

** Super Malo Geſtu Epiſcopi Oſſorienſis.*

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 3.

REX, dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Willielmo de Weſton, Salutem.

Tranſcriptum quarumdam Litterarum noſtrarum,

Quas Domino Summo Pontifici, ſuper Malo Geſtu Richardi Oſſorienſis Epiſcopi, qui multa Nobis, & Populo noſtro, in Terrâ Hiberniæ, præjudicialia & dampnoſa attemptare, excogitatis Malitiis, non expavit, ſicuti per Tranſcriptum prædictum poteſtis plenius intueri,

Vobis mittimus præſentibus intercluſum, & Litteras illas, ſimul cum Litteris noſtris, & conſimili Tranſcripto, Venerabili Patri, Domino Petro de Cœlio Monte, Presbitero Cardinali, per ipſum dicto Domino Summo Pontifici præſentandas, prout ſibi & vobis expedire videbitur, duximus deſtinandas.

Vobis igitur mandamus, firmiter injungentes, quòd, habitâ deliberatione cum præfato Cardinali, tàm ſuper Præſentatione Litte-

præfatum Regem & Nos, tamen, ſicut vos latere non credimus, inter alia, Concordatum quòd certæ perſonæ, ſufficientes & idoneæ, tàm ex parte ſuâ, quàm ex parte noſtrâ, aſſignarentur ad inquirendum ſuper Dampnis, datis ſupra Mare hinc & indè, & ad celerem Juſtitiam dampnificatis faciendum; quod jam inchoatum eſt fieri cum effectu, & forma aſſignationis hujuſmodi concordata hinc & indè.

Quamobrem Dilectionem veſtram rogamus & requirimus ex affectu, quatenùs Homines & Subditos veſtros prædictos, ut ab hujuſmodi Injuriis & Gravaminibus, noſtris Subditis faciendis, omninò deſiſtant, & ea, quæ per ipſos, contra formam Concordiæ prædictæ, taliter fuerint capta ſeu occupata, debitè reſtituant, compellatis;

Inhibentes, ſi placet, nè Mercatoribus, ſeu aliis de Regno noſtro, ad loca Dominii veſtri declinantibus, Dampnum inferant ſeu Gravamen.

Et, ſi qui ex Gentibus veſtris de Dampnis, ſibi per Homines de Poteſtate noſtra latis, conqueri voluerint, coram Judicibus, ſic aſſignandis, accedant, Querelas ſuas expoſituri, & Juſtitiam celerem recepturi ſecundum formam & effectum Corcordiæ ſupradictæ.

• Taliter autem hunc Rogatum noſtrum exaudire velitis in effectu, quòd in recidivæ Contentionis diſpendia nullatenus incidatur, & quòd præfatum Dominum Regem non ſit opus ſolicitare ob hanc cauſam. • IV. 399.

Et, quid indè duxeritis faciendum, nobis reſcribere velitis per præſentium Portitorem.

Data apud Windſore, viceſimo nono die Julii.

Ad Regem Aragoniæ de Credentia.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibid.

SEreniſſimo Principi, Domino ——— Dei gratiâ, Regi Aragoniæ Illuſtri, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem & ſucceſſus, ad vota, ſemper proſperos & fœlices.

Accedens ad nos, Nobilis Vir, Fidelis veſter, Reymundus Cornelii, cuncta penes vos proſperè dirigi nobis ſerioſiùs nunciavit (de quo lætati fuimus) deſiderantes ex corde de incolumitate ſtatûs veſtri jocundos frequenter audire rumores.

Et Magnificentiæ veſtræ duximus intimandum, quòd penes nos & noſtros, temporè datæ præſentium, providente Domino, proſperè agebatur, ſicut præfatus Reymundus vobis referre poterit pleniùs ore tenus.

Et quia idem Reymundus noſtræ Domui Regiæ, ſicut pro certo didicimus, ſemper hactenus benivolus extitit, & paratus fuit in oportunitatibus efficaciter deſervire, ipſum de Concilio noſtro & familiaritate noſtrâ (ſalvâ ſemper fidelitate quâ vobis aſtringitur) retinuimus, certis ſibi Stipendiis conſtitutis, eique ſuper aliquibus aperuimus ſecreta cordis noſtri, vobis per eundem ſerioſiùs exponenda; Cui, ſi placet, ſuper hiis, fidem præbere velitis indubiam, Nobiſque, cùm oportunum videritis, indè reſcribere velle veſtrum.

Data apud Wyndeſore, viceſimo nono die Julii.

Ejuſmodi Litera ad Reginam Aragoniæ.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibid.

SEreniſſimæ Dominæ, Dominæ Leonoræ, Dei gratiâ, Reginæ Aragoniæ, Conſanguineæ ſuæ cariſſimæ, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem & fœlices, ſemper ad vota, ſucceſſus.

De incolumitate & proſperitate Statûs veſtri, nobis per, Nobilem Virum, Reymundum Cornelii certitudinaliter nunciatis, grandem

Digitized by Google

Per Breve de privato Sigillo.

Pro eodem Mauritio Fitz-Thomas.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Ibid. REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod,

Pro bono & laudabili Servitio, quod, dilectus & fidelis noſter, Mauritius Fitz-Thomas de Hibernià, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Remiſimus ei & pardonavimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, ad totam vitam ſuam, Redditum ducentarum Marcarum per Annum, qui vocatur Redditus de Dangarvan, quem Redditum ipſe per manus ſuas, pro quibuſdam Terris, quas de nobis tenet, & alii de eo tenent in Hibernià, ad Scaccarium noſtrum Dubliniæ reddere conſuevit Annuatim:

Volentes & concedentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quod idem Comes, ad totam vitam ſuam, de ſolutione Redditûs prædicti ſit quietus; ita quod, poſt mortem prædicti Comitis, Redditus prædictus Nobis, & Hæredibus noſtris, ad dictum Scaccarium ſolvatur, ſicut hactenus ſolvi conſuevit.

Remiſimus etiam & pardonavimus eidem Comiti omnia Arreragia ejuſdem Redditûs, quæ nobis debentur ad Scaccarium prædictum, tam de tempore noſtro, quàm de temporibus Progenitorum noſtrorum prædictorum, & ipſum de Arreragiis illis, tenore præſentium, quietamus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, viceſimo ſeptimo die Auguſti.

Per idem Breve.

Pro Jacobo Domino de Douglas, cum Corde Roberti de Brus, nuper Regis Scotiæ, in Terram Sanctam profecturo.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 24. REX Vicecomitibus, Majoribus, Conſtabulariis Caſtrorum, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm, Nobilis Vir, Jacobus Dominus de Douglas in Scotia, verſus Terram Sanctam, in Auxilium Chriſtianorum contra Saracenos, cum corde Domini R. Regis Scotiæ, nuper defuncti, ſit profecturus,

Nos ipſum Jacobum, & Homines ſuos, in Comitivâ ſuâ exiſtentes, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem ſuſcepimus, *&c. pro Formulâ ejuſmodi Literarum.*

In cujus, &c. per Septennium duraturas.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, primo die Septembris.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Pro Willielmo Comite de Julers.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 23.

Sciatis quod,

Cùm teneamur, dilecto & fideli noſtro, Wiellielmo Comiti de Julers, in Sexcentis Libris, percipiendis per Annum de nobis, pro Feodo ſuo, pro morâ ſuâ nobiſcum,

Nos,

Volentes eidem Comiti de ſummâ prædictâ Satisfactionem debitam exhiberi,

Volumus & concedimus quod idem Comes habeat, & percipiat, ſummam prædictam per Annum, de Exitibus Cuſtumarum noſtrarum, in Portu Villæ de Sancto Botulpho, per Manus Collectorum Cuſtumarum noſtrarum ibidem, qui pro tempore fuerint, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, quouſque aliud indè duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, tertio die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

ET mandatum eſt Collectoribus Cuſtumarum Regis, in Portu Villæ de Sancto Botulpho, quod eidem Comiti, *&c. prout in ejuſdmodi Mandatis.*

De Protectionibus, pro Comite Lancaſtriæ, Willielmo de Monte Acuto, & Bartholomæo de Burghersh, ad partes Tranſmarinas profecturis.

HEnricus Comes Lancaſtriæ, qui ad partes Tranſmarinas, de Licentiâ Regis, profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, ſine Clauſulis, uſque ad Feſtum Natalis Domini, proximo futurum, duraturas. Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 21.

Præſentibus, &c.

Teſte Rege apud Hereford, duodecimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literas de Protectione habent ſubſcripti, qui ad partes prædictas cum eodem Comite profecturi ſunt; videlicet,

Henricus de Ferariis,
Willielmus le Blount,
Willielmus de Walkynton,
Thomas de Ferariis,
} Milites.

Galfridus de Bieleſwald,
Johannes de Ginewell,
Ricardus Paſſemer,
Simon de Byſegge,
Radulphus de Lanyngton,
Walterus de Melbourne,
} Clerici.

Jo-

Conſimiles Literas de Protectione habent ſubſcripti, qui cum eodem Bartholomæo profecturi ſunt ad partes prædictas; videlicet,

Radulphus de Brok,
Thomas de Bourne Miles.

Ad Papam, pro Diſpenſatione ſuper defectu Natalium.

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 1. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Regalis Magnificentiæ rectitudinem decenter tenere nos credimus & implere, dùm Subditorum noſtrorum Intentiones Pias attendimus, & eas proſequimur affectubus & modis, quibus poterimus, gratioſis.

Indè eſt, Pater Sancte, quòd cùm, felicis recordationis, Dominus Clemens, Papa Quintus, Prædeceſſor veſter, cum, dilecto nobis in Chriſto, Fratre Johanne de Chedewynd, Presbitero & Canonico Conventualis Eccleſiæ de Lilleſhul, Ordinis Sancti Auguſtini, Coventriæ & Lichfeldiæ Diœceſis, ſuper defectu Natalium, quem patitur, de ſoluto Genitus & ſolutâ, ut, defectu illo non obſtante, ad omnes Regulares Adminiſtrationes dumtaxat ejuſdem Ordinis aſſumi poſſet, diſpenſaverit gratioſè:

Et poſtmodùm, vacante dictâ Eccleſiâ, Fratres dicti Johannis vitæ Sanctitatem, Morum gravitatem, & Regularis Converſationis puritatem, crebriùs intuentes, ipſum in Abbatem & Paſtorem ſuum concorditer elegerunt;

Cujus Electione per loci Ordinarium examinatâ, & propter defectum, in formâ ejuſdem compertum, Juſtitiâ ſuadente, caſſatâ idem Ordinarius, propter virtutum & morum eminentiam, Famâmque gratiſſimam ipſius Fratris Johannis, ipſum Fratrem Johannem, auctoritate Pontificali, præfecit in Abbatem Monaſterii ſupradicti:

Et dictus Johannes, Curam & Adminiſtrationem dicti Monaſterii aliquamdiu laudabiliter & utiliter gerens, ac undique ſibi ipſi proſpicere cupiens, jam timeat ſibi dictam Diſpenſationem generalem minus ſufficientem fore, & ob hoc ad pedes veſtræ Sanctitatis Procuratorem ſuum dirigat, veſtram Clementiam petiturum,

Sanctitatem veſtram requirimus affectu ſpeciali, quatinus, attentis ipſius Abbatis devotione & humilitate, Petitionibus ſuis devotis, in hac parte, condeſcendere dignetur veſtra Benignitas conſueta; eo, ſi placet, favorabilius expeditioni ipſius inclinata, quo ipſius Abbatis & Conventûs portio comunis exiſtit in nullo penitùs ſeparata.

Conſervet, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, decimo quinto die Septembris.

---

* IV. 403. *Pro Cardinalibus, de Pardonatione.*

Ann. D. 1329. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 18. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

Conſiderantes affectionem ſpecialem, quam Venerabiles Patres Eccleſiæ Romanæ Cardinales, in Regno noſtro Beneficiati, ad Coronam Angliæ habuerunt, & Bonum Locum, quem noſtris Anteceſſoribus ante hæc tempora tenuerunt, & nobis, & Hæredibus noſtris, tenere poterunt in futuro,

Pardonavimus eiſdem Cardinalibus omnimoda Debita, quæ nobis debentur de Beneficiis ſuis, ratione Decimarum & auxiliorum, per Dominum Summum Pontificem, & ejus Prædeceſſores,

Promittentes pro nobis & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid, per dictos Procuratores & Nuncios noſtros, in formâ prædictâ, geſtum, actum, factum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, viceſimo die Septembris.

De Nuptiis inter Johannem de Eltham & Mariam de Biſcay contrahendis.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1329.

Noveritis quod nos, An. 3.

De circumſpectione providâ, & fidelitate probatâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Johannis de Hauſted, Militis, & Magiſtri Petri de Galicien, Canonici Agennenſis, plenam fiduciam reportantes, E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 14.

Ipſos ordinavimus & conſtituimus Procuratores & Nuncios noſtros ſpeciales, ad tractandum cum Dominâ Mariâ, Dominâ de Byſcaye, ac cæteris Nobilibus, Communitatibus, & aliis (quorum intereſt, ſeu intereſſe poterit quoquo modo) ſuper Matrimonio inter, cariſſimum Fratrem noſtrum, Johannem de Eltham, Comitem Cornubiæ, & Mariam, Filiam & Hæredem Johannis, quondam Domini de Biſcaye, impuberem, contrahendo:

* Et ad conveniendum & concordandum de omnibus & ſingulis, quæ ad Contractum hujuſmodi poterunt pertinere: * IV. 404.

Et ad ea, quæ taliter tractata, vel concordata, fuerint, quacumque firmitate vallandum:

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ in hac parte neceſſaria fuerint, ſeu etiam oportuna;

Promittentes nos Ratum, & Firmum habituros quicquid, per eoſdem, Johannem & Petrum, Tractatum, Concordatum, & Vallatum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, viceſimo quarto die Septembris.

ET mandatum eſt præfato Johanni quod, receptis Literis Regis prædictis, circa præmiſſa proſequendum & perficiendum cum cum omni diligentiâ & ſollicitudine, quibus poterit, intendat (omnibus aliis prætermiſſis) juxta informationem præfati Petri, qui indè coram Rege & Concilio Regis extitit oneratus; Et hoc, ſicut Regem & Honorem Regis diligit, nullatenus omittat.

Teſte ut ſupra.

Pro præfatis Nunciis de Credentia.

REX Probis Hominibus, & toti Communitati, Villæ de Durango, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1329.

Super quibuſdam Negotiis, quæ ſpecialiter inſident Nobis cordi, dilectis & fidelibus noſtris, Johanni de Hauſtede Militi, & Magiſtro Petro de Galiciano, Canonico Agennenſi, votum aperuimus mentis noſtræ, vobis per eoſdem ex parte noſtrâ ſerioſius exponendum; quibus ſi placet, fidem præbere velitis indubiam in dicendis, &c, ut effectu mancipentur, veſtrum Conſilium & Aſſenſum benivole impertiri. An. 3. E. 3. Claus. 3. E. 3. m. 5. dorſ.

Data apud Glouceſtriam, viceſimo quarto die Septembris.

Eodem

Digitized by Google

juxta Diſcretiones ſuas, pro noſtro honore, & commodo, rationabiliter fore viderint faciendum;

Promittentes Nos ratum, & firmum, habituros quicquid per eoſdem, Willielmum & Bartholomæum, geſtum & concordatum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Glouceſtriam, viceſimo quarto die Septembris.

Super Diſſenſionibus inter Archiepiſcopum Eborum, & Epiſcopum Dunolmenſem.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Clauſ.* 3. *E.* 3. *m.* 5. *dorſ.*

REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eadem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem.

Quia ex relatu accepimus plurimorum, quòd, prætextu quarumdam Diſſenſionum, inter, venerabilem Patrem, L. Epiſcopum Dunolmenſem, & vos, ſuper aliquibus, Eccleſias veſtras hinc indè tangentibus, exortarum, tàm ex parte veſtrâ, quàm ex parte ipſius Epiſcopi, Congregationes Hominum ad arma, tàm Equitum, quàm Peditum, ante hæc tempora fiebant, & adhuc fiunt, his diebus, contra formam Statuti, apud Northamptoniam nuper per Nos editi, per quod Pax noſtra læditur, Populuſque noſter multipliciter terretur & gravatur, & diverſa timentur extindè pericula poſſe veriſimiliter evenire:

Noſque, ratione juramenti, aſtricti ſumus ad Pacem noſtram illæſam conſervandum, volentes hujuſmodi Periculis obviare, & tàm Jura Eccleſiæ veſtræ, quàm Eccleſiæ prædicti Epiſcopi, ut tenemur, manutenere,

Vobis mandamus quòd, in propriâ perſonâ veſtrâ, ſitis coram nobis, vel Concilio noſtro, apud Norhamptoniam, in craſtino Sancti Nicholai, proximo futuro, ad informandum Nos ſuper cauſis Diſſenſionum prædictarum, & ad faciendum & recipiendum quod per Nos & Concilium noſtrum tunc, ſuper præmiſſis, contigerit ordinari, omnibus Novitatibus indebitis introducendis, vel Congregationibus faciendis, interim Superſedentes.

Mandavimus enim præfato Epiſcopo quod tunc ſit coram Nobis, vel Concilio noſtro, in propriâ perſonâ ſuâ, ad informandum Nos, ex parte ſuâ, ſuper præmiſſis, & ad faciendum & recipiendum ſimiliter quod tunc ibidem contigerit ordinari; & eidem Epiſcopo ſimiliter inhibuimus, nè hujuſmodi Novitates indebitas, ſeu Congregationes, interim faciat.

Teſte Rege apud Northampton, viceſimo octavo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt L. Dunolmenſi Epiſcopo, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

Tom. II. P. III,

Ad David Regem Scotiæ, ſuper ſolutione Quinque Mille Marcarum.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Clauſ.* 3. *E.* 3. *m.* 5. *d.*

MAgnifico Principi, Domino David, Dei gratiâ, Regi Scotorum Illuſtri, Fratri noſtro cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem, & ad vota ſucceſſus proſperos & fælices.

Cùm mittamus, dilectum Clericum noſtrum, Willielmum de Keſtevene, ad veſtram præſentiam, ad recipiendum, ad opus noſtrum, illa Quinque Milia Marcarum, quæ nobis, in inſtanti feſto Sancti Martini, ſolvere tenemini, *&c. prout ſupra de Dat.* 24 *die Junii.*

Data apud Kenilworth, triceſimo die Octobr.

Per Breve de privato Sigillo.

De Portis Novi Templi Londoniæ, per Majorem obſirmatis, ne per Aquam Tranſitus Juſticiariis prohibeatur, aperiendis.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E.* 3. *Clauſ.* 3. *E.* 3. *m.* 6. *d.*

REX Majori Londoniæ, & Eſcaetori ſuo in eâdem Civitate, Salutem.

Quia intelleximus quòd, per medium Curiæ Novi Templi Londoniæ, uſque Aquam Tamiſiæ, communis Tranſitus, pro Juſticiariis & Clericis noſtris, ac aliis, Negotia ſua apud Weſtmonaſterium proſequentibus, & per Aquam tranſire volentibus, eſſe debet, & ſolet, totis temporibus retroactis:

Et quòd vos Portas Templi prædicti per diem clauſas tenetis, & ipſos Juſticiarios, & Clericos noſtros, & alios prædictos, quominus per medium dictæ Curiæ tranſire poſſint, impeditis:

Per quod tàm Negotia noſtra, quàm alia communia, multotiens retardantur;

Vobis mandamus quòd Portas dicti Templi per diem apertas tenere faciatis, ita quod Juſticiarii, & Clerici noſtri, ac alii, qui per Aquam tranſire voluerint, ibidem tranſire poſſint, prout hactenùs facere conſueverunt.

Teſte Rege apud Kenelworth, ſecundo die Novembris.

Pro Epiſcopo Dunolmenſi ſuper Diſſenſionibus antedictis.

Ann. D. 1329. *An.* 3. *E* 3. *Pat.* 3. *E.* 3. *p.* 2. *m* 11. * IV. 407.

REX omnibus Ballivis, & fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm gravis Diſſenſionum materia inter, venerabilem Patrem, W. Archiepiſcopum Eborum, ex parte unâ, &, venerabilem Patrem, L. Epiſcopum Dunolmenſem, ex alterâ, ſuper aliquibus, Eccleſias ſuas hinc indè tangentibus, * ſit exorta, per quod tàm ex parte ipſius Archiepiſcopi, quàm prædicti Epiſcopi, diverſæ Con-

E

Digitized by Google

ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque.

Volumus etiam, & concedimus, quòd propria Bona & Mercandiſæ dictorum Mercatorum & Burgenſium dictæ Villæ de Deeſt, prætextu alicujus Delicti vel Forisfacti Valletorum ſeu Servientium ſuorum, eadem Bona & Mercandiſas in cuſtodiâ ſuâ habentium, nullatenùs confiſcentur, nec pro Forisfactis habeantur, dummodo iidem Mercatores & Burgenſes legitimè probare poterunt eadem Bona & Mercandiſas ſua propria, & non dictorum Valletorum & Servientum ſuorum, extitiſſe.

Et, ſi iidem Valetti & Servientes, infra Regnum noſtrum deceſſerint, ſive Teſtamentum fecerint, ſive non, Bona & Mercandiſæ ipſorum Mercatorum & Burgenſium, quæ in dictorum Valettorum & Servientium cuſtodiâ tunc fuerint, nullatenùs Attachientur, ſeu Areſtentur, ſet ſine difficultate ipſis Mercatoribus & Burgenſibus plenarie liberentur, quatenùs probare poterunt eadem Bona & Mercandiſas ad ipſos de Jure pertinere debere.

Conceſſimus etiam præfatis Mercatoribus & Burgenſibus ejuſdem Villæ de Deeſt, quòd ipſi de Pontagio, Pavagio & Muragio, de Bonis & Mercandiſis ſuis, infra Regnum noſtrum & Portus Maris ſint quieti; ita tamen quòd prædicti Mercatores & Burgenſes de Deeſt aliquos Mercatores extraneos (qui non fuerint de eâdem Villâ de Deeſt) non advocent ad prædictas Libertates, vel aliquam earumdem quoquomodo, calumpniandas vel habendas; ita etiam quod contra Ordinationem Stapulæ, per Dominum Edwardum, nuper Regem * Angliæ, Patrem noſtrum, in certis * IV.
Perſonis, infra Regnum noſtrum, tenendam, factam, quicquam 409.
nullatenus attemptetur, eâdem Ordinatione ſic durante.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Glouceſtriam, duodecimo die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductu pro Comite de Peregore, in Angliam venturo.

REX omnibus Ballivis, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod, 1329.
Cùm, Nobilis Vir, & nobis dilectus, Archebaldus Comes de *An. 3.*
Peregore, infra Regnum noſtrum Angliæ, de noſtrâ Licentiâ, ſit *E. 3.*
venturus, *Pat. 3.*
Nos, volentes ipſum Comitem favore proſequi gratioſo, ſuſce- *E. 3. p. 2.*
pimus ipſum Comitem, ac Homines de Familiâ ſuâ, ſecum ve- *m. 7.*
nientes, in Protectionem & Defenſionem noſtram, *&c. prout aliàs in ejuſmodi Literis.*

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes per unum annum duraturas.

Teſte Rege apud Kenylworth, viceſimo ſexto die Decembris.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti; videlicet,

Gaſto Comes Fuxi & Dominus de Bearne.
Amanaricus Vicecomes Delhautre.
Johannes de Levys Mareſcallus de Mirepeis.
Amaldauxus de Pinibus Dominus de Monte Craben.
Amaldauxus de Cavo Monte Dominus de Montveil.
Bernardus Dominus de Lebreto.

Ann. D. REX, venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Norwi-
1329. cenſi Epiſcopo, Salutem.
An. 3. Quia, per aviſamentum Concilii noſtri, & ob confidentiam,
E. 3. quam de veſtris Circumſpectione & Fidelitate optinemus, ordina-
Claus. 3. vimus quod ad partes Franciæ, pro negociis noſtris (de quibus
E. 3. m. aliàs fuiſtis onerati, & quorum notitiam habetis pleniorem) re-
4. d. deatis:

Et aſſignavimus, unà vobiſcum, dilectum conſanguineum & fidelem noſtrum, Henricum Comitem Lancaſtriæ, eique ſcripſimus per literas, ſub Privato Sigillo noſtro, quod ad hoc, unà vobiſcum, intendat juxta Informationem, quam vobis mittimus, ſub Privato Sigillo noſtro, quamcito, deliberato Conſilio, fieri poterit bono modo:

Et ad aſſiſtendum vobis, & præfato Comiti, conſiliis & auxiliis, dilectos Clericos noſtros, Magiſtrum Johannem Waleweyn, & Magiſtrum Johannem de Shordich, ad vos diſpoſuimus deſtinare;

Vobis mandamus, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, omni excuſatione ceſſante, ad proficiſcendum ad dictas partes Franciæ (prout aliàs vobis mandavimus per literas ſub Privato Sigillo noſtro) vos paretis; ita quod eſſe poſſitis ad diem præfixum, ſicut nobis aliàs per veſtras Literas plenius ſcripſiſtis:

Et ſciatis quod quoad alia, in eiſdem literis veſtris contenta, pro pleniori Informatione indè habenda, convocari mandavimus Prælatos, Magnates, & alios de Concilio noſtro, ad certum diem, citra inſtans feſtum Natalis Domini; &, habito illorum Conſilio & Aviſamento ſuper omnibus Articulis, in eiſdem literis veſtris contentis, Reſponſiones ordinabimus, & eas vobis mittemus in ſcriptis, ſimul cum Literis de Poteſtate, vobis & præfato Comiti in hac parte committendâ.

Et quia, propter brevitatem temporis, jam quendam Curſorem noſtrum, Johannem de Waltham, ad Dominum Regem Franciæ cum Literis noſtris tranſmiſimus, ad diem prædictum ulteriùs prorogandum: & injunximus eidem Curſori quòd, per ſeptem vel octo dies, ante dictum feſtum Natalis Domini, ſit apud Dovorriam cum Reſponſione prædicti Regis Franciæ; volumus quod, cum ibidem venerit, ſeu alibi vobis occurrerit, literas, quas delaturus eſt ab ipſo Rege, ab eo recipiatis, & eas aperiatis vice noſtrâ, & ſecundum id, quod in eiſdem videritis contineri, ſive de Prorogatione dicti diei, ſive non, diſponatis in omnibus iter veſtrum, eaſdem Literas, unà cum veſtro Conſilio & Aviſamento,
* IV. nobis per eundem * Curſorem tranſmittentes, & præfatum Co-
408. mitem inde, prout expedire videritis, certificantes.

In caſu autem quo Prorogatio diei non poterit optineri, voluntatem noſtram aperuimus, dilecto & fideli noſtro, Johanni de Inſulâ (quem ad vos mittimus ex hâc Cauſâ) vobis per eundem oretenus ſerioſiùs exponendam; cui ſuper hoc fidem credulam præbeatis.

Cæterùm de Expenſis veſtris, & aliorum qui pro dictis negotiis ſunt profecturi, mandavimus Theſaurario noſtro quod vobis, & eis, debitè ſatisfaciat; ita quod, eo prætextu, dicta Negotia noſtra nullatenus retardentur.

Teſte Rege apud Kenilworth, tertio die Decembris.

Per ipſum Regem.

Pro

* IV. [co]mitte prædicto, præfatum * Clericum nostrum aliàs super hoc
410. Litium amfractibus proposuit fatigare,

Nostrarum Precum instantia, Liti cedere paratus sit in ea parte, dum tamen, juxta desideratam a nobis formam, inferius annotatam, a vestra Sanctitate sibi super hoc licentiam impetremus;

Nos, tranquilitatem & quietem ejusdem Clerici nostri sincero desiderantes affectu, Beatitudini vestræ votivis desideriis supplicamus, quatinus eundem Clericum nostrum, Virum utique Eminenti Litterarum Scientia præditum, Conversatione Decorum, & in Agendis quibuslibet Circumspectum, habentes, si placet, nostri contemplatione, specialius recomendatum,

Præfato Archidiacono Droconensi, ut,

Absque detrimento Statûs sui, quoad Beneficia nunc optenta, & maximè quoad Archidiaconatum suum Droconensem,

Juri (si quod sibi competat in dicto Archidiaconatu Lincolniæ, vel ad eum) cedere valeat, Licentiam indulgere, ac Statum, quem idem Hugo habet in eodem, ex Collatione nostra hujusmodi, auctoritate Apostolica confirmare,

Vel, Resignatione ejusdem Hugonis, de Archidiaconatu Lincolniæ prædicto, auctoritate vestrâ receptâ, Archidiaconatum eundem eidem Hugoni eàdem auctoritate ex habundanti cautelâ conferre dignemini gratiosè, sibique litteras Apostolicas inde jubere fieri, quibus se valeat contra Insidentium calumpnias, futuris temporibus, protegere & tueri.

Conservet vos, &c.

Dat. apud Leycestriam, octavo die Januarii, Anno Regni nostri tertio.

Pro Isabella Regina Angliæ de 10000 *Marcarum per Regem Scotiæ solvendis.*

Ann. D. 1330. An. 3. E. 3. Pat. 3. E. 3. p. 2. m. 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

In Recompensationem quarumdam Expensarum, quas Isabella Regina Angliæ, Mater nostra carissima, circa quædam ardua negotia nostra expedienda, fecit,

Dedimus eidem Matri nostræ decem Milia Marcarum, de illis Denariis, quos Gentes Scotiæ nobis solvere tenebuntur ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximò futurum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Oseneye, decimo septimo die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 1. m. 30.

Pro Commissariis, ad tractandum, super Requestis Ambiani traditis, assignatis.

UNiversis, præsentes Litteras inspecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem.

[illegible]

De circumspectione providâ & fidelitate probatâ, dilectorum & fidelium nostrorum, Venerabilium Patrum, A. Wygorniensis, & W. Norwicensis, Episcoporum, Henrici Comitis Lancastriæ, Consanguinei nostri carissimi, Magistri Johannis Walewayn, Herefordiæ Canonici, & Magistri Johannis Shordich, Juris Civilis Professoris, plenam fiduciam reportantes, E. 3. Ibid.

Ipsos Quatuor, & Tres eorum ordinamus, & constituimus, Procuratores nostros, *&c. prout supra de Dat.* 16. *Jan. An.* 3.

In cujus, &c.

Teste Rege apud Eltham, vicesimo septimo die Januarii.

Pro præfatis Nunciis super Matrimonio inter Johannem de Eltham, & Mariam Filiam Regis Franciæ.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibid.

UNiversis, *&c.* Edwardus *&c. ut supra usque ibi.*

Seu Matrimonio inter Johannem de Eltham Comitem Cornubiæ, Fratrem nostrum carissimum, & Mariam Filiam ejusdem Regis, contrahendo, *&c. ut supra.*

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Ad Papam, pro Universitate Oxoniensi.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Rom. 4. E. 3. m. 6.

PAPÆ Rex devota Pedum oscula beatorum.

Ad pietatis & gratiæ dona Clementia vestram eò frequentiùs nostris precibus excitamus, quò eam in eisdem hactenus experti sumus quamplurimùm delectari.

Itaque, Pater Sanctissime, cùm nuper Petitiones quædam, pietatem & gratiam continentes, vobis pro, carissimis nostris, Magistris Universitatis nostræ Oxoniæ, oblatæ fuissent, & nondum ad plenam exauditionis gratiam consecutæ, Gradu Regentium in Artibus, qui continuè Pondus Diei & Æstûs supportant, penitùs prætermisso,

Beatitudini vestræ affectu, quo possumus cariori, duximus supplicandum, quatinùs, ad Indigentiam dictorum Magistrorum pietatis viscera convertentes, Petitionibus ipsorum (quos plus cæteris credimus indigere) condescendere velitis Providentiâ Paternali.

Conservet, &c.

Dat. apud Eltham, secundo die Februarii.

Ad Papam, super dicta Universitate, per Gaillardum Cardinalem Archidiaconum Oxoniæ, multipliciter inquietata.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibidem. * IV. 412.

PAPÆ Rex devota Pedum oscula beatorum.

Cùm sit sacræ Sedis Apostolicæ Providentia cunctorum fidelium Necessitatibus convenienter intenta, ipsam sic ad, Matrem Scientiarum, Universitatem * Oxoniensem, Fructus Uberes in Ec-

Digitized by Google

…tuces Univerſitatem noſtram Oxoniæ, Fructum plurimum in Eccleſia Dei continuè proferentem, pro Quiete Studentium in eadem, & ut ſic Studentes, a Litium Amfractibus ſegregati, Diſciplinis Scolaſticis & Doctrinæ Sacræ liberius intenderent, quædam ſpecialiter eis indulſerint, quibus hactenus uſi ſunt pacificè & quietè; & de eiſdem, ad ſuaſionem aliquorum, Animum veſtrum in eâ parte exaſperantium, in Curiâ Romanâ moleſtantur, ut audivimus, jam de novo:

Amicitiam veſtram requirimus & rogamus, quatinus, præmiſſis debitâ conſideratione ponderatis, ſuſtinere velitis, quæ ſuſtinuerunt hactenus Oxonienſes Archidiaconi, Prædeceſſores veſtri; vel ſaltem, ut Cauſa, quæ contra dictam Univerſitatem, ut dicitur, intentatur, aliquibus Prælatis, de Regno noſtro, per aliquam viam Pacis, vel alio modo, finaliter terminanda, committatur, permittere velitis, ſi placet, humiliter & benignè.

Dat. apud Eltham, ſecundo die Februarii.

Ad alios Cardinales, ſuper Inquietatione memorata.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Ibidem.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino N. Dei gratiâ, Sancti Adriani Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Rex, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cum Venerabilis Pater, Dominus G. Dei gratiâ Sanctæ Luciæ in Cilice Diaconus Cardinalis, Archidiaconus Oxon. dilectos Nobis Magiſtros Univerſitatis Oxon.

Super quibuſdam Articulis, pro Pace dictæ Univerſitatis, & Quiete Studentium in eadem, ab antiquo introductis, & a diù habitis & optentis, ad ſuaſionem quorumdam, animum ipſius Patris exaſperantium, in Curiâ Romanâ moleſtet, ut audivimus, & inquietet:

Noſque dictum Patrem ſpecialiter rogaverimus ut dictos Magiſtros permittere velit ea, quæ Prædeceſſores ſui, Oxonienſes Archidiaconi, hactenùs permiſerunt, pacificè poſſidere,

Amicitiam veſtram, quam Pacis & Concordiam veram credimus Adjutricem, requirimus & rogamus, quatinus penes dictum Patrem crebris exhortationibus inſtare velitis, ut, pro Quiete dictæ Univerſitatis, & interceſſione noſtrâ, permittere velit ſupradicta; vel ſaltem ut Cauſa (quam contra dictam Univerſitatem, in Curiâ prædictâ, jam proſequitur) * aliquibus Prælatis Regni
* IV. 413. noſtri, per aliquam viam Pacis, vel alio modo, finaliter terminanda committatur.

Cæterum, Venerande Pater, Petitiones Pauperum Magiſtrorum in Facultate Artium, in Univerſitate noſtra Oxoniæ Regentium, Domino Summo Pontifici nuper oblatas, ad exauditionis gratiam promovere velitis noſtris, ſi placet, precibus & amore.

Dat. apud Eltham, ſecundo die Februarii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino P. Epiſcopo Peneſtrin. ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario.

Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.

Domino M. tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbitero Cardinali.

Domino P. tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Presbitero Cardinali.

Domino G. tituli Sanctorum Marcellini & Petri Presbitero Cardinali.

Domino L. Sanctæ Mariæ in viâ latâ Diacono Cardinali.

…Magiſtrum Johannem Walewayn Canonicum Herefordiæ, & Magiſtrum Johannem de Shordich Juris Civilis Profeſſorem, omnes, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum alter prædictorum Epiſcoporum, vel præfatus Comes, ſit Unus) Procuratores, negotiorum Geſtores, Attornatos, & Nuncios noſtros ſpeciales, deputamus & conſtituimus per præſentes:

Adimentes eis & eorum cuilibet quamcumque Poteſtatem, Juriſdictionem, ſeu Cognitionem cujuſque Judicis, Cognitoris, vel Auditoris, proragandi tacitè, vel expreſsè; pro quibus & eorum quolibet, Rem Ratam haberi & judicatum ſolvi in præmiſſis, ſub Ypothecâ rerum noſtrarum, omnibus, quorum intereſt, promittimus & exponimus Cautiones.

In cujus teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Dat. apud Eltham, quinto die Februarii.

* *De Poteſtate ad reſumendum & continuandum Proceſſus, apud Muſterollium quondam incheatos, ſuper complemento Pacum, inter Avum Regis, & P. quondam Regis Franciæ, initarum.* * IV. 414.

REX, Venerabilibus in Chriſto Patribus, A. Wygornienſi & W. Norwicenſi, Epiſcopis, Henrico Comiti Lancaſtriæ Conſanguineo noſtro cariſſimo, Willielmo de Ros Domino de Hamelak, Magiſtro Johanni Walewayn Canonico Herefordenſi, & Magiſtro Johanni de Shordych Juris Civilis Profeſſori, Salutem.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Pat.* 4. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 44.

Cùm,

Ex parte, inclitæ recordationis, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Avi noſtri, & Subditorum ſuorum, ex unâ parte, &, ejuſdem recordationis, Domini Philippi, quondam Francorum Regis, & Subditorum ſuorum, ex alterâ,

Coram, bonæ memoriæ, Domino Clemente, Papa Quinto, Anno Pontificatûs ſui primo, ſuper Conventionibus Treugarum & Pacis, inter ipſos Reges & eorum Anteceſſores initis, & incompletis exiſtentibus, conſervandis & complendis: & in contrarium attemptatis revocandis: & ſuper Terrarum & Juriſdictionum Supprifis, Bonorum Areſtationibus, ac aliis quamplurimis Dampnis, in Terrâ & in Mari datis per Subditos dictorum Regum, de ipſorum Regnis ac Terris, eorum Dominiis ſubjectis;

Supplicationes & Querelæ Lugduno factæ fuiſſent & delatæ:

Ac, coram dicto Papâ, ex parte dictorum Regum, inter cætera, concordatum fuiſſet, quòd omnes hujuſmodi Conventiones, per viros fidedignos, per ipſos Reges hinc indè deputandos, debitè conſervarentur & complerentur, ac de omnibus Dampnis, datis dictis Regibus, & eorum Subditis, hinc indè, contra prædictarum Conventionum vires, formas, vel effectus, debita Satisfactio fieri Dampna paſſis:

Et cùm, ex parte dictorum ſubditorum, prædicti Avi noſtri, allegatum fuiſſet quòd prædicti Reges, in Pacis Tractatu, inter ipſos, omnes Rancores, Injurias, Malivolentias, & Odia, adinvicem remiſerunt; & talis inter ipſos Reges facta erat Confœderatio, Matrimoniis & Pœnis vallata, quòd inter eos Guerra timenda non eſſet, niſi ex facto Subditorum ſuorum ortum haberet; ac plures aliæ cauſæ aſſignatæ fuiſſent, ex quibus dicti Reges, moti pro bono Pacis, & Terræ Sanctæ proximo Succurſu, Proceſſum ſuper hujuſmodi Dampnis, eorum ſubditis hinc indè datis, Proceſſui ſuper Dampnis, ipſis Regibus datis, fecerunt anteferri, & apud Monſterollium per ipſorum Commiſſarios hinc indè deputatos amicabiliter inchoari, dictique Proceſſus adhuc pendeant indeciſi:

Cùm-

Digitized by Google

[illegible] ſuper prædictis, ſecundum Conſcientias veſtras; nec omittetis Jus facere & dicere Timore, Odio, vel Amore; dùm tamen Deputandi prædicti ſimile præſtiterint Sacramentum.

Mandantes vobis quòd, ad præmiſſa faciendum, conſervandum, & complendum, in formâ prædictâ, diligenter intendatis; Nos enim Ratum imperpetuum habebimus atque gratum quicquid per vos, aut Quatuor, ſeu Tres, vel Duos veſtrûm, (cæteris abſentibus) factum fuerit in præmiſſis; Ita quòd vos, Epiſcopi, Comes, & Willielmus, vel Unus veſtrûm, cum aliis Collegis veſtris prædictis, vel eorum altero, ad hæc interſitis.

Mandavimus enim omnibus Fidelibus, Miniſtris, Juſticiariis, & Subditis noſtris, ut in præmiſſis, & ea tangentibus, Vobis, ſicut Nobis, pareant, & intendant, & faciant quæ eis, ſuper executione negotiorum prædictorum, ex parte noſtrâ injungetis.

In cujus, &c.

Dat. apud Eltham, quinto die Februarii.

Super Tractatibus, Petragorici olim habitis, reſumendis, Defectibus corrigendis, & Pacibus reformandis.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibidem.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Venerabilibus in Chriſto Patribus, A. Wygornienſi, & W. Norwicenſi, Epiſcopis, Henrico Comiti Lancaſtriæ Conſanguineo ſuo cariſſimo, Willielmo de Ros Domino de Hamelak, Magiſtro Johanni Walewayn Canonico Herefordiæ, & Magiſtro Johanni de Shordich Juris Civilis Profeſſori, Salutem.

Cùm quidam Proceſſus,

Super conſervatione & complemento Treugarum, Pacum, Conventionum, Ordinationum, & Concordiarum,

Inter, inclitæ recordationis, Dominum Philippum, quondam Franciæ Regem, & Anteceſſores ſuos, ex unâ parte, &, ejuſdem recordationis, Dominum Edwardum, quondam Regem Angliæ, Avum noſtrum, & ejus Anteceſſores ex alterâ, dudùm factarum & initarum,

Per dicti Franciæ Regis, &, inclitæ recordationis, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ Patris noſtri, Commiſſarios, communiter Deputatos, apud Petragoricum, amicabiliter inchoati, adhuc pendeant indeciſi:

Ac inter, Excellentiſſimum Principem, Dominum Philippum, Franciæ Regem Illuſtrem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, &, dictæ recordationis, Dominum Karolum, nuper Franciæ Regem, Anteceſſorem ſuum immediatum, & eorum Anteceſſores ex unâ parte, & Nos, ac dictum Patrem noſtrum, & alios noſtros Anteceſſores, ex alterâ, quædam Treugarum & Pacis Conventiones, Ordinationes, & Concordiæ, per dictorum Regum Procuratores & Nuncios, ac noſtros, amicabiliter initæ fuiſſent & firmatæ, & eâdem formâ conſervandæ, fint, interpretandæ, declarandæ, & complendæ:

Vos volumus non latere quòd Nos intelligimus, volumus, & affectamus, etiam ſicut dictum Franciæ Regem affectare præſcimus, ut, Deo propitio, totius futuræ Diſſenſionis materia, inter Nos invicem, & noſtros hinc indè Hæredes, & Succeſſores, præcludatur omninò, quòd omnes hujuſmodi Treugæ, Paces, Conventiones, Ordinationes, & Concordiæ, modis & formis, da, declaranda & complenda, quæ ſub dictis Treugis, Pacibus, Conventionibus, Ordinationibus, & Concordiis, poterunt comprehendi, & quæ, ratione earum, facienda, conſervanda, interpretanda, declaranda, & complenda ſuperfuerint, ad quæ Nos teneamur, & quæ ad dictum Franciæ Regem, pro ſe, & Subditis ſuis, ratione earum pertinere debebunt, plenam, Tenore Præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem:

Volumus etiam, & Vobis injungimus, quòd, ad Requeſtam, & in præſentia, Deputandorum per dictum Franciæ Regem, ad prædicta ſimilem Poteſtatem habentium, juretis, ad ſancta Dei Evangelia, quòd in dicto Officio benè & fideliter vos habebitis, & quòd jus reddetis & facietis, ſuper prædictis, ſecundum conſcientias veſtras, nec omittetis jus facere & dicere timore, odio, vel amore; dum tamen deputandi prædicti ſimile præſtiterint Sacramentum.

Et, ſiqua vobis dubia occurrerint in præmiſſis, volumus quòd vos, unà cum deputandis prædictis, ea nobis, & dicto Franciæ Regi, quamcitius poteritis, remittatis; mandantes vobis quòd dictas Treugas, Paces, Conventiones, Ordinationes & Concordias, & quæ ex earum tenore dependent, & poſſint comprehendi aliquatinus in eiſdem, ſervari firmiter faciatis ſecundum ipſarum Vires, Formas, & Effectus, & prout per vos, & alios à dicto Franciæ Rege deputandos, contigerit interpretari, declarari, ac etiam concordari.

Et ea, quæ propter locorum diſtantias, Conquerentium multitudinem, & alias cauſas evidentes, perſonaliter facere, conſervare, & complere, non poteritis, per alios, ſecundum formam prædictam juratos, fieri, conſervari & compleri, faciatis.

Nos enim Ratum imperpetuum habebimus, atque gratum, quicquid per vos, aut Quatuor, ſeu Tres, vel Duos veſtrûm, ſub formâ prædictâ (cæteris abſentibus) factum fuerit in præmiſſis:

Dantes, Tenore Præſentium, in mandatis omnibus Juſticiariis, & Subditis noſtris, ut in præmiſſis, & ea tangentibus, vobis, aut Quatuor, ſeu Tribus, vel Duobus veſtrûm, ſub formâ prædictâ (quibus in hâc parte Vices noſtras committimus, ita quòd non ſit * melior Occupantium conditio) ſicut nobis, pareant & intendant. * IV. 417.

In cujus, &c.

Dat. apud Eltham, quinto die Feburarii Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, viceſimo nono, Regni vero Regis Quarto.

Pro Conventu de Coverham, de Appropriando.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrenſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali Vicecancellario, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Rom. 4. E. 3. m. 6.

Compatientes Paupertati, dilectorum nobis in Chriſto Abbatis & Conventûs de Coverham, Ordinis Præmonſtracenſis, Eborum Dioeceſis, qui, per frequentes Scotorum hoſtiles Aggreſſus, in Poſſeſſionibus & Rebus, ad eandem Abbatiam ſpectantibus, aliiſque Adverſantis Fortunæ Eventus, in tantum vaſtati ſunt & deſtructi,

Digitized by Google

An. 4. *E.* 3. *Ibidem.* geſtimus, &c, ut ad exauditionis gratiam admittantur, preces effundimus cordiales, per quæ ſubveniri poſſe credimus Depreſſioni Pauperum, & ſublevari indigentia Oppreſſorum.

Cùm itaque, Dilectus & Fidelis noſter, Galfridus le Scrop, ſtatum miſerabilem, dilectorum nobis in Chriſto, Abbatis & Conventûs de Coverham *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Quòd, abſque fidelium præſidiis, nuſquam adicere poterunt, ut reſurgant,

Piâ devotione conſiderans, cupienſque eorum inopiæ ſubvenire, Advocationem Eccleſiæ de Sadbergh, dictæ Dioceſi (quæ per duos Rectores ſolita eſt gubernari) de ſuâ eis Liberalitate donaverit, eis & ſucceſſoribus ſuis canonicè apropriandam:

Ac, dilectus nobis in Chriſto, Archidiaconus Richemundiæ, in Eccleſiâ Eborum, loci Ordinarius (ad quem, de antiquâ & approbatâ conſuetudine, ut dicitur, pertinet Inſtitutio & Deſtitutio, ac uniendi & apropriandi poteſtas infra Archidiaconatum prædictum) dictam Eccleſiam de Sadbergh eiſdem, Abbati & Conventui, contemplatione præmiſſorum, in proprios uſus conceſſerit,
* IV. 418. Juris ordine, qui in eâ parte * requiritur, obſervato, ſicut per ipſius Archidiaconi Literas Patentes, indè confectas, plenè liquet:

Verum quia iidem, Abbas & Conventus, metuunt ſibi, futuris temporibus, poſſe ſuper Apropriatione prædictâ, per calumpniantium inſidias, præjudicium generari, niſi ipſorum ſecuritati, per veſtræ Sanctitatis ſolicitudinem, provideatur Remedio oportuno;

Beatitudini veſtræ devotâ precum inſtantiâ ſupplicamus, quatinus Supplicationem eorumdem, Abbatis & Conventûs, veſtræ Clementiæ per, dilectum nobis, Magiſtrum Petrum Vaurelli, ſi libeat, porrigendam, benignè audire, &, præmiſſis clementi conſideratione penſatis, taliter ad exauditionis gratiam admittere dignemini gratioſè, quòd illorum Securitati, contra Inſultantium Calumpnias, Apoſtolicâ provideatur munificentiâ in præmiſſis, & eorum Indigentiæ, ex prædictæ Eccleſiæ Emolumentis, quoad Deperditorum reſtaurationem, & incumbentium Onerum ſupportationem, ſalubriter ſuccurratur; ſupplentes, ſi placet, de plenitudine Poteſtatis, ſi quæ defuerint in Appropriatione ſupradictâ.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, undecimo die Februarii.

Ad Papam, ſuper Reformatione Epiſcopatuum in Hibernia.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Rom.* 4. *E.* 3. *m.* 6. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Depreſſioni Statûs & Deſolationi, venerabilis Patris, Thomæ, Dei gratiâ, Enagdunenſis Epiſcopi, pio compatientes affectu, quædam Sanctitati veſtræ, circa eundem, non ſine veſtrâ & noſtrâ deluſione, Geſta, duximus exponenda.

Ecce! Pater Sanctiſſime, nuper, ad Supplicationem, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, placuit veſtræ Beatitudini de hiis, quæ pro pace & tranquilitate dictæ Terræ Hiberniæ convenientia & expedientia viderentur, per, venerabiles Patres, - - - - - Dublinenſem & Caſſanenſem, Archiepiſcopos, & Epiſcopum Corkagenſem, ſeriofius informari, volentes ad ea, juxta informationem hujuſmodi, Proſpectus Apoſtolicos favorabiliter inclinare:

Dictúſque Pater noſter, de hujuſmodi ſponſione quamplurimum lætificatus, ipſum Epiſcopum Corkagenſem ad dictas partes Hiberniæ deſtinavit;

Qui, habito ſuper præmiſſis cum dictis Archiepiſcopis, Nobilibus, Miniſtris, & aliis Fidelibus ipſius Patris noſtri, partium illa-

Dicta Unio, ſiqua ſit, Supplicationi dicti Patris noſtri, ac Informationi memoratæ (virtute quarum conceſſa fuiſſe aſſeritur) omnino repugnat;

Quocirca Solicitudini veſtræ Sanctiſſimæ duximus ſupplicandum, quatinus, præmiſſis juſto libramine ponderatis, ſuper ſtatu dicti Epiſcopi, ad vos accedentis ex hac causâ, quod Pium & Paternum fuerit, ſtatuere & diſponere dignemini, &, nè, in obprobrium Dignitatis Epiſcopalis, idem Epiſcopus mendicare cogatur, eidem, ſi libeat, miſericorditer providere.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim London. undecimo die Februarii.

Ad Papam, pro Capella Palatii apud Weſtmonaſterium.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Etſi cunctas Monaſteriorum Eccleſias, per loca Regiminis Ann. D.
& Dominii noſtri diffuſas, ſpeciali dilectione proſequamur, Con- 1330.
ventualem tamen Eccleſiam Weſtmonaſterienſem, Peculiarem Ca- *An.* 4.
pellam Palatii noſtri Principalis (in quâ Coronationes, & Honores *E.* 3.
Regios quoſcumque, Nos & Progenitores noſtri, recepimus, & *Ibidem.*
in quâ quorumdam Progenitorum noſtrorum Corpora requieſcunt humata) quodam intuitu ſingulari reſpicimus ut tenemur.

Ea propter, Sanctiſſime Pater, cum dicta Capella noſtra, ab omni Juriſdictione ordinariâ prorſus exempta, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecta, variis Prædeceſſorum veſtrorum ſit Privilegiis inſignita (quorum Conſervatio, Protectio, & Defenſio, nobis a dictâ Sede, per Literas Bullatas, ſpecialiter ſunt commiſſæ) opporteatque - - - Abbatem loci illius, ſeu Procuratorem ejuſdem, pro diverſis Negotiis, dictam Capellam, & ipſius Exemptionem, contingentibus, ad dictam Sedem frequentius habere recurſum,

Sanctitati veſtræ memorata negotia aliàs recommendavimus, & iterum recommendamus affectu, quo poſſumus cariori; inter cætera deprecantes ut quandam Bullam Honorii Quarti, Prædeceſſoris veſtri, ſuper quibuſdam Beneficiis, dictæ Capellæ conceſſam, acceptare, ratificare, & confirmare, de ſolitâ Benignitate veſtrâ, dignetur Apoſtolica Celſitudo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, decimo quinto die Februarii.

Ad Papam, contra Epiſcopum Oſſorienſem.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Ob Amoris confidentiam, quâ in veſtrâ recumbimus largi- 1330.
fluâ Bonitate, quæ penes nos emergunt Diſplicentia, & adverti- *An.* 4.
mus poſſe Diſpendia parturire, in veſtræ Sanctitatis notitiam piâ *E.* 3.
devotione deferimus, & pro ſalubris appoſitione Remedii Paternæ *Rom.* 4.
ſolicitudinis providentiam excitamus. *E.* 3. *m.*
Ecce! Pater Sanctiſſime, cum nuper, in Terrâ noſtrâ Hiber- 5.
niæ, inter quoſdam Nobiles de eâdem Terrâ gravis Diſſenſio fuiſſet exorta, ac, per repentinos Aggreſſus, Homicidia, Rapinæ, Incendia, & alia Flagitia, innumera, furibundis animis perpetrata, Frater Ricardus, Oſſorienſis Epiſcopus *&c. prout ſupra de Dat. 28 Jun. An. 3 uſque* [illegible]

Nos autem, cum de præmiſſis Exceſſibus, per Miniſtros noſtros,

Charles, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, ſavoir feſoms a touz que,

Come ou Tracte,

Nouvelment fait entre nous, par, noz amez & feauls, Pierres, Eveſque de Chartres, Pierres Eveſque Daucerre, &c, noſtre Treschier Coſin, Phelippe Conte de Valois, Gauchier de Caſtellon, Coneſtable de France, Miles, Sires de Noiers, Mahieu de Trie, Mareſchau de France, Johan Cerchemont, noſtre Chaunceiler, & Andreu de Florence, Doyen de Furnes, noz Conſaillers, & Procurours d'une part,

Et Edoart, par la grace de Dieu, Roy d'Engleterre, & Duc de Guyenne, noſtre Treſchier Neveu, par Johan Eveſques de Wynceſtre, & Willaumes Eveſques de Norwyc, Johan de Henaut, & Hugues de Daudeleye, Chivalers, Procurours noſtre dit Neveu, d'autre part,

Entre les altres choſes, eit eſte, & ſoit Tracte, que Oliver Dinguehen Chivaler, Girart de Taſtes, le Seignur de Caumont, Aymerion du Foſſat Chivaler, Arnaut du Fort, qui fu Sires de Feiym, le Burt de Foys, le Seigneur de Leſcu, Bertran Caillon le Seneſchau de Laundes, Reymont Bernart de Seint Foy, Alixandre de Caumont, qui fu Sires de Turnebeu,

Qui ont eſte en cauſe & meintenours des Rebellions & Malefacons,

Qui de nouvel ount eſte faites en la Duchee de Guyenne, & es Marches procheinnes, contre nous, & noz Subjez, en molt des maners,

Serront Banni de noſtre Roialme:

Et noz ditz Conſaillers & Procurours eient volu & ottroie, pur la contemplacion de noſtre Treſchere Soer, la Royne d'Engleterre, & de noſtre dit Neveu, en muant & chainant, de grace eſpeciale, la peine corporele, quil ount encoru pur cauſe des ditz Malefices, en la dite peine de Ban, ſicome eſt plus pleinement contenu ou Tracte, ja ſoit ce q'il eient encoru forfaiture de cors & des biens,

Et noz ditz Conſaillers & Procurours eient promis, pur Nous, & en noſtre noun, au deſus ditz Procurours de noſtre dit Neveu, que,

Quant noſtre Seint Piere le Pape, & noſtre dite Soer, & Neveu, ou deus de eaux (obeiſance fait, ſolom la forme du dit Tracte, au dit Ban) nous emprieront,

Dorroms plein Repel, & Pardon, du dit Banniſement a chesqune des dites Perſones, que au Ban obeioront,

Nos la dite promeſſe, des noz ditz Procurours, de certeinnes ſcience, promettoms parfaire, acomplir, & enteriner, fermement & graciouſement, ſicomme promis l'ount.

En teſmoignance de la quele choſe, nous avoms fait mettre noſtre Seal en ces preſentes lettres.

Don. a Poyſſy le primer jour d'Aurill, l'An de grace mil, trois centz, vint & ſix.

• IV. * Promittentes quòd Litteras ſupradictas (quas, ut præmittitur,
1. in Depoſitum recepimus) penes nos fideliter conſervabimus, nec cuiquam extra manus noſtras exhibebimus, aut permittemus aliqua-

tutum, facit Signis & Miraculis coruſcare, ipſos dignis extollit in Terris laudibus, & ſtatuit a Chriſti Fidelibus honorandos. E. 3. m. 5.

Sanè, Nobilis Chriſti Miles & Athleta, Conſanguineus noſter, claræ memoriæ, Thomas quondam Comes Lancaſtriæ, quantis, intra Supernorum Civium Agmina, Cœleſtibus Præmiis illuſtretur, docent mirificè multiplicia & glorioſa Miraculorum inſignia, quæ ipſe Dominus Omnipotens, ad ipſius invocationem, prout Fama Publica notoriat, & creditur proculdubio fore verum, indies miſericorditer operatur;

Qui, dùm vixit, ſicut veraciter accepimus, Donis Fidei, ac Morum eminentiâ laudabiliter inſignitus, Pietatis habundabat Operibus, ac quadam floruit prærogativa conſtantiæ ſingularis, ad cujus Tumulum & locum Paſſionis currunt catervatim Chriſti Fideles innumeri, in ipſius amorem & honorem accenſi, cernentes Beneficia, quæ Infirmis indies ibidem, per Dei virtutem, mirabiliter ſunt collata, quæ ad veſtræ Sanctitatis Clementiam, jam ſicut pluries, in tam famoſæ rei Probationis Adminiculum, duximus deducenda:

Veſtræ Beatitudini humiliter ſupplicantes, quatinus, attentis Famæ communis & celebris atteſtatione devotionis Populi, ac Precum noſtrarum, Prælatorum, & Procerum Regni noſtri adjectione, ſuper hoc totiens humiliter vobis factarum, ad inquirendum, ſuper præmiſſis, auctoritate Apoſtolicâ, veritatem, dignetur conſueta veſtra Benignitas aliquos Viros idoneos deputare; ut ſic, habitâ de tantis Dei beneficiis, per Inquiſitionem diligentem, certitudine pleniori, procedi poſſit ulterius, & ſtatim circa Canonizationem Chriſti Militis memorati (quod Canonicis convenerit Inſtitutis) ad laudem Dei, exaltationem Fidei, & ædificationem Populi Chriſtiani, & ut dignè in laudem & memoriam habeatur Hominum, qui ad gaudia tranſiſſe creditur Angelorum.

* Ad præmiſſum autem negotium proſequendum, & omni dili- • IV.
gentiâ fieri procurandum, Dilectos Clericos noſtros, Magiſtros, 422.
Walterum de Burley Sacræ Paginæ Profeſſorem, & Johannem de Thoresby Canonicum Suthwell, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam duximus deſtinandum; quos, ſi placet, ad hoc benigne admittere, eiſque favoris plenitudinem impertiri, dignetur veſtra Apoſtolica Sanctitudo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wyntoniam, ſeptimo die Martii.

Pro præfata Canonizatione ad Cardinales.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrino, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratia, Rex Angliæ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 13[illegible]. An. 4. E. 3. Ibidem.

Eam de veſtrâ ſinceritate fiduciam reportamus, quod ea, quæ noſtris inhærent præcordiis, præſertim cum decus Eccleſiæ reſpiciant, pronis vultis affectibus promovere.

Cùm itaque, dilectos Clericos noſtros, Magiſtros, Walterum de Burley Sacræ Paginæ Profeſſorem, & Johannem de Thoresby Canonicum Suthwell,

Ad

Digitized by Google

E. 3. m. 38. d. Arduis Negotiis noſtris fecimus congregari) expoſita fuerunt, inter alia, negotia contingentia Nos & Regem Franciæ:

Et, poſt diligentem tractatum indè habitum, tàm vobis, quàm ipſis, videbatur quod, pro Pace habenda cum ipſo Rege, eſſet omnibus modis & viis, quibus poſſemus, abſque exhæredationis periculo, inſiſtendum:

Et, ſi forſan idem Rex vias Pacis rationabiles recuſaret, & ad Exhæredationem noſtram, quoad Ducatum Aquitaniæ, & alias Terras, quas habemus ſub Dominio ſuo, niteretur, quod ad Defenſionem noſtram contra ipſum, cum Dei adjutorio, vires noſtras apponere deberemus; & ad hoc tàm vos, quàm cæteri Prælati, & Magnates, tunc ibidem exiſtentes, præbuiſtis Conſilium, & promiſiſtis Opem & auxilium apponere oportuna; & ſuper hoc Concordatum extitit quod Parliamentum noſtrum apud Wyntoniam, ad diem * Dominicam, proximam ante Feſtum Sancti Gregorii Papæ, proximo præteritum, ſummoneri faceremus.

* IV. 423.

Verum, quia in eodem Parliamento expoſitis Negotiis ſupradictis, habitaque Deliberatione ſuper modo & forma Defenſionis, contra Potentiam ipſius Regis (ſi forſan dictas Terras noſtras invadere voluerit) apponendæ; petitoque ſingillatim a quolibet Prælato & Magnate cujuſmodi Subſidium nobis in eodem eventu facere volebat, ac Comitibus & Baronibus voluntatem ſuam in ea parte nobis benivole expõnentibus, dicti Prælati reſponderunt quod, propter abſentiam veſtram, certum Reſponſum tunc facere nequiverunt; ſet in Convocatione, per vos ea de cauſa facienda, taliter facere volebant, quod inde contentari deberemus.

Nos igitur,

Ad Pericula & Dampna, quæ non ſolum nobis, ſet etiam vobis, & toti Regno noſtro, evenire poterunt, ſi præfatus Rex nobis Guerram movere voluerit, ut eſt dictum, niſi de bona & forti Reſiſtentia provideatur, debitæ Conſiderationis intuitum dirigentes, attendenteſque quod ad hoc non ſolum ex Ligeantiæ debito, ſet etiam pro tantis & tàm veriſimilibus evitandis periculis, vos, & cæteri Prælati, totuſque Clerus Regni noſtri, Manus apponere tenemini Adjutrices,

Vobis mandamus, rogantes, quatinus ad diem Lunæ, proximam poſt Feſtum Sanctorum Tiburcii & Valeriani, proximo futurum, convenire faciatis omnes Prælatos, tàm Religioſos, quàm alios, totumque Clerum veſtræ Cantuarienſis Provinciæ, coram vobis, eique dicta Negotia & Pericula eminentia ſerioſiùs exponere ſtudeatis, inducentes eos modis & viis, quibus expedire videritis, quod in tanto neceſſitatis Articulo tale nobis Subſidium faciant pro tantis Periculis evitandis, quod, per veſtram & ipſorum Subventionem, Jura, & Honorem noſtrum, & totius Regni noſtri, conſervare, ipſoſque, & totum Populum noſtrum, ab Hoſtium Incurſibus tueri & protegere valeamus, Divino nobis Præſidio aſſiſtente.

Mittimus autem ad vos, ad diem & locum prædictos, quoſdam de Fidelibus noſtris, ad præmiſſa proſequendum & fieri procurandum, prout eis tunc ex parte noſtra injungetur.

Teſte Rege apud Wyntoniam, decimo octavo die Martii.

Conſimiles Literæ diriguntur Archiepiſcopo Eboracenſi.

tio Malignorum, de hiis, quæ circa Perſonam Edmundi nuper Comitis Kantiæ, evenerunt, geſtarum Rerum cauſam & ordinem, non ſine cordis amaritudine, ad veſtram deferimus notitiam, ut eo Obloquentium dictis non præbeatur fiducia, quo luculentius veritas fuerit patefacta. Ar. 4. E. 3. Rot. 4. E. 3. m. 5.

Nuper ſiquidem, in Parliamento noſtro, quod apud Wyntoniam, pro aliquibus arduis negotiis, Nos & ſtatum Ducatûs noſtri Aquitaniæ tangentibus, tenuimus cum Magnatibus & Proceribus Regni noſtri, oſtenſæ fuerunt quædam Literæ clauſæ, Sigillo ejuſdem Comitis conſignatæ, Seditionem contra Nos, ut videbatur, continentes.

Super quo ipſum alloqui fecimus, &, quia negare non potuit Sigillum ſuum, annexum literis ſupradictis, ipſum cuſtodiri præcepimus ſub Areſto.

Ac idem Comes mox, coram quibuſdam Miniſtris noſtris, abſque ulla omnino Coactione, quaſi facti pœnitens, fatebatur, ſpontaneâ voluntate, quod convenerat cum quibuſdam, in partibus Tranſmarinis, de Armatorum Potentia, infra Regnum noſtrum, per partes Scotiæ, introducenda ad deſtructionem noſtram, & quorumdam aliorum Magnatum, nobis aſſiſtentium:

Et quod quidam de Scotia, ac nonnulli alii, de eodem Regno noſtro, Seditioni hujuſmodi conſentientes erant, & promiſerant ad hoc opem ferre;

Colorem tantæ iniquitatis aſſumens de eo, quod, claræ memoriæ, Genitorem noſtrum, qui jam, elapſis Tribus annis, obiit, & cujus Exequiis perſonaliter interfuit idem Comes, vitam aſſerebat ducere in humanis, & pro ipſius Deliberatione a Carcere, quo ipſum mendaciter detineri prætendit, tantam fecit Potentiam congregari:

Adjecitque quod a quodam Fratre (qui CONJURAVERAT QUODDAM DÆMONIUM) audierat quod Dæmonium illud dixerat dicto Fratri, præfatum Patrem noſtrum adhuc viventem eſſe.

Et, cum præmiſſa nobis eſſent per dictos Miniſtros noſtros nunciata, miſimus ad ipſum Comites, Barones, & alios Magnates quamplures, pro præmiſſorum veritate plenius indaganda; coram quibus idem Comes omnia & ſingula prædicta Flagitia, & quamplura alia iterato, publicè recognovit, aſſerens ſe ea, malo Conſilio, ad Deſtructionem Statûs noſtri Regii machinaſſe.

Nos igitur,

Tanta Facinora, ex relatione fideli ipſorum Comitum, Baronum, & Magnatum (quorum nonnulli proximis Conſanguinitatis & Affinitatis gradibus eidem Comiti jungebantur, & ipſius ſalutem ſpeciali zelabant affectu) cognoſcentes,

Eiſdem Comitibus, Baronibus, Magnatibus, & aliis de Communitate dicti Regni, ad Parliamentum illud congregatis, injunximus ut ſuper hiis diſcernerent, & judicarent quod rationi & juſtitiæ conveniret, habendo præ oculis ſolum Deum, qui eum concorde & unanimi Sententiâ, tanquam Reum Criminis Læſæ Majeſtatis, morti adjudicarunt.

Cui Sententiæ,

Ne tantæ præſumptionis audacia cæteris tranſiret in Exemplum, ſubductis tamen quibuſdam Pœnis obprobrioſis, quæ in deteſtationem tanti Sceleris, de rigore Legis dicti Regni, erant infligendæ,

Dolentes adquievimus, & permiſimus eam Executioni demandari.

Placeat igitur, quæſumus, veſtræ Sanctitudini Innocentiam noſtram, ſuper eventu prædicto, qui nobis multum diſplicuit, & diſplicet, novit Deus, habere propenſiùs excuſatam, &, ſi quæ, per

Digitized by Google

nali.

Domino Gullielmo Petri Sabinenſi Epiſcopo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Domino Ambaldo tituli Sancti Laurentii in Lucina Presbitero Cardinali.

De Navibus providendis pro Paſſagio Johannis de Eltham in Aquitaniam.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 1. m. 36. REX Vicecomitibus, Majoribus, Baronibus Quinque Portuum, & omnibus aliis Ballivis & Fidelibus ſuis, ſuper Coſteram Maris, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos præſentes litteræ pervenerint, Salutem.

Cum, pro reformatione ſtatûs Ducatûs noſtri Aquitaniæ, ordinaverimus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Johannem de Eltham, Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, & quoſdam alios Magnates, de Regno noſtro, in Comitivâ ſuâ, ad partes ejuſdem Ducatûs in brevi deſtinare, ac pro Paſſagio eorumdem Navale Subſidium oporteat nos habere;

Nos, de Fidelitate, dilecti Clerici noſtri, Johannis le Smale, plenius confidentes, aſſignavimus ipſum ad eligendum & providendum, in locis prædictis, ubi commodius fieri poterit, Quadraginta Naves, de melioribus & fortioribus, quas invenire poterit, & ad eaſdem Naves uſque ad Portum de Plimmuth, cum omni celeritate, quâ fieri poterit, duci faciendum, prout ei per Nos plenius eſt injunctum; ita quòd ſint ibidem à die Paſchæ, proximò futuro, in Tres ſeptimanas ad ultimum.

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm mandamus, firmiter injungentes, quatinus eidem Johanni, in Electione, Proviſione, & Ductione Navium prædictarum uſque ad prædictum locum, ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, quotiens & quando per ipſum Johannem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti; & hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, nullo modo omittatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Walingford, viceſimo ſeptimo die Martii.

Per ipſum Regem.

Ad Regem Caſtellæ ſuper Querela Mercatorum.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Clauſ. 4. E. 3. m. 33. d. * IV. 426. MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Sibilliæ, Cordubiæ, Murciæ, Jehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molini Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & felices.

* Cum nuper ad Querelam, dilecti Mercatoris noſtri, Gerardi de Byole Suthamptoniæ, Nobis ſuggerentis ipſum quandam Navem, vocatam la Seint Nicholas de Caleſiâ (de quâ Willielmus Butor erat Magiſter) Quatuor viginti & Sex Doliis Vini Albi, & unâ Pipâ Vini Baſtardi, apud la Rochele nuper carcaſſe, exindè uſque Regnum noſtrum ducendam, ad negotiandum de eiſdem, & Commodum ſuum faciendum,

GENTEAS, per quas eidem Reginæ die prædicto deſerviebatur, unam videlicet, pro lotione Capitis ſui, & Duas pro lotione Manuum ſuarum, percipere conſueverunt,

Velimus ei hujuſmodi Feodum, pro die Coronationis Philippæ, Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, quo die idem Comes Camerarius ejuſdem Reginæ fuit, facere liberari:

Noſque,

Pro eo quòd, per diverſas Evidentias, nobis per præfatum Comitem exhibitas, plenius apparebat quòd idem Comes, & Anteceſſores ſui, officium illud, diebus Coronationum Reginarum prædictarum, habere, & hujuſmodi Feodum percipere conſueverunt,

Præfato Comiti, ut Camerario ejuſdem Conſortis noſtræ, die prædicto, Calciamenta ipſius Conſortis noſtræ, & Tres Pelves Argenteas, pro Feodo ſuo, liberari fecerimus, volentéſque ei, de Lecto prædicto, ſatisfactionem exhiberi, conceſſimus ei Centum Marcas pro Lecto ſupradicto, percipiendas de Theſauro noſtro:

Et ideò vobis mandamus, quod eidem Comiti dictas Centum Marcas liberetis de Theſauro noſtro; Recipientes à præfato Comite Literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictarum Centum Marcarum Teſtificantes.

Teſte Rege apud Wodeſtok, ſecundo die Aprilis.

---

* *Ne quis incedat armatus.*

* IV. 427. Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Clauſ. 4. E. 3. m. 38. d. REX Vicecomiti Surriæ & Suſſexiæ, Salutem.

Cum in Parliamento noſtro, apud Northamptoniam nuper convocato, concordatum fuiſſet quod nullus, Major vel Minor, cujuſcumque conditionis ſit,

Exceptis Servientibus noſtris in præſentia noſtra, ac Miniſtris, Executionem mandatorum noſtrorum vel Officium ſuum facientibus, & illis, qui ſunt in Comitiva ſua, dictis Miniſtris auxiliantibus,

Audaciam ſibi aſſumat vim Armatam ducere, in læſionem Pacis, nec equitare, nec armatus ire, de die nec de nocte, in Feriis, Mercatis, nec alibi, ſub pœna amiſſionis Armorum, & Incarcerationis corporum ſuorum ad voluntatem noſtram:

Et jam intellexerimus quod quamplures in Balliva tua armati incedere præſumpſerunt, & indies incedere non deſiſtunt, in læſionem Pacis noſtræ, & terrorem Populi noſtri, ac Commotionem manifeſtam, & contra formam Statuti prædicti;

Nos, Statutum illud inviolabiliter obſervari, & Tranſgreſſiones hujuſmodi puniri, volentes, prout decet, tibi præcipimus quod omnes illos, quos in Balliva tua, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, ſic armatos inveneris incedentes, unà cum Equis & Armaturis ſuis, capias, & corpora Tranſgreſſorum hujuſmodi in Priſona noſtra, ac Equos & Armaturas prædictos, ſalvo cuſtodias, quouſque aliud à nobis ſuper hoc habueris in mandatis.

Et de nominibus ſic areſtandorum, ac de vero valore Equorum & Armaturarum prædictorum, Nos, de tempore in tempus, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, reddas certiores.

Teſte Rege apud Wodeſtok, tertio die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

Dat. apud Wodeſtok, decimo die Aprilis.

• IV. 428.

** De tractando cum Rege Franciæ ſuper Sponſalibus.*

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Pat. 4. E 3. p. 1. m. 31.

UNiverſis, præſentes Litteras inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos,

De circumſpectâ providentiâ & fidelitate probatâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, A. Wygornienſis & W. Norwycenſis, Epiſcoporum, Magiſtri Johannis Walewayn, Canonici Herefordiæ, & Magiſtri Johannis de Shordich, Juris Civilis Profeſſoris, plenam fiduciam reportantes,

Ipſos, Tres, vel Duos eorum (quorum alter Epiſcoporum prædictorum ſit unus) ordinamus, facimus, & conſtituimus, Procuratores noſtros & Nuncios ſpeciales,

Ad tractandum cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Dei gratiâ, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, inter Johannem, Filium ejuſdem Regis Primogenitum, & Alianoram Sororem noſtram cariſſimam, contrahendis,

Et ad omnia, quæ ad hujuſmodi Tractatum pertinent, quatenùs ad Nos attinet, faciendum & concordandum;

Ratum & gratum habentes & habituri quicquid per prædictos, Epiſcopos & Clericos, Tres, vel Duos, eorum, ſicut prædictum eſt, factum & concordatum fuerit in præmiſſis.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Dat. apud Wodeſtoke, decimo die Aprilis.

Ad Papam, ſuper gratioſis Conceſſionibus Decimarum (quarum una Medietas pro Rege, alia Medietas pro Camera Papæ) & de Reſiduo Annui Cenſus ſolvendo.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Rom. 4. E. 3. m. 4.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Relatu fidedigno & placido, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, & Bartholomæi de Burgherſh (Nunciorum noſtrorum, per nos pridem ad veſtræ Sanctitatis præſentiam tranſmiſſorum) percepimus quòd vos, Pater Sanctiſſime,

Supplicationibus, per eos, pro parte noſtrâ, coram vobis exhibitis, benignè auditis, & favorabiliter exauditis,

Quamvis vos, & Sacroſancta Romana Mater Eccleſia, pro ejuſdem Eccleſiæ, Fideique Catholicæ, defenſione adverſus Hæreticos, & Sciſmaticos, & Rebelles, eaſdem Eccleſiam & Fidem, in partibus Italiæ, ferociter & inhumaniter moleſtantes, grandibus inceſſanter gravemini oneribus Expenſarum,

Tamen Nos, & Regnum noſtrum, ſuper noſtris magnis Neceſſitatibus, non omittentes, propter hoc, compaſſivis affectibus, & gratioſis oculis intueri,

Decimam omnium Proventuum & Redditaum Eccleſiaſticorum, in Regno Angliæ, ac Walliæ & Hiberniæ Terris, noſtris conſiſtentium, à Venerabilibus Patribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis, nec non, Perſonis aliis Eccleſiaſticis, in eiſdem Regno & Terris conſtitutis, Exemptis & non Exemptis (præterquam à Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, qui pro requiſitæ per eundem Nuncium fuerint) ſe nullatenùs intromittant; ſicut præmiſſa omnia in veſtris Literis Apoſtolicis plenius continentur.

Prætereà præfatis Nunciis noſtris, coram Sanctitate veſtrâ, proponentibus,

Quòd dudum, videlicet, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Decimo Septimo, Nuncii, claræ memoriæ, Genitoris noſtri, per eum ad ejuſdem Sanctitatis præſentiam deſtinati, recognoverunt quòd per Viginti Quatuor annos, tunc elapſos, tàm tempore Genitoris ejuſdem, quàm, inclitæ recordationis, Avi noſtri, in ſolutione Cenſûs Annui Mille Marcarum Sterlingorum ſupra Regnum noſtrum Angliæ, & Terras Hiberniæ & Walliæ, Romanæ Eccleſiæ debiti, ceſſatum extiterat,

Memoratumque Genitorem, pro eiſdem Viginti Quatuor Annis in Vinginti Quatuor Milibus Marcarum Sterlingorum, ratione dicti Cenſûs, eidem Eccleſiæ Romanæ teneri,

Quódque poſtmodùm, ab eodem anno Milleſimo, Treſcenteſimo, Decimo Septimo, tempore dicti Genitoris Sex, & tempore noſtro Tribus annis, fuit ab ejuſdem Cenſûs ſolutione ceſſatum,

Pro quibus Novem Annis Novem Milia Marcarum Sterlingorum Eccleſiæ ſupradictæ debentur,

Et ſic, in Univerſo, tàm de tempore noſtro præterito, quàm eorumdem Genitoris & Avi temporibus, triginta tria Milia Marcarum Sterlingorum, uſque ad Feſtum beati Michaelis proximò præteritum, de reſiduis dicti Cenſûs, remaneant ad ſolvendum,

Ac Vobis ſupplicantibus quòd, cùm, Nos, oppreſſi multis aliis Neceſſitatibus, reſidua hujuſmodi adeò, ut oporteret, celeriter ſolvere commodè non poſſemus, Dilationes nobis opportunas de benignitate concedere ſolitâ curaretis;

Vos, Pater beatiſſime, benignæ Supplicationi hujuſmodi annuentes, Solutionem reſiduorum prædictorum ejuſdem Cenſûs fieri, ut ſequitur, ordinâſtis; videlicet,

Quòd, de Tribus Milibus Marcarum Sterlingorum, pro tempore noſtro præterito debitis, ſtatim Mille, & in duobus annis proximò futuris duo Millia, necnon de reſiduis pro temporibus prædictorum Genitoris & Avi debitis, quæ ad Summam Triginta Milium Marcarum Sterlingorum aſcendunt, Quingentæ Marcæ Sterlingorum, annis ſingulis impoſterùm, per Nos, & Succeſſores noſtros, quouſque, de prædictis omnibus reſiduis, dictæ Eccleſiæ Romanæ ſit ſatisfactum integraliter, perſolvantur, nec, propter hoc, remaneat, ſeu retardetur, ordinaria ſolutio deinceps annis ſingulis dicti Cenſûs:

Cæterùm ejuſdem Sanctitatis intentionis extitit, & noſtræ exiſtit, quòd, ſi pro pluribus annis, quàm ſit expreſſum ſuperiùs, plura Reſidua dicti Cenſûs eidem Romanæ Eccleſiæ reperirentur deberi, ea per Nos memoratæ Eccleſiæ Romanæ ſolvantur:

Et, ſi forſan de Summâ prædictâ dictorum triginta trium milium Marcarum Sterlingorum, pro reſiduis dictorum triginta trium Annorum, doceretur aliquid fuiſſe ſolutum, illud rationabiliter deducatur de illâ;

Nos autem,

Præmiſſis omnibus diligentius intellectis, ſuper Conceſſione Medietatis Decimarum & Fructuum prædictorum, ac ſuper dilationibus hujuſmodi, per vos nobis gratioſè conceſſis, vobis & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Matri noſtræ, ad gratiarum actiones uberes aſſurgentes,

Tenore præſentium, vobis & eidem Eccleſiæ promittimus Nos facturos & præſtituros Solutiones Reſiduorum dicti * Cenſûs, ſicut ſuperius continetur. • IV. 430.

Quódque ad Decimam & Fructus prædictos non extendemus quomodolibet manus noſtras, niſi quantum, & prout, per vos eſt nobis conceſſum,

Nec

Digitized by Google

Franchiſes, come dehors, facez publier la Mort le dit Count pur ſa Treiſon e Malveiſtez Suiſdites.

Et, ſi vous troeſſez nul, que preche, ou die, en prive, ou en apert, que l'avant dit Count eſtoit autrement mis a la Mort, que per aſſent des ditz Grantz, & per agard de Parlement, & ce pur ſa Treiſon & Malveiſte, come ſus eſt dit; ou que, pur moevement faire du trube en dit Roialme, preche, ou die, que noſtre dit Pier ſoit en vie; adonques les facez, auxi bien deinz Fraunchiſes, come dehors, Areſter, & ſauvement garder en Priſone, tant come vous en eez autre maundement de nous.

Et nous des nouns de ceux, queux vous ferrez iſſint areſter, & de la cauſe, de temps en temps, certifiez ſous veſtre Seal.

Done a Wodeſtoke, le 13 jour d'Averil.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Eodem modo mandatum eſt Juſticiario Walliæ, vel ejus Locumtenenti.

Teſte ut ſupra.

De informando Archiepiſcopum & Clerum Cantuarienſem ad Concilium apud Lambeth conventurum.

Ann. D. REX, Venerabilibus Patribus, S. eâdem gratiâ, Cantuarienſi
1330. Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, cæteriſque Epiſcopis,
An. 4. & Prælatis, totique Clero Cantuarienſis Provinciæ, ad Conci-
E. 3. lium, apud Lambeth * in proximo celebrandum, conventuris,
Pat. 4. Salutem.
E. 3. *p.* 1. Ad informandum vos ſuper quibuſdam Magnis & Arduis Nego-
m. 31. tiis, quæ Nos, & defenſionem Regni noſtri, totiuſque Eccleſiæ
* IV. Anglicanæ, multipliciter contingere dinoſcuntur,
431. De quibus Parliamento noſtro, quod apud Wyntoniam nuper tenuimus, tractatum extitit & deliberatum ad plenum, ſet, propter abſentiam veſtram, præfate Archiepiſcope, & quorumdam aliorum, non fuerunt tunc dicta Negotia finaliter terminata,

Necnon ad exponendum vobis Pericula, quæ nobis, & vobis, & toti Regno noſtro, veriſimiliter evenire poterunt, niſi de celeriori & cautiori Remedio hujuſmodi Periculis obvietur,

Dilectos & Fideles noſtros, Robertum de Wopehous, Archidiaconum Richemundiæ, Theſaurarium noſtrum, Johannem de Gray, Johannem de Stonore, & Simonem de Swanlond, Majorem Civitatis noſtræ Londoniæ, Tres, vel Duos eorum, ad vos duximus deſtinandos; quibus in præmiſſis & ea tangentibus, fidem indubiam præbeatis, & ea taliter cordi aſſumatis, quod, veſtro mediante Præſidio, dicta valeant Pericula, auxiliante Domino, declinari, & Honor noſter & veſter, illæſus in omnibus conſervari.

Cæterum vobis inhibemus nè aliqua, in prædicto Concilio veſtro, quæ Regiæ Dignitati noſtræ præjudicialia fuerint, ſeu eſſe poſſint, faciatis, ſeu diſcernatis quoquo modo.

Teſte Rege apud Wodeſtok, decimo quinto die Aprilis.

rediatio multipliciter poſſent generari.

Nos,

Volentes hujuſmodi nobis Præjudicialibus, & Exhæredationis periculo, viis & modis, quibus poterimus, prout ad hoc diverſimodè tenemur & aſtringimur, obviare, & Conatus illicitos omnium & ſingulorum Jura noſtra impugnare volentium, refrænare,

Vobis & cuilibet veſtrûm præcipimus firmiter injungentes,
quod, ſi quos inveneritis hujuſmodi Provocationes, * Appellatio- * IV.
nes, Inhibitiones, Notificationes, Citationes, Præfixiones, Pro- 432.
ceſſus, aut alia impedimenta quæcumque, facientes ad impediendum executionem Judicii prædicti, & effectum Præſentationis noſtræ prædictæ, & ad deducendum negotium prædictum extra Regnum noſtrum, tunc eos ſine dilatione capi, & in Priſonâ noſtrâ ſalvo cuſtodiri faciatis, donec aliud indè a nobis habueritis in mandatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtok, viceſimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Tractando cum Nobilibus Aquitaniæ.

REX Univerſis & ſingulis ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Noveritis quod Nos, 1330.
De Fidelitate probatâ, & Circumſpectione providâ, Dilectorum *An.* 4.
& Fidelium noſtrorum, Johannis Darcy le Coſyn, & Guillielmi *E.* 3.
de Scintz, Domini de Pomeriis, plenam fiduciam reportantes, *Vaſc.* 4.
Ipſos ad partes Ducatus noſtri Aquitaniæ, pro Magnis & Arduis *E.* 3. *m.*
Negotiis, quæ Nos & Statum ejuſdem Ducatus contingere dinoſ- 10.
cuntur (ſuper quibus eis aperuimus intentionem Mentis noſtræ) duximus deſtinandos;

Dantes, & committentes, eis plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, tractandi cum Nobilibus & Communitatibus, ac aliis Perſonis dicti Ducatus, quos Negotia illa contingunt, ſuper omnibus & ſingulis, quæ honori noſtro, & tranquilitati & quieti Ducatus prædicti, ac ipſorum Nobilium, & aliorum ſecuritati & utilitati convenire videbuntur:

Et ea, quæ ſic tractata fuerint, quâcumque firmitate vallandi:

Faciendi etiam & excercendi, pro nobis, & noſtro nomine, omnia alia & ſingula, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint & opportuna;

Promittentes nos Firmum, & Stabile, habituros quicquid per ipſos Tractatum, Vallatum, & Promiſſum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Wodeſtok, viceſimo ſeptimo die Aprilis.

De Tractando ſuper Alligantia & Retinentia.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1330.
De Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, dilectorum *An.* 4.
& Fidelium noſtrorum, Johannis Darcy le Coſyn, & Gullielmi *E.* 3.

Digitized by Google

derit, & inſideat in præſenti, bonum & tranquillum Regimen Ducatûs noſtri Aquitaniæ, & ut errata ibidem, ſi quæ fuerint, debitè corrigantur, propter Impedimenta tamen, quæ nobis, poſtquam Gubernacula Regni noſtri ſuſcepimus, diverſimodè emerſerunt, non potuimus hucuſque complere per omnia vota noſtra.

Et quamvis penes Curiam Franciæ, per ſolempnes Nuncios, multùm inſteterimus, ut exortæ hinc indè Diſcordiæ viâ amicabili ſopirentur, jamque de eidem causâ hujuſmodi Nuncios ad eandem Curiam duxerimus deſtinandos, & ſperemus quòd, Deo propitio, Negotia illa ad bonum exitum deducentur;

Mittimus tamen ad vos, Dilectos & Fideles noſtros, Johannem Darcy le Colyn, & Guillielmum de Scintz, Dominum de Pomeriis, quibus Intentionem cordis noſtri aperuimus, ſuper diverſis, quæ Nos tangunt,

Vos rogantes quatenùs eiſdem, Johanni & Guillielmo, in hiis, quæ vobis dicent ex parte noſtrâ, fidem credulam præbeatis, & conceptam Benivolentiam erga Nos, & noſtros, taliter continuare, & operum efficaciâ demonſtrare, ſtudeatis, quòd in hiis, quæ veſtris Honori & utilitati convenire videbimus, Obligatiores effici debeamus temporibus oportunis.

Data apud Wodeſtok, viceſimo ſeptimo die Aprilis.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Benaugiarum.
Johanni de Greyly.
Petro de Ganareto.
Rogero de Ganareto.
Pontio Domino de Caſtellion.
Arnaldo de la Lande.
Guillielmo Amaneuy de Madely.
Avo Domino de Rouſano.
Bernardo Eſcuſſani de Logiurano.
Gaillardo Domino de Landirano.
Petro Calculi Domino de Podenſaco,
Gaillardo de Molon.
Emerico de Burgo.
Gaillardo de Lanbeſco.
Bernardo de la Sparre.
Talirando de Gramel.
Domino de Erſaco.
Domino de Urnone.
Domino Montis Ferandi.
Domino de la Sparre.
Domino de Gaſſaco.
Domino de Mateplane.
Domino de Baſſelade.
Domino de Arbenates.
Dominæ Matæ Dominæ de Bragiriaco.
Guillielmo Reymundi de Cavo Monte,
Domino de Ouſynge.
Domino de Pomeriis.
Domino de le Scu.
Bernardo Berne dicto l'Aſpes.
Reymundo Arnaldi Domino de Gergeres.
Denoto Domino de Sidirak.
Domino de Caſtro Novo.
Domino de Campena.
Domino de Pugele.
Domino de Bjuket.
Domino de Podynges.
Arnaldo de Merſano Domino de Canna.
Petro de Marzano,
Domino de Monte Olivo.
Petro Arnaldi de Beſcidumo,
Vicecomiti de Orta.
Johanni de Malo Leone Domino Cirros.
Guillielmo Arnaldi de Sants,
Domino de Sants.
Santio Domino de le Hots.
Petro Arnaldi de Tartas Domino de Urtubie.
Domino de Garo.
Martino Sancii Domino de Domeſayno.
Domino de Doſſerayno.
Raymundo Guillielmi Domino de Doſſebek.
Reymundo de Menſſens.
Lupo Bergundi de Burdegal.
Petro Arnaldi Darans Domino de Mundieg.
Domino de Luxo.
Gaillardo de Caſtro Pugo Domino de Proiano.
Domino de Sancto Paulo.
Reymundo de Batz Domino de Sorte.
Domino de Polloant.
Arnaldo Domino de Poiana.
Garciæ Arnaldi de Navales Domino de Sant.
Diſſino de Caſtro Pugo.
Domino de Camer.
... munitati Villæ de Burgo ſupra Mare.
Probis Hominibus & toti Communitati Villæ de Blaia.
Majori, Juratis, & toti Communitati Villæ Sancti Machari.
Petro Lamberti.
Bernardo de Aylano.
Amaneno de Aylano.
Laurentio de Bielo.
Johanni de Bielo.
Arnaldo Sancii de Luco.
Johanni de Teſtede.

De Statu Aquitaniæ per Comitem Cornubiæ reformando.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori, Juratis, Centum Paribus, & toti Communitati Civitatis ſuæ de Baionâ, Salutem. Ann. D. 1330.
Laudabilem Geſtum veſtrum erga Domum noſtram Regiam An. 4.
&c. ut ſupra uſque ibi oportunis, *tunc ſic.* E. 3.
Cæterùm, Ibid.

Quia ordinavimus, dilectum Fratrem & Fidelem noſtrum, Johannem de Eltham, Comitem Cornubiæ, cum pluribus Magnatibus, & Nobilibus, ad partes Ducatûs prædicti, pro reformatione Statûs ejuſdem, in proximo deſtinare,

Volumus quòd, ſi quæ per Seneſcallum noſtrum Ducatûs ejuſdem, ſeu alios Miniſtros noſtros quoſcumque, in veſtri præjudicium ſeu gravamen, fuerint attemptata, per eundem Fratrem noſtrum congruè emendentur, & ad Statum debitum reducantur; & interim ſuper præmiſſis velitis æquanimiter ſuſtinere.

Dat. ut ſupra.

De Annuo Cenſu Summo Pontifici ſolvendo.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm, dilecti Mercatores noſtri, Dinus Forſetti, & Socii ſui Ann. D.
Mercatores de Societate Bardorum de Florentia, nuper, de man- 1330.
dato noſtro ſolverint, Dilectis & Fidelibus noſtris, Willielmo de An. 4.
Monte Acuto, & Bartholomæo de Burgherſſh (quos nuper ad E. 3.
Dominum Summum Pontificem deſtinavimus) Septem Milia, Pat. 4.
Quingentos, Triginta, & Sex, Florenos Auri de Florentiâ, E. 3. p. 1.
Ad ſolvendum indè eidem Domino Summo Pontifici valorem m. 18.
Mille * Marcarum, in partem Solutionis Cenſus, quem eidem * IV.
Summo Pontifici debemus, & reſiduum Florenorum illorum pro 435.
Expenſis ipſorum Willielmi & Bartholomæi,

Pro quibus quidem Florenis conceſſimus ſolvere eiſdem Mercatoribus, Mille, Treſcentas, & Decem, & Octo Libras, & Sexdecim Solidos, Sterlingorum, videlicet, pro Floreno Tres Solidos & Sex Denarios,

Nos, Volentes ſecuritati ipſorum Mercatorum in hac parte providere, fatemur Nos teneri eiſdem Mercatoribus in prædictis Mille, Treſcentis, & Decem, & Octo Libris, & Sexdecim Solidis, ex causâ prædictâ, & eis eandem pecuniæ ſummam, in Feſto Pentecoſtes, proximo futuro, ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtok, viceſimo octavo die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET mandatum eſt Theſaurario & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis Regis, quod eiſdem Mercatoribus, vel eorum Attornatis in hac parte, dictas Mille, Treſcentas, & Decem, & Octo, Libras, & Sexdecim Solidos, in dicto Feſto, de Theſauro Regis ſolvant; vel quod præfati, Theſaurarius & Barones, eis com-

Digitized by Google

1330. An. 4. E. 3. Ibid. IX Sciatis quòd,

Pro bono & laudabili Servitio, quod, Dilectus & Fidelis noſter, Berardus de la Brette nobis hactenus impendit, & impendet in futurum, & in Recompenſationem Dampnorum & Jacturarum, quæ occaſione Guerrarum, in Ducatu prædicto exortarum, ſuſtinuit,

Conceſſimus ei Quingentas Libras Sterlingorum, percipiendas ſingulis Annis ſuper Cuſtumâ noſtrâ Civitatis noſtræ Burdegaliæ, quamdiu noſtræ placuerit voluntati; unam, videlicet, Medietatem ad Feſtum Sancti Michaelis, & aliam Medietatem ad Feſtum Paſchæ, per æquales Portiones.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, viceſimo octavo die Aprilis.

Per Petitionem de Concilio.

ET Mandatum eſt Conſtabulario Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui * pro tempore fuerit, quòd eidem Berardo dictas Quingentas Libras Sterlingorum, vel valorem eorumdem in aliâ Monetâ, ad Terminos prædictos, ſolvi & habere faciat juxta tenorem Literarum prædictarum; & Rex ei, in Compoto ſuo, debitam Allocationem habere faciet. * IV. 436.

Teſte ut ſupra.

Super Promiſſo Karoli nuper Regis Franciæ ad Bannitos pardonandos.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Vaſc. 4. E. 3. m. 10. dorſ.

REX, Nobili Viro & Fideli ſuo, Domino —— de Caumont, Salutem.

Quàm fideliter & conſtanter, claræ memoriæ, Genitoris noſtri, & noſtris obſequiis adhæſiſtis, & quæ, eâ occaſione, perpeſſi eſtis diſpendia & jacturas, nobis non poteſt in memoriam non venire.

Et, licet pro reſtitutione Terrarum & Bonorum veſtrorum, ac revocatione Banni, contra vos auctoritate Curiæ Franciæ promulgati, per Literas & Nuncios inſteterimus, & indè ſolempnes Nuncios noſtros (quos jam ad partes Franciæ tranſmiſimus, pro reformatione Concordiæ ſuper aliquibus Articulis dubiis, paces prius initas contingentibus) duxerimus ſpecialiter onerandos, non potuimus tamen hucuſque adimplere ſuper hoc votum noſtrum.

Propter quod jam miſimus certum Nuncium noſtrum, cum noſtris Literis, ad Venerabilem Patrem —— Archiepiſcopum Tholoſanum.

In cujus cuſtodiâ quædam Literæ Patentes, bonæ memoriæ, Domini Karoli, nuper Regis Franciæ (per quas idem Rex promiſerat quòd Bannum prædictum, ſi ei paritum eſſet, deberet, ad cariſſimæ Matris noſtræ, & noſtrum rogatum facere revocari) remanſerunt,

Ad Literas illas prædictis Nunciis noſtris deferendum; & credimus firmiter quòd, eis viſis, fiet quòd præfatus Rex ſic promiſit.

Quamobrem Dilectionem veſtram rogamus & excitamus ex affectu, quatinus, præmiſſa, Bannum & deperdita, æquanimiter

* *Super Negotiis ad præfatos Reges exponendis.* * IV. 437.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibid.

REX, Nobili Viro & ſibi dilecto, Reymundo Cornill, Salutem.

De veſtrarum Fidelitatis & Amicitiæ puritate confidentes, quædam Negotia noſtra, quæ multum inſident nobis cordi, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo Truſſel, & vobis, ac alteri veſtrûm, Magnificis Principibus, Dominis, Caſtellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, & Majoricarum, Regibus, ex parte noſtrâ, ſerioſius exponenda (quæ idem Willielmus vobis explicabit vivâ voce) duximus committenda:

Veſtram igitur Amicitiam affectuosè requirimus & rogamus quatinus, intellectis Negotiis illis, velitis circa expeditionem eorumdem talem diligentiam, unà cum præfato Willielmo, apponere, quòd veſtram benivolentiam exinde debeamus merito commendare.

Dat. ut ſupra.

Pro Comite Atholiæ de Gratia ipſi facta.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 1. m. 23.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Volentes, Dilecto & Fideli noſtro, David de Strabolgi, Comiti Atholiæ, Filio & Hæredi David de Strabolgi, nuper Comitis Atholiæ, & Johannæ, nuper Uxoris ejus, unius Conſanguinearum & Hæredum Adomari de Valencia, nuper Comitis Pembrochiæ, gratiam facere ſpecialem, ut ipſe in obſequio noſtro decentius ſe valeat continere,

Conceſſimus ei (quamquam ætatem ſuam coram nobis nondum probaverit, ut eſt moris) cuſtodiam omnium Terrarum & Tenementorum, quæ præfatis David & Johannæ (in Propartem ipſius Johannæ) de Terris & Tenementis, quæ fuerunt prædicti Comitis Pembrochiæ, in Cancellariâ Domini E. nuper Regis Angliæ Patris noſtri aſſignata fuerunt, & quæ in Manu noſtrâ & in Cuſtodiâ Iſabellæ de Veſcy, ex Commiſſione noſtrâ, ratione minoris ætatis ejuſdem Comitis, adhuc exiſtunt,

Habendam eidem Comiti Atholiæ, cum Feodis Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, ac omnibus aliis, ad Cuſtodiam illam ſpectantibus, in auxilium Suſtentationis ſuæ, quamdiu nobis placuerit, vel quouſque ei rationabilem Propartem ſuam (ipſum de omnibus Terris & Tenementis, quæ fuerunt prædicti Comitis Pembrochiæ, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri contingentem) fecerimus aſſignari, abſque aliquo nobis inde reddendo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wodeſtok, ſexto die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Digitized by Google

Aianz a ce plein pooir & mandement eſpecial des ditz Roys noz Seigneurs, par lour lettres Ouvertes, ſeeles de lours Grantz Seauz, des queles la tenour eſt cy deſſouz eſcript,

Deſiranz que (par la grace & ottroi de NOSTRE SEIGNEUR LE ROI DES ROIS) bon Accort & bon Paiz, par Traitie amiable, peuſſent eſtre, a touz jours, entre les ditz Roys noz Seigneurs, par quoi lour ſougiez & ſouzmis puiſſent demourer en paiz & en tranquillitie deſouz eux, par lour bon Gouvernement,

Avons Traitie & Accorde ſur les Articles, Demandes, & Requeſtes, ci deſouz eſcriptz, en la manere qi enſuit;

Primerement, dient les Gentz le Roy de France que, par la daraine Pais, ou Accort, qi fut fait en temps du Roi d'Engleterre, qi ores eſt, il fut dit & Accorde que toutes les choſes & Terres, Surpriſes par une Commotion, qui fut faite par les Gentz le Roi d'Engleterre, Piere du Roi qi ores eſt, ſerroient rendues au Roi, & remiſes a eſtat deu:

Et auxi, ſi les Gentz du Roi avoient pris ſur les Gentz du Roi d'Engleterre, que tout ſerroit rendu & mis a eſtat:

Ore dient les Gentz le Roi qe les Gentz du Roi d'Engleterre n'ount pas accompli la dite Reſtitution, ainz demourent aucunes Terres devers eux;

Si requerent les Gentz du Roi de France que de ce ſoit fait plein Reſtitution:

Et, ſi les Gentz du Roy d'Engleterre dient que de par les Gentz le Roy ſoit a faire aucune Reſtitution, il la ferroit faire duement, &, ſi meſter eſt, l'en declarcira les choſes par eſpecial.

Item, dient les Gentz le Roi de France que, par la Traitie de cele meſme Paiz, ou Accort, le Roi d'Engleterre eſt tenuz, envers le Roi de France, en la ſomme de Cynquante Mils Mars d'Eſterlins, pour certein cauſe compriſe en la fourme de la Paiz.

Item, par unes autres lettres, pour cauſe de Tranſport, fait en li du Duchee de Guyenne, en la ſomme de Soiſſante Mil Livres de Paris; des queles ſommes les Termes des Paiements ſont ja paſſez en tout, ou en la plus grant partie; ſi requerent que Satisfaction due en ſoit faire au Roi.

Item, come les Gentz d'Agenais ſe doullent d'aucunes Nouvelletez, que lour ſont faitz a Burdeaux & aillors, d'aucunes Impoſitions, faites en la Terre, que tient le Roi d'Engleterre en la Duchee de Guyenne, contre lour Cuſtumes, Libertees, & Franchiſes anciennes, en la forme de la Paiz, par la quele il dovient demourer en lour premier eſtat; requerent que les dites Noveletez ſoient oſtez, & qil ſoient tenuz & gardez en lour Libertees & Franchiſes, & ſolon la forme de la Paiz.

Item, dient les Gentz le Roi de France, que la Monnoie le Roi n'a mie ſon cours en la Terre, que le Roi d'Engleterre tient en la Duchee de Guyenne.

Item, que pluſours, Baniz du Roialme de France, ſont receptez en la dite Terre de la Duchee.

Item, les Gentz le Roi de France dient, que les Chaſteaus des douſze Nobles, que furent Baniz par vertue du darraine Accort, n'ount pas eſte abatuz en la manere q'il fut acorde; ſi requerent q'il ſoient abatuz en la manere q'il fut acorde ſanz fraude: & que autres Forterreſſes ne ſoient faites es ditz Chaſteaus; & celes qi ſont faites ſoient oſtez.

Ce ſont les Requeſtes faites par le Roi d'Engleterre & Duc de Guyenne.

PRimerement, au Roy de France ſupplie le Roy d'Engleterre & Duc de Guyenne, que l'en li rende les Lieus de Sales avec les appurtenances, que tient le Counte de Foiz occupe: & le Lieu

enſuit.

Primerement, ſur la primer demande, fait par les Gentz de, noſtre chere Seigneur, le Roy de France, faiſant mention des pluſours choſes & Terres Surpriſes,

Eſt ACORDE que l'acompliſſement de la Reſtitution ſe fera preſentement, & ſanz delai (ſelon la Tenure de l'Accort autre foitz fait ſur ce) des Terres, Surpriſes & occupez, ſur le dit Roy de France, par les Gentz du dit Roy d'Engleterre & Duc; & auxi ſerra fait de ce, que le Roi de France, ou ſes Gentz, ont ſurpris & occupe ſur le dit Roi d'Engleterre & Duc.

Item, ſur la ſecond & la Tierce demande, faiſant mention des Deniers dues au Roy de France,

ACORDE eſt que, en cas que l'en trouvera, par les anciens Paiz, ou autres Obligations, que le Roy de France ſoit tenuz au Roy d'Engleterre en aucune ſomme des Deniers, celle ſome ſerra rebatue, par voie de Compenſation des Deniers demandes par le Roy de France du dit Roy d'Engleterre & Duc; & de ce, que demoura d'une part & d'autre, ſerra fait gree en due manere.

Item, ſur le Quart Article, par le quel les Gentz Agenaiz ſe complaignent des pluſours Nouvell, &c.

Eſt ACORDE q'il ſoient tenuz & gardees en lour Libertees & Franchiſes, ſelon la forme de la Paiz, toutes nouelletez oſtez.

Item, ſur le Quint Article, ou quele dient les Gentz du Roi que la monoie n'a pas ſon cours,

ACORDE eſt que le monoie du Roy de France ait ſon cours, a ſa value, en la Duchie de Guyenne, & que elle ſoit ainſy crie, au maundement du Roi, par les Miniſtres du Roi d'Engleterre & Duc en dit Duchee.

Item, ſur le Siſte Article, faiſant mention des Banitz,

ACORDE eſt que ceux, qi ſont ja Banniz, ou ſerront, pur Treſpas, ou Meſſaitz, avenir, par la Court le Roy de France, ou par ſon Parlement, ou par les Seneſchaux, ou autres Officers du dit Roi, en cas que eux facent Baniz aucun de lour ſouzmis, ou autres, pur Treſpaſs, ou Meſſaitz, faitz en leur Juriſdictions, desore ne ſoient receptez, ne retenuz en la Duchee; mais n'eſt mie l'entention des Meſſages le Roi d'Engleterre & Duc, que, par ceſt Acort, les ditz Seneſchaus aient pooir de Banir les Seneſchaus, ne autres Officers, ne Miniſtres, le dit Roi d'Engleterre & Duc, pur nulle Diſobeiſſance, Meſſait, ou Treſpas, fait par eux en lour Offices ne nul autre deſſourmis le dit Roy d'Engleterre & Duc pur Meſſait ou Fait en la Duche, combien que le Roy, ou ſa Court, le puiſſe faire en cas de Soveraignete: & n'eſt pas auſi l'entention des Tracteours, deputez de par le dit Roy de France, que, par ceſt Acort, prejudice ſoit fait au Roy de France, ne a ſe Officiaus, ſur ces choſes, ou autres Droitz, ſi aucunes li appartenoient, tant de Droit, come de Cuſtume, avant le temps de ceſt preſent Acort.

• *Item*, ſur le Septiſme Article des Chaſteaus non abatuz, • IV. 440.

ACORDE eſt que, de ditz Chaſteaus, le Roy d'Engleterre & Duc fera abatre, ſanz delai, ce que faut a abatre ſelon la Fourme du dit Acort.

Sur les Requeſtes faites de par le dit Roy d'Engleterre & Duc deſus eſcriptes eſt acort.

P*Rimerement*, ſur la primere Requeſte, que l'en li rende le Lieu de Sales, &c.

Eſt ACORDE que les ditz lieus li ſoient renduz, ſolon la Fourme de l'Acort.

Item, ſur la Second, que le Lieu Dantirac ſoit rendu a Amanoe de la Mote, &c.

Eſt ACORDE que, par Communs Commiſſairs, a deputer, ſoit fait Execution ſelon la Fourme du derreiner Acort.

Item,

Digitized by Google

ex parte una, & Gentes, Cariſſimi & Fidelis Conſanguinei noſtri, Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ Illuſtris, & Ducis Acquitaniæ, ex alterâ, ſuper quibuſdam requeſtis, ex parte noſtrâ dicto Conſanguineo noſtro, & Nobis per dictum Conſanguineum noſtrum, nuper Ambiani hinc inde traditis, inchoatum,

Necnon ad pleniùs amicabiliter tractandum ſuper eiſdem Requeſtis & aliis inter Nos & dictum Conſanguineum noſtrum cariſſimum reformandis,

Dilectos & Fideles Petrum Archiepiſcopum Senonenſem, Johannem Epiſcopum Beluacenſem, necnon Johannem Abrincenſem, & Andream Attrabacenſem, Electos, Petrum Abbatem Cluniacenſem, Guillielmum de Sancta Maura Cancellarium, Milonem Dominum de Noeriis, & Martinum de Eſſartis, Conciliarios noſtros (de quorum Fidelitate providâ & circumſpectâ Providentiâ plenam fiduciam reportamus) ipſos, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tres eorum, noſtros Procuratores & Nuncios ordinamus, facimus, & conſtituimus, ſpeciales:

Dantes eiſdem Conciliariis noſtris, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorum, ſicut prædictum eſt, plenam Poteſtatem omnia & ſingula nomine noſtro faciendi & firmandi, quæ circa hujuſmodi Tractatum neceſſaria fuerint & etiam oportuna,

Ratum & gratum habentes & habituri quicquid per prædictos
• IV. Conciliarios • noſtros, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel
441. Tres eorum, ut eſt dictum, amicabiliter nomine noſtro tractatum, factum, ſeu firmatum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Literis Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Dat. apud Nemus Vicenn, primâ die Maii, Anno Domini M. CCC. XXX.

Item, Univerſis, præſentes literas, *&c. prout ſupra de dat.* 10. *Apr. tunc ſic.*

En Teſmoign des queles choſes, ainſi Traities & Acordes, come deſus eſt dit, Nous, Conſeillers & Tracteours, a ce Deputez de par le Roy de France, noſtre Treſchere Seigneur,

Et Nous, Meſſages & Procureours de noſtre chere Seigneur le Roy d'Engleterre & Duc deſus nomez, avons mis noz Seals a ceſte preſente Traitie & Acord.

Don. au Bois de Vincenn. le hutieſme jour de May, l'an de grace Mil. CCC. & Trente.

Nova de Partu Comitiſſæ Juliacenſis.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1330. Sciatis quod,
An. 4. Cùm, dilecti Mercatores noſtri, Dinus Forſetti, & Bartholo-
E. 3. mæus de Barde, & Socii ſui Mercatores, de Societate Bardorum
Pat. 4. de Florentia, nuper ſolviſſent, ad mandatum noſtrum, Colardo
E. 3. p. 1. Maloyſel, Valetto Comitiſſæ de Julers, Sororis noſtræ cariſſi-
m. 21. mæ,

Propter fœlices Rumores, quos idem Colardus detulit Philippæ Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, de Partu prætatæ Comitiſſæ,

diuè depreſſus exiſtat, quod ipſum perſonaliter adire nequeat, prout vellet, per interpoſitam perſonam, Latorem præſentium, dignemini, ſi placet, hujuſmodi Conſcientiæ ſuæ ſcrutinium ſuſcipere, & Paternæ conſolationis remedium miſericorditer adhibere.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wodeſtok, undecimo die Maii.

* *Ad Regem Aragoniæ, de Credentia.*

SEreniſſimo Principi, Domino — Dei gratiâ, Regi Aragoniæ • IV.
Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, 442. Ann. D.
& ad vota Succeſſus proſperos & fœlices. 1330.
Dilecto & Fideli noſtro Willielmo Truſſel, An. 4.
Quem ad veſtræ Magnitudinis præſentiam deſtinamus pro nego- E. 3.
tiis, defenſionem Sanctæ Eccleſiæ, & Chriſticolarum, contra Clauſ. 4.
impios Saracenos, Fines Granati hoſtiliter invadere ſatagentes, E. 3. m.
contingentibus, ſuper quibus nobis iteratis precibus ſcripſit veſtra 36. d.
regia Celſitudo,

Intentionis noſtræ Propoſitum aperuimus, veſtræ Magnificentiæ per eundem, vivæ vocis oraculo, ſerioſius exponendum:

Serenitatem veſtram exorantes, quatinùs eidem Willielmo Fidem præbere velitis indubiam in dicendis, nobiſque per ipſum reſcribere, per omnia, vota veſtra.

Data apud Wodeſtoke, decimo nono die Maii.

Conſimiles literas habent prædictus Willielmus, & Reymundus Cornelii, quibus, & eorum alteri, Rex Intentionis ſuæ Propoſitum aperuit, &c.

Teſte ut ſupra.

Super Paſſagio Johannis de Eltham in Vaſconiam.

REX univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis,
Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm Ann. D.
extra, ad quos, &c. Salutem. 1330.
Sciatis quòd aſſignavimus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Wal- An. 4.
terum de Shobdon, ad ſupervidendum Naves pro Paſſagio, Dile- E. 3.
cti & Fidelis noſtri, Johannis de Eltham, Comitis Cornubiæ, Pat. 4.
Fratris noſtri cariſſimi, & aliorum Fidelium noſtrorum, qui in E. 3. p. 1.
Comitivâ ſuâ, apud Porteſmuth, verſus partes Ducatûs Aquitaniæ m. 18.
ſunt profecturi, & Proviſas, ac Arraiationem Paſſagii illius:

Necnon ad ordinandum de Eſkippamentis Navium earumdem, & ad Liberationes de Hoſpitiis, ac diverſas Providentias, in partibus de Porteſmuth, contra adventum noſtrum, ibidem faciendum, prout ſibi per Nos pleniùs eſt injunctum:

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Waltero, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, intendentes ſitis, conſulentes, & auxiliantes, quotiens & quando per ipſum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus, &c.

Teſte

Digitized by Google

Nous totes les dites Choſes Agreoms, ratifioms, & approvoms, tant come en nous eſt, ſauves toute foitz les Droitz de nous, & de noz ſo umis, de noſtre dite Duchee de Guyenne, & les Fors & Cuſtumes que lour ſont jurez en noſtre noun.

En Teſmoignance de queu choſe nous avoms fait faire ceſtes noz lettres overtes.

Don. a Wodeſtoke, le 8 jour de Juyl.

Et memorandum quòd Literæ prædictæ erant duplicatæ de verbo ad verbum, ſet in unâ Litterarum earumdem omiſſum fuit illud verbum, de Nous, *in ratificatione Regis.*

Et poſtmodum dictæ Litteræ innovatæ fuerunt, de verbo ad verbum, ſet omiſſum fuit dictum verbum, de Nous, *ſicut prædictum eſt.*

Et eædem Litteræ erant duplicatæ, de verbo ad verbum, ſet omiſſa fuit illa clauſula, ſauvez tut foitz les Droitz de noz ſouzmis, *&c.*

De Nunciis, ad tractandum ſuper aliquibus Requeſtarum, de quibus non ſit plene concordatum.

Ann. D. 1330. *An.* 4. E. 3. *Ibid.*

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd,

Cùm inter Gentes, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Dei gratiâ, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ex parte unâ, & certos Nuncios noſtros, ad hoc ſpecialiter deputatos, ex alterâ, ſuper quibuſdam Requeſtis, Nobis per dictum Dominum Regem, & aliis ſibi per nos, nuper Ambiani hinc indè traditis, certi Tractatus habiti fuerint, & ſuper aliquibus, aliquas dictarum Requeſtarum tangentibus, adhuc non ſit plenè concordatum,

Nos,

De fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Rogeri Coventrienſis & Lichfeldenſis, & Willielmi Norwicenſis, Epiſcoporum, Magiſtrorum, Johannis Walwayn, Canonici Herefordenſis, Johannis de Shordich, & Thomæ Sampſon, Juris Civilis Profeſſorum, plenariè confidentes,

Ipſos omnes, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus,

Ad tractandum, amicabiliter, nomine noſtro, cum præfato Domino Rege, vel Deputandis ad eo, ſuper omnibus & ſingulis prædictis Requeſtis, ſuper quibus plena Concordia nondum extitit reformata,

Et ad ea quæ ſic tractari & concordari contigerit, nomine noſtro, firmandum & vallandum, Et omnia alia, quæ circa ea neceſſaria & oportuna fuerint, faciendum,

Facimus, ordinamus, & conſtituimus noſtros Procuratores & Nuncios ſpeciales; Promittentes nos Ratum & Firmum habituros, quicquid per dictos Epiſcopos, & Clericos, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, ut eſt dictum, amicabiliter, nomine noſtro, Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Vallatum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Wodeſtok, octavo die Julii.

Et ad Recompenſationem, hinc inde, faciendam juxta formam cujuſdam Tractatûs, inter Gentes dicti Domini Regis Franciæ & noſtras nuper habiti & firmati,

Ac etiam ad æſtimandum pro nobis, &, nomine noſtro, omnia & ſingula, quæ in hac parte fuerint quomodolibet æſtimanda,

Dictos, Epiſcopos, & Clericos, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit Unus) noſtros Procuratores, & Nuncios, ordinamus, facimus, & conſtituimus ſpeciales:

Dantes eiſdem, Epiſcopis, & Clericis, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, ſicut prædictum eſt, plenam Poteſtatem omnia & ſingula, noſtro nomine, faciendi, quæ circa Tractatum, Recompenſationem, & Æſtimationem hujuſmodi, fuerint neceſſaria & etiam oportuna:

Ratum & gratum habentes & habituri quicquid per prædictos, Epiſcopos, & Clericos, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, ut eſt dictum, amicabiliter, nomine noſtro, tractatum, recompenſatum, æſtimatum, factum, & firmatum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Dat. apud Wodeſtok, 8 die Julii.

Pro Comite Richemundiæ, de Homagio reſpectuando.

Ann. D. 1330. *An.* 4. E. 3. *Clauſ.* 4. E. 3. m. 28. *d.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Simoni de Bereford, Eſcaetori ſuo citra Trentam, Salutem.

Volentes, Dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Johanni de Britanniâ, Comiti Richemundiæ (qui de Licentiâ, noſtra in partibus Tranſmarinis moratur) gratiam facere ſpecialem,

Dedimus ei Reſpectum de Homagio ſuo, quod nobis facere tenetur pro Terris & Tenementis ſuis, quæ de nobis tenet infra Regnum noſtrum, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futurum;

Et ideò vobis mandamus quod eidem Comiti Reſpectum illud habere faciatis in formâ prædictâ; & Diſtrictionem, ſi * quam eidem Comiti eâ occaſione fieri feceritis, ſine dilatione relaxari faciatis eidem. * IV. 445.

Teſte Rege apud Wodeſtok, decimo quinto die Julii.

Conſimile Breve dirigitur Johanni de Bolyngbrok, Eſcaetori ultra Trentam, pro præfato Comite.

Teſte ut ſupra.

De receptione 10000 *Marcarum a David Rege Scotiæ.*

Ann. D. 1330. *An.* 4. E. 3. *Pat.* 4. E. 3. p. 1. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis nos recepiſſe, & habuiſſe, a Magnifico Principe, Domino David, Rege Scotorum, Fratre noſtro cariſſimo, Decem Milia Marcarum Sterlingorum de Termino Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo præteritæ, in partem Satisfactionis, ſeu Solutionis, illarum Triginta Milium Marcarum, in quibus præfatus Rex, virtute Pacis, inter Nos & Robertum, nuper Regem Scotorum, Patrem ipſius David, nuper initæ, nobis tenebatur.

De

gratiam in eodem impendere, quanto preces noſtræ interveniunt ferventiùs pro eodem.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wodeſtok, viceſimo quinto die Julii.

Pro Thoma de Monte Hermerii, de pardonatione, ſuper adheſione Henrico Comiti Lancaſtriæ.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 1. m. 6. * IV. 446.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod,

Cùm, dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Thomas de Monte Hermerii, pro Pardonatione habendâ de eo, quod ipſe nuper adhærens fuit Henrico Comiti Lancaſtriæ, & quibuſdam aliis de Regno noſtro, nobis tunc contrariantibus, quandam Recognitionem Mille Marcarum in Cancellariâ noſtrâ feciſſet, ſolvendo inde * Ducentas Marcas ad certos Terminos, jam præteritos, & reſiduas Octingentas Marcas ad voluntatem noſtram,

Nos, volentes præfato Thomæ gratiam facere in hac parte, conceſſimus eidem Thomæ quod ipſe, de prædictis ducentis Marcis, quæ ab ipſo, per Summotionem Scaccarii noſtri, ad opus noſtrum exiguntur, ſolvat nobis, ad Scaccarium noſtrum,

Ad Feſtum Sancti Michaelis, proximo futurum, duodecim Marcas, ſex Solidos, & octo Denarios,

Et ad Feſtum Natalis Domini, proximo ſequens, duodecim Marcas, ſex Solidos, & octo Denarios,

Et ad Feſtum Paſchæ, proximo ſequens, duodecim Marcas, ſex Solidos, & octo Denarios,

Et ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo ſequens, duodecim Marcas, ſex Solidos, & octo Denarios,

Et ſic de Anno in Annum, ad eoſdem terminos, quinquaginta Marcas, quouſque prædictæ Ducentæ Marcæ ibidem fuerint perſolutæ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Norhampton, ſecundo die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET mandatum eſt Theſaurario, & Baronibus, de Scaccario, quod præfato Thomæ Terminos illos, ad dictum Scaccarium, habere, & ſic fieri, & irrotulari faciant; Exactioni, ſi quam præfato Thomæ fieri fecerunt pro dictis Octingentis Marcis Reſiduis, ad opus Regis, ſuperſederi facientes quouſque aliud inde Rex duxerit demandandum.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. 1330. An. 4. E. 3. Ibidem.

Clara virtutum merita, quibus, dilectus Clericus noſter, Magiſter Petrus de Galiciano, Conſtabularius noſter Burdegaliæ, laudabiliter inſignitur, * ipſiuſque Obſequioſam promptitudinem in, felicis memoriæ, Avi & Genitoris noſtri, & noſtro Servitio, a longis retro temporibus, nec non dampna & deperdita quæ eo prætextu ſuſtinuit, contemplantes, ac deſiderantes, eâ conſideratione, ipſius Honoris & Profectuum incrementa, * IV. 447.

Domino Summo Pontifici, per alias noſtras Literas, duximus ſupplicandum quatinùs eidem Clerico noſtro, propter ſuæ merita probitatis, de Pontificiali Dignitate in Terrâ Vaſconiæ, cum ad hoc opulerit ſe facultas, providere dignetur de ſuæ plenitudine Poteſtatis:

Quamobrem Paternitatem veſtram rogamus, & requirimus ex affectu, quatinus penes eundem Dominum Summum Pontificem, ut ſuper hoc annuere dignetur votis noſtris, interponere velitis, amore noſtri, cum oportunum videritis, opem & conſilium quæ poteſtis.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Domino Epiſcopo Peneſtrenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.
Domino G. Albanenſi Epiſcopo, Dominl Summi Pontificis Pænitentiario.
Domino J. Tituli Sanctæ Crucis in Jeruſalem Presbitero Cardinali.
Domino Sancti Georgii ad Velum Aureum Diacono Cardinali.
Domino Petro de Iſpanniâ Tituli Sanctæ Praxedis Presbitero Cardinali.
Domino Lucæ Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali.
Domino Reymundo de Fargis Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino A. Sanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali.
Domino Johanni de Columpna Sancti Angeli Diacono Cardinali.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.
Domino — Sancti Euſtachii Diacono Cardinali.

De Reſo ap Griffin, & Wallenſibus, de Adheſione Edmundi nuper Comitis Kantiæ, areſtandis.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Clauſ. 4. E. 3. m. 25.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Rogero de Mortuo Mari, Comiti Marchiæ, Juſticiario ſuo Walliæ, vel ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

Quia Reſus ap Griffyn, de Adhæſione & Conventiculis Edmundi de Wodeſtok, nuper Comitis Kantiæ, pro quibuſdam Seditionibus, nobis in Regno noſtro factis, convicti, rectatus, ſe eâ occaſione ad partes Tranſmarinas ſine Licentiâ noſtrâ tranſtulit:

Ac dictus Reſus, unà cum quibuſdam aliis, Inimicis & Rebellibus noſtris, aggregatâ ſibi ingenti multitudine Hominum Armatorum, idem Regnum ingredi proponit, ad mala quæ poterit Nobis & Populo noſtro faciendum:

Ac jam intellexerimus quòd plures, in dictâ Terrâ Walliæ, tàm

Pa-

24. d. clandeſtine receſſerunt, idem Regnum noſtrum, congregatâ multitudine Armatorum, ingredi proponunt, ad gravandum Nos & Populum Regni noſtri, & alia mala quæ poterunt perpetrandum,

Præceperimus ſingulis Vicecomitibus Regni noſtri quòd proclamare facerent, quòd omnes & ſinguli Milites & alii, ad arma Potentes, de Ballivis ſuis, Equis & Armis, quam citiùs poterunt, ſe parent, ita quòd prompti ſint & parati ad proficiſcendum, cum cæteris Fidelibus noſtris, contra dictos Rebelles noſtros, ſi ipſos ad invadendum dictum Regnum noſtrum contigerit declinare, cum ipſos ſuper hoc fecerimus præmuniri,

Aſſignaverimus quoſdam Fideles noſtros, in diverſis Comitatibus Regni noſtri, ad arraiari faciendum per ſe, ſeu alios, quos ad hoc deputaverint, Milites, Armigeros, & omnes alios Homines Defenſabiles, in Comitatibus prædictis, ita quod ipſi, videlicet, quilibet illorum juxta Statum ſuum, & Quantitatem Terrarum & Tenementorum, Bonorum & Catallorum ſuorum, Equis & Armis parentur, & armentur juxta formam Proclamationis prædictæ, & ad eoſdem Milites, Armigeros, & Homines, ſic armatos & arraiatos, ad Nos, ſeu illos, quos ad hoc duxerimus aſſignandos, ducendum, cùm ipſos Fideles noſtros, ſeu deputandos ab ipſis, ſuper hoc fecerimus præmuniri, ad proficiſcendum Nobiſcum, & aliis Fidelibus noſtris, contra Rebelles noſtros prædictos,

Nos,

Advertentes pericula, quæ per Ingreſſus dictorum Rebellium noſtrorum, infra Libertatem veſtram Dunolmenſem, Nobis, & Populo noſtro ibidem, ac aliundè de Regno noſtro (ad cujus Defenſionem & Salvationem circumquaque aſtringimur vinculo Juramenti) de facili poterunt evenire,

Et quòd præmiſſa per vos, propter honeſtatem Sanctæ Eccleſiæ, infra dictam Libertatem veſtram, fieri non poſſunt,

Volenteſque ea, infra eandem Libertatem, per, Dilectum & Fidelem noſtrum, Radulphum de Nevill (de cujus Fidelitate confidimus) fieri ut eſt dictum,

Vobis, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus quòd per Litteras veſtras, ſub Sigillo quo utimini infra Libertatem illam, præfatum Radulphum aſſignetis ad arraiari faciendum per ſe, ſeu alios, quos ad hoc deputaverit, Milites, Armigeros, & omnes alios Homines Defenſabiles, de Libertate prædicta, ita quòd ipſi, videlicet, quilibet illorum juxta Statum ſuum, & Quantitatem Terrarum & Tenementorum, Bonorum & Catallorum ſuorum, Equis & Armis parentur, & armentur juxta formam Proclamationis prædictæ, & ad eoſdem Milites, Armigeros, & Homines, ſic armatos & arraiatos, & Nos, ſeu illos, quos ad hoc duxerimus aſſignandos, ducendum, cùm ipſum Radulphum ſeu deputandos ab ipſo, ſuper hoc fecerimus præmuniri, ad proficiſcendum nobiſcum, & aliis Fidelibus noſtris, contra Rebelles noſtros prædictos, necnon ad ſupervidendum & ordinandum quod omnia loca, per Coſteram Maris, infra Libertatem prædictam, ubi Naves applicare poterunt, taliter cuſtodiantur, quod Nobis, ſeu Populo Regni noſtri, per Ingreſſus dictorum Rebellium noſtrorum, in eadem Libertate, pro defectu Cuſtodiæ, periculum, ſeu gravamen, non eveniat quoquo modo;

Et in Executione hujus Mandati noſtri vos taliter habeatis, quod in veſtri defectu ad vos, ſeu ad Libertatem veſtram Dunolmenſem, non habeamus materiam capiendi.

Teſte Rege apud Staunford, decimo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Pater Sanctiſſime, ſuper hiis, 1330.

Quæ inter noſtros Nuncios ad præſentiam, Magnifici Principis, An. 4.
Domini Philippi, Regis Franciæ deſtinatos, & Conciliarios ipſius E. 3.
Regis, ſuper Requeſtis, tempore quo ſibi Homagium fecimus tra- Rom. 4.
ditis, hinc inde, tractata fuerunt uſque modo, & ad quem finem E. 3. m.
negotia illa ſunt deducta, 2.

Iidem Nuncii noſtri, ſicut ex eorum relatu didicimus, veſtræ Benignitati Geſtarum Rerum ordinem litteratoriè intimârunt, & ob hoc, ad præſens, eâ recitare prætermittimus, nè veſtræ Pietatis aures, ex multiplicatione verborum, aliqualiter offendamus.

Verùm, Pater deſideratiſſime, quia idem Rex, ut conicitur a nonnullis, & ex Reſponſionibus & Geſtis ſuis poteſt veriſimiliter opinari, intendit gravare Nos, & noſtros Subditos, de Guerrâ, & ad hoc, ſicut nobis relatum eſt, jam ſe parat,

Nos, qui Pacem cum omnibus appetimus toto corde, & evitare diſpendia quæ ex Guerrarum turbinibus neceſſe eſt evenire, veſtræ Beatitudini duximus ſupplicandum, quatinùs præfatum Regem, ſi libeat, Paternis dignemini Exhortationibus excitare, ut Pacis ſtudeat ſequi Conſilia pro Malis innumeris, quæ ex Guerris eveniunt, declinandis; quia Nos ſemper parati ſumus, & erimus, in præmiſſis, & aliis, quæ ad plenam poterunt Concordiam pertinere, veſtræ Paternitatis parere Beneplacitis, & per ea dirigi in agendis.

Et, ſi forſan idem Rex nobis Guerram indicere voluerit taliter ſine causâ, neceſſe habemus ei Reſiſtentiam facere, &, prout nobis a Deo conceſſum fuerit, ſub veſtræ Protectionis munimine, Jura & Patrimonia noſtra defendere juxta vires.

Ex habundanti autem adhuc ad ipſum Regem mittere proponimus, ad oſtendendum ſibi dilucidè Summas, per Paces antiquas nobis debitas, ad finem Recompenſationis de Summis, quas a nobis exigit, optinendæ, & ad requirendum ipſum ut Defectum, in quem per Curiam ſuam poſiti fuimus, pendente Tractatu prædicto, contra ſuam & Conciliariorum prædictorum Promiſſionem, velit revocare, & diem indè nobis in Parliamento ſuo aſſignare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Notingham, viceſimo die Septembris.

---

* *Ad Seneſcallum Vaſconiæ, de oblatis per Regem pro Pace* IV.
habenda, & quantum Rex Franciæ adverſatur contra, ac 450.
ſuper Geſtu Fidelium in illis partibus.

ROY, a noz cheres & foialx, Monſigneur Johan Darcy, & a Ann. D.
Monſigneur Johan de Hauſtede, Seneſchal de noſtre Duchie 1330.
de Guienne, Salutz. An. 4.

Por ce que nous ſavoms bien que vous orriez volentiers No- E. 3.
velles de l'eſtat de noz beſoignes, pur queles les Eveſques de Cice- Vaſ. 4.
ſtre & Norwiz ont eſte pardevers la Court de France, E. 3. m.

Savoir vous feſoms que les ditz Meſſages ſont retornez parde- 4.
vers nous, & nous ont reportez coment le dit Roy de France, & ſon conſeil, ne voleient rien accepter les Reſponſes, queles nous avoms fait a luy par noz ditz Meſſages, a les Requeſtes que le dit Roy nous avoit fait, combien que elles furent aſſez juſtes & reſonables: ne a les Requeſtes, que nous lui feiſmes, rien reſpondre; mais reſpondy de ſa bouche a noz ditz Meſſages, que deſore il ne voleir ad nous tenir Trete.

Par

ſtruction de lur Vynes, & de lur autres Biens & Chatelx.

Mes, totes voies, ſi le Roi de France y veigne od poair, ou envoie y poair, par quoy il appierge q'il veigne a deſtruer & chivalchier le Pais, & a faire Conqueſt ſur nous, adonques vous mandoms, & chargeoms, que entre vous & noz foialx du Pais mettez eide tut a tut a faire la Defenſe, que vos ſaverez & purrez, ſauvant noz Villes, Chaſtelx, & Forteresſes en pais, a voſtre poer, juſques tant que nous puiſſoms faire Secur & Reſcous, que ſerra molt en haſt od leide de Dieu.

Promettantz a noz Subgetz, que des Damages & pertes, ſi nuls reſceivent par cauſe de la maintenance de noſtre Heritage, & de lour Loiautez envers nous, nous mettroms corps & avoir, & quant que nous avoms (come plus pleinement le Porter de ceſtes vous ſavera dire) pur eux defendre; &, en cas que riens perdent, que Dieu defend, pur faire a eux reſtor & Recompenſation de lur pertes, & damages, plus largement, que onqes, par nul de noz *

* IV. 451. Aunceſtres, ad eſte fait en nul temps paſſez.

Endroit de envoir argent a vous (faunz quel, nous ſavoms bien, que les choſes ne ſe poent meintenir ne perfournir) vous feſoms auxint ſaver, que nous averoms un conſeil General, a Notyngham, od les Prelatz, Contes, & Barons, de noſtre Roialme, a la Quinzeine de la Seint Michel, precheinement avenir, & ferroms adonques, par avis de noſtre Conſeil, en tieu manere, que vous, & totes noz bones Gentz, ſerretz bien recomfortez de une grand ſomme d'Argent, & averez ſuffiſalment de qoi vous purretz eſtre eide, a retenir Gentz d'Armes, & paier gages, pur la maintenance de noſtre Eſtat, & de reboter la dite force, od leide de Dieu, ſi boſoigne ſoit adonque.

Si vous prioms, mandoms, & chargeoms, ſicome vous deſirez l'onur & le profit de nous, & ſur la grant affiance que nous avoms en voz Loiautees, que vous parfurnez & accompliſſez totes les dites choſes en la meilour manere que vous ſaverez, & purrez, par lavis de ceux, de noſtre Conſeil, de celles partes, des queux vous vous fiez plus.

Car certeinement noſtre entention eſt, & de tut noſtre Conſeil, ſanz rien eſpernier, de mettre les choſes devers vous, en exploit, en manere ſuffiſante, ſi Dieu pleſt, come Sire Arnald de Till, noſtre chere Clerk & Secre, vous ſavera plus pleinement enfourmer.

Don. a Notyngham, le xx jour de Septembre.

De Libertatibus concedendis, & Fœderationibus contrahendis.

Ann. D. 1330. *An. 4. E. 3. Ibidem.*

ROY a les avantditz Salutz.

Nous vous envoions Lettres, ſouz noſtre Grant Seal, par queles nous avoms donez poair a vous, de granter Franchiſes, Libertees, & Munitees, a la Communalte de Burdeux, & a la Ville de Baione, & autres grantz Villes de noſtre Duchee, pur les norir en amour, & de attrere lour cuers & volentez a nous, ſolom ceo que par voſtre aviſement & diſcretion (des que nous nous fioms eſpecialement) verretz que plus nous purra tournir a profit, & ſolonc ce que vous avetz cauſes & matire, & que vous verretz que les dites Communaltes le purront meltz deſervir envers nous.

Et auxint vous avoms donez poair, par noz autres Lettres, de treter od les Gentz de Ageneys, & autres, que ſont en l'obbeiſſance le Roi de France, de les retenir, & requiller, devers nous, & de grautter a eux Pardonn & Remiſſion de totes maneres des choſes, des queles ils nous ont offendu en temps paſſez;

Et eſpecialment de treter od le Conte de Foys, le Conte de Comenge, & od Roger Bernard Frere du dit Conte de Foys, par

Necnon concordandi cum eodem Duce, ſeu Deputandis ab eo, ſuper terminis Solutionum, eidem Duci, ſeu Gentibus ſuis, per nos faciendarum, de quibuſcumque pecuniarum ſummis, eidem Duci, ſeu Gentibus ſuis, præmiſſâ occaſione promiſſis, ſeu promittendis,

Et etiam conveniendi cum eodem Duce, & Gentibus ſuis prædictis, de certis Pecuniarum Summis pro Stipendiis, Vadiis, & Cuſtibus, ac Reſtauro Equorum, Hominum ad arma, quos idem Dux in obſequium noſtrum ducet, ſeu mittet, prout melius fore viderint faciendum;

Promittentes Nos Ratum & ſtabile habituros quicquid, per præfatos Procuratores noſtros, vel Duos eorum, Tractatum, Vallatum, Concordatum, Conventum, & promiſſum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Pontemfractum, primo die Octobris. *Ibid.*

Conſimilis Poteſtas ad tractandum cum Comite Flandriæ.

Dat. ut ſupra.

Alia Poteſtas ad tractandum cum Comite de Gelre, Conſanguineo Regis, ac Comitibus, de Los, & Chyny, & aliis Nobilibus, & Perſonis quibuſcumque.

Dat. apud Notingham, undecimo die Octobris.

Pro Edwardo de Balliolo.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1330. *An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 2. m. 33.*

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, dilectum & fidelem, Edwardum de Balliolo, *&c. prout ſupra de Dat. 26 Jul.*

In cujus, &c. per unum annum duraturas.

Teſte Rege apud Notingham, decimo ſexto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De publicando, ſuper Negotiis Regis & Regni adminiſtratis hactenus in Damnum & Dedecus utriuſque, ſuper Areſtatione Comitis Marchiæ, Oliveri de Ingham, Simonis de Bereford, Actorum Principalium in Negotiis prædictis; & de intentione Regis gubernandi ſecundum Leges & Rationem.

LE Roi a Viſconte d'Everwyke, Salutz. Ann. D. 1330. *An. 4. E. 3. Clauſ. 4. E. 3. m. 20. dorſ.*

Pur ceo que noz Boſoignes, & les Boſoignes de noſtre Roialme, ont eſte meſnez tanque a ore a Damage & Diſhonure de nous, & de noſtre Roialme, & Enpoveriſſement de noſtre Poeple, ſicome nous ſumus aperceu, & les faitz le provent,

Par que, de noſtre Conſcience, & volunte demeigne, avoms fait areſter aſcunes Perſones, c'eſtaſſaver, le Count de la Marche, Sire Oliver de Ingham, & Sire Simon de Bereford, qi ont eſte Principal Moveours des dites Boſoignes,

Et voloms que totes Gentz ſachent que, deſore enavant, nous vo-

Digitized by Google

me factionis, ad dictum Parliamentum eligendis.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Clauſ.* 4. *E.* 3. *m.* 18. *d.*

LE Roi a Viſcounte de Lancaſtre Salutz.

Pur ce que nous avoms entenduz, que diverſes Oppreſſions, & Duretes, ount eſte faites ſur pluſours Gentz de noſtre Realme, per aucuns q'ount eſte noz Miniſtres en diverſes Offices, & auxint par aucuns Grantz de noſtre Realme, auxibien noz Conſeillers, come autres, tant come noz Boſoignes, per reſon de la tendereſſe de noſtre Age, ount eſte menez, per aucuns Gentz, a Damage & Deſhonoure de nous,

La quele choſe nous ne voloms deſore ſoeffrer, & nous avoms mout grant deſir que totes choſes feuſſent mis en eſtat due, & les Tortz & Miſpriſions redreſſez,

Vous mandoms & chargeoms en la foi, que vous nous devez, que haſtivement, ſanz delai, faitz crier permie veſtre Baillie, auxibien deinz Franchiſe, come dehors,

Que touz ceux, qui ſe vodreint pleindre des Oppreſſions, Duretes, ou autres Grevauns, a eux faites, countre Dreiture, & les Leys, & les Uſages de noſtre Realme, veignont a Wymoſtier a ceſt noſtre prochein Parlement, & moſtrent illoeques lour Pleintes a nous, ou a ceux que nous terroms faire covenable & haſtif Remede, dont ils ſe devient aggreer par reſon.

Et pur ce que, avant ces heures, acuns des Chivalers, que ſont venuz as Parlementz pur les Communautes des Countz, ount eſte Gentz de coveigne, & Maintenours de fauſes Quereles, & n'ount mi ſoeffreit que les bones Gentz poient monſtrer les Grevaunces du commun Poeple, ne les choſes que deuſſent aver eſte redreſſez en Parlement, a Grant Damage de nous, & de noſtre Poeple,

Vous maundoms & chargeoms que vous facez eſlire, par commun aſſent de veſtre Counte, deux des plus leaux & plus ſuffiſauns Chivalers, ou Serjeantz, en meſme le Counte, qui ſoient mie ſuſpecionous de male couveigne ne communs Maintenours des Parties, d'eſtre a noſtre dit Parlement, ſolonc la forme de noſtre Maundement, que vous en avez:

Et ce ne leſſez ſi come vous voillez eſcheure noſtre gref & Indignation.

Don. a Wodekoſte, le iij. jour de Novembre.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

* IV. 454. *Clauſ.* 4. *E.* 3. *m.* 17.

* *Pro Comite de Julers ſuper Annuitate Nongentarum Marcarum, nuper ſibi pro bono Servitio conceſſarum, ſolvendâ.*

Teſte Rege apud Wodeſtok, quarto die Novembris.

Ibidem. m. 18.

Pro Johanne de Hanoniâ, ſuper Penſione Mille Marcarum ſibi ſolvendâ.

Teſte ut ſupra, ſexto die Novembris.

De Magno Sigillo liberato, de Brevibus ad Lapidem Marmoreum ſignatis.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Clauſ.* 4. *E.* 3. *m.* 16. *d.*

MEmorandum quòd, Venerabilis Pater, Henricus Lincolniæ Epiſcopus, Cancellarius Domini noſtri Regis, die Mercurii, proximo ante feſtum Sancti Andreæ Apoſtoli, videlicet, xxviij. die Novembris, Anno Regni dicti Domini Regis Quarto, liberavit eidem Domino Regi Magnum Sigillum ipſius Domini Regis, in quâdam Bur-

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis; videlicet;

Vicecomiti Cornubiæ.
Vicecomiti Suththon.
Vicecomiti Wilteſ.

Ad Papam, pro Univerſitate Oxoniæ, ſuper Actu Reconciliationis Eccleſiæ & Cimiterii.

Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Rom.* 4. *E.* 3. *m.* 2. * IV. 455.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Ut ſemper haberet, Alma Mater, Eccleſia continuum Doctrinæ ſacræ fomentum, pro Patribus nati ſunt ei Filii, qui cœleſtis Doctrinæ Pabulum, novis ſuccedentibus Populis, quod in Patribus, obſtante conditione coruptibili, perpetuari non poterat, Novæ Prolis amplificatione, miniſtrentur.

Hac denique conſideratione motus, celebris memoriæ, Dominus E. Pater * noſter, in Univerſitate Oxoniæ, ad honorem Virginis Glorioſæ, Collegium quoddam Scolarium Artium Liberalium ac Sacræ Theologiæ piè conſtituit, a quo, deficientibus moderni temporis Doctoribus, Eccleſiæ ſuæ Anglicanæ educi & aſſumi poſſent, pro loco & tempore, Miniſtri Utiles, & Fidei Defenſores.

Eccleſiam inſuper Beatæ Virginis, in medio Municipii dictæ Univerſitatis conſtitutam, quæ ad Viginti & tres Marcas taxata eſt, & de ſuo Patronatu exiſtit, pro Suſtentatione dictorum Scolarium deputavit, & contulit auctoritate, Venerabilis Patris, Lincolnienſis Epiſcopi, & Capituli ejuſdem, Appropriatione factâ ſubſequenter.

Verùm,

Quia in dicti Collegii conſtitutione, dictus Pater noſter modum adhibuit, quòd, creſcentibus facultatibus ipſius, numerus Scolarium ejuſdem augeretur,

Nos, pium dicti Patris noſtri Propoſitum proſequi cupientes, Advocationes Eccleſiæ de Aberford, Eborum Diœceſe, quæ ad Sexdecim Libras, & Eccleſiæ de Coleby, Lincolnienſi Diœceſe, quæ ad Triginta & Quatuor Libras, Treſdecim Solidos, & Quatuor Denarios, taxantur (& quarum dicti Scolares ſunt Patroni) conceſſimus, quantum in nobis eſt, præfatis Scolaribus, in proprios uſus, perpetuò poſſidendas.

Veſtræ itaque Sanctitati, quæ pia Fidelium vota Paternis affectibus piè proſequitur, totis deſideriis ſupplicamus, quatinùs dictum Collegium Apoſtolicâ auctoritate approbare: Præpoſitum & Scolares ejuſdem Collegii, Res & Poſſeſſiones eorumdem, in ſpecialem Protectionem & Tuitionem ſuſcipere: Apropriationemque Eccleſiæ Beatæ Virginis ſupradictæ confirmare: nec non Eccleſias de Aberford & Coleby dictis Scolaribus appropriare; ipſiſque, Præpoſito & Scolaribus, in hiis, quæ in præmiſſis, & præmiſſa contingentibus, a veſtrâ Sanctitate juſtè & honeſtè poſtulaverint, Favoris & Gratiæ plenitudinem impendere velitis, ſi placet, intuitu præmiſſorum.

Ad hæc, Pater Sancte, cùm ad dictam Eccleſiam Beatæ Mariæ & Cimiterium ejuſdem, tanquam ad loca publica, frequens Hominum fit acceſſus, per quod Eccleſiam & Cimiterium prædicta ſanguinis effuſione pollui ſæpe contingit; & Diœceſani præſentia, propter amplitudinem Diœceſis, pro Reconciliatione hujuſmodi, de difficili multotiens optinetur:

Providentiam Sedis Apoſtolicæ duximus requirendam, quatinùs, Venerabili Patri, Lincolnienſi Epiſcopo concedere velitis de gratiâ ſpeciali, ut --- Abbati de Oſeneye, Ordinis Sancti Auguſtini, & --- Abbati de Regali loco juxta Oxoniam, Ordinis Ciſtertienſis, con-

Digitized by Google

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo die Decembris.

Ad Ambaldum prætaxatum pro Conſcientia informanda.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibid. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino A. Dei gratiâ, Tituli Sancti Laurentii in Lucynâ Presbitero Cardinali, Amico, &c. Edwardus, &c. Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Ne perverſorum haſtutia, dùm penes vos intentionis ſuæ Lucra ſectantur, vobis placentia ſuggerendo, veſtram circumveniat puritatem, & Jura Coronæ noſtræ, quibus vinculo juramenti aſtringimur, exquiſitis Suggeſtionibus interrumpat, veſtram in eâ parte conſcientiam, quotiens oportuerit, duximus informandam.

Ecce! Pater, perſuaſum eſt vobis Eccleſiam de Hoghton, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis.*

Dat. ut ſupra.

Ad Papam, pro Collegio de Merton commendatoria.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Rom. 3. E. 3. m. 1. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Collegium, dilectorum nobis in Chriſto, Scolarium Domûs de Merton, in Univerſitate noſtrâ Oxoniæ,

Ut eſſet Eccleſiæ Militantis & Doctrinæ Salutaris Promptuarium, ex piâ conſideratione Fundatoris, &, inſpirante Deo, ut credimus, ad dandam Scientiam Salutis Plebi ejus, ſalubriter Inſtitutum,

A quo educti ſunt hactenus Viri perfecti, quorum Doctrina longè lateque fulſit Eccleſia, & Fructus provenit Spiritualis Gratiæ multiformis,

Quibus poterimus ſinceris affectibus recommendamus veſtræ Sanctitati; ſuppliciter exorantes quatinùs ipſorum Petitionibus, Dei honorem, ut ſperamus, & Eccleſiæ Decorem concernentibus, Clementiæ veſtræ porrigendis, Apoſtolica ſolicitudo, univerſarum Eccleſiarum utilitatibus ſemper intenta, Paternis, ſi placet, viſceribus condeſcendat.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, undecimo die Decembris.

Ad Cardinales pro eodem Collegio.

Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibid. VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Peneſtrinenſi Epiſcopo, Domini Summi Pontificis Vicecancellario, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Pro Negotiis, dilectorum nobis in Chriſto, Cuſtodis & Scolarium de Merton (per ipſorum Procuratorem Paternitati veſtræ ſerioſiùs exponendis) Dei Honorem, ut credimus, & Eccleſiæ Decorem concernentibus (pro quibus etiam Domino Summo Pontifici noſtras Preces optulimus ſpeciales) Amicitiam veſtram corditer deprecamur,

Quatinùs in eiſdem Negotiis dicto Procuratori aſſiſtere velitis Conſiliis & Auxiliis, pro loco & tempore oportunis, &, ut ad exauditionis gratiam admitti valeant, Preces veſtras interponere, ſi placet, cum conſuetâ benivolentiâ efficaces.

les ditz, Henri, Thomas, Henri, & Thomas, & les altres, de lour Adherance & Compaignie, pur ſeurete faire a nous des ditz Raunceons, facez chaunceller & dampner a la ſeute de ceux, qui vendront ſur ce ſeute devers vous.

Don, ſouz noſtre Prive Seal, a Weſtmoſtier, le 12 jour de Decemb. l'An de noſtre Regne Quart.

Prætextu cujus Mandati omnes Recognitiones prædictæ, factæ prætextu Equitationis prædictæ apud Bedeford, cancellatæ ſunt & adnullatæ.

Ad Papam, pro Gratia de non reſidendo propter Aerem infectum & Sanitati contrarium.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.

Compatientes, ex intimis, debilitati corporis ſeneſcentis, diſcreti Viri, Clerici noſtri prædilecti, Johannis de Godelee, Decani Wellenſis, nuper Exonienſis Eccleſiæ Electi, & ipſius Solertem Induſtriam, in dirigendis dictæ Eccleſiæ negotiis, & utilitatibus procurandis, Recolentes, ut ipſius tranquillitati provideatur de cætero & quieti, eò libentiùs veſtræ Clementiæ effundimus Preces noſtras, quò eas ſperamus gratioſiùs exaudiri. 1330. An. 4. E. 3. Rom. 4. E. 3. m. 1.

Nuper ſiquidem, Pater Sancte, ut intelleximus, fuit ſibi a veſtrâ Benignitate indultum, ut ſe poſſet ab Eccleſiâ prædictâ, per Triennium, pro ſuâ diſpoſitione, abſentare; & nichilominus Diſtributiones & alia Emolumenta percipere, ac ſi in eadem perſonaliter reſideret, quacumque Conſuetudine, Conſtitutione, ſeu Juramento, non obſtante.

Quâ quidem Gratiâ per Triennium a datâ ejuſdem gratiæ, eo quod circa ardua dictæ Wellenſis Eccleſiæ negotia toto dicto Triennio extitit occupatus, uſus non extiterat,

Veſtræ Sanctitati votivis affectibus ſupplicamus, quatinus eidem, Johanni, ut Reſidendo in aliâ Eccleſiarum, ubi Beneficia optinet, vel in Corpore Decanatûs ſui, ſeu alicujus Præbendarum ſuarum, vel aliâ Eccleſiâ Cathedrali, ubi Beneficiatus exiſtit, aut in loco ubi * ceperat Originem, quotiens ſibi placuerit (prout Sanitati & Complexioni ſuæ melius viderit convenire) ſe ab Eccleſia Wellenſi valeat de cætero abſentare, quibuſcumque Conſuetudinibus, vel Statutis, ipſius Eccleſiæ, ſeu Juramento ſuo, non obſtantibus, indulgere dignemini gratioſè; & ut Diſtributiones & alia Emolumenta in abſentiâ ſuâ percipere poſſet, ſecundum formam Gratiæ ſibi prius conceſſæ; potiſſimè cum aer, in Civitate Wellenſi, ubi idem Decanus, reſidet, multotiens ſit infectus, & ſuæ contrarius Sanitati.

* IV. 458.

Conſervet vos Altiſſimus per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo tertio die Decembris.

Ad Cardinales ſuper Gratia prætacta.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino C. Dei gratiâ, Albanenſi Epiſcopo, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1330. An. 4. E. 3. Ibidem.

Viri Venerabilis, Deo devoti, & Clerici noſtri prædilecti, Johannis

Digitized by Google

caveatur,

Quæ, Sede plenâ, ad Collationem, Præſentationem, ſeu Diſpoſitionem aliam Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum Regni noſtri (quorum Temporalia de nobis tenentur in Capite) pertinerent,

Ipſis Eccleſiis, vel Monaſteriis, vacantibus, & ipſarum Temporalibus in manu noſtrâ exiſtentibus, ad nos, & non ad alium, de Nobili Prærogativâ & Jure Coronæ noſtræ, notoriè pertineant, & etiam pertinuerint ab antiquo,

Fueruntque Progenitores noſtri, Reges Angliæ, a tempore cujus contrarii memoria non exiſtit, & Nos, totis noſtris temporibus, in plenâ & pacificâ Poſſeſſione, vel quaſi Juris & Prærogativæ prædictorum, ſcientibus, Summis Pontificibus, qui vos in eminentiâ Celſitudinis Apoſtolicæ præceſſerunt.

Vacantibus tamen dudùm, unâ vice, tàm Eccleſiâ Cathedrali Eborum, per mortem, bonæ memoriæ, Domini J. Romayn, dudum Eborum Archiepiſcopi, quàm Theſaurariâ dictæ Eborum Eccleſiæ, per Privationem Domini Johannis de Columpna,

* IV. 459. * Felicis recordationis, Dominus Bonefacius, Papa Octavus, Prædeceſſor veſter, ipſam Theſaurariam (de Facto tantum, cùm de Jure non potuit) contulit Domino Franciſco Gaytani,

Set Avus noſter, Dominus E. tunc Angliæ Rex illuſtris, ipſam Theſaurariam, Clerico ſuo, Domino Waltero de Gedewynd donavit, prout ad ipſum, ratione Vacationis Archiepiſcopatus prædicti, pertinuit illâ vice,

Pro quâ Donatione Regiâ, ſervato Proceſſu legitimo, qui requiritur in hac parte, Judicium redditum, & Diffinitiva fuit lata Sententia, in Curiâ Regiâ, in quâ dumtaxat Jura & Prærogativæ Regis hujuſmodi debent, & non alibi pertractari,

Virtute cujus Judicii idem Walterus ritè, ſecundum Jura Regni noſtri, in dictam Theſaurariam Inductus, & præfatus Franciſcus Amotus extitit ab eadem:

Nuper verò, quodam Colore quæſito de Jure dicti Franciſci, Capellani veſtri, in dictâ Theſaurariâ (licet nullum Jus in eâ, vel ad eam habuit, ut præfertur) veſtra Sanctitas, in hoc, ut connicimus, circumventa, dictam Theſaurariam, tanquam per Dimiſſionem dicti Capellani veſtri de Jure Vacantem, Reverendo in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbitero Cardinali, de facto contulit, & ſibi providit de eadem:

Qui, Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de la Mare, Poſſeſſioni dictæ Theſaurariæ, ex causâ Permutationis, cum Domino Waltero ſupradicto, ut dicitur, ritè factæ, Incumbentem, & in Jus dicti Walteri ſuccedentem, occaſione dictæ Proviſionis veſtræ, fatigat multipliciter, & moleſtat, in enervationem Judicii prædicti, Depreſſionem Juris Coronæ noſtræ, & Regni noſtri Dampnum inæſtimabile, ſi Novitatibus & Uſurpationibus hujuſmodi minimè reſiſtatur:

Quibus nuper, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, oſtenſis apertiùs & detectis, ac ſuper hiis deliberatione præhabitâ diligenti, Proceribus, & Peritis, ac toti Regni noſtri videbatur Concilio, tunc ibidem, quòd prædictum Incumbentem, pro conſervatione Juris noſtri, defendere debeamus.

Quocirca veſtræ Beatitudini votivis precibus ſupplicamus, quatinùs, præmiſſis clementer attentis, & æquo Libratis examine, prædictam Proviſionem de dictâ Theſaurariâ, ut prædicitur, in Juris noſtri præjudicium, per vos factam, dignemini cautiùs revocare, dicto Domino Cardinali ſuper hoc Silentium imponentes, ut,

Ceſſantibus Litium Amfractibus, & aliis periculis majoribus, quæ ex Novitatibus & Uſurpationibus hujuſmodi poſſint veriſimiliter provenire, cùm nimiùm nos turbaret ſi, quod abſit, Corona Regia, noſtris temporibus, ſuorum Jurium pateretur Eclipſim,

ſimiliter poterunt provenire, a proſecutione Proviſionis, ſuper hoc vobis factæ, & impugnatione Juris noſtri prædicti, ſuperſedere velitis, ſi placuerit, penitùs in futurum, in aliis vero quæ commode poterimus, vota veſtra cum ——— plenitudine proſequemur.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Decembris.

Ad Papam, ſuper Conceſſionibus pro Capella Regis, Palatii Weſtmonaſterienſis.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Oblatis nuper veſtræ Sanctitati Precibus noſtris, 1330.
Pro, Dilectis nobis in Chriſto ——— Abbate & Conventu *An.* 4.
Weſtmonaſterii, Liberæ Capellæ Palatii noſtri Principalis, ut *E.* 3.
quandam Bullam Honorii Papæ Quarti, Prædeceſſoris veſtri, di- *Rom.* 4.
ctis ——— Abbati & Conventui, ſuper quibuſdam Beneficiis, *E.* 3.
per eundem Papam conceſſis, dudum confectam, renovare, rati- *m.* 1.
ficare, & confirmare, veſtra dignaretur Apoſtolica Celſitudo,

Quam benignitèr annuiſtis, Dilectis & Fidelibus noſtris, Willielmo de Monte Acuto, & Bartholomæo de Burgherſſh, Ambaſſatoribus noſtris, referentibus, concepimus evidenter; undè ad omnimodas Gratiarum Actiones, Sanctitati veſtræ perſolvendas, totis affectibus inclinamur.

Verùm, Pater, hujuſmodi negotio, Venerabili Patri, Peneſtrinenſi Epiſcopo, Vicecancellario veſtro, ad redigendum ſub Bullâ commiſſo, quædam eſt Difficultas adhibita, propter quam Gratiæ veſtræ adimpletio hactenus eſt ſuſpenſa,

Manſuetudinem veſtram requirimus & rogamus ut, ſi ex numero Beneficiorum, in dictâ Bullâ contentorum, exurgat Difficultas memorata, tunc Gratiam veſtram prædictam,

In Relevationem & Suſtentationem Fabricæ dicti Monaſterii, quæ magna & ſumptuoſa eſt, & eo ſumptuoſior & celebrior, quo Progenitorum noſtrorum corpora ibidem humata quieſcunt,

Saltèm in numero Ternario Beneficiorum eorumdem (videlicet, Sabricheſworth, Kellevedene, & Langedon) juxta vim & effectum Conceſſionis dicti Papæ Honorii, veſtra, ſi placeat, perficiat & compleat Moderatio quàm benigna.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Decembris.

Ad Vicecancellarium Papæ, ſuper dictis Conceſſionibus.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Peneſtri- Ann. D.
nenſi Epiſcopo, Domini Summi Pontificis Vicecancellario, 1330.
Amico ſuo Cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dile- *An.* 4.
ctionis affectum. *E.* 3.
Oblatis nuper Domino Summo Pontifici precibus noſtris pro *Ibidem.*
dilectis nobis in Chriſto ——— Abbate & Conventu Weſtmonaſterii, Liberæ Capellæ Palatii noſtri Principalis, ut quandam Bullam, *&c. prout ſupra mutatis mutandis: tunc ſic* conſuetam Benivolentiam penes dictum Summum Pontificem interponere velitis, noſtris, ſi placet, interventibus & amore.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur,

Domino M. Tituli Sanctorum Johannis & Pauli, Presbitero Cardinali.

De

Digitized by Google

hinc indè exortis, nuper habito,

Fuiſſet, inter alia, Concordatum, & per ipſum Genitorem veſtrum promiſſum, quòd, dilecti Conſanguinei & Fideles noſtri, Thomas Wake Dominus de Ledel, Henricus de Bello Monte Comes de Boghan, & Henricus de Percy, reſtitutionem habere deberent de Dominiis, Terris, & Poſſeſſionibus ſuis, quæ, occaſione Guerrarum prædictarum, præfatus Pater veſter poni fecerat ad manum ſuam, ſicut per Litteras patentes ipſius Patris veſtri, indè confectas, poterit pleniùs apparere:

Et, licet præfatus Henricus de Percy Reſtitutionem Terrarum & Poſſeſſionum ſuarum jam habuerit, ut intelleximus, virtute Conventionis & Promiſſionis prædictarum, præfati tamen, Thomas Wake & Henricus de Bello Monte nullam adhuc de ſuis Terris & Poſſeſſionibus Reſtitutionem fuerint aſſecuti;

Nos igitur,

Deſiderantes univerſa, quæ tractata & concordata fuerint, ſeu promiſſa, compleri & debito effectui mancipari,

Serenitatem veſtram rogamus, & requirimus ex affectu, quatenus præfatis, Thomæ & Henrico de Bello Monte, plenam Reſtitutionem de Dominiis, Terris, & Poſſeſſionibus ſuis, unà cum Exitibus, indè medio tempore perceptis, fieri faciatis, ſecundum formam Tractatûs prædicti, & juxta effectum Literarum ipſius Patris veſtri prædictarum; & ſuper hiis cum Portitoribus præſentium, indè pleniùs informatis, tractare, & nobis inde Velle veſtrum, necnon ſuper his, quæ vobis penes nos placitura fuerint, reſcribere velitis, ſi placet, per eoſdem Portitores.

Data apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Decembris.

---

* IV. 462. Ann. D. 1330. *An.* 4. *E.* 3. *Rom.* 4. *E.* 3. *m.* 2.

* *Ad Papam Literæ propria Regis manu ſcriptæ.*

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum.

Pater deſideratiſſime, ob affectionis intimæ puritatem, quâ perſonam, dilecti Clerici & Secretarii noſtri, Magiſtri Ricardi de Bury, ampleċtimur in viſceribus caritatis,

Fructuoſa obſequia, quæ nobis, à Pueritiâ noſtrâ, impendit multipliciter Laboribus Indefeſſis, & indies impendere non deſiſtit, noſtro aſſiduè Lateri aſſiſtendo, nec non ipſius Merita Probitatis & Induſtriæ magnitudinem contemplando,

Ipſum veſtræ Clementiæ noſtris literis, conſcriptis propriâ manu noſtrâ, ut cordis noſtri deſiderium ſuper hoc Benignitati veſtræ pleniùs nudaretur, recommendavimus vicibus iteratis.

Et, præter hoc, Dilectum & Fidelem noſtrum, Willielmum de Monte Acuto, quem nuper, unà cum aliis Fidelibus noſtris, pro quibuſdam noſtris Negotiis, ad veſtræ Sanctitatis præſentiam deſtinavimus, oneravimus, ut ipſe eundem Clericum noſtrum commendaret veſtræ Beatitudini ex parte noſtrâ;

Cui veſtra tunc, ut nobis retulit, Sanctitudo reſpondit, quòd de ſtatu ſuo diſponere volebatis tempore oportuno.

Verùm,

Quia ejuſdem Clerici noſtri Promotionem, præ ceteris noſtris Clericis, peroptamus, eo quòd novimus ipſum virum in Conſiliis providum, Converſationis & Vitæ munditiâ decorum, literarum Scientiâ præditum, & in agendis quibuſlibet Circumſpectum,

Sanctitati veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinùs, noſtram in eodem Clerico noſtro, ſi placet, contemplantes perſonam, ei Præbendas illas,

Quas Magiſter Gilbertus de Middleton, Archidiaconus Nor-

---

* IV. 463. Ann. D. 1331. *An.* 4. *E.* 3. *Pat.* 4. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 2.

* *De 5000 Marcarum a Rege Scotiæ receptis.*

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Noveritis Nos recepiſſe, & in Pecuniâ numeratâ habuiſſe, de, Excellentiſſimo Principe, Domino David, Dei gratiâ, Rege Scotiæ illuſtri, Fratre noſtro cariſſimo, Quinque Milia Marcarum Sterlingorum, in partem Solutionis Decem Milium Marcarum *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis.*

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Januarii.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Noveritis, &c. *ut ſupra uſque ibi* cariſſimo *tunc ſic* Tria Milia Marcarum Sterlingorum, in partem Solutionis, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis *&c. ut ſupra uſque ibi* cariſſimo *tunc ſic* Duo Milia Marcarum Sterlingorum, in partem Solutionis *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

Pro Mercatoribus de Societate Bardorum, de Decem Milibus Marcarum eis ſolvendis per Regem Scotiæ.

Ann. D. 1331. *An.* 4. *E.* 3. *Clauſ.* 4. *E.* 3. *m.* 4.

MAgnifico Principi, Domino David, Dei gratiâ, Regi Scotiæ Illuſtri, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & Succeſſus, ad vota, ſemper proſperos & felices.

Grata & fructuoſa obſequia, quæ, dilecti Mercatores noſtri, Dinus Forcetti, Petrus Reyner, Bartholomæus de Barde, & Loterius Johannis, & Socii ſui, Mercatores de Societate Bardorum de Florentia, Genitori noſtro, & nobis, ante hæc tempora, multipliciter impenderunt, & nobis indies impendere non deſiſtunt, attendentes,

Et conſiderantes ipſos penes veſtram Celſitudinem uberiores favorem & gratiam, noſtri contemplatione, invenire,

Ipſos Mercatores, & eorum Bona, infra Regnum veſtrum conſiſtentia, Magnificentiæ veſtræ ſpeciali recommendamus affectu, attentiùs exorantes quatinùs ipſos Mercatores, & eorum Procuratores, & Nuncios, cum ipſos, vel eorum aliquem, ad partes veſtras contigerit declinare, benignè admittere velitis, & ipſorum Negotia jubere favorabiliter expediri.

Cæterùm,

Cùm aſſignaverimus eiſdem Mercatoribus illa Decem Milia Marcarum, quæ nobis, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futuro, ſolvere tenemini in plenam ſolutionem illorum Triginta Milium Marcarum, quæ nobis debebantur juxta formam Pacis, inter Nos, &, bonæ memoriæ, Dominum Robertum, Genitorem veſtrum, dudùm initæ & firmatæ,

Placeat, quæſumus, veſtræ Celſitudini præfatis Mercatoribus, vel Uni eorum, ſeu ipſorum Attornato, dicta Decem Milia Marcarum ſolvere, adveniente Termino ſupradicto, & recipere ab eiſdem

Digitized by Google

1331. An. 4. E. 3. Clauſ. 4. E. 3. m. 7.

Cùm nuper,

Intelligentes quòd Communis Tranſitus eſſe debet, per medium Curtæ Novi Templi Londoniæ, uſque ad Aquam Tamiſiæ, tàm Clericis de Cancellariâ noſtrâ, & aliis Miniſtris noſtris, quàm aliis quibuſcumque, per aquam prædictam verſus Weſtmonaſterium venire volentibus, ab Ortu Solis uſque ad Solis Occaſum,

Vobis mandaverimus, quòd Portas Templi prædicti teneri faceretis Apertas, pro tranſitu Clericorum & Miniſtrorum prædictorum, ſicut ante hæc tempora fieri conſuevit:

Jámque intellexerimus quòd Pons, per quem Tranſitus ad Aquam prædictam, in dictâ Curiâ, adeo dirutus & confractus exiſtit, quòd non poteſt per eum Tranſitus fieri: per quod dicti Clerici & Miniſtri noſtri, ac alii, quo minus per aquam uſque Weſtmonaſterium venire poſſint, impediuntur;

Nos, volentes ſuper hoc apponi Remedium, prout decet, vobis Mandamus, quòd Pontem prædictum Reparatione & Emendatione, quibus neceſſariò indiget, de Exitibus Terrarum & Redditúum, ad Templum illud ſpectantium, quæ ſunt in Cuſtodiâ veſtrâ, reparari & emendari faciatis; & Cuſtus, quos circa hoc poſueritis, cum illos ſciverimus, vobis, in Compoto veſtro, de eiſdem Exitibus, allocari faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Januarii.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Rege Franciæ ſuper Requeſtis hinc inde traditis.

Ann. D. 1331. An. 4. E. 3. Pat. 4. E. 3. p. 2. m. 12.

UNiverſis, præſentes Litteras inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem.

Ad reſumendum amicabilem Tractatum,

Inter nuper Deputatos per, Excellentiſſimum Principem, Dominum Phillippum, Dei gratiâ, Franciæ Regem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, pro ipſo Domino Rege ex parte unâ, & quoſdam Nuncios noſtros, ad hoc ſpecialiter Deputatos, pro nobis ex alterâ, ſuper aliquibus Requeſtis, Nobis per dictum Dominum Regem, & aliis ſibi per nos, nuper Ambiani hinc indè traditis, ac ſuper aliis, inter eundem Dominum Regem & Nos reformandis, nuper habitum, & per aliquod tempus continuatum,

Nec non ad tractandum amicabiliter, nomine noſtro, cum præfato Domino Rege, vel deputandis ab eo, ſuper omnibus & ſingulis Requeſtis prædictis, & eas ac earum quamlibet tangentibus, ac ſuper aliis inter dictum Dominum Regem & Nos reformandis, de quibus plena Concordia nondum extitit reformata:

Et ad ea, quæ tractari & concordari contigerit, nomine noſtro firmandum & vallandum,

Et omnia alia, quæ circa ea neceſſaria & oportuna fuerint, faciendum,

Dilectos & Fideles noſtros, venerabiles Patres, Adam Wygornienſem, & Willielmum Norwycenſem, Epiſcopos, Henricum de Percy, & Hugonem de Audeleye, Milites, & Magiſtrum Johannem de Shordich Juris Civilis Profeſſorem,

De quorum fidelitate probatâ & circumſpectione providâ plenam fiduciam reportamus,

* IV. 465. Omnes, Quatuor, Tres, & Duos eorum * (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit unus) Facimus, Ordinamus, & Conſtituimus noſtros Procuratores, & Nuntios ſpeciales; promittentes Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per dictos, Epiſcopos, Milites, & Clericum, omnes, Quatuor, Tres, vel Duos eorum

ca Tractatum, Recompenſationem, & Æſtimationem hujuſmodi fuerint neceſſaria, & etiam oportuna; Ratum & Gratum habentes, & habituri, quicquid per dictos, Epiſcopos, Milites, & Clericum, Quatuor, Tres, & Duos eorum (ut eſt dictum) amicabiliter nomine noſtro, Tractatum, Recompenſatum, Æſtimatum, Factum, & Firmatum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum duximus apponendum.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Januarii.

De tractando cum Rege Franciæ, ſuper Queſtionibus, Litibus, Demandis, & Debatis quibuſcumque.

UNiverſis, præſentes literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem. Ann. D. 1331. An. 4. E. 3. Ibidem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos,

De Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Adæ Wygornienſis, & Willielmi Norwicenſis, Epiſcoporum, Henrici de Percy, & Hugonis d'Audele, Militum, & Magiſtrorum, Johannis de Shordich, & Thomæ Sampſon, Juris Civilis Profeſſorum, plenam fiduciam reportantes,

Ipſos noſtros, veros & legitimos, ordinamus, facimus, & conſtituimus, Procuratores, & Nuncios ſpeciales;

Dantes eis omnibus, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (quorum alter dictorum Epiſcoporum ſit Unus) generalem, plenam, & liberam, Poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum, tranctandi & componendi, pro nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Dei gratiâ, Francorum Rege illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Litibus, Querelis, Demandis, Controverſiis, ſeu Debatis, necnon Petitionibus, Actionibus, Realibus, & Perſonalibus, atque Mixtis, quas idem Dominus Rex erga Nos, ſeu Subditos noſtros, habet, vel habere poterit, vel Nos erga ipſum Dominum Regem, ſeu Subditos ſuos, quâcumque * occaſione habemus, vel habere * IV. 466.
poterimus quovis modo,

Et omnia & ſingula, quæ Tractata & Concordata fuerint, quâcumque firmitate vallandi,

Nec non petendi, ſtipulandi, recipiendi, retinendi, paciſcendi, tranſigendi, concordandi, & conveniendi, & omnia alia & ſingula faciendi, quæ ad plenam Concordiam, inter præfatum Dominum Regem & Nos, firmandam poterunt pertinere, & quæ Nos facere poſſemus ſi præſentes eſſemus;

Promittentes, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Firmum habere, & habituros quicquid per prædictos Procuratores, & Nuncios noſtros, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorum (ut eſt dictum) Geſtum, Actum, & Factum, ſeu etiam Procuratum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum:

Super quibus approbandis, tenendis, ſervandis, faciendis, & complendis, Nos, & Hæredes noſtros, & Bona noſtra omnia, obligamus;

Et hoc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt, aut poterit in futurum, ſignificamus per has Literas noſtras Patentes, Sigilli noſtri munimine roboratas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Januarii.

Digitized by Google

Ann. D. REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem.
1331. Cùm teneamur, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de
An. 4. Grandiſſono, Executori Teſtamenti Blanchiæ, nuper Reginæ Na-
E. 3. varræ, dudum defunctæ, in Mille Marcis, pro diverſis Jocali-
Clauſ. 4. bus, in Cuſtodiâ ipſius Willielmi nuper exiſtentibus, nobis libera-
E. 3. *m.* tis,
2. Et eaſdem Mille Marcas eidem Executori, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, proximo futuros, per æquales Portiones, ad
* IV. Scaccarium noſtrum ſolvere promiſerimus, prout in Literis * no-
467. ſtris Patentibus, præfato Executori indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus quòd eidem Executori, vel ejus Attornato in hac parte, dictas Mille Marcas, ad Terminos prædictos, per æquales Portiones, de Denariis,

In quibus, Dilectus & Fidelis noſter, Willielmus la Zouſche de Mortuo Mari, nobis per Recognitionem, indè in Cancellariâ noſtrâ factam, & vobis ad Scaccarium prædictum miſſam, tenetur,

Liberetis; &, factâ Liberatione prædictâ, recipiatis a præfato Executore, vel Attornato ſuo prædicto, Litteras noſtras ſupradictas, necnon Litteras Acquitantiæ, Receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Litera ad Regem Scotiæ, ſuper Reſtitutione Terrarum juxta formam Pacis.

Ann. D. MAgnifico Principi, Domino David, Dei gratiâ, Regi Sco-
1331. torum, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex
An. 5. Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Salutem, &
E. 3. Succeſſus, ad vota, proſperos & fœlices.
Clauſ. 5. Querelam, Venerabilis Patris, L. Epiſcopi Dunolmenſis, rece-
E. 3. *p.* 1. pimus continentem, quòd,
m. 28. *d.* Cùm in Tractatu, ſuper reformatione Pacis, inter Nobilem Virum, Dominum Robertum, quondam Regem Scotorum, Patrem veſtrum, & Nos nuper initæ & firmatæ, habito, inter cætera, contineatur quòd Viris Eccleſiaſticis, utriuſque Regni, ſuper Poſſeſſionibus ſuis, per Guerram occupatis, nullatenus præjudicetur,

Ac pro eo quod Villa de Upſetlington, cum pertinentiis,

Quæ eſt de Regno noſtro Angliæ, & Jus Eccleſiæ ipſius Epiſcopi, Sancti Cuthberti, Dunolmenſis, & de quâ Prædeceſſores ipſius Epiſcopi ſemper hactenus, a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, ut de Jure Eccleſiæ ſuæ prædictæ, ſeiſiti fuerunt,

Per dictum Patrem veſtrum de Guerrâ extitit occupata, &, tempore Tractatûs prædicti, ab eodem Epiſcopo detenta,

Vos per Literas noſtras pluries rogaverimus, quod eidem Epiſcopo Villam prædictam, cum pertinentiis, liberare curaretis, juxta tenorem Tractatûs ſupradicti,

Et, licet vos, prætextu Mandatorum & Tractatûs prædictorum, Villam prædictam, cum pertinentiis, præfato Epiſcopo li-

ſum Comitem, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra,

Ad Comitem Marchiæ.

REX, Nobili Viro, Domino Patricio de Dumbar, Comiti Ann. D.
Marchiæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dile- 1331.
ctionis affectum. *An.* 5.
Querelam, Venerabilis Patris, L. Epiſcopi Dunelmenſis, rece- *E.* 3.
pimus, continentem, quòd, *Ibid.*
Cùm in Tractatu, ſuper reformatione, Pacis, *&c. prout ſupra uſque ibi ſeiſiti fuerunt, tunc ſic*, per prædictum Robertum de Guerrâ extitit occupata, *&c. ut ſupra uſque ibi* tenemur, *tunc ſic*,

Veſtram Amicitiam requirimus, & rogamus, quatenus ab hujuſmodi Impedimentis, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

Pro Civibus Baionæ de non adquirendo ad Manum mortuam.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Majori Civitatis ſuæ Baio- Ann. D.
næ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, ac eorum cui- 1331.
libet, Salutem. *An.* 5.
Supplicârunt nobis Cives Civitatis noſtræ prædictæ, per Peti- *E.* 3.
tionem ſuam, coram Nobis, & Concilio noſtro exhibitam, ut, *Vaſc.* 5. *E.*
Cùm Epiſcopi, Canonici, Viri Religioſi, & aliæ Perſonæ Ec- 3. *m.* 22.
cleſiaſticæ, Terras, Tenementa, & Redditus, & Feoda, infra Libertatem Civitatis prædictæ, adquirant, & ea ingrediantur, Licentiâ noſtrâ ſuper hoc non optentâ, in noſtri præjudicium, & Civitatis prædictæ deteriorationem manifeſtam,

Velimus indè, tàm pro indempnitate noſtrâ, quàm Civium Civitatis noſtræ prædictæ, & aliorum Subditorum noſtrorum partium illarum, de Remedio congruo providere,

Nos, volentes hujuſmodi præjudicialibus præcavere, vobis, & cuilibet veſtrûm mandamus, quòd hujuſmodi Epiſcopis, Canonicis, Viris Religioſis, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, ex parte noſtrâ, inhiberi faciatis, nè ipſi Terras, Tenementa, Redditus, ſeu Feoda hujuſmodi quoquo modo, perquirant, vel ea ingrediantur, ita quòd ad MANUM MORTUAM deveniant, ſine Licentiâ noſtrâ ſpeciali, ſub foriſfacturâ eorumdem,

Et, ſi quos inveneritis contraria facientes, tunc ipſos, per captionem hujuſmodi Tenementorum, ſeu Feodorum, ſic adquiſitorum, in Manum noſtram, ac alio modo, puniri, ac ea, quæ in contrarium, ante hæc tempora, ſunt attemptata, revocari, & ad ſtatum priſtinum reduci faciatis, prout rationabiliter fuerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Langeleye, ſexto die Februarii.

Per Petitionem de Concilio.

Digitized by Google

Nos igitur, qui Defenſioni ejuſdem Prioratûs aſtringimur,
Conſiderantes non eſſe conſonum rationi quòd ad Regimen Prioratûs prædicti (ubi Conventus eſt, & Regularis Obſervantia vigere dinoſcitur) aliquis, qui Obſervantiam Religionis profeſſus non fuerit, præficiatur ibidem in Priorem,
Nec viſum eſt huculque in Regno noſtro, quòd Proviſiones aliquæ, de hujuſmodi Prioratibus Monachorum, factæ fuerunt aliquibus temporibus retroactis,
Paternitati veſtræ quantâ poſſumus affectione, ſupplicamus quatinùs, ad præmiſſa benignæ conſiderationis intuitum porrigentes, præfato Cardinali, ut ab Inquietatione præfati Prioris, prætextu Proviſionis ſupradictæ, omnino deſiſtat, injungere velitis, præcipuè pro Scandalis, quæ exindè veriſimiliter ſequi poterunt, evitandis; quia non decet, nec ſuſtinere poterimus, quòd aliquis Conventui prædicto præſideat, qui Regularem vitam profeſſus non fuerit, & noverit Obſervationum Regularium Diſciplinam.

Conſervet, &c.

Teſte Rege apud Langele, octavo die Februarii.

Ad dictum Cardinalem, ſuper Poſſeſſione prædicta.

Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Ibidem.*

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte, Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
Etſi veſtri Honoris & Profectuum incrementa ſincero deſideremus affectu, impenſa Nobis a veſtrâ Dilectione obſequia contemplando, in hiis tamen, quæ a rationis tramite deviare videntur, & Nobis, ac Juri Coronæ noſtræ, animadvertimus cedere in præjudicium manifeſtum, annuere non poſſumus votis veſtris, ſet urgente cogimur Conſcientiâ Circumſpectioni veſtræ, quod in corde gerimus, aperire.
Dudùm ſiquidem, vacante Prioratu de Monte Acuto, qui de Progenitorum noſtrorum fundatione, & noſtro exiſtere dinoſcitur Patronatu, Religioſus * Vir, & nobis in Chriſto dilectus, Frater Guichardus de Jou, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis, uſque hæc verba; viz.*

* IV. 470.

Paternitatem veſtram rogamus, & requirimus ex affectu, quatinùs ab hujuſmodi Inquietationibus & Moleſtationibus, præfato Priori, ſuper Statu ſuo, in Prioratu prædicto, præmiſſâ occaſione, inferendis, omnino deſiſtere velitis, cùm non deceat, ut Nobis viſum eſt, quòd aliquis dicto Prioratui præſideat, qui profeſſus non fuerit Ordinem Monachalem, nec æquanimiter ſuſtinere poterimus quòd Proviſiones de hujuſmodi Prioratibus, ubi Regularis viget Obſervantia, fiant aliter quàm temporibus Progenitorum noſtrorum fieri conſuevit.

Dat. ut ſupra.

Super Adquiſitione Feodi Nobilis.

Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Vaſc.* 5. *E.* 3. *m.* 20.

REX, Seneſcallis ſuis Vaſconiæ & Landarum, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem.
Relatum eſt nobis a nonnullis, quòd,
Licet, de Conſuetudine, in Ducatu prædicto, hactenus optentâ & approbatâ, non liceat alicui Ignobili, Feodum Nobile in eodem Ducatu adquirere, ſine Licentiâ noſtrâ ſpeciali,

---

De Pace, inter Regem & Robertum de Brus, nuper Regem Scotiæ, inita, conſervanda.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Willielmo, eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Willielmo Priori Dunolmenſi, Henrico de Percy, Rogero Heyron, Gilberto de Borondon, Roberto de Homcliff, Willielmo de Denum, Richardo de Aldeburgh, & Adæ de Boghes, Salutem. — Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Pat.* 5. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 28. *dor.*
De Fidelitate & Circumſpectione veſtrâ pleniùs confidentes, aſſignavimus vos, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, vel Duos veſtrûm, Juſticiarios noſtros,
* Ad Pacem, inter Nos, & Subditos noſtros, & Robertum de Brus, nuper Regem Scotiæ, & Subditos ſuos, Homines de Scotia, initam & firmatam, in Comitatu Northumbriæ, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, cuſtodiri & obſervari faciendum, — * IV. 471.
Et ad Querelas omnium & ſingulorum, de Tranſgreſſionibus aliquibus, contra formam Pacis prædictæ, in Comitatu prædicto factis, ſe conqueri volentium, audiendum,
Et ad Juſtitiam eiſdem Conquerentibus, ſecundum Legem & Conſuetudinem Marchiarum, faciendum,
Necnon ad Antiquas Bundas, inter Regnum noſtrum & dictum Regnum Scotiæ, unà cum Hominibus de Scotiâ, ad hoc aſſignandis, declarandum, & perambulandum,
Et ad Bundas & Diviſas, inter dicta Regna, ubi neceſſe fuerit, de Novo faciendum,
Et ad Nos, de Bundis & Diviſis, de quibus concordare non poteritis, certificandum:
Et ideo vobis mandamus quod præmiſſa, omnia & ſingula, faciatis & exequamini in formâ prædictâ, facturi indè quod ad Juſtitiam pertinet, ſecundum Legem & Conſuetudinem Marchiæ prædictæ, ſalvis nobis Amerciamentis & aliis, ad Nos indè ſpectantibus.
Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, quod, ad certos dies & loca, quos vos, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, vel Duo veſtrûm, ei ſcire faciatis, venire faciat coram vobis, Octo, *&c.* Tot, *&c.* de Ballivâ ſuâ, per quos, *&c.* inquiri, *&c.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Haryngton, Ranulpho de Dacre, & Richardo de Denton, Salutem.
De Fidelitate & Circumſpectione veſtrâ pleniùs confidentes, aſſignavimus Vos, & Duos veſtrûm, Juſticiarios noſtros,
Ad Pacem, inter Nos, & Subditos noſtros, & Robertum de Bruys, nuper Regem Scotiæ, & Subditos ſuos, Homines de Scotiâ, initam & firmatam, in Comitatu Cumbriæ, in omnibus & ſingulis Articulis, *&c. prout ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro

ribus decimum octavum diem Martii, proximò futurum, apud Berewicum ſuper Twedam; ubi Deliberationem ſuper præmiſſis habere volebatis, & nos certificare ulteriùs de Reſponſo.

Verùm,

Quia nobis inſidet multum cordi ut ea, quæ ſic tractata & promiſſa fuerant, compleantur,

Serenitatem veſtram rogamus, & requirimus Precibus iteratis, quatenùs Latoribus præſentium, ad diem prædictum, talem Reſponſionem facere velitis, quòd indè ſe debeant rationabiliter contentare, & quòd nulla Diſſenſionis Materia ex hoc inpoſterum valeat ſuboriri.

Data apud Croydon, viceſimo quarto die Februarii.

Ad Comitem de Murref, ſuper reſtitutione præfata.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Ibidem.*

REX, Nobili Viro, Thomæ Rondulf, Comiti de Morref, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Nuper pro eo quòd in Tractatu Pacis, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Vos meminimus rogâſſe, quòd penes Dominum David Regem Scotiæ Illuſtrem (cui ſuper hoc noſtras Literas deprecatorias tranſmiſimus) inſiſtere velletis pro reſtitutione præfatis, Thomæ & Henrico de Bello Monte, de Terris & Poſſeſſionibus ſuis, faciendâ, juxta formam Tractatûs, & effectum Conventionis & Promiſſionis, prædictarum.

Verum,

Quia idem Dominus Rex aſſignavit diem Portitoribus hujuſmodi Literarum noſtrarum, videlicet, decimun octavum diem Martii, proximò futurum, apud Berewicum ſuper Twedam, pro Reſponſo habendo ſuper Negotio antedicto,

Dilectionem veſtram rogamus, & requirimus ex affectu, quatenùs, ut ea, quæ ſic tractata & promiſſa fuerant in præmiſſis, debitum poſſint ſortiri effectum, pro cujuſlibet Diſcordiæ materiâ evitandâ, conſilium & auxilium velitis efficaciter impertiri, & Portitoribus harum Literarum noſtrarum, in proſecutione negotii ſupradicti, favoribus aſſiſtere oportunis.

Dat. ut ſupra.

Ad Epiſcopum Sancti Andreæ, ſuper Negotio memorato.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Ibid.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Domino J. Sancti Andreæ Epiſcopo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm in Tractatu Pacis, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Ac Nos,

Deſiderantes univerſa, quæ tractata & concordata fuerant, ſeu Promiſſa, compleri, & debito effectui mancipari,

Dominum David, Regem Scotiæ illuſtrem, per noſtras rogavimus Literas Precibus iteratis, quatenus præfatis, Thomæ & Henrico de Bello Monte, plenam Reſtitutionem de Dominiis, Terris, & Poſſeſſionibus ſuis, unà cum Exitibus, indè medio tempore perceptis, fieri faceret, ſecundum formam Tractatûs prædicti, & juxta effectum Literarum ipſius Regis Scotiæ prædictarum.

* *Tom. II. P. III.*

paſſent,

Ac Hugo de Turpliton Miles, & Ricardus de Monemuth, propter reſiſtentiam, quam Areſtationi prædictæ facere præſumpſerunt, interfecti fuiſſent,

Nos,

Conſiderantes quòd Interfectio illa, præter ipſius Thomæ, & aliorum Fidelium noſtrorum prædictorum, voluntatem, & in exequendo Mandatum noſtrum prædictum caſualiter, & non per Feloniam excogitatam, facta fuit,

Volentéſque ſecuritati ipſius Thomæ, & aliorum Fidelium noſtrorum prædictorum, ibidem exiſtentium, ne de morte prædictorum, Hugonis & Ricardi, ſeu de aliquibus, per ipſos, aut eorum aliquem, circa Areſtationem ejuſdem Rogeri perpetratis, ad Sectam noſtram, aut aliorum, poſſint futuris temporibus Occaſionari, ſeu eâ Occaſione aliqualiter inquietentur, proſpicere volentes ut tenemur,

De Aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum de Regno noſtro, in præſenti Parliamento, apud Weſtmonaſterium convocato, exiſtentium, Pardonavimus eidem Thomæ, & omnibus aliis Fidelibus noſtris prædictis, Sectam Pacis noſtræ, & quicquid ad nos pertinet de morte prædictorum, Hugonis & Ricardi, ac aliis Exceſſibus & Tranſgreſſionibus quibuſcumque, ſi qui per ipſum Thomam, & alios Fideles noſtros prædictos, in Areſtatione prædictâ fuerint perpetrati, & Firmam Pacem noſtram eis, & cuilibet eorum, indè concedimus:

Nolentes quòd ipſi, vel eorum aliquis, ad Sectam noſtram, aut alterius, per Appellum, vel alio modo quocumque, de Morte, Exceſſibus, ſeu Tranſgreſſionibus ſupradictis, Occaſionentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Croydon, viceſimo quarto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles literas de Pardonatione habent ſubſcripti; videlicet,

Johannes de Nevill.

Teſte ut ſupra.

Willielmus de Clynton.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

Pro Archiepiſcopo Dubliniæ contra Epiſcopum Oſſorienſem.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1331.

Nuper, Beatiſſime Pater, Venerabilem Patrem, A. Dublinienſem Archiepiſcopum, Sanctitati veſtræ recomendavimus Affe- *An. 5.*
ctu ſpeciali, Clementiam veſtram exorantes, quatinùs eidem in *E. 3.*
Negotiis, quæ in Curiâ Sanctitatis veſtræ perſecutus fuit, favoris *Rom. 5.*
& gratiæ plenitudinem impendere dignaremini. *E. 3 m. 5.*

Jam verò, materiâ Negotiorum illorum * pleniùs intellectâ, * IV.
Manſuetudinem veſtram iteratis precibus pulſandam duximus pro 474.
Eodem, quatinus in Negotio, quod contra ipſum intentat Oſſorienſis Epiſcopus, Suffraganeus ejus, minus veraciter, ut credimus,

Domino G. Dei gratiâ Sabinenſi Epiſcopo.
Domino M. tituli Sanctorum Johannis & Pauli Preſbitero Cardinali.
Domino R. tituli Sancti Euſebii Preſbitero Cardinali.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.
Domino H. tituli Sancti Laurentii in Lucinâ Preſbitero Cardinali.

Pro Nobilibus Baroniæ de Miro Monte.

Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Vaſc.* 5. *E.* 3. *m.* 17.

REX Seneſcallus ſuis Vaſconiæ & Landarum, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, ac eorum cuilibet, aut eorum Loca tenentibus, Salutem.

Ex parte Nobilium Baroniæ de Miro Monte, nobis eſt conquerendo monſtratum quod,

Cum à tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit, in dictâ Baronia Duæ fuiſſent Curiæ,

Una, videlicet, in quâ Nobiles Baroniæ illius,

Et Alia in quâ Ignobiles ſolebant judicari,

Quidam vero, nitentes ſe Nobiles prædictos prægravare, ipſos in Curiâ Ignobilium judicari, & aliàs moleſtari & gravari procurant:

Super quo Nobis eſt ſupplicatum, ut pro eiſdem Nobilibus velimus, in hac parte, de Remedio congruo providere;

Nos, volentes ſuper præmiſſis fieri quod eſt juſtum, & hactenus conſuetum, vobis mandamus quod,

Habitâ ſuper Conſuetudine prædictâ informatione pleniori, ſi vobis, per informationem hujuſmodi, aut alio modo legitimo, conſtare poterit Conſuetudinem prædictam, à tempore prædicto, talem fuiſſe, & eſſe debere,

Tunc ab hujuſmodi Moleſtationibus Gravaminibus, præfatis Nobilibus de cætero inferendis, deſiſti faciatis, prout de Jure, & ſecundum Conſuetudinem prædictam, fuerit faciendum.

Teſte Rege apud Croyndon, viceſimo quinto die Februarii.

Per Concilium.

• IV. 475.

* *De Locum tenente Regis in Hibernia conſtituto.*

Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Pat.* 5. *E.* 3 *p.* 1. *m.* 26.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, dilecti Conſanguinei & Fidelis noſtri, Willielmi de Burgh, Comitis Ultoniæ, plenam fiduciam reportantes,

Conſtituimus ipſum Comitem, Locum noſtrum tenentem in dictâ Terrâ noſtrâ Hiberniæ, ad faciendum & excercendum omnia & ſingula, quæ ad Conſervationem Pacis noſtræ ibidem poterunt pertinere; ità quòd ea per conſilium & aviſamentum, dilecti & fidelis noſtri, Antonii de Lucy, Juſticiarii noſtri Hiberniæ, & aliorum de Concilio noſtro ibidem, faciat & exerceat, prout pro bono Regimine Terræ noſtræ prædictæ, & honore & commodo noſtro, melius fuerit faciendum.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Croyndon, tertio die Martii.

merciamenta, vel Catalla foriſfacta; ſet quòd Juſticiarius, & alii Miniſtri, hujuſmodi Cuſtodias & Maritagium vendant, & alium commodum Regis indè faciant juxta Diſcretiones ſuas.

ITEM, quòd Vicecomites & Coronatores, de cætero, eligantur per Communitates Comitatuum, & non alio modo: & quòd Catalla foriſfacta remaneant in cuſtodiâ villatarum.

ITEM, quòd Juſticiarius, ſeu aliquis alius Miniſter, non recipiat aliquem Magnatem in Plegium, vel Manucaptorem, verſus Dominum Regem, niſi quatenùs pro commodo Regis viderint faciendum.

ITEM, quòd Juſticiarius Obſides, pro conſervatione Pacis ſibi liberatos, in Caſtris Domini Regis faciat ſalvo cuſtodiri ad ſumptus ſuos proprios, & quod, ſi ipſi, qui poſuerunt hujuſmodi Obſides, Conditiones, & Conventiones, quas fecerunt, non obſervent, Juſticiarius faciat Juſtitiam & Judicium de hujuſmodi Obſidibus.

ITEM, quòd Juſticiarius, ſeu aliquis Magnas Hiberniæ, non concedat Protectiones alicui, contra Pacem Regis exiſtenti.

ITEM, quòd nullus Miniſter Regis, de cætero, recipiatur in Plegium, vel Manucaptorem, verſus Dominum Regem.

ITEM, quòd Fines de Vaccis, de cætero, pro Redemptione, non capiantur, ſet Denarii.

ITEM, quòd Treuga, capta & capienda inter Anglicos & Hibernicos, de cætero obſervetur, & quod neutra pars * dampnum alteri, durante hujuſmodi Treugâ, inferat; &, ſi fecerit, pro Feloniâ habeatur. • IV. 476.

ITEM, quòd nullus Utlagatus in Gildabili receptetur infra Libertates; nec, è converſo; & indè fiat Ordinatio per Juſticiarium, & alios Miniſtros, & Dominos Libertatum.

ITEM, quòd Vicecomites, & alii Miniſtri, computent quolibet Anno ſemel, ad minus, ſi commodè fieri poterit.

ITEM, quod Seneſcallus alicujus Domini Hiberniæ non ponatur in aliquo Officio Regis.

ITEM, quòd Theſaurarius, vel aliquis alius Miniſter Regis, ubi ipſe intendere non poteſt, ſupervideat, quolibet Anno, Caſtra Regis, & ſtatum eorumdem, & quod emendari faciet Defectus eorumdem.

ITEM, quòd Vicecomites in Turnis, quæ faciunt de Brevibus Domini Regis, ponant nomina ſua; ita quod quilibet Vicecomes de Exitibus, foriſfactis, & aliis Proficuis, quæ requiruntur ſub nomine Vicecomitis, oneretur ad Scaccarium pro tempore ſuo proprio.

ITEM, quòd extranei non aſſignentur Collectores Cuſtumarum Regis; ſet Burgenſes Villarum, ubi tales Cuſtumæ colligi debent, aſſignentur ad eas colligendum, & hoc fiat de Potentioribus & diſcretioribus.

ITEM, quòd Juſticiarius faciat inquirere, quolibet Anno, de Miniſtris Domini Regis, & eorum factis, & quod puniat Delinquentes, per conſilium & aviſamentum Cancellarii, & Theſaurarii, & aliorum de Concilio Regis, & amoveat Inſufficientes, & ponat Sufficientes.

ITEM, quòd nullus manuteneat, nec ducat Kernes, nec Gentes, vocatas IDELMEN, niſi in Marchiis ſuis propriis, & ad Cuſtus eorumdem; nec faciat Priſas.

ITEM, quòd omnes Miniſtri Regis, qui tenentur ad computandum, & non habent Terras ſeu Tenementa ſufficientes in Hiberniâ, inveniant Manucaptionem in Hiberniâ ad reſpondendum Regi de Compotis ſuis ibidem.

ITEM, quòd omnes habentes Terras & Tenementa in Hiberniâ, tàm Religioſi, quàm alii, præmuniantur, quod reſideant in eiſdem, ſi ſint in Marchiâ, vel alibi; vel ponant ſufficientem Cuſtodiam, pro conſervatione Pacis in eiſdem, citra Feſtum Sancti Petri, ad vincula, proximo futurum; &, ſi non fecerint, quod Rex, in eorum

Digitized by Google

reſpondeant, prout decet.

Teſte Rege apud Croyndon, quinto die Martii.

Per ipſum Regem & Concilium.

---

* IV. 477.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Vaſcon. 5. E. 3 m. 15. dorſ.*

** Super Penſionibus in Vaſconia Papæ Nepotibus conceſſis.*

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem.

Cùm Dominus E. quondam Rex Angliæ, Pater noſter dudùm, per Literas ſuas Patentes, conceſſiſſet Petro Doſa, tunc Vicecomiti Caramannii, jam defuncto, Sexcentas Libras Turonenſium Parvorum, percipiendas ſingulis Annis, in Feſto Paſchæ, per Manus Conſtabularii Burdegaliæ, qui pro tempore foret, quouſque idem Pater noſter præfato Petro, de Sexcentis Libratis Terris Turonenſium Parvorum, per Annum, ſibi, & Hæredibus ſuis, habendis imperpetuum, providiſſet,

Conceſſiſſet etiam, per alias Literas Patentes, idem Pater noſter, Petro de Viâ, Treſcentas Libras, & Arnaldo de Tryn alias Treſcentas Libras Turonenſium Parvorum, percipiendas per manus dicti Conſtabularii in Feſto prædicto, quouſque cuilibet ipſorum, Petri de Viâ & Arnaldi, de Treſcentis Libratis Terræ Turonenſium Parvorum, habendis ſibi, & Hæredibus ſuis, per eundem Patrem noſtrum proviſum eſſet,

Prout in Literis prædictis ipſius Patris noſtri pleniùs continetur:

Ac jam, ex parte Arnaldi Doſa, Vicecomitis Caramannii, Filii & Hæredis prædicti Petri Doſa, ac prædictorum, Petri de Via & Arnaldi, nobis ſit ſupplicatum ut eis, de Terris, ad valorem prædictum, ſecundum formam & effectum Literarum ipſius Patris noſtri prædictarum, in Terris noſtris, vocatis INTER DUO MARIA ET CONDAK, Burdegalenſi Diœceſe, vel in aliis locis competentibus, infra Ducatum noſtrum prædictum, providere, & eas eis velimus facere aſſignari, habendas in formâ prædictâ,

Nos,

Ut eorum Supplicationi condeſcendere valeamus, prout decet, volentes per vos certiorari in quibus locis Aſſignationes prædictæ commodiùs fieri poſſunt, ſive in dictis Terris INTER DUO MARIA ET CONDAK, ſive in aliis Terris noſtris, infra Ducatum noſtrum prædictum,

Vobis committimus & mandamus, quatinùs vos indè, omnibus modis & viis, quibus expedire videritis, informetis, & Terras prædictas, ac alias, prout expedire videritis, uſque ad valorem prædictum, diligenter extendi faciatis, quantum, videlicet, valeant per Annum, in omnibus Exitibus & Emolumentis, juxta verum valorem eorumdem; ac Informationem & Extentas hujuſmodi nobis, ſub Sigillis veſtris, diſtinctè & apertè, ſine dilatione, mittatis unà cum Concilio veſtro, & Aviſamento, in hac parte.

In cujus, &c.

Dat. apud Eltham, viceſimo octavo die Martii.

LE ROI D'ENGLETERRE, DUC DE GYENNE, tendra ſes Meins entre les Meins du Roi de France: Et cil, qi parlera pur le Roi de France, adreſcera ſes Paroles au Roi d'Engleterre, Duc de Gyenne, & dirra ainſi;

Vous devenez Homme Lige du Roi de France, Monſieur, qi ci eſt, come Duc de Gyenne & Pier de France, & li promettez Foi & Loiaute porter, ditez VOIRE?

Et li dit Roi, & Duc, & ſes Succeſſours, Ducs de Gyenne, dirront VOIRE.

Et lors le Roi de France recevera le dit Roi d'Engleterre & Duc au dit Homage Lige, a la Foi, & a la Bouche, ſauf ſon Droit, & l'autri.

Derrechief, quant le dit Roi & Duc enterra en l'Omage du Roi de France, & de ſes Succeſſours Rois de France, pur la Countee de Pontif & de Moſtroill, il mettra ſes Meins entre les Meins le Roi de France, & cil, qui parlera pur le Roi de France, adreſcera les Paroles au dit Roi & Duc, & dirra ainſi;

Vous devenez Homme Lige du Roi de France, Monſieur, qi ci eſt, come Counte de Pountif & de Moſtroill, & li promettez Foi & Loiaute porter, ditez VOIRE?

Et li dit Roi, & Duc, Counte de Pountif & de Muſtroill, dirra VOIRE.

Et lors li Roi de France recevera le dit Roi & Counte au dit Homage Lige, a la Foi, & a la Bouche, ſauf ſon Droit, & l'autri;

Et auxi ſerra fait & renovellee tutes les Foitz, qui l'Omage ſe fera.

Et de ce bailleroms Nous, & noz Succeſſours, Ducs de Gyenne, fairz les ditz Homages, Lettres Patentes, ſealees de noz Grantz Sealx, ſi le Roi de France le requiert.

Et, aveque ce, nous promettoms, en bone foi, tenir & garder effectuelement les Pais & Acord, fairz entre les Rois de France & les Rois d'Engleterre, Ducs de Gyenne, & lour Predeceſſours Rois de France, & Ducs de Gyenne.

Et, en ceſte manere, ſerra fait, & ſerront renovellees les dites Lettres, par les ditz Rois & Ducs, & lour Succeſſours, Ducs de Gyenne, & Countes de Pountif & de Moſtroill, tute les Foitz qui le Roi d'Engleterre, Ducs de Gyenne, & ſes Succeſſours, Ducs de Gyenne, & Countes de Pountif & de Muſtroill, qi ſeront pur le temps, entreront en l'Omage du Roi de France, & de ſes Succeſſours Rois de France.

En Teſmoign de queles choſes a ceſtes nos Lettres Overtes avoms fait mettre noſtre Grant Seal.

Don. a Eltham le Trentiſme jour de Marcz, l'An de Grace, Mill, Trois Centz, & Trentiſme Primer, & de noſtre Regne Quint.

Ad Papam, pro Canonizatione Thomæ nuper Comitis Lancaſtriæ.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Rom. 5. E. 3. m. 4.*

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Etsi Romana Eccleſia Sacroſancta, quæ juſtis ac piis votis Principum clementer annuere conſuevit, nonnunquam in hiis ſe reddat difficilem, præſertim in arduis, prout Apoſtolicam condecet gravitatem,

Illius tamen, cujus vices geritis, Promiſſionibus animati, qui dixit,

Digitized by Google

Dat. apud Eltham, tertio die Aprilis.

Ad Cardinales, ſuper Canonizatione ſpeditâ.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ibid.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Sancti Angeli Diacono Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Miraculorum laudabilium Eminentes Virtutes, quas Dominus pro ſuo Milite Inclito, Thoma quondam Comite Lancaſtriæ indeſinenter creditur operari, nos excitant & inducunt, ut erga Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, pro ipſius Militis Canonizatione, per Nos & Amicos noſtros, magnæ devotionis inſtantia laboremus.

Sanè Preces noſtras Domino noſtro Summo Pontifici direximus, pro hujuſmodi negotio, vicibus multoties iteratis, quæ hucuſque ad nos vacuæ redierunt; ſet illius Promiſſionibus animati, qui dixit, PULSANTIBUS APERIETUR, eidem Domino noſtro adhuc humiliter duximus ſupplicandum, ut, quod pia fidelium affectat Devotio, in hac parte dignetur feliciter diffinire.

Paternitatem veſtram, de quâ fiduciam gerimus ſpecialem, & quam in noſtris agendis ſemper invenimus operoſam, requirimus & rogamus, quatinùs, pro expeditione tàm Sancti & pii Negotii, partes veſtræ Solicitudinis tàm effectualiter curetis interponere, ut votiva noſtra Supplicatio, veſtro præſidio mediante, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittatur.

Nec moveant vos, ſi placet, commenta fictitia Maliloquorum, qui veſtræ ſimplicitatis auribus, minus veraciter, ſuggerere referuntur, quod dampna & obprobria, olim Dominis Cardinalibus, in partibus Dunolmiæ, irrogata, eis ex conniventiâ dicti Comitis illata fuerunt.

Re verâ enim pro firmo, *&c. ut ſupra uſque ibi,*

Cæterum mittimus ad vos, dilectos nobis, Magiſtrum Johannem le Brabazoun Profeſſorem Sacræ Theologiæ, Antonium de Peſſan Militem, & Magiſtrum Johannem de Newton, vel duos eorum, pro proſecutione iſtius Negotii penes Sedem Apoſtolicam faciendâ; quos, noſtræ contemplationis intuitu, velitis dirigere in agendis, & eiſdem aſſiſtere Conſiliis & Auxiliis oportunis.

Dat. apud Eltham, tertio die Aprilis.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Domino P. de Mortuo Mari, Tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Preſbitero Cardinali Vicecancellario.

• IV. 480. * *Domino M. Dei gratiâ, Tituli Sanctorum Johannis & Pauli Preſbitero Cardinali.*

Domino H. Dei gratiâ, Tituli Sancti Laurentii in Lucina Preſbitero Cardinali.

Domino N. Dei gratiâ, Sancti Adriani Diacono Cardinali.

Domino R. de Farge, Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.

Domino G. Dei gratiâ, Tituli Sancti Ciriaci in Termis Preſbitero Cardinali.

Item Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis ſine clauſula, *nec moveant vos &c.* videlicet,

Domino L. Sanctæ Mariæ in Viâ latâ Diacono Cardinali

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes, quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Dovorriam, quarto die Aprilis.

Per ipſum Regem & Concilium.

Memorandum de Tranſfretatione Regis.

MEmorandum quòd, die Jovis, videlicet, quarto die Aprilis, Anno Regni Regis Edwardi, Tertii a Conqueſtu, quinto, idem Dominus Rex, quaſi horâ primâ, poſuit ſe in Mari, in Portu Dovorriæ, in quadam Navi, & tranſfretavit verſus partes Franciæ, pro implendo quodam Voto, quod in quodam Periculo conſtitutus emiſerat, & pro quibuſdam aliis Negotiis, ſuam & Regni ſui utilitatem tangentibus: Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 20. d.

Et, Venerabilis Pater, J. Wintonienſis Epiſcopus, Cancellarius ipſius Regis, Dominus Willielmus de Monte Acuto, & quidam alii, eodem die, cum præfato Domino Rege ad partes illas tranſfretârunt;

Et Dominus Cancellarius, die Lunæ, videlicet, primo die Aprilis, in receſſu ſuo de Londoniis, verſus partes prædictas, dimiſit Magnum Sigillum ipſius Domini Regis in quâdam Burſâ, Sigillo ipſius Cancellarii conſignatâ, apud Domum ſuam in Suthwerk, in Cuſtodiâ Magiſtri Roberti de Strateford, Fratris ipſius Epiſcopi,

*Qui quidem Robertus, & Magiſter Henricus de Clif, die Craſtinâ, dictum * Sigillum apperuerunt, & Brevia indè in Prioratu Beatæ Mariæ de Suthewerke conſignare fecerunt, & ſic remanſit dictum Magnum Sigillum in Cuſtodia prædicti Roberti, ſub Sigillo præfati Magiſtri Henrici, de Præcepto dicti Domini Regis.* • IV. 481.

Pro Rege Scotiæ, de Bladis cariandis, non obſtante Inhibitione.

REX Vicecomiti Lincolniæ, Salutem. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 17. dorſ.

Licet tibi nuper præceperimus quod in locis, infra Ballivam tuam, ubi videris expedire, publicè faceres proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi, nè quis, Mercator, ſeu alius, Blada aliqua extra Regnum noſtrum duci, ſeu cariari, faceret ſine Licentiâ noſtrâ ſpeciali,

Volentes tamen, Magnifico Principi, Domino David, Dei gratiâ, Regi Scotiæ, Fratri noſtro cariſſimo, Gratiam facere ſpecialem, conceſſimus ei quòd Ipſe per Homines & Servientes ſuos, quos ad hoc per Litteras ſuas Patentes deputate voluerit, Quadringenta Quarteria Frumenti & Braſiæ in Ballivâ tuâ emere, & ea uſque ad partes Scotiæ ducere & cariare poſſit, pro expenſis Hoſpitii ſui:

Et ideò tibi præcipimus, quod dictos Homines & Servientes præfati Regis Blada prædicta, infra Ballivam tuam emere, & ea exinde uſque ad dictas partes Scotiæ, abſque impedimento, ducere & cariare permittas; Proclamatione, ſeu Inhibitione, noſtrâ hujuſmodi non obſtante.

Teſte Johanne de Eltham, Comite Cornubiæ, Fratre noſtro, Cuſtode Regni noſtri, apud Eltham, duodecimo die Aprilis.

Per Concilium.

Tran

Digitized by Google

ront pour le temps, l'Omage ſe ſera en ceſte manere,

Le Roy d'Engleterre, Duc de Guyenne, tendra ses mains entre les mains du Roy de France, & cil, qui
* IV. parlera pour le Roy de France, adrecera ſes Paroles au Roy *
482. d'Engleterre Duc de Guyenne & dira ainſi,

Vous devenez Homme Lige du Roy de France, Monſieur, qui ci eſt, comme Duc de Guyenne, & Per de France, & le promettez Foy & Loyaute porter, dites Voire?

Et le dit Roy & Duc, & ſes Succeſſeurs Dux de Guyenne, diront Voire:

Et lors le Roy de France Receura le dit Roy d'Engleterre & Duc, au dit Hommage Lige, a la Foy, & a la Bouche, ſauf ſon Droit & l'autrui.

Derrechieſe quant le dit Roy d'Engleterre & Duc, entrera en l'Omage du Roy de France, & de ſes Succeſſeurs, Rois de France, pour la Conte de Pontiu & de Monſtereul, il mettra ſes Mains entre les Mains du Roy de France, & cil, qui parlera pour le Roy de France, adrecera ſes Paroles au dit Roy & Duc, & dira ainſi,

Vous devenez Homme Lige du Roy de France, Monſieur, qui ci eſt, come Conte de Pontiu & de Monſtereul, & li prometez Foy & Loyaute porter, dites Voire?

Et le dit Roy & Duc, Conte de Pontiu & de Monſtereul, dira, Voire.

Et lors le Rois de France Receura le dit Roy & Conte au dit Homage Lige, a la Foy, & a la Bouche, ſauf ſon droit & l'autrui.

Et ainſi ſera fait & Renouvele, toutes les Foiz, qe l'Omage ſe ſera.

Et de ce baillera le dit Roy & Duc, & ſes Succeſſeurs Dux de Guyenne, faiz les diz Homages, Lettres Ouvertes, ſeellees de leurs Grans Seels, a nous & a nos Succeſſeurs Roys de France, ſe nous, & nos diz Succeſſeurs, le Requerons, ou Requierent.

Et, avecques ce, nous ait Promis le dit Roy & Duc, es dites Lettres, tenir & garder effectuelment les Paiz & Acorz, faiz entre les Rois de France & les Roys d'Engleterre, Dux de Guyenne, & leur Predeceſſeurs Rois de France & Dux de Guyenne.

Et que en ceſte manere ſera fait, & ſeront Renouvelees les dites Lettres per les diz Rois & Dux, & leurs Succeſſeurs Duc de Guyenne, & Contes de Pontiu & de Monſtereul, toutes les Foiz que le Roy d'Engleterre & Duc, & ſes Succeſſeurs, Dux de Guyenne, Contes de Pontiu & de Monſtereul, qui ſeront pour le temps, entreront en l'Omage le Roy de France, & de ſes Succeſſeurs Rois de France,

Nous voulons & octroions pour Nous, & nos Succeſſeurs Rois de France, qui ſeront pour le temps, que, per les Recognoiſſances & Declarations deſſus dites, le Roy d'Engleterre, Duc de Guyenne, Conte de Pontiu & de Monſtereul, & ſes Succeſſeurs, Dux de Guyenne, & Contes de Pontiu & de Monſtereul, ſes Subgiez, ne leur Terres, ne ſoient plus obligiez, ne chargez envers Nous, nos Hoirs, & nos Succeſſeurs Rois de France, q'il & ſes Predeceſſeurs, Dux de Guyenne, & Contes de Pontiu & de Monſtereul, qui avoient fait Homage aus Rois de France, leur Subgiez, & leurs Terres eſtoient, povoient, & devoient eſtre, per Raiſon obligiez, & charges, devant les dites Recognoiſſances & Declarations.

foy & loyaute porter,

La quelle choſe il ne fiſt pas adunques, pour ce que il n'eſtoit pas enformez ne certains que ainſi le deuſt faire, ſi comme il nous fiſt dire,

Et toutevois il nous fiſt homage par paroles generaus, en diſant, qu'il entroit en noſtre homage, ainſi come il, & ſes Predeceſſeurs, Dux de Guyenne, eſtoient Jadiz entrez en homage des Rois de France, qui avoient eſte pur le temps,

Et depuis en enca il ait eſte bien enformez & acertenez de la verite, & ait recogneu par ſes lettres ouvertes, ſeellees de ſon Grant Seel, que le dit homage, que il nous fiſt a Amiens, combien que il le feiſt par paroles generaus, fu, eſt, & doit eſtre entendu liges, & que il nous doit foy & loyaute porter comme Duc de Guyenne & Per de France, & comme Conte de Pontiu & de Monſtereul, & es dites lettres nous ait en bonne foy promis foy & loyaute porter,

Et pour ce, que en temps a avenir, de ce ne ſoit james contens ne deſcort, a faire le dit homage, nous ait promis en bonne foy pour lui, & pour ſes Succeſſeurs Dux de Guyenne, qui ſeront pour le temps, que toutes foiz, que il & ſes Succeſſeurs, Dux de Guyenne, entreront en noſtre homage, & de noz Succeſſeurs, Rois de France, qui ſeront pour le temps, l'omage ſera fait par certain manier contenue es lettres ſur ce faites,

Nous voulons & octroions au dit Roi & Duc, que il n'eſſoit aſchoiſounez, ne moleſtez par nous, ne par autres de ce, & ſur ce, que il ne recognu a Amiens l'omage, que il nous fiſt, ſi comme dit eſt, eſtre lige, & de ce, & ſur ce, que il ne nous voult lors promettre foy & loyaute porter.

Et que, ſe pour ce il eſtoit encheu en aucune poine ou amende envers nous, nous ycelle poine ou amende li quittons par ces preſentes lettres de bon gre, & de certaine ſcience.

En teſmoing de la quelle choſe nous avons fait mettre noſtre Seel en ces preſentes lettres.

Doun a Saint Chriſtofle en Halate, le xiij. jour d'Avril, l'An de grace Mil, CCC. Trente & Un.

Et nous, en teſmoing de la veue des dites lettres, & du tranſcript d'icelles, avons mis en ceſt dit tranſcript le Seel de la Prevoſte de Paris, l'An & le Lundi deſſus diz.

Rollant.

Collation faite par Trouſſel.

Tranſcriptum, ſuper Facto de Xaintes per Comitem Alenſonii, & de 30000 Libr. Turon. inde Regi Angliæ ſolvendis.

A *Touz ceus, qui ces lettres verront, Jehan de Milan, Garde de* Ann. D.
la Prevoſte de Paris, Salut. 1331.
Sachent tuit que nous, l'An de Grace Mil, CCC. Trente & Un, An. 5.
le Lundi deux jours en Septembre, veiſmes unes lettres saines & en- E. 3.
tieres, ſeellees en double queve, & en cire jaune, de Grant Seel no- Ex Autogr.
ſtre Seigneur le Roy, contenanz, de mot a mot, la fourme qui s'enſuit;

PHe-

Digitized by Google

Subgiez, ſi comme nos Genz diſoient & maintenoient;

Et, a ceſte fin, propoſoient pluſeurs Raiſons, & eſpecialment en diſant, que ja ſoit ce, que ce, dont noſtre dit Couſin ſe douloit, euſt eſte fait a juſte cauſe, ſi comme nos Genz diſoient, toutevois il nous avoit mout deſpleu de ce que fait avoit eſte es diz Chaſtel & Bourc; & tantoſt, comme nous euſmes oy les movement, qui eſtoit ou Pais de Xainctonge, nous avions mande a noſtre dit chere Frere le Conte d'Alençon, qui lors y eſtoit, que il ne feiſt riens de novel contre ceuls des diz Chaſtel & Bourc; mais il & ſes Genz receurent nos lettres ſi tart, que il avoient ja fait es diz Chaſtel & Bourc ce que fait y a eſte; & que toutoſt, comme noſtre dit chere Frere a receu noz dites lettres, il ſe ceſſaſt de plus faire, ſi commes nos dites Gentes diſoient.

Et, ſur ce pluſeurs Raiſons propoſees d'une partie & d'autre, finablement, pur nourrir & garder bonne Pais, bon Acort, & Amiſtie, entre nous avons amiablement & de commun conſentement Acorde en la forme & manere, que s'enſuit; ceſt aſſavoir,

Que nous avons voulu que les diz Chaſtel & Bourc de Xainctes ſoient renduz & delivrez ou point, ou il ſont a preſent, a noſtre dit chere Couſin, le Roy d'Engleterre & Duc: & y celui Chaſtel & Bourc lui avons rendu, & rendoms par la teneur de ces Preſentes Lettres, a faire, & refaire, s'il li plait, & a faire en toutes ſes volentez; & pour tout le droit, Raiſon, & Action, que il, ſes Genz, & ſes Subgiez avoient, povoient, ou devoient, avoir pour les cauſes deſſus dites, & chaſcune d'icelles envers nous, noz Genz, & Subgiez, noſtre dit chere Frere, ſes Genz, & ſes Subgiez, ſe aucun Droit, Raiſon, ou Action, y avoit noſtre dit chere Couſin, la quelle choſe nos dites Genz ne recognoiſſent pas,

Et, pour bien de Pais, de Tranſaction, & de Concorde, nous dourrons, & paierons Trente Mille Livr. Tourn. par une Foiz, au terme de Paſques, prochain venanz, a noſtre dit chere Couſin,

Et pur ce, il de ſa bonne Volente, & de ſa certaine Science, ſanz aucun Erreur de Fait ou de Droit, nous a Quittie, & Clame quitte, a touz jours, & noſtre dit chere Frere le Conte d'Alençon, noz Genz, & noz Subgiez, & les Subgiez de noſtre dit chere Frere, auſſi & touz ceuls qui ont, & auront, cauſe de nous, & de eus, nos Heires, & nos Succeſſeurs, & les leurs, perpetuelment, de toutes les choſes & faiz deſſus diz, & de tout ce, qui s'en eſt enſui, & nous en deliure notre dit chere Couſin perpetuelment, & nous en fait Convenances, Reelles & Perpetuelles, de james non Demander, & non Reclamer, riens ſur ce.

Et nous avoms promis, & promettoms, en bonne foy, pour Nous & nos Succeſſeurs, a noſtre dit chere Couſin, par Stipulation ſolenne & ferme, paier les dites Trente Mille Livres a noſtre dit chere Couſin, & d'icelles faire Satisfacion au dit terme.

En Teſmoing de la quelle choſe nous avons fait mettre noſtre Seel en ces preſentes lettres.

Doun a Saint Chriſtofle en Halate, le xiij jour d'Avril, l'An de Grace Mil, CCC. Trente & Un.

• IV. 485. *• Et nous, en Teſmoing de la veue des dites Lettres, & du Tranſcript d'icelles, avons mis en ceſt dit Tranſcript le Seel de la Prevoſte de Paris, l'An & le Lundi deſſus diz.*

J. Rollant.

Collation faite par Trouſſel.

de Paris, l'An & le Lundi deſſus diz.

J. Rollant.

Collation faite par Trouſſel.

Tranſcriptum de Pœnis & Adjournamentis revocandis.

A *Touz ceus, qui ces lettres verront, Jehan de Milon, Garde de la Prevoſte de Paris, Salut.* Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ex Autogr.

Sachent tuit que nous, l'An de Grace Mil, Trois Cenz, Trente & Un, le Lundi deux Jours ou Mois de Septembre, veiſmes unes lettres du Roy noſtre Seignur, ſeellees en double queue, & en cire jaune, de ſon Grant Seel, contenanz, de mot a mot, la fourme qui s'enſuit;

PHelip, par la Grace de Dieu, Rois de France, a touz ceuls, qui ces lettres verront, Salut.

Savoir faiſons que,

Comme certains Commiſſaires, deputez de par nous, euſſent fait Commandement, Requeſtes, & Inhibitions, a, noſtre chere & feal Couſin, le Roy d'Engleterre, & Duc de Guyenne, en la Perſonne de ſon Seneſchal de la Duchee de Guyenne, & au dit Seneſchal pour le dit Roy & Duc noſtre Couſin, que il ne receptaſſent, ne reteniſſent, les unze Baniz de noſtre Royalme de France, par un Acort fait jadis entre Prince, de bonne memoire, noſtre chere & bien amie Couſin, Charles lors Roy de France & de Navarre, &, noſtre ame & feal Couſin, Edouars Rois d'Engleterre, Duc de Guyenne, qui ores eſt, ne autres Banniz du Royaume de France, ſus Peine de perdre le Fie, que le dit Roy & Duc tenoit de nous,

Et ſur cele meſme Peine leur euſſient commande & requis, contre la fourme d'un Acort, fait ſur ce, ſi comme les Genz du dit Roy & Duc diſoient, que il rendiſſent a nous Gens certains Banniz, les quiex leu diſoit eſtre en leur povoir, la quelle choſe les Genz du dit Roy & Duc ne recognoiſſoient mie, & pur ce euſſent ſupplie le Meſſages du * dit Roy & Duc que ce qui eſtoit • IV. 486.
fait & attempte contre le dit Acort feuſt mis a eſtat deu, & que les Ajournemenz, qui en eſtoient faiz en Parlement, feuſſent oſtez,

Nos Gens diſanz & propoſanz encontre, que bien & deument avoient procede les diz Commiſſaires, & que riens n'avoient fait contre le dit Acort, & que les Ajournemenz eſtoient fais ſur ce a bonne cauſe, pour ce que le dit Roy & Duc, ſon Seneſchal, ne ſes Genz n'avoient pas bien garde le dit Acort, quant aus Banniz, ſi comme il diſoient,

Et ſur ce ait eſte derrenement Acorde Amiablement, par bien de Paiz & d'Acort, entre certains nos Conſeilliers & Procuriers d'une part, & certains Meſſages & Procuriers du dit Roy & Duc d'autre part (le quel Acort a eſte Ratifie, Approve, & Conferme, expreſſement, & de certaine ſcience par Nous, & par le dit Roy & Duc) que le diz Roys & Duc, & ſos ſucceſſeurs, Dux de Guyenne, garderont, & feront garder, de fait & effectuelment, le dit Acort, fait ſus les diz Banniz, ſelonc la fourme d'celi, ou il eſt ainſi contenu,

Acorde eſt que ceux, qui ſont ja Banniz, ou ſeront, pour Trespas, ou meffaiz avenir, par l'Acort le Roy de France, par ſon Parlement, ou par les Seneſchal, ou autres Officis du dit Roy, en cas que il facent Banniz aucuns de leur Sourzmis, ou autres, pour Treſpas ou Meffaiz, en leur Juriſdictions deſores en avant ne ſoient receptez, ne receuz en la Duchee; mais n'eſt mie l'enten-

Digitized by Google

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ex Autogr.

A Touz ceut, qui ces lettres verrant, Jehan de Milon, Garde de la Prevoſte de Paris, Salut.

Sachent tuit que nous, l'An de Grace Mil. CCC. Trente Un, le Lundi deux jours ou Mois de Septembre, veiſmes unes lettres, ſeellees en double queue, & en cire jaune, du Grant Seel noſtre Seignur le Roy, ſaines & enteres, contenanz, de mot a mot, la fourme qui s'enſuit;

PHelip, par la grace de Dieu, Rois de France, a touz ceus, qui ces lettres verront, Salut.

Savoir faiſons que,

Comme en derrain Acort, fait entre certains nos Conſeilliers & Procurers d'une part, & certains Meſſages & Procurers de, noſtre chere & ame Couſin, le Roy d'Engleterre, Duc de Guyenne, * d'autre part (le quel Acort a eſte Ratefiez, Approvez, & Confermez, expreſſement, & de certaine ſcience, par Nous, & par le dit Roi & Duc noſtre Couſin) fuſt acorde que ce, qui devoit eſtre abatuz de certains Chaſteaus, c'eſt aſſavoir Sainte Croiz, Madillan, Pui Pymes, & don Bardill, fuſt abatu ſelonc la fourme Baillee du Mareſchal Bertrant,

* IV. 487.

Nous, a la Priere & Supplication du dit Roy & Duc, noſtre Couſin, faite a Nous ſur ce en ſa Perſonne, volons & li octroions, de Grace eſpecial, que de yceuls Chaſtiaux, & de autres, ſe aucuns en y a, des queux il fuſt tenuz a abatre aucunes choſes ſelonc les Paiz & Acorz, faiz entre Nous ou, noſtre Ame Seigneur & Couſin, le Roy Charles, noſtre Predeceſſeur, que Dieux Abſoille, & le Roy d'Engleterre Duc de Guyenne, qui ores eſt, li diz Rois & Duc ne ſoit tenuz plus a abatre, ou faire abatre, que ce que ja en a eſte abatu.

En teſmoing de la quelle choſe nous avons fait mettre noſtre Seel en ces preſentes lettres.

Donn a Saint Chriſtofle, le xiij jour d'Avril, l'An de Grace Mil. CCC. Trente & Un.

Et nous, en Teſmoing de la veue des dites Lettres, & du Tranſcript d'icelles, avons mis en ceſt dit Tranſcript le Seel de la Prevoſte de Parir, l'An & le Lundi deſſus diz.

Collation faite par Trouſſel.

Memorandum de reditu Regis a partibus Tranſmarinis.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 17. d.

MEmorandum quòd, die Sabbati, proximo ante Feſtum Sancti Georgii Martiris, videlicet, viceſimo die Aprilis, Anno Regni Regis Edwardi, Tertii a Conqueſtu, Quinto, idem Rex,

Unà cum, Venerabili Patre, J. Wyntonienſi Epiſcopo, Cancellario ſuo, Domino Willielmo de Monte Acuto, & quibuſdam aliis Magnatibus, in Comitivâ ipſius Regis,

Rediens a partibus Tranſmarinis, ad quas priùs profectus fuerat, aplicuit in Portu Dovorriæ, horâ nonâ, & nocte ſequenti hoſpitabatur apud Wengham.

Per ipſum Regem & Concilium, nunciante Theſaurario.

Pro Epiſcopo Oſſorienſi de Reſtitutione Temporalium.

REX Juſticiario ſuo Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, Salutem. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 12.

Cùm nuper prohibuerimus, venerabili Patri, R. Epiſcopo Oſſorienſi, qui ad Nos in Angliâ nuper venit, quod ipſe ad partes Tranſmarinas, ſine Licentiâ noſtrâ ſpeciali, nullatenùs ſe transferret,

Et licet idem Epiſcopus ad partes prædictas ſe tranſtulerit, noſtrâ Licentiâ indè minimè requiſitâ, ſeu optentâ, in noſtri Contemptum, & contra Prohibitionem noſtram prædictam, per quod Temporalia Epiſcopatûs prædicti capi fecimus in Manum noſtram, quæ occaſione prædictâ in Manu noſtrâ adhuc exiſtunt,

Volentes tamen eidem Epiſcopo, ad Requiſitionem, Venerabilis Patris, Domini Neapolionis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, Gratiam in hâc parte facere ſpecialem,

Reſtituimus præfato Epiſcopo Temporalia ſua Epiſcopatûs prædicti, præmiſſa occaſione in manum noſtram capta, ita quod idem Epiſcopus ad Nos, ad Mandatum noſtrum, accedat, & Gratiæ noſtræ, pro Contemptu & Tranſgreſſione prædictis, ſe ſubmittat, & Nobis indè reſpondeat, ſi voluerimus verſus eum indè loqui.

Et ideo vobis mandamus quod eidem Epiſcopo, vel ejus Attornato, in hac parte, Temporalia prædicta reſtitui faciatis in formâ ſupradictâ.

Teſte Rege apud Haveryng atte Boure, decimo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

EOdem modo mandatum eſt Decano & Capitulo Eccleſiæ Oſſorienſis in Hiberniâ, quod de Temporalibus Epiſcopatûs prædicti, in Cuſtodiâ ſuâ ex Conceſſione Regis exiſtentibus liberandis, *&c.*

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper Areſtatione Thomæ de Gournay.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Jehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Acquitaniæ, Salutem, & ad vota Succeſſus proſperos & felices. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 13. d.

Ex quorumdam Fidelium noſtrorum relatibus ad noſtrum pervenit auditum, qualiter Thomas de Gourney Miles,

Qui de Seditione contra perſonam, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, & Conſpiratione in morte ejus, Diffamatus extitit, & exiſtit, & qui, eo prætextu Judicium fugiens, clandeſtinè exiit Regnum noſtrum,

Pro Rege Franciæ, ſuper Pace dudum facta inter H. Regem Angliæ & Sanctum Ludovicum, de Acquietantia.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Pat. 5. E. 3. p. 1. m. 1.

LE Roi a touz ceux, as queux ceſtes preſentes Lettres vendront, Salutz.

Savoir faiſoms a touz que,

Come en un Pees & Acord faites jadis entre Prince, de clere memoire, Seint Loys, lors Roi de France, & Henri lors Roi d'Engleterre, en la quele Pees & Acord eſt contenu,

Que le dit Roi de France dorroit au dit Henri Roi d'Engleterre, ceo que cynk centz Chivalers deveroient coſter reſonablement a tenir Deux Annz, a l'eſguart de Prodes Hommes, qui ſerront nomez d'une part & d'autre, ſicome il eſt plus pleinement contenu es dites Pees & Acord,

Et nous euſſions demande a, noſtre Ame Seignur & Coſyn, Phelip Roi de France, q'ore eſt, ceo que les ditz cynk centz Chivalers devorroient coſter reſonablement a tenir Deux Annz, par la cauſe contenue en dites Pees & Acord, por ceo que nous ne ſavioms pas que le dit Roi de France en feuſt quites & delivres,

Et toute voie les Gentz, de noſtre dit Seignur & Coſyn, ount fait pleine foi, par lettres, a noz Meſſages & Procurours, que le dit Henri avoit en du dite Dette entiere Paiment & pleine Satisfaction, & en avoit aquite le dit Seint Loys, lors Roi de France, & ſes Succeſſours,

Nous coniſſoms que le dit Roi de France en eſt quites delivres, & voilloms que jammes nous, ne noz Succeſſours, Rois d'Engleterre, Ducs de Guyenne, ne autres, n'en puiſſoms de ceo riens demander du Roi de France, q'ore eſt, ſes Heirs, ne de ſes Succeſſours, ne compenſer a Dettes que nous lui devoms, ſi nules y ſoient troues deuz.

En Teſmoignance de queux choſes nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Patentes.

Don. deſutz noſtre Grant Seal a Haveryng atte Boure. le vintiſme jour de May, l'An de noſtre Regne quint.

Ad Regem Franciæ, de Nunciis, ſuper computis hinc inde liquidandis.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ibidem.

LE Roi a touz ceux, as queux ceſtes preſentes Lettres vendront, Salutz.

Savoir faceoms que,

Come, noſtre Amez Sire & Coſyn, Phelip, par la grace de Dieu, Roi de France, nous demandaſt Seiſante Mile Livres Pariſ. d'une part, & Cinquante Mile Mares d'Eſterlings d'autre part, par certeines cauſes contenues es lettres ſur ceo faites,

Et en l'Acord, fait jadis entre certeins Conſeillers & Procurours de noſtre dit Seignur, & certeins noz Meſſages & Procurours, ſoit contenu que, en cas que l'on troveroit, par auxienes Paiz, ou autres obligacions, que noſtre dit Seignur le Roy de France ſoit tenuz a nous en aſcune ſomme de Denerz, cele ſumme ſerroit rebatue, par voie de Compenſacion, des ditz Deners que il nous demande, & de ceo, que demurroit d'une part & d'autre, ſerroit fait gre en due manere,

Et derechief, verroiement euſt eſt acorde, ſur ceo, par noz Procureours & Meſſages, & certeins Procureours de noſtre dit Seignur, que noz Gentz moſtreroient tanttoſt les Lettres & * Obligacions, par les queles ils voleient faire la dite Compenſacion, & d'autre part moſtreroient tanttoſt les Gentz du Roi de France Paiementz, Quitances, & autres Satisfactions, ſi il les avoient, &

* IV. 490.

ciales) Serenitatem veſtram rogaverimus cum effectu, quatenus eundem Thomam, dilecto & fideli noſtro, Johanni de Hauſtede, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, vel illis, quos ad hoc deputaret, jubere velletis liberari, ducendum ad Nos, prout eidem Seneſcallo duximus injungendum:

Et quia, ſuper aliquibus, dictum Negotium tangentibus, cupimus plenius informari, veſtram Regiam Excellentiam, iteratis precibus duximus requirendum, quatenus præfatum Thomam, per Magiſtros, Scabinos, & Conſules Civitatis prædictæ, ſeu alios, quos ad hoc volueritis deputari, in præſentiâ, dilecti Servientis noſtri ad Arma, Bernardi Pelegrym (quem ad vos ex hac causâ tranſmittimus) jubere velitis examinari, & Confeſſionem ejuſdem Thomæ de hiis, quæ coram eis deregere voluerit ſuper Seditione & Conſpiratione memoratis, necnon de Aſſenſu, Inſtigatione, ſeu Procuratione, ſuper hoc factis, & per quos, & qualiter, & quo modo, audiri, Confeſſionemque hujuſmodi in ſcriptis ſub manu publicâ redigi, & eam ſub Sigillo communi Civitatis prædictæ præfato Servienti noſtro liberari, ad nos cum celeritate quâ poterit deferendam; parati enim ſumus & erimus veſtris penes nos Deſideriis in cunctis Oportunitatibus complacere.

Data apud Villam de Sancto Edmundo, viceſimo octavo die Maii.

Ad Scabinos de Burgo ſuper prætacta Examinatione.

REX Majori, Scabinis, Conſulibus, ac Communitati Civitatis Burgh, Salutem. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ibid.

Cùm nuper, ex quorumdam Fidelium, *&c. ut ſupra uſque ibi* exiens Regnum noſtrum, *tunc ſic*, apud Civitatem veſtram prædictam Areſtatus, & Carcerali Cuſtodiæ extitit Mancipatus, vos rogaverimus & requiſiverimus quatenùs præfatum Thomam, dilecto & fideli noſtro, Johanni de Hauſtede, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, vel * illis quod ad hoc deputaret, velletis liberare, ducendum ad Nos prout eidem Seneſcallo duximus injungendum, * IV. 491.

Vos iterato rogamus, & requirimus, quatinùs, præfatum Thomam, in præſentiâ, dilecti Servientis noſtri ad Arma, Bernardi Pelegrym (quem ad vos ex hac causâ tranſmittimus) examinare curetis, & Confeſſionem, *&c. ut ſupra uſque ibi* poterit deferendam.

Teſte ut ſupra.

De præfato Thoma Majori Baionæ liberando.

REX, Nobili Viro, Domino Johanni de Leynham Militi, Domini Regis Iſpanniæ Camerario, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 11. dor.

Per Literas Amicitiæ veſtræ gratuitas, nobis directas, concepimus evidenter quod Thomas de Gournay Miles,

Qui de Seditione contra perſonam, celebris memoriæ Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, & in Conſpiratione in Mortem ejuſdem diffamatus, eâ occaſione Judicium diffugiens, clandeſtinè Regnum noſtrum exiit,

Per vos infra Regnum Iſpanniæ Areſtatus, & ſub Carcerali Cuſtodiâ detentus exiſtit, de quo vobis Grates referimus ſpeciales, rogantes quatinùs dictum Thomam ſub ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ uſque Civitatem noſtram Baioniæ duci præcipere velitis, Majori, Juratis, & Probis Hominibus, Civitatis prædictæ ibidem liberandum, quibus mandaverimus quòd ipſum Thomam a vobis recipiant, ulterius ad nos, prout dilectus Vadlettus noſter Egidius de Iſpanniâ, eis plenius exponet, ex parte noſtrâ deducendum.

Data

Digitized by Google

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 10. d. • IV. 492.

MAgnifico Principi, Domino ——— Dei gratiâ, Navarræ Regi, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & ad vota ſucceſſus proſperos & felices.

• De gratuitâ Certificatione veſtrâ, ſuper facto, tangente Thomam de Gournay Militem,

Qui de Seditione contra perſonam, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, & Conſpiratione in Mortem ejuſdem diffamatus, Judicium diffugiens, clandeſtinè exivit Regnum noſtrum,

Nobis per Literas veſtras factâ, Grates & Gratias vobis referimus ſpeciales,

Veſtram Magnificentiam exorantes quatenùs, ſi dictum Proditorem per loca Regni veſtri verſus Baionam duci contigerit, Ductoribus ejuſdem ſalvum & ſecurum Conductum fieri præcipiatis, cum ſuper hoc ex parte noſtrâ fueritis præmuniti; ſignificantes nobis, ſi placet, in omnibus, quæ vobis placitura fuerint, veſtræ Beneplacita voluntatis.

Data apud Norwicum, octavo die Junii.

Super Captione Thomæ de Gurney in Hiſpania.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Vaſc. 5. E. 3. m. 13.

REX, Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, Salutem.

Cùm,

Pro magnis Expenſis & Laboribus, quos, dilectus nobis, Johannes Martyn de Leyna, de Iſpanniâ, fecit circa Captionem Thomæ de Gurney, Inimici & Proditoris noſtri, in Iſpanniâ, & Detentionem ejuſdem ibidem,

Conceſſerimus ei Treſcentas Libras Sterlingorum de Dono noſtro,

Vobis mandamus quòd, ſi prædictus Johannes præfatum Thomam uſque Civitatem noſtram Baionæ duci fecerit, & ipſum Majori Civitatis illius liberaverit, tunc eidem Johanni, vel ejus in hac parte Attornato, prædictas Treſcentas Libras, in Civitate prædictâ, de Exitibus Ducatûs prædicti, ſolvatis, & nos vobis inde, in Compoto veſtro, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Norwicum, viceſimo tertio die Junii.

Super Expenſis in Captione Thomæ Gourney.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Liberat. 5. E. 3. m. 7.

REX, Theſaurario & Camerariis ſuis, ſalutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto nobis, Ferando Ivaynes de Greynoun, Scutifero, qui nuper ad nos de partibus Iſpanniæ venit, de nunciando nobis Captionem Thomæ Gurney, Inimici & Proditoris noſtri, Quinquaginta Libras ſuper Expenſis ſuis, in veniendo ad nos, ut eſt dictum, & ad dictas partes redeundo.

Teſte Rege apud Norwicum, viceſimo tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

Genz & Sougiez, avions, & avoient, ſuſtenu & encoru es dites Chaſtiel & Bourc, & appartenances & appendances d'iceuls, par le Priſe, Occupacion, Detencion, Abatement, & Gaiſtement, de iceuls, tant en biens Meubles, quant en noun Meubles, & en toutes autres choſes, Grantz & Petites, en quelques maniere, & queles que eles feuſſent, & peuſſent eſtre, dites, juſques au jour de Hui,

Et a ceſte fui Propoſées Pluſieures Raiſons, par les queles nous entendiems, & mainteinems, le dite noſtre Seigneur & Couſin, ſes dites Genz & Sougiez, qui ces choſes avoient faites, eſtre tenez a ce faire, les Genz de noſtre dit Seigneur & Couſin, diſanz & propoſanz au contraire,

Que pour certeins & juſtes cauſes les dites Chaſtiel & Bourc avoient eſte abatuz deuement, & que ce, qui avoit eſte fait es ditz Chaſtiel & Bourc, par le dite Conte Dalenchon, ſes Genz & ſes Sougiez, & les Genz & Sougiez de noſtre dit Seigneur & Couſin, avoit eſte fait bien & deuement, & par voie de Juſtice, & pur pleuſurs Grantz & Enormes Malefachons notoires, que cil, qui eſtoient es ditz Chaſtiel & Bourc, avoient fait en la Terre du Roi de Fraunce, & contre ſes Genz & Sougiez, ſicomme les Genz de, noſtre dit Seignur & Coſyn, le Roi de France diſoient & mantenoient,

Et a ceſte fin propoſient pluſieurs Raiſons, & eſpecialment en diſant que, ja ſoit ceo que ceo, dont nous dolions, eut eſte fait a juſte cauſe, ſicomme il diſoient, touteſvois il avoit mout deſplu au dit noſtre Seigneur & Coſyn, de ce que fait avoit eſte es ditz Chaſtiel & Bourc,

Et en diſant que tantoſt que il oioi le mouvement, qui eſtoit en Pais de Xanctonge, il avoit mande par ces lettres a, ſon Frere, le Conte Dalenchon, qui eſtoit lors es parties de Xanctonge, que il ne fect reins de Nouvel contre ceux des ditz Chaſtel & Bourc, mez il & ſes Genz rechurent les dittes lettres ſi tart, que il avoient ja fet es ditz Chaſtiel & Bourc ce que fait y a eſte,

Et que tantoſt, comme le dit Conte eu receu les dites lettres, il ceſſa de plus faire, ſi comme il diſoient, & ſur ceo pluſeurs Raiſons propoſees d'une part & d'autre,

Finablement, pour nourir & garder bonne Pais, bone Acort & Amiſtie, entre nous, avions amiablement, & de commune Conſentement, Acorde en la fourme & maniere qui s'enſuient, c'eſt aſſavoir,

Que, le dit noſtre Seigneur & Couſin, le Roi de France voulu, que les ditz Chaſtel & Bourc nous ſoient renduz & delivrers ou point ou il ſoot a preſent,

Et pur tout le Droit Raiſon & Action,

Que Nous, noz Genz, & noz Sougiez, avoir pourons, ou devions avoir, pur les cauſes deſſus dites & Chaſcun de icelles, envers, le dit noſtre Seigneur & Couſin, le Roi de Fraunce, le dit Conte Dalenchon, leur Genz & leur Subgiez, ſi aucun Droit, Raiſon & Action y avions, la quelle choſe il ne connoſſoient pas,

Et pur bien de Pais, de Tranſaction, & de Concorde, il nous dourra & paiera Trente Mille Livres Tourn. par une Foiz, au Terme de Paſques prochein venanz,

Et pur ce nous, de noſtre bonne volunte, & de noſtre certein ſcience, ſaunz aucun erreure de Droit, ou de Fait, Quittoms, & Quiete Clamons, a tous jours,

Le dit noſtre Seigneur & Couſin, le Roi de France, le dit Conte Dalenchon, ſon Frere, leures Genz & leurs Sougiez, & touz ceus, qui ont, & auront, cauſe de eulx, & leurs Heires & Suc-

prætextu Suggeſtionum hujuſmodi, indebite amplius moleſtari; ſet Litem, quæ eidem ingeritur ob hanc cauſam, tali dignetur fine decidere, & cujuſlibet diſſidii materiam amputare, ut immunem à Pœnâ Se ſentiat, Qui profectò, ut credimus, innoxius eſt à Culpâ.

Conſervet, &c.

Dat. apud Lincolniam, decimo ſexto die Julii.

Data apud Lincoln. quinto die Julii.

Conſimiles literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Sereniſſimo Principi Domino —— Dei gratiâ, Regi Portugalliæ, Conſanguineo, &c.
Sereniſſimo Principi Domino Philippo, Dei gratiâ, Franciæ Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo.
Magnifico Principi Domino —— Dei gratiâ, Regi Navarræ Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo.
Sereniſſimo Principi Domino —— Dei gratiâ, Regi Arragoniæ Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo.
Domino —— Dei gratiâ, Regi Majoricarum Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo.

De Concordia inter Reges Franciæ & Angliæ in Ducatu Aquitaniæ puplicanda.

Ann. D. LE Roi, as nos Seneſchal de Gaſcogne, & Coneſtable de Burdeux, ou a un de eux, Saluz.
1331.
An. 5. Nous vous mandoms que l'Acord, n'adgairs fait entre, l'Excel-
E. 3. lent Prince, Phelip Roi de France, noſtre Coſyn, & Nous (la
Vaſcon. 5. quele nous vous envoioms enſeale de noſtre Grant Seal) facez pu-
E. 3. m. blier par tote la Duche es lieux, ou vous vorrez que ſoit affaire, &
11. fermement garder en touz pointz,

Forſpris les treiz Articles, les queux le Roi de France, de ſa Grace, ad change, ſelonc ceo que plus pleinement eſt contenuz es noz Lettres, ſeales de noſtre Prive Seal, les queles nous vous envoions.

Don. a Nichole, le quint jour de Jul.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Rege Franciæ ſuper Sponſalibus.

Ann. D. UNiverſis, præſentes literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salu-
1331. tem.
An. 5. Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos,
E. 3. De Fidelitate probatâ & Providentiâ circumſpectâ, Nobilium
Pat. 5. virorum & Fidelium noſtrorum, Johannis Darcy & Willielmi
E. 3. p. 2. Truſſel Militum, plenam fiduciam optinentes,
m. 28. Ipſos ordinavimus, facimus, & conſtituimus Procuratores noſtros & Nuncios ſpeciales;

Dantes eiſdem, & eorum alteri, plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, ac Mandatum ſpeciale, ad tractandum, vice & nomine noſtro, cum, Excellentiſſimo Principe, Domino Philippo,
Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper Sponſalibus,
* IV. & Matrimonio, inter Edwardum Filium noſtrum * Primogeni-
495. tum, & —— Filiam dicti Regis Franciæ, contrahendo,

Et ad ea, quæ tractari & concordari contigerit, quacumque firmitate vallandum;

Promittentes nos firmum & ſtabile habere & habituros quicquid per præfatos, Johannem & Willielmum, vel ipſorum alterum, Tractatum, Concordatum, & Vallatum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Lincolniam, decimo quinto die Julii.

De Certificando ſuper Dampnis quæ diverſi Homines ſuſtinuerunt per Gallicos.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegа- Ann. D.
liæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem. 1331.
Supplicavit nobis, Dilectus nobis, Petrus de Moncan ut, *An. 5.*
Cum ipſe in Guerris, in Ducatu prædicto, tempore Domini E. *E. 3.*
nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, & noſtro, exortis, eidem Pa- *Vaſc. 5. E.*
tri noſtro & Nobis contra Gallicos adhæſiſſet, & Se & Sua va- *3. m. 11.*
riis Periculis expoſuiſſet, ac Dampna & Jacturas quamplurima, *dorſ.*
occaſione Guerrarum prædictarum, ſuſtinuiſſet,

Velimus, in Recompenſationem Dampnorum & Jacturarum hujuſmodi, ſibi remunerationem facere aliqualem,

Nos,

Ut ejus Supplicationi in hac parte annuere valeamus, volentes per vos certiorari quæ Dampna, & Jacturas, præfatus Petrus pro ipſo Patre noſtro & nobis in Guerris prædictis ſuſtinuit, & qualiter, & quomodo,
* Vobis mandamus quòd, habitâ ſuper hoc, viis & modis, * IV.
quibus expedire videritis, Informatione pleniori, Nos de eo, 496.
quod indè inveneritis, ſub Sigillo quo utimur in Ducatu prædicto, diſtinctè & apertè certificetis, ut tunc, indè certiorati, ulteriùs indè fieri faciamus quod rationabiliter fuerit faciendum.

Dat. apud Lincoln. decimo octavo die Julii.

Per Concilium.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti; videlicet,

Petrus de Gallardo.
Ramfredus de Monte Peſato.
Arnaldus de Monte Peſato.

Pro Willielmo Comite de Julers, de Feodo annuo ſibi ſolvendo.

Teſte Rege apud Lincoln. viceſimo ſecundo die Julii.

Pro Johanne Kempe de Flandria, Textore Pannorum, ſuper Meſtero ſuo excercendo.

REX Omnibus Ballivis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1331.
Cùm Johannes Kempe de Flandriâ, Textor Pannorum Laneo- *An. 5.*
rum, infra Regnum noſtrum Angliæ causâ Meſteri ſui inhibi ex- *E. 3.*
cercendi, & illos, qui indè addiſcere voluerint, inſtruendi & in- *Pat. 5.*
formandi, acceſſerit moraturus, & quoſdam Homines, & Ser- *E. 3. p. 1.*
vientes, ac Apprenticios de Meſtero illo ſecum adduxerit, *m. 25.*

Suſcepimus ipſum Johannem, Homines, Servientes, & Apprenticios ſuos prædictos, ac Bona & Catalla ſua quæcumque, in Protectionem, &c. *prout in ejuſmodi literis uſque hæc verba; viz.*

Pro-

Digitized by Google

titeis, ut prætenditur, illatarum, ejuſdem Summi Pontificis auribus intimantur,

Idem Archiepiſcopus, ut credimus, totaliter eſt immunis.

• IV. 497. * Aſſurgat itaque veſtra Dilectio in hâc parte, quòd præfatus Archiepiſcopus, qui in commiſſo ſibi Regimine jugiter elaborat, prætextu talium infeſtationum, ab incepto deſiſtere non cogatur: ſet potiùs, Sedis Apoſtolicæ ſuffultus Præſidio, circa Delinquentium Inſolentias reprimendas (quas præteriti temporis qualitas in Angliâ hactenus impunitas reliquit) cum honore Dei, animarumque Salute, officii ſui debitum liberiùs exequatur.

Dat. apud Clipſton. decimo tertio die Auguſti.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Dei gratiâ, Epiſcopo Albanenſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Domino P. Dei gratiâ, tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Preſbitero Cardinali.

Domino N. Dei gratiâ, Sancti Adriani Diaconi Cardinali.

De Navibus providendis pro Paſſagio Comitiſſæ Hollandiæ.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 6. d.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm, Nobilis Domina - - - - Hollandiæ & Selandiæ Comitiſſâ, Mater noſtra, ad Nos in Angliam in proximo ſit ventura, Vobis mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, tot Naves, pro Paſſagio dictæ Comitiſſæ, & Familiæ ſuæ, ac Equorum & Herneſiorum ſuorum, quot opus fuerit, in Ballivâ veſtrâ provideri, & frettari, & eas uſque Whitſand, pro Paſſagio prædicto, duci faciatis; prout, Dilectus Serviens noſter ad arma, Johannes Moyard (quem ad vos mittimus ex hâc causâ) vobis, ac Magiſtris, & Marinariis, Navium prædictarum, ad dictum locum ſic mittendarum, ſcire faciet ex parte noſtrâ.

Et Cuſtus, quos circa præmiſſa appoſueritis, cum illos ſciverimus, vobis, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, allocari faciemus.

Teſte Rege apud Aſheburn. in Pecco quarto die Septembris.

Per ipſum Regem.

Pro Thoma Priour, ſuper Nativitate Edwardi Primogeniti Regis.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Liberat. 5. E. 3. m. 3.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto Valetto noſtro, Thomæ Priour Viginti Marcas, de Termino Sancti Michaelis, proximò præterito, de illis Quadraginta Marcis, quas ei, per literas noſtras Patentes, conceſſimus, pro grato & deſiderabili Rumore, quem nobis detulit de Nativitate Edwardi, Filii noſtri Primogeniti, percipiendas ſingulis Annis ad Scaccarium noſtrum,

Unam, videlicet, Medietatem ad Scaccarium noſtrum Paſchæ,

Et aliam Medietatem ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis,

Pro Abbate & Conventu Glaſtoniæ.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Rom. 5. E. 3. m. 2.

Quo intentioris deſiderii ſtudio, Religioſorum virorum & nobis in Chriſto Dilectorum, Abbatis & Conventûs Glaſtoniæ, Bathonenſi & Wellenſi Diœceſe, tranquillitatem appetimus & quietem,

Loci illius Sanctitudinem, qui ab antiquis SANCTORUM TUMULUS vocabatur, propter multitudinem Martirum, quorum corpora ibidem humata referuntur, contemplantes,

Veſtræ benignitati in hiis, quæ eorum Profectibus conveniunt, & Detrimenta propellunt, devotiùs preces effundimus, & ad id Paternæ Solicitudinis vigilantiam inſtantiùs excitamus,

Quamobrem eoſdem, Abbatem & Conventum, & negotia ipſos tangentia, Sanctitati veſtræ votivo recommendamus affectu,

Attentiùs ſupplicantes quatinùs Supplicationes eorum (ſuper aliquibus, Statum & Libertates Eccleſiæ ſuæ Glaſtonienſis contingentibus, veſtræ Beatitudini, ſi libeat, porrigendas) benignè audire, & in gratioſâ exauditione earumdem ſic eis Apoſtolicæ Liberalitatis Sinum, juxta ſperatam fiduciam, aperire, quòd, Apoſtolicis muniti præſidiis, eo devotiùs divinis vacare poſſint Obſequiis, quo, a Malignorum Incurſubus, veſtris fuerint Protectione & Tuitione defenſi.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Octobris.

De Hollandiæ Comitiſſa in Anglia exiſtente.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Liberat. 5. E. 3. m. 3.

Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto Clerico noſtro, Willielmo de Coleby, Theſaurario Hoſpitii Philippæ Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, Ducentas Libras pro Expenſis Comitiſſæ Hanoniæ, infra Regnum noſtrum exiſtentis, indè faciendis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Pro Nicholao de Aubricicourt, de ordine Militari a Rege ſuſcepto.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Ibidem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto & Fideli noſtro, Nicholao de Aubricicourt, Viginti Marcas, de Termino Sancti Michaelis, proximo præterito, de illis Quadraginta Marcis, quas Nos nuper,

Pro Bono Servitio, quod idem Nicholaus nobis, dùm in partibus * Tranſmarinis eramus, & etiam in veniendo cum Iſabellâ, Reginâ Angliæ, Matre noſtrâ cariſſimâ, & nobis, in Regnum noſtrum, impendit, • IV. 499.

Et ut ipſe in Ordine Militari, quem à nobis de Præcepto noſtro ſuſcepit, decentiùs ſe valeat continere,

Conceſſimus percipiendas ſingulis annis ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, quouſque ſibi de Quadraginta Marcatis Terræ vel Redditûs, per An-

Digitized by Google

que eo quod aliquis Epiſcopus Terræ Scotiæ de hujuſmodi Juriſdictionibus in eâdem Villâ aliquo tempore ſe intromittit, quidam tamen Miniſtri veſtri,

Prætextu cujuſdam Generalis Mandati veſtri eis directi, DE SUMMONERI FACIENDO Epiſcopos, Abbates, Priores, Comites, Barones, & liberè Tenentes, qui Parliamento veſtro intereſſe tenebantur,

Ac etiam DE SUMMONERI FACIENDO omnes & ſingulos, qui vobis tenentur ad Homagium faciendum, quod eſſent ad Parliamentum veſtrum, tenendum apud Sconam, die Veneris ante Feſtum Sancti Martini, proximo futurum,

Dictum Epiſcopum ad eſſendum perſonaliter ad prædictum Parliamentum veſtrum, ad oſtendendum qualiter, & per quod Servitium, clamat tenere dictam Terram de Weſtupſethyngton, ſummoneri fecerunt;

Et quia Summonitio prædicta, eidem Epiſcopo, ut præmittitur, facta, ſi ſortiretur effectum, non tantùm in ipſius Epiſcopi & Eccleſiæ ſuæ præjudicium, ſet etiam noſtri & Juris noſtri Regii exhæredationem, ac Coronæ noſtræ Læſionem enormem, cederet manifeſtè, maximè cùm idem Epiſcopus, ratione aliquorum Terrarum & Tenementorum, quæ de nobis tenet, ad Parliamentum alterius quàm noſtrum venire, vel Homagium alteri quàm nobis, pro eiſdem facere minimè teneatur,

Fraternitatem veſtram (quam, propter Fœdus, inter Nos initum & firmatum, noſtra præjudicium & exhæredationem, aut Dignitatis læſionem, nolle credimus ſuſtinere) requirimus, & rogamus quatenùs ab hujuſmodi Impetitionibus & Occaſionibus, eidem Epiſcopo, ratione Summonitionis prædictæ, *factis*, noſtri contemplatione penitùs velitis deſiſtere; ipſum Epiſcopum ſeu Tenentes ſuos, ratione Summonitionis prædictæ, per vos, ſeu Mini-
* IV. 500. ſtros veſtros, ulteriùs moleſtari nullatenus * permittentes: Reſcribentes nobis, ſi placet, per harum Bajulum, quid veſtra dignabitur in præmiſſis facere Celſitudo.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo die Octobris.

Clauſ. 5. E. 3. p. 1. m. 4. *Pro Comite Julers de Feudo ſibi, pro bono ſuo Servitio ſolvendo.*

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Octobris.

Quod Marinarii & Piſcatores non compellantur ad faciendum Eſcambium ad Tabulam.

Ann. D. 1331. An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 2. m. 16.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, & Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, & ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

Licet nuper (de comuni aſſenſu Prælatorum, Comitum, & Baronum, Regni noſtri) ordinaverimus quòd nullus, de cætero, deferat Bonam Monetam noſtram Sterlingorum extra Regnum noſtrum prædictum; ſet quod Tabula ſit apud Dovorriam, & alibi, ubi certa Paſſagia ordinari contigerit, pro Eſcambio Expenſarum neceſſariarum Hominibus ultra Mare extra Regnum noſtrum tranſeuntibus, & infra idem Regnum de partibus Tranſmarinis venientibus, de quocumque genere Monetæ faciendo:

Intentionis tamen noſtræ non extitit, nec exiſtit, quod Marinarii Piſcatores, Piſces & Allecia, cum Navibus ſuis, infra Libertatem Portuum prædictorum, pro ſuſtentatione Hominum ibidem, & aliorum Hominum partium adjacentium, deferentes, poſt Venditionem eorumdem Victualium, per Ordinationem prædictam, artentur ad Tabulam noſtram, apud dictam Villam Dovorriæ, accedere pro Eſcambio Monetæ noſtræ prædictæ faciendo:

Qualiter etiam poſtmodum, Dilectus nobis, Magiſter Willielmus de la Mare, tunc Perſona Eccleſiæ de Feriby, Eborum Diœceſe, eandem Theſaurariam, ex causâ Permutationis cum Eccleſiâ prædictâ, interveniente auctoritate loci Diœceſani, fuit Canonicè aſſecutus, ipſamque per aliqua tempora tenuit pacificè & quietè,

Et quòd aliqui, Collationem dicti Avi noſtri prædictam nitentes pro viribus * enervare, eandem Theſaurariam, Venerabili Patri, Domino P. tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbitero * IV. 501.
Cardinali, auctoritate Apoſtolicâ conferri procurârunt,

Vobis, & cuilibet veſtrûm, inhibuerimus ne quicquam, quod in Juris noſtri Regii præjudicium, ſeu enervationem Collationis prædictæ, vel eorum quæ poſtmodum ſubſecuta ſunt, cedere poſſet, nobis inconſultis, attemptaretis, ſeu per alios attemptari faceretis:

Conſiderantes tamen Bonum Locum, quem præfatus Cardinalis nobis tenet in Romanâ Curiâ, in noſtris & Regni noſtri Negotiis, & tenuit a jamdiu,

Ac volentes ipſum (quatenùs ſine Juris noſtri Regii offensâ fieri poterit) Favore proſequi gratioſo,

Volumus & concedimus quod idem Cardinalis, per Procuratores ſuos, Jus, quod ſibi competit in Theſaurariâ prædictâ, non obſtantibus hujuſmodi Prohibitionibus noſtris, in Foro Eccleſiæ proſequi poſſit, quatenùs de Jure fuerit faciendum; ſalvo tamen Jure noſtro, poſt Deceſſum ipſius Cardinalis, ſi quod nobis competat in hac parte.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

De tractando ſuper Matrimonio inter Alianoram Sororem Regis, & Comitem Gelriæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1331.
De Circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Venerabilium An. 5.
Patrum, J. Wyntonienſis, Cancellarii noſtri, & W. Norwycen- E. 3.
ſis, Theſaurarii noſtri, Epiſcoporum, & Dilectorum & Fidelium Pat. 5.
noſtrorum, Galfridi le Scrop & Willielmi de Herle Militum, ple- E. 3. p.
nam fiduciam reportantes, 2. m. 7.

Ad tractandum cum Nunciis & Procuratoribus, Nobilis Viri, Domini Comitis de Gelre, ſuper Matrimonio, contrahendo inter ipſum Comitem, & Alianoram Sororem noſtram cariſſimam,

Et ad conveniendum, promittendum, & concordandum de Dote, ſeu Doralitio, Donationéve, propter Nuptias, eidem Alianoræ aſſignandis,

Et ad Alia, quæ circa hæc neceſſaria fuerint, faciendum,

Et ea quacumque firmitate vallandum,

Plenam eiſdem, Epiſcopis & Militibus, ac Tribus eorum, tenore præſentium, damus & committimus Poteſtatem; Promittentes Nos Ratum & Stabile habituros quicquid per ipſos, Epiſcopos & Milites, vel Tres eorum, Tractatum, Concordatum, Promiſſum, & Firmatum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, viceſimo die Octobris.

Digitized by Google

m. 7. ſe per quoſdam, occaſione Proſecutionis prædictæ, inquietari & gravari,

Nos, volentes præfatum Cardinalem Favore proſequi gratioſo, ſuſcepimus ipſum Hugonem, in proſequendo Negotia ipſius Cardinalis prædicta, in Protectionem, & Defenſionem noſtram, ſpecialem, *&c. prout in ejuſmodi Literis.*

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud Odiham, viceſimo quinto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Papam, ſuper variis Negotiis, & de Alligantia cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Rom.* 5. *E.* 3. *m.* 2.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Pater deſideratiſſime, de gratioſâ & felici expeditione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Magiſtri Ricardi de Bury, & Antonii de Peſaigne Militis (quos nuper ad veſtræ Sanctitatis præſentiam, pro quibuſdam noſtris Secretis Negotiis, tranſmiſimus) & laudabili conſilio quod nobis, ſuper certis Articulis. quos iidem Nuncii noſtri veſtræ Manſuetudini expoſuerunt, ex parte noſtrâ, veſtra Paterna Circumſpectio dignata eſt impartiri, quas valemus & ſufficimus veſtræ Beatitudini Gratiarum referimus Actiones.

Veſtræ Clementiæ intimantes quod Articulos illos, juxta veſtri maturitatem Conſilii, in omnibus tenere & obſervare proponimus, Domino ſuffragante, ut illos, quos ſentimus, & cognoſcimus, utiles exiſtere pro nobis, & Populo Regni noſtri.

Et ſcire dignetur inſuper veſtra Sinceritas, quod Nos Statum & Honorem cariſſimæ Dominæ & Matris noſtræ, modo, quo dictis noſtris Nunciis, ſicuti nobis retulerunt, conſulendo mandâſtis, diſpoſuimus, & de tempore in tempus, prout Dominus inſpiraverit, proponimus de bono in melius emendare.

Ordinavimus inſuper certos Fideles noſtros ad Terram noſtram Hiberniæ, pro reformatione Statûs ejuſdem, celeriter deſtinare, juxta Conſilium quod eiſdem Nunciis noſtris impendiſtis.

Cæterùm deliberavimus deſtinare ad præſentiam, Magnifici Principis, Regis Franciæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Fideles & Secretarios noſtros, videlicet, Venerabilem Patrem, Johannem Epiſcopum Wyntonienſem Cancellarium noſtrum, Henricum de Bello Monte Conſanguineum noſtrum, Guilielmum Dominum de Monte Acuto, & præfatum Antonium, Milites noſtros,

Ad tractandum cum præfato Rege, tàm ſuper Generali Paſſagio, quàm ſuper Alligationibus, inter ipſum Regem & Nos (per Fœdus Conjugale, videlicet, inter Filiam ipſius Regis, & Filium noſtrum Primogenitum) ineundis,

Ac etiam ſuper aliis Negotiis, contingentibus Ducatum noſtrum Aquitaniæ,

Et ad ea, quæ tractata fuerint, per Dei gratiam, complendum, & effectui mancipandum;

Et erunt prædicti Nuncii noſtri ad præſentiam ipſius Regis, Domino concedente, in Quindenâ Feſti Omnium Sanctorum, proximo jam venturi.

Placeat igitur quæſumus veſtræ Sanctitudini, præfatum Dominum Regem, veſtris Apoſtolicis Literis, modo quo placuerit, excitare, ut, in Tractatu & Finali Expeditione præmiſſorum, facilem & benivolum ſe ſtudeat exhibere; pro tranquillitate & quiete

ctæ Terræ, diligentiis nullo modo omiſſis.

Teſte Rege apud Hungerford, quinto die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

REX, dilecto & Fideli ſuo, Jacobo de Botiller, Comiti d'Ormond. Salutem.

Cùm pro reformatione Statûs Terræ noſtræ Hiberniæ, *&c. ut ſupra uſque ibi* quod, *tunc ſic*, vobis firmiter injungendo mandamus, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Willielmo de Bermyngham Militi.
Waltero de Burgh.

De Perpetuo Vicario in Eccleſia Sancti Saurini Grandis Caſtri conſtituendo.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Domino - - - eâdem gratiâ, Epiſcopo Agennenſi, Salutem. Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Vaſc.* 5. *E.* 3. *m.* 6.

Cùm, dilectus Clericus noſter, Gasbertus de Boinſvillâ, Rector Eccleſiæ Sancti Saurini Grandis Caſtri, aliàs dicti Puch Mirol, veſtræ Diœceſis, deſideret in eâdem Eccleſiâ perpetuum Vicarium ordinari, qui Curam ejuſdem Eccleſiæ perſonaliter exerceat, & de ipſius Eccleſiæ Fructibus, pro Suſtentatione ſuâ, certam percipiat Portionem,

Et Nobis ſupplicaverit ut Ordinationi hujuſmodi Vicariæ, Auctoritate veſtrâ faciendæ, pro eo quòd dicta Eccleſia de noſtro exiſtit Patronatu, noſtrum velimus præbere aſſenſum,

Nos, attendentes Curam Eccleſiæ prædictæ per Perſonalem Reſidentiam Vicarii poſſe utilius exerceri, Supplicationi prædictæ, ad laudem Dei, & Divini Cultûs augmentum, duximus annuendum:

Et hoc vobis, tenore præſentium, ſignificamus, ut ulteriùs in Conſtitutione Vicarii prædicti, & congruâ Portione, * ſibi de Fructibus ipſius Eccleſiæ aſſignandâ, facere valeatis, quod ad veſtrum Officium in hac parte noveritis pertinere. * IV. 504.

Dat apud Wyndeſore, decimo quarto die Novembris.

Pro Comite de Julers de Feodo ſuo pro Servitio ſolvendo. *Clauſ.* 5. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 8.

Teſte Rege apud Guldeford, decimo nono die Novembris.

Pro Neapoleone Cardinali, de audiendo & terminando varias Injurias & Tranſgreſſiones contra ipſum perpetratas. Ann. D. 1331. *An.* 5. *E.* 3. *Pat.* 5. *E.* 3. *p.* 3. *m.* 13. *d.*

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Willielmo Truſſel, Roberto de Sadyngton, & Hugoni de Haverbergh, Salutem.

Ex gravi Querelâ, Venerabilis Patris, Neapoleonis Cardinalis, Præbendarii Præbendæ de Sutton in Eccleſiâ beatæ Mariæ Lincolnienſi, accepimus quòd,

Cùm

Digitized by Google

& contra Protectionem noſtram prædictam, & contra Pacem noſtram.

Et quia Tranſgreſſiones illas, ſi taliter perpetratæ fuerint, relinquere nolumus impunitas, *&c. prout in conſimilibus Inquiſitionibus.*

Teſte Rege apud Guldeford, viceſimo die Novembris.

Per Petitionem de Concilio.

Pro Nunciis Alfonſi de Kariello Baronis de Iſpannia.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Liberat. 5. E. 3. m. 2.*

REX, Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Nunciis, Nobilis Viri, Johannis Alfonſi de Carriello, Baronis de Iſpanniâ, ad Nos in Angliâ de præfato Barone venientibus, Decem Marcas, de Dono noſtro, in ſubventionem Expenſarum ſuarum, ad propria revertendo.

Teſte Rege apud Wymburn, quinto die Decembris.

Per ipſum Regem, nunciante Theſaurario.

---

* IV. 505.

** Pro Militibus Comitis de Eu, de Dono Regis.*

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Ibidem.*

REX, Theſaurario & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, dilecto nobis, Thomæ de Walepole Orfeure Viginti Libras, duos Solidos, & decem Denarios, pro quibuſdam Cupis Argenteis, ab eo per, Venerabilem Patrem, Johannem Wyntoniæ Epiſcopum ad opus noſtrum emptis,

Et quibuſdam Militibus, nuper ad Nos in Angliâ, cùm, Nobili Viro, Comite de Eu, venientibus, de Dono noſtro liberatis.

Teſte Rege apud Claryndon, ſexto die Decembris.

Per ipſum Regem.

Ad Regem Caſtellæ ſuper Emptione Dextrariorum in Hiſpania.

Ann. D. 1331. *An. 5. E. 3. Clauſ. 5. E. 3. p. 2. m. 2. d.*

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Sibilliæ, Cordubiæ, Murciæ, Jehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molini Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. Salutem, & Succeſſus, ad vota, ſemper proſperos & felices.

Cùm, claræ memoriæ, Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, de Theſauro ſuo, dudùm liberari feciſſet Mille Marcas Sterlingorum Andreæ de Peritz, de Caſtro Sariz, Burgenſi de Burgh, & Gunſalvo Goderitz, pro Equis Dextrariis, ad opus dicti Patris noſtri, in partibus Iſpanniæ emendis, & ad ipſum Patrem noſtrum ducendis,

Idemque Andreas obiiſſet priuſquam Dextrarii prædicti ad opus ipſius Patris noſtri empti fuiſſent, ſicque dicta Pecunia penes præfatum Gunſalvum, & Executores Teſtamenti prædicti Andreæ, hactenus remanſit, & remanet in præſenti,

Sanè, Pater Sanctiſſime, nobis relatum eſt a nonnullis quod quidam, ipſius Archiepiſcopi quietem perturbare molientes, veſtræ ſuggeſſerunt Clementiæ, quod idem Archiepiſcopus, in ultimo Parliamento noſtro, procurâſſe debuerat penes Nos, & ſuum ad hoc Conſilium impendiſſe, ut veſtræ Sanctitatis & Apoſtolicæ Sedis Nuncii, de Terris exteris oriundi, permitti non deberent morari in Angliâ, nec injunctum eis Officium ibidem aliqualiter excercere. IV. 506.

Nè igitur aures veſtræ Paternæ Pietatis ex hujuſmodi Suggeſtionibus, quæ omnino carent primordio veritatis, ad indignationem erga præfatum Archiepiſcopum aliqualiter moveantur,

Veſtræ Beatitudini Fideli Teſtimonio intimamus, quod non fuit aliquid dictum, vel procuratum, in dicto Parliamento, nec aliàs, contra præfatos Nuncios veſtros, per præfatum Archiepiſcopum, de ipſorum ammotione, ſeu perturbatione in Officiis ſuis exequendis.

Placeat igitur, quæſumus, veſtræ Benignitati eundem Archiepiſcopum,

Qui in executione Officii Paſtoralis ſolicitè elaborat, & quem Virum credimus Vitæ Sanctitate conſpicuum, Moribus Temperatum, Devotum pariter & modeſtum,

Habere, de hujuſmodi, ſibi minus veraciter impoſitis, inculpabilem penitùs & immunem; eique Indignationem (ſi quam erga ipſum, eâ occaſione, conceperit veſtra Sanctitudo) omnino, ſi libeat, condonare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Welles, ſexto die Januarii.

Pro Willielmo de Monte Acuto, ſuper Captione Rogeri de Mortuo Mari.

Ann. D. 1332. *An. 5. E. 3. Pat. 5. E. 3. p. 1. m. 37.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm nos, nuper conſiderantes qualiter Negotia, nos & Statum Regni noſtri contingentia, per Rogerum de Mortuo Mari, tunc Comitem Marchiæ, & quoſdam ſuos Complices, ad noſtri Dampnum & dedecus, ac depauperationem totius Populi dicti Regni noſtri, deducebantur,

Et qualiter idem Rogerus noſtram Regiam Poteſtatem ſibi uſurpaverat, & ad deſtructionem Statûs noſtri, & aliorum Magnatum de Genere noſtro, proditionalitèr anelabat,

Ac Nos,

Nolentes ipſius præſumptuoſam Malitiam, urgente conſcientiâ, tolerare,

Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de Monte Acuto, ſuper Captione ejuſdem Rogeri, & Complicum ſuorum prædictorum, revelavimus Secretum Cordis noſtri, qui ad Mandatum noſtrum, aſſumptis ad hoc ſecum quibuſdam Fidelibus noſtris, præfatum Rogerum in Caſtro noſtro de Notingham areſtavit, & Carcerali Cuſtodiæ, prout ei injunximus, mancipavit,

Et quia, in Areſtatione prædictâ, Hugo de Turpliton Miles, & Ricardus de Monemuth, propter Reſiſtentiam, quam fecerunt in defenſionem ipſius Rogeri, fuerunt interfecti,

Nos,

Securitati ipſius Willielmi, & aliorum Fidelium noſtrorum, qui in Comitivâ ſuâ tunc fuerunt, nè de Morte prædictorum, Hugonis & Ricardi, ſeu aliquibus per ipſos, ſeu eorum aliquem, circa Areſtationem ejuſdem Rogeri, perpetratis, inquietari, ſeu occaſionari,

Digitized by Google

Et quia Paſſagium noſtrum, ad dictas partes, ex cauſis prædictis, jam ordinavimus, videlicet, in Feſto Sancti Petri ad vincula, proximo futuro, ad dictorum Rebellium Malitiam, cum Dei adjutorio, reprimendum,

Ad quod faciendum, ratione Terrarum, quas in eadem Terrâ habetis, manus apponere tenemini adjutrices,

Vobis mandamus, in Fide & Homagio, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quod, omni excuſatione voluntariâ ceſſante, ſitis ad nos, dicto die, in loco, ubi Paſſagium noſtrum prædictum contigerit ordinari, quanto potentius & decentius poteritis, prompti & parati ad proficiſcendum nobiſcum, & aliis Fidelibus noſtris, ad partes prædictas ex cauſis ſupradictis; & hoc, ſicut nos, & Honorem noſtrum, & veſtrum, ac ſalvationem Terrarum veſtrarum prædictarum, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Januarii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Radulpho Comiti de Eu.
Johanni Comyn.
Almarico de Sancto Amando.
Thomæ de Furnivall juniori.
Bartholomæo de Burgherſh.
Willielmo le Blount.
Henrico de Ferrariis.
Johanni de Bello Campo de Somerſete.
Johanni de Bohun de Suſſex.
Hugoni de Mortimer.
Hæredi Johannis de Mohun, } infra ætates & in Cuſtodiâ Regis
Hæredi de Haſtynges, } exiſtentibus.
Hæredi Nicholai de Carru, }
Willielmo la Zouſche.
Hugoni d'Audele.
Willielmo la Zouſche de Haryngworth.
Johanni de Erlay.
Comiti Atholl.
Ricardo Talbot.
Willielmo de Grandiſſono.
Johanni de Multon.
Roberto de Clifford.

De Apoſtatarum inſolentia reprimenda.

Ann. D. 1338. *An.* 6. E. 3. *Pat.* 6. E. 3. p. 1. *m.* 25.

REX Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Volentes inſolentiam Apoſtatarum,

Qui in diſpendium Animarum ſuarum, & Ordinis Fratrum Minorum Scandalum, relicto Habitu religionis ſuæ, & ſpretâ Profeſſione ſuâ, infra Regnum noſtrum vagantur, ſeu in futurum fuerint vagabundi,

Reprimere, & honeſtati Religionis prædictæ ſpecialiter ſubvenire,

de l'Egliſe de Lichefeld, & Meiſtre Johan de Hildeſle, Chanoign de l'Egliſe de Circeſtre, Salutz. 1332. *An.* 6. E. 3. *Ibidem.*

Sachez que,

Come entre, bone memoire, Charles n'adgaires Roi de Fraunce, & Edward n'adgaires Roi de Engleterre, noſtre Treſchier Piere (qi Dieux Aſſoile) ſur Debatz, qui eſtoient meutz entre eux, une Acorde ſe fiſt,

Et puis entre, le noble Prince, Monſieur Phelip, ore Roi de France, & nous, une Acorde ſe feiſt, come en meiſmes les Acordez plus pleinement eſte contenuz,

Et aucunes Surpriſes, Purpriſes, & Occupacions, avont eſte faites, d'une part & d'autre, contre les dites Acordez,

Nous, voillantz que Droit ſoit fait en quant que a nous attient, vous, & cheſcun de vous, Provoms, Eliſoms, & Deputoms, par ceſtes preſentes, noz Lettres, d'oier, oveſque les Deputez le dit Roi de France, ou par vous meiſmes, ſi avant come a nous appartient, les Pleintes de touz ceux, qi pleindre ſe voudront de Surpriſes, Purpriſes, & Occupacions, faites contre les dites Acordes, & a faire Reſtitucion, & compliſſement de droiture, ſur meiſme les choſes.

En Teſmoignance de queu choſe nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Overtes.

Don, a Waltham, le viij jour de Fever.

De Conventis ſuper Sponſalibus inter Comitem Gelriæ & Alianoram Regis Sororem.

REX Univerſis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1332.

Noverint Univerſi quòd, *An.* 6.

Cùm, Venerabiles Patres, J. Wyntonienſis Epiſcopus, Cancellarius noſter, & W. Norwicenſis Epiſcopus, Theſaurarius noſter, ac, dilecti & fideles noſtri, Galfridus le Scrop, & Willielmus Herle, per nos ſpecialiter deputati, E. 3. *Pat.* 6. E. 3. p. 1. *m.* 24.

Necnon, diſcreti Viri, Otto Dominus de Kuye, Ricoldus Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis, & Jacobus de Myerlaer Miles,

Ambaſſatores & Procuratores, Nobilis Viri, Domini Reynaldi, Comitis Ghelrenſis, & Zutphanienſis, ſuper * Matrimonio, contrahendo inter præfatum Comitem ex parte unâ, & Alianoram Sororem noſtram cariſſimam ex alterâ, * IV. 509.

Inter ſe tàm ex parte noſtrâ, quàm ex parte præfati Comitis, Tractatus plurimos habuiſſent,

Dictique Procuratores, præfati Comitis, eidem Sorori noſtræ, nomine Donationis, propter Nuptias, Dotem ſeu Duariam aſſignâſſent,

Et de recipiendo, nomine Dotis, a nobis de certâ quantitate Pecuniæ inter ſe,

Et de Hæredatione Filiorum & Filiarum, quos idem Comes ex dictâ Sorore noſtrâ, Dono Dei, procreare contigerit,

Ac de præſentando & recipiendo eandem Alianoram, certis ſub modis & formis, conveniſſent, prout hæc, & alia, in Litteris dictorum Epiſcoporum, & Fidelium noſtrorum, ac dictorum Procuratorum, præfati Comitis, pariter Sigillis eorum ſigillatis, latiùs continentur,

Nos

Super Penſione Albanenſis Epiſcopi Cardinalis.

Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Vaſc.* 7. *E.* 3. *m.* 9.

REX Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, Salutem.

Mandamus vobis quòd computetis cum, Venerabili Patre, Domino Johanne, Albanenſi Epiſcopo, Eccleſiæ Romanæ Cardinali, ſeu Attornato ſuo, de eo quod eidem Cardinali a retro eſt de illis Quinquaginta Marcis Sterlingorum, quas a nobis nomine Penſionis percipit annuatim, tàm de tempore Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, quàm noſtro.

Et præfato Cardinali, vel ſuo dicto Attornato, id, quod ſibi indè, per Compotum hujuſmodi, a retro eſſe inveneritis, de dicti Ducatus Exitibus, ſine dilatione, ſatisfieri faciatis, Recipientes ab eodem Cardinali, vel ſuo dicto Attornato, Literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem Pecuniæ, quam ei ſic ſolveritis, Teſtificantes; & nos vobis inde, in Compoto veſtro, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Pontem fractum, decimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem.

* IV. 510.

** Super Dono 400 l. eidem Cardinali.*

Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Vaſc.* 7. *E.* 3. *m.* 9.

REX eidem Salutem.

Ex parte, Venerabilis Patris, Domini Johannis, Albanenſis Epiſcopi, Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, nobis eſt ſupplicatum ut,

Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter,

In recompenſationem dampnorum, quæ idem Cardinalis, qui, tempore ipſius Patris noſtri, per Dominum Summum Pontificem, in Angliam, in Nuncium, miſſus fuit, dum ſic in eodem Regno noſtro ſteterat, incurrebat,

Conceſſiſſet eidem Cardinali Quadringentas Libras de Dono ſuo, prout per Literas ipſius Patris noſtri Patentes, quas idem Cardinalis aſſerit ſe habere, pleniùs poterit apparere,

Velimus eidem Cardinali de Summâ illâ, quæ ſibi adhuc debetur, ſicut dicit, Satisfactionem fieri jubere:

Nos, ejus Supplicationi in hac parte favorabiliter annuentes, vobis mandamus quod, viſis literis ipſius Patris noſtri prædictis, ſi vobis conſtiterit dictas Quadringentas Libras præfato Cardinali per ipſum Patrem noſtrum conceſſas fuiſſe, eandemque Summam ſibi adhuc deberi, ſicut prædictum eſt, tunc eidem Cardinali, vel Attornato ſuo in hâc parte, eaſdem Quadringentas Libras, de dicti Ducatus Exitibus, ſine dilatione, ſolvatis; recipientes à præfato Cardinali, vel ſuo dicto Attornato, Literas ipſius Patris noſtri prædictas, ac literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictæ pecuniæ Teſtificantes; & nos vobis inde, in Compoto veſtro, debitam allocationem habere faciemus.

Dat. apud Pontem fractum, decimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Liberat.* 6. *E.* 3. *m.* 6.

Pro Nuncio Lodovici de Sabaudia.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, de Scaccario ſuo Dubliniæ, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Jacobo Parobam Militi, Nun-

REX Vicecomiti Berks Salutem. Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Claus.* 6. *E.* 3. *m.* 34. *d.*

Cùm, Nobilis Vir, Johannes Dux Brabantiæ, Nos, per literas ſuas, requiſierit ut,

Cùm, occaſione quarumdam Obligationum, quibuſdam Mercatoribus de Regno noſtro per Patrem ipſius Ducis dudùm factarum, ac captionum Lanarum, & aliorum Bonorum diverſorum ſupra Mare, tàm per Gentes noſtras, quàm per Gentes ipſius Ducis, hinc indè factarum, graves Diſſenſiones ante hæc tempora exortæ, & Areſtationes hinc & indè conceſſæ fuiſſent, & Dampna quamplurima diverſimodè irrogata,

Velimus, pro evitandis periculis quæ ex hujuſmodi Diſſenſionibus evenire poterint, aſſenſum præbere ut omnes Diſſenſiones hujuſmodi Tractatu amicabili valeant terminari,

Ac nos, habitâ, ſuper requiſitione hujuſmodi, deliberatione pleniori,

Attendentes utilitatem, quæ ex mutuâ Communione Mercatorum de Regno noſtro, & Mercatorum de Poteſtate ipſius Ducis, poterit evenire,

Aſſignavimus Gentibus ipſius Ducis diem in Craſtino Aſcenſionis Domini, proximò futuro, apud Weſtmonaſterium, ad Tractandum nobiſcum, ſeu illis quos ad hoc deputaverimus, ſuper Pace & finali Concordiâ ſuper præmiſſis.

Tibi igitur præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Villis Mercatoriis, & aliis locis, ubi expedire videris, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, facias publicè proclamari quòd omnes illi, qui Querelas, vel Actiones, habent verſus dictum Ducem, vel aliquos de Poteſtate ſuâ, Occaſionibus ſupradictis, ſint ad Diem & Locum prædicta, cum Literis & Evidentiis ſuis, coram deputandis à nobis, ad informandum eos ſuper Jure ſuo, & ad faciendum & recipiendum quod tunc ibidem contigerit ordinari, ſi ſibi viderint expedire; & habeas ibi hoc Breve.

Teſte Rege apud Langele, viceſimo ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Sub eâdem formâ ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Super Paſſagio Alianoræ Sororis Regis.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Liberat.* 6. *E.* 3. *m.* 5.

Mandamus vobis quòd,

De primis Denariis, ad proximum proffrum, ad Scaccarium noſtrum venientibus,

Solvatis, dilectis Mercatoribus noſtris, Jacobo Nicholas, Bartholomæo de Barde, & Sociis ſuis Mercatoribus, de Societate Bardorum de Florentia, Mille Marcas pro tantâ Summâ Pecuniæ, quam iidem Mercatores, pro nobis, ſolvere promiſerunt Nunciis noſtris, quos ad partes Franciæ, & Curiam Romanam, in proximo miſſuri ſumus, ac pro Paſſagio Alianoræ Sororis noſtræ cariſſimæ verſus partes Tranſmarinas; recipientes à præfatis Mercatoribus literas ſuas Acquietantiæ, quæ pro nobis ſufficientes fuerint in hâc parte.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Digitized by Google

Tractatus, habiti ſuper Matrimonio inter Comitem Ghelrenſem & Alianoram Sororem Regis, Ratificatio.

Ann. D. REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.
1332. Inſpeximus Litteras Patentes, Venerabilium Patrum, & Di-
An. 6. lectorum & Fidelium noſtrorum,
E. 3.
Pat. 6. *J. Wyntonienſis Epiſcopi, Cancellarii,*
E. 3. p. 1. *Et W. Norwicenſis Epiſcopi, Theſaurarii, noſtrorum,*
m. 14. *Galfridi le Scrop,*
Et Willelmi de Herle, Militum, Conſiliariorum noſtrorum,
Necnon diſcretorum virorum, Dominorum,
Ottonis Domini de Kuye,
Ricoldi Præpoſiti & Archidiaconi Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis,
Et Jacobi de Mierlaer, Militis, Nunciorum, Nobilis viri, Reynaldi, Comitis Ghelrenſis & Zutphanienſis,
In hæc verba,

UNiverſis Chriſti Fidelibus, ad quos Præſentes Litteræ pervenerint,

Johannes, permiſſione Divinâ, Wyntonienſis Epiſcopus, Illuſtris Domini Regis Angliæ Cancellarius, Willielmus, eâdem permiſſione, Norwicenſis Epiſcopus, dicti Domini Regis Theſaurarius, Galfridus le Scrop, & Willielmus de Herle, Milites, Conſiliarii & Deputati per præfatum Dominum Regem;

Ac Otto Dominus de Kuye, Ricoldus Præpoſitus & Archidiaconus Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis, & Jacobus de Mverlaer Miles, Conſiliarii, Secretarii, Nuncii, & Ambaſſatores, Nobilis & Potentis viri, Domini Reynaldi, Comitis Ghelrenſis & Zutphanienſis,

Salutem in Domino.

Noverit Univerſitas veſtra quòd,

Super Tractatu Matrimonii, inter prædictum Dominum Comitem & Nobilem Domicellam Alianoram Sororem prædicti Domini Regis contrahendi,

Inter Nos prædictos, Epiſcopos, Galfridum, & Willielmum, pro præfatis Domino Rege & Alianorâ Sorore ſuâ, & ipſorum nomine, ex parte unâ,

Et nos prædictos, Ottonem, Ricoldum, & Jacobum, pro præfato Domino noſtro Comite, & ejus nomine, ex alterâ,

Tractatum & concordatum eſt in formâ infraſcriptâ,

IN PRIMIS, videlicet, nos præfati, Otto, Ricoldus, & Jacobus, nomine præfati Domini noſtri Comitis, & virtute Poteſtatis ſpecialis, per ipſum Dominum noſtrum nobis in hâc parte traditæ, damus, concedimus, & aſſignamus præfatæ Dominæ Alianoræ, nomine Donationis, propter Nuptias, Sexdecim Milia Libratarum parvorum Turonenſium annuatim, de Terris & Bonis dicti Domini noſtri Comitis, ad totam vitam dictæ Dominæ Alianoræ, tàm in vitâ præfati Domini Comitis, quàm poſt mortem ejuſdem, ſi Ipſa Ipſum ſupervixerit, HABENDA ET POSSIDENDA:

• IV. 413. * Et, pro eiſdem Sexdecim Milibus Libratarum Terræ & Bonorum, nomine prædicti Domini noſtri Comitis, & virtute Poteſtatis ſpecialis, nobis in hâc parte traditæ, ut prædictum eſt, damus, concedimus, & aſſignamus, dictæ Dominæ Alianoræ, que Superiores, ut Proles, ſic de præfatâ Dominâ Alianorâ ſuſcitanda, ſibi in dictis Bonis hæreditarie ſuccedat; exceptis Decem Milibus Libratarum Terræ parvorum Turonenſium, per Annum, de quibus Filiabus ſuis, de Uxore ſuâ primâ procreatis, ſibi liceat providere; in hujuſmodi tamen Proviſione Conſuetudine Patriæ ſervatâ.

Et nos, ſupra nominati Epiſcopi, Galfridus & Willielmus, vice & nomine dicti Domini noſtri Regis, & prædictæ Dominæ Alianoræ, ac virtute Poteſtatis ſpecialis, nobis per eundem Dominum noſtrum Regem in hâc parte traditæ, nomine Dotis ipſius Alianoræ per prædictum Dominum noſtrum Regem, dare & ſolvere promittimus præfato Domino Comiti DECEM MILIA LIBRARUM STERLINGORUM, videlicet,

In Octabis Feſti, beatorum Apoſtolorum, Philippi & Jacobi, proximò futuri, apud Leſcluſes in Flandriâ, Quinque Milia Librarum Sterlingorum,

Et Reſidua quinque Milia Librarum Sterlingorum, apud Bruges in Flandriâ, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo Tertio:

Ad quæ quidem Decem Milia Librarum Sterlingorum, terminis & locis prænominatis ſolvenda, dictum Dominum noſtrum Regem, virtute Poteſtatis ſupradictæ, tenore præſentium obligamus; &, ex habundanti, procurabimus quòd dictus Dominus noſter Rex faciet, quod Mercatores de Societate Bardorum de Florentiâ, vel alii Mercatores ſufficientes, ſe, pro dicto Domino noſtro Rege, obligabunt de dictis ultimis Quinque Milibus Librarum Sterlingorum, apud Bruges in Flandriâ, in dicto Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, præfato Domino Comiti, vel ejus in hâc parte Attornato, ſolvendis.

Et, præter hæc, dictus Dominus noſter Rex præfatam Dominam Alianoram, pro Corpore & Camerâ ſuâ, ſuis Sumptibus, parare faciet competenter.

Престереà,

* Per nos, ſupra nominatos Epiſcopos, Galfridum & Williel- • IV.
mum, pro præfato Domino noſtro Rege, 514.

Et per nos ſupradictos, Ottonem, Ricoldum, & Jacobum, pro dicto Domino noſtro Comite,

Eſt tractatum & concordatum quòd dicta Domina Alianora, parata, ſicut prædictum eſt, Sumptibus dicti Domini Regis, mittetur uſque dictam Villam de Leſcluſes in Flandriâ, ſimul cum primis Quinque Milibus Librarum Sterlingorum prædictarum, ita quòd ſint ibi, in Octabis dicti Feſti Apoſtolorum Philippi & Jacobi, præfato Domino Comiti, vel ejus Gentibus, liberanda:

Et ex tunc eadem Domina Alianora, ad Sumptus dicti Domini Comitis, in omnibus remanebit.

Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta nos, præfati Epiſcopi, Galfridus & Willielmus, per prædictum Dominum noſtrum Regem, quatenùs ad ipſum pertinent; & nos prædicti, Otto, Ricoldus, & Jacobus, per prædictum noſtrum Comitem, quantùm ad ipſum pertinent, teneri, ſervari, & compleri procurabimus bonâ fide; ipſoſque Dominos noſtros, virtute Poteſtatum, nobis in hâc parte traditarum, ad præmiſſa omnia & ſingula tenenda, ſervanda & complenda, in formâ ſupraſcriptâ, tenore præſentium, obligamus.

Et quòd præfatus Dominus Comes omnia & ſingula ſupraſcripta, quatenùs ipſum concernunt, effectualiter faciet, ſervabit, & complebit, Ego, prædictus Ricoldus, virtute Poteſtatis ſpecialis, per ipſum Dominum meum Comitem michi in hâc parte traditæ, in

, *ſupra ad Dat. 20. Oct. A. 5.*

UNiverſis, præſentes litteras inſpecturis, nos Reynaldus, Comes Ghelrenſis & Zutphanienſis, facimus manifeſtum, quòd,

Nobiles ac diſcretos viros, Dominos, Ottonem Dominum de Kuye, Ricoldum Præpoſitum & Archidiaconum Eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis, & Jacobum de Merlaer Militem, Conſiliarios & Secretarios noſtros dilectos,

Fecimus, & ordinavimus, facimus, conſtituimus, & ordinamus, noſtros, veros & legitimos, Procuratores, negotiorum Geſtores, & Nuncios ſpeciales, & quemlibet eorum in ſolidum (ita quòd non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum eorum inceptum fuerit, per alium proſequi valeat & finiri) ad contrahendum, pro nobis & nomine noſtro, cum Alianorâ Sorore Domini Regis Angliæ, Sponſalia & Matrimonium,

Eidemque Alianoræ Dotariam, Dotem, ſeu Dotalitium, ſive Uſumfructum, faciendum & aſſignandum,

Donationemque, propter Nuptias, recipiendum,

Noſque pœnâ, Juramento, & multâ, quibuſcumque obligandum,

* IV. 515. * Et præſtandum in Animam noſtram calumpniæ, & cujuſlibet generis, Sacramentum ſuper hujuſmodi Matrimonio, pro nobis & noſtro nomine contrahendo,

Ac omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in dicto Matrimonii negotio neceſſaria fuerint, vel quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Ratum, gratum, & firmum, habentes, & perpetuò habituri quicquid per dictos noſtros Procuratores, vel eorum aliquem, actum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum:

Quod omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, ſub Sigillo noſtro Majore, præſentibus appenſo, ſignificamus.

Dat. Feria tertia poſt Feſtum Beati Remigii, Anno Domini Millelimo, Treſcenteſimo, Triceſimo primo.

NOS *autem*,

Tractatus, Promiſſiones, Obligationes, ac omnia & ſingula in eiſdem Litteris contenta, & quicquid per præfatos Conſiliarios noſtros actum extitit, ratum, gratum, & firmum, habentes, & perpetuò habituri,

Ea omnia & ſingula, quatenus nos concernunt, & tangunt, effectualiter ſervabimus & complebimus, eaque omnia approbamus, ratificamus, & pro nobis, Hæredibus, & Aſſignatis noſtris, omni modo & formâ, ſicut geſta, acta, ſeu contracta exiſtunt, & ut in præfatis Litteris continetur, ex certâ noſtrâ ſcientiâ, Tenore Præſentium, confirmamus; Promittentes ipſa omnia, bonâ fide, effectualiter adimplere, ac, omni dolo & fraude penitus excluſis, inviolabiliter obſervare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Martii.

Pro Nuncio Regis Ermeniæ.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Liberat. 6. E. 3. m. 6.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, cuidam Nuncio, Nobilis Principis, Domini —— Regis Ermeniæ, qui ad nos de dicto Domino Rege in Nuncium venit, Quadraginta Marcas de Dono noſtro.

Teſte Rege apud Turrim London. 30 die Martii.

Per ipſum Regem.

* Ad Expenſas pro dicta Sorore noſtra & aliis de Comitiva ſua, eundo verſus partes prædictas, ibidem morando, & exindè redeundo (pro hiis qui rediuri ſunt) faciendum; nec non ad Compotum indè ad Scaccarium noſtrum reddendum, præfatum Robertum, Tenore præſentium, deputamus. 516.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. triceſimo die Martii.

Per Concilium.

Ad Regem Navarræ, pro Conductu habendo.

MAgnifico Principi, Domino —— Dei gratiâ, Regi Navarræ, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Salutem, & Succeſſus, ſemper ad vota, proſperos & felices. Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 28. d.

Cùm, dilectus Vallettus noſter, Arnaldus Garſy ad partes Iſpaniæ, pro Negotiis noſtris, per Nos eidem ſpecialiter injunctis, de mandato noſtro ſe divertat,

Magnificentiam veſtram requirimus, quatenùs eundem Arnaldum, per loca Regni veſtri, verſus partes prædictas, liberè & abſque impedimento, tranſire permittatis, & eidem, per dicta loca tranſeunti, ſalvum & ſecurum Conductum, ſi placet, fieri præcipiatis.

Data apud Turrim London. triceſimo primo die Martii.

Ad Reginam.

SEreniſſimæ Dominæ, Dominæ, Dei gratiâ, Reginæ Navarræ, Conſanguineæ ſuæ cariſſimæ, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Salutem, & ſucceſſus, ſemper ad vota, proſperos & felices. Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Ibid.

Cùm, dilectus Vallettus noſter, Arnaldus Garſy, ad partes Iſpanniæ, pro negotiis noſtris, per nos eidem ſpecialiter injunctis, de mandato noſtro ſe divertat,

Serenitatem veſtram duximus requirendam, quatinùs penes Dominum veſtrum Regem inſtare velitis, ut dictum Arnaldum, per loca Regni prædicti, verſus partes prædictas, liberè & abſque impedimento tranſire permittat, & eidem, per dicta loca tranſeunti, ſalvum & ſecurum Conductum fieri præcipiat,

Vel, ipſo Domino veſtro a dicto Regno ſuo abſente, præmiſſa, ſi placet, noſtris interventibus fieri præcipiatis.

Data apud Turrim London. triceſimo primo die Martii.

De proclamando, pro Mercatoribus Extraneis.

REX, Vicecomiti Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem. Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 27. dorſo

Cùm, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Avus noſter, inter cæteras Libertates,

Quas per Cartam ſuam (quam confirmavimus) conceſſit Mercatoribus Regnorum, Terrarum, & Provinciarum, ſubſcriptorum, videlicet, Alemaniæ, Franciæ, Iſpanniæ, Portugaliæ, Navarræ, Lumbardiæ, Tuſciæ, Provinciæ, Cataloniæ, Ducatûs Aquitaniæ, Tholoſani, Caturcinii, Flandriæ, Brabantiæ, & omnium aliorum Terrarum & Locorum Extraneorum quocumque nomine cenſeantur,

Pro quibuſdam Præſtationibus & Cuſtumis, de Bonis & Mercandiſis

Digitized by Google

ctum eſt,

Et quòd nulla Priſa, Exactio, ſeu Areſtatio indebita, ſuper ipſos Mercatores ſeu Mercandiſas ſuas fiet, nec quicquam indè ad opus noſtrum, aut aliorum, contra ipſorum voluntatem, capietur contra formam Cartæ ſupradictæ.

Teſte Rege apud Staunford, decimo tertio die Aprilis.

Bulla, ad Pacem cum Rege Franciæ hortatoria.

Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Ex Autogr.*

JOhannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad noſtram pridem veniens præſentiam, dilectus Filius, Nobilis Vir, Guillielmus Truſſel Miles, & Nuncius Regius, nobis tuæ Celſitudinis Litteras de Credentiâ præſentavit.

Quos quidem Nuncium & Litteras benignè recepimus, &, quæ ipſe, pro parte Regiâ, nobis curavit exponere, dictæque continebant Litteræ, pleno collegimus intellectu.

Super his autem, quæ præfatus Nuncius, pro parte Regiâ, nobis expoſuit, taliter reſpondemus.

Quòd, cariſſimo in Chriſto Filio noſtro, Philippo Regi Franciæ Illuſtri ſcripſimus, juxta formam, quam Cedula continet, præſentibus interclusâ.

Sanè, Fili cariſſime, quia mutua inter te dictumque Regem Franciæ Concordia, tàm vobis, quàm utriuſque Subditis, exiſtere oportuna multipliciter noſcitur, ac Diſcordia (quam avertat Dominus) Diſpendia utriuſque Subditis allatura, Regalem rogamus Excellentiam, & in Domino attentiùs exhortamur, quatinùs ad Pacem Regium inclines animum & diſponas; habiturus nos, & præfatum Nuncium, ſuper morâ, quam, proſequendo diligenter & expectando Reſponſionem noſtram, traxit in Curiâ, probabiliter excuſatos.

Nos enim eâ causâ diſtulimus, ipſumque redire non permiſimus, quouſque poſſemus certiùs tuæ Magnificentiæ reſpondere; de Termino ſperamus quòd tuæ poterit ſatiſfieri voluntati: ſuper facto autem Paſſagii, ad quod agendum ſalubriter Pax Regni, Terrarumque aliarum, tuæ ditioni ſubjectarum, requiritur, Theſaurique immenſi copia eſt neceſſariò oportuna, cùm nos de hiis nequaquam ſufficientem notitiam habeamus, certum nequivimus dare Reſponſum; ſed cùm tu cum Proceribus tuis, prout intelleximus, Deliberationem & Tractatum habueris, ac, ut credimus, præmiſſa & alia, oportuna tanto negotio, in conſideratione duxeris deducenda, pleniùs potes advertere quid te deceat & expediat facere ſuper viâ Paſſagii antedicti.

* IV. 518. * Nos autem illa, quæ ſecundum Deum poterimus, cum Fratrum noſtrorum conſilio, parati erimus facere, ſi dictum Iter decreveris aſſumendum.

Dat. Avinion. undecimo Kal. Maii, Pontificatûs noſtri anno ſextodecimo.

Sigillo avulſo.

REX Theſaurario & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D. 1332.

Liberate, de Theſauro noſtro, Venerabili Patri, Johanni Wyntonienſi Epiſcopo, Cancellario noſtro, qui in Obſequium noſtrum, per Præceptum noſtrum, unà cum aliis Fidelibus noſtris, ad partes Tranſmarinas, pro quibuſdam arduis Negotiis noſtris, ibidem expediendis, profecturus eſt, Centum Libras, ſuper Expenſis ſuis, in itinere ſupradicto. *An.* 6. *E.* 3. *Liberat.* 6. *E.* 3. *m.* 5.

Teſte Rege apud Staunford, viceſimo quarto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia de Liberate habent ſubſcripti, qui in Obſequium Regis, per Præceptum Regis, ad partes prædictas, pro quibuſdam arduis Negotiis Regis, ibidem expediendis, profecturi ſunt, de ſummis ſubſcriptis; videlicet,

Adam Wygornienſis Epiſcopus de Centum Marcis.
Wilhelmus de Clynton de Quadraginta Libris.
Magiſter Johannes de Skordich de Viginti Libris.

Pro Nunciis prædictis, ad tractandum cum Rege Franciæ ſuper Itinere ad Terram Sanctam.

UNiverſis, præſentes Litteras inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem. Ann. D. 1332.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Johannis Wyntonienſis, Cancellarii noſtri, & Adæ Wygornienſis, Epiſcoporum, * Willielmi de Clynton Militis, & Magiſtri Johannis de Shordich, Juris Civilis Profeſſoris, plenariè confidentes, *An.* 6. *E.* 3. *Pat.* 6. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 6. * IV. 519.

Ad tractandum cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Dei gratiâ, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab ipſo, ſuper Itinere verſus Terram Sanctam & aliis Negotiis, tangentibus Terram Sanctam, prædictos Epiſcopos, Willielmum, & Johannem, Omnes, Tres, & Duos eorum (quorum præfatus Cancellarius noſter ſit Unus) facimus, ordinamus, & conſtituimus, noſtros Procuratores & Nuncios ſpeciales:

Promittentes Nos ratum & firmum habituros quicquid per dictos, Epiſcopos, Willielmum, & Johannem, Tres, vel Duos eorum (quorum præfatus Cancellarius noſter ſit Unus) nomine noſtro Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Vallatum fuerit in præmiſſis.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Dat. apud Notyngham, viceſimo ſexto die Aprilis.

Ad tractandum ſuper mutua Viſione.

UNiverſis, *&c. ut ſupra uſque ibi* ſeu deputandis ab ipſo, *tunc ſic*, de certis Die & Loco, quibus dictus Dominus Rex & nos in partibus Franciæ ad invicem conveniamus, & nos mutuò videre valeamus, Ann. D. 1332. *An.* 6. *E.* 3. *Ibidem.*

Et

Digitized by Google

In cujus, &c. ut ſupra.

Dat. ut ſupra.

Clauſ. 6. E. 3. m. 26. *Pro Comite de Julers de Penſione 900 Marcarum.*

Teſte Rege apud Notingham, primo die Maii.

Super Incarceratione Subditorum Regis per Miniſtros Regis Franciæ.

Ann. D. REX Vicecomitibus Londoniæ Salutem.
1332. Quia, in quibuſdam Petitionibus, per, dilectum Clericum
An. 6. noſtrum, Magiſtrum Johannem Mounfichet, Nobis & Concilio
E. 3. noſtro factis, inter cætera, continetur,
Clauſ. Quòd nonnulli Cives Civitatis noſtræ * prædictæ, & eorum
6. E. 3. Mercatores, & Marinarii, in partibus Xantoniæ & Britanniæ,
m. 26. d. tàm per Franciæ Regis, quàm Ducis Britanniæ, Miniſtros, incar-
* IV. cerati erant injuſtè, & de Bonis ſuis ſpoliati, poſt & contra ulti-
520. mam Concordiam, inter Nos & dictum Franciæ Regem factam, virtute cujuſdam Proceſsûs, auctoritate dictorum Regis & Ducis, habiti ſuper Deprædatione duarum Navium, ut dicitur, factâ in loco quo omnimoda Juriſdictio ad Nos ſpectat, prout in literis ſigillatis Franciæ Regis & Britanniæ Ducis prædictorum plenius dicitur contineri,

Quódque alii Cives & Mercatores dictæ Civitatis noſtræ, & aliundè de Regno noſtro, & cæteris Terris, Dominio noſtro ſubjectis, cum Vinis ſuis per Flumen Gerundæ deſcendentes, ad ſolvendum decem Solidos Turonenſes, pro quolibet Dolio Vini, per Franciæ Regis Miniſtros, apud Villam de Lingonio, diſtringuntur, contra antiquas terræ noſtræ Vaſconiæ Libertates, in hujuſmodi Concordiâ confirmatas, in ipſorum Civium, & Mercatorum, & Marinariorum, damnum non modicum, & noſtræ Superioritatis præjudicium, & dictæ Concordiæ læſionem manifeſtam,

Vobis præcipimus quòd, vocatis in Aulâ Communi Civitatis noſtræ prædictæ omnibus Civibus, Mercatoribus, & Marinariis, hujuſmodi Literas, dictorum Regis & Ducis Sigillis ſigillatas, vel alias quaſcumque Probationes legitimas, ſuper hujuſmodi Incarceratione & Spoliatione, habentibus, per quas Nuncii noſtri, ad partes Franciæ deſtinati, ad Juris noſtri & Subditorum noſtrorum conſervationem valeant informari, & ſpecialiter Vinetariis, pro hujuſmodi Mala-Toltâ Decem Solidorum Turonenſium tollendâ, proſequi volentibus, ipſis omnibus, ex parte noſtrâ, injungatis quòd Procuratores conſtituant ſub formâ, per Theſaurarium noſtrum vobis liberandâ, & hujuſmodi Literas & Probationes dictis Procuratoribus faciant exhiberi.

Teſte Rege apud Wodeſtok, ſecundo die Maii.

Pro Ambaldo Cardinale.

Ann. D. RAdulphus de Yarewell Perſona Eccleſiæ de Cotum, Simon de
Staunton Perſona Eccleſiæ de Staunton, Thomas de Outhe-
1332. by Perſona Eccleſiæ de Eſtbriggeford, & Willielmus de Gonal-
An. 6. ſton Perſona Eccleſiæ de Knyveton, Eborum Diœceſe, recog-
E. 3. noſcunt, videlicet, quilibet eorum in ſolidum, ſe debere Ambal-
Clauſ. do, tituli Sancti Laurentii in Lucinâ Presbitero Cardinali, Archi-
6. E. 3. diacono Notinghamiæ, Ducentas & Quaterviginti Libras,
m. 23. d. Undè ſolvent ei, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ,

dem in hic exponendis admittere dignemini, adeo, ſi placet, ut in his, quæ ex parte dictæ Comitiſſæ, ſeu negotiis propriis ſtatum ſuum tangentibus, juſtè & piè poſtulaverit, ſacræ Sedis Apoſtolicæ gratiam & favorem, noſtris interventibus, ſibi ſentiat affuiſſe.

Dat. apud Wodeſtok, viceſimo die Maii.

De die Tractatus amicabilis inter Gentes Regis & Ducis Brabantiæ prorogato.

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem. Ann. D.
Nuper, 1332.
Ad requiſitionem, nobilis viri, Johannis Duci Brabantiæ, An. 6.
Nobis ſignificantis inter gentes noſtras & gentes ipſius Ducis, E. 3.
prætextu diverſarum obligationum, ac dampnorum hinc indè illa- Clauſ. 6.
torum, Diſſenſiones fuiſſe exortas, E. 3. m.
Ac petentis ut per amicabilem Tractatum hujuſmodi Diſſenſio- 23. d.
nes ſopiri poſſent,

Aſſignavimus diem eidem Duci, videlicet, in craſtino Aſcenſionis Domini, proximò futuro, apud Weſtmonaſterium, ut per Procuratores, ſufficienter inſtructos, ac plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſo habentes, eſſet coram nobis, ſeu Deputandis à nobis, ad tractandum & concordandum ſuper præmiſſis,

Et tibi, ſicut cæteris Vicecomitibus Regni noſtri, præcepimus quòd in Ballivâ tuâ publicè proclamari faceres quòd omnes illi, qui Querelas vel Actiones habent verſus dictum Ducem, vel aliquos de poteſtate ſuâ, occaſionibus prædictis, eſſent, ad diem & locum prædictos, ad informandum Nos, ſeu Deputandos à nobis, ſuper Querelis & Actionibus ſuis, & ad faciendum & recipiendum quod tunc ibidem amicabiliter contingeret ordinari;

Quia Dominus Dux, per literas ſuas, nos cum inſtantiâ requiſivit, ut diem illum uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximo futurum, ad præmiſſa faciendum, velimus prorogare, aſſerens ſe per Guerras & alia impedimenta præpeditum fuiſſe, quominus ad dictum Craſtinum Nuncios deſtinare potuit, ut promiſit,

Nos, ejus Supplicationi in hâc parte annuentes, & deſiderantes inter noſtros & ipſius Ducis Subditos quietis & concordiæ unitatem reformari, Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Villis Mercatoriis, & aliis locis, ubi expedire videris, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, facias publicè proclamari,

Quòd omnes illi, qui Querelas vel Actiones habent verſus dictum Ducem, vel aliquos de poteſtate ſuâ, occaſionibus ſupradictis, ſint apud Weſtmonaſterium in Craſtino Sancti Michaelis, proximo futuro, cum Literis & Evidentiis ſuis, coram Deputandis a nobis, ad informandum Nos ſuper Juribus & Actionibus ſuis, & ad faciendum & recipiendum quod tunc ibidem contigerit ordinari, ſi ſibi viderint expedire; & habeas ibi hoc Breve.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, viceſimo octavo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Ad

Digitized by Google

gillo ſuo ſignatas, eiſdem Cuſtodibus ſimiliter liberavit, per quas dictus Cancellarius ordinavit Magiſtrum Robertum de Stretford, Fratrem ſuum, ad Sigillum prædictum cuſtodiendum, & mandavit dictis Cuſtodibus quòd Sigillum illud eidem Magiſtro Roberto facerent liberari cuſtodiendum, ſicut prædictum eſt,

Et Magiſter Henricus de Clif, & Dominus Henricus de Edeneſtowe, & Thomas de Baumburgh, tunc Cuſtodes dicti Magni Sigilli, idem Sigillum in quâdam Burſâ, Sigillis ipſorum, Henrici, & Thomæ, conſignatâ, incluſum,

In præſentiâ Magiſtri Roberti de Ayleſton, Archidiaconi Berks, Theſaurarii ipſius Domini Regis, & Dominorum, Henrici le Scrop, Galfridi le Scrop, præfati Antonii, Willielmi de Herle, Ricardi de Wylughby, Willielmi de Everdon, & aliorum,

Liberârunt præfato Magiſtro Roberto cuſtodiendum, & ad faciendum ea quæ ad Officium Sigilli prædicti pertinent,

Et idem Magiſter Robertus dictum Sigillum a præfatis Cuſtodibus recepit, & ſecum detulit, & illud die Jovis, proximò ſequenti, apud Weſtmonaſterium, ad LAPIDEM MARMOREUM, *aperiri, & indè Brevia conſignari fecit.*

Ad Regem Navarræ, ſuper Captione Roberti Lynel.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 21. d.

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Navarræ Edwardus, &c. Salutem, & ſucceſſus ſemper, ad vota, proſperos & fœlices.

Cùm, Dilectus Serviens noſter ad arma, Egidius de Iſpania Robertum Lynel de Iſpaniâ uſque in Regnum veſtrum inſecutus fuiſſet, & ipſum ibidem, propter quædam contra Nos in Regno noſtro commiſſa, areſtari feciſſet, & in Cuſtodiâ, Nobilis viri, Domini Henrici, Domini de Suilly dimiſiſſet, quouſque indè nos pleniùs informâſſet,

Magnificentiam veſtram requirimus & rogamus, quatenùs præfato Domino de Suilly Literas veſtras dirigire velitis, ut præfatum Robertum prædicto Servienti noſtro faciat liberari, ad Nos in Angliam ducendum; & nos ad ſimilia, & majora, vobis aſtringi volumus in futurum.

Data apud Wodeſtoke, viceſimo quinto die Junii.

De Subſidio, pro Maritagio Alianoræ Sororis Regis.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 16. d. * IV. 523.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem.

Cùm, pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ cariſſimæ, Nobili viro, Reginaldo Comiti de Gelriâ, Magnos & Exceſſivos Sumptus fecerimus, ſicut * Nos decuit facere pro honore Regio conſervando, & eo prætextu in magnis pecuniarum ſummis ſimus adhuc diverſis Mercatoribus obligati,

Propter quod Paternitatem veſtram (de quâ plenè confidimus) rogamus & requirimus affectione, quâ poſſumus cariori, quatenùs tale Subſidium, in hoc neceſſitatis Articulo, nobis velitis facere iſtâ vice, quòd veſtris exindè deſideriis in hiis, quæ penes nos volueritis, aſtringi ſpecialiùs debeamus.

Nolumus enim quòd Subſidium, quod nobis ex veſtrâ liberali-

Terrarum veſtrarum prædictarum, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, duodecimo die Julii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, &c.

Pro Raymundo Cardinale.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 25.

REymundus de Fargis, Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis, Decanus Sarum, Archidiaconus Leyceſtriæ, & Perſona Eccleſiarum de Leek & Horneſſe, qui in partibus tranſmarinis moratur, habet Literas Regis de Attornato, ſub nominibus Magiſtri Bernardi Viventis Canonici Vaſatenſis, & Sancti Emiliani, & Johannis Viventis Clerici, ſub alternatione, ad lucrandum &c. in quibuſcumque Curiis Angliæ, per Quinquennium duraturas.

Teſte Rege apud Wodeſtoke, decimo tertio die Julii.

---

* *Ad Regem Portugalliæ, pro Manuele de Peſſaigne.* * IV. 524.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 19. d.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Portugalliæ & Algarbæ Regi illuſtri, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & ad vota ſucceſſus ſemper proſperos & felices.

Referente, dilecto & fideli Milite, & Conciliario noſtro, Antonio de Peſſaigne, didicimus quòd Excellentia veſtra, dilectum nobis Manuelem de Peſſaigne, Admirallum veſtrum, Fratrem ejuſdem Antonii, Favoribus & Gratiis multipliciter honoravit, & adhuc habet, noſtri contemplatione, Regiis affectibus cariorem; de quo Magnificentiæ veſtræ Grates & Gratias referimus multiformes:

Votivè ſupplicantes quatenùs eundem Manuelem, & Karolum Filium ſuum, cæteróſque Liberos ſuos habere velitis amodò, noſtri intuitu, ſpecialiter recommendatos, eóſque, in oportunitatibus, jubere in ſuis agendis, de Regiâ Benivolentiâ favorabilius pertractari.

Data apud Wodeſtoke, viceſimo quarto die Julii.

Ad Conſiliarium Portugalliæ Regis.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Ibidem.

REX, Nobili viro, Lupo de Ferariis Militi, illuſtris Regis Portugalliæ & Algarbæ Conciliario, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Referente, dilecto & fideli Milite, & Conciliario noſtro, Antonio de Peſſaigne, didicimus quòd, dilectum nobis, Manuelem de Peſſaigne, Admirallum præfati Regis, Fratrem ejuſdem Antonii, habuiſtis, & habetis, ſpecialiter recommendatum, eique aſſiſtiſtis, & aſſiſtitis, favoribus & auxiliis oportunis; de quo vobis Grates & Gratias referimus ſpeciales:

Amicitiam veſtram exorantes quatenùs, præconceptam beni-

vo-

Digitized by Google

que eas in Portubus prædictis, ſeu alibi in eadem Terra, inveniri contigerit, areſtari, & Naves illas ad Portum de Holiheved in Walliâ duci faciatis; ita quòd ſint ibidem in craſtino Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, proximò futuro, ad ultimum, ex causâ ſupradictâ:

• IV. 525. • Et cum Magiſtris, & Cuſtodibus, Navium prædictarum, de Fretto Navium earumdem, conveniri & concordari faciatis:

Et etiam ſuperviderì, quòd Naves prædictæ Claiis, Pontibus, & aliis Neceſſariis, benè & ſufficienter muniantur:

Ac Magiſtris, & Cuſtodibus, prædictarum Navium, de Frectagio earumdem Navium, ſatisfieri;

Necnon Pontes, Claias, & alia neceſſaria pro Navibus prædictis, ſic areſtatis, emi & provideri faciatis.

Teſte Rege apud Wodeſtok, viceſimo quinto die Julii.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, pro Johanne de Pulteney, ſuper Appropriatione concedenda.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Rom. 6. E. 3. m 4.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Pro Expiatione ſeptemplicis Culpæ, quâ Chriſtus operibus mortalium indies offenditur, Dilectus & Fidelis noſter, Johannes Pulteneye, Major Civitatis noſtræ Londoniæ, in honore Feſti Corporis Chriſti, perpetuam Cantariam, in Capellâ, per ipſum, juxta Eccleſiam Parochialem beati Laurentii de Candelwyghſtrete, infra dictam Civitatem, ſumptuosè Conſtructâ, per ſeptem Presbiteros imperpetuùm, divinâ favente Clementiâ, celebrandam ſalubriter ordinavit; ut in eâ cotidiano Libamine, per Presbiteros ipſos oblato, Altiſſimo placetur, & ſeptiformis gratia Spiritûs Sancti hujuſmodi Miniſterio impertetur.

Devotam igitur fidelis noſtri prædicti Intentionem Beatitudinis veſtræ fulciri præſidiis cupientes, Ipſam ex corde duximus ſupplicandam quatinùs, in augmentum Cultûs Divini, pro uberiori ſuſtentatione Miniſtrantium in Capellâ prædictâ, velitis, Venerabili Patri —— Londonienſi Epiſcopo committere, ut præfatam Eccleſiam Sancti Laurentii (quæ propter ipſius Exilitatem etiam non taxatur) accedente conſenſu Patroni ejuſdem, concedere ac deputare valeat, auctoritate Apoſtolicâ, Capellæ ac Presbiteris ſupradictis;

Ac Religioſis, Abbati & Conventui Weſtmonaſterienſi juxta Londoniam, Ordinis Sancti Benedicti, ad Romanam Curiam nullo medio pertinenti, Patronis dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentii, dignemini dare Licentiam Patronatum ejuſdem Eccleſiæ Sancti Laurentii eiſdem Presbiteris perpetuò concedere, & dictæ Appropriationi conſentire;

Non obſtante quòd idem Abbas Juramento teneatur aſtrictus non alienare Bona dicti Monaſterii Romano Pontifice inconſulto;

Ita quòd, cedente, vel decedente, Rectore ipſius, per unum de prædictis Presbiteris valeat gubernari:

Ac etiam aliud Beneficium Eccleſiaſticum unum, vel plura, uſque ad valorem Viginti Librarum, infra Cantuarienſem Provinciam, cum optulerit ſe Facultas, ſimili modo eiſdem concedere, Patroni adveniente conſenſu, valeat, in proprios uſus perpetuò poſſidenda.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wodeſtok, viceſimo ſexto die Julii.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti, ad Homines in partibus ſubſcriptis eligendum, &c. videlicet,

Johannes de Leybourn,
Reſus ap Griffit,
Robertus de Bilkemore,
{ Et duo eorum ad eligendum Sexcentos Homines Pedites in partibus Northwalliæ.

De intendendo ſuper Tractatu de Pace, in Terra Hiberniæ, conſervanda.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, —— eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Caſſellenſi, Salutem. Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Claus. 6. E. 3. m. 18.

Cùm,

Pro bono Pacis, & ad Malitiam, tàm Anglicorum, quàm Hibernicorum, contra Pacem noſtram exiſtentium, in Terrâ noſtrâ Hiberniæ refrænandum,

Per Literas noſtras Patentes dederimus, Dilecto & Fideli noſtro, Fratri Rogero Outlawe, Priori Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem in Hiberniâ, Poteſtatem ad tractandum cum prædictis Anglicis & Hibernicis, de veniendo ad Pacem & Gratiam noſtram, prout in prædictis Literis noſtris pleniùs continetur,

Vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, mandamus, firmiter injungentes, quatinùs prædicto Priori in hiis, quæ ad Tractatum prædictum, pro Conſervatione dictæ Pacis noſtræ, pertinent, pareatis & intendatis, Conſilium, Auxilium, & Aviſamentum veſtrum diligenter imponendo, quotiens & quando, per ipſum Priorem, ſuper hoc, ex parte noſtra, fueritis requiſiti; & hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Tranquilitatem Terræ noſtræ prædictæ, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Hanle, quarto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, mutatis mutandis; videlicet,

Willielmo de Burgo Comiti Ultoniæ.

Mauritio de Rupe Forti,
Euſtachio le Poer,
Johanni le Poer,
Remundo Lercedeakne,
Waltero Lenfaunt,
Geraldo de Sancto Michaele,
Johanni de Welleſleye,
Henrico Trakarum,
} Militibus.

David Filio David de Barry,
Mauritio Filio Nicholai,
David Filio Alexandri de Rupe,
Fulconi de Fraxineto,
Willielmo de Rupe Forti,
Thomæ Wogan,
} Armigeris.

Ire

Digitized by Google

prædictus Prior, per Literas ſuas Patentes, Anglicis & Hibernicis, ſic tractare volentibus, nomine noſtro, duxerit concedendum, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd in ſingulis locis, infra Ballivam tuam, ubi expedire videris, præmiſſa omnia & ſingula publicè proclamari facias, &, quantum ad te pertinet, firmiter teneri; ulteriùs, ſub gravi forisfacturâ noſtrâ, inhibendo nè quis Anglicis vel Hibernicis, ad tractatus hujuſmodi venientibus, in veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, in Corporibus, Equis, Herneſiis, vel aliis rebus ſuis, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Impedimentum aliquod, durantibus tractatibus prædictis, propter aliquas cauſas, tempora earumdem tractatuum præcedentes, inferat, ſeu gravamen; & hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Hanle, quarto die Auguſti.

Per Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Urieliſ.	*Seneſcallo Libertatis Ulton.*
Vicecomiti Midd.	*Seneſcallo Libertatis Trim.*
Vicecomiti Kildar.	*Seneſcallo Libertatis Cathlach.*
Vicecomiti Waterford.	*Seneſcallo Libertatis Kilkenn.*
Vicecomiti Cork.	*Seneſcallo Libertatis Weyſeford.*
Vicecomiti Lymer.	*Seneſcallo Libertatis Typerar.*
Vicecomiti Connac.	*Seneſcallo Libertatis Ker.*

Ordinationes pro Capella Sancti Edvardi in Caſtro de Windeſor.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Clauſ. 6. E. 3. m. 2. d.

FET *a remembrer, que noſtre Seigneur le Roy ad ordene & Commaunde que ſa Chapelle de Seint Edward, en le Chaſtel de Wyndeſore, ſoit garde & ſervie en le manere que enſuit;*

PRIMES, en le honur de Dieu, de noſtre Dame, & le Seint Edward, pur li, & pur ces Aunceſtres, ſoient illoeques ordenez Quatre Chapeleins, qui ſoient Prodes Homes, & de bone condicion; dount une de eux ſerra Chef Chapelein de la Chapele, & les autres Trois Secundaires.

ITEM, deux Clers, que ſoient de bone condition, & bien chauntanz, & ſoient, en touz pointz, entendantz au Chef Chapelein, & a les autres quant meſtir eſt, pur ſervice de la Chapelle; e cheſcun des avantditz Chapeleins chaunt ſa Meſſe cheſcun jour, ſi grant cauſe ne le deſtourbe; iſſint quil y ſoyent, cheſcun jour, a tot le Mains, deux Meſſes; par note, l'un de noſtre * Dame, & l'autre du jour; & autres deux de requiem, pur les Almes, des Aunceſtres noſtre Seigneur le Roi. * IV. 528.

E preingne le Chef Chapelein 10 Mars par An pur totes choſes: & cheſcun des autres Trois C. ſouz; & les deux Clers, cheſcun de eux L. ſouz, pur totes choſes.

Et le Chaunceller le Roi, qui qu'il ſoit, pur ceo qu'il eſt Chef de la Chapele noſtre Seigneur le Roi, face cheſcun An un tour illoeqes, s'il puit par Congie de noſtre Seigneur le Roi, pur veer que la dite Chapele ſoit ſerue des Ornementz, de Libraire, & de Chanterie, en la manere ſuſdite; & face Brefs, de liberate, que les ditz Miniſtres ſoient ſeruiz de lour Soldz, a deux termes del An, ſicome eſt avant ordene.

Et ſi nul des avantditz vi. Miniſtres ſoit a Dieu commaunde, ou ouſtre par certeynes encheſons, que le Chaunceller mette un autre que ſoit ſuffiſaunt:

De Cuſtagiis pro Ductione Roberti Lynel & Johannis Tilly in Angliam.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem. Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Ibidem.

Cum, dilectus Serviens noſter ad Arma, Egidius de Iſpanniâ, de mandato noſtro, divertat ſe ad Regnum Navarræ, ad Robertum Lynel, Inimicum noſtrum, in eodem Regno areſtatum, necnon Johannem Tyily, Socium ipſius Roberti, in Cuſtodiâ Caſtellani de Mailloune exiſtentes, uſque Regnum noſtrum deducendos,

Vobis mandamus quod eidem Egidio Navem ac Cuſtagia, neceſſaria pro ſalvâ & ſecurâ ductione prædictorum, Roberti & Johannis, uſque in Regnum noſtrum deducendorum, faciendâ, necnon eidem Egidio ſuper hoc ſalvum & ſecurum Conductum, in veniendo uſque Regnum noſtrum prædictum, habere faciatis.

Dat. apud Hanle, ſeptimo die Auguſti.

* *De intentione quorundam, non obſtante Inhibitione Regis, Armata Potentia Regnum Scotiæ per Mare invadere, & de Magnatibus Scotiæ ad aliqua attemptanda parantibus.* * IV. 529.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis de Comitatu Northumbriæ, tàm intra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D 1332. An. 6. E. 3. Pat. 6. E. 3. p. 2. m. 13.

Quia datum eſt nobis intelligi quòd,

Pro eo quod Henricus de Bello Monte, & alii quamplures Homines ad Arma, in Comitivâ ſuâ jam Mare ſunt ingreſſi,

Intendentes, ut dicitur, infra Regnum Scotiæ Armatâ Potentiâ applicare,

Non obſtantibus Inhibitionibus, & Proclamationibus, in diverſis locis Regni noſtri, per nos factis, ne quis, cujuſcumque Status aut Conditionis eſſet, quicquam, per quod Pax, nuper inter Nos & Robertum de Brus, tunc Regem Scotiæ, inita & firmata, infringi ſeu lædi poſſet, faceret, ſeu facere, vel attemptare, præſumeret quovis modo,

Quidam Magnates, & alii, de eodem Regno Scotiæ, quanto potentiùs poterunt, ſe parant ad aliqua attemptanda,

Ex quibus Mala Populo noſtro, verſus Marchiam Scotiæ, evenire multipliciter formidatur; unde turbamur quamplurimùm, nec immeritò, & movemur:

Nos,

Pacem prædictam per Nos & Subditos noſtros in omnibus, quæ ad nos pertinent, deſiderantes illæſam obſervari, & Salvationi Populi noſtri circumquaque, prout ad hoc aſtringimur, provideri, ac de Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilecti Conſanguinei & Fidelis noſtri, Henrici de Percy, pleniùs confidentes,

Aſſignamus & deputamus præfatum Henricum de Percy, Cuſtodem Marchiæ noſtræ verſus Scotiam, ad faciendum & excercendum omnia & ſingula, quæ pro conſervatione Pacis illius, ac defenſione, & ſalvatione dictæ Marchiæ, & Populi noſtri ibidem, poterunt pertinere,

Dantes eidem Henrico de Percy plenam, tenore præſentium, Poteſtatem omnes illos, de Ligeantiâ noſtrâ, qui Pacem illam in aliquo impetere, ſeu infringere, præſumpſerint, caſtigandi, & puniendi

Digitized by Google

Ann. D. REX, Vicecomiti Eborum Salutem.
1332. Cùm aſſignaverimus, & deputaverimus, dilectum Conſan-
An. 6. guineum & fidelem noſtrum, Henricum de Percy, Cuſtodem
E. 3. Marchiæ noſtræ Scotiæ, ad faciendum, & exercendum, omnia
Pat. 6. & ſingula, quæ pro conſervatione Pacis, nuper inter Nos & Ro-
E. 3. p. bertum de Brus, tunc Regem Scotiæ, initæ & firmatæ, ac De-
2. m. 13. fenſione & Salvatione dictæ Marchiæ, & Populi noſtri ibidem, poterunt pertinere,

Et dederimus eidem Henrico plenam Poteſtatem omnes illos, de Ligeantiâ noſtrâ, qui Pacem illam impetere in aliquo, ſeu infringere, præſumpſerint, caſtigandi, & puniendi per Areſtationes, & Impriſonamenta Corporum ſuorum, & etiam Detentiones eorumdem in Priſonis noſtris, ita quòd ab eiſdem Priſonis non deliberentur ſine Mandato noſtro ſpeciali,

Dederimus eidem Henrico ſimiliter Poteſtatem, quòd ſi aliqui de dicto Regno Scotiæ *&c. prout ſupra, tunc ſic*,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quatinus eidem Henrico, in præmiſſis omnibus & ſingulis faciendis, & complendis, Intendens ſis, conſulens, reſpondens, & auxilians, quotiens, & quandocumque, & ubi, per ipſum Henricum, ſeu deputandos ab eodem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueris præmunitus, & prout tibi per eos ex parte noſtrâ pleniùs injungetur:

Sciens pro certo quòd, ſi in Executione præmiſſorum negligens fueris, ſeu remiſſus, ad te, & tua, modo quo convenit, capiemus.

Teſte Rege apud Wyggemore, nono die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo, & erat clauſum.

Eodem modo præceptum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Northumbriæ.	*Vicecomiti Cumbriæ.*
Vicecomiti Weſtmerlandiæ.	*Vicecomiti Lancaſtriæ.*

Pro Archiepiſcopo Eborum, de non moleſtando ſuper Bajulatione Crucis.

Ann. D. REX, venerabili in Chriſto Patri, S. eadem gratiâ, Archiepi-
1332. ſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.
An. 6. Cùm dudùm,
E. 3. Tempore, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ,
Clauſ. Patris noſtri, inter tunc Archiepiſcopum Cantuarienſem, Præde-
6. E. 3. ceſſorem veſtrum, &, Venerabilem Patrem, Willielmum Ar-
m. 13. d. chiepiſcopum Eborum, Angliæ Primatem, pro Malis & Diſſenſionibus,

Quæ ſæpius, ex Bajulatione Crucis Prædeceſſorum veſtrorum, in Eborum Provinciâ,

Et Crucis Archiepiſcoporum Eborum in Provinciâ Cantuarienſi, oriebantur,

Sedandis & pacificandis, fuiſſet in præſentiâ ipſius Patris noſtri, & Prælatorum, & aliorum Magnatum de Regno noſtro plurimorum, ut pro certo didicimus, Concordatum,

Quòd præfatus Prædeceſſor veſter, & Succeſſores ſui, ad Parliamenta & tractatus dicti Patris noſtri, & Hæredum ſuorum, quæ infra dictam Eborum Provinciam teneri contingeret,

Et præfatus Eborum Archiepiſcopus, & ipſius Succeſſores,

Ad hujuſmodi Parliamenta & Tractatus, infra dictam Cantuarienſem Provinciam tenenda, ad mandata ipſius Patris noſtri, & Hæredum ſuorum venientes,

Cruces ſuas ante ſe erectas portarent, abſque perturbatione inibi ſtrum, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, non inferatis, ſeu, quantùm in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Dampnum, impedimentum aliquod ſeu gravamen, ſet eis potiùs ſalvum & ſecurum Conductum, cùm per Diſtrictuum veſtrorum loca tranſitum fecerint, ſuis ſumptibus habere faciatis, quotiens & quando per ipſos, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Kederminſtre, decimo octavo die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Cardinalibus Beneficiatis, de Pardonatione.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepi- Ann. D.
ſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem. 1332.
Cùm Dominus E. nuper Rex Angliæ, Pater noſter, An. 6.
Ad Requiſitionem, Venerabilis Patris, Domini J. Divinâ Pro- E. 3.
videntiâ, Papæ viceſimi ſecundi, nec non, ob Affectionem, quam Clauſ. 6.
erga venerabilem Cœtum Cardinalium Eccleſiæ Romanæ gerebat E. 3. m.
& habebat, 14.

Pardonaverit omnibus & ſingulis Cardinalibus, in Regno noſtro Beneficiatis, omnes Pecuniæ ſummas,

Ipſos, ratione Decimarum & aliarum Quotarum, Clero Regni noſtri, per dictum Summum Pontificem, vel ejus Prædeceſſores, impoſitarum, contingentes, & quæ, ad opus ipſius Patris noſtri, per Summonitionem Scaccarii ſui, exigebantur,

Nos, Pardonationem prædictam acceptantes, vobis mandamus quòd Demandæ,

Quam facitis, per Summonitionem dicti Scaccarii, ad opus noſtrum, Venerabilibus Patribus, Dominis, Gauſelino Johannis, Perſonæ Eccleſiæ de Hemyngburgh, & Præbendario Præbendæ de Driffeld, & Bertrando de Monte Faventio, Perſonæ Eccleſiæ de Brantyngham, dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de Decimis & aliis Quotis prædictis, ipſos ratione Eccleſiarum & Præbendæ ſuarum prædictarum contingentibus,

Superſedeatis, & ipſos inde Pacem habere permittatis, juxta Pardonationem ſupradictam.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo tertio die Septembris.

* *De compoſitione inter Aliciam Filiam & Hæredem Gau-* IV.
fridi Rudelli, & Guilielmum de Monte Acuto, nuper Se- 532.
neſcallum Aquitaniæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Conſtat nobis, per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ 1332.
Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, quòd idem Pater An. 6.
noſter fecit literas ſuas Patentes in hæc verba, E. 3.
Vaſc. 6.
EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & E. 3. m.
Dux Aquitaniæ, omnibus, ad quos præſentes litteræ perveneſ- 3.
rint, Salutem.

Ad omnium notitiam deducimus per præſentes, quòd,

Cùm, ex causâ Tranſactionis, ſeu amicabilis Compoſitionis,

Inter Dominam Aeliciam, Filiam legitimam & Hæredem Domini Gaufridi Rudelli Militis, Domini Blaniæ defuncti, auctoritate & voluntate Gullielmi Furt, viri ſui, & Gullielmum Bernardi,

Et, ultra præmiſſa, undecim Milia Librarum bonorum Turonenſium Parvorum, de pecuniâ noſtrâ, in pecuniâ numeratâ, prout hæc omnia in quodam Inſtrumento Publico, manu Arnaldi de Rivalii de Burdegalâ, Auctoritate Apoſtolicâ & Imperiali, & in dicto Ducatu pro nobis, Publici Notarii, confecto, plenius annotantur:

Quarum quidem Donationum, Conceſſionum, Remiſſionum, Quietantiarum, & Aſſignationum, prædictarum, hinc inde factarum, Conditiones tales ſunt; videlicet,

Quòd, ſi contingat dictam Dominam Aeliciam, per Sententiam ſuſpendi, non poſſe declarari & judicari non eſſe, nec eſſe debere, Hæredem dicti Domini Blaniæ Patris ſui, nec Bona ipſius Patris ad ipſam, tanquam ad Hæredem ejuſdem, debere pertinere;

Et a nobis evinci contingat, ex causâ prædictâ, de Jure & de Facto, Caſtrum & Caſtellaniam de Blania, & omnia alia prædicta, Nobis, ut præmittitur, data, conceſſa, & liberata;

• IV. 533. * Ita quòd, caſu hujuſmodi interveniente (quod abſit) ea amitteremus infra Viginti Annos, a datâ Inſtrumenti prædicti in antea computandos;

Præfata Domina Aelicia, & dicti, Gullielmus, Galhardus, & Augenina, teneantur Nobis, vel noſtro Seneſcallo Ducatûs prædicti, noſtro nomine, reſtituere & dimittere dictas Mille Libras Turonenſium Annui Redditûs, vel dicta, Præpoſituram, Terram, Foreſtam, Cuſtumas, Pedagia, Cenſus, Redditus, Poſſeſſiones, & alia, pro dictis Mille Libris Annui Redditûs, ut præmittitur, tradita, liberata, & etiam aſſignata:

Dictáque Undecim Millia Librarum Turonenſium, præfatæ Dominæ data, ut præmittitur, & conceſſa; necnon omnes Fructus, Exitus, & Proventus, omnium rerum, & Bonorum Inmobilium prædictorum, per eoſdem, Dominam, Filios, & Filiam, interim percepti à datâ Inſtrumenti prædicti, in antea; ipſis, Dominæ, Filiis, & Filiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis, ſalva & quieta perpetuò remanebunt;

Ita quòd ipſa Undecim Milia Librarum, ſeu dicti Fructus, Exitus, & Proventus, ac Emolumenta quæcumque ſint, de dictis, Præpoſiturâ, Terris, Redditibus, & aliis ſic perceptis, & percipiendis, per Pactum Expreſſum in hâc parte factum, a dictis, Dominâ, Filiis, & Filiâ, aliquo caſu repeti non poſſint, vel aliquâ ratione; nec ipſi ad Reſtitutionem eorumdem teneri debeant ſeu obligari.

Ipſáque conditio, poſt dictos Viginti Annos elapſos, in omnem eventum, nullam habeat roboris firmitatem, quin ea dictæ Dominæ, Filiis, & Filiæ, tradita & liberata, ut eſt dictum, ſuo cedant Dominio perpetuò, nec ab ipſis poſſint retrahi, vel etiam amoveri.

Prædictáque Domina Aelicia teneatur in quâcumque Curiâ proſequi negotium Hæreditatis prædictæ, nobis datæ, Quitatæ, Ceſſæ, & Remiſſæ, ſumptibus noſtris, quotiens Nos, vel dictus Seneſcallus, ſeu Procurator noſter, noſtro nomine, ſuper hoc fuerimus requiſiti, prout hæc & alia, in hâc parte concordata, in Inſtrumento prædicto, ac aliis Inſtrumentis, per præfatum Notarium, ſuper dicto negotio confectis, plenius continentur:

Nos omnia & ſingula præmiſſa, ac alia, in Inſtrumentis eiſdem contenta, quæ per dictam Dominam, auctoritate dicti viri ſui, ac dictos Filios, & Filiam, necnon per dictos Seneſcallum & Procuratorem noſtros, Data, Conceſſa, Promiſſa, Recognita, Ordinata, & Aſſignata, ſunt in hâc parte, acceptantes; ac, volentes quòd ipſa Modis & Conditionibus prædictis Robur optineant Perpetuæ Firmitatis, ea pro Nobis & Hæredibus noſtris Laudamus, Approbamus, Ratificamus, & tenore præſentium Confirmamus,

celeritate, quâ fieri poterit, Treſcentos Homines Sagittarios, de Validioribus & Potentioribus ejuſdem Comitatûs;

Ita quòd dicti Sagittarii, prout ad ipſos pertinet, benè & ſufficienter muniti, prompti ſint & parati ad proficiſcendum Nobiſcum, & aliis Fidelibus noſtris, pro ſalvatione & defenſione Marchiæ noſtræ prædictæ, ac Populi noſtri ibidem, cum ipſos ſuper hoc fecerimus præmuniri, ſi aliqua, per quæ dictus Populus noſter terreri, ſeu dampnificari, poſſet, per quoſcumque contigerit attemptari:

Et Nos de nominibus illorum, quos ſic elegeritis, & de toto facto veſtro in hac parte, ſine dilatione certificetis; & hoc, ſicut nos, & honorem noſtrum, diligitis, nullatenus omittatis.

Damus autem Vicecomitibus, Miniſtris, & aliis Fidelibus noſtris, de Comitatu prædicto, tenore præſentium, in Mandatis, quòd vobis, in Electione Hominum prædictorum, ac aliis expeditionem dicti negotii tangentibus, intendentes ſint, conſulentes, & auxiliantes, quotiens & quando per vos, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fuerint præmuniti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingham, ſeptimo die Octobris.

Per breve de Privato Sigillo.

Eodem modo aſſignantur ſubſcripti in Comitatibus ſubſcriptis; videlicet,

Radulphus de Bulmere & Nicholaus de Warrelay, ad eligendum Treſcentos Sagitarios & Septingentos Homines Pedites in Comitatu Eborum.

Nicholaus de Langeford & Radulphus de Brayleford, ad Eligendum Ducentos Sagitarios in Comitatu Derbiæ.

De dictis Sagittariis &c. eligendis.

REX Vicecomiti Lancaſtriæ, ac aliis Ballivis, Miniſtris, & Ann. D.
Fidelibus ſuis in eodem Comitatu, Salutem. 1332.
Ex diverſorum relatibus, *&c. ut ſupra uſque ibi*, viz. ac de Fi- *An. 6.*
delitate & Circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, *E. 3.*
Johannis de Denum, Edmundi Nevill, & Roberti de Shireburn, *Ibidem,*
confidentes,

Aſſignavimus ipſos, & Duos eorum, ad eligendum, in Comitatu prædicto, tàm intra Libertates, quàm extra, cum omni celeritate quâ fieri poterit, Quadringentos Homines Sagitarios, & Centum Hobelarios, de Validioribus & Potentioribus Comitatûs ejuſdem;

Ita quòd dicti Hobelarii,

Aketonis, Bacinettis, & Cirotecis Ferreis, ac Equitaturis, & prædicti Sagittarii, prout ad ipſos pertinet, bene & ſufficienter muniti,

Prompti ſint & parati ad proficiſcendum nobiſcum, & aliis Fidelibus noſtris, pro Salvatione & Defenſione Marchiæ noſtræ prædictæ, & Populi noſtri ibidem, cum ipſos ſuper hoc fecerimus præmuniri, ſi aliqua, per quæ dictus Populus noſter terreri, ſeu dampnificari poſſet, per quoſcumque contigerit attemptari:

Et ad omnes illos, quos in præmiſſis contrarios ſeu inobedientes invenerint, prout decet, puniendum:

Et ad certificandum nos, ſine dilatione, de nominibus illorum, quos ſic elegerint, & de toto facto ſuo in hac parte;

Et ideò vobis mandamus quod eiſdem, Johanni, Edmundo, & Roberto, vel Duobus eorum, in Electione Hominum prædictorum,

icer, ſolent & deivent, & tut temps paſſe ſoloient eſtre tenuz des Ex Ao. 107.
Rois d'Englererre par Homage Lige & Feaute,

Ad Papam, de præficiendo Robertum de Ayleſton in Epiſcopum Sancti Andreæ.

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Rom. 6. E. 3. m. 3.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Præcipui Amoris integritas & gratuitæ Conſiderationis intuitus, quibus Progenitores noſtros, Nos, & Jura Coronæ noſtræ, hactenùs ſpecialiter proſecuta eſt veſtra Providentia Paternalis, maximam nobis fiduciam tribuit ut quæ pro Honore noſtro, ſtabilimento Pacis, & Jurium noſtrorum conſervatione, ferventer appetimus, a liberalitate veſtrâ certitudinaliter & indubiè poſtulemus.

Itaque, Pater (cùm ſit fragilis & dubia, penes Nos & Regnum noſtrum, Scotorum promiſſa Fides, vel Amicitia) advertentes Pacis & Quietis Zelatorem, & nobis & Regno noſtro benivolum, Eccleſiæ Cathedrali Sancti Andreæ in Scotiâ, quæ modò vacat, in Epiſcopum aſſumi & præfici,

Qui Populum illum effrænatum, & diutiùs mandatis Eccleſiæ reſiſtentem, Doctrinis Salutaribus inſtruat, & in Viam Pacis & Veritatis dirigat, & ab Errore revocet, & Spiritualibus coherceat Diſciplinis,

Potiſſimè fore neceſſarium, nuper veſtræ Sanctitati votivis affectibus ſupplicavimus, quatinùs Proviſionem dictæ Eccleſiæ, veſtræ & Sedis Apoſtolicæ Diſpoſitioni, ad noſtri inſtantiam, reſervare velletis iſtâ vice, ac Perſonam, quam veſtræ Clementiæ infra breve cum deliberatione commodâ nominaremus, præfatæ Eccleſiæ in Epiſcopum præficere & Paſtorem:

Jamque, habito cum Concilio noſtro Tractatu diligenti, diſcuſſis etiam Perſonarum diverſarum conditionibus, Venerabilem Virum, Magiſtrum Robertum de Ayleſton, Archidiaconum Berks, Theſaurarium noſtrum, Virum utique ſani Conſilii, convenientis Scientiæ, approbatæ Circumſpectionis & Induſtriæ, omni quâ poſſumus affectione cariori recommendatum offerimus, & intentione puriſſimâ nominamus; ſuppliciter exorantes quatinùs, præmiſſis Paternâ conſideratione ponderatis, ad honorem Dei & commodum Populi Regni utriuſque, præfatum Archidiaconum Eccleſiæ memoratæ in Epiſcopum & Paſtorem præficere dignetur Apoſtolica Celſitudo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, viceſimo ſexto die Octobris.

---

* IV. 536.

** Ad Cardinales, ſuper dicta Præfectione.*

Ann. D. 1332. An. 6. E. 3. Ibidem.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino A. Dei gratiâ, Sancti Euſtachii Diacono Cardinali, Amico ſuo Cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

Quantò de veſtræ Dilectionis & Amicitiæ puritate fiduciam gerimus ampliorem, tantò ſuper hiis, quæ deſideranter appetimus, Dilectioni veſtræ intentionis noſtræ Propoſitum confidentiùs intimamus.

Cùm itaque Eccleſia Cathedralis Sancti Andreæ in Scotiâ Paſtorali ſit Regimine deſtituta, &, conſiderato ſtatu ipſius Terræ ſecundum ea, quæ ibidem Modernis temporibus agi noſcuntur, Nobis & Magnatibus de Concilio noſtro viſum ſit, pro tranquilitate Populi, tàm Angliæ, quàm Scotiæ, plurimùm expedire, ut talis Regimini dictæ Eccleſiæ præferatur, qui nobis & Regno noſtro intentione purâ & affectione ſincerâ conjungatur, per cujus Induſtriam Deſirantes ad Concordiam revocari, & Manſueti ab Incurſu Malignantium poſſint, Domino protegente, defenſari,

Domino Sum. Pontif. votivis precibus ſupplicaverimus ut,

Et jadis, apres la mort Aliſaundre, Roi d'Eſcoce, & ſes Heirs engendrez de ſon Corps, nos Devantiers, Debat fuſt mu entre, de bone memoire, Johan de Baillol noſtre Piere, & Sire Robert de Brus, & autres, ſur la ſucceſſion des ditz Roialme d'Eſcoce & Iſles,

Le quel Debat feuſt trie & termine devaunt, clere memoire, Sire Edward, adonqe Roi d'Engleterre, com devant Soverein Seigneur des ditz Roialme d'Eſcoce, Et Iſles, pur noſtre dit Piere,

Si qe, par agard de la Court du dit Roi d'Engleterre, Soverein Seigneur des ditz Roialme d'Eſcoce, & Iſles, noſtre dit Piere demora Roi de Meſmes les Roialme d'Eſcoce, & Iſles, & les tenoit & poſſedoit, & en feuſt Roi Coroune, & auſſint en fiſt Homage Lige & Feaute au dit Roy d'Engleterre,

Et puis, pour aſcuns exces, que le dit Roi d'Engleterre ſurmiſt a noſtre dit Piere, les ditz Roialme, & Iſles devyndrent en la main, & la poſſeſſion de meſme le Roi d'Engleterre,

Des queux Domaine, & Poſſeſſion, & auxint de la Sovereine Seignurie des ditz Roialme d'Eſcoce, & Iſles, il feuſt empeſche par les Heirs le dit Robert * de Brus, qui eut forjuge par le dit agard, & nul Droit y avoit, * IV. 537.

Et ja,

Par la ſuffraunce de Treſexcellent Prince, & noſtre Treſchier Seigneur & Couſin, Sire Edward, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlande, & Ducs d'Aquitain, &, par aides de partie de ſes bones gentz, de ſon Roiaume & poiar, qi furent & devoient eſtre enheritez des grantz terres es ditz Roiame d'Eſcoce, & Iſles, & en furent deforce par les ditz Heirs Sire Robert de Brus,

Nous Soioms venuz en noſtre dit Roialme d'Eſcoce, come en noſtre Heritage, & y ſoioms Roi Coroune de meſme le Roialme, & des dites Iſles,

Nous,

Coniſantz Auncien Droit, par quel les ditz Roiaume d'Eſcoce, & Iſles, appertenantes a ycele, ſont, & eſtoient tenuz des Rois d'Englererre, come de Sovereigne Seigneur, par Homage Lige & feaute, ſi come deſus eſt dit,

Sumes entre en le Homage Lige & Feaute, du dit Roi d'Engleterre, notre Treſchier Seigneur & Couſin, par les paroles qui s'enſuient, le dit Roi tenant noz mainz entre les ſues,

JE EDWARD, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI D'ESCOCE, ET DES ISLES APPERTENANTES, DEUENT VESTRE HOMME LIGE, LES DITZ ROIAUME ET ISLES, CONTRE TOTEZ GENTZ QI PURROIT VIVRE ET MORIR:

Et le dit Roi d'Engleterre, come Soverein Seigneur des ditz Roiaume d'Eſcoce & Iſles, receut noſtre Homage en la forme ſuſdite.

Et puiz apres entraſmes en la foi du dit Roi d'Engleterre, Soverein Seigneur des ditz Roialme d'Eſcoce & Iſles, touchez les Seintz Ewangeiles, par les paroles qui s'enſuient,

NOUS SEROMS FEAL ET LEAL, ET FOI ET LOIAUTE PORTEROMS A VOUS, NOSTRE TRESCHIER SEIGNEUR, ROI D'ENGLETERRE, ET A VOZ HEIRS, COME A SOVEREINS SEIGNEURS DES DITZ ROIALME D'ESCOCE ET ISLES, CONTRE TOTES GENTZ QI PURRONT VIVRE ET MORIR,

Et voloms, Grauntoms, & Obligeoms Nouz, & nos Heirs, a faire au dit noſtre Seigneur le Roi d'Engleterre, & a ces Heirs, Homage Lige & Feaute, en les formes ſuſeſcrites, a cheſcun Chaungement de Seignurie, ou muement de une part, ou d'autre.

Et,

Pur les Grauntz Honeurs & Profitz, qui nous avoms ſentu & trouez en la ſuffraunce noſtre dit Seigneur le Roi, & Couſin, & la

Et, ſi le dit Roi d'Engleterre, ou ſes Heirs, voudront avoir les dites Gentz d'Armes en noſtre temps, ou en temps de nos Heirs, & Succeſſours, outre un An, ils y demurront en lur ſervice a lur volonte; mais, apres l'An acompli, demurront ils a les gages aſcuſtumes du dit Roi d'Engleterre, & de ſes Heirs.

Et, come n'adgaires Mariage feuſt perparle entre David de Brus, & Johane la Soer du dit Roi d'Engleterre, & Eſpoſailles faitz, en cas qe le Matrimoigne ne ſe face, ne ne toigne, & la dite Johane ſe voudra aſſentir d'eſtre marie a nous, nous la eſpouſeroms, & encreſcoms le Dower, qe n'adgaires lui feuſt Aſſignes en dit Roiaume, per cauſe du dit David, de Cynk Centz Liverees de Terre par An, es lieux covenables, dedeinz meſme noſtre Roiaume, dedeinz l'eſpace de Trois Mois apres les Eſpouſailles faitez.

Et, ſi par cas nous ne la Preignoms mie a Femme, nous Obligeoms Nous, nos Heirs, & nos Succeſſours, au dit Roi d'Engleterre en Dis Mille Livres d'Eſterlings, a paiet a lui, & a ſes Heirs, deinz un An, a Deux termes covenables du temps qe nous ſerroms requis par le dit Roi d'Engleterre, en Aide de Marier la dite Johane aillours, ou de en ordiner autrement por ſon eſtat.

Et nientmeins Obligeoms nous, nos Heirs, & nos Succeſſours, a pourveer por l'eſtat de dit David ſolonc l'Ordinance, & l'Avis le dit Roi d'Engleterre, & de ſon conſeil; ſauvant tote foiz qe tel Avis, & Ordinance ne ſoit en deſeſance de noſtre eſtat.

Et por ſearte le dit Roi d'Engleterre, & de ſes Heirs, du dit ſervice des Gentz d'Armes, de Nous, nos Heirs, & de nos Succeſſours, en la forme ſuſeſcrite obligeoms, par ces preſentes Lettres, Nous, nos Heirs, & nos Succeſſours, au dit Roi d'Engleterre, & a ſes Heirs, en Deux Mille Livres d'Eſterlings, a paier a la volunte du dit Roi d'Engleterre, & de ſes Heires.

Et Voloms, & Grantoms pour Nous, nos Heirs, & pour nos Succeſſours, qe, ſi le dit Roi d'Engleterre, ou ſes Heirs, voudront avoir le dit ſervice des Gentz d'Armes de Nous, ou de nos Heirs, ou de nos Succeſſours: & garniſſement en feuſt fait a Nous, ou nos Heirs, ou nos Succeſſours, ſicome deſus eſt dit: & Nous, ou nos Succeſſours, ou nos Heires faudiſſons de faire, & parfaire le dit ſervice des Gentz d'Armes en la Forme ſuſdite, & de paier les dites Deux Mille Livres au dit Roi d'Engleterre, & a ſes Heirs apres l'eſpace de Trois Mois, a totes les foiz, & apres ce qe Nous, ou nos Heirs, ou nos Succeſſours, ſeroms requis per le dit Roi d'Engleterre, ou ſes Heirs;

Q'il, & ſes Heirs puiſſent fraunchement, & ſaunz contredit de Nous, de nos Heirs, ou de nos Succeſſours, entrer noſtre dit Roiaume d'Eſcoce, & totes nos Citeez, Villes, Chaſtelx, Manours, Terres, & Tenementz, & tenir, & governer par lur gentz peiſiblement; & totes manieres des Iſſues, & Profitz en ſurdantz lever, coiller, & tenir al oeps le dit Roi d'Engleterre, & de ſes Heirs, tanque ils ſoient paiez des dites Deux Mille Livres pleinement.

Et voloms, & grauntoms de renoueller ceſtes nos Lettres Patentes, a noſtre prochein Parlement, & par aſſent du dit Parlement.

Et a totes les choſes ſuſeſcrites, & cheſcune de elles faire tenir, garder, & acomplir, loiaument, & ſanz fraude, tant come a nous attient, ou purra appertenir, a noſtre Chere & Feal Monſieur Aliſaundre de Moubray, par noſtre eſpecial Commaundement...

Don. a Rokeſburgh, le xxiij jour de Novemb. l'An de Incarnacion noſtre Seigneur Jeſu Criſt, ſolonc le cours de l'Egliſe de Rome, Mille, Treiſcentz, Trentiſme Second, & de noſtre Regne Primer.

De inchoando Parliamentum nomine Regis.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Co- Ann. D.
mitibus, Baronibus, Militibus, & omnibus aliis, ad inſtans 1332.
Parliamentum noſtrum, apud Eborum ſummonitum, conventu- *An.* 6.
ris, Salutem. *E.* 3.
Quia, propter aliquas certas cauſas ſumus ad præſens præpediti *Pat.* 6.
quominus, iſtâ die Veneris, apud locum prædictum perſonaliter *E.* 3.
accedere valeamus, Nos, *p.* 3. *m.*
De circumſpectionis & induſtriæ magnitudine, Dilectorum & 10.
Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, W. Eborum Archiepiſcopi, Angliæ Primatis, Magiſtri Roberti de Stratford, & Galfridi le Scrop, plenam fiduciam optinentes,

Eis, & Duobus eorum, ad inchoandum nomine noſtro Parliamentum prædictum, & ad faciendum ea quæ pro Nobis & per Nos facienda fuerint, uſque adventum noſtrum ibidem, plenam tenore præſentium committimus Poteſtatem;

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Archiepiſcopo, Roberto, & Galfrido, & Duobus eorum, intendentes ſitis, in præmiſſis, in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Knaresburgh, primo die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Protectione & Conductu pro Sex Perſonis de Scotia.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fideli- Ann. D.
bus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Sa- 1332.
lutem. *An.* 6.
Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem no- *E.* 3.
ſtram, necnon ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, Sex Per- *Pat.* 6.
ſonas de Scotiâ, cujuſcumque Status ſeu Conditionis * fuerint, ac *E.* 3. *p.* 3.
ipſorum Homines de Familiâ ſuâ, in veniendo ad nos in Angliam *m.* 3.
&c. prout in conſimilibus Literis uſitata. * IV.
In cujus, &c. uſque ad Feſtum Circumciſionis Domini proxi- 540.
mò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, duodecimo die Decembris.

De tractando cum Cuſtode & Magnatibus Terræ Scotiæ.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem. Ann. D.
De Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilecto- 1332.
rum & Fidelium noſtrorum, Radulphi Baſſet de Drayton, & *An.* 6.
Willielmi de Denum, plenam fiduciam reportantes, *E.* 3.
Ad tractandum cum Cuſtode & Magnatibus Terræ Scotiæ, *Ibidem.*

ſeu

Digitized by Google

Ac, factâ Cæde magnâ de Hominibus Bellatoribus ejuſdem Terræ Scotiæ, ſe fecerat in Regem Scotiæ coronari,

Quódque quàm plures de eâdem Terrâ, qui prius adhæſerant dicto Patri ſuo, ad Pacem ejuſdem Edwardi venerant, & ei pro viribus aſſiſtebant.

Verùm, de præmiſſis, per Fidelium Aſſertiones cognitâ veritate, omnes Prælati & Proceres, in eodem Parliamento congregati, concorde nobis dederunt Conſilium, quòd nullo modo extra Regnum noſtrum ad dictas partes Hiberniæ tranſire deberemus, ſet quòd declinaremus verſus partes Eborum, ut videre poſſemus exitum dicti negotii, & defendere, ſi opus eſſet, contra Inimicorum Aggreſſus Fines noſtros.

Noſque, eorum ſequentes Conſilium, tranſtulimus nos ad partes illas, ubi adhuc moram facimus in præſenti.

Placeat igitur, quæſumus, veſtræ Beatitudini ſuggeſtionibus (ſi quæ vobis in contrarium fieri contigerit) fidem aliquam, ſaltem uſque ad adventum Nunciorum noſtrorum prædictorum, non præbere; nos enim, in adventu ipſorum Nunciorum noſtrorum, Sanctitudinem veſtram taliter de præmiſſis informari faciemus, quòd, per Dei gratiam, non invenietis quicquam per nos actum eſſe, quod rationabiliter debeat inculpari.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, decimo quinto die Decembris.

---

* IV. 541. ** Pro Eccleſia Beati Petri Eborum, de Interdicto relaxando.*

Ann. D. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

1333. Quanto intenſiori deſiderio Eccleſiarum, & præcipuè Cathedralium, Regni noſtri tranquilitatem appetimus & quietem,

An. 7. *E.* 3. *Rom.* 7. *E.* 3. *m.* 5. Ut in eis, ſemotis quibuſlibet Perturbationum Moleſtiis, ſtabilitæ à noſtris Progenitoribus, Eleemoſinæ ſupportentur, & Preces & Hoſtiæ ſalutares, pro ſalute Vivorum, & requie Fidelium Defunctorum, jugiter offerantur,

Tanto turbamur acerbiùs dùm earumdem Eccleſiarum pacem inquietari conſpicimus, & in eis divina officia minui vel omitti.

Cùm itaque, Pater Sanctiſſime, Eborum Eccleſia,

Quæ, inter cæteras dicti Regni noſtri Eccleſias, & Primariâ Fundatione ejuſdem, Privilegiis, Libertatibus, & Honoribus, à noſtris Progenitoribus ei collatis, præpollere hactenus conſuevit,

Jàm, modernis temporibus,

Prætextu cujuſdam Diſſenſionis, ſeu Litis, inter, venerabilem Patrem, Dominum P. tituli Sancti Stephani in Cælio Monte Presbiterum Cardinalem, & Magiſtrum Willielmum de la Mare, ſuper Theſaurariâ ipſius Eccleſiæ, exortæ, quæ in Sanctitatis veſtræ Curia pendet, ut intelleximus, indeciſa,

In tantum depreſſa ſit, & ſtatus ejus minoratus quòd,

Occaſione quarumdam Sententiarum Interdicti & Suſpenſionis, ad inſtantiam prædicti Cardinalis, per, Venerabilem Patrem, Aquenſem Archiepiſcopum, prætendentem ſe Executorem in eâ parte à Sede Apoſtolicâ deputatum, in ipſam Eccleſiam, & ejus Capitulum, publicatarum indebitè, ut refertur,

Divina (quod dolenter referimus) minuuntur Officia, & conſuetæ Hoſpitalitates ac Eleemoſinæ ſubtrahuntur, oriuntur Scandala, & non levis in Populo Murmuratio ſuſcitatur, Noſque, & nonnulli Prælati, & Proceres, Regni noſtri, moram in illis partibus facientes, qui conſuevimus, in dictâ Eccleſiâ, in Feſtis Majoribus, Divinis Officiis intereſſe, nunc præmiſsâ occaſione excludimur, quod in grave noſtrum præjudicium & vituperium noſcitur redundare;

Deſiderantes igitur toto corde tanto Diſcrimini ſalubris appoſitione Remedii obviari, & indempnitati ſtatûs ejuſdem Eccleſiæ (ad cujus defenſionem & tuitionem, ut Patronus, teneri dinoſcimur & aſtringi) celeriter provideri, Sanctitati veſtræ votivis affe-

cedere dubitaſtis,

Nos, nolentes Judicium illud eâ occaſione ulteriùs retardari, vobis mandamus quòd, viſâ Cartâ prædictâ, & Recordo, & Proceſſu, habitis in hac parte, ulteriùs ad Judicium prædictum reddendum, cum eâ celeritate quâ fieri poterit, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, abſque aliquâ dubitatione, procedatis.

Teſte Rege apud Eborum, tertio die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Regem Navarræ, ſuper Ductione Areſtati in Angliam.

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Navarræ, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & ſucceſſus, ſemper ad vota, proſperos & felices. Ann. D. 1333. *An.* 7. *E.* 3

Cùm, dilectus Serviens noſter ad Arma, Egidius de Iſpanniâ, Robertum Lynel de Iſpanniâ, uſque in Regnum veſtrum nuper inſecutus fuiſſet, & ipſum ibidem, propter quædam contra Nos in Regnum noſtrum commiſſa, areſtari feciſſet, & in Cuſtodia, Nobilis Viri, Domini Henrici, Domini de Soilly, dimiſiſſet, quouſque inde Nos pleniùs informaſſet, *Clauſ.* 7. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 27. *d.*

Magnificentiam veſtram requirimus & rogamus, quatinùs præfato Domino de Soilly Litteras veſtras dirigere velitis, ut præfatum Robertum prædicto Servienti noſtro faciat liberari, ad Nos in Angliam ducendum; Et Nos, ad ſimilia, & majora, vobis aſtringi volumus in futurum.

Dat. apud Eborum, quarto die Februarii.

Ejuſmodi Litera ad Seneſcallum Vaſconiæ.

REX, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem. Ann. D. 1333. *An.* 7.

Cùm, dilectus Serviens noſter ad Arma, Egidius de Iſpanniâ, de mandato noſtro, divertat ſe ad Regnum Navarræ, ad Robertum Lynel Inimicum noſtrum in eodem Regno areſtatum; nec non Johannem Tylli Socium ipſius Roberti, in Cuſtodia Caſtellani de Mailloune exiſtentem, uſque in Regnum noſtrum ad Nos deducendos; vobis mandamus, quòd eidem Egidio Navem ac Cuſtagia neceſſaria pro ſalvâ & ſecurâ Ductione prædictorum, Roberti & Johannis, uſque in Regnum noſtrum faciendâ, necnon eidem Egidio ſuper hoc ſalvum & ſecurum Conductum in veniendo uſque Regnum noſtrum prædictum, habere faciatis. *E.* 3. *Ibid.*

Dat. ut ſupra.

Ad Regem Franciæ, ſuper Juſtitia facienda.

SEreniſſimo Principi, Domino P. Dei gratiâ, Regi Francorum Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & fœlices. Ann. D. 1333. *An.* 7.

Querelam, dilectorum Mercatorum noſtrorum, Villæ Dovoriæ, recepimus continentem, *E.* 3. *Clauſ.* 7.

Quòd cùm quidam Mercatores, Marinarii cujuſdam Navis de Rothomago, in Normaniâ Carcatæ Allecibus, propter Vim & Tempeſtatem Maris, magnam partem dictorum Allecium, ad diſ- *E.* 3. *p.* 1. *m.* 24. *d.*

Digitized by Google

Dat. apud Pontem fractum, duodecimo Februarii.

De Pecunia, per Prælatos & Religioſos pro Maritagio Alianoræ Sororis Regis promiſſa, levanda.

Ann. D. 1333. *An.* 7. *E.* 3. *Clauſ.* 7. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 23. *dor.*

REX, Theſaurario, & Baronibus ſuis, de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm quidam Prælati & Religioſi, in Subventionem Magnorum Sumptuum, quos pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ, Nobili Viro, Comiti de Gerle, fecimus, certas Pecuniæ Summas Nobis ſolvere promiſerint,

Nos, volentes quòd Pecunia illa levetur ad opus noſtrum, nomina eorumdem Prælatorum & Religioſorum, ac Summas, per ipſos nobis ſic conceſſas, vobis mittimus in quâdam Cedulâ, præſentibus interclusâ; mandantes quòd eaſdem Summas a præfatis Prælatis & Religioſis exigi, & levari, & in Theſaurariam noſtram recipi faciatis.

Teſte Rege apud Pontem fractum, duodecimo die Februarii.

Et memorandum quòd Subſcripti promiſerunt Summas ſubſcriptas; videlicet,

Epiſcopus Elien. Centum Libras.
Epiſcopus Ciceſtren. Viginti Libras.
Epiſcopus Sarum Centum Marcas.
Subdecanus & Capitulum Lincoln. Quadraginta Libras.
Prior de Derburſt Centum Solidos.
Abbas de Wynchecomb. Viginti Marcas.
Abbas de Cirenceſt. Viginti Marcas.
Abbas de Hailes Centum Solidos.
Abbas de Eveſham Quadraginta Marcas.
Prior Majoris Malverne Decem Marcas.
Prior de Wormeſly Decem Marcas.
Abbas de Dora Sex Marcas.
Abbas de Teukesbury Centum Solidos.
Prior de Bekeford Sexaginta Solidos.
Prior de Apeldercomb Quadraginta Solidos.
Abbas Quarera Quinquaginta Solidos.
Prior de Hailing Sexaginta Solidos.
Abbas de Bello loco Regis Quinque Marcas.
Abbas de Redynges Quadraginta Marcas.
Prior de Covyntre Viginti Libras.
Abbas Sancti Auguſtini Cantuar. Triginta Libras.
Abbas de Grymesby Quinque Marcas.
Prior de Stow Centum Solidos.
Abbas de Deulacres Quinque Marcas.
Prior de Wenlok Decem Marcas.
Prior de Dunmawe Quadraginta Solidos.
Abbas de Langele Centum Solidos.
Prior Beatæ Mariæ Lancaſt. Decem Marcas.
Abbas de Ponte Roberti Quinque Marcas.
Prior Lewenſ. Decem Libras.
Prior de Wybnyngton Centum Solidos.
Procurator Abbatis de Sagio Quadraginta Solidos.
Abbas de Bogeham Quadraginta Solidos.
* *Prior de Michelham Viginti Solidos.*
* IV. 544. *Prior de Merton Viginti Marcas.*

Eodem modo mandatum eſt R. Epiſcopo Sarum de Centum Marcis, per ipſum Regi conceſſis, Theſaurario & Camerariis Regis liberandis.

Teſte ut ſupra.

Iterati Rogatus pro Subſidio antedicto.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, H. eâdem gratiâ, Epiſcopo Lincolnienſi, Salutem. Ann D. 1333. *An.* 7. *E.* 3. *Clauſ.* 7. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 22. *d.*

Vos nuper, per litteras noſtras, meminimus nos rogâſſe, ut, in Subventionem Magnorum Sumptuum, quos pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ cariſſimæ, Nobili viro, Comiti de Gelre, fecimus, tale Nobis Subſidium faceretis, ut veſtris deſideriis exindè deberemus fieri meritò promptiores, ſignificantes vobis quòd hujuſmodi Subſidium, quod nobis in tanto neceſſitatis articulo faceretis, non deberet vobis, ſeu aliis, aliquod præjudicium facere, ſeu in conſequentiam trahi in futurum;

Ac vos, receptis litteris noſtris prædictis, quicquam ad hujuſmodi Rogatus noſtros facere, vel nobis in formâ prædictâ reſcribere, non curâſtis; undè admiramur, nec immeritò, & movemur:

Nos igitur iteratò rogamus quòd, habitâ conſideratione ad dictas preces noſtras, Tale nobis Subſidium, ob Cauſam præmiſſam, ſicuti & alii Prælati, & Religioſi, Regni noſtri gratantèr, juxta Facultates ſuas, feciſſe dinoſcuntur, facere ſtudeatis, quod veſtram exindè erga Nos benivolentiam experiri valeamus, & quòd ad Indignationem erga vos ex hac cauſa provocari minimè debeamus;

Et de eo, quod ad hunc Rogatum noſtrum facere volueritis, nobis per Latorem præſentium litteratoriè ſignificetis.

Teſte Rege apud Pontemfractum, duodecimo die Februarii.

* Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet, * IV. 545.

Abbati de Croiland.	*Lincoln.*
Priori de Freſton.	
Epiſcopo Wygorn.	*Wygorn.*
Priori Wygorn.	
Abbati de Perſhore	
Abbati Sancti Petri Glouc.	*Glouceſtr.*
Abbati Sancti Auguſtini Briſtoll.	
Epiſcopo Hereford.	*Hereford.*
Priori de Monemuth.	
Priori de Leomynſtr.	
Priori de Tottele.	
Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati	*Eborum.*
Decano & Capitulo Eccleſiæ beati Petri Eborum	
Abbati beatæ Mariæ Eborum	
Abbati de Kirkſtall.	
Priori Sanctæ Trinitatis Eborum	
Priori de Wartre	
Priori de Giſeburn.	
Priori de Novo Burgo	

Epi-

Digitized by Google

[illegible] } Bucks.
Abbati de Woubourn
Abbati de Sulby
Priori de Wauree } Norhton.
Priori de Daventre
Decano & Capitulo Eccleſiæ Sarum
Abbati de Stanleye. } Wilteſ.
Abbati de Malmesbury
Priori de Bradeneſtok
Priori de Farle
Epiſcopo Bathon. & Wellen.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Wellen.
Abbati Glaſton.
Abbati de Keyneſham } Somerſ.
Abbati de Michelneye
Abbati de Clyne
Priori de Bruton
Priori Bathon.
Abbati de Shirbourn
Abbati de Abotesbury
Abbati de Milton
Priori de Warham } Dorſ.
Priori de Frampton
Priori de Holne
Priori de Loddres.
Epiſcopo Exon.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Exon.
Abbati de Taviſtok
Abbati de Torre } Devon.
Abbati de Dunekeſwell
Abbati de Bokelond
Abbati de Bukfeſtr.
Priori de Tottoria
Archiepiſcopo Cantuar.
Epiſcopo Roffen.
Priori de Leveſham
Priori Roffen.
Abbati de Boxle.
Abbati de Faverſham } Kant.
Priori Eccleſiæ Chriſti Cantuar.
Abbati Sanctæ Radegundis
Priori Dovorr.
Abbati de Leſnes
Abbati de Langedon
Epiſcopo Landaven.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Landaven.
Epiſcopo Meneven.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Meneven. } Wall.
Epiſcopo Bangoren.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Bangoren.
Epiſcopo Aſſaven.
Decano & Capitulo Eccleſiæ Aſſaven.

Priori de Depyng.
Abbati de Topeholm
Priori de Markeby
Abbati de Kirkeſted
Abbati de Brunne } Lincoln.
Abbati de Swyneſhened
Abbati de Revesby
Abbati de Neuhous
Priori de Spaldyng
Abbati de Parco Lude
Abbati de Thornton
Priori de Bolynton
Abbati de Barlynges
Prior Lanthon. juxta Glouc. } Glouc.
Abbati de Flaxle
Priori de Newent
Priori de Parva Malvern. Wygorn.
Priori Hereford. } Hereford.
Priori de Clifford.
Priori de Bridelyngton.
Abbati & Conventui de Bella Lauda.
Priori & Conventui de Drax
Abbati de Fontibus
Priori de Feribi.
Abbati de Seleby } Ebor.
Abbati de Whiteby
Priori de Watton.
Priori de Sancto Oſwaldo
Abbati de Reyenall
Priori de Pontefracto
Abbati de Melſa
Priori de Birſtall
Priori de Kirkeham Northum.
Priori Dunolm.
Priori de Karesbrok
Priori de Suthwyk
Priori Chriſti Eccleſiæ de Twynham
Abbati de Letteleye } Sutht.
Abbati de Tichefeld
Abbati de Dureford
Abbati de Hida juxta Wynt.
Priori de Shirburn
Priori de Mottefonte
Priori de Brumore
Priori Sancti Swythini Wynt.
Abbati de Thame
Priori Sanctæ Frideſwidæ Oxon. } Oxon.
Priori de Burneceſtr.
Abbati de Eyneſham
Abbati de Oſeneye. Berks.
Abbati de Abyndon
Abbati de Baſyngwerk
Abbati Ceſtr. } Ceſtr.
Abbati de Cumbermere
Priori de Norton.
Abbati de Valle Regali
Priori de Hermodeſworth } Middſ.
Procuratori Abbatis de Becco Herlewyny
Abbati de Rameſie } Hunt.
Abbati de Saltreie

Priori

Abbati de Holmcoltran	
Priori de Kertmell.	
Abbati de Whallay	*Lanc.*
Abbati de Cokerſand.	
Priori de Conyngeſbened	
Priori de Kirkeby Monachorum	
Abbati de Comba	
Abbati de Bordeſle	
Priori de Welfrichеſton	*Warr.*
Abbati de Stonle	
Abbati de Aliceſtr.	
Abbati de Mira Valle	
Abbati de Gerondon.	
Abbati de Oſolneſton.	
Priori de Landa	*Leic.*
Abbati de Pratis Leyc.	
Priori de Hynchele	
Abbati de Thorneye	
Abbati Sancti Jacobi extra Norhton.	*Norhton*
Abbati de Burgo Sancti Petri	
Priori de Bodmyma	
Priori Sancti Nicholai Exon.	
Priori de Plympton.	*Devon.*
Abbati de Forda	
Abbati de Hertiland	
Priori de Launceveton.	
Priori de Tywardragh	
Priori Sancti Germani de Cornub.	*Cornub.*
Priori de Monte Sancti Michaelis in periculo Maris.	
Abbati de Rouceſtr.	
Priori de Tuttebury	
Priori de Romton.	
Abbati de Burton ſuper Trentam	*Staff.*
Abbati de Croxden.	
Capitulo Eccleſiæ de Lichefeld.	
Priori de Trentham	
Abbati de Haghmon	
Abbati de Lilleſhull	*Salop.*
Priori de Wembrigg	

De Subſidio prelibato.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Ibid.

REX, Dilecto ſibi in Chriſto, Priori de Buttele, Salutem.

Cùm, pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ cariſſimæ, Nobili viro, Comiti de Gelr, magnos & exceſſivos Sumptus fecerimus, ſicut nos decuit facere, pro honore Regio conſervando, & eo prætextu, in magnis pecuniarum Summis, ſimus adhuc diverſis Mercatoribus obligati:

Propter quod Amicitiam veſtram, de quâ plenè confidimus, rogamus & requirimus affectione quâ poſſumus cariori, quatinùs Tale Subſidium in hoc neceſſitatis Articulo nobis velitis facere, iſtâ vice, quòd veſtris exinde deſideriis, in hiis, quæ vos volueritis aſtringi, ſpecialiùs debeamus

Nolumus enim quod Subſidium, quod nobis ex veſtrâ libe-

Nous, deſirauntz le dit Acord perpetuelment eſtre fermeez & eſtablez, avoms ordine, fait, & depute, nos chers en Dieu, Monſieur Aliſaundre de Moubray, & Monſieur Jehan de Felton, nos Procurours, Attornez eſpecials, juyntement & cheſcun ſevaralment, pur lui en tut,

Donnantz & grauntauntz a eux, & as cheſcun de eux, plenier Poer, & Mandement eſpecial, de fermer, en noſtre noun, totes les choſes en notz dites lettres contenues, & a jurer en noſtrealme que nous tendroms, & meyntendroms totes les choſes, & cheſcun dy celes, ſaunz jammes venir a lencontre:

Eauntz ferm & eſtable quantque les ditz Procurours, & cheſcun de eux ferront, ordeineront, & prometteront, en les dites boſoignes, & en cheſcune partie dyceles.

En teſmoignance de quele choſe, a ces nos lettres Patentes avoms fait mettre noſtre graunt Seal.

Don. a Burgh. le douzime jour de Feverer, l'An de noſtre Regne primer.

Ad Nepotes Papæ de Credentia.

REX, Nobili viro, Domino Arnaldo de Uuſa &c. Ann. D.

Illorum ſinceritati deſiderabilia cordis noſtri libentiùs aperimus, quorum Benivolentiam ad promovendum vota noſtra ſperamus promptiùs inclinatam. 1333. An. 7. E. 3.

Clericum igitur, Secretarium noſtrum, cariſſimum, Magiſtrum Richardum de Byry, ac, Dilectum & Fidelem noſtrum, Johannem de Sordiche Militem (quos ad dicti Summi Pontificis præſentiam, ob quædam ardua negotia, inſidentia firmiùs cordi noſtro, duximus tranſmittendos) Amicitiæ veſtræ ſpeciali recommendamus affectu, Rom. 7. E. 3. m. 5.

Attentiùs vos rogantes quatenùs commiſſa per nos ſibi negotia, vobis, per ipſos Duos, ſeu dictum Clericum noſtrum per ſe, ſerioſiùs exponenda, ſic velitis (ſicut de vobis confidimus) penes Dominum Summum Pontificem, efficaciter promovere, ac ipſis gratanter aſſiſtere favoribus, conſiliis, & auxiliis oportunis, ut, ad complenda veſtra deſideria, Nos invitet aliàs retributionis exigentia relativa.

Dat. apud Pontemfractum, decimo octavo die Februarii.

* Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, mutatis mutandis; videlicet, * IV. 549.

Domino P. de Viâ Militi.
Domino B. de Trian Mareſcallo Curiæ Romanæ.
Domino B. Stephani Protonotario Domini Papæ.

De Matrimonio contrahendo inter Comitem Cornubiæ & Filiam Comitis de Eu.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Pat. 7. E. 3. p. 1. m. 17.

UNniverſis, præſentes litteras inſpecturis, Edwardus &c. Salutem.

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Adæ Wygornienſis Epiſcopi, Bartholomæi de Burgherſh, Willielmi Truſſel, Militum, & Willielmi de Cuſantiâ, plenariè confidentes,

ſauro noſtro, ſiberetis, recipientes ab eo Literas ſuas Patentes, Receptionem dictæ pecuniæ, necnon & Cauſam ſolutionis ejuſdem, ſibi factæ, teſtificantes, videlicet, quòd ſi aliqua Recompenſatio fieri debeat in præmiſſis, quòd tunc dictæ Ducentæ Marcæ in partem Recompenſationis hujuſmodi ſibi cedant.

Teſte Rege apud Pontemfractum, quarto die Martii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Papam, de providendo in Epiſcopum Sancti Andreæ.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Rom. 7. E. 3 m. 4.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.

Attendentes Strages varias & preſſuras, quæ, per Guerrarum Voragines, in partibus Angliæ & Scotiæ, nimis notoriè provenerunt, ac proindè deſiderabiliùs affectantes tantis obviare periculis in futurum, nuper veſtræ Clementiæ (quam erga Domum noſtram Regiam ſemper invenimus fæcundis ſubſidiis affluentem) nos meminimus humiliter ſupplicâſſe, quatinùs Proviſionem Eccleſiæ Cathedralis Sancti Andreæ Scotiæ, jam vacantis, dignaremini Diſpoſitioni veſtræ ſpecialiter reſervari,

Ac Theſaurarium noſtrum quàm Dilectum, Magiſtrum Robertum de Ayleſton, Archidiaconum Berks (quem * Morum Honeſtas, eminens Litterarum Scientia, ac induſtria circumſpecta, in magnis & arduis multipliciter approbata, plurimum recommendant) in ipſius Eccleſiæ præficere Pontificem & Paſtorem; * IV. 550.

Nam, conſideratis Circumſtantiis univerſis, credebamus & conſtanter credimus dictum Magiſtrum Robertum ad ipſius Eccleſiæ Regimen exiſtere, præ cæteris, magis aptum.

Verùm quia quidam pro Proviſione dictæ Eccleſiæ, alteri faciendâ, penes veſtram inſiſtunt, ut dicitur, Sanctitatem,

Quæ Proviſio, ſi fieret, eo diſplicentior nobis foret, quo diebus iſtis, qui Turbationibus & Diſſidiis involvuntur, ibidem Prælatum habere Providum, Gratum, & Magnanimum, tàm noſtræ, quàm Eccleſiæ prædictæ, ſpecialiùs intereſſet,

Veſtram Beatitudinem iteratis & affectuoſis precibus imploramus, quatinùs præmiſſis, ſi placet, clementer attentis, eidem Magiſtro Roberto,

Per cujus providentiam Eccleſia ſupradicta, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, & Populus illarum partium, Effrænatus & Rebellis, ad Pacis & Rectitudinis Semitas revocatus, Deo placidis, & Hominibus acceptabilibus, proficient, ut confidimus, incrementis,

De benignitate Sedis Apoſtolicæ, de dictâ Eccleſiâ dignemini miſericorditer providere, vel ſaltim de Ordinatione dictæ Eccleſiæ, pro alio faciendâ, ulteriùs, ſi placuerit, ſuſtinere, ut ad Dei beneplacitum, juxta noſtri deſiderium, eidem Eccleſiæ valeat conſultius provideri.

Conſervet, &c.

Dat. apud Eborum, nono die Martii.

Ad Ducem Brabantiæ, excuſatoria.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 20. d.

REX, Nobili viro, Johanni Duci Brabantiæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Detulit Nobis, dilectus nobis, Franciſcus Rauland veſtras literas, inter alia, continentes qualiter,

Ad requiſitionem, bonæ memoriæ, Margaretæ Amitæ noſtræ, Matris veſtræ, & veſtram,

Nuper conceſſeramus præfato Franciſco Ballivam de Haſting Rope ad voluntatem noſtram habendam,

Et qualiter idem Franciſcus poſtmodùm inde per nos amotus

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, Epiſcopo Dunolmenſi, & Juſticiario Ceſtriæ, vel ejus locum tenenti.

Teſte ut ſupra.

---

* *Pro Hominibus Northumbriæ tempore Invaſionis per Scotos.* * IV. 551.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3 p. 1. m. 18. dorſ.

REX, Vicecomiti Northumbriæ, Salutem.

Quia Scoti, cum magno Exercitu, Vexillis Explicatis, Regnum noſtrum hoſtiliter jàm pluribus Vicibus ſunt ingreſſi, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia mala innumera, perpetrantes, Pacem, inter Nos & ipſos nuper initam, notoriè frangendo, & Guerram contra nos movendo,

Nos, Salvationi & Securitati Populi noſtri in hac parte providere volentes, modis & viis omnibus, quibus poterimus, ut tenemur, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd in ſingulis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, ex parte noſtrâ publicè proclamari facias,

Quod omnes Homines, de Comitatu prædicto, qui propter Guerram prædictam cum Bonis, Catallis, & Animalibus ſuis, de Comitatu prædicto, pro Salvatione eorumdem, retrahere ſe volunt, veniant cum Bonis, Catallis, & Animalibus ſuis prædictis, verſus partes Auſtrales ubicumque voluerint, per Foreſtas, Paſturas, & Vaſta noſtra, & aliorum, & in eiſdem Foreſtis, Paſturis & Vaſtis, pro ſuæ voluntatis libito, morentur, & Animalia ſua in eiſdem depaſcantur, abſque aliquo alicui indè dando.

Mandavimus enim, Venerabili Patri, L. Epiſcopo Dunolmenſi, ac etiam Vicecomitibus noſtris Comitatuum Eborum, Lancaſtriæ, Notinghamiæ, & Derbiæ, quòd idem Epiſcopus infra Libertatem ſuam Dunolmenſem, & ſinguli Vicecomitum prædictorum in Comitatibus ſuis, in locis ubi expedire viderint, ex parte noſtrâ publicè faciat proclamari,

Quòd omnes Homines, de Libertate & Comitatu prædictis, Homines de dicto Comitatu tuo, cum Bonis, Catallis, & Animalibus ſuis, per Libertatem & Comitatus prædictos, venientes favorabiliter pertractent, & ipſos Homines de eodem Comitatu tuo in Foreſtis, Paſturis, & Vaſtis noſtris, & aliorum, morari, & Animalia ſua ibidem depaſcere liberè permittant, abſque aliquo ab eis capiendo, ſicut prædictum eſt:

Et quòd non inferant eis, ſeu quantum in eis eſt, ab aliis inferri permittant Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen; & quòd, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciant emendari.

Teſte Rege apud Pontem fractum, viceſimo tertio die Martii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis; videlicet;

Vicecomitibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ.

Pro Archiepiſcopo Burdegaliæ de licentia Fortificandi.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Vaſc. 7. E. 3. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c.

Sciatis quòd,

Cùm Dilectus & Fidelis noſter, Oliverus de Ingham, Seneſcallus noſter Ducatûs Aquitaniæ,

Attentâ benivolâ voluntate, quam, Venerabilis Pater, Petrus de Luk,

Digitized by Google

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 19.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Johanni de Warennâ, Comiti Surriæ, Salutem.

Quia Scoti, Inimici noſtri, Fines Regni noſtri hoſtiliter ſunt ingreſſi, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia mala innumera, inhumaniter perpetrando, & Pacem, inter Nos & ipſos nuper initam, notoriè infringendo,

Per quod jam ordinavimus Iter noſtrum, verſus partes Novi Caſtri ſuper Tynam, ad ipſorum Malitiam, cum Dei adjutorio, potenter & viriliter conterendam,

Ac, pro feliciori expeditione noſtrâ, Auxilio Hominum, Peditum, Sagittariorum, & aliorum, indigemus,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd in Terris veſtris, de Bromfeld, & Yol, Treſcentos Homines, tàm Sagittarios, quàm alios, de Validioribus & Potentioribus Terrarum illarum, per aliquos de veſtris, de quibus confiditis, ſine dilatione eligi, ac Armis competentibus muniri,

Et ipſos Homines, ſic electos, Armatos & bene Arraiatos, ad nos uſque dictam Villam Novi Caſtri, ad Vadia noſtra, duci faciatis, ita quòd ſint ibidem a die Paſchæ, proximò futuro, in unum Menſem ad ultimum, ad proficiſcendum exindè nobiſcum contra Inimicos noſtros prædictos,

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac veſtrum, & Salvationem Regni noſtri, diligitis, nullatenùs omittatis.

Mandavimus enim Camerario noſtro Northwalliæ, quod Ductoribus Hominum prædictorum, per vos ad hoc deputandis, Vadia pro ſe & eiſdem Hominibus, uſque ad locum prædictum, de Exitibus Camerariæ prædictæ, ſolvat.

Teſte Rege apud Aberford, triceſimo die Martii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, &c.

Pro Habitatoribus inter Duo Maria & de Credonio.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Vaſcon. 7. E. 3. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Regiam decet Majeſtatem illis Favorem & Gratiam impertiri, quos benè meritos noverit, & Regiis Obſequiis invenerit promptiores.

Volentes igitur, Dilectos & Fideles noſtros, Habitores inter Duo Maria & de Credonio, infra Ducatum noſtrum Aquitaniæ, qui erga Nos, & Progenitores noſtros, quondam Reges Angliæ, benè & fidelitèr ſe geſſerint temporibus retroactis, Regiis attolli Favoribus,

Conceſſimus eis, pro nobis, & Hæredibus noſtris, quòd Præpoſituram inter Duo Maria, Altam & Baſſam Juſtitiam, Merum & Mixtum Imperium, Homagia, & Dominium Feodorum, loci prædicti, per Venditionem, Donationem, Permutationem, ſeu quovis alio Titulo, extra Manum noſtram non ponemus, niſi futuro Hæredi Angliæ:

Quare volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Præpoſitura

* IV. 553. prædicta, a * Coronâ Regni Angliæ, niſi futuro Hæredi Angliæ, ut eſt dictum, per Venditionem, Donationem, Permutationem, ſeu quovis alio titulo, de cætero, ſegregari non poſſit, vel transferri, aut indè diſtrahi quoquo modo.

In cujus, &c.

...cibus & Salutaribus Oratis ſtudeatis aſſiduè commendare,

Et ad hoc Clerum, & Populum, Abbates, Priores, ac cæteros Religioſos veſtræ Diœceſis, Salubribus Exhortationibus commovere, ut Deus, & Dominus noſter, veſtris & ipſorum Precibus complacatus, ſic Nos & dictos Fideles noſtros, in Aſſumpto Negotio, ad honorem ſuum, pro defenſione dicti Regni, per ſuorum dirigat ſemitam mandatorum, ut ſtatus ejuſdem Regni noſtri (cujus Regimen, ipſo diſponente, nobis, licèt Inſufficientibus Meritis, eſt commiſſum) Nobis & Subditis noſtris pacificus ſit & tranquillus, ad decus & honorem Sanctæ Univerſalis Eccleſiæ, & Catholicæ Fidei incrementum, veſtramque ac commiſſi nobis Populi Pacem perpetuam & quietem.

Data apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo tertio die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Archiepiſcopo Eborum, & omnibus aliis Epiſcopis in Angliâ & Walliâ.

De Conceſſionibus pro Maritagio Alianoræ Sororis Regis in conſequentiam non trahendis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Pat. 7. E. 3. p. 1. m. 12.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm Dilecti nobis in Chriſto, Decanus & Capitulum Eccleſiæ Lichfeldenſis, in Subventionem Sumptuum (quos, pro * Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ, Nobili Viro, Comiti Gelre, fecimus) Decem Libras nobis, ad rogatum noſtrum conceſſerint ſuâ ſpontaneâ voluntate, (* IV. 554.)

Nos, volentes indempnitati ipſorum, Decani & Capituli, proſpicere in hac parte, conceſſimus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, præfatis Decano & Capitulo quòd Conceſſio ſua prædicta, quam nobis de dictis Decem Libris gratanter ſic fecerunt, eiſdem, Decano & Capitulo, ſeu eorum Succeſſoribus, non cedat in præjudicium, nec in Conſequentiam, in futurum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo tertio die Aprilis.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti, qui Regi Subſidium Summarum ſubſcriptarum, ad rogatum Regis, conceſſerunt; videlicet,

Abbas & Conventus de Sancto Albano, qui Decem Libras conceſſerunt.

Abbas & Conventus de Eveſham, qui Quadraginta Marcas conceſſerunt.

Abbas & Conventus de Sancto Edmundo, qui Duodecim Marcas conceſſerunt.

Abbas & Conventus Ceſtriæ, qui Viginti Marcas conceſſerunt.

Abbas & Conventus de Valle Regali, qui Centum Solidos conceſſerunt.

Abbas & Conventus de Cumbermere, qui Decem Marcas conceſſerunt.

Abbas & Conventus de Baſyngwerk, qui Quinque Marcas conceſſerunt.

Prior & Conventus de Norton, qui Centum Solidos conceſſerunt.

Prior & Conventus de Birkehened, qui Quinque Marcas conceſſerunt.

Digitized by Google

Prior & Conventus de Bernewell, qui Sexaginta Solidos conceſſerunt.
Prior de Wymundham, qui Decem Marcas conceſſit.
Abbas de Sanctâ Oſitha, qui Decem Marcas conceſſit.
Procurator — Abbatis Sancti Nicholai Burdegaliæ in Angliâ, qui Quadraginta Solidos conceſſit.

Ad Regem Caſtellæ, pro Juſtitia habenda.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 16. d.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Jehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molini Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſucceſſus, ad vota, proſperos & fœlices.

Cùm nuper,

Ad Proſecutionem Thomæ Symon, Mercatoris & Baronis Portûs noſtri de Sandewyco, nobis ſuggerentis quoſdam, Malefactores & Pacis noſtræ Perturbatores, quandam Navem ipſius Thomæ, vocatam la Seint Jakes de Sandewico, apud Nedlu, in Coſterâ Maris juxta Inſulam Vectam infra Regnum noſtrum, nocłanter ingreſſos fuiſſe, *&c. Conſimilis Formæ cum ejuſmodi Literis de Reſtitutione.*

Data apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo quarto die Aprilis.

Pro Burgenſibus de Sancto Audemaro, de Privilegiis conceſſis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Pat. 7. E. 3. p. 1. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inſpeximus Literas Patentes, claræ memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, celebris memoriæ, Dominus H. quondam Rex Angliæ, Avus noſter, per Cartam ſuam, pro ſe & Hæredibus ſuis, conceſſiſſet Burgenſibus de Sancto Audemaro, quòd ipſi imperpetuum, per totam Terram & Poteſtatem ſuam, hanc haberent Libertatem,

Quòd ipſi, vel eorum Bona, quocumque locorum, in Poteſtate ſuâ inventa, non areſtarentur pro aliquo Debito, de quo Fidejuſſores, aut Principales Debitores, non exiſterent, niſi fortè ipſi Debitores de eorum eſſent Terrâ & Poteſtate, habentes undè de Debitis ſuis in toto vel in parte ſatisfacere poſſent, & dicti Burgenſes illis, qui de Terra & Poteſtate ſuâ exiſterent, in Juſtitiâ deeſſent, & de hoc rationabiliter conſtare poſſet,

Et quòd dicti Burgenſes, pro Tranſgreſſione, ſeu Foriſfacturâ, Servientum ſuorum, Catalla & Bona ſua, in manibus dictorum Servientum inventa, aut alicubi locorum per ipſos Servientes depoſita, quatenus ſua eſſe ſufficienter probare poſſent, non amitterent,

Et quòd, ſi dicti Burgenſes, aut eorum aliqui, infra Terram & Poteſtatem ſuam, Teſtati deceſſiſſent vel Inteſtati, præfatus Avus noſter, vel Hæredes ſui, Bona eorum confiſcari non facerent, quin eorum Hæredes ipſa integrè haberent, quatenus ipſa Catalla dictorum Defunctorum fuiſſe conſtaret, dum tamen de dictis Hæredibus notitia aut fides ſufficienter haberetur.

Ipſi, & eorum Hæredes & Succeſſores, ſecuriùs cum Rebus & Mercandiſis ſuis infra Regnum & Poteſtatem noſtram veniant, & Mercandiſas ſuas excerceant,

Conceſſimus, pro nobis & Hæredibus noſtris, eiſdem Burgenſibus, quòd Ipſi, & quilibet eorum, ac Hæredes & Succeſſores ſui, Burgenſes dictæ Villæ de Sancto Audemaro, ac Nuncii, Procuratores, Attornati, & Miniſtri, eorumdem Burgenſium quicumque, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, & ſub Protectione & Defenſione noſtrâ, & Hæredum noſtrorum, veniant infra Regnum & Poteſtatem noſtram prædicta, pro Negotiis ſuis, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, & Mercandiſas ſuas hujuſmodi excerceant, & exindè quo, & quando, voluerint recedant.

Et diſtrictè inhibemus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nè quis Miniſter noſter, vel Hæredum noſtrorum, ſeu alterius cujuſcumque, quicquam de Bonis & Mercandiſis ipſorum Burgenſium, aut alicujus eorum, ſeu Hæredum, aut Succeſſorum ſuorum prædictorum, ad opus noſtrum, vel Hæredum noſtrorum, ſeu aliorum quorumcumque, contra voluntatem Ipſorum, ſeu Illius cujus Bona illa fuerint, & abſque Debitâ Satisfactione, eiſdem loco & tempore, quibus capta fuerint, ſine ulteriori dilatione, plenariè eis indè faciendâ, capiat, ſeu capi faciat quovis modo;

Dum tamen Legales excerceant Mercandiſas, & Cuſtumas, indè Debitas & Uſitatas in Regno & Poteſtate noſtrâ prædictis, ſolvant ut debebunt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo quarto die Aprilis.

Per finem Quadraginta Marcarum, quas ſolverunt Abbati Beatæ Mariæ Eborum, Receptori Denariorum Domini Regis.

Ad Comitem Flandriæ, de Scotis non Juvandis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Scot. 7. E. 3. m. 28. d.

REX, Nobili Viro, Domino L. Comiti Flandriæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

Reducentes in debitæ conſiderationis examine grata Subſidia & firma Fœdera caritatis, quibus Progenitores noſtros & veſtros ſuis temporibus audivimus ſe mutuò præveniſſe, quæ noſtris etiam temporibus inter Nos & Vos placidis cognovimus floruiſſe principiis, & aptis conſpicimus Progreſſibus fœcundare, in Amicitiæ veſtræ fiduciâ meritò delectamur; vobis proindè grates referentes, ut poſſumus, ſpeciales; gerentes in votis ut extirpentur radicitùs quæ, quod abſit, inter noſtros & veſtros Subditos poſſent Diviſionis, ſeu Diſcordiæ, materiam miniſtrare.

Verumptamen, ut accepimus, quidam Nautæ, veſtræ Subditi Ditioni, * cum Scotis, Inimicis noſtris & Rebellibus, qui, Regnum noſtrum Angliæ nuper Ingreſſi hoſtiliter & Aggreſſi, Mala plurima ibidem notoriè perpetrârunt (formâ Pacis, inter Nos & Robertum de Bruys initæ, per ipſos temerè violatâ) contra Nos & noſtros ſe confœderârunt, qui Fideles noſtros & Subditos ſuper Mare gravare & invadere præſumpſerunt, & indies Mala Malis adicere non deſiſtunt; de quo non ſufficimus admirari, cùm Talia de veſtrâ conſcientiâ veriſimiliter non procedant.

* IV. 557.

Veſtram igitur Amicitiam attentis Precibus imploramus, quatinus ad compeſcendum Subditos veſtros, quos contra nos cum dictis Inimicis noſtris inveneritis Alligatos, & contra Fideles noſtros tam

Digitized by Google

[illegible] touchantes Deſcordz &

E. 3. Scot. 7. E. 3. m. 28. d.

Diſſenſions menes en la Terre d'Eſcoce, & l'entention que nous avioms de y avoir mys Conſeil a voz Requeſtes:

Et nous avez ſignifiez, par voz dites Lettres, quil vous ſemble, par noſtre Reſpons, que aſſez eſtoioms nous tenuz pres de faire ce, que vous nous aviez en requis, & que ſi Homme vous donaſt autre choſe a entendre, vous ne le creriez mie de leger, dont nous vous mercioms cherement.

Et vous feſoms ſavoir, que, puiz vos dites Requeſtes, a nous envoies, & noz reſponſes a vous faites, le Gardein d'Eſcoce, & les Grantz de la Terre, od tot le poair de la Terre, ſont entre pluſours ſoirz noſtre Roialme d'Engleterre, & y ont fait Arceons, Roberies, tuez Hommes, Femmes, & Enfantz, pris & Priſons, & Meſnez & Raunceounes a foer de Guerre.

Et enſi ont ils overtement debruſe la Pees, qui n'adgairs fuſt fait entre nous & Sire Robert de Bruys; par quoi nous ne pooms plus ſoefrir, que nous ne y mettoms le remede, que nous purroms, & en manere qui affiert.

Si vous prioms, Treſcher Sire & Treſame Coſyn, que, ſi nul vous vouliſt doner entendre le contraire, que vous ne y voillez Aiouſter foi.

Don. a Belford le 7 jour de Maii.

• IV. 558.

** De Conceſſionibus pro Maritagio Alianoræ Sororis Regis.*

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 11.

REX Dilectis ſibi in Chriſto, Abbati & Conventui de Valle Regali, Salutem.

Cùm in Subventionem ſumptuum, quos pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ, Nobili Viro Comiti de Gelre, fecimus, Centum Solidos nobis, ad rogatum noſtrum, conceſſeritis, ſicut per Literas noſtras Nobis ſignificâſtis, de quo vobis Grates referimus ſpeciales;

Vobis mandamus, rogantes quòd prædictos Centum Solidos ad Scaccarium noſtrum, apud Eborum, cum celeritate quâ poteritis, mittatis, Theſaurario & Camerariis noſtris liberandos; Et hoc, ſicut de vobis confidimus, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Twedemuth, viceſimo ſeptimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, de Summis ſubſcriptis, ad Scaccarium prædictum mittend. videlicet,

Abbati & Conventui Ceſtriæ de Viginti Marcis.
Abbati & Conventui de Cumbermere de Decem Marcis.
Priori & Conventui de Birkbened de Quinque Marcis.
Abbati & Conventui de Baſyngwerk de Quinque Marcis.
Priori & Conventui de Norton de Centum Solidis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Ex Rot. in Tur.

Edictum Regis Franciæ, de Juſtitia Mercatoribus Angliæ exhibenda.

PHilip, par la Grace de Dieu, Rois de France, a, noz Ametz & Feals, les Gienz de nos Comptes a Paris Salutz, & Dilection.

Tàm pro nobis, quàm pro ipſis, volentes in hac parte fieri quod eſt juſtum,

Aſſignavimus, Dilectos nobis, Willielmum le Taillour de Karliolo, Haverum Macoter, & Gilbertum Makſtephan, conjunctim, & diviſim, ad Inſulam prædictam, cum Pertinentiis, in Manum noſtram ſeiſiendum, & ſalvò cuſtodiendum, quouſque aliud inde duxerimus demandandum; ita quòd de Exitibus, indè provenientibus, nobis reſpondeant.

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Willielmo, Havero, & Gilberto, & eorum cuilibet, in præmiſſis, intendentes ſitis, reſpondentes, & auxiliantes, in formâ prædictâ, quotiens & quando per ipſos, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti:

Et hoc nullatenùs omittatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Twedemouth, triceſimo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Bonis Inteſtatorum, & Pecunia Papæ ſolvenda.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Vaſc. 7. E. 3. m. 5.

REX Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, Salutem.

Significavit nobis, Dilectus & Fidelis noſter, Oliverus de Ingham, Seneſcallus noſter, Ducatûs prædicti, quòd Reymundus Durandi,

Nuper Seneſcallus Landarum, jam defunctus, tempore Commotionis, in Ducatu prædicto, inter Gentes Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, & Gentes tunc Regis Franciæ, exortæ,

Non modicam partem Theſauri Garſiæ Arnaudi de Coupenne, nuper Epiſcopi Aquenſis, fecerat occupari,

Et Tria Milia Librarum Burdegalenſium, de Theſauro illo, pro Negotiis dicti Ducatûs, & Juribus ipſius Patris noſtri ibidem defendendis, præfato Olivero, tunc Seneſcallo dicti Patris noſtri, mutuavit,

Et quòd idem Oliverus obligavit ſe & Bona ſua, nomine ejuſdem Patris noſtri, ad dicta Tria Milia Librarum Domino Summo Pontifici in Camerâ ſuâ ſolvenda, pro eo quòd idem Dominus Summus Pontifex prætendebat Bona, quæ fuerunt ipſius Epiſcopi, ad ſe pertinere debere, eo quòd idem Epiſcopus obiit, ut dicebatur, Inteſtatus,

Quódque dictus Pater noſter poſtmodùm, ad Proſecutionem præfati Reymundi, aſſerentis ſe Summam prædictam præfato Summo Pontifici perſolviſſe, cùm non ſolverit, mandaverat, tunc Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, quòd eidem Reymundo, de eiſdem Tribus Milibus Librarum Burdegalenſium, ſatisfaceret,

Jámque dicta Tria Milia Librarum Burdegalenſium a præfato Olivero, per ipſum Dominum Summum Pontificem, per graves Cenſuras exiguntur,

Per quod nobis ſupplicavit, ut eidem Domino Summo Pontifici, de Summâ illâ, jubere velimus Satisfactionem exhiberi, præſertim cùm Pecunia prædicta circa Negotia Ducatûs prædicti expendita fuiſſet, ut eſt dictum,

Nos, volentes fieri quod juſtum fuerit in hac parte, vobis mandamus, quod vos de dicta Obligatione, per præfatum Oliverum, ut præmittitur, factâ, ac etiam de Mandato, prædicto Conſtabu-

Digitized by Google

percipiat Quinquaginta Libras ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, & tunc, ſingulis Annis ad idem Feſtum, Centum Libras, de Firmâ dictæ Civitatis Norwici, per manus Ballivorum ejuſdem Civitatis, qui pro tempore fuerint, ad totam vitam ſuam, vel quouſque ſibi, de Centum Libratis Terræ vel Redditûs per Annum, ad totam vitam ſuam habendis, providere fecerimus, ut eſt dictum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Twedemouth, quarto die Junii.

Per ipſum Regem.

Et mandatum eſt Ballivis Civitatis Regis Norwici, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, quòd eidem Pantio dictas Quinquaginta Libras ad dictum Feſtum *&c. prout in ejuſmodi mandatis.*

Ad Comitem in Flandriæ, ſuper Novitatibus corrigendis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 11. d.

REX, Nobili viro, Domino L. Comiti Flandriæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, cum ſinceræ Dilectionis augmento.

Literas veſtras, quas nobis per præſentium Bajulum tranſmiſiſtis, recepimus, & quæ continebantur in eiſdem pleno concepimus intellectu;

Dilectioni veſtræ ſignificantes, quòd multum diſplicet cordi noſtro, ſi per noſtros Subditos aliqua vobis, ſeu veſtris ſubditis, facta ſint præjudicialia ſeu dampnoſa,

Et ob hoc Nuncios noſtros ad veſtram præſentiam cum celeritate, quâ fieri poterit, ordinavimus deſtinare, ad exponendum vobis Intentionis noſtræ Propoſitum ſuper præmiſſis, & faciendum quod convenire videbitur rationi.

Placeat igitur Dilectioni veſtræ, à quibuſlibet Novitatibus, ſeu Duritiis, gentibus noſtris interim faciendis, ſuperſedere omninò, uſque ad adventum Nunciorum noſtrorum prædictorum,

Quia intentionis noſtræ exiſtit quòd ea, quæ per noſtros Subditos contra vos & veſtros indebitè attemptata inveniri contigerit, ſecundum rationis exigentiam, cum omni celeritate corrigantur, & emendentur.

Data apud Twedemouth, quinto die Junii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & Toti Communitati Villæ de Bruges.

Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati de Gaunte.

Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati de Ipre, in Flandr.

---

* IV. 561.

** Ad Regem Franciæ, ſuper Conductu Dextrariorum.*

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 10. d.

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratiâ, Regi Franciæ illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & Succeſſus, ad vota, proſperos & fœlices.

Cùm, Dilecti nobis, Aſnarot Burgenſis de Pampelyon, & Johannes de Gernache, quoſdam Equos, Dextrarios, & alios, in partibus Iſpanniæ ad opus noſtrum proviſos, ad Nos in Angliam ducant, prout eis per nos pleniùs eſt injunctum,

Excellentiam veſtram requirimus & rogamus, quatinùs præfatis, driæ, unà cum Bonis, in eiſdem inventis, ceperunt, & ſecum abduxerunt, tàm Mercatoribus, quàm Marinariis nequitèr interfectis.

Et quia de dictis Maleficiis, quæ nobis per dictas Literas veſtras intimâſtis, nichil nobis extitit antè nunciatum,

Et nobis inſideat multum cordi ut Pacis tranquilitas inter nos & vos, noſtroſque & veſtros ſubditos, inviolabiliter obſervetur,

Nóſque ſemper fuimus, & ſumus, parati ad Malefactores prædictos debitè puniendum, & Dampnificatis, quoad Recuperationem Bonorum ſuorum, celerem Juſtitiam facere exhiberi,

Amicitiam veſtram requirimus, & rogamus ex affectu, quatenùs Mercatores noſtros Fideles, quos, occaſione Maleficiorum prædictorum, ſimul cum Bonis ſuis, areſtare feciſtis, quouſque Emendæ debitæ fiant de Dampnis & Tranſgreſſionibus ſupradictis, jubere velitis deareſtari,

Cùm grave ſit Innocentes pro Delinquentibus puniri, ſicut veſtra Prudentia benè novit, & dura ineſſet Conditio Mercatoribus, terras exteras exercentibus, ſi pro delictis Latronum & Piratarum, in Mare commiſſis, non præcedente Informatione legitimâ, areſtari debeant ſeu puniri.

Mittimus autem ad vos, Dilectos & Fideles noſtros, Magiſtrum Johannem de Hildeſley, Canonicum Ciceſtrenſem, Baronem de Scaccario noſtro, Willielmum de la Pole, & Robertum de Kelleſeye, * Cives noſtros, de noſtræ Intentionis Propoſito pleniùs informatos, * IV. 562.

Quibus, & Duobus eorum, Fidem velitis Credulam adhibere, & talem benivolentiam oſtendere in affectu, quòd Amoris integritas, & mutuæ Communionis utilitas, non contingat, ex Malorum Perverſitatibus, aliqualiter, quod abſit, violari.

Teſte Rege apud Twedemouth, ſeptimo die Junii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet;

Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati Villæ de Bruges.

Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati Villæ de Gaunte in Flandria.

Scabinis, Conſulibus, & toti Communitati Villæ de Ipre in Flandria.

Super Cuſtodia Inſule de Man.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Fin. 7. E. 3. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd commiſimus, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de Monte Acuto, Cuſtodiam Inſulæ de Man, cum pertinentiis, habendam uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futurum, &, ab eodem Feſto, per Unum annum, proximum ſequentem, reddendo indè nobis, per Annum, ad Scaccarium noſtrum, extentam indè factam, vel faciendam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Twedemouth, octavo die Junii.

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

* *Bulla, de Cenſu ab Ambaſſiatore Regis recepto.*

* IV. 563.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Ex Autogr. in Bibl. Cotton. ſub Effig. Cleop. E. 2.

JOhannes Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm Cenſum Annuum, Mille Marcharum Sterlingorum Argenti, pro Regno Angliæ, ac Terris tuis Iberniæ, nobis & Eccleſiæ Romanæ ſolvere Annis ſingulis tenearis,

Cenſumque hujuſmodi, videlicet,

Mille Marchas Sterlingorum Argenti pro uno Anno, terminato in Feſto Apparitionis Beati Michaelis, de Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo,

Necnon & ulteriùs, de eodem Cenſu, pro Termino Feſti Reſurrectionis Dominicæ, de Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo primo, Quingentas Marchas Sterlingorum Argenti,

Per manus, Dilecti Filii, Magiſtri Richardi de Bury, Decani Eccleſiæ Wellenſis, Capellani noſtri, tuique AMBASSIATORIS & Nuncii, in Sex Milibus Florenorum Auri, SINGULIS MARCHIS PRO QUATUOR FLORENIS AURI COMPUTATIS, die Datæ præſentium, noſtræ Cameræ perſolvi feceris, ac etiam aſſignari,

Nos,

Tuis in hâc parte volentes Indempnitatibus præcavere, Solutionem & Aſſignationem hujuſmodi ratam & gratam habentes,

Te, Fili cariſſime, ac Regnum & Terras tua prædicta de dictis Mille & Quingentis Marchis Sterlingorum, in dictis Sex Milibus Florenorum Auri, ſicut & prout exprimitur ſuperiùs, Solutis & Aſſignatis, abſolvimus imperpetuùm & quitamus.

Dat. Avinion. iii, Nonas Julij, Pontificatûs noſtri Anno Decimo ſeptimo.

Sub filis canabeis.

De Denariis, conceſſis pro Maritagio Alianoræ, Sororis Regis, Abbati beatæ Mariæ Eborum liberandis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 5. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, R. eâdem gratiâ, Epiſcopo Bathonienſi & Wellenſi, Salutem.

Cùm, in Subventionem Sumptuum, quos pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ, nobili viro, Comiti de Gelre, fecimus, Quadraginta Libras nobis, ad rogatum noſtrum, conceſſeritis, ſicut nobis ſignificâſtis, de quo vobis grates referimus ſpeciales,

Vobis mandamus rogantes quòd dictas Quadraginta Libras mittatis apud Eborum, ita quòd ſint ibidem, in craſtino Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, proximò futuro, ad ultimum, Dilecto nobis in Chriſto, Abbati beatæ Mariæ Eborum (quem conſtituimus Receptorem Denariorum eorumdem) ibidem liberandas; &. hoc ſicut de vobis confidimus, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Twedemouth, ſexto die Julii.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, qui Summas ſubſcriptas promiſerunt de eiſdem, prædicto Abbati ad diem prædictum liberandis; videlicet,

Abbati de Keyneſham de iv. Libris,
Priori de Kirkeham de v. Marc.
Abbati de Whiteby in Feſto Sancti Marc. de c. Solid.
Priori de Scardeburgh de xl. Solid.
Priori de Drax de xl. Solid.
Abbati de Sallay de xl. Solid.
Priori de Bretton Monachorum de xl. Solid.
Abbati de Thame de c. Solid.
Abbati de Abyndon de x. libr.
Abbati de Bardeneye de x. Marc.
Abbati de Revesby de x. Marc.
Abbati de Parco Lude de x. Marc.
Abbati de Brunne de xl. Solid.
Priori de Spaldyng de x. Libr.
Priori de Markeby de xl. Solid.
Abbati de Croyland de x. Marc.
Abbati de Neuhous de c. Solid.
Priori de Thornholm de xl. Solid.
Abbati de Thornton de x. Libr.
Abbati de Swyneſhened de v. Marc.
Abbati de Kirkeſted de c. Solid.
Abbati de Typholm de xl. Solid.
Priori Sanctæ Trinitatis de Norwico de xx. Marc.
Priori Sanctæ Fidis de lx. Solid.
Priori de Bromholm de v. Marc.
Abbati Sancti Benedicti de Hulmo de x. Marc.
Abbati de Pentenye de xl. Solid.
Priori de Walſyngham de v. Marc.
Abbati de Derham de lx. Solid.
Priori de Bynham de v. Marc.
Priori de Weſtacre de v. Marc.
Priori de Wymundham de x. Marc.
Abbati de Haghmon de c. Solidis.
Abbati de Buldewas de lx. Solid.
Abbati de Lilleſhull de lx. Solid.
Priori de Renton de xl. Solid.
Priori de Trentham de xl. Solid.
Abbati de Rouceſtr. de xl. Solid.
Abbati de Caldra de ij. Marc.
Abbati de Whallay de c. Solid.
Abbati de Feurneys de c. Solid.
Abbati de Cokirſand de iv Marc.
Priori de Conyngeſhened de xl. Solid.
Priori de Burſcogh de xl. Solid.
Abbati de Burgo Sancti Petri de xx. libr.
Abbati de Cumba de xl. Solid.
Abbati de Stanleye de c. Solid.
Abbati de Pippewall de xl. Solid.
Abbati de Burton ſuper Trentam de xl. Solid.
Priori de Repyndon de ij. Marc.
Priori de Kirkeby Monachorum de xl. Solid.
Abbati de Thorneye de x. Marc.
Abbati de Mira Valle de c. Solid.
Priori de Davyntre de xl. Solid.
Abbati de Eyneſham de v. Marc.
Abbati de Oſeneye de c. Solid.
Abbati de Nuttele de iiij. Libr.
Epiſcopo Meneven de xx. Marc.
Abbati de Cumbermere de x. Marc.

Con-

Digitized by Google

& de illoeqes, par l'Ewe de Twede, tamque al Whitwall deſouz le Chaſtel, & de illoeqes tut envyron le Chaſtel tantque au Bedel, & de illoeqes taptque a les Bardikes, & juſque en le Snok avantdit, ſanz deſturbance de nulli.

Et auſſint eſt grantez qui les Gentz le dit Conte, qui voudront demorer dedeinz la dite Ville de Berewik, ou dehors, a la foi le dit Roi d'Engleterre, peiſiblement y demoerent en leur propres Habitacions, ou dehors, ou ils voudront, ſanz Surpriſions; & ſur ce cheſcun d'eux avera la Protection le dit Roi d Engleterre, ſanz Fee doner:

E de ceux, qui ne voudront demorer, cheſcun avera Lettre de Conduyt du dit Roi, ſaunz Fee doner, a demorer peiſiblement en la dite Ville, & dehors, deinz le poiar le dit Roi d'Engleterre, durant par Quarante jours, de ordeiner Franchement de ſes Terres, Tenements, & de ſes Biens, avant nomez,

Et de voider la dite Ville, par Terre, ou par Mier, Frinchement, queu part q'ils voudront, od Femmes, & Enfantez, Meeneez, & od touz leur Bienz Suſditz, ſanz nulle manere de Grevance du dit Roi d'Engleterre, ou de nul de ſes Aherdantz, ou de Monſieur Edward de Balliol, ou de nul de ſes Aherdantz.

Et cheſcun d'eux, qui demorront, avera la lettre le dit Roi d'Engleterre de ſa Pees, ſanz Fee donet, de toces maners de Felonies & Treſpas, en quecumque Roialme faitz, devant le jour de ceſt Acord fait, pleinement, ſanz eſtre chalange de nulli.

Et le dit Roi d'Engleterre ad done Conduyt double a Monſieur William de Keth, Gardeyn de la Ville de Berewyk, pur aler au Gardein d'Eſcoce, & de revenir.

Et, ſi le dit Monſieur William ſoit deſturbe, en alant, ou returnant, par nul des Aherdantz le dit Roi d'Engleterre, ou du dit Monſieur Edward de Balliol, ou de nul de ſes Aherdantz, ſoit la Soeffrance continue apres le dit jour, tant de temps come il eſtoit deſtourbe, ſi la defaute ne ſoit notoirement en lui meymes.

Et le Roi d'Engleterre, ne nul de ſes Aherdantz, ne le dit Monſieur Edward de Bailliol, ne nul de ſes Aherdantz, greveront, en le men temps, le dit Counte, ne ſes Gentz avantditz, ne nul de leur, ne dedeinz, ne dehors, ne aprocheront lour Mures, ne leur Foſſes, ne ſanz Conge eſpecial de celui qui poair ad, entreront dedeinz leur Boundes avantditz.

Et le dit Counte, ſes Gentz, leur Defenſes, comencez dedeynz le dit Chaſtel, leur Mures, Foſſes, Bretages, & Engyns, ſanz meffaire, ſuſtendront en meſme l'eſtat q'ils eſtoient le jour de ceſt Acord fait; & qils ne refreſcherent le dit Chaſtel des Vitailes, Armures, ne d'autres choſes.

Et, ſi le dit Chaſtiel ſoit Reſcous par le poair d'Eſcoce, paſſant l'Eawe de Twede de la Loge de Peſcherie, qui eſt appelle Berewyk Streme, devers le Weſt: ou q'ils purront entre l'Eawe de Twede & la Meers ſur la Terre d'Eſcoce, entre cy & le Lundy a Veſpre, prochein devant le dit Maredy, par Bataille, iſſint qui nul Homme de leur poair, ne de leur Aherdantz, Viengne en Reſcous d'eux par Meer, ne par la dite Eawe de Twede par Neef, ne par Boat;

Ou ſi un Bataille, en quele deux Centz Hommez d'Armes ferront, entre en la Ville de Berewik de jour, c'eſt aſaver entre le Solail levant & le Solail recourſant,

Que adunques ſoit le dit Chaſtel tenuz pur Reſcous; & ſoient les Ouſtages (c'eſt aſſaver Edward de Letham, & Johan le Fiuz Johan de Hoom) renduz au dit Counte le dit Mardy au Solail levant, ſanz plus longe delay, ou contredit de nuly.

Et aſſentu eſt, par le dit Roi d'Engleterre, que, tut ſoit il que Trente Hommes d'Armes, de les avantditz deux Centz Hommes ſoient pris, ou tuez, avant q'ils purront entrer la dite Ville de Berewik, nyent le meyns le Roi d'Engleterre voet que le dit Chaſtel ſoit Reſcous.

Sege de Berewyk, le Quinziſme jour de Juyl, l'An ſuldit.

Et, a ceſt Acord leaument tenir en touz pointz, le dit Conte de la Marche a fet le ſerement, le jour & l'An avantditz.

Concordia facta inter Regem Angliæ, & Willielmum de Keth, Cuſtodem Villæ Berwici, ſuper Liberatione ejuſdem Villæ.

CESTE ENDENTURE TESMOIGNE QUE, Ann. D.
Le Noble Prince, le Roi d'Engleterre, ad grauntez a Mon- 1333.
ſiur William de Keth, come Gardein de la Ville de Berewyk ſur An. 7.
Twede, & a totes les Gentz, de quele condicion q'ils ſoient, & E. 3.
as Abbes, Priours, & autres Gentz de Religion, & de Seinte Scot. 7.
Egliſe, auſſi bien Mondynantz, come Poſſeſſours, Chivalers, Va- E. 3. m.
letz, Bargeis, Marchauntz, & a tut le Poeple enclos dedeinz la 16.
dite Ville de Berewyk, de quel Eſtat, Nacion ou Condicion q'ils ſoient, c'eſt a ſaver,

Q'ils eient Suffrance de Guerre, par Terre, & par Mier, ſur certeyns Oſtages, c'eſt a ſaver, du jour de la confection de ceſt Acord, taunque ou Mardi, le jour Seinte Margarete la Virge, prochein avenir, l'An de Grace, Mill, Trois Centz, Trentiſme Tierz, au Solail levant.

Et que ſauvez ſoient au dit Monſieur William, & a tut le Poeple, Vies & Membres, & q'ils eient Heritablement tutes lur Terres, Tenements, Rentes, Peſcheries, Offices, Fiez, & Poſſeſſions, auſſi bien de Purchaz, come de Heritage, des queux ils eſtoient ſeiſiz le jour de ceſt Acord fait, dedeinz la dite Ville de Berewik & dehors, ſaunz autri Droit offendre, par voies de Ley d'Eſcoce;

Et q'ils ne ſoient pas hors jettez en nule manere, fors ſoulement par Proces de Commune Ley d'Eſcoce, Nient contreſtant aſcune Seiſine, ou Poſſeſſions eue, devant le dit jour, par aſcune quicumque, en temps d'aucun Roi d'Engleterre, ou d'Eſcoce,

Od touz lour Biens, Chatels, Chalices, Livres, Veſtimentz, Chivals, Armures, Priſons, & touz autres maneres des Biens, Moebles & noun Moebles, auſſi bien Eſpiritals come Temporals, auſſi bien en Engleterre, come en Eſcoce.

Et od totes lur Fraunchiſes, Uſages, Lois, & Cuſtumes, euz
& uſez en temps le Roi Aliſaundre, Entierement, * Quitement, * IV.
& Fraunchement, ſanz Empriſonement, ou autre manere de Gre- 567.
vance.

Et qils eient Fraunk Paſſages dedeins les Bardikes ſur le Snok, tauntque a la Mier, & Paſteur pur lur Beſtes, & lur Gentz pur garder lur dites Beſtes de jour, & de illoeques tauntque a Holdeman, & d'iloeques, par l'Eawe de Twede, tantque al Whitwal deſouz le Chaſtel.

Et auſſint eſt Grante que ceux, qui vendront demorir dedeinz la dite Ville de Berewyk, ou dehors, a la Foi, le dit Roi d'Engleterre, peiſiblement y demurront en lur propres Habitacions, ou dehors, ou ils vodront, ſanz Suppriſion; & ſur ce cheſcun d'eux aura la Protection le dit Roi Engleterre, ſanz Fie doner:

Et de ceux, qi ne vodront demorer, cheſcun aura Letres de Conduyt du dit Roi, ſaunz Fie doner, a demorer peiſiblement en la dite Ville, & dehors, dedeinz le poeir le dit Roi d'Engleterre, durant par Quarante jours, de ordiner fraunchement de lur Terres, & Tenementz, & de touz lur Biens avant nomez,

Et de voider la dite Ville, par Terre, ou par Mier, fraunchement & quietement, queu part qils voudront, od Femmes, & Enfauntz, Meſnees, & od touz lur Biens ſuſditz, ſanz nulle manere de grevance du dit Roi d'Engleterre, ou de nul de ſes Aherdantz, ou de Monſieur Edward de Ballol, ou de nul de ſes Aherdauntz.

Et

Trente Hommes d'Armes, ou les avantditz deux centz Hommes d'Armes, ſoient pris, ou tuez, avant q'ils purront entrere la dite Ville de Berewyk, nient le meyns le dit Roi vuet qui la dite Ville ſoit tenue pur Reſcouſſe.

Et, ſi la dite Ville de Berewyk ne ſoit Reſcouſſe, ne par Bataille, ne par l'entrer des ditz deuz centz Hommes d'Armes, ſi come deſus eſt dit, entre cy & le dit Lundy a veſpre, ſoit la dite Ville rendue au dit Roi d'Engleterre le dit Maredy au ſolail levant, ſanz plus long delai, & ſanz contredit de nulli; iſint que aſcuns des Grantz du Conſeil le dit Roi d'Engleterre receyvent la dite Ville, & ſauvent le Poeple en bon foi, ſanz Supppriſion, Tort, ou Grevance, ſi come plus pleynement eſt deſus dit, pur ſalvacion des Corps & des Biens.

Et Acorde eſt que, ſi le poair d'Eſcoce vigne, pur Reſcouſſe
* IV. 568. faire a la dite Ville, en la manere ſuſdite, que ceux, * de la Ville
puiſſont iſſir, a lur peril, en aide du dit poair, lour Oſtagez ſauvez.

Et, a ceſte Suffrance loiaument tenir, & parfourmir en tourz points, ſanz Fraude ou Mal Engyn, le Prive Seal le dit Roi d'Engleterre eſt mys al un partie de ceſte Endenture, demorante devers le dit Monſieur William, & le dit Poeple de la Ville de Berewyk, enſemblement od les Seals de Grauntz ſouſeſcritz, c'eſt aſaver,

Monſieur Johan de Eltham, Counte de Cornewaill, &c. prout ſupra uſque hæc verba; *viz.*

Les queux Grantz ont fait ſermentz, en la preſence du dit Roi d'Engleterre, de ceſt Acord loiaument tenir, & parfourmir en touz pointz;

Et a l'autre partie de ceſte Endenture, demorant devers le dit Roi d'Engleterre, le Seal le dit Monſieur William Serra mys, avant le dit Maredy.

Et auſſi le dit Monſieur William ad fait ſerment de loiaument tenir, & perfourmir le dit Acord en touz pointz

Et, pur ceo que le Grant Seal le dit Roi d'Engleterre ne fuſt pas en Eſcoce le jour de ceſt Acord fait, le dit Roi ad grante, en bone foi qu'il ferra meſme ceſt Acord eſtre enſeale de ſon Grant Seal, dedeinz les primers Oit jours apres le Rendre de la dite Ville de Berewyk, ſanz plus long delai.

Eſcritz au Sege de Berewyk, le 16 jour de Juyl l'An ſuſdit.

De Gratiarum Actione, & votivis laudibus pro Victoria contra Scotos.

Ann. D. REX, Venerabili in Chriſto Patri, S. eâdem gratiâ, Archie-
1333. piſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.
An. 7. Sedens in Throno Gloriæ, qui ſui diſpoſitione non fallitur, di-
E. 3. lectos ſuos in oportunitatibus viſitat uberiùs, quàm Creatæ Ratio-
Clauſ. 7. nis Intentio ſciat, aut valeat, invenire.
E. 3. *p.* Ipſe quidem, Dominantium Dominus, Miſericordiam ſuam no-
1. *m.* 4. biſcum, licet inmeritis, magnificè mirificans, hiis diebus, Fune-
dor. ſtam Scotorum, Inimicorum noſtrorum, Rabiem, & ipſorum
Perfidam Feritatem,

Qui partes Regni noſtri Boriales nuper, Coadunatis viribus, hoſtilitèr invadentes, Deprædationes, Strages, & Incendia, nec non & alia Mala, quæ poterant, crudelitèr perpetrârunt, Ordini, Ætati, vel Sexui, non parcentes,

Epiſcopo Aquenſi. *Epiſcopo Baſatenſi.*
Epiſcopo Agenenſi. *Epiſcopo Adurenſi.*

Ad Papam, & Cardinalem, de Promotione en Epiſcopum S. Andr.

PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Penſantes quot & quanta Corporum & Animarum Diſcrimi- 1333.
na, ac detrimenta rerum ineſtimabilia, ex prolixis Guerrarum *An.* 7.
Turbinibus, Angliæ & Scotiæ Nationibus provenerunt, Illa de- *E.* 3.
ſiderabiliter procuramus per quæ lenitas Populi Scoticani a ſuis te- *Rom.* 7.
meritatibus retrahi, & quævis poſſit inter dictas Nationes Diſſen- *E.* 3. *m.*
ſionis materia declinari. 3.

Vacante ſiquidem nuper Eccleſiâ Cathedrali Sancti Andreæ Scotiæ, ex cauſis præmiſſis, veſtræ Clementiæ nos recolimus humiliter ſupplicaſſe, quatinus Proviſionem ipſius Eccleſiæ dignaremini, hac vice, Diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervare, ac Perſonam Idoneam, per nos veſtræ Beatitudini inpoſterùm de deliberato conſilio nominandam, eidem Eccleſiæ præficere in Epiſcopum & Paſtorem.

Ad quam poſtea, virum providum, Magiſtrum Robertum de Ayleſton, Archidiaconum Berks, Sanctitati veſtræ duximus nominandum.

Et licet dictæ Proviſionem Eccleſiæ Diſpoſitioni veſtræ, ut per Litteras quorumdam noſtrorum accepimus, reſervâſtis, noſtrorum optentu rogaminum, iſtâ vice, de dictâ tamen Eccleſiâ eidem Magiſtro Roberto providere minimè decreviſtis;

Nos igitur,

Ad præclara Probitatis merita, Secretarii noſtri cariſſimi, Magiſtri Roberti de Tanton, Theſaurarii Garderobæ noſtræ,

Qui præ ceteris, noſtris inſiſtentibus obſequiis, nobis a diu, & præcipuè jam, dùm eramus, & ſumus, circa ardua in partibus Scotiæ occupati, nobis tenet, & tenuit, Bonum Locum,

Gratæ conſiderationis aciem convertentes,

Ac ſperantes in Domino dictum Magiſtrum Robertum de Tanton, propter ipſius Providentiam Circumſpectam, Geſtum Placitum, & Magnanimitatis & Fidelitatis ſuæ Conſtantiam, Regimini dictæ Eccleſiæ, & partium prædictarum, utilem & neceſſarium, præ cæteris Clericis, quos habemus,

Veſtræ Sanctitudini votivis, ut poſſumus, affectibus ſupplicamus (ac ſic ſupplicandum per Proceres, & qui plures utriuſque Terræ, Angliæ & Scotiæ, requiſiti) quatinus ad Fructum Multiplicem (quem ex hoc provenire confidimus) Clementis Conſiderationis intuitum, ſi placuerit, dirigentes, eidem Eccleſiæ Viduatæ de Eodem, & ſibi de Ea, dignemini miſericorditer providere; hiis noſtris Precibus, quas corditer effundimus pro eodem, de ſoliti veſtræ Bonitatis dulcedine, quæ Nobis & Domui noſtræ Regiæ ſemper extitit, in exhibitione honoris & gratiæ, liberalis, gratiùs annuentes.

Conſervet, &c.

Dat. apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo quarto die Julii.

VEnerabili in Chriſto Patri, Domino T. Dei gratiâ, Tituli *Ibid.*
Sancti Stephani in Cœlio Monte Presbitero Cardinali, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

De Protectione pro Comite Marchiæ, & Hominibus Villæ Berewici ſuper Twedam.

Ann. D. REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos præſentes
1333. Literæ pervenerint, Salutem.
An. 7. Sciatis quod ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem no-
E. 3. ſtram, Dilectum & Fidelem noſtrum, Patricium de Dunbar,
Scot. 7. Comitem Marchiæ, Homines, Terras, Res, Redditus, & om-
E. 3. *m.* nes Poſſeſſiones ſuas.
15. Et ideò vobis mandamus quòd ipſum Comitem, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, aut Gravamen:

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis, ſine dilatione, faciatis emendari.

Nolumus enim quòd de Bladis, Fœnis, Equis, Carectis, Cariagiis, Victualibus, aut aliis Bonis, ſeu Catallis, ipſius Comitis, ſeu Hominum ſuorum prædictorum, contra voluntatem eorumdem, ad opus noſtrum, aut aliorum, per Ballivos, ſeu Miniſtros noſtros, aut alterius cujuſcumque, quicquam capiatur,

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo ſexto die Julii.

Conſimiles Literas Regis de Protectione habent ſubſcripti; videlicet,

Adam de Bodyngton de Berewico.
Agnes de Morthyng.
Chriſtopherus de Cologne de Berewico.
Johannes de Raynton de Berewico.
Abbas & Conventus de Melros.
Abbas & Conventus de Kelſhou.
Magiſter Domus de Caldſtrem, ac Prioriſſa & Conventus ejuſdem Domus.
Prioriſſa & Conventus de Eccles.
Prior & Conventus de Coldyngham.
Johannes de Dercheſter de Berewico.
Robertus le Sotherum.
Thomas de Camera de Berewico.
Robertus de Lamberton de Berewico.
Thomas Broun, Perſona Eccleſiæ de Ellum.
Johannes Normand de Berewico.
David de Kymbergeham, de Berewico.
Johannes de Horden.
Willielmus de Edenlam, de Berewico ſuper Twedam. &c.

* *Pro Johanne de Warenna Comite Surriæ.*

* IV.
571.
Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
1333. Pro bono & laudabili Servitio, quod, dilectus Conſanguineus
An. 7. & fidelis noſter, Johannes de Warenna, Comes Surriæ, nobis
E. 3. hactenus impendit, & maximè pro immenſis Miſis & Expenſis,
Pat. 7. quas idem Comes in Obſeſſione Villæ Berewici, & in inſtanti
E. 3. *p.* Guerrâ noſtrâ Scotiæ, jam appoſuit,
2. *m.* 27. Pardonavimus ei omnimoda debita, quæ nobis debet ex quacumque Causâ, tam, videlicet, debita ſua propria, quàm Debita Anteceſſorum ſuorum, quæ ab eodem Comite, per Summonitio-

celeriùs & competentiùs, Sumptibus noſtris reparari, & in eâdem Eccleſiâ quoddam Altare, in honore præfatæ Virginis, erigi,

De Prælatorum & Procerum, nobis aſſiſtentium, Conſilio & Aſſenſu dedimus, & conceſſimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, eiſdem Monialibus Viginti Libras, percipiendas & habendas Sibi, & Succeſſoribus ſuis, Monialibus dicti Loci, ſingulis Annis, de Exitibus dictæ Villæ & Comitatûs Berewici, per Manus Vicecomitis noſtri Berewici, qui pro tempore fuerit, imperpetuùm de Dono noſtro, quouſque eis de Viginti Libratis Terræ & Redditûs, cum Pertinentiis, in eodem Comitatu, in loco competenti, Sibi, & Succeſſoribus ſuis, imperpetuùm poſſidendis, fecerimus providere:

Ita quòd prædictæ Moniales præfatæ Virginis Solempnia, tàm in Vigiliâ, quàm in Feſto ejuſdem, ſingulis Annis, in formâ ſupradictâ, celebrari faciant, & votivis laudibus venerari:

Necnon Eccleſiam & Altare hujuſmodi, poſtquam ſumptibus noſtris conſtructa fuerint, ut eſt dictum, ſuſtentari faciant competenter.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo octavo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

* ET præceptum eſt Vicecomiti Berewici, quòd Eccleſiam, & * IV.
Domos prædictas, reparatione & emendatione, quibus indi- 572.
gent, per Viſum & Teſtimonium alicujus Fidelis Regis partium illarum reparari, & de novo fieri,

Ac Altare prædictum in dictâ Eccleſiâ erigi,

Necnon dictas Viginti Libras eiſdem Monialibus, ſingulis Annis, de Exitibus Ballivæ ſuæ, ſolvi & habere faciat, juxta tenorem Conceſſionis Regis ſupradictæ:

Et Cuſtus, quos circa præmiſſa appoſuerit, cum illos Rex ſciverit, necnon illas pecuniæ ſummas, quas eis in formâ prædictâ ſolverit, ſibi in Compoto ſuo, ad Scaccarium Regis, allocari faciet.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper Controverſiis de tempore Regis Sancii.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Ann. D.
Legionis, Toleti, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, 1333.
Jehennæ, atque Algarbiæ Regi, ac Comitatûs Molini Domino, *An.* 7.
Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſucceſ- *E.* 3.
ſus, ad vota, proſperos & fœlices. *Clauſ.* 7.
Cùm dudùm, tempore Domini E. quondam Regis Angliæ, *E.* 3. *p.* 1.
Avi noſtri, graves Controverſiæ & Diſcordiæ, *m.* 7. *d.*
Inter, bonæ memoriæ, Sancium, quondam Regem Caſtellæ, Progenitorem veſtrum, & Gentes, & Subditos ſuos, ex parte unâ, & Cives Civitatis noſtræ Baioniæ ex alterâ,

Occaſione diverſarum Deprædationum, & Captionum Bonorum, uſque ad Magnam Pecuniæ Quantitatem, per Gentes dicti Regis Caſtellæ, ſuper quoſdam Cives Civitatis noſtræ prædictæ factarum,

Inter quos Johannes de Berys, nuper defunctus, Bonis & Mercimoniis ſuis, ad valentiam Octingentarum Marcarum Sterlingorum, per dictas Gentes ipſius Regis Caſtellæ tunc extitit deprædatus, ſicut per ſufficientem probationem & legitimam ſatis liquebat,

Exortæ fuiſſent:

Et

Digitized by Google

* IV. 573. * Pro eo quòd prædictus, Dominus Ferandus, Rex Caſtellæ, Penes quem Bartholomæus de Berys, Filius & Hæres univerſalis prædicti Johannis de Berys, & Executor Teſtamenti ejuſdem, pro recuperatione dictorum Bonorum & Mercimoniorum habendâ, cum diligentiâ fuerat proſecutus,
Eidem Bartholomæo, ſuper Recuperatione Bonorum eorumdem, omninò defuit in Juſtitiâ exhibendâ,
Mandâſſet, per Literas ſuas Patentes, tunc Seneſcallo ſuo Vaſconiæ,
Quod omnia Bona & Mercimonia Hominum & Mercatorum, de Poteſtate dicti Regis Caſtellæ, quæ infra Ducatum prædictum inveniri contingeret, uſque ad Valorem dictarum Octingentarum Marcarum Sterlingorum, areſtari & ſalvo cuſtodiri faceret, quouſque præfato Bartholomæo, Hæredi & Executori præfati Patris ſui, nomine ejuſdem Patris ſui, ad plenum eſſet ſatisfactum, prout in Literis vidimus pleniùs contineri,
Dictum tamen Mandatum non fuit in aliquo Executioni, ut accepimus, mancipatum,
Super quo præfatus Bartholomæus jam nobis cum inſtantiâ ſupplicavit, ut Ei, in hâc parte, ſubveniamus Remedio Oportuno,
Nos,
Volentes præfato Bartholomæo, Hæredi & Executori dicti Patris ſui, ſuper recuperatione dictarum Octingentarum Marcarum Sterlingorum, quatenùs cum inſtantia poterimus, ſubvenire,
Excellentiam veſtram requirimus, & rogamus, quatenùs eidem Bartholomæo, vel ejus in hâc parte Attornato, de prædictis Octingentis Marcis Sterlingorum, feſtinam ſolutionem, ac de Dampnis, quæ occaſione detentionis Summæ illius ſuſtinuit, competentem Satisfactionem velitis fieri jubere zelo Juſtitiæ, noſtrique rogaminis interventu; prout Mercatoribus veſtris, in Caſu conſimili, nos volueritis eſſe facturos; ita, ſi placet, quòd non oporteat nos, pro præfato Bartholomæo, pro defectu Juſtitiæ exhibendæ, de alio Remedio providere.
Et quid indè, ad noſtri rogatum, duxeritis faciendum, nos per veſtras Literas, & præſentium Bajulum, curetis reddere certiores.
Data apud Berewicum ſuper Twedam, triceſimo die Julii.

De Pace Regis non proclamanda ante Securitatem datam per Manucaptores.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 4. d.

REX Vicecomit. Notinghamiæ & Derbiæ Salutem.
Quia in Guerrâ, per Scotos, Inimicos & Rebelles noſtros, contra nos nuper motâ, victoria nobis divinitùs attributa, quampluribus de Regno noſtro, qui nobiſcum in Obſequio noſtro ibidem extiterunt, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, & pro Bono Servitio quod nobis in eâdem Guerrâ fecerunt, per literas noſtras Patentes, Pardonavimus eis Sectam Pacis noſtræ, quæ ad Nos pertinet pro Feloniis & Tranſgreſſionibus, undè Indictati, Rectati, ſeu Appellati, exiſtunt: ac etiam Utlagarias, ſi quæ in ipſos hiis occaſionibus promulgatæ fuerint; prout in literis noſtris prædictis, ſeparatim indè confectis, pleniùs continetur.
Ac jam formidatur, ut ex Querelâ plurium intelleximus, quod quidam illorum, quibus gratiam noſtram ſic fecimus, promptiores & audaciores, prætextu dictæ Conceſſionis noſtræ, efficientur ad mala perpetranda; & quod Ipſi ſe ad invicem confœderare, & de Fidelibus noſtris (qui Eos, ante hæc tempora, indictârunt,

---

Super Clamio Regis ad Inſulam de Man, Willielmo de Monte acuto relaxto.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Pat. 7. E. 3. p. 2. m. 22.
Sciatis quod, de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum, nobis aſſiſtentium, Remiſimus, Relaxavimus, & omninò pro nobis & Hæredibus noſtris, Quietum clamavimus, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de Monte acuto totum Jus & Clamium, quod habemus, habuimus, vel aliquo modo habere poterimus, in Inſulâ de Man, cum ſuis pertinentiis quibuſcumque; ita quòd nec Nos, nec Hæredes noſtri, ſeu quivis alius noſtro nomine, aliquid Juris vel Clamii in Inſulâ prædictâ, de cætero, exigere poterimus vel vendicare.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Topclif, nono die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De libero Mercimoniorum Intercurſu pro quibuſcumque Mercatoribus Alienigenis.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 1. m. 3. d.
Quia datum eſt nobis intelligi, quòd nonnulli Mercatores Alienigenæ, prætextu Guerræ, in partibus Scotiæ nuper motæ, timentes Naves & Bona ſua eâ occaſione poſſe areſtari, ſe retraxerunt, & adhuc retrahunt, quominus loca Regni noſtri cum Mercandiſis ſuis frequentent, ſicut conſueverunt,
Tibi præcipimus quòd, in ſingulis locis Ballivæ tuæ, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè proclamari facias, quòd omnes Mercatores Alienigenæ, quarumcumque Terrarum, cum Navibus, Rebus, & Bonis ſuis, ſub Protectione & ſalvo Conductu noſtro, infra Regnum noſtrum, ubicumque voluerint, liberè veniant, & Mercandiſas ſuas exerceant, tàm per Mare, quàm per Terram, ſolvendo Cuſtumas debitas & uſitatas,
Et quòd, de Bonis & Mercimoniis eorumdem, quicquam ad opus noſtrum, ſeu aliorum quorumcumque, contra voluntatem eorumdem, & abſque Debitâ Satiſfactione eis faciendâ, nullatenùs capietur.
Teſte Rege apud Knareſburgh, decimo ſexto die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Eodem modo præceptum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.
Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

---

* IV. 575.

* *De Inquiſitione ſuper Licentia, Scotis & aliis pro pretio facta, Argentum extra Poteſtatem Regis ſubducendi.* Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Pat. 7. E. 3. p. 2. m. 20. d.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Thomæ Bacoun, & Johanni Claver, Salutem.
Quia, ex inſinuatione diverſorum Hominum Dimidii Hundredi de

N 2

miſſis meliùs ſciri poterit & inquiri.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Magnam Jernemuth, viceſimo ſexto die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Denariis, pro Maritagio Alianoræ, Sororis Regis, recipiendis.

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. REX, Dilecto ſibi in Chriſto ——— Abbati beatæ Mariæ Eborum, Salutem.

Sciatis quòd Nos (de Fidelitate veſtrâ confidentes) aſſignavimus vos ad recipiendum omnes Pecuniarum Summas, Nobis per quoſdam Epiſcopos, Abbates, & Priores, in ſubventionem Sumptuum (quos pro Maritagio Alianoræ, Sororis noſtræ, Nobili viro ——— Comiti de Gelre fecimus) conceſſas,

Quorum quidem Epiſcoporum, Abbatum, & Priorum, Nomina, ac Summas, per ſingulos ipſorum nobis ſic conceſſas, vobis mittimus, contenta in quâdam cedulâ, ſub ſigillo, venerabilis patris, Willielmi Archiepiſcopi Eborum, Angliæ Primatis, Cuſtodis Magni Sigilli noſtri,

Et ad Denarios illos ad opus noſtrum ſalvò cuſtodiri faciendum;

Et ideo vobis mandamus quòd Denarios prædictos recipiatis, & eos ad opus noſtrum ſalvò cuſtodiri faciatis, & nobis inde reſpondeatis prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sanctum Edmundum, viceſimo octavo die Auguſti.

• IV. 576. ** Pro Gentibus Comitis Flandriæ, ſuper Areſtis Deareſtandis, & libero Intercurſu.*

Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Claus. 7. E. 3. p. 2. m. 17. d. REX Vicecomiti Eborum, Salutem.

Cùm in Tractatu,

Inter quoſdam Nuncios noſtros ex parte unâ, & Nuncios & Procuratores Nobilis viri ——— Comitis Flandriæ, ac Procuratores & Conciliarios Villarum de Brugges, d'Ypre, & de Gandano, ex alterâ, nuper habito ſuper Diſcordiis,

Inter Homines & Mercatores de Regno noſtro, ac Homines & Mercatores de Poteſtate dicti Comitis, exortis occaſione Dampnorum & Injuriarum, hinc indè illatorum,

Amicabiliter ſedandis & pacificandis,

Sit, inter cætera, Concordatum & Conceſſum,

Quòd omnia Areſta, facta in Regno noſtro Angliæ, & in Flandriâ, ſuper Gentes noſtras & Gentes ipſius Comitis, ac eorum Bona, deareſtentur, & deliberentur ſimul cum Manucaptoribus eorumdem, quòd de cætero hujuſmodi Areſta ceſſent inter Gentes Regni & Terræ prædictorum,

Et quòd omnia Bona Hominum & Mercatorum de Flandriâ, quæ in Regno noſtro Angliæ, ac omnia Bona & Mercimonia Hominum & Mercatorum noſtrorum, quæ in Terrâ Flandriæ poterunt inveniri, ſtatim & ſine difficultate deliberentur, habitâ prius ſuper hoc bonâ & ſufficienti Informatione quorum Bona illa fuerint, & ad quos debeant pertinere,

Et quòd omnes Mercatores, de Regno & Poteſtate noſtrâ, ſalvo & ſecurè in Flandriam, & omnes Mercatores, de Dominio dicti Comitis, ſimiliter ſalvo & ſecurè in Angliam, pro Rebus & Mercandiſis ſuis vendendis & emendis, venire poſſint, & Merces & Bona ſua exindè, quo voluerint, ducere libere, & abſque Areſto, Fraude, vel Malo Ingenio.

ſpecialiter confidentes,

Aſſignavimus vos, Tres, & Duos veſtrûm, ad intereſſendum Parliamento ipſius Regis Scotiæ, jam, ut accepimus, convocato, & ad Confirmationem & Approbationem Conventionum prædictarum in eodem Parliamento, quantùm ad ipſum Regem Scotiæ pertinet, petendum & proſequendum: & ea, quæ nobis fieri debent per Conventiones * prædictas, noſtro nomine, recipiendum; ac ulteriùs faciendum, ſi quæ per Nos, ſeu pro nobis, fieri debeant in præmiſſis: • IV. 577.

Et ideo vobis mandamus quòd, circa præmiſſa facienda & explenda, cum diligentiâ intendatis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Waltham Sanctæ Crucis, primo die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Regem Aragoniæ pro Marcha ſubducenda.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Regi Aragoniæ, Valenciæ, Sardiniæ, & Corſicæ, ac Comiti Barchinoniæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem, & fœlicibus ſemper ſucceſſibus habundare. Ann. D. 1333. An. 7. E. 3. Clauſ. 7. E. 3. p. 2. m. 16. dor.

Intellectis Magnificentiæ veſtræ literis,

Per quas, pro Filiis & Hæredibus Berengerii de la Tone, veſtri Subditi, nos rogâſtis ut ipſis, vel eorum Procuratori, de Bonis & Mercibus, de quibus dictus Berengerius, per quoſdam Subditos noſtros, prætendebatur Derobatus ſupra Mare, unà cum Dampnis & Intereſſe, in Curiâ veſtrâ taxatis & decretis, Satisfactionem fieri faceremus, pro quorum recuperatione Bonorum, recolendæ memoriæ, Jacobus, Rex Aragoniæ, Pater veſter, conceſſit dicto Berengerio Licentiam Pignorandi Res & Bona noſtri, & Subditorum noſtrorum, uſque ad quantitates Duarum Milium librarum Barchinonenſium, ad quas dictæ Merces aſcendebant: & Undecim Milium, Treſcentarum, Triginta, & Trium Solidorum, & Quatuor Denariorum, dictæ Monetæ, nomine Intereſſe, & Centum Librarum pro Expenſis, factis eundo diverſis vicibus verſus Angliam pro Remedio conſequendo.

Et nobis ſignificâſtis qualiter, noſtri contemplatione, Dilectum & Fidelem noſtrum, Willielmum de Twenge (qui per Terram veſtram ducebat ad nos, quemdam Flagitioſum, Thomam de Gournay) ad Proſecutionem dictorum Hæredum areſtarum, occaſione Pignorationis prædictæ, deliberari feciſtis gratioſè, de quo Grates vobis referimus ſpeciales:

Nos igitur, attendentes Amicitias & Benivolentias, quibus Progenitores veſtri & noſtri ſe hactenus mutuò prævenerunt, quas noſtris temporibus cupimus adaugeri, & ut, ad Communionem Pacificam, ac Utilitatem, veſtrorum & noſtrorum Subditorum, Pacis & Dilectionis vigeat pulcritudo, ſuper præmiſſis, quæ nobis erant primitùs inaudita, Deliberationem diffuſam habuimus cum Peritis;

Et,

Quia dicta Roberia, tempore, celebris memoriæ, Domini Edwardi Regis Angliæ, Genitoris noſtri, prætenditur perpetrata,

Idemque Dominus Pater noſter, ad rogatum dicti Genitoris veſtri, dicto Dampnificato celerem & plenam facere Juſtitiam optulit ſe paratum,

Ipſe tamen Berengerius non proſequebatur negotium ſuum ulteriùs, nec aliquis pro eodem, nec aliquid oſtendere voluit ſeu probare,

Videtur Sapientibus & Peritis, quòd cauſa, de Jure, non ſubfuit Marcham, ſeu Repriſaliam, in noſtris, ſeu Subditorum noſtrorum, Bonis concedendi.

Nos

Digitized by Google

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

Ad Ducem Brabantiæ, ſuper Tractatu præfacto.

Ann. D. REX, Nobili viro, Johanni, Duci Brabantiæ, Conſanguineo
1333. ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
An. 7. Qualiter, ad Requiſitiones veſtras, ſuper Tractatu Concordiæ,
E. 3. Inter noſtros & veſtros Subditos, ſuper Obligationibus, &
Ibid. Dampnis, hinc indè illatis, reformandæ,

Plures dies per nos aſſignati, & Mercatores Regni noſtri, qui Querelas habent, ad intereſſendum dicto Tractatui fuerint præmuniti, veſtra Circumſpectio benè novit:

Et, licèt dicti Mercatores ad Præmunitionem hujuſmodi comparuerint, ad rogatus tamen veſtros dictum negotium ad dies illos fecimus prorogari; undè ſe reputant plus debito fatigari:

Volentes nichilominùs Requiſitioni veſtræ, nobis ad præſens factæ, complacere, diem Tractatûs hujuſmodi uſq; ad menſem Paſchæ, proximò futurum, duximus prorogandum;

Placeat igitur vobis conſiderationem habere ad præmiſſa, &, ne fatigentur ulteriùs Mercatores noſtri inaniter, certos Procuratores & Nuncios veſtros, ad diem prædictum, ad Nos cum ſufficienti Poteſtate tranſmittere, ut prælocuta Concordia, diſponente Domino, valeat reformari.

Scientes quòd, poſt diem illum, ſi non venerint aliqui ex parte veſtrâ, non intendimus ulteriores Prorogationes, ſeu Præmunitiones, facere, nè præfatis Mercatoribus noſtris illudere videamur.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Pro Dampnificatis per Gentes Flandriæ.

Ann. D. REX Vicecomiti Eborum Salutem.
1333. Cùm in Tractatu,
An. 7. Inter quoſdam Nuncios noſtros ex parte unâ, & Nuncios &
E. 3. Procuratores, Nobilis viri, Comitis Flandriæ *&c. prout ſupra de*
Clauſ. 7. *Dat. 8 Sept. uſque hæc verba, viz.*
E. 3. *p.* 2. Sit, inter cætera, Concordatum & Conceſſum,
m. 15. *d.* Quòd præfatus Comes, & Gentes dictarum Villarum de Brugges, d'Ypre, & de Gandano, mittent uſque Eborum Duas Perſonas, ſufficientes & idoneas, citra Feſtum Omnium Sanctorum proximò futurum,

Et quòd nos ſimiliter duas Perſonas, ſufficientes, ad eundem locum, ad dictum diem, mittere debeamus,

Ita quòd dictæ Quatuor Perſonæ Juramentum præſtent ſuper Sancta Dei Evangelia, quòd ipſi benè & fidelitèr omnes Querelas,

* IV. 579. * Quas Gentes Angliæ & Flandriæ facere voluerint, ſuper Dampnis, Roberiis, & Maleficiis, eis, vel alicui eorum, qualitercumque illatis, poſtquam Homagium, Magnifico Principi, Regi Franciæ apud Ambianum fecimus pro Ducatu noſtro Aquitaniæ,

Audient, & indè bonam, & diligentem, ac fidelem, Informationem capient,

Et, qualiter hoc Præceptum noſtrum fueris executus, nobis ſcire facias ad eundem diem; hoc Breve nobis remittentes.

Teſte Rege apud Waltham, ſexto die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Sub eâdem formâ ſcribitur Vicecomitibus ſubſcriptis, *&c.*

De Convocatione Cleri facienda, ad Tractandum ſuper Conſilio, & Auxilio Regis concedendo.

REX, Venerabili in Christo Patri, S. eâdem gratiâ, Archie- Ann. D.
piſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem. 1333.
De veſtræ Sinceritatis & Benivolentiæ puritate firmam fiduciam *An.* 7.
optinemus, quòd, pro defendendis, & recuperandis Coronæ no- *E.* 3.
ſtræ Regiæ Juribus, nobis vigilantèr velitis aſſiſtere, & in oportu- *Pat.* 7.
nitatibus, quantùm ad vos pertinet, efficaciter opem ferre. *E.* 3. *p.*
Sanè veſtra Paternitas benè novit, qualiter nuper ad partes Mar- 2. *m.* 15.
chiæ Scotiæ, de veſtro, & aliorum Prælatorum, ac Magnatum, *dor.*
& Procerum, Regni noſtri, Conſilio, nos tranſtulimus, pro Defenſione partium illarum contra Inimicos, ſi qui forſan hoſtiliter invadere vellent Fines Regni noſtri: & ea, quæ poſtmodùm contigerunt ibidem, &, quomodo Triumphum nobis de Hoſtibus contulit Clementia Salvatoris, Ipſa declarat Operis Evidentia, & vobis incognitum non exiſtit.

* Verùm, quia in partibus illis moram faceremus, cum Exer- * IV.
citu noſtro, Innumerabiles, & quaſi Infinitos, Sumptus Nos effun- 580.
dere oportuit, & decuit in tanto negotio, pro honore Regio & utilitate etiam conſervandis:

Et nichilominus alia poſtmodùm emerſerunt negotia, in quibus veſtro, & aliorum Prælatorum, & Cleri Regni noſtri, Conſilio & Auxilio indigemus;

Vobis mandamus, rogantes, quatenus Epiſcopos, Abbates, Priores, ac cæteros Prælatos, & Religioſos, tàm Exemptos, quàm non Exemptos, quos fore videritis convocandos, ac totum Clerum veſtræ Provinciæ, apud Londonias, die Lunæ, proximo poſt Octabas Sancti Martini, proximò futuras, convocari faciatis, ita quòd tàm vos, quàm dicti Epiſcopi, Abbates, Priores, Prælati, & Religioſi, in propriis Perſonis veſtris, & Clerus prædictus per Procuratores idoneos, tunc ibidem interſitis, ſuper dictis Negotiis, quæ vobis ibidem ex parte noſtrâ pleniùs exponentur, Tractaturi, veſtrumque, & ſuum, Conſilium & Auxilium impenſuri; & hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Pacem, & Tranquilitatem, Regni noſtri diligitis, nullatenùs omittatis.

Teſte Rege apud Havering atte Boure, ſexto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

COnſimile Breve dirigitur W. Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, de hujuſmodi Conſilio apud Eborum, die Lunæ, proximo poſt Feſtum Sanctæ Katerinæ Virginis, proximò futurum, convocando.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

Digitized by Google

[illegible]

De Finibus capiendis ab illis, qui Ordinem Militarem non ſuſceperunt.

Ann. D. REX, Theſaurario, & Baronibus ſuis, de Scaccario, Salutem.
1333. Tenores quorumdam Brevium noſtrorum, ſingulis Vicecomitibus
An. 7. noſtris per Angliam directorum, ad proclamandum quòd
E. 3. omnes illi, qui Quadraginta Libratas Terræ vel * Redditûs per
Clauſ. 7. Annum habent, & eas per Tres Annos integros tenuerunt, Ordi-
E. 3. *p.* 2. nem ſuſciperent Militarem ante Feſtum Sanctæ Trinitatis proximò
m. 3. præteritum, vel in eodem Feſto ad ultimum,
* IV. Ac Returna dictorum Vicecomitum, facta ad eadem, vobis mit-
581. timus in quodam Rotulo, ſub Sigillo, Venerabilis Patris, Willielmi Archiepiſcopi Eborum, Cuſtodis Sigilli noſtri,

Mandantes quòd, viſis Tenoribus & Returnis prædictis, Vicecomites prædictos, quos in Executione Mandatorum noſtrorum prædictorum negligentes inveneritis vel remiſſos, juxta eorum Delicta, per Amerciamenta, & aliis modis quibus expedire videritis, puniatis, & Fines omnium illorum, qui, juxta Proclamationem prædictam, Ordinem ante Feſtum prædictum, vel in eodem Feſto, ſuſcepiſſe debuerant Militarem, & nequaquam ſuſceperunt, tàm pro Tranſgreſſionibus hujuſmodi, quàm pro Reſpectu, de Armis Militaribus ſuſcipiendis habendo, capiatis;

Et nichilominus de nominibus aliorum, qui per Vicecomites prædictos Retornati non fuerunt, & qui Quadraginta Libratas Terræ vel Redditûs per Annum habent, ſicut prædictum eſt, & Milites non ſunt, per ſingulos Vicecomitatus Regni noſtri, ſi opus fuerit, diligenter inquiri faciatis; & de ipſis conſimiles Fines in formâ prædictâ capiatis, prout juxta Diſcretiones veſtras fore videritis faciendum; & hoc nullatenùs omittatis.

Teſte Rege apud Havering atte Boure, decimo quinto die Octobris.

Per Concilium.

De Obſidibus Villæ Berewici ad quaſdam Abbatias mittendis.

REX Vicecomiti Eborum, Salutem.
Ann. D. Cùm nuper,
1333. Poſt Redditionem Villæ noſtræ Berewici ſuper Twedam in Ma-
An. 7. nus noſtras,
E. 3. Per Nos & Concilium noſtrum fuiſſet ordinatum, quòd Duo-
Clauſ. 7. decim Obſides, de Liberis Majorum & Proborum Hominum
E. 3. dictæ Villæ, pro majori Securitate, ut Homines Villæ illius ad Fi-
p. 2. *m.* dem noſtram firmiùs ſe tenerent, nobis liberarentur, in certis locis
10. infra Regnum noſtrum, ſub ſalvâ cuſtodiâ, moraturi,

Dictique Homines Villæ prædictæ, nuper apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, dum eramus ibidem, Octo Obſides hujuſmodi nobis fecerint liberari, quos ad certa loca deſtinavimus ſalvo cuſtodiendos,

Iidemque Homines reſiduos Quatuor Obſides,

Videlicet, Nicholaum Filium Johannis Tod de Berewico, Johannem Filium Johannis Gros, Thomam Filium Johannis of the Bothe, & Robertum Filium Thomæ de Neſbit de eadem,

Uſque Eborum jam miſerint hac de causâ,

Tibique præceperimus quod eoſdem, Nicholaum, Johannem, Thomam, & Robertum, quos ad te miſimus, reciperes, & ſalvo & honeſtè cuſtodiri, eiſque Suſtentationem, ac alia Neceſſaria ſua, de Exitibus Ballivæ tuæ, inveniri faceres, quouſque aliud indè duxerimus demandandum;

Tibi præcipimus quod prædictos Obſides,

Habitatoribus Terræ ſuæ Flandriæ,

Tractatum fuiſſet & Concordatum de inquirendo, & diligentèr indagando, veritatem de Contentionibus, Commotionibus, Roberiis, & aliis Maleficiis ſupradictis, in dictis Terris Angliæ & Flandriæ perpetratis, ſecundum formam & effectum Articulorum, in quâdam Indenturâ, indè inter præfatos Procuratores & Nuncios confectâ, & tàm per Nos, quàm præfatum Comitem, ſubſequenter approbatâ,

Ea, quæ per dictos Nuncios noſtros ſic tractata & concordata fuerunt, volentes, quantum ad Nos & noſtros Subditos attinet, debito effectui mancipari,

Ac de circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Thomæ de Brayton, & Magiſtri Simonis de Stanes, plenam fiduciam reportantes,

Ipſos deputamus, conſtituimus, & facimus noſtros Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios ſpeciales;

Dantes eiſdem plenam Poteſtatem, Auctoritatem, & Mandatum ſpeciale, faciendi, inquirendi, & complendi, pro Nobis & Gentibus noſtris, Omnia quæ ad Nos & Gentes noſtras pertinent faciendi, ſecundum formam & tenorem Indenturæ antedictæ;

Promittentes nos firmum & ſtabile habituros quicquid, per Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios noſtros prædictos, actum & inquiſitum fuerit in præmiſſis, ſecundum formam Indenturæ ſupradictæ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Marlebergh, octavo die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Regio Aſſenſu, adhibito Poſtulationi, factæ pro Epiſcopo Wyntonienſi, in Archiepiſcopum Cantuarienſem, Papæ intimato.

PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. Ann. D.
Vacante nuper Cantuarienſi Eccleſiâ, per mortem, bonæ 1333.
memoriæ, Simonis ultimi Archiepiſcopi loci illius, Prior & Con- *An.* 7.
ventus ejuſdem loci, Convenientes in Unum, in, Venerabilem *E.* 3.
Patrem, Johannem Wyntonienſem Epiſcopum direxerunt unani- *Pat.* 7.
mitèr Vota ſua, *E.* 3. *p.*
Et ipſum in ſuum Archiepiſcopum concorditer poſtulârunt, 2. *m.* 13.

Nobiſque cum inſtantiâ ſupplicârunt ut hujuſmodi Poſtulationi noſtrum Aſſenſum Regium præbere curaremus;

Nos, ipſius Epiſcopi conſiderantes merita probitatis, ac ſperantes dictam Cantuarienſem Eccleſiam, ſi ipſius Regimini præſideat, in Temporalibus & Spiritualibus, per ipſius Circumſpectionem & Induſtriam, ſalutaria poſſe ſuſcipere incrementa, Poſtulationi prædictæ hujuſmodi Aſſenſum Regium adhibuimus & Favorem;

Et hoc veſtræ Sanctitati ſignificamus per præſentes, ut, quod ad vos pertinet in hac parte, ulterius exequi dignemini cum favore.

In cujus, &c.

Dat. apud Clarendon, decimo octavo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo. * IV.

--- 583.

* *Ad Papam, ſuper Epiſcopo Wintonienſi in Archiepiſcopum* Ann. D.
Cantuarienſem Poſtulato. 1333.
An. 7.
E. 3.
PAPÆ Rex devota pedum oſcula beatorum. *Rom.* 7.
Inter cætera cordis noſtri deſiderabilia ſpecialiter id appeti- *E.* 3. *m.*
mus, & inſtantiâ proſequimur ampliori, ut cunctis Eccleſiis Regni 2.
no-

Digitized by Google

Conſervet, &c.

Dat. apud Clarendon, decimo octavo die Novembris.

Ad Papam, ſuper Pallio tranſmittendo.

Ann. D. 1333. *An.* 7. *E.* 3. *Ibid.* PAPÆ Rex *&c. ut ſupra uſque ibi* grata ſuſcipiet incrementa, *tunc ſic*,

Cæterum, cùm in circumſpectione, & fidelis ac providi ſoliditate conſilii, dicti noſtri Cancellarii, in dirigendis noſtris & Regni noſtri Negotiis, noſtra fiducia potiſſimè requieſcat (cujus præſentia, propter quædam ardua Negotia, Nos & Regnum noſtrum, intimè concernentia, impræſentiarum carere non valemus) dignetur, quæſumus, veſtra Benignitas, ex uberiori Dono gratiæ, Pallium ad partes noſtras jubere ſibi tranſmittere, ad Nomen & Uſum ejuſdem Eccleſiæ, & pleniorem Pontificalis Officii Poteſtatem;

Quod veſtræ largitatis munificentia, quam erga Nos & noſtros invenimus gratiùs habundaſſe, velit, ſi placet, eo benignius concedere, quo moroſa ſubtractio ſui conſilii Nobis eſſet tædium & dampnum non modicum allatura.

Conſervet, &c.

Dat. ut ſupra.

* IV. 584.

** Ad Cardinales, ſuper Poſtulatione prædicta.*

Ann. D. 1333. *An.* 7. *E.* 3. *Ibidem.* VEnerabili in Chriſto Patri, Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrino, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellario, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quantò de Dilectionis & expertæ Benivolentiæ veſtræ dulcedine fiduciam gerimus ampliorem, tantò confidentiùs in hiis, quæ deſideranter appetimus, veſtram ſolicitamus Amicitiam precum inſtantiâ cordiali.

Vacante ſiquidem nuper Eccleſiâ Cantuarienſi, *&c. prout ad Papam uſque hæc verba; viz.*

Domino Summo Pontifici Perſonam ſuam affectuoſiùs, quo potuimus, jam recommendavimus, ſupplicantes quatinùs, juxta noſtri deſiderium, Poſtulationi, factæ de eodem, Gratioſum præbere dignetur Aſſenſum, ipſum ad dictam Cantuarienſem Eccleſiam, de benignitate Sedis Apoſtolicæ, miſericorditer transferendo.

Quamobrem dictum Patrem, pro quo, hoc penitùs ignorante, Vobis ſcribimus ex affectu, & dictum Tranſlationis ſuæ negotium habere velitis petimus, optentu noſtri, ſpecialiter commendatum, circa cujus Promotionem negotii ſic erga dictum Dominum Summum Pontificem, cum omni, ſi placet, efficaciâ laboretis, ut, præter id quod recommendari debetur meritis, & neceſſitatibus Eccleſiæ Viduatæ, Interceſſionis noſtræ Suffragium ad celerem & gratioſam expeditionem præmiſſorum videatur adicere per effectum.

Confidimus etenim quòd, Divinâ favente Clementiâ, dicta Cantuarienſis Eccleſia, Subdituſque ſibi Clerus & Populus, ſub ſuo proſperabuntur Diſcreto Regimine, &, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, ſalutaria ſuſcipient incrementa.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Dei gratiâ, Sabinen. Epiſcopo, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

Domino A. Dei gratiâ, tituli Sancti Laurentii in Lucina Preſbitero Cardinali.

omnibus pertinentiis ſuis,

* Et etiam Omnia alia Maneria, Villas, Terras, & Tenementa, quæ idem Dominus Comes habet in Angliâ, * IV. 585.

HABENDA ET TENENDA præfatæ Dominæ Mariæ ad TOTAM VITAM SUAM,

Cum Feodis Militum, Parcis, Warennis, Chaceis, Hundredis, Viſibus Franci Plegii, Feriis, Mercatis, Molendinis, & omnibus aliis Libertatibus, & Liberis Conſuetudinibus, ac omnibus aliis pertinentiis quibuſcumque, ad prædictum Comitatum, & ad Caſtra, Maneria, Villas, Terras, & Tenementa prædicta, qualitercumque pertinentibus & ſpectantibus,

Adeò plenè & integrè, ſicut præfatus Dominus Comes ea tenuit (exceptis Nemoribus, & Patronatibus, & Advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, & aliarum Domorum Religioſarum quarumcumque, ac nomine & Honore Comitis; quæ idem Dominus Comes ſibi, & Hæredibus ſuis, ſpecialiter retinuit, & retinet, & reſervat) faciendo, pro dicto Domino Comite, & Hæredibus ſuis, Capitalibus Dominis Feodorum illorum, Servitia indè Debita & Conſueta,

Et, pro Mille & Octingentis Libris Sterlingorum, præfato Domino Comiti, ad TOTAM VITAM SUAM, per prædictam Dominam Mariam Annuatim ſolvendis, ad Quatuor Anni Terminos, per æquales Portiones, videlicet,

In Quindenâ Natalis Domini Quadringentis & Quinquaginta Libris,

In Quindenâ Paſchæ Quadringentis & Quinquaginta Libris,

In Quindenâ Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ Quadringentis & Quinquaginta Libris,

Et in Quindenâ Sancti Michaelis Quadringentis & Quinquaginta Libris,

Et ſic de Anno in Annum, ad Terminum Vitæ Comitis ſupradicti, Mille & Octingentis Libris Sterlingorum,

Ad quam quidem Solutionem, præfato Domino Comiti Annuatim, ad totam vitam ipſius Domini Comitis, Terminis præſcriptis, & in formâ præſcriptâ, bene & fideliter faciendam, prædicta Domina Maria Obligat Se, & Omnia Bona ſua:

Et VULT & CONCEDIT prædicta Domina Maria quòd, ſi ipſa in Solutione prædictâ, in aliquo Terminorum prædictorum, defecerit, quòd abſit, in Toto, vel in Parte, tunc liceat dicto Domino Comiti, per Se, vel Suos, Caſtra, Maneria, Villas, Terras, Tenementa, & Feoda prædicta, cum pertinentiis, Ingredi, & illa TENERE, cum Omnibus Bonis & Catallis, in eiſdem exiſtentibus, & Fructus eorumdem percipere, & de eiſdem diſponere pro Libito ſuo, quouſque præfato Domino Comiti de Eo, quòd Ei ſic a retro fuerit, plenariè fuerit ſatisfactum, ſimul cum Dampnis & Expenſis, eâ occaſione ſuſtentis.

Et VULT & CONCEDIT prædictus Dominus Comes, pro Se, & Hæredibus ſuis, quòd, ſi ipſa Domina Maria Ipſum ſupervixerit, extunc eadem Domina Maria omnia Caſtra, Maneria, Villas, Terras, Tenementa, & Feoda prædicta, cum omnibus pertinentiis ſuis, HABEAT & TENEAT ad totam vitam ſuam liberè & quietè, abſque Firmâ hujuſmodi, vel aliquo alio, Hæredibus prædicti Domini Comitis indè Reddendo (exceptis Nemoribus, Patronatibus, & Advocationibus prædictis) faciendo ſemper Capitalibus Dominis Feodorum illorum Servitia, indè Debita & Conſueta, ut prædictum eſt.

VULT etiam & CONCEDIT prædictus Dominus Comes, pro Se, & Hæredibus ſuis, quod prædicta Domina Maria, per Se, & Suos, nomine ejuſdem Mariæ HABEAT & PERCIPIAT totâ Vitâ ſuâ in Nemoribus prædictis ESTOVERIA ſua, videlicet, HOUSBOTE & HEYBOTE, quantum neceſſe fuerit pro Suſtentatione

Digitized by Google

Gentibus Trium Villarum veſtrarum, de Gandano, de Bruges, & de Ipre, ad Civitatem noſtram Eborum venirent in Feſto Omnium Sanctorum, proximò præterito,

Et quòd Nos ſimiliter duas Perſonas ſufficientes & fidedignas, ex parte noſtrâ, mitteremus ad diem & locum ſupradictos,

Quæ quidem Perſonæ, ſic Electæ, præſtito Juramento, audirent Querelas omnium & ſingulorum Subditorum noſtrorum & veſtrorum, conqueri volentium de Tranſgreſſionibus & Injuriis, factis ex unâ parte & alterâ, a tempore quo Homagium fecimus Regi Franciæ Ambianis,

Et quòd eædem Perſonæ, ſic Electæ, poſtmodùm, ad Villam de Bruges venirent, & ibidem ſimiliter Querelas omnium Subditorum noſtrorum & veſtrorum, conqueri volentium, audirent, modo ſupradicto:

Noſque ad perficiendum Concordiam prædictam ex parte noſtrâ deputâſſemus, dilectos Clericos & Fideles noſtros, Thomam de Brayton & Magiſtrum Simonem de Stanes,

Ex parte veſtrâ, & Trium Villarum veſtrarum prædictarum, veniſſent Magiſter Paulinus de la Mote Canonicus Sancti Donati, & Johannes de Harlebek Burgenſis de Bruges;

Et licet ipſi in Negotio prædicto, juxta formam Indenturæ prædictæ, proceſſiſſent, pro eo tamen quòd quamplures de noſtris coram eiſdem de Tranſgreſſionibus, ante Homagium prædictum, Ambianis factum, perpetratis, Querelas propoſuerunt, Executiones earumdem manent in ſuſpenſo, eo quod dicti Commiſſarii noſtri & veſtri de anteriori tempore, virtute Indenturæ prædictæ, tractandi & perficiendi ſe Poteſtatem non habere aſſerebant:

Nos,

Advertentes Pacem & Concordiam in parte, juxta Deſiderium noſtrum & veſtrum, diu non poſſe ſubſiſtere, ac Pacem ſolidam noſtro & veſtro tempore duraturam peroperè affectantes,

Amicitiam veſtram requirimus quatinus,

Conſiderato quòd nos, pro bono Pacis & Concordiæ vobiſcum habendo, Executiones areſtorum plurium pro * Hominibus noſtris, * IV.
ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, ſuper Bonis 588.
quorumdam Subditorum veſtrorum adjudicatas, hucuſque poſuimus in ſuſpenſo, necnon quòd dictis Gentibus noſtris ſumus in exhibenda Juſtitia Debitores,

Pro Vobis & Hominibus Villarum prædictarum, dictis Electis Perſonis ex parte veſtrâ, ſeu aliis per vos in eâ parte deputandis, ad tractandum & audiendum Querelas omnium & ſingulorum, Gentium noſtrarum & veſtrarum, in hac parte, conqueri volentium, tàm de Tranſgreſſionibus, Diſſenſionibus, & Injuriis, ante tempus prædictum Homagii noſtri factis, quàm etiam poſt tempus illud, hinc inde perpetratis, Poteſtatem, ſi placet, plenariam concedatis.

Nos enim, dilectos & fideles noſtros, Robertum de Scorburgh, Militem, Baronem de dicto Scaccario noſtro, quem loco prædicti Thomæ de Brayton, notoriè impediti quominus negotio prædicto intendere poſſit, ſubrogavimus, & dictum Magiſtrum Simonem ad vos mittimus, ad Tractandum cum ſic Deputandis ex parte veſtrâ, ſuper Tranſgreſſionibus & Diſſenſionibus ſupradictis.

Data apud Wallingford, ſeptimo die Januarii.

Tranſcriptum Mandati Regis Franciæ de Subditis Regis Angliæ curialiter tractandis.

Ann. D. A Touz ceux, qui ces Lettres verrount, Johan de Meloun,
1333. Garde de la Prevoſte de Paris, Saluz.
An. 6. Sachent tuit que, l'An de Grace Mill, Troiſcent, Trente &
E. 3. Troiſieme, le Vendredi la Veille de Noel, veiſmes unes Letres,
Ex Rot. ſeelles du Seal du Roi noſtre Seigneur, contenaunt la fourme que
in Tur. s'enſuit,

PHilip, par la Grace de Dieu, Roi de France, au Seneſchal de Tholouſe, de Xantonge, de Pierregort, d'Agenois, & au Bailly d'Amiens, & a tourz noz autres Juſticers, ou a lour Lieutenanz., Salutz.

Ja ſoit ceo, que nous voilloms & deſiroms, qeo nos Feals & Subgitz ſoient traitez reſonablement, & que aſcoun grief ne lour ſoit fait toutevoies, nous voloms plus eſpecialment que, noſtre Trechier & Feal Couſin, le Roi d'Engleterre, Duc de Guyenne, & Counte de Pountif, ſes Gens & ſes Beſoignes, ſoient amiablement & honourablement traitez, receuz, oiez, & demenetz, par conſideration & honeur de lui,

Pur qoi nous vous maundoms, commaundoms, & enjoignoms eſtreitement, & a chaſcun de vos, que ſes Gentz conceiloitz, que il venrrount devers chaſcoun de vous, vous retenerz honourablement, & ceo, qil aurrount a faire, oietz benignement, & delinqetz gratiouſment, taunt   vous porretts, ſaunz gref & prejudice d'autri.

Et ceo fait en tielle manere que il nous   eſtre aggreable; quar ainſi le voloms nous en toutes maneres.

Donn au Dois   le vingt & unieme jour de Decembre, l'An de Grace, Mil Troiſcent, Trente & Trois.

Et nous a ceſt Tranſcript avoms mis le Seel de la Provoſte de Par. l'An e le Jour deſuſdirz.

De quibuſdam Renunciatione & Acquietantia, factis Comiti Richemundiæ per Mariam Comitiſſam Pembrochiæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1334. Inſpeximus Litteras Patentes, Dilectæ Conſanguineæ noſtræ,
An. 7. Mariæ de Sancto Paulo, Comitiſſæ Pembrochiæ, in hæc ver-
E. 3. ba,

Pat. 7.
E. 3. p. 1. A noſtre Seignur, le Roi d'Engleterre,
m. 3. Plaiſe entendre, & ſachent toutes autres Gens, nous, Marie de Seint Poul, Comteſſe de Pembrok, qe,

Ja ſoit ceo que, Nobles Homme & Hault, noſtre Treſchier Uncle, Monſieur Johan de Bretaigne, Counte de Richemond, ſoit Obligie a nous Garauntir une Donacioun, par li a nous faite, des Fruytz & des Eſmolumentz de celle Countee, le Cours de noſtre Vie taunſoulement,

Toute voiz voloms, & ottroioms, qe par Nous, ne nos Heirs, ne nos Succeſſours, empaiſſoms joyr de celuy Garauntage, & Re-
* IV. nuncioms de certeine * ſcience, & en quitoms le dit Counte nos-
587. tre Chier Uncle, & qui de luy avera cauſe, & les choſes Grauntir, Tenir, Garder, & countre noun venir,

Nous, la dite Marie, Obligeoms Nous, & nos Heirs, & nos Succeſſours, & par Serment, ſur les Seintes Ewangiles,

Si requerroms a, noſtre dit Seignur, le Roi, pour plus Graunt Seurte faire a noſtre dit Uncle, qe lui plaiſe ceſte Lettre Confermer deſouz ſon Seal.

De Commiſſariis, ad intereſſendum Parliamento, per Edvardum de Balliol Regem Scotiæ convocato.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Ann. D. 1334.
Dux Aquitaniæ, Omnibus, ad quos præſentes Litteræ perve- An. 13.
nerint, Salutem. E. 3.
De circumſpectionis & induſtriæ probitate, dilectorum ac fide- Ex Rot.
lium noſtrorum, Penes Camer.

Ed-

Digitized by Google

ſuæ ſubjicere diſponente,

• IV. 589. *** *Ad Comitem Flandriæ, de tractando ſuper Tranſgreſſionibus hinc inde factis.***

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Clauſ. 8. E. 3. m. 36. d.

REX, Nobili Viro, Domino Lodowico, Comiti Flandriæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm nuper,

Pro bono Pacis & Concordiæ inter Nos & Subditos noſtros ex unâ parte, & Vos & Subditos veſtros ex alterâ parte, *&c. ut ante Dat. 7 Januarii ultimo præterito, uſque ad hæc verba; viz.*

Nos enim quoſdam Fideles noſtros ad vos mittimus, ad tractandum cum ſic deputandis ex parte veſtrâ ſuper Tranſgreſſionibus, Diſſentionibus, & Injuriis ſupradictis.

Dat. apud Wodeſtok, quinto die Februarii.

Super dicto Tractatu.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Ibidem.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Simoni de Stanes, Salutem.

Cùm deputaverimus & conſtituerimus Vos, &c, Dilectos & Fideles noſtros, Robertum de Kelleſeye, Reginaldum de Conductu, & Johannem de Gauſton, noſtros Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios ſpeciales, ad inquirendum, & diligenter indagandum Veritatem de Contentionibus, Commotionibus, Roberiis, Tranſgreſſionibus, Maleficiis, & Dampnis, tàm per Terram, quàm per Mare, per Gentes & Habitatores Regni noſtri ex parte unâ, & Gentes & Habitatores Terræ Flandriæ ex alterâ, in Terris Angliæ & Flandriæ, perpetratis,

Et ad faciendum, & complendum, pro Nobis & Gentibus noſtris, omnia quæ ad Nos & Gentes noſtras pertinent facienda, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis, ſub forisfacturâ Omnium, quæ nobis forisfacere poteritis, firmiter injungendo, mandamus quòd, ſtatim viſis præſentibus, & receptis Literis noſtris prædictis, quas vobis mittimus, ceſſanteque excuſatione quacumque, ad Civitatem noſtram Londoniæ perſonalitèr accedatis, exindè verſus dictas partes Flandriæ, unà cum præfatis, Roberto, Reginaldo, & Johanne, vel uno eorum, pro Negotiis prædictis profecturi; ita quòd ſitis apud Villam de Bruges, per Quatuor dies, ante Medium Quadrageſimæ proximò futurum, ſuper dictis Negotiis, ut eſt dictum, tractaturi, ſub forisfacturâ ſupradictâ.

Teſte Rege apud Wodeſtok, quinto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Johannem Pulteney, ſuper Tractatu memorato.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Ibidem.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Johanni de Pulteneye, Majori Civitatis ſuæ Londoniæ, Salutem.

Cùm deputaverimus & conſtituerimus, Dilectos & Fideles noſtros, Magiſtrum Simonem de Stanes, ac Robertum de Kelleſeye,

Et in Terram Scotiæ, pro recuperatione Juris ſui Hæreditarii, ſicut dicebatur, per Tolleranciam & Auxilium, Sereniſſimi Principis & Domini, Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ Illuſtris, Superioris Domini Regni Scotiæ & Inſularum, applicante,

Per Dei gratiam, & auxilium præpotens Gentis Domini Regis Angliæ prædicti, ſuorum Rebellium magnam & mirabilem Stragem perpetrans in Actibus Bellicis, in Regem Scotiæ ſe fecit ſolempniter coronari.

Et poſtmodum, per aliquos Æmulos ſuos & Rebelles, ſuper Poſſeſſione dicti Regni Scotiæ, multipliciter inquietatus, per auxilium dicti Domini Regis Angliæ, non ſine magnis & gravibus Laboribus & Expenſis, Statum ſuum & Poſſeſſionem pacificam recuperavit.

CONSIDERANS igitur dictus Rex Scotiæ, dictam Tolleranciam, & efficax Auxilium, per dictum Dominum Regem Angliæ Eidem impenſa,

Necnon ad examen recti judicii, ut dicebat, deducens, qualiter Regnum Scotiæ, & Inſulæ, pertinentes eidem, ſolebant & debeant teneri de Regibus Angliæ, qui forent pro tempore, ut de Superioribus Dominis dictorum Regni & Inſularum, per Fidelitatem & Homagium ligeum,

Et qualiter dictus Dominus Johannes de Balliolo, Rex Scotiæ, Pater ipſius Domini Edwardi de Balliolo, fecerat Fidelitatem & Homagium ligeum, prout debuit, pro dicto Regno & Inſulis, recolendæ memoriæ, Domino Edwardo, nuper Regi Angliæ, Sereniſſimo Avo Domini Regis Angliæ Edwardi, nunc regnantis, tunc Superiori Domino Scotiæ, ſano, ut dicebat, ductus conſilio,

Non tantùm Fidelitatem, & Homagium, & alia, quæ facere tenebatur ex debito, ſed, quia in expeditione tàm arduâ extitit ſibi Dominus Rex Angliæ in Promptum & Efficax Auxilium, &c, ex aliis variis Cauſis, ipſi Domino Regi Angliæ plura facere diſponebat, ad quæ in ſpecie per Duas Litteras Patentes, quas ſanas ac integras, ac omni Suſpicione ſiniſtrâ carentes, ut primâ facie apparebat, Magno Sigillo ſuo, ſatis mihi noto, vidi conſignatas, ſe & Succeſſores ſuos, Reges Scotiæ, firmiter obligavit; quarum quidem Litterarum tenores ſequuntur in hunc modum,

EDward, par la Grace de Dieu, Roy d'Eſcoce, a touz ceus, *&c. ut ſupra, de data viceſimo tertio Novembris, Anno* 1332.

Et, ut præmiſſa, per dictum Dominum Regem Scotiæ ſic promiſſa, fierent firmiora, Dilectos ſibi Dominos, Alexandrum de Moubray, & Johannem de Felton, Milites, ad Jurandum in Animam ſuam prædicta omnia & ſingula ſe tenere, per alias Literas ſuas, dicto Sigillo ſigillatas, Procuratores ſuos conſtituit ſpeciales, Tenorem ſubſequentem continentes,

EDward, par la Grace de Dieu, Roi d'Eſcoce, a touz, *&c. in Carta dat. apud Burgh 12 Februarii, Anno Regni Regis Edwardi Ballioli Primo.*

• ANno verò ab Incarnatione Domini, ſecundum computationem Eccleſiæ Anglicanæ, Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo Tertio; Indictione ſecundâ: Menſis Februarii die De- • IV. 591.

Digitized by Google

Edwardus, Dei gratia, Rex Angliæ, *&c. ut ſupra de Dat.* 1 *Febr.*
Sermonem dirigens ipſi Domino Regi Scotiæ, cauſam Adventûs ſui ibidem expoſuit in verbis Gallicis, hunc in effectu habentibus intellectum,

SEreniſſimus Princeps & Dominus meus, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ Illuſtris, Superior Dominus Regni Scotiæ,

Deſiderans Quæ prælocuta, concordata, & promiſſa, ſunt inter ipſum ex parte unâ, & Vos, Princeps Magnifice, Domine Edwarde, eâdem gratiâ, Rex Scotiæ ex aliâ, effectui mancipari, ad quæ tenenda firmiter, & in omnibus adimplenda, quatenus ipſum contingunt, vel contingere poterunt in futurum, ut convenit, eſt paratus,

Miſit me Nuncium & Procuratorem ſuum, ad requirendum vos, Domine Rex Illuſtris, ut prælocuta, concordata, & promiſſa, prædicta, quatenus vos contingunt, faciatis in inſtanti Parliamento veſtro, de conſenſu Parliamenti veſtri præſentis, approbari & confirmari, & literas veſtras ſuper hiis innovari, & omnia alia & ſingula ſibi fieri, teneri & compleri, quæ in hac parte per vos ſunt Debita vel Promiſſa:

Et, ſi Vos, Domine Rex, & Fideles veſtri, gratiam, affectionem, & ſubſidium,

Quæ dictus, Dominus meus, Rex Angliæ Inclytus, circa recuperationem Regni veſtri, non tantum in Exceſſivis Sumptibus, & Laboribus Gravibus Gentis ſuæ, ſed Perſonam ſuam propriam tantis periculis, tàm liberaliter, quàm magnanimiter, expoſuit, ſicut Operis evidentia, laudetur Altiſſimus, lucidè manifeſtat, impendit & appoſuit efficaciter, prout ſcitis,

Gratâ conſideratione penſetis, ad faciendum prædicta Difficiles vos reddere non debetis, cum per Dei, &, dicti Domini, Domini Regis Angliæ auxilium, honor vobis accidit in Regno Scotiæ quem habetis:

QUAMOBREM Ego, Nuncius & Procurator Domini Regis Angliæ prædictus, nomine procuratorio dicti Domini mei, cum inſtantiâ debitâ, Domine Rex Scotiæ, vos requiro quamcitiùs omnia & ſingula, dicto Domino meo per vos, ut præmittitur, facienda, de Conſenſu & Diffinitione præſentis Parliamenti veſtri, dicto Domino Regi Angliæ, Domino meo, & Michi, in Perſonâ ſuâ, placeat vobis facere & fieri cum effectu;

Proteſtans me paratum, dicti Domini mei Regis Angliæ nomine, vobis facere fieri, Quæ per dictum Dominum meum reſtant juxta concordata hujuſmodi facienda.

* IV. 592. * Et, nè prædicta Concordata, vel Promiſſa, laterent Prælatos, Comites & Proceres, ac alios Homines Regni Scotiæ illuc congregatos, idem Dominus Galfridus, Nuncius & Procurator, planè recitavit ibidem, in pleno Parliamento, Articulos, viz. de Fidelitate & Homagio, ac Duobus Milibus Libratarum Terræ, & alia omnia, & ſingula dicto Domino Regi Angliæ, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, per præfatum Regem Scotiæ, Hæredes & Succeſſores ſuos, facienda; quæ in duabus Litteris Patentibus ipſius Domini Regis Scotiæ, quarum Tenores ſuperiùs primo tranſcribuntur, pleniùs continentur.

QUIBUS per dictum Dominum Galfridum, Nuncium & Procuratorem, publicè, coram Domino Rege Scotiæ ſæpedicto, ſibi & ab eo, in pleno Parliamento ſuo ſic peroratis, expoſitis & petitis, idem Dominus Rex Scotiæ ſuper præmiſſis, cum Epiſcopis, Prælatis, Comitibus, Proceribus, & aliis hominibus ſuis prædictis, in dicto Parliamento congregatis, deliberationem habuit aliqualem:

Et, habitâ Deliberatione prædictâ, ex parte dicti Domini Regis Scotiæ dictum fuit & RESPONSUM eidem Domino Galfrido,

QUOD idem Dominus Rex Scotiæ, ſuper præmiſſis, & reſpontiæ prædicti, coram ipſo, Epiſcopis, Prælatis, Comitibus, Proceribus, & Hominibus Scotiæ, omnibus & ſingulis in dicto Parliamento exiſtentibus, audientibus, non in aliquo reclamantibus, ſed expreſsè conſentientibus, & dicta, ſuâ merâ voluntate, ut apparuit, non coacti, approbantibus, palam & publicè dicto Domino Galfrido, Nuncio & Procuratori, vice & nomine dicti Domini Regis Scotiæ, & tanquam Organum vocis ſuæ, DIXIT ET RESPONDIT,

QUOD placuit eidem Domino Regi, Domino ſuo, Epiſcopis, Prælatis, Comitibus, Proceribus, & aliis univerſis & ſingulis Hominibus dicti Regis Scotiæ, in dicto Parliamento congregatis, & idem Dominus Rex VULT & CONCEDIT Omnia & Singula condicta per ipſum, Domino Regi Angliæ, Domino ſuo, facta, vel promiſſa, complere plenariè, tenere firmiter, facere fideliter, & ſervare perhenniter, juxta formam Conventionum ſuper hoc initarum.

Ad quod, tàm ipſe Rex Scotiæ, quàm cæteri, Epiſcopi, Prælati, Comites, Barones, Magnates, Proceres, & ſinguli Homines de Scotiâ, tunc præſentes ut videbatur, unanimiter, & ſpontaneè, ac benivolè, nullo contradicente, nec in aliquo reclamante, conſenſerunt.

Super quibus omnibus & ſingulis, præfatus Dominus Rex Scotiæ, de diffinito conſilio & aſſenſu unanimi dicti Parliamenti ſui, præcepit & injunxit literas & cartas ſuas fieri, & confirmari, * ac innovari, & pro dicto Domino Rege Angliæ, & Hæredibus ſuis meliori modo quo poterant ordinari. * IV. 593.

Et ſic, de Præcepto ſuo, de conſenſu & aſſenſu totius Parliamenti prædicti, factæ fuerunt inter alia, Domino Regi Angliæ prædicto, per ipſum Dominum Regem Scotiæ, Quatuor literæ Patentes, de dicto Sigillo Magno ipſius Domini Regis Scotiæ, in Viridi Cerâ impreſſo, de Data diei immediatè ſequentis, viz. Duodecimo die Menſis Februarii, anno prædicto, ſigillatæ; Quarum tenores de verbo ad verbum, fideliter ſubſcribuntur.

Cartarum Edwardi Regis Scotiæ de Aſſenſu Parliamenti Ratificatio.

I.

EDward, par la Grace de Dieu, Roi d'Eſcoce, a touz ceux, a queux ces preſentes Lettres vendront, Salutz. *Ex Autogr.*

Sachez que, come noſtre Roiaume *&c. ut ante Dat.* 23 *Novembris, tunc ſic,*

Nous, de l'Aſſent des Prelatz, Countes, Barons, Chivaliers, & touz autres, aſſembles a noſtre preſent Parlement, a Edenburgh, en les Oytaves de la Purificacion noſtre Dame, l'An de Grace, ſolom &c. & de noſtre Regne &c. des dits deux Mill. Livres pleinement.

En Teſmoinance, &c.

Don. a Edinburgh, en noſtre dit Parlement, le xii. jour de Feverer, l'An de Grace & noſtre Regne avant dit.

Sub Sigillo, viridi cerâ impreſſo, pendente a filis ſericis, viridis rubeique coloris.

II.

EDward, par la Grace de Dieu, Roi d'Eſcoce, a touz ceux, as queux ceſtes preſentes Lettres vendront, Salutz. *Ex Autogr.*

Sachez que,

Come Treſexcellent Prince, & noſtre treſcher Seigneur & Coſin, Edward, par la Grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlaunde, & Ducs d'Aquitain, eit Grantez & Obligez lui, & ſes Heirs, de aider & meyntenir, a ſes Cuſtages & Deſpenſes,

Nous,

Digitized by Google

Nous, de l'aſſent des Prelatz, Countes, Barounes, Chivalers, & touz autres, aſſembles en noſtre preſent Parlement, ja ſomouns a Edenburgh, le dit ſerment, & quanque les ditz Monſieurs, Aliſaundre & Johan, ou le un de eux, ount fait, par vertue de nos dites Lettres, * en noſtre noun, com deſus eſt dit, Acceptoms & Ratifeoms, Approvoms & Confermoms, por Nous, por nos Heirs, & nos Succeſſours, a touz jours.

• IV. 594.

En teſmoignance de queles choſes a ceſtes nos Lettres Patentes avoms fait mettre noſtre Graunt Seal.

Don. a Edenburgh le xii jour de Februer, l'An de Incarnacion &c. & de noſtre Regne Secund.

Sub Magno Sigillo Scotiæ, viridi cerâ impreſſo, pendente a filis ſericis, viridis rubeique coloris.

IV.

Conceſſio Villæ & Comitatus Berewici, & Annexatio ad Coronam Angliæ in perpetuum.

Ibidem. EDwardus, Dei gratiâ Rex Scottorum, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos nuper,

Conſiderantes affectionis & benevolentiæ puritatem, quam, Excellentiſſimum Principem, & cariſſimum Dominum, & Conſanguineum noſtrum, Dominum Edwardum, Regem Angliæ Illuſtrem erga Perſonam noſtram habuiſſe cognovimus, & magnam ſubventionem, quam, non abſque magnis & infinitis Sumptibus, & Laboribus periculoſis, nobis nuper fecit de Ipſo, & Gentibus ſuis, circa Recuperationem Hæreditatis noſtræ,

Ac deſiderantes, intuitu præmiſſorum, Perſonam ipſius Regis, quatinùs tunc nobis facultas ſuppetebat, honorare, ipſúmque munere proſpicere gratioſo,

Dediſſemus & conceſſiſſemus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Dare, Aſſignare, & Liberari facere præfato Regi Angliæ Duo Millia Libratarum Terræ per Annum, per rationabilem Extentam, per probos homines, ad hoc ex unâ parte & alterâ deputandos, indè faciendam, in locis competentibus ſuper Marchiam Regni noſtri Scotiæ, & adjacentibus Regno Angliæ,

Et, in partem valoris dictorum Duorum Milium Libratarum Terræ, dediſſemus, conceſſiſſemus, & aſſignaviſſemus, pro nobis, & Hæredibus noſtris, præfato Regi Angliæ Caſtrum, Villam, & Comitatum de Berewico ſuper Twedam, & quantum in eiſdem habuimus, ſeu habere debuimus in Feodo, vel in Dominico, in tali valore, quem dicta, Caſtrum, Villam, & Comitatum, valere contigerit per Extentam, indè in formâ prædictâ faciendam,

Et promiſiſſemus quòd hoc, quod de dictis Duobus Milibus Libratarum Terræ per Annum defeciſſet, faceremus aſſignari & liberari præfato Regi Angliæ in aliis locis competentibus, & eidem Regi Angliæ placentibus, ſuper Marchiam dicti Regni Scotiæ, & dicto Regno Angliæ adjacentibus,

HABENDA & TENENDA eidem Regi Angliæ, & Hæredibus

Willielmo de Keth Seneſcallo Hoſpitii noſtri,

Et aliis.

Dat. per manum noſtram, apud Edenburgh, duodecimo die Februarii, Anno Gratiæ, & Regni noſtri ſupradicto.

Sub Magno Sigillo Scotiæ, &c.

Acta ſunt hæc, Anno, Indictione, Menſe, Diebus, & Loco, prædictis; præſentibus Teſtibus ſupranominatis, & aliis, tàm Clericis, quàm Laicis, utriuſque Regni, ibidem convocatis, in Multitudine Copioſâ.

ET Ego, Willielmus de Sireſton Clericus, Eboracenſis Diœceſis, Publicus, Apoſtolicâ auctoritate, Notarius, præmiſſis, dùm coram Sereniſſimo Domino, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Rege Scotiæ, & Parliamento ſuo, prædictis convocato, ut præmittitur, & per ipſos, Dominum Regem, & Parliamentum, fierent, & agerentur, unâ cum ſupraſcriptis Teſtibus, & aliis quampluribus in Multitudine Copioſa, præſens interfui, Anno, Menſe, Diebus, Loco & Indictione, quibus ſupra; ac prædicta deducta & agitata ſic fieri vidi & audivi: necnon & memoratas Literas omnes & ſingulas, in tenoribus & formis præſcriptis, non Abolitas, non Cancellatas, non Vitiatas, ſed Sanas & Integras, Sigillo dicti Domini Regis Scotiæ ſigillatas, vidi & inſpexi, nil addito vel diminuto, quod Effectum variet, vel vitiet ſententialiter intellectum, ac eaſdem in hiis ſex peciis pergameni, filo albo conſutis, propriâ manu ſcripſi & publicavi, ac meum ſignum conſuetum, tàm in juncturis peciarum, quàm in fine præſentis Inſtrumenti Publici, ſive Proceſſus Publici, appoſui rogatus in Teſtimonium præmiſſorum.

Pro Epiſcopo Dunenſi indebite amerciato.

EDwardus, &c. Theſaurario ſuo Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, & Baronibus ſuis de Scaccario Dubliniæ, Salutem. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3.

Licet, Venerabilis Pater, Epiſcopus Dunenſis, coram, Dilecto & Fideli noſtro, Antonio de Lucy, nuper Juſticiario noſtro Hiberniæ, Amerciatus fuiſſet ad Centum Marcas, eo quòd non venit ad Parliamentum noſtrum, nuper ſummonitum apud Dubliniam, die Lunæ proximâ poſt Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ, Anno Regni noſtri Sexto, *Extract. Donat. tangen. Hibern. Anno Reg. 8. E. 3. m. 12.*

Quæ quidem Centum Marcæ, per Summonitionem Scaccarii noſtri prædicti, a prædicto Epiſcopo jam exiguntur:

Et quia, ex Teſtimonio Fidedignorum, accepimus quòd prædictus Epiſcopus ad Parliamentum noſtrum prædictum perſonaliter interfuit;

Nos, advertentes quòd idem Epiſcopus indebitè Amerciatus fuit, volenteſque eidem Epiſcopo in hac parte fieri quod eſt juſtum,

Vobis mandamus quòd prædictum Epiſcopum, de prædictis Centum Marcis, exonerari, & indè quietum eſſe faciatis.

Teſte J. Darcy, Juſticiario, &c. apud Dubliniam, decimo quarto die Februarii, Anno Regni noſtri Octavo.

Digitized by Google

Ann. D. 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Ibidem.*

REX, Magnifico Principi, Domino Edwardo, eâdem gratiâ, Regi Scotorum Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & fœlices ad vota ſucceſſus.

Honorem veſtrum decere credimus, & veſtris Profectibus expedire, ut ſic deliberatione providâ, præſertim in arduis Negotiis, procedatis, nè revocentur nimis faciliter, quæ per vos fuerint ſolempniter & communiter Judicio ſtabilita.

Memoriæ vero veſtræ ſatis debet occurrere, qualiter Comitatum de Strathern, per foriſfacturam Maliſii, nuper Comitis de Strathern, Rebellis & Inimici veſtri notorii, & pro tali reputati & adjudicati, de communi conſilio Procerum veſtrorum, tàm Anglicorum, quàm Scotorum, in Manu Regiâ exiſtentem, contuliſtis, Dilecto & Fideli noſtro, Johanni de Warennâ, Comiti Surriæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, in recompenſationem laborum & ſumptuum, quos in Guerrâ noſtrâ Scotiæ valdè gratanter & affluenter appoſuit, prout ſcitis:

Jámque dictus Maliſius, per quoſdam ſuos Complices, penes vos inſiſtat, ut dicitur, pro revocatione Foriſfacturæ, ſic adjudicatæ, & dicti Recuperatione Comitatûs;

Quocirca Magnificentiam veſtram ex corde rogamus, quatenus, præmiſſis gratâ conſideratione penſatis, quæ facienda fuerint, non per Suſpectos, ſeu Complices hujuſmodi, qui dicto Rebelli veſtro veriſimiliter ſunt faventes, ſet communiter per Pares, & alios Proceres, & Fideles, Regni veſtri, non ſuſpectos, qui vobis in veſtris oportunitatibus ſubvenerunt, tractari cum maturitate debitâ jubeatis;

Non facientes præcipitantèr irrita in Proſperis, quæ donâſtis Benè Meritis in Adverſis, ne dictus Comes Warennæ, & alii, cauſam conſimilem optinentes, aliud excogitare Remedium compellantur.

Dat. ut ſupra.

De Sententiis, in Manutentores Falſarum Querelarum, fulminandis.

Ann. D. 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Pat.* 8. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 28. *dor.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Electo Cantuarienſi, confirmato, Salutem.

Cùm, inter cætera, Nobis incumbentia, pro Regimine Regni noſtri, præcipuè affectamus, ut in dicto Regno Pax noſtra firmiter & inviolabiliter obſervetur, ac Communes Malefactores, & Pacis Sanctæ Eccleſiæ atque noſtræ Perturbatores, Felones, Manutentores Felonum & Feloniarum, Conſpiratores, Falſi Juratores, & Falſarum Querelarum Aſſumptores, & earum Manutentores, juxta ſua demerita puniantur,

Voſque,

Pro pace Sanctæ Eccleſiæ, quæ ſine pace Regni ſubſiſtere non valebit, id idem appetere, & ad hoc inniti velle, ut tenemini, credamus certitudinaliter, & ſperemus,

* IV. 597.

* Ad inſtantiam Communitatis dicti Regni, nobis per Petitionem ſuam in Parliamento noſtro, apud Eborum ultimò convocato, ſupplicantis ut de hujuſmodi Communibus Malefactoribus, pacis Sanctæ Eccleſiæ atque noſtræ Perturbatoribus, Felonibus, Manutentoribus Felonum & Feloniarum, Conſpiratoribus, Falſis Juratoribus, Falſarum Querelarum Aſſumptoribus, & earum Manutentoribus, qui maximam Turbationis occaſionem & pacis violationem in dicto Regno tribuunt,

Ordinare vellemus, prout Sanctæ Eccleſiæ, atque nobis, & Populo noſtro dicti Regni, expedire meliùs videremus,

---

De Proceſſibus Treugarum, apud Petragorum & Agennum quondam inchoatis, de novo reſumendis, continuandis, & corrigendis.

Ann. D. 1334. *An.* 8. *E.* 3. *Pat.* 8. *E.* 3. *m.* 12.

REX, Dilectis & Fidelibus, Venerabilibus in Chriſto Patribus, W. Norwicenſi, & H. Menevenſi, eâdem gratiâ, Epiſcopis: Willielmo Truſſel, & Johanni de Shordich, Militibus: Magiſtris, Thomæ de Attleye, Johanni de Ufford, Sancti Pauli Londoniæ, Johanni Travers, Lichfeldenſis, & Johanni de OO. de Oxoniâ, Herefordiæ, Eccleſiarum Canonicis, Salutem.

Cùm, per Literas noſtras, omnes Treugarum & Pacum Conventiones, Ordinationes, & Concordias, inter, Excellentiſſimum Principem, Dominum Philippum, Regem Franciæ Illuſtrem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Anteceſſores ſuos, ex unâ parte, & Nos, ac noſtros Anteceſſores, ex altera, quondam, & nuper, initas, effectualiter tenere & conſervare promiſerimus,

Et quidam Proceſſus,

De conſervatione & complemento Treugarum, Pacum, Conventionum, Ordinationum, & Concordiarum,

Inter, Inclitæ Recordationis, Dominum Philippum, quondam Franciæ * Regem, & Anteceſſores ſuos, ex una parte, & eiuſdem Recordationis, Dominum Edwardum, quondam Regem Angliæ, Avum noſtrum, & ejus Anteceſſores, ex alterâ, dudum factarum & initarum, * IV. 598.

Per dicti Franciæ Regis, & Inclitæ Recordationis, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, Commiſſarios communiter deputatos,

Apud Petragorum amicabiliter inchoati adhuc pendeant indeciſi,

Ac inter, Excellentiſſimum Principem, Dominum Philippum, Francorum Regem Illuſtrem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Dominum Karolum, nuper Franciæ Regem, Anteceſſorem ſuum immediatum, & eorum Anteceſſores, ex unâ parte, & Nos, ac dictum Patrem noſtrum, & alios noſtros Anteceſſores ex altera, quædam Treugarum & Pacis Conventiones, Ordinationes, & Concordiæ, per dictorum Regum Procuratores & Nuncios, ac noſtros, amicabiliter initæ fuiſſent & firmatæ, & eâdem formâ conſervandæ ſint, interpretandæ, declarandæ, & complendæ,

Et, ſuper aliquâ parte hujuſmodi Quæſtionis Materiæ, certi Proceſſus, per dicti Franciæ Regis Commiſſarios & noſtros, ſecundum cujuſdam Concordiæ formam, inter ipſum & Nos initæ, nuper deputatos, apud Agennum, & alibi, amicabiliter inchoati fuiſſent, & adhuc pendeant indeciſi,

Vos volumus non latere, quod Nos intelligimus, volumus, & affectamus, etiam ſicut dictum Francorum Regem affectare præſcimus,

Ut, Deo propitio, totius futuræ Diſſenſionis Materia inter Nos invicem, & noſtros, hinc indè, Hæredes & Succeſſores, præcludatur omninò,

Quòd omnes hujuſmodi Treugæ, Paces, Conventiones, Ordinationes, & Concordiæ, modis & formis quibus factæ & initæ pleniùs extiterunt, juſtè & legitimè conſerventur, interpretentur, declarentur, & compleantur ex utraque parte, ac perpetuo & indiſſolubili Vinculo teneantur,

Quódque, ſi aliquid, ex alterutrâ partium, factum fuerit in contrarium, vel reſtet complendum, illud interpretetur, & declaretur, ac fiat, ſuper hoc, quod ratio ſuadebit, per vos & alios, ex

Digitized by Google

…, interpretanda, declaranda, & complenda, ſuperint, ad quæ nos teneamur, & quæ ad dictum Francorum Regem, pro
• IV. Se & * Subditis ſuis, ratione earum, pertinere debebunt,
599. Plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem.

Volumus etiam, & vobis injungimus, quòd, ad requeſtam, & in præſentiâ, Deputandorum per dictum Regem Franciæ ad prædicta, ſimilem Poteſtatem habentium, juretis, ad Sancta Dei Evangelia, quòd in dicto Officio benè & fideliter vos habebitis, & Jus reddetis, & facietis, ſuper prædictis, ſecundum Conſcientias veſtras: Nec omittetis Jus facere & dicere timore, Odio, vel Amore; dùm tamen Deputandi prædicti ſimile præſtiterint Sacramentum.

Et, ſi Quæ vobis Dubia occurrerint in præmiſſis, volumus quòd vos, unà cum Deputandis prædictis, ea Nobis & dicto Franciæ Regi, quamcitiùs poteritis, remittatis.

Mandantes vobis quòd dictas Treugas, Paces, Conventiones, Ordinationes, & Concordias, & quæ ex earum tenore dependent, & poſſunt comprehendi aliquatenùs in eiſdem, ſervari firmiter faciatis ſecundum ipſarum Vires, Formas, & Effectus, & prout per vos, & alios, a dicto Franciæ Rege Deputandos, contigerit interpretari, declarari, & etiam concordari.

Et Ea, quæ propter locorum diſtantias, conquerentium multitudinem, & alias cauſas evidentes, perſonaliter facere, conſervare, & complere, non poteritis, per alios, ſecundum formam prædictam Juratos, fieri, conſervari, & compleri, faciatis:

Nos enim Ratum imperpetuum habebimus atque Gratum, quicquid per Vos, aut Quatuor, ſeu Tres, vel Duos veſtrûm, ſub formâ prædictâ, cæteris abſentibus, factum fuerit in præmiſſis:

Dantes, tenore præſentium, in mandatis, omnibus Juſticiariis, & Subditis noſtris, ut in præmiſſis, & ea tangentibus, Vobis, aut Quatuor, ſeu Tribus, vel Duobus veſtrûm, ſub formâ prædictâ (quibus in hac parte Vices noſtras committimus) ita quòd non ſit melior Occupantium Conditio, ſicut nobis, pareant & intendant.

In cujus, &c.

Dat. apud Rokyngham, viceſimo Sexto die Martii, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo Triceſimo quarto, Regni verò noſtri Octavo.

De Proceſſibus prætaxatis per Commiſſarios recipiendis & examinandis.

Ann. D. REX eis, &c. Salutem.
1334. Cùm aſſignaverimus Vos ad reſumendum & continuandum
An. 8. Proceſſus,
E. 3. Per certas Perſonas, per, claræ memoriæ, Dominum E. quon-
Ibid. dam Regem Angliæ, Patrem noſtrum, ex unâ parte, & —— Franciæ Regem ex alterâ aſſignatas, apud Petragorum inchoatos,

Unà cum illis, quos, Excellentiſſimus Princeps, Dominus Philippus, Franciæ Rex Illuſtris, Conſanguineus noſter cariſſimus, ad hoc duxerit aſſignandos,

Et ad quædam alia faciendum, quæ in aliis noſtris Literis, vobis indè factis, pleniùs continentur,

Et etiam ad reſumendum & continuandum Proceſſus, per noſtros & dicti Conſanguinei noſtri Commiſſarios, apud Agennum, & alibi, inchoatos,

ſtationibus, ac aliis quamplurimis Dampnis, in Terrâ & in Mari, datis per Subditos dictorum Regum, de ipſorum Regnis, ac Terris, eorum Dominio ſubjectis, Supplicationes & Querelæ Lugduno factæ fuiſſent & delatæ;

Ac coram Domino Papâ, ex parte dictorum Regum, inter cætera, concordatum fuiſſet,

Quòd omnes hujuſmodi Conventiones, per viros fidedignos, per ipſos Reges hinc indè deputandos, debitè conſervarentur & complerentur, ac de omnibus Dampnis, datis dictis Regibus, & eorum Subditis, hinc inde, contra prædictarum Conventionum Vires, Formas, vel Effectus, debita Satisfactio fieret Dampna paſſis:

Et cùm, ex parte dictorum Subditorum prædicti Avi noſtri, allegatum fuiſſet quòd prædicti Reges, in Pacis Tractatu, in ipſos omnes Rancores, Injurias, Malivolentias, & Odia, adinvicem remiſerunt,

Et talis inter ipſos Reges facta erat Confœderatio, Matrimoniis & Pœnis vallata, quòd inter eos Guerra timenda non eſſet, niſi ex factis Subditorum ſuorum ortum haberet, ac plures aliæ cauſæ aſſignatæ fuiſſent; ex quibus dicti Reges moti, pro bono Pacis & Terræ Sanctæ proximo ſuccurſu, Proceſſus ſuper hujuſmodi dampnis eorum Subditis hinc inde datis, Proceſſibus ſuper Dampnis, ipſis Regibus datis, fecerunt anteferri, & apud Monſtrollum, per ipſorum Commiſſarios, hinc indè deputatos, amicabiliter inchoari, dictique Proceſſus adhuc pendeant indeciſi:

Cùmque inter Subditos, inclitæ recordationis, Domini Edwardi, quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, & noſtros, ex unâ parte, &, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Francorum Regis Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Anteceſſorum ſuorum, ex alterâ, ſuper ſimilibus Dampnis, a dicto tempore citra, tàm tempore Treugarum, quàm Pacis, hinc indè datis, non modica ſit orta materia quæſtionis,

Et, ſuper aliquâ parte hujuſmodi quæſtionis Materiæ, certi Proceſſus per dicti Francorum Regis Commiſſarios, & noſtros, ſecundum cujuſdam Concordiæ formam, inter Ipſum & Nos initæ, nuper deputatos, apud Agennum, & alibi, amicabiliter inchoati fuiſſent, & adhuc pendeant indeciſi;

Vobis, de quorum fidelitate & induſtriâ plenè confidimus,

Ad reſumendum & continuandum omnes hujuſmodi Proceſſus, apud Monſtrollum, & Agennum, & alibi, amicabiliter inchoatos,

Et Defectus (ſi quos ex parte Commiſſariorum dicti Avi noſtri, & noſtrorum, in dictis Proceſſibus inveneritis, quod non credimus) debitè corrigendum,

Et ad inquirendum ſuper omnibus Dampnis, contra hujuſmodi Treugarum, & Pacum, Vires, Formas, vel Effectus, per dicti Francorum Regis, & Anteceſſorum ſuorum, Subditos, ex unâ parte, & noſtros, ac Anteceſſorum noſtrorum, Subditos, ex alterâ, in Terrâ & in Mari, inter ipſos datis hinc indè, * verita- • IV.
tem, unà cum illis quos idem Francorum Rex vobiſcum ad hoc 601.
duxerit deputandos,

Et ad faciendum de hujuſmodi Dampnis, de quibus liquidò vobis conſtiterit, ſeu quæ manifeſta fuerint, Satisfactionem debitam exhiberi,

Et ad ea,

Si quæ per Nos, aut Anteceſſores noſtros, vel noſtros, aut eorum, Loca tenentes, ſeu Curiam noſtram, vel eorum Curias, aut Commiſſarios noſtros, Ballivos, Officiales, & Miniſtros, vel

Digitized by Google

Teſte Rege apud Rokingham, viceſimo ſexto die Martii.

De intendendo, ſuper Proceſſibus memoratis.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Vaſc. 8. E. 3. m. 11. REX Præſidentibus Curiæ ſuæ, & omnibus Terrarum ſuarum Gubernatoribus, Seneſcallis, Juſticiariis, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, de regno ſuo, & cæteris Terris, Dominio ſuo ſubjectis, ad quos præſentes literæ pervenerint, Salutem.

Cùm, per literas noſtras, omnes Treugarum & Pacum Conventiones, *&c. prout ſupra uſque hæc verba*,

Ac per alias literas noſtras, ad dictas Conventiones, Ordinationes, & Concordias, complendum & conſervandum,

Et in contrarium attemptata revocandum,

Necnon ad reſumendum & continuandum Proceſſus,

Super hujuſmodi Conventionum, Ordinationum, & Concordiarum, conſervatione & complemento, per Commiſſarios hinc indè deputatos, apud Monſtrollum, Agennum, & alibi, amicabiliter inchoatos,

Dilectos & Fideles noſtros, Willielmum de Clynton, Bartholomæum de Burgherſh, Willielmum Truſſel, & Johannem de Shordich, Milites, Magiſtros Thomam de Aſtleye, Johannem de Ufford, Sancti Pauli Londoniæ, Johannem Travers Lichfeldiæ, & Johannem de OO. de Oxonia, Herefordiæ, Eccleſiarum Canonicos, aſſignaverimus,

Et ad alia facienda quæ in dictis literis noſtris pleniùs continentur;

Vobis mandamus quòd dictis Commiſſariis noſtris, & eorum cuilibet, in præmiſſis, ſicut Nobis, pareatis & intendatis; facientes ea quæ vobis, ſuper præmiſſorum executione, injungent, aut unus eorum injunget, ex parte noſtra; ac etiam ſuperſedentes, in omnibus Cauſis, & Negotiis, & * Judiciorum Executionibus, * IV. 602.

ipſorum cognitionem tangentibus, in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Rokyngham, viceſimo ſexto die Martii, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo quarto, Regni verò noſtri Octavo.

REX eiſdem Salutem.

Cùm, per literas noſtras, *&c. ut ſupra uſque ibi* hinc indè, *& tunc ſic*, Deputatos apud Petragorum, Agennum, & alibi, amicabiliter inchoatos,

Venerabiles in Chriſto Patres, W. Norwicenſem & Menevenſem, eâdem gratiâ, Epiſcopos: Willielmum Truſſel, & Johannem de Shordich, Milites: Magiſtros, Thomam de Aſtleye, Johannem de Ufford, Sancti Pauli Londoniæ, Johannem Travers, Lichfeldiæ, & Johannem de OO. de Oxonia, Herefordiæ, Eccleſiarum Canonicos, aſſignaverimus,

Et ad alia facienda quæ in dictis literis noſtris pleniùs continentur,

Vobis mandamus quòd dictis Commiſſariis noſtris, & eorum Quatuor, Tribus, aut Duobus, in præmiſſis, *&c. prout ſupra.*

In cujus, &c.

Dat, ut ſupra, Anno prædicto, &c.

Pro Archiepiſcopo Eborum de Pardonatione.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Clauſ. 8. E. 3. m. 27. REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Ricardo de Wylughby, & ſociis ſuis Juſticiariis, ad Placita coram nobis tenenda aſſignatis, Salutem.

Cùm, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, pardonaverimus Willielmo,

...piſcopo & Galfrido, ad opus noſtrum liberanda, ab eodem Duce recipiendum,

Et, dictis Scriptis, Munimentis, & aliis Memorandis, ab eodem Duce ſic receptis, Fidelitatem ipſius Ducis, quam nobis facere tenetur pro Terris & Tenementis prædictis, hâc vice, nomine noſtro, recipiendum,

Necnon Homagium ſuum, Nobis in hâc parte debitum, uſque ad certum tempus, prout præfatis, Archiepiſcopo & Galfrido, fore videbitur faciendum, reſpectuandum,

Et ad certum diem dicto Duci, ad faciendum Nobis Homagium prædictum, aſſignandum,

Necnon ad omnia & ſingula * facienda, quæ in præmiſſis, * IV. 603.

vel circa ea, neceſſaria fuerint vel opportuna, præfatis, Archiepiſcopo & Galfrido, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem,

Promittentes quòd Nos, prædictis Scriptis, Munimentis, & aliis Memorandis, præfatis, Archiepiſcopo & Galfrido, ſic liberatis, captâque Fidelitate prædictâ, ac Homagio prædicto ſic reſpectuato (cùm per præfatos, Archiepiſcopum & Galfridum, indè fuerimus pleniùs certiorati) eidem Duci Terras & Tenementa prædicta, abſque dilationis incommodo, liberari faciemus,

Ratum & firmum habituri quicquid per præfatos, Archiepiſcopum & Galfridum, factum, ſeu geſtum, fuerit in præmiſſis, ſeu quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Rokyngham, triceſimo die Martii.

Conſimiles litteræ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris J. Cantuarienſis Electi, Confirmati, & prædicti Galfridi le Scrop.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

De Poteſtate data recipiendi Fidelitatem Johannis Ducis Britanniæ.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Venerabili in Chriſto Patri, eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Willielmo de Clynton, & Galfrido le Scrop, Salutem. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Pat. 8. E. 3. p. 1. m. 23.

Sciatis quòd Nos (de Fidelitate veſtrâ plenariè confidentes) vobis, & Duobus veſtrûm (quorum Vos, præfate Archiepiſcope, Unum eſſe volumus) plenam, tenore præſentium, dedimus Poteſtatem recipiendi, hâc vice, nomine noſtro, Fidelitatem Nobilis viri . . . Ducis Britanniæ, Conſanguinei & Hæredis Johannis de Britanniâ, nuper Comitis Richemundiæ defuncti, qui de Nobis tenuit in Capite, quam Nobis facere tenetur pro Terris & Tenementis, quæ idem Comes de Nobis ſic tenuit, & quæ, occaſione mortis ejuſdem, capta ſunt in manum noſtram,

Nec non Homagium ipſius Ducis, quod Nobis ſimiliter facere tenetur pro Terris & Tenementis prædictis, uſque ad certum tempus, prout vobis, vel Duobus veſtrûm (quorum vos, præfate Archiepiſcope, Unum eſſe volumus) fore videritis faciendum, noſtro nomine reſpectuandi:

Et ideò vobis mandamus quòd, captâ dictâ fidelitate, & Reſpectuato Homagio prædicto, ſicut prædictum eſt, Nos indè ſub Sigillo veſtro, præfate Archiepiſcope, diſtinctè & apertè, ſine dilatione, certificetis; hoc Breve nobis remittentes.

Dat. apud Rokyngham, triceſimo die Martii.

Conſimiles literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, J. Cantuarienſis Electi, Confirmati, & prædictorum, Willielmi & Galfridi, & Duorum eorum, quorum præfatus Electus ſit unus.

Dat. ut ſupra.

Pro-

Digitized by Google

& quolibet Præmiſſorum.

In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Dat. apud Rokyngham, tricefimo die Martii.

Conſimiles literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, J. Cantuarienſis Electi, Confirmati, & prædictorum, Willielmi de Monte Acuto, Willielmi de Clynton, Galfridi le Scrop, & Johannis de Shordich, Quatuor, Trium, & Duorum eorum, quorum præfatus Electus ſit unus.

In quorum &c.

Dat. ut ſupra.

Ad tractandum ſuper Paſſagio ad Terram Sanctam.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Ibid.

UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem.

Noveritis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, J. Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis, *&c. prout ſupra, mutatis mutandis, uſque hæc verba; viz.*

Tractandi, pro Nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, aut Deputandis ab eo, de certis Die & Loco, quibus idem Dominus Rex & Nos convenire, & Nos mutuo videre valeamus, pro plenori tractatu habendo ſuper Paſſagio, vel Itinere, noſtro verſus Terram Sanctam, & aliis Negotiis occurrentibus,

Et hiis, quæ ſic tractata fuerint, conſentiendi, & concordandi,

Et ea, in quibus concordes, ut præmittitur, fuerint, quacumque firmitate vallandi,

Et omnia alia & ſingula faciendi, quæ in Præmiſſis, & circa Præmiſſa, fuerint oportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale: promittentes etiam Nos firmum & ſtabile habituros quicquid per præfatos Procuratores, & Nuncios noſtros, Tres, & Duos eorum (quorum præfatus Archiepiſcopus ſit unus) actum, geſtum, ſeu concordatum fuerit in Præmiſſis.

In quorum omnium teſtimonium, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

Conſimiles literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, J. Cantuarienſis Electi, Confirmati, & Willielmi de Clynton, Galfridi le Scrop, & Johannis de Shordich, Trium, & Duorum, quorum præfatus Electus ſit unus.

In quorum, &c.

Dat. ut ſupra.

Ibidem. UNiverſis, *&c. ut ſupra uſque ibi* Deputandis ab eo, *tunc ſic,* ſuper Paſſagio vel Itinere noſtro verſus Terram Sanctam, & ea in quibus concordes, ut præmittitur, fuerint, *&c. ut ſupra de verbo ad verbum.*

Procuratorium ad ſupervidendum ſtatum Comitatus Pontivi.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Noveritis quòd Nos, 1334.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, J. Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis, Willielmi de Clynton, Galfridi le Scrop, & Johannis de Shordich, Militum (quos ad partes Franciæ deſtinavimus) plenam fiduciam reportantes, An. 8. E. 3. Ibidem.

Aſſignavimus ipſos, Tres, & Duos eorum (quorum dictus Archiepiſcopus ſit unus) ad ſupervidendum ſtatum Comitatus noſtri Pontivi, ac Terrarum, & Negotiorum noſtrorum ibidem,

Necnon ad plenam Informationem capiendum, tàm de Geſtu Miniſtrorum noſtrorum in eiſdem partibus, quàm aliorum negotiorum, Nos ibidem tangentium, quorumcumque,

Ac etiam ad inquirendum, corrigendum, & puniendum Exceſſus quorumcumque ſubditorum noſtrorum partium prædictarum,

Nec non Miniſtros noſtros ibidem amovendum, & Idoneos præficiendum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum, quæ in Præmiſſis, & circa Præmiſſa fuerint oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes nos rata & firma habituros Ea, quæ, per præfatos, Archiepiſcopum, Willielmum, Galfridum, & Johannem, Tres, vel Duos eorum (quorum præfatus Archiepiſcopus ſit unus) facta, vel geſta, fuerint in Præmiſſis, & quolibet Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Rokyngham, triceſimo primo die Martii.

---

* *De intendendo, ſuper Negotiis prædictis.* * IV. 606.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Bartholomæo de Burgherſh, Seneſcallo ſuo Comitatus Pontivi, ac univerſis & ſingulis Seneſcallis, Caſtellanis, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & Receptoribus, ac omnibus aliis Subditis & Fidelibus noſtris, in Comitatu prædicto, & aliis Terris noſtris ibidem, conſtitutis, Salutem. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Ibidem.

Sciatis quòd,

Cùm nos de fidelitate, *&c. ut ſupra mutatis mutandis uſque ibi,* ſpeciale.

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, damus, tenore præſentium, in mandatis, quatinus præfatis, Electo, Willielmo, Galfrido, & Johanni, Tribus, vel Duobus eorum (quorum præfatus Electus ſit unus) in præmiſſis, omnibus & ſingulis, ſitis intendentes, conſulentes, & auxiliantes, prout vobis, & cuilibet veſtrûm, ſcire facient ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Bulla, de Revocatione, Chartis & Juramentis non obſtantibus, facienda. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Ex Autogr.

JOhannes Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Dilecto Filio Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ de Salburi, Sariſbirienſi Diœceſe, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad audientiam noſtram pervenit, quòd, tàm Dilecti Filii Abbas

Digitized by Google

An. 8. Cum, octavo die Februarii, proximo præterito, miſerimus, Di-
E. 3. lectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Simonem de Stanes, ver-
Clauſ. 8. ſus partes Flandriæ, ad tractandum cum, Nobili Viro, Domino
E. 3. m. Lodowico, Comite Flandriæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ac
17. Burgimagiſtris, Scabinis, & Conſulibus,

Ac aliis Hominibus, Villarum de Bruges, & Gandano, & de Ipre, ſeu cum illis, quos iidem, Comes, Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, & alii, de Villis prædictis, loco ſuo deputarent,

* IV. Super Tranſgreſſionibus, Dampnis, * Injuriis, Roberiis, &
607. aliis Maleficiis quibuſcumque, per Gentes & Habitatores Regni noſtri ex parte unâ, & Gentes & Habitatores Terræ Flandriæ ex alterâ, hinc indè illatis,

Et conceſſerimus ei quòd ipſe percipiat & habeat, pro ſingulis diebus, quibus in obſequio noſtro prædicto ſteterit, uſque ad reditum ſuum Eborum, Unam Marcam,

Et quod Cuſtus & Expenſas, quos circa Paſſagium ſuum, eundo verſus partes prædictas, & exinde redeundo, ac Stipendia Clericorum, negotia noſtra in partibus prædictis ſcribentium, appoſuerit, rationabiliter perſolvantur,

Eidemque Simoni Quinquaginta Marcas, in receſſu ſuo verſus partes prædictas, ſuper Vadiis hujuſmodi, de Theſauro noſtro fecerimus liberari,

Vobis mandamus quòd allocatis præfato Simoni dictis quinquaginta Marcis pro quinquaginta diebus a prædicto octavo die numerand. eodem die computato eidem Simoni id, quod ei pro Vadiis hujuſmodi, uſque ad 16 diem præſentis Menſis Aprilis, eodem die computato, ultra dictas Quinquaginta Marcas, deberi contigerit, de Theſauro noſtro liberetis; &, computato nichilominus cum eodem Simone de Cuſtubus & Expenſis, circa Paſſagium & Stipendia prædicta appoſitis, id quod ei, per Compotum hujuſmodi, deberi inveniri contigerit pro eiſdem, de Theſauro noſtro ſimiliter liberetis.

Teſte Rege apud Rokyngham, primo die Aprilis.

Pro Willielmo Fox de Eborum.

CONſimile Breve dirigitur eiſdem pro Willielmo Fox de Eborum miſſo in Obſequium Regis ad partes prædictas, unà cum præfato Simone, de Viginti Libris, ſibi ſuper Expenſis ſuis verſus partes illas liberatis, pro Quadraginta diebus a prædicto Octavo die, recipiendo per Diem Decem Solidos, *exceptâ illâ clauſulâ* & computato nichilominus.

Teſte ut ſupra.

Pro Flandrenſibus, de Libero Intercurſu.

Ann. D. REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.
1334. Cùm, Nobilis Vir, Comes Flandriæ, Conſanguineus no-
An. 8. ſter, Viceſimo tertio die Martii, proximò præterito, pro bono
E. 3. Pacis, inter Homines & Mercatores de Regno noſtro, & Homi-
Clauſ. 8. nes & Mercatores de Dominio dicti Comitis, hinc inde nutrien-
E. 3. m. dæ, proclamari fecerit per totam Poteſtatem ſuam,
18. d. Quòd omnes & ſinguli Mercatores, de Regno noſtro, infra dictam Poteſtatem ſuam venientes, & frequentantes, ſeu ibidem, causâ Mercimonii exercendi, venire & frequentare volentes, ibidem, uſque ad Feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ, proximò futurum, ſub ſalvo & ſecuro Conductu ſuo veniant, morentur, & Merces exerceant, & exindè ad propria redeant, abſque aliquâ occatione ſeu impedimento (Dùm tamen non delinquant, & Cuſtumas conſuetas pro Mercibus ſuis ſolvant) Mercatoribus de Regno noſtro, dicto Viceſimo tertio die, cum Duce Brabantiæ exiſtenti-

hannem Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, & Mariam Filiam ejuſdem Comitis de Bloys, contrahendo,

Necnon ſuper Dote, ſeu Dotalitio, ac Donatione, propter Nuptias in hac parte aſſignandis,

Et ad Ea, quæ ſic tractata & concordata fuerint, quacumque firmitate vallandum & firmandum, Archiepiſcopo & Willielmo, plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos, quantum ad Nos attinet, Ratum & Firmum habituros quicquid per præfatos, Archiepiſcopum & Willielmum, tractatum, concordatum, firmatum, & vallatum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Huntyngdon, nono die Aprilis.

COnſimiles Literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, Johannis Cantuarienſis Electi, Confirmati, & Willielmi de Cuſantiâ, Canonici in Eccleſiâ Sancti Wilfridi Ripon.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Aliud Procuratorium, ad tractandum ſuper Sponſalibus ejuſdem Comitis.

UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem. Ann. D.
1334.
De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum An. 8.
& Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Johannis Cantuarienſis E. 3.
Archiepiſcopi, totius Angliæ Primatis, & Willielmi de Cuſantiâ, Ibidem.
Canonici in Eccleſiâ Sancti Wilfridi Ripon, plenariè confidentes,

Ad tractandum cum aliquibus Nobilibus de Regno Franciæ, ſeu aliis, cum quibus pro honore noſtro melius viderint fore faciendum, ſeu deputandis ab ipſis Nobilibus, ſuper Matrimonio, ſeu Sponſalibus, inter Johannem Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, *&c. prout ſupra de Dat.* 30 *Martii.*

In cujus, &c.

Dat. apud Huntyngdon, nono die Aprilis.

COnſimiles Literæ fiunt ſub nominibus, Venerabilis Patris, Johannis Cantuarienſis Electi confirmati, *&c.*

Indenturæ ſuper quibuſdam Diſſenſionibus, motis inter Regem & Archiepiſcopum Burdegaliæ, Confirmatio.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
INSPEXIMUS QUANDAM INDENTURAM ſuper ali- 1334.
quibus Diſſenſionibus & Controverſiis, motis in partibus Ducatûs An. 8.
Aquitaniæ, inter Nos &, Venerabilem Patrem —— Archie- E. 3.
piſcopum Burdegaliæ, ac Decanum & Capitulum Eccleſiæ Burde- Vaſcon. 8.
galiæ, factam in hæc verba, E. 3. m.
10.

HÆC INDENTURA TESTATUR quòd, cùm Diſſenſio, Controverſia, & Querela quædam, motæ eſſent inter Dominum noſtrum Regem Angliæ, Ducem Aquitaniæ, ex parte unâ, &,
* Reverendum Patrem in Chriſto Archiepiſcopum Burdegaliæ, ac, Venerabiles Viros, Decanum & Capitulum Eccleſiæ Bur- * IV.
degaliæ ex parte alterâ, ſuper eo quòd idem Archiepiſcopus, pro 609.
ſe, & Succeſſoribus ſuis Eccleſiæ prædictæ, petierat, & clamaverat, & ad ſe, tanquam Jus Eccleſiæ ſuæ prædictæ, pertinere aſſerebat Tertiam Partem Cameræ, ſeu Monetæ, dicti Domini noſtri

Digitized by Google

Et de Poſſeſſione etiam,

Quam antea Prædeceſſores dicti Archiepiſcopi, ac dictorum Decani & Capituli, in qua fuerant, tenuerant & habuerant per receptionem hujuſmodi Tertiarum partium Cameræ, ſeu Monetæ, prædictæ, a nonullis Conſtabulariis & Seneſcallis, Prædeceſſoribus eorumdem, uſque ad tempus dicti Ricardi, olim Conſtabularii,

Pleniùs informati,

Pro eo pacificârunt, ſeu etiam tranſigerunt, & inter ſe ad invicem ordinârunt quòd ipſi, Archiepiſcopus, Decanus, & Capitulum, & quilibet per Se, & ſui Succeſſores rehabeant dictas Tertias partes Cameræ, ſeu Monetæ, prædictæ, ſi placeat Domino noſtro Regi, & Duci prædicto, tenendas Sibi & Succeſſoribus ſuis perpetuò, juxta formam & tenorem Cartarum, Memorandorum, & Privilegiorum factorum & conceſſorum, ut prædicitur.

Et etiam conventum eſt & conceſſum eiſdem, Archiepiſcopo, Decano & Capitulo, & cuilibet per Se, per præfatos, Seneſcallum & Conſtabularium, nomine præfati Domini noſtri Regis, & Ducis, ſi ſibi placuerit, quòd iidem, Archiepiſcopus, Decanus, & Capitulum, & ſui, Succeſſores, de cætero quòd, quocumque & quandocumque, Moneta prædicta, certis de cauſis, nomine Domini noſtri Regis, & Ducis, & Hæredum ſuorum, Ducum Aquitaniæ, infra ſuum Ducatum fuerit Cuſſa, ſeu Cudenda, habebunt & percipient Tertias partes prædictas Cameræ, ſeu Monetæ, prædictæ.

Et, ut iidem, Archiepiſcopus, Decanus & Capitulum, ac Succeſſores ſui, in perceptione hujuſmodi Cameræ, ſeu Monetæ, ad eos in hac parte pertinentis, minimè defraudentur, Conventum eſt eiſdem ſimiliter & Conceſſum, quòd quicumque Conſtabularius, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, vocari faciet eoſdem, Archiepiſcopum, Decanum & Capitulum, quemlibet per ſe, & *
* IV. 610. Succeſſores ſuos, aut eorum Procuratorem ſeu Procuratores, in fine cujuſlibet Quarterii cujuſcumque Anni, in Scaccario Domini noſtri Regis, & Ducis, in Caſtro ſuo Burdegaliæ, vel alibi, ubi prædicta Moneta Cuſſa fuerit, ad videndum & audiendum, ſimul cum dicto Conſtabulario, rationabile Compotum de hujuſmodi Tertiis partibus Cameræ, ſeu Monetæ, prædictæ, infra dictum Terminum totaliter perceptis, ſi ad hujuſmodi intereſſe voluerint; & tunc de Partibus Tertiis prædictis Cameræ, ſeu Monetæ, prædictæ, eiſdem indilatè ſatisfiet.

Quam quidem Tranſactionem, Ordinationem, ſeu Pacificationem, præfatus Dominus noſter Rex, & Dux, per Literas ſuas Patentes, viridi cerâ ſuo Magno Sigillo ſignatas, ſi eidem Domino Regi & Duci placuerit, ratificando confirmabit, & citra Feſtum Penthecoſtes Domini, proximò futurum, eiſdem, Archiepiſcopo, Decano, & Capitulo, in hac parte ſuum Beneplacitum intimabit.

Necnon & pro Arreragiis, pro tempore tranſacto debitis & petitis, uſque diem Datæ præſentis INDENTURÆ, inter eos extitit ordinatum, quod prædicti, Archiepiſcopus, Decanus & Capitulum, habeant Quatuor Mille Librarum Turonenſium Parvorum, perſolvendarum Terminis infraſcriptis, a die confectionis præſentis INDENTURÆ, in antea computandis, videlicet,

In Feſto Beati Michaelis, proximò venturo, dicto Domino Archiepiſcopo Quingentas Libras Turonenſes, & eiſdem, Decano & Capitulo, in eodem Feſto, alias Quingentas Libras ejuſdem Monetæ,

Et eidem Domino Archiepiſcopo in mediâ Kadrageſimâ, immediatè ſequenti, alias Quingentas Libras Turonenſes, & dictis,

Nos autem, Pacificationem & Ordinationem prædictas, ac omnia alia, in INDENTURA prædictâ contenta, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, quantùm ad Nos attinet, RATIFICAMUS ET CONFIRMAMUS.

In cujus, &c.

Dat. apud Huntyngdon, decimo die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Pro Epiſcopo Lyſmorenſi de Pardonatione.* * IV. 611.

EDwardus, &c. Theſaurario ſuo Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, & Baronibus ſuis de Scaccario Dubliniæ, Salutem. Ann. D. 1334.

Cùm Johannes, Epiſcopus Lyſmorenſis, duarum partium Manerii de Bergrarold in Frachyns, coram vobis in Scaccario prædicto, videlicet, in Termino Sancti Michaelis, Anno Regni noſtri Octavo, Amerciatus fuiſſet ad Centum Solidos, quia non venit ad Proffrum ſuum faciendum, *An.* 8. *E.* 3. *Extract. Donat. tangen. Hibern. Anno Reg.* 8. *E.* 3. *m.* 7.

Nos, volentes eidem Epiſcopo gratiam in hac parte agere ſpecialem, pardonavimus eidem Epiſcopo, pro bono & laudabili Servitio, nobis hactenus impenſo, & imposterùm impendendo, prædictos centum Solidos:

Vobis mandamus quòd ipſum Epiſcopum, de prædictis Centum Solidis, coram vobis in Scaccario prædicto exonerari, & ipſum inde quietum eſſe faciatis omnino,

Teſte Johanne Darcy, Juſticiario noſtro Hiberniæ apud Dubliniam, decimo ſexto die Aprilis, Anno Regni noſtri Octavo.

Super Fidelitate Ducis Britanniæ capta, & de Seiſina Comitatus Richmundiæ danda.

REX, Dilecto ſibi, Willielmo de Clapham, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Eborum, Northumbriæ, Cumbriæ, & Weſtmerlandiæ, Salutem. Ann. D. 1334.

Quia Teſtificatum eſt, coram nobis, quòd, dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Johannes Dux Britanniæ, qui in partibus Tranſmarinis Natus, & ibidem Baptizatus fuit, eſt Conſanguineus & Propinquior Hæres Johannis de Britânnia, nuper Comitis Richemundiæ defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, & plenæ Ætatis, *An.* 8. *E.* 3. *Fin.* 8. *E.* 3. *m.* 14.

Nos, hujuſmodi Teſtimonio fidem præbentes, volenteſque præfato Duci,

Licet Inquiſitiones, quas de Terris & Tenementis, quæ fuerunt prædicti Comitis, fieri mandavimus, in Cancellariâ noſtrâ nondum Retornatæ exiſtant,

Gratiam facere ſpecialem, cepimus Fidelitatem ipſius Ducis de Comitatu Richemundiæ, & de omnibus Terris & Tenementis de eodem Comitatu, quæ præfatus Comes tenuit de nobis in Capite, die quo obiit, & Homagium ipſius Ducis, nobis in hac parte debitum, ad voluntatem noſtram duximus Reſpectuandum, dictumque Comitatum, cum omnibus Terris & Tenementis de eodem Comitatu, eidem Duci reddidimus:

Et quia Thomas de Fencotes, Petrus de Richemondiâ, & Thomas de Scotland, de Comitatu Eborum, manuceperunt coram

m. 25. d. Ad partes Marchiæ Scotiæ, ad reprimendam Scotorum Inimicorum noſtrorum rabiem, qui Fines Regni noſtri fuerant hoſtiliter tunc ingreſſi, de veſtro, & aliorum Prælatorum, Magnatum, & Procerum, dicti Regni noſtri, Conſilio, pro defenſione dictarum partium, in Manu forti, ſumptuosè plurimùm accedentes,

Expeditione felici miſericorditer viſitavit.

Verùm, dùm ſic in illis partibus agebamus, ſumptus, prout ſcitis, appoſuimus, ſicut oportuit, quaſi infinitos:

Et alios, non modicos, ad cohibendum Hominum Terræ noſtræ Hiberniæ levitatem, qui, nimis Indomiti, Miniſtris noſtris non obediunt, ut deberent, ſet in noſtram, & noſtrorum, Injuriam prorumpere non verentur, ac, circa neceſſariam Reformationem, & Directionem debitam ſtatûs dictæ Terræ, effundere proponimus, in proximo, Deo duce:

Qui Sumptus nobis erunt nimiùm oneroſi, niſi nobis ſubveniatur uberius aliunde:

Circa quæ, necnon pro conſervandis, & recuperandis Coronæ noſtræ Juribus, ac pro Publicis & Communibus Regni noſtri, & Subditorum noſtrorum, Commodis, Honoribus, & Quiete, labores amplecti cupimus & exponere Poſſe noſtrum; ad quod veſtrum ſpecialiter, & aliorum Prælatorum, ac Cleri, Regni noſtri, præſidium, cum Publica verſetur Utilitas, Pronum & Propitium credimus invenire.

Quocirca fiducialiter Vos rogamus, mandantes quatinus, præmiſſis in gratæ conſiderationis Examine debitè ponderatis, Epiſcopos, Decanos Eccleſiarum Cathedralium, Abbates, Priores, Archidiaconos, ac cæteros Prælatos, & Religioſos, tàm Exemptos, quàm non Exemptos, quos fore videritis evocandos, ac totum Clerum veſtræ Provinciæ, ad aliquos certos locum, in dictâ Provinciâ veſtrâ, & diem, quos ad hoc ſore videritis oportunos, ſine dilatione convocari faciatis;

Ita quòd, tàm vos, quàm dicti Epiſcopi, Decani, Abbates, Priores, Archidiaconi, Prælati, & Religioſi, in propriis Perſonis, & Clerus prædictus per Procuratores idoneos, tunc ibidem interſitis, ad tractandum & conſentiendum ſuper aliquo Auxilio competenti (quod, conſideratâ qualitate præmiſſorum, dantes deceat, & Nobis eſſe debeat utile & acceptum) nobis ex cauſis prævis concedendo.

Et Nos de eo, quod in hac parte feceritis, quam citiùs commodè poteritis, reddatis pleniùs certiores.

In hoc tàm arduo neceſſitatis articulo, ſicut de vobis confidimus, ac Rei Publicæ commodum affectatis, taliter vos habentes, quòd in veſtris, erga Nos agendis, Nos reddatis meritò promptiores.

Teſte Rege apud Helmeſleye, triceſimo primo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Subditis Regis Franciæ, de Reſtitutione facienda.

Ann. D. 1334. An. 1. E. 3. Vaſc. 8. E. 3. m. m. 9.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni Travers, Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, & Arnaldo Pagani, Canonico Burdegaliæ, Salutem.

Cùm aliàs,

Inter Commiſſarios, per, Sereniſſimum Principem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, Francorum Regem Illuſtrem, & Commiſſarios, per Nos, ſuper Reſtitutionibus Terrarum Subditorum dicti Regis de Seneſcalciâ Agenni, ac Subditorum noſtrorum Ducatûs noſtri Acquitaniæ, deputatos,

Fuiſſet, inter alia, Concordatum,

Quòd Terræ dictorum Subditorum, ſuorum & noſtrorum, ex unâ parte & alterâ, captæ & occupatæ, tàm ante, quàm poſt par nous & par noſtre chier & feal Couſin deſſudit, des Domages que les ditz Subgitz, tant d'une partie come d'autre, averount eus & ſuſtenutz quant en biens moebles, & auxi de deſpens & interez, depuis le Paitz & Accordz, faitz entre nous & nos Predeceſſours Rois de France, & noſtre dit chier Couſin & ſes Aunceſtres, Rois d'Engleterre, Duc de Guienne,

Et, durant les Treves, eues ſus les Deſcordz d'entre nous & nos Devauntiers, & noſtre dit chere Couſin & les ſoens, a fin que Reſtitutioun covenable en ſoit faite par les ditz Comiſſaires, tant d'une partie come d'autre, de tout ceo q'il apparra clerement que Reſtitution ſe doit faire,

Nous, confianz de voſtre leaute, ſageſſce, & diligence, vous maundoms, & cometroms, que vous, ou l'un de vous, aveq les Comiſſaires, a ceo deputetz par noſtre dit cher Couſin, ou l'un de ceaux, enquererz dilegeaument la verite des ditz Domages, Deſpens, & Intereſts, eus & ſuſtenuz quant en biens moebles, a cauſe de Priſez, Arretz, & autres Empechementz, countre les Pais, Accordz, & Treues, deſſu ditz, a la fine que due Reſtitutioun en ſoit faite aus Subgits & Marchauns, qui les ditz Domages de lours Moebles aurount eus & ſuſtenutz, taunt d'une partie come d'autre, par vous, ou par l'un de vous, & par les Comiſſaires de noſtre dit cher Couſin, ou l'un d'iceux, ſicome raiſoun durra, ſolonc ceo qe deſſu eſt dit, engardant les dites Pais & Accordz,

Maundans, & commaundans, eſtroitment a tous nos Juſticers & Subgitz, qe es choſes deſſu dites, & celles qui les touchent, ou porrount toucher, il obeiſent a vous, & a chaſcoun de vous, & entendent dilegeaument. Toute voies,

Noſtre ententioun n'eſt mie qe, pur cauſe de ceſte comiſſioun, a vous faite ſur les occupatiouns, & ſuppriſes, des Terres, ſoit en aſcoune manere empechee, ou retardee, ou autres Commiſſiouns ſur ſes choſes, ou quelconqes autres, faites, ou a faire, de par nous a vous, ou a autres.

Donne a Maubuſſoun, le xi jour de Jung, l'An de Grace Mil, Treſcent, Trente & quatre.

---

* *De Clero Provinciæ Eborum convocando, & auxilio præſtando.* * IV. 614.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Clauſ. 8. E. 3. m. 25. d.

Quàm plenæ Periculis, & Sumptuum effuſivæ, fuerunt Turbationes diutinæ, quas Scotorum Pertinacia Nobis, *&c. prout ſupra de Dat. 31 Maii.*

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, duodecimo die Junii.

Pro J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, de non moleſtando ſuper Bajulatione Crucis.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Clauſ. 8. E. 3. m. 25. d.

Cùm, Venerabilis Pater, Johannes Archiepiſcopus Cantuarienſis, totius Angliæ Primas, ad Nos, de mandato noſtro, pro expeditione quorumdam arduorum negotiorum noſtrorum, ſit venturus;

Nos,

Nolentes ipſum Archiepiſcopum Cantuarienſem, ſuper Bajulatione Crucis ſuæ ante ſe, perturbari,

Vobis injungendo, mandamus quòd eidem Archiepiſcopo Cantuarienſi, ſeu Hominibus ſuis, ſuper Bajulatione ejuſdem Crucis

ſuæ

Digitized by Google

[illegible] Affectionis & Benevolentiæ puritatem, quam,
Excellentiſſimum Principem, & cariſſimum Dominum, & Conſanguineum noſtrum, Dominum Edwardum, Regem Angliæ Il-
* IV. 615. luſtrem erga Perſonam noſtram habuiſſe * cognovimus, & magnam ſubventionem, quam non abſque magnis & infinitis Sumptibus, & Laboribus periculoſis, nobis nuper fecit de Ipſo, & Gentibus ſuis, circa recuperationem Hæreditatis noſtræ, ac deſiderantes, præmiſſorum intuitu, ipſum Regem Angliæ proſpicere, quatenus facultas nobis tunc temporis ſuppetebat,

Voluiſſemus, & conceſſiſſemus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Dare, Aſſignare, ac Liberari facere præfato Regi Angliæ Duo Milia Libratarum Terræ per Annum, in locis competentibus, ſuper Marchiam Regni noſtri Scotiæ, Regno Angliæ adjacentibus, & præfato Regi Angliæ placentibus,

Et, in partem valoris dictorum Duorum Milium Libratarum Terræ, dediſſemus, conceſſiſſemus, & aſſignaſſemus præfato Regi Angliæ Caſtrum, Villam, ac Comitatum Berewici ſuper Twedam, & promiſiſſemus quòd hoc, quod de dictis Duobus Milibus Libratarum Terræ per Annum defeciſſet, faceremus aſſignari & liberari præfato Regi Angliæ in aliis locis competentibus, ut eſt dictum, Habenda & Tenenda eidem Regi Angliæ & Hæredibus ſuis, unà cum Feodis Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, ac aliis pertinentiis ſuis quibuſcunque, ſeparata à Regali Dignitate & Coronâ Scotiæ imperpetuum, & Regali Dignitati, & Coronæ, ac Regno Angliæ, perpetuis temporibus annexa,

Et nos poſtmodum, duodecimo die Februarii, proximo præterito, de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, Militum & aliorum, de Regno noſtro, in Parliamento noſtro, apud Edenburgh tunc convocato, exiſtentium, Conceſſionem & Promiſſionem noſtras prædictas acceptantes, eas, ac ſtatum & poſſeſſionem, quos idem Rex Angliæ in dictis, Caſtro, Villâ, & Comitatu de Berewico, virtute Donationis, Conceſſionis, & Aſſignationis, noſtrarum prædictarum, habuit, pro Nobis, Hærodibus, & Succeſſoribus noſtris Ratificaverimus, approbaverimus, & confirmaverimus, promittentes quòd, de Reſiduo dictorum Duorum Milium Libratarum Terræ, eidem Regi Angliæ in aliis locis prædictis ſatisfaceremus juxta Conceſſionem & Promiſſionem ſupradictas, prout in diverſis Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos, Conceſſionem & Promiſſionem noſtras prædictas, ſic factas, & de dicto Aſſenſu, in eodem Parliamento, ut præmittitur, acceptatas, volentes adimplere, Damus, concedimus, reddimus, aſſignamus, & hâc Cartâ noſtrâ confirmamus pro Nobis, & Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, præfato Regi Angliæ, Villam, Caſtrum, & Comitatum de Rokesburgh; Villam, Caſtrum, & Foreſtam de Jedeworth; Villam & Comitatum de Selkirk, & Foreſtas de Selkirk & Ettryk; Villam, Caſtrum, & Comitatum de Edenburgh, cum Conſtabulariis de Hadyngton & Lynliſcou; Villam, & Caſtrum, & Comitatum de Pebles: & Villam & Caſtrum, & Comitatum de Dumfres; cum pertinentiis, & quicquid in eiſdem Comitatibus, tàm in Dominico, & in Feodo, quàm in Servitio habemus, vel habere deberemus, Habenda & Tenenda eidem Domino Regi Angliæ, & Hæredibus ſuis, ſimul cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Capellarum, Domorum Religioſarum, & Hoſpitalium, & cum Cuſtodiis, & aliis Proficuis quibuſcumque, quæ ad Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros pertinere poterunt ratione Vacationum Epiſcopatuum Regni Scotiæ, de Terris, Tenementis, Bonis & Catallis, infra Comitatus & loca prædicta exiſtentibus, & ad eoſ-

[illegible] eadem, Villas, Caſtra, Comitatus, Foreſtas & Conſtabularias, qualitercumque & ubicunque ſpectantibus, ſeu pertinentibus, tàm non-nominatis, quàm nominatis, ſine ullo Retinemento ſeparata à regali Dignitate, & Coronâ Scotiæ imperpetuum, & regali Dignitati, & Coronæ, ac Regno Angliæ, perpetuis temporibus Annexa, Unita, & Incorporata, unà cum Caſtro, Villâ, & Comitatu Berewici, ſupradictis, in plenam Satisfactionem dictorum Duorum Milium Libratarum Terræ, ſicut prædictum eſt.

In cujus rei Teſtimonium, huic Cartæ Magnum Sigillum noſtrum apponi fecimus,

His Teſtibus, Venerabilibus Patribus,

Willielmo Archiepiſcopo Eboracenſi Angliæ Primate,
Richardo Dunelmenſi,
Et Johanne Karliolenſi, Epiſcopis,
Johanne de Warennâ Comite Surriæ & de Strathern,
Henrico de Bello Monte Comite de Boghan,
David de Strabolgi Comite Athol,
Patricio de Dunbar Comite March,
Thomâ Wake Domino de Lydell,
Ricardo Talbot Domino de Mar,
Willielmo de Monte Acuto Domino de Man,
Henrico de Percy,
Radulpho de Nevyll,
Alexandro de Moubray,
Roberto de Loweâre,
Et aliis.

Dat. per manum noſtram, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, duodecimo die Junii, Anno Regni noſtri Secundo.

Sub Magno Sigillo Scotiæ, viridis coloris, pendente a filis ſericis, flavi rubeique coloris.

De Seiſina dictorum Villarum & Caſtrorum capienda.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1334.
Cùm inter cætera Terras & Tenementa, *An.* 8.
Quæ, Excellentiſſimus Princeps, & Conſanguineus noſter, E. 3.
Dominus Edwardus, Rex Scotorum, per Cartam ſuam Nobis Dedit, Conceſſit, & Aſſignavit, *Scot.* 8. E. 3. *m.* 20.

Dederit, Conceſſerit, & Aſſignaverit Nobis Villam, Caſtrum, & Comitatum, de Rokesburgh, cum pertinentiis, Habenda nobis & Hæredibus noſtris, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis, ad eadem, Villam, Caſtrum, & Comitatum, qualitercumque & ubicumque ſpectantibus, ſine ullo Retinemento, prout in Cartâ prædictâ pleniùs continetur,

Nos,

De circumſpectione providâ, Dilecti & Fidelis noſtri, Galfridi de Moubray pleniùs confidentes,

Aſſignamus, Conſtituimus, & Deputamus, Ipſum ad recipiendum, vice & nomine noſtris, de præfato Rege Scotorum, ſeu Deputatis, vel Deputato ab ipſo, plenam Seiſinam de Villâ, Caſtro, & Comitatu, prædictis, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis, ad eadem, Villam, * * IV. 617.
Caſtrum, & Comitatum qualitercumque & ubicumque ſpectantibus, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Digitized by Google

Damus autem univerſis & ſingulis de Comitatu prædicto, tenore præſentium, in mandatis, quòd eidem Galfrido, tanquam Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, & Cuſtodi Caſtri illius, in omnibus, quæ ad Officium & Cuſtodiam prædicta pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo quinto die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimiles Commiſſiones habent ſubſcripti de Officio Vicecom. & Cuſtodiâ Caſtrorum & Foreſtarum ſubſcriptarum; videlicet,

Johannes de Kyngeſton, de Officio Vicecomitatûs de Edenburgh, & Cuſtodiâ Caſtri Regis ibidem.

Gilbertus de Bourghdon, de Officio Vicecomitatûs de Pebles.

Petrus Tilliol, de Officio Vicecomitatûs de Dumfres, & Cuſtodiâ Caſtri Regis ibidem.

Robertus de Maners, de Officio Vicecomitatûs de Selkirk, & Cuſtodiâ Foreſtarum Regis de Selkirk & Etrik.

Willielmus de Preſſen, de Officio Conſtabularii Caſtri, & Cuſtodiâ Foreſtæ de Jedeworth.

De Roberto de Lowedre, Juſticiario Regis Laudoniæ conſtituto.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

1334. Sciatis quòd conſtituimus, Dilectum & Fidelem noſtrum,

An. 8. Robertum de Lowedre, Juſticiarium noſtrum Laudoniæ, ad fa-

E. 3. ciendum omnia & ſingula, quæ ad Officium Juſticiarii pertinent,

Ibidem. ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni Scotiæ:

Et ideò omnibus, quorum intereſt, mandamus quòd eidem Ro-

* IV. berto, tanquam Juſticiario noſtro, in omnibus, * quæ ad Offi-

618. cium prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes:

Damus autem præfato Roberto, tenore præſentium, Poteſtatem, aliquem, Idoneum & Sufficientem, loco ſuo deputandi, & ſubſtituendi, ad præmiſſa facienda, quotiens idem Robertus ad hoc vacare non poterit, & ſibi viſum fuerit expedire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo quinto die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Rege Scotiæ, ſuper Heretagio de Baillol, in Carta Conceſſionis de Dumfres non comprehenſo.

LE Roi a touz ceux, qui ceſtes Lettres verront, ou orront, Sa-

Ann. D. lutz.

1334. Sachez que,

An. 8. Come, li Nobles Prince & noſtre Treſchier Coſin, Sire Ed-

E. 3. ward, Roi d'Eſcoce, entres autres Terres & Tenementz, les

Scot. 8. queux nous avoms de ſon donn, nous eit done la Ville, la Coun-

E. 3. m. te, & le Chaſtel de Dumfres, oue les apartenaunces, & quant qe

19. le dit Roi d'Eſcoce avoit, ou aver deveroit, en les ditz Ville, Countee, & Chaſtel, & autres Terres & Tenementz, iſſint a nous donez, a AVER & TENIR a Nous & a noz Heirs, a touz jours, ſanz nul Retinement, en value de Deux Mil Liverees de Terre par An, ſicome plus pleynement eſt contenuz en les Chartres ſuſdites,

Et ja avoms entenduz que le dit Roi d'Eſcoce avoit, en la dite

Villâ & Comitatu de Dumfres,

Villâ & Comitatu de Pebles,

Villâ & Comitatu de Selkirk,

Villâ de Jedeworth,

Et Foreſtis de Jedeworth, Selkirk & Etryk,

Habend. quamdiu nobis placuerit, percipiendo per Annum Feodum rationabile in Officio ſupradicto.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Cheſtre, viceſimo primo die Junii.

ET Mandatum eſt Vicecomiti Berewici ſuper Twedam, quòd eidem Johanni, tanquam Camerario Regis ibidem in omni-

bus, quæ ad Officium illud pertinent, Intendens ſit & * Reſpon- * IV.

dens, prout ad Commodum & Honorem Regis melius fuerit fa- 619.

ciendum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

COnſimiles Litteræ de intendendo diriguntur diviſim ſingulis Vicecomitibus Comitatuum prædictorum, & Willielmo de Preſſen, Conſtabulario Caſtri de Jedeworth.

ET mandatum eſt univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Conſtabulariis, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis de Comitatibus Berewici ſuper Twedam, Edenburgh, Rokesburgh, Dumfres, Pebles, & Selkirk, quòd eidem Johanni &c. *ut ſupra mutatis mutandis.*

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Pro Comite de Julers, de Penſione Annua ſolvenda. Claus. 8.

E. 3. m.

Teſte Rege apud Raby, viceſimo tertio Junii. 24.

De Clero convocando, & Auxilio concedendo.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepi- Ann. D

ſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem. 1334.

Quàm plenæ periculis, & Sumtuum effuſivæ fuerunt Turbatio- An. 8.

nes diutinæ, quas Scotorum Pertinacia Nobis & noſtris Progeni- E. 3.

toribus pluries præparavit &c. *prout ſupra de* 31. *Maii.* Claus. 8.

Teſte Rege apud Northampton, viceſimo tertio die Julii. E. 3.

Per Breve de Privato Sigillo. m. 23. d.

Pro Johanne Duce Britanniæ, de Fidelitate & Homagio captis, & de Exitibus Richemundiæ liberandis.

REX, dilecto ſibi, Gilberto de Ledred, Eſcaetori ſuo in Co- Ann. D.

mitatibus Lincolniæ, Northamptoniæ, & Rotelandiæ, Sa- 1334.

lutem. An. 8.

Cùm nos nuper, E. 3.

Captâ Fidelitate, dilecti Conſanguinei & Fidelis noſtri, Johannis Claus. 8.

Ducis Britanniæ, & Comitis Richemundiæ, E. 3. m.

Conſanguinei, & propinquioris Hæredis, Johannis de Britanniâ, 21.

nuper Comitis Richemundiæ, defuncti, qui de nobis tenuit in Capite,

De Comitatu Richemundiæ, & de omnibus Terris & Tenementis in eodem Comitatu, quæ præfatus Comes tenuit de nobis in Capite, die quo obiit, viceſimo quarto die Maii proximò præterito,

Vobis

Digitized by Google

[illegible] Domini de Coucy.

Ann. D. UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem.

1334. De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, dilectorum
An. 8. nobis, Willielmi de Culantia, Canonici in Eccleſia Beati Wilfridi
E. 3. Riponiæ, & Jacobi de Lukes, plenariè confidentes,
Pat. 8. Ad tractandum cum, Nobili Viro, Willielmo de Gynes, Do-
E. 3. p. 1. mino de Coucy, ſeu Deputandis ab eo, ſuper Matrimonio, ſeu
m. 4. Sponſalibus, inter Johannem Comitem Cornubiæ, Fratrem noſtrum cariſſimum, & Mariam, Filiam dicti Domini de Coucy, contrahendo,

Necnon ſuper Dote, ſeu Dotalitio, ac Donatione, propter Nuptias in hac parte aſſignandis,

Et ad Ea, quæ ſic tractata & concordata fuerint, quacumque firmitate vallandum & firmandum,

Prædictis, Willielmo & Jacobo, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes Nos, quantum ad Nos attinet, Ratum & Firmum habituros quicquid per præfatos, Willielmum & Jacobum, tractatum, concordatum, firmatum, & vallatum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Notyngham, decimo ſexto die Julii.

De Poteſtate data recipiendi Homagium & Fidelitatem Comitis Sabaudiæ.

Ann. D. UNiverſis, præſentes literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem.

1334. De circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtro-
An. 8. rum, Willielmi Truſſel, & Magiſtri Ricardi de Bynteworth, Ju-
E. 3. ris Civilis Profeſſoris, plenariè confidentes,
Pat. 8. Ad recipiendum, hac vice, nomine noſtro, Homagium & Fi-
E. 3. p. 2. delitatem Nobilis Viri —— Comitis Sabaudiæ, Conſanguinei no-
m. 38. ſtri cariſſimi, pro Terris, Caſtris, & Dominiis, quibuſcumque, quæ dictus Comes de Nobis tenet in partibus Sabaudiæ, & aliis quibuſcumque, pro quibus Homagium & Fidelitatem nobis facere tenetur,

Ac alia omnia & ſingula, nobis in hac parte debita, necnon ad liberandum eidem Poſſeſſionem vacuam, & Seiſinam Terrarum, Caſtrorum, & Dominiorum hujuſmodi, cum ſuis Juribus & pertinentiis univerſis,

Et omnia alia & ſingula faciendum & excercendum in præmiſſis, quæ Nos facere deberemus, ſi perſonaliter præſentes eſſemus,

Prædictis, Willielmo & Magiſtro Richardo, & eorum alteri, plenam tenore præſentium committimus & concedimus Poteſtatem.

Promittentes Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per præfatos, Willielmum & Magiſtrum Ricardum, vel eorum alterum, receptum, liberatum, actum, & geſtum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Wyndeſore, ſecundo die Auguſti.

Excuſationis Diffugio, ſtatim, poſt receptionem præſentium, ex cauſis certis, tibi, cum acceſſeris, exprimendis, ad nos in Angliam redire feſtines, ſicut imminentia in hac parte & gravia pericula volueris evitare.

Dat. ut ſupra.

De non Exercendo Studium in Villa de Staunford.

REX Vicecomiti Lincolniæ, Salutem. Ann. D.
Quia datum eſt nobis intelligi, quòd quamplures Magiſtri 1334.
& Scolares Univerſitatis noſtræ Oxoniæ, colore quarundam Diſ- An. 8.
ſenſionum, in Univerſitate prædictâ, nuper, ut dicitur, exorta- E. 3.
rum, & aliis Coloribus quæſitis, ſe ab eâdem Univerſitate retra- Ibidem.
hentes, apud Villam de Staunford ſe divertere, & ibidem Studium tenere, ac Actus Scolaſticos exercere præſumunt, Aſſenſu noſtro, ſeu Licentiâ, minimè requiſitis,

Quod, ſi toleraretur, non tantum in noſtri contemptum & dedecus, ſet etiam in diſperſionem Univerſitatis noſtræ prædictæ, cederet manifeſtè;

Nos,

Nolentes Scolas, ſeu Studia, alibi infra Regnum noſtrum, quàm in locis ubi Univerſitates nunc ſunt, aliqualiter teneri,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ad prædictam Villam de Staunford perſonaliter accedas, & ibidem, ac alibi, infra Ballivam tuam, ubi expedire videris, ex parte noſtrâ publicè proclamari & inhiberi facias, nè Qui, ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poterunt, alibi, quàm in Univerſitatibus noſtris prædictis, Studium tenere, vel Actus Scolaſticos exercere, præſumant quoquo modo,

* Et de nominibus illorum, quos poſt Proclamationem & Inhi- * IV.
bitionem prædictas inveneris in contrarium facientes, nobis in 622.
Cancellariâ noſtrâ, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, conſtare facias indilatè:

Volumus enim omnibus & ſingulis, qui de violentiis aut injuriis, apud dictam Villam Oxoniæ illatis, coram Juſticiariis noſtris ibidem, ad hoc ſpecialiter deputatis, ſe conqueri voluerint, celerem Juſtitiam exhiberi, prout decet.

Teſte Rege apud Wyndeſore, ſecundo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimile Breve dirigitur Majori & Ballivis Villæ Regis Oxoniæ, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

De inquirendo, ſuper Officio Vicecomitis de Rokeſburg.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Radulpho de Nevill, & An- Ann. D.
tonio de Lucy, Salutem.
Supplicavit nobis,. Dilectus & Fidelis noſter, Galfridus de 1334.
Moubray, quòd, An. 8.
Cum Ipſe, ut de Jure Iſabellæ, Comitiſſæ de Mar, Uxoris ſuæ, E. 3.
eſſe debeat Vicecomes de Rokeſburgh, & Cuſtos Foreſtæ de Sel- Scot. 8.
kyrk, E. 3. m.
Ac iidem Vicecomitatus & Cuſtodia, ratione Donationis & 15.

Digitized by Google

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Pat. 8. E. 3. p. 2. m. 23. dorſ.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Venerabilibus in Chriſto Patribus, Richardo Epiſcopo Dunolmenſi, Cancellario ſuo, Rogero Coventrienſi & Lichfeldienſi, & Willielmo Norwicenſi, Epiſcopis, Salutem.

Petitio Cancellarii Univerſitatis noſtræ Oxoniæ, coram nobis & Concilio noſtro in Parliamento noſtro exhibita, continebat quòd in Villâ Oxoniæ, ubi Univerſitas prædicta, a diu eſt, extitit, & adhuc exiſtit, inter Scolares ejuſdem Univerſitatis, & eorum Familiares, & Servientes, graves Diſſenſiones & Diſcordiæ ſubortæ fuerunt, & indies oriuntur, ex quibus Pax noſtra læditur, & Populus noſter partium illarum terretur, Malaque alia innumera hactenus provenerunt hiis diebus, & nichilominus, veriſimiliter timetur, quòd Diſperſio Univerſitatis prædictæ indè proveniet, niſi citiùs ſuper hoc per nos apponatur Remedium oportunum:

Nos,

Conſiderantes quòd per Univerſitatem prædictam Fides Chriſtiana * defenditur & dilatatur, & Regnum noſtrum & Incolæ ejuſdem Regni multipliciter exornantur,

* IV. 613.

Volentéſque dictam Univerſitatem, & ad eandem declinantes, & ibidem converſantes, in pace & tranquilitate defenſare,

Et, ſi quæ in contrarium attemptata fuiſſent, prout juſtum fuerit, punire,

Ac de veſtris Fidelitate & Circumſpectione providis pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad informandum vos, vel aliquem veſtrûm, per Cancellarium, Procuratores, Magiſtros, & Scolares, Univerſitatis prædictæ, ac aliis viis & modis, quibus expedire videritis, ſuper Diſſenſionibus & Diſcordiis ſupradictis, & earum cauſis, & per Cujus vel Quorum Culpam Diſſentiones illæ & Diſcordiæ oriebantur,

Necnon ad tractandum cum eiſdem, Cancellario, Procuratoribus, Magiſtris, & Scolaribus, ſuper Diſſenſionibus & Diſcordiis prædictis, qualiter, videlicet, ad majorem & perpetuam quietem & tranquilitatem Univerſitatis prædictæ ſopiri valeant, ſeu etiam reformari,

Et ad certificandum Nos de eo, quod per vos in præmiſſis factum fuerit & tractatum;

Ita quòd Nos, inde certiorati, ulterius in præmiſſis, cum deliberatione providâ, fieri faciamus, quod nobis & Concilio noſtro fore videbitur faciendum:

Et ideò vobis mandamus quòd vos, vel aliquis veſtrûm, ad Villam prædictam accedatis, vel accedat, &, ad certum diem, quem vos, Duo, vel Unus veſtrûm, ad hoc provideritis, vel providerit, præmiſſa omnia & ſingula faciatis in formâ prædictâ; non obſtantibus aliquibus Libertatibus, Privilegiis, aut Statutis:

Innoteſcentes eiſdem, Cancellario, Procuratoribus, Magiſtris, & Scolaribus, ac aliis (quorum intereſt) ex parte noſtrâ, quòd, niſi a malis hujuſmodi ſe retrahant, & Reformationi Diſſenſionum & Diſcordiarum prædictarum citiùs inclinent, ipſos, & eorum quemlibet, taliter puniri & caſtigari faciemus, quòd eorum Punitio aliis cedet in Terrorem & Exemplum Mala hujuſmodi futuris temporibus perpetrandi.

Mandavimus enim Cancellario, Procuratoribus, Magiſtris, & Scolaribus, Univerſitatis prædictæ, quòd in præmiſſis vobis, Duobus, vel Uni veſtrûm aſſiſtant, pareant, & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

tes, intentione pia penſantes, necnon Devotionis [illegible] Filius gratitudinem in debitæ conſiderationis examine reducentes. [illegible] Pens Camer.

Ac proinde volentes Iſabellæ, Reginæ Angliæ, Matri noſtræ cariſſimæ, Honores & Commoda provehere & Incrementis congruis dilatare, ut juxta Status ſui Decentiam honorificentiùs ſe valeat continere, * IV. 614.

Reſtituimus & reddidimus, ac pro Nobis, & Hæredibus noſtris, conceſſimus eidem Matri noſtræ Comitatum & totam Terram noſtram Pontivi & Montiſtrolli, cum Pertinentiis,

HABENDA ET TENENDA eidem Matri noſtræ, unà cum Collationibus Præbendarum in Eccleſiâ Sancti Wilfranni de Abbevill, in eodem Comitatu & aliis Proficuis quibuſcumque, ad totam Vitam ſuam, ſimul cum Caſtris, Burgis, Villis, Maneriis, Terris, Tenementis, & aliis locis quibuſcumque, adeo plenè & integrè, ſicut eadem Mater noſtra, unquam ea prius tenuit, ſuſtinendo onera, dictis Comitatui & Terræ Pontivi & Monſtrolli incumbentia:

Nolentes quòd prædicta Mater noſtra, ſi ipſam nos ſupervivere contingat, per Hæredes noſtros, vel eorum Miniſtros quoſcumque, indè amoveatur, ſeu aliàs inquietetur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur;

Ita tamen quòd, poſt Mortem præfatæ Matris noſtræ, prædicti Comitatus & Terræ, cum Pertinentiis, ac Collationibus Præbendarum, & aliis Proficuis prædictis, ad Nos, & Hæredes noſtros integrè revertantur.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Septembris, Anno Regni noſtri Octavo.

Per ipſum Regem.

Sub Sigillo Magno viridi, a filis ſericis rubei viridiſque coloris.

Tractatus Matrimonii, inter Comitem Cornubiæ & Mariam de Hiſpania, Confirmatio.

REX *Omnibus, ad quos, &c. Salutem.*

Inſpeximus Litteras Patentes, Dilecti & Fidelis noſtri, Johannis Comitis Cornubiæ, Fratris noſtri cariſſimi, in hæc verba, Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Pat. 8. E. 3. p. 2. m. 26.

UNiverſis Chriſti Fidelibus, præſentes Litteras Inſpecturis, Johannes, Illuſtris Regis Angliæ Filius, Comes Cornubiæ, & Germanus Regis Angliæ nunc Regnantis, Salutem in Omnium Salvatore.

Noveritis quòd,

Cùm inter, Nobilem Dominam & Potentem, Dominam Blanchiam, Comitiſſam Sabaudiæ, ex parte unâ, & Dominum Willielmum Truſſel Militem, Magiſtrum Richardum de Bynteworth, Dominum Willielmum de Cuſantiâ, & Jacobum de Luk, Procuratores & Nuncios Domini & Fratris noſtri, Regis Angliæ ſupradicti, ac noſtros, ex alterâ, de Matrimonio, inter Nos & Nobilem Domicellam Mariam de Iſpaniâ, Filiam, bonæ memoriæ, Ferdinandi de Iſpaniâ, Domini de Lara, contrahendo, ſit Tractatum, & in præſentiâ, Sereniſſimi Principis, Domini Philippi, Dei gratiâ, Regis, & Excellentiſſimæ Reginæ, Franciæ, & aliorum de ſuo Concilio, in formâ quæ ſequitur Concordatum;

Imprimis, quòd nos dictam Mariam capiamus, ſi licitè fieri poterit, in Uxorem: &, ſi ſubſit impedimentum Conſanguinitatis, vel aliud, dicti Reges, Franciæ & Angliæ, Diſpenſationem, ſuper hoc, per Dominum Summum Pontificem fieri, pro viribus procurabunt.

Item,

Digitized by Google

contingat, habeat ad Terminum vitæ ſuæ Duo Milia Marcarum Sterlingorum Terræ, in locis bonis & congruis, ſibi de Terris noſtris, nomine Dotis, aſſignanda; ſi tamen, juxta Legem & Conſuetudinem Regni Angliæ, de Terris & Tenementis noſtris Dotari voluerit, tunc de ipſis, juxta electionem ſuam, ſecundum Legem & Conſuetudimem hujuſmodi, Dos ſibi debita aſſignetur; ita quod alterâ viarum iſtarum ſit contenta.

Item, quòd Rex Franciæ fieri faciat Nobis & dictæ Mariæ ſuas Litteras, per quas promittat nobis ſolvere dicta Triginta Milia Librarum terminis ſupradictis, & ad Solutionem hujuſmodi obliget ſe, & ſucceſſores ſuos, ac Bona ſua ubicumque reperta:

Et quod Nos, per noſtras Litteras, bonâ fide, tactis Sacroſanctis Ewangeliis, Corporali præſtito Sacramento, per ſolempnem Stipulationem promittamus, obligando Nos, & Hæredes noſtros, ac bona noſtra quæcumque, ad tenendum & complendum omnia ſupradicta, & eorum quodlibet, quantum ad Nos & Succeſſores noſtros attinet, vel attinere poterit in futurum:

Et quòd dictus Dominus, & Frater noſter, Rex Angliæ, ex certâ ſcientiâ, præmiſſa confirmet & promittat, ac obliget ſe, & Succeſſores ſuos, ac Bona ſua quæcumque, dicto Regi Franciæ, ac præfatæ Mariæ quòd infra Tres Menſes, a tempore requiſitionis ſibi factæ continuè numerandos, Executionem præmiſſorum de & in Bonis noſtris, præſentibus & futuris, abſque Proceſſu vel Placito, propriis ſuis Sumptibus & Expenſis, fieri faciat, ſi nos vel Hæredes noſtri hoc non faciamus, vel adimpleamus, cùm per dictum Regem Franciæ, ſeu dictam Mariam, vel ex parte eorumdem, fuerimus requiſiti.

Nos, Comes prædictus, Tractatum hujuſmodi, quatenus ad nos attinet, acceptantes, ac volentes omnia & ſingula, ut præmittur, Concordata, & nobis incumbentia in hac parte, facere & ſervare (dùm tamen Matrimonium hujuſmodi fuerit ſubſecutum, & Condicta ſuperiùs nobis facta & obſervata fuerint vice versâ) bonâ fide, & per Solempnem Stipulationem promittimus, præſtito ad Sacroſancta Dei Ewangelia Sacramento Corporali, quòd omnia & ſingula præmiſſa plenè & fidelitèr tenebimus, ſervabimus, & adimplebimus quatenus nos attingunt:

Nos etiam Nos, Hæredes & Succeſſores noſtros, ſub Ypotecâ & Obligatione omnium Bonorum noſtrorum, Mobilium & Immobilium, Regi Franciæ, ac præfatæ Mariæ, & omnibus quorum intereſt, vel intererit, firmiter Obligamus ad obſervationem & complementum omnium & ſingulorum præmiſſorum; ac ad ſolvendum & refundendum Dampna, Sumptus, & intereſſe, quæ prætextu non obſervationis præmiſſorum ex parte noſtrâ, quod abſit, provenire vel incurri contigerit, ſolo Juramento partis, in Judicio vel extra, præſtito, abſque probatione aliâ, declaranda:

Renunciantes expreſsè Exceptionibus doli, quòd metûs causâ, & aliis Exceptionibus, ac Juris Remediis, nobis competentibus, vel competituris, & ſpecialiter Legibus, Uſibus, & Conſuetudinibus, Regni Angliæ, & locorum aliorum, per quæ præmiſſa, vel eorum aliquod, adnullari poſſent, vel poſſet, impedi, vel aliqualiter retardari.

• IV. 626. * In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Dat. London. Viceſimo Octavo die Septembris, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo quarto.

NOS autem, Tractatum, de quo dictæ Litteræ commemorant, ac omnia & ſingula, contenta in eiſdem Litteris, Rata habentes & Grata. ea pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quatenus ad nos at-

Noveritis quòd Nos, An. 8.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, J. Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis, Abbatis de Dore, & Willielmi de Clynton, Militis, plenariè confidentes, E. 3. Pat. 8. E. 3. p. 2. m. 21.

Ipſos, & Duos eorum (quorum præfatus Archiepiſcopus ſit Unus) fecimus, ordinavimus, & conſtituimus, noſtros veros & legitimos Procuratores, & Nuncios ſpeciales,

Dantes eis, & Duobus eorum (quorum præfatus Archiepiſcopus ſit Unus) plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, tractandi pro nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab ipſo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Litibus, Querelis, Demandis, Controverſiis, Areſtis, ſeu Debatis, ac Adjornamentis, & Proceſſibus, in Curiâ ipſius Domini Regis pendentibus: necnon Petitionibus & Actionibus, Realibus, & Perſonalibus, atque Mixtis, quæ idem Dominus Rex erga Nos, ſeu Subditos noſtros, habet, vel habere poterit, vel Nos erga ipſum Dominum Regem, ſeu Subditos ſuos, ratione Terrarum noſtrarum in Ducatu prædicto, vel alibi, exiſtentium; ſeu quacumque aliâ occaſione habemus, vel habere poterimus, quovis modo:

Et omnia & ſingula, quæ tractata & concordata fuerunt, quacumque firmitate vallandi:

Necnon petendi, ſtipulandi, recipiendi, retinendi, componendi, paciſcendi, tranſigendi, & omnia alia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa, fuerint opportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale;

* Promittentes etiam pro nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Firmum habere, & habituros quicquid per dictos Procuratores & Nuncios noſtros, & Duos eorum (quorum præfatus Archiepiſcopus ſit Unus) ut eſt dictum, Geſtum, Actum, & Factum, ſeu etiam Procuratum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum. • IV. 627.

In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Septembris.

Ad tractandum ſuper mutua Viſione, & Paſſagio ad Terram Sanctam.

UNverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem. Ann. D. 1334.

Noveritis quòd Nos, An. 8.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, J. Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* E. 3. Ibid.

Tractandi, pro Nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, aut Deputandis ab eo, de certis Die & Loco, quibus idem Dominus Rex & Nos convenire, & Nos mutuò videre valeamus, pro pleniori tractatu habendo ſuper Paſſagio, vel Itinere, noſtro verſus Terram Sanctam, & aliis Negotiis occurrentibus,

Et hiis, quæ ſic tractata fuerint, conſentiendi, & concordandi;

Et ea, in quibus concordes, ut præmittitur, fuerint, quacumque firmitate vallandi,

Et omnia alia & ſingula faciendi, quæ in Præmiſſis, & circa Præ-

Digitized by Google

• IV. 628.

** De Orando pro Rege profecturo contra Scotos.*

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Clauſ. 8. E. 3. m. 9. dorſ.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eidem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem.

Ad hoc in Terris conſtitutæ ſunt à Deo Principum ſecularium Poteſtates, ut Præſidentes Regimini Plebis Chriſti Bonos confoveant, & Pravorum Exceſſus condignè puniant & reforment.

Penſantes itaque commiſſum nobis divinitùs Gladii Temporalis exercitium, ac intuentes ſuperbam Furiam & Nequitiam ſceleratorum Scotorum, qui, violato Fidelitatis & Homagii ſui debito, contra Nos & Confœderatos noſtros de Guerrâ jam proditionaliter & hoſtiliter inſurgere præſumpſerunt, Mala quamplurima, tàm in Angliâ, quàm in Scotiâ, perpetrantes, & ad pejora (quod abſit) proceſſuri, niſi conſpiratæ ſuæ Malitiæ citiùs & fortiùs obvietur,

De diffinito Parliamenti noſtri, nuper apud Weſtmonaſterium convocati, verſus partes Scotiæ, tàm pro defenſione Terrarum noſtrarum ibidem, quàm Regni noſtri Angliæ, ac ad reprimendam Perverſorum malitiam, diſpoſuimus (quod jam arripuimus) Iter noſtrum.

Verùm, cùm in Expeditione tàm arduâ (quam ex debito ſuſcepti Regiminis ſuſcepimus, ut oportet) plùs de Supernæ Virtutis aſſiſtentiâ, quàm de Terrenâ Potentiâ, plus in Orationibus Fidelium, quàm Armatorum Cuneis, confidamus,

Paternitatem veſtram affectuosè requirimus & rogamus, quatinùs Nos, & noſtrum Exercitum (ad partes prædictas, pro Bono Publico, ſub timore Dei confidenter & humiliter properantes) divinæ propitiationis dexteræ (quæ, quibus vult, victoriam impertitur) devotis orationum ſuffragiis, & aliis pietatis operibus, ſtudeatis ſedulò commendare, & ad hoc Clerum, & Populum, Seculares & Religioſos, veſtrarum Provinciæ & Diœceſis, monitis ſalutaribus efficaciter inducatis, ut ipſe Dominantium Dominus, eorum Precibus & Meritis complacatus, ſuper Nos & Noſtros rorem uberem ſuæ Benedictionis infundat, Actuſque noſtros in ſuo Beneplacito regat & dirigat, ac nobis PROGRESSUM felicem, gratioſum AGGRESSUM & REGRESSUM miſericorditer tribuat glorioſum, ut ſibi cedat ad Laudem & Gloriam, nobis ad Meritum, Subditis noſtris ad Commodum & Solamen, Eccleſiæ & toti Regno (cui, licet inſufficientibus meritis, præſidemus) ad ſtatum pacificum & quietem.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo tertio die Octobris.

Eodem modo ſcribitur J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, vel ejus Vicario Generali, & ſingulis Epiſcopis per Angliam; videlicet,

R. Epiſcopo Dunolm.	*J. Exon. Epiſcopo,*
J. Epiſcopo Karliol.	*J. Ciceſtren. Epiſcopo,*
R. Coventr. & Lich. Epiſcopo,	*R. Epiſcopo Sarum,*
H. Lincoln. Epiſcopo,	*R. Bathon. & Wellen. Epiſcopo,*
J. Elien. Epiſcopo,	*H. Epiſcopo Roffen.*
W. Norwicen. Epiſcopo,	*H. Meneven. Epiſcopo,*
S. London. Epiſcopo.	*J. Landaven. Epiſcopo,*
T. Heref. Epiſcopo,	*... Bangorenſi Epiſcopo,*
S. Wygorn. Epiſcopo,	*... Aſſavenſi Epiſcopo.*
A. Wynton. Epiſcopo,	

Miriwedre, Domos, Molendina, & Stagna, Maneriorum prædictorum, ac Muros Parci noſtri ibidem, quotiens opus foret, reparari & emendari:

Ac Fœnum, & id, quod pro ſuſtentatione Ferarum noſtrarum ibidem oporteret inveniri, & Prata, infra Parcum prædictum, Foſſatâ, & vivâ Haiâ, includi:

Ac quandam Domum ultra Portam in novo Muro, inter dictum Manerium de Wodeſtok & Parcum noſtrum ibidem, de novo fieri:

Et quandam Cameram, vocata ROSAMOUND exaltari, & Criſtam Platam ejuſdem Cameræ de Maeremio & Plumbo cooperiri:

Ac unam Odam Calcis pro ſuſtentatione dictorum Maneriorum fieri:

Et Capita Stagnorum noſtrorum exaltari:

Ac Calceta, circa Maneria prædicta, quæ diruta & confracta extiterunt, reparari & emendari:

Et etiam quòd Fœnum, Avenas, & alia, quæ pro ſuſtentatione Equitii noſtri, in dicto Parco noſtro de Wodeſtok, neceſſaria forent, inveniri:

Et Vadia Cuſtodibus dicti Equitii noſtri ibidem; necnon quòd quinquaginta & tres Solidos, per Annum, cuidam Capellano, divina ſingulis diebus, infra dictum Manerium de Wodeſtok, celebranti; ac duobus Parcariis, & uni Janitori (cuilibet, videlicet, eorum duos Denarios per diem) & uni Gardinario unum Denarium per diem, ſolvi faceret:

Ac præfatus Willielmus, & ejus Locum tenens, virtute Mandati noſtri prædicti, diverſas Pecuniæ Summas circa præmiſſa appoſuerint, & præfatis, Cuſtodibus, Capellano, Parcariis, Janitori, & Gardinario, ſolverint, ſicut per diverſas Indenturas, indè inter ipſum Willielmum, vel ejus Locum tenentem, & præfatos, Adam & Ricardum, ac Rogerum Capellanum, Parcarios, Janitorem, & Gardinarium, ſupradictos (quas idem Willielmus penes ſe habet, ut dicit) pleniùs poterit apparere;

Vobis mandamus quòd, viſis Indenturis prædictis, de Summis, quas vobis conſtare poterit præfatum Willielmum, vel ejus Locum tenentem, circa præmiſſa, virtute Mandati noſtri prædicti, rationabiliter appoſuiſſe, & præfatis Cuſtodibus, Capellano, Parcariis, Janitori, & Gardinario, ſolviſſe, ut eſt dictum, in Firmâ ſuâ prædictâ, ad dictum Scaccarium debitam allocationem habere faciatis; recipientes ab eo Breve noſtrum prædictum, necnon Indenturas ſupradictas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo quarto die Octobris.

Quod Conventiones, Ordinationes, & Concordiæ, inter Reges Angliæ & Franciæ inchoatæ, maneant in Suſpenſo uſque ad Quindenam Sancti Michaelis.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Vaſc. 8. E. 3. m. 4. • IV. 630.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Willielmo de Clynton, Bartholomæo de Burgherſh, Willielmo Truſſel, & Johanni de Shordich, Militibus, Magiſtro Thomæ de Aſtleye, Eccleſiæ Sancti Pauli Londoniæ Canonico: Magiſtris, Ricardo de Chaddeſleye, Juris Canonici, Johanni de Offord, Juris * Civilis, Profeſſoribus: Magiſtris, Simoni de Stanes, & Auſtentio Jordani, Juris Peritis, Salutem.

Cùm nuper, per literas noſtras, omnes Treugarum & Pacum Conventiones, Ordinationes, & Concordias,

Inter, Excellentiſſimum Principem, Dominum Philippum, eâdem gratiâ, Francorum Regem illuſtrem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Anteceſſores ſuos, ex unâ parte, & Nos & noſtros, ex alterâ, quondam, & nuper, initas,

Effectualiter tenere & conſervare promiſerimus:

Et, per alias literas noſtras, vos aſſignaverimus ad dictas Conven-

Digitized by Google

deliĉtis quibuſcumque, contra dictum Conſanguineum noſtrum, & Anteceſſores ejuſdem, ipſorúmque Seneſcallos, & alios quoſcumque Officiales, Miniſtros, & Subditos, in omnibus, cognitionem veſtram in præmiſſis qualitercumque tangentibus, uſque ad Quindenam Sancti Michaelis proximò futuram, maneant in ſuſpenſo:

Mandantes vobis quòd dictas Conventiones, Ordinationes, & Concordias, & quæ ex earum tenore dependent, & poſſunt comprehendi aliquatenus in eiſdem, ſervari firmiter faciatis ſecundum earum vires, formas, & effectus, prout per vos, & alios à dicto Conſanguineo noſtro deputandos, contigerit declarari & etiam concordari:

Mandavimus enim omnibus Curiæ noſtræ Præſidentibus, Seneſcallis, Juſticiariis, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus noſtris, de Regno noſtro prædicto, & cæteris Terris Dominio noſtro ſubjectis, quòd vobis, & veſtrûm cuilibet, in præmiſſis, ſicut nobis, pareant & intendant, ac faciant ea quæ eis ſuper præmiſſorum executione injungetis, aut unus veſtrûm injunget, ex parte noſtrâ; ac etiam ſuperſedeant in omnibus cauſis & negotiis, & Judiciorum Executionibus, hujuſmodi cognitionem veſtram tangentibus.

In cujus, &c.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, quinto die Novembris, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo quarto, Regni verò noſtri Octavo.

• IV. 631. * *De Protectione & Conductu pro Nunciis Regis Franciæ.*

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Pat. 8. E. 3. p. 2. m. 9.

REX, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, ac ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon in ſalvam Gardiam noſtram, Venerabilem Patrem, Andream Epiſcopum Turnacenſem, & Hugonem Dominum de Bovill Militem, Nuncios, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & ipſorum Nunciorum Familiam, Equos, Herneſia, Res, & Bona ſua quæcumque, in veniendo ad Nos ubicumque fuerimus, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo:

Et ideò vobis mandamus, *&c. prout in Conſimilibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ, proximò futurum, duraturas.

Teſte Rege apud Rokeſburgh, primo die Decembris.

De Denariis, Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quouſque Rex aliud demandaverit, retinendis.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Fin. 7. E. 3. m. 2.

REX, Dilectis ſibi, Mercatoribus de Societate Bardorum, de Florentiâ, in Angliâ commorantibus, Salutem.

Cùm magnæ & diverſæ Pecuniarum Summæ nobis,

De Decimâ Quadriennali, Clero Angliæ per Dominum Johannem, nuper Summum Pontificem, jam defunctum, impoſitâ,

---

* *De Cuſtodia Caſtri Burdegaliæ Nicholao Uſus Maris commiſſa.* • IV. 631.

Ann. D. 1334. An. 8. E. 3. Vaſc. 8. E. 3. m. 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd commiſimus, Dilecto nobis, Nicholao Uſus Maris, Cuſtodiam Caſtri noſtri Burdegaliæ, & Officium Conſtabularii Burdegaliæ, Habendum, cum omnibus ad Officium illud pertinentibus, quamdiu nobis placuerit;

Ita quòd de Exitibus, inde provenientibus, nobis reſpondeat, & in Officio illo Feodum percipiat conſuetum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Rokeſburgh, decimo ſexto die Decembris.

Per Literam ipſius Domini Regis.

ET mandatum eſt Regenti Officium Conſtabularii Burdegaliæ, quòd eidem Nicholao prædicta Cuſtodiam & Officium, cum Clavibus, Rotulis, Papiris, Memorandis, & Omnibus aliis, Officium illud tangentibus, quæ in Cuſtodiâ ſuâ exiſtunt, per Indenturam, indè inter ipſos conficiendam, liberet.

Teſte ut ſupra.

Per eandem Literam.

ET mandatum eſt Omnibus Fidelibus & Subditis Regis Ducatûs Aquitaniæ, quòd prædicto Nicholao, tanquam Conſtabulario Regis ibidem, in Omnibus, quæ ad Officium illud pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes, in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per eandem Literam.

ET mandatum eſt Seneſcallo Xanctoniæ, Theſaurario Agenni, & omnibus aliis Ballivis Regis, in Ducatu prædicto, quod de omnibus Ballivis ſuis, & de hiis, quæ receperunt, & in quibus Regi tenentur, de tempore quo receperunt Ballivas ſuas ſeu Officia, de quibus alteri nomine Regis Finalem Compotum non reddiderunt, reſpondere, ſatisfacere, Finalem Compotum reddere, & obedire, ſine diffugio, curent Eidem.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per eandem Literam.

ET mandatum eſt Seneſcallo Regis Vaſconiæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore erit, aut eorum Loca tenentibus, quòd eidem Nicholao prædicta Cuſtodiam & Officium liberari faciat, regenda juxta tenorem Literarum Regis prædictarum.

Dat. ut ſupra.

Per Breve ipſius Domini Regis.

ET memorandum eſt quòd Johannes, Comes Cornubiæ, Frater Regis, Bartholomæus de Burgherſh, Reginaldus de Cobham, Guido de bello Campo, Johannes de Inſulâ, Johannes de Monte Gomerii, & Andreas de Sakevill, Milites: ac Willielmus Truſſel, & Guido Brian, manuceperunt coram Rege, apud Rokeſburgh, pro prædicto Nicholao, quòd ipſe benè & fidelitèr

ſenium, ſic dat eſſe rebus & diſpenſat ineffabili Providentia Munera Gratiarum, ſic Creaturarum Conditiones & Status ordinat, ac prout vult variat & diſponit, quòd Senſus Humanus, ejus Secreta Conſilia perſcrutari non valens, in horum conſideratione potiùs hebetatur, cùm ſint inveſtigabiles Viæ Domini, & Sapientiæ ſuæ Magnitudinem Humani non capiant Intellectus:

Facit enim Fortem ex Debili, Balbutientibus Eloquium tribuit, & ponit nonnunquam Humiles in Sublimi, plenam & perfectam habens ad ſingula, tanquam Palmo concludens omnia, Poteſtatem.

Sane,

Felicis recordationis, Johanne Papâ viceſimo ſecundo, Prædeceſſore noſtro, nuper, ſicut Domino placuit, ab hac luce ſubtracto, & ad Cœleſtem Patriam ab hujus Mundi Miſeriâ, ſicut piè credimus, evocato, ejuſque Corpore cum Exequiarum ſolennitate debitâ Tumulato,

Venerabiles Fratres noſtri, Epiſcopi, Presbiteri, & Diaconi, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (de quorum numero tunc eramus) pro futuri ſubſtitutione Paſtoris convenientes in unum, ſub deliberatione Conſilii, quam tanti Negotii qualitas exigebat, habito ſuper Electionis futuri Papæ celebratione Tractatu, licet conſentire potuiſſent in alios, Majorum claritate conſpicuos, & plurium Virtutum titulis inſignitos, tandem tamen, ad perſonam noſtram dirigentes unanimiter vota ſua, Nos ad Summi Pontificatûs Apicem, Divinâ Dignationis Clementiâ, evocârunt.

Nos igitur, noſtrarum inſufficientiam Virium, & Adminiſtrationis tàm arduæ Sarcinam, tantique Oneris Gravitatem intentâ conſideratione penſantes, intra noſtra præcordia, quid inter tot, diverſas, & varias, Seculi Fluctuationes & Pugnas agendum, quidque tenendum, quidve penſandum, exiſteret, animo duximus trepido reſolvendum.

Demùm verò, Spiritûs virtute reſumptâ, in illo, qui aſſurgit in Occurſum Timentium & Implorantium humiliter nomen ſuum, quique clementer in Semitis ſuis Greſſus Hominis perficit, inter hujuſmodi Cogitationum Fremitus, Anchoram Spei noſtræ fiximus ad ferendum, ſub ejus fiduciâ, Jugum Servitutis Apoſtolicæ, Imbecilles Humeros humilitèr ſummittentes.

Ac ſubſequenter Benedictionis & Coronationis Solemnia, & cætera, recepimus ſecundum morem ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, in Perſonis Romanorum Pontificum, Prædeceſſorum noſtrorum, hactenus obſervatum; anxiato & humiliato Spiritu Domino ſupplicando ut Ipſe, qui Nos Jugum hujuſmodi ſubire conceſſit, ſic ad ipſum portandum Debilitatem noſtram ſuæ Virtutis robore fulciat, ſicque illud faciat ſuâ benignitate portabile, quod ſub eo nos non contingat ex noſtrâ Debilitate deficere, ſed ita ſua Omnipotentia nobis, & Gregi Dominico, Vigilantiæ noſtræ commiſſo, potiùs proficere, quod de Talento, nobis credito, Dignam valeamus in extremo Judicio reddere Rationem.

Hæc autem, quæ ante Benedictionis & Coronationis noſtræ Solemnia nulli nunciavimus, tibi, Fili cariſſime, utpote illi quem Nos, & Eccleſia prælibata, ſpecialiter, inter alios Principes Or-
* IV. 634. bis * Terræ, Catholicæ Fidei Profeſſores, Brachiis ſinceræ Caritatis aſtringimus, primordialiter decrevimus intimanda.

Serenitatem itaque Regiam rogamus & obſecramus in Domino Jeſu Christo, quatinùs apud eum, qui Opus Imperfectionis abhorret, precibus devotis inſiſtas, ut, quod cœpit in nobis, ad tantorum Sarcinam Onerum, ad ſui Honorem & Exaltationem Nominis, ac Salutem Animarum nobis creditarum, divinitùs perficiat, æquanimiter & ſalubriter perferendam.

Ea, quæ ad honorem & beneplacitum ejuſdem Eccleſiæ, Matris tuæ, ac Libertatem Eccleſiaſticam, Statumque pacificum Regni tui regalis, noverit Circumſpectio pertinere, ſic ſinceris ſtudiis & promptis Effectibus nichilominus exequendo, quòd exindè tibi, apud Deum Retributionis Æternæ Præmium, & apud Homines

Nos,

Volentes præfatis, Cuſtodi & Pueris, de Vadiis ſuis prædictis ſatisfieri, prout decet,

Vobis mandamus, quòd eidem Cuſtodi Quadraginta Libras, pro hujuſmodi Vadiis dictorum, Cuſtodis & Puerorum, de Theſauro noſtro ſolvatis; vel Ei competentem Aſſignationem, ubi ſibi celeriter ſatisfieri poterit, habere faciatis.

Teſte Rege apud Rokesburgh, viceſimo ſexto die Januarii.

Per Concilium.

Pro Duce Britanniæ, de Reſpectu.

REX, Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Claus. 9. E. 3. m. 34. d.

Volentes, Dilecto & Fideli noſtro, Johanni Duci Britanniæ, & Comiti Richemundiæ, gratiam facere ſpecialem,

Dedimus Ei Reſpectum de Omnibus Debitis, quæ nobis debet ad Scaccarium prædictum, ex quacumque causâ, tàm de Debitis ſuis propriis, quàm de Debitis Anteceſſorum ſuorum, uſque ad Quindenam Sancti Michaelis proximo futuram.

* Et ideo vobis mandamus, quod eidem Duci Reſpectum illum habere faciatis in formâ prædictâ, & Dictrictionem, ſi quam ei eâ occaſione fieri feceritis, interim relaxari faciatis eidem. * IV. 635.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo ſexto die Februarii.

Pro Iſabella Comitiſſa de Marr.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. m. 44.

Volentes Iſabellæ, Comitiſſæ de Marr, nunc Uxori Galfridi de Moubray,

Quæ nuper, audito rumore quod Scoti, adinvicem Confœderantes, de Guerrâ contra nos ſurrexerunt, verſus partes Angliæ ſe traxerat, & infra Regnum noſtrum adhuc moratur ad Fidem noſtram,

Gratiam facere ſpecialem,

Conceſſimus ei omnia Bona & Catalla, quæ fuerunt præfati Galfridi, ubicumque infra Regnum noſtrum exiſtentia, & quæ, pro eo quod ipſum Galfridum dictis Scotis, Inimicis noſtris, dicitur adhæſiſſe, capta ſunt in Manum noſtram, habenda de Dono noſtro, in Auxilium Suſtentationis ſuæ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo ſecundo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro dicta Comitiſſa, de Dono Regis.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Roberto Darreys, & Stephano de Thoresby, Salutem. Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibidem.

Cùm nuper,

Dato nobis intelligi quod quamplures Homines de Comitatu Northumbriæ, diverſa Bona & Catalla, quæ fuerunt Galfridi de Moubray, qui Scotis, Inimicis & Rebellibus noſtris, contra Nos, ut dicitur, eſt Adhærens,

Et quæ Bona & Catalla ad Nos, ſi ita ſit, pertinere dinoſcuntur,

In diverſis locis, in Comitatu prædicto, ceperunt, & elongârunt, & ea detinent occupata,

Vo-

Voſque ſimiliter, poſt mortem præfatæ Comitiſſæ, tanquam Hæres ejuſdem, per aliqua tempora percepiſtis,

Et quod vobis, pro eo quòd vos Comitem nullatenus nominâſtis, detentum extiterit, ſicut per Certificationem Theſaurarii & Baronum de Scaccario noſtro, in Cancellariam noſtram ad mandatum noſtrum miſſam, pleniùs eſt compertum,

Nos,

Pro eo quòd Hæreditas, quæ fuit prædictæ Comitiſſæ, & Anteceſſorum ſuorum, & veſtrorum, Comitum Devoniæ, ad vos Jure deſcendit Hæreditario, & Hæreditatem illam tenetis in præſenti,

Volentes tàm noſtro, & Regni noſtri, quàm veſtro, Honori proſpicere in hac parte,

Volumus, & vobis mandamus rogando, quatenus, Nomen & Honorem Comitis aſſumentes, vos Comitem Devoniæ faciatis de cætero nominari;

Scientes quòd vobis dictum Feodum Annuatim ſolvi faciemus, prout Anteceſſoribus veſtris, Comitibus Devoniæ ſolvi conſuevit.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo ſecundo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Aſſumptione antedicta publicanda.

Ann. D. REX Vicecomiti Devoniæ, Salutem.

1335. Quia Hæreditas, quæ fuit Iſabellæ de Fortibus, Comitiſſæ

An. 9. Devoniæ, & Anteceſſorum ſuorum, Comitum Devoniæ, ad,

E. 3. Dilectum & Fidelem noſtrum, Hugonem de Courtenay Seniorem

Ibidem. Jure deſcendit Hæreditario,

Idémque Hugo Hæreditatem illam tenet in præſenti,

Nos,

Tàm noſtro, & Regni noſtri, quàm ipſius Hugonis, honori volentes proſpicere in hac parte,

Ipſum Hugonem Comitem Devoniæ fecerimus nominari, mandantes eidem quòd, Nomen & Honorem Comitis aſſumens, ſe Comitem nominet dicti loci.

Et ideò tibi præcipimus quòd, tàm in Comitatu tuo, quàm aliis locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, facias publicari quòd omnes, de cætero, præfatum Hugonem Comitem Devoniæ nominent, prout decet.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Poteſtate data Regi Scotiæ habendi Conſtabularium & Mareſcallum in Excercitu ſuo infra Regnum Angliæ.

Ann. D. REX, Vicecomitibus, & Omnibus aliis Ballivis, Miniſtris, &

1335. Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c.

An. 9. Salutem.

E. 3. Sciatis quòd,

Scot. 9. Cùm nuper conceſſerimus, Nobili Viro, Domino Edwardo,

E. 3. *m.* Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo,

43. Pro repulſione Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, in partibus Scotiæ, cum Excercitu ſuo tunc exiſtenti,

Quòd ipſe haberet Conſtabularium & Mareſcallum in Excer-

non in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, Triginta Perſonas de Scotiâ cujuſcumque ſtatûs vel conditionis fuerint, ac ipſorum Familias, veniendo infra Regnum noſtrum uſque Civitatem noſtram Eborum, & eam ingrediendo, ad tractandum cum dictis Nunciis ipſius Regis Franciæ ſuper aliquibus, eis per dictos Nuncios ex parte ipſius Regis Franciæ exponendis, ibidem morando, & exindè redeundo, prout in literis noſtris Patentibus, indè confectis, uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturis, pleniùs continetur,

Nos,

Ad requiſitionem dictorum Nunciorum, qui Tractatum pleniorem cum eiſdem Hominibus de Scotiâ, ſuper negotiis prædictis, apud Villam de Newerk, de noſtrâ licentiâ, habere ordinârunt,

Suſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, dictas Triginta Perſonas de Scotiâ, ac Homines de Familiâ ſuâ, in veniendo de Civitate prædictâ, uſque dictam Villam de Newerk, ex causâ Tractatûs prædicti, eam ingrediendo, ibidem morando, & exindè uſque partes Scotiæ redeundo;

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, ſub foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, ac omnium quæ erga Nos foriſfacere poteritis, mandamus, firmiter injungentes, quòd prædictas Triginta Perſonas de Scotiâ, ac Familias ſuas, nec non Equos & Herneſia ſua, in ſic veniendo uſque dictam Villam de Newerk, eam ingrediendo, ibidem morando, & exindè redeundo, ſicut prædictum eſt, manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, vel alicui eorum, ſeu ab aliis, quantum in vobis eſt, inferri permittentes, in Perſonis aut Rebus ſuis, injuriam, moleſtiam, dampnum, impedimentum aliquod, ſeu gravamen,

Set eis potiùs ſalvum & ſecurum Conductum, ſuis Sumptibus, cùm per vos tranſitum fecerint, & per ipſos, vel eorum aliquem, ſuper hoc requiſiti fueritis, habere faciatis,

Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari.

In cujus, &c. uſque ad dictum Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Cattywade, viceſimo ſecundo die Martii.

Per ipſum Regem.

* Et poſtmodùm,

Ad requiſitionem dictorum Nunciorum Regis Franciæ, qui apud Gedelyng morabantur, & qui ibidem cum dictis Scotis ple- * IV.

niorem Tractatum ſuper dictis negotiis, de licentiâ Regis, habere 638.

ordinârunt,

Dictæ Triginta Perſonæ habent literas Regis de Protectione & Conductu, veniendo de dictâ Villâ de Newerk uſque eandem Villam de Gedelyng, eandem ingrediendo, ibidem morando & exindè uſque ad partes Scotiæ redeundo, *&c. ut ſupra mutatis mutandis*, uſque ad dictum Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas,

Teſte Rege apud Notingham, primo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

factam, inveniret contrarium facientes, tunc eorum Libros & alia Bona ſua, in Villâ prædictâ inventa, ſine dilatione in Manum noſtram ſeiſiri, & Ea ſalvo, abſque diſtractione aliquâ, cuſtodiri faceret quouſque aliud indè duceremus demandandum.

Ac jam datum ſit nobis intelligi, quòd Magiſtri & Scolares in eâdem Villâ de Staunfordiâ, poſt Proclamationem & Inhibitionem noſtras prædictas, Actus Scolaſticos excercuerunt, & indies excercere non deſiſtunt,

Quodque idem Vicecomes Mandatum noſtrum prædictum, juxta vim & formam ejuſdem, non eſt, ut debuit, executus, undè turbamur, non immeritò, quamplurimùm & movemur,

Nos, nolentes præmiſſa taliter ſub diſſimulatione tranſire impunita, aſſignavimus vos ad hujuſmodi Inhibitionem præfatis Magiſtris & Scolaribus, in prædictâ Villâ de Staunfordiâ commorantibus, ex parte noſtrâ faciendum (videlicet, nè Studium aliquod ibidem tenere, vel Actus Scolaſticos excercere, præſumant ſub foriſfacturâ ſupradictâ) & ad certificandum nos, diſtinctè & apertè, cum omni celeritate, quâ fieri poterit, de nominibus Magiſtrorum & Scolarium, quos, poſt Inhibitionem noſtram prædictam, eis per vos factam, inveneritis contrarium facientes, ut ulteriùs, pro Punitione eorundem, in hâc parte fieri faciamus, quod de aviſamento Concilii noſtri fore videbimus faciendum;

Et ideò vobis mandamus quòd ad prædictam Villam de Staunfordiâ perſonaliter accedatis, præmiſſa omnia & ſingula faciatis & expleatis, in formâ prædictâ;

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro prædicto, quòd vobis, in præmiſſis faciendis, aſſiſtat, pareat & intendat:

• IV. 639. • Volumus enim omnibus & ſingulis, qui de Violentiis aut Injuriis, ſibi apud dictam Villam Oxoniæ illatis, coram Juſticiariis noſtris ibidem, ad hoc ſpecialiter deputatis, ſe conqueri voluerint, celerem Juſtitiam exhiberi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notyngham, viceſimo octavo die Martii.

Per ipſum Regem & Conſilium.

Proclamatio ſuper Statuto de Narratoribus Rumorum.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Clauſ. 9. E. 3. m. 30. dorſ.

REX Vicecomiti Eborum Salutem.

Cùm, inter cætera Statuta, Weſtmonaſterii, tempore Domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, Avi noſtri, de Communi Concilio & Aſſenſu Regni ſui edita, contineatur,

Quòd Nullus ſibi audaciam aſſumat dicendi vel narrandi Falſos Rumores vel Adinventiones, per quæ Diſcordia aliqua, ſeu Diſcordiæ, aut Scandali materia, inter Nos & Populum noſtrum aut Magnates Regni noſtri poterunt exoriri; & quòd, ſi quis hoc fecerit, ſtatim capiatur, & in Priſonâ detineatur, quouſque inveniat in Curiâ Illum, à quo Rumores hujuſmodi movebantur,

Jámque intellexerimus quòd nonnulli, de Regno noſtro, diverſos Falſos Rumores de ſeipſis adinveniunt, & eos in diverſis locis referunt & prædicant, & indies referre & prædicare non deſiſtunt, undè Diſſenſionis & Diſcordiæ materia inter Nos, & Magnates Regni noſtri, ac Populum noſtrum, de facili (quod abſit) poſſet provenire,

Nos, volentes Statutum prædictum inviolabiliter obſervari, & Malis & Periculis hujuſmodi præcavere, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè facias proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi,

Nè quis hujuſmodi Falſos Rumores narrare, vel prædicare quoquo modo, præſumat publicè vel privatè,

Et, ſi quos, poſt Proclamationem & Inhibitionem illas, inveneris hujuſmodi Rumores, vel alias Adinventiones, dicere vel prædicare, ſicut prædictum eſt, tunc Eos ſine dilatione capi, & in

bis foriſfacere poteritis, firmiter injungendo, Mandamus, quòd præfatis, Willielmo & Godefrido, ſeu dictis Sexaginta Hominibus de Scotiâ, aut eorum Servientibus, in Perſonis, aut Rebus ſuis, in ducendo prædictum Ricardum, ad • quamcumque Marchiam dicti Regni noſtri ipſum ducere voluerint, & exindè redeundo, non inferatis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis, Moleſtiam, Dampnum, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen. • IV. 640.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingham, ſecundo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Promiſſio facta Nunciis Regis Franciæ de non offendendo adhærentes Scotis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. m. 41.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, eâdem gratiâ, Epiſcopo Ebricenſi, &, Nobili Viro, Domino Petro de Tyerzlieu, Nunciis, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, & Conſanguinei noſtri cariſſimi, Salutem.

Cùm vos, ex parte præfati Conſanguinei noſtri, Nos requiſiveritis ut,

Cùm Epiſcopus Brechinenſis, & Thomas de Carnoto, Nuncii de Scotiâ,

Qui ad vos, infra Regnum noſtrum, de licentiâ noſtrâ, ad tractandum vobiſcum ſuper aliquibus, eis per vos, ex parte ipſius Regis Franciæ, intimandis, venerunt,

Vobis promiſerint, bonâ fide, quòd ipſi, citra Feſtum Paſchæ, proximò futurum, palàm & publicè facient proclamari, quòd ab eodem Feſto, uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximo futurum, nullus Scotus, ipſorum parti adhærens, offendat in Marchiis Angliæ, vel Scotiæ, Subditos noſtros, ſeu nobis adhærentes, in Perſonis, aut Bonis, ſub pœnâ corporis & bonorum,

Velimus conſimilem Proclamationem in Marchiis noſtris prædictis fieri jubere;

Nos,

Ad reverentiam præfati Conſanguinei noſtri, requiſitioni veſtræ in hac parte favorabiliter inclinati, promittimus, bonâ fide, quòd,

Factâ Proclamatione per prædictos Homines de Scotiâ, in Scotiâ & Marchiis ejuſdem, in formâ ſupradictâ,

Conſimilem Proclamationem,

Videlicet, nè aliquis Subditus noſter, & nobis adhærens, Homines de Scotiâ, parti ipſorum Nunciorum adhærentes, in Scotiâ, offendat in Perſonis, aut Rebus, ſub pœnâ corporis & bonorum, uſque ad dictum Feſtum Nativitatis Sancti Johannis,

In Marchiis noſtris prædictis, fieri faciemus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Notingham, quarto die Aprilis.

De non moleſtando Archiepiſcopum Cantuarienſem ſuper Bajulatione Crucis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Clauſ. 9. E. 3. m. 28. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem

Cùm, Venerabilis Pater, Johannes Archiepiſcopus Cantuarienſis, totius Angliæ Primas, ad Nos, ad Parliamentum noſtrum, quod jam apud Eborum ſummoneri fecimus, de Mandato noſtro, ſit venturus,

Nos,

Nolentes ipſum Archiepiſcopum Cantuarienſem, ſuper Bajulatione Crucis ſuæ ante ſe, perturbari,

Vo-

Digitized by Google

ras noſtras, ſpecialiter contingentibus, ſuumque Conſilium impendendum,

Nos,

Nolentes quòd idem Archiepiſcopus, ſuper Bajulatione Crucis ſuæ, veniendo ſic ad Mandatum noſtrum verſus dictum Parliamentum, ibidem morando, ſeu exindè redeundo, aliqualiter perturbetur,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ facias firmiter inhiberi,

Ne quis, ſub foriſfacturâ Omnium, quæ nobis foriſfacere poterit, præfato Archiepiſcopo, Crucem ſuam coram ſe deferri facienti, aut alicui de ſuis, in veniendo ad Nos ad dictum Parliamentum noſtrum, ibidem morando, ſeu ad partes proprias redeundo, dampnum, moleſtiam, impedimentum aliquod, inferat, vel gravamen:

Et nichilominus præfato Archiepiſcopo, cùm ad Ballivam tuam acceſſerit, occurras, & ipſum, ac Homines ſuos, per totam Ballivam tuam ſalvo & ſecurè conducas, non permittens, quantum in te eſt, eidem Archiepiſcopo, aut ſuis, ab aliquibus dampnum inferri aliquod, ut eſt dictum.

Teſte Rege apud Clipſton, viceſimo quarto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Conſimile Breve dirigitur Vicecomiti Eborum.

Littera in Hiberniam miſſa, pro Auxilio a Clero concedendo in Auxilium Guerræ ſuæ Scotiæ.

Ann. D. 1335. *An.* 9. E. 3. *Scot.* 9. E. 3. *m.* 36.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, ac Clero, & Populo ſuo, Hiberniæ, Salutem.

Sincera Domini Dilectio & grata Devotio Subditorum ſuos communicant ſic affectus, ut libenter alterutrim ſua ſupportent Onera, & in oportunitatibus ad Auxilia mutua ſint parati.

Cùm itaque, circa reprimendam Scotorum Malitiam, qui contra Nos de Guerrâ proditionaliter inſurgere præſumpſerunt, Mala quæ poterunt Nobis & noſtris indies facientes, Onera tàm gravia ſubivimus Expenſarum, quòd Theſaurus noſter plurimùm eſt exhauſtus, & adhuc, ut ipſorum Inimicorum noſtrorum propulſemus Injuriam, & Quietem Subditis noſtris præparemus, Infinitam quodamodo Pecuniam effundere nos oportet, quod ad præſens commodè facere non valemus, abſque Subſidio Gentis noſtræ,

Zelum perfectum & Affectum intenſum, quos ad noſtri conſervationem Honoris & noſtrorum defenſionem Jurium confidimus vos habere, excitamus ſpecialiter, & rogamus quatinus, gratâ conſideratione penſantes, quod in Neceſſitatis Articulo vera Dilectio comprobatur, nobis, de tali Subſidio, quod dantes deceat, & nobis
* IV. 642. gratum eſſe * debeat & acceptum, liberali promptitudine ſuccurratis, pro quo vobis univerſis & ſingulis vices gratas, annuente Domino, rependemus: Hoc autem, de ſolâ veſtrâ Liberalitate, nobis fieri petimus, iſtâ vice; nolentes quòd id, quod nobis in hac parte feceritis, trahatur aliàs in Exemplum; & quia eo foret no-

Hanc autem Requiſitionem noſtram, quam vobis ad præſens ob urgentem neceſſitatem facimus, ſic velitis adimplere, quòd, veſtro, & aliorum Fidelium noſtrorum, mediante præſidio, dictorum Inimicorum noſtrorum refrænetur Rebellio, & Honor noſter illæſus, Deo propitio, conſervetur.

Teſte Rege apud Cowyk, octavo die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Archiepiſcopis & Epiſcopis ſubſcriptis; videlicet,

Archiepiſcopo Dublin.	*Epiſcopo de Fernes.*
Archiepiſcopo Caſſalen.	*Epiſcopo de Leghlyn.*
Archiepiſcopo de Tuam.	*Epiſcopo de Leſſemore.*
Epiſcopo de Doune.	*Epiſcopo de Waterford.*
Epiſcopo de Corgners.	*Epiſcopo de Lymerk.*
Epiſcopo Midd.	*Epiſcopo de Corke.*
Epiſcopo Ardagh.	*Epiſcopo de Cloue.*
Epiſcopo de Kildare.	*Epiſcopo de Kyry.*
Epiſcopo de Ymlagh.	

---

* *Quod Magnates Hiberniæ ſubſcripti veniant ad partes Scotiæ cum Equis & Armis.* * IV. 643.

Ann. D. 1335. *An.* 9. E. 3. *Ibidem.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Jacobo le Botiller, Comiti de Ormund, Salutem.

Qualiter Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, contra Nos, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

De veſtris Probitate & Fidelitatis Conſtantiâ firmam fiduciam optinentes, Quòd pro conſervatione Honoris noſtri, & Jurium Coronæ noſtræ, juxta Ligeantiæ veſtræ debitum, nobis velitis aſſiſtere Auxiliis oportunis,

Vos affectuoſè Requirimus & Rogamus quatinus Equis & Armis, quanto decentiùs poteritis, vos paretis, ita quòd prompti ſitis & parati, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futuro, ad ultimum, ad proficiſcendum exindè, ad partes Scotiæ, in Comitivâ, Dilecti & Fidelis noſtri, Johannis Darcy, *&c. prout ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt omnibus & ſingulis ſubſcriptis ſeparatim; videlicet,

Mauritio Filio Thomæ Comiti de Deſſemond.

Simoni de Genevill,
Ricardo Tute,
Nicholao de Verdon,
Franciſco Feypo,
Henrico de Vernoill,
Ricardo Tyrel,
Johanni de Crany,
Reirico Filio Reirici,
Jordano de Ardis,
Johanni de Brit.
Richardo de Ardis,
} Militibus.

Digitized by Google

Matheo Filio Henrici, *David Filio David de Barry,* *Henrico de Maundevill,* *Edmundo de Bourke Abbynaght,* *Herberto de Sutton,* *Johanni de Cogan,* *Roberto Sauvage,*	
Irewere O Neel de Ulneſter, *O Conewhir de Conaght,* *O Breen de Moulveſter,* *O Mak Murghothe de Leyneſt.* *O Molaghelyn de Midd.* *O Morth de Leice,* *O Conwhor de Offali.* *O Raghele,* *Magoghgane,* *Hen. O Neel,* *O Hanlon,* *Mak Artane;* *Mak Dermot,* *O Shynagh,*	Principalibus Hibernicis.
Hugoni Tirel, *Galfrido Trivers;* *Roberto Cruce,* *Mahoun Cruce,* *Galfrido Britte,* *Roberto Laweles,* *Johanni Cruce del Nal,* *Johanni Graunſet,* *Johanni Haket,* * IV. 644. * *Johanni Filio Simonis de Cloutulkam,* *Arnaldo Clement,* *Ricardo Filio Willielmi,* *Michaeli Mongomery,* *Willielmo de Feryngla s,* *Petro Harald,* *Willielmo de Loundres,* *Herberto de la Mare,* *Johanni Tute de Somagh,* *Lucæ de Nettrevill,* *Henrico Cruce de Ottewell,* *Thomæ fiz Owyn,* *Henrico Dilboun,* *Roberto Tute,* *Johanni Filio Ricardi Tute,* *Willielmo Telyng,* *Miloni de Verdon,* *Waltero de la Hide,* *Ricardo Filio Richeri,* *Waltero de Leyns,* *Johanni de Clynton,* *Rogero Gernoun,* *Ricardo Taff de Laſcarton,* *Johanni de Haddeſſorce,* *Johanni Gernoun de Killyngole,* *Ricardo Taff de Caſtelomenaght.* *Gerandyn de Clynton,* *Petro de Cuſak,* *Roberto Fiz Morice,* *Willielmo le fiz Euſtace,* *Henrico de la Naſch,*	Armigeris.
Willielmo Bagot, *Nicholao Ulfe,* *Richardo Wittey,* *Hamundo de Stafford,* *Johanni de Sancto Johanne,* *Johanni de la Roche, fil. Georgii de la Roche,* *Reginaldo Nevel,* *Radulpho Meiler,* *Stephano Deirons,* *Miloni le Courcy,* *Willielmo de Barry de Raweram,* *Willielmo Fil. David de Barry,* *Ricardo de Wynchedon,* *Johanni Sarſefeld de la Belagh,* *Johanni Fil. David de Sarſefeld,* *Thomæ Fil. Ricardi Barret de Deſſemond,* *Willielmo Brisky,* *Ricardo le Bourke de Foroweth,* *Ricardo de Bourke,* *Johanni Deiceſtre Seigneur Albane,* *Willielmo de Prendregeſt,* *Roberto Gamard,* *Roberto Baret le fiz Batyn Baret,* *Willielmo Baret le fiz Richard Baret,* *Willielmo le Botiller,* *Thomæ Dolfyne,* *Johanni de Rideleſſord,* *Willielmo Fil Ricardi de Bourke,* *Theobaldo de Bourke,* *Reimundo de Bourke,* *Willielmo de Bourke de Albmaght.* *Johanni de Sauvage,* *Johanni de Maundevill,* *Radulpho Logan,* *Nicholao Taff.*	Armigeris.

---

* *De Subſidio in Civitatibus & Villis Hiberniæ faciendo.* * IV. 645.

REX, dilectis ſibi, Majori, Probis Hominibus, & toti Communitati, Civitatis ſuæ Dubliniæ in Hibernia, Salutem. Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. Ibid.

Qualiter Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, contra Nos, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Et, ad reprimendam hujuſmodi Maliriam, tàm Subſidio Hominum ad Arma, quàm Subſidio Pecuniario, ad præſens plurimum indigemus, de veſtræ Fidelitatis conſtantiâ firmam fiduciam reportantes, quòd, juxta Ligeantiæ veſtræ debitum, nobis in hujuſmodi caſu, pro conſervatione Honoris noſtri, & Juris Coronæ noſtræ, aſſiſtere velitis Auxiliis oportunis,

Vos affectuoſè rogamus quatinùs, conſiderato tantæ Neceſſitatis Articulo, nobis de tali Subſidio, tàm Hominum ad Arma, quàm alio Subſidio prædicto, ſubvenire velitis iſtâ vice, quòd exindè vobis in agendis veſtris, futuris temporibus, meritò efficiamur Promptiores; ſcientes quòd id, quod nobis in hac parte ſic feceritis, aliàs trahi nolumus in Exemplum:

Injunximus autem, dilectis & fidelibus noſtris, Johanni Darcy, Juſticiario, & Johanni de Ellerker juniori, Theſaurario, noſtris Hiberniæ, quòd erga vos pro præmiſſis inſiſtant; quibus, & eorum

Digitized by Google

tius, quo poteritis, certiores.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Comite Flandriæ ſuper Tranſgreſſionibus & Dampnis hinc inde illatis.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1335. De fidelitate & circumſpectione, Dilectorum & Fidelium
An. 9. noſtrorum, Willielmi de la Pole, Johannis de Cauſton, Williel-
E. 3. mi Fox, & Willielmi * de Preſton, plenam fiduciam reportantes,
Pat. 9. Ipſos, Tres, & Duos eorum (quorum præfatum Willielmum Fox
E. 3. p. 1. unum eſſe volumus) vel eundem Willielmum Fox per ſe deputa-
m. 19. mus, conſtituimus, & facimus noſtros Procuratores, Commiſſa-
* IV. rios, & Nuncios ſpeciales;
646. Dantes eiſdem, Willielmo, Johanni, Willielmo, & Willielmo, Tribus, & duobus eorum (quorum præfatum Willielmum Fox unum eſſe volumus) vel eidem Willielmo Fox per ſe, plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale,

Ad tractandum cum, Nobili Viro, Domino Lodowico, Comite Flandriæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ac Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & aliis Hominibus, Villarum de Bruges, de Gandano, & de Ipre, ſeu cum illis quos iidem, Comes, Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, & alii de Villis prædictis, loco ſui deputaverint, ſuper Tranſgreſſionibus, Dampnis, Injuriis, Roberiis, & aliis Maleficiis quibuſcumque, per Gentes & Habitatores Regni noſtri ex parte unâ, & Gentes & Habitatores Terræ Flandriæ ex alterâ, hinc inde illatis:

Promittentes nos Firmum & Stabile habituros quicquid per dictos Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios noſtros, Tres, vel Duos eorum (quorum præfatum Willielmum Fox unum eſſe volumus) vel eundem Willielmum Fox per ſe, Actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Cowyk, decimo ſexto die Maii.

Ad dictum Comitem, Litera recommendatoria pro Nunciis Regis.

Ann. D. REX, Nobili Viro, Lodowico, Comiti Flandriæ, Conſan-
1335. guineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affe-
An. 9. ctum.
E. 3. Cùm nuper inter Vos & certos Procuratores noſtros, ad vos
Claus. 9. miſſos, Concordatum fuiſſet, prout nobis per Literas veſtras re-
E. 3. m. ſcripſiſtis, quòd, citra Feſtum Pentecoſtes proximò futurum, mit-
26. d. teremus ad partes Flandriæ certas perſonas, ad tractandum & procedendum cum aliis, per vos deputandis, ſuper Dampnis & Injuriis, Hominibus noſtris & veſtris hinc indè, ut dicitur, factis & illatis,

Nos, volentes quæ ſic per Procuratores noſtros concordata fuerant, ut convenit, adimplere, mittimus ad partes præfatas, pro debitâ completione præmiſſorum, Dilectos & Fideles noſtros, Willielmum de la Pole, Johannem de Cauſton, Willielmum de Fox & Willielmum de Preſton, Procuratores noſtros, ſeu Nuncios, ad hoc ſpecialiter conſtitutos; Quos, & eorum Quemlibet, habere velit veſtra Dilectio commendatos, prout meliùs expedire videritis:

Ordinantes ut, ad nutriendum Dilectionem ſolitam & Communionem pacificam inter noſtros & veſtros Subditos (quas noſtris

REX, Nobili Viro, Dilecto & Fideli ſuo, Johanni, Duci Bri- Ann. D.
tanniæ, & Comiti Richemondiæ, Conſanguineo ſuo cariſſi- 1335.
mo, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. An. 9.
Ex Inſinuatione lamentabili, Dilecti nobis, Johannis Perbroun, E. 3.
de Magna Jernemuth, recepimus quòd, Ibid.
Cùm quædam Navis, ſua, vocata la Pater noſter, nuper, caſu fortuito, ſuper Coſteram de Garound in Britannia, periclitata fuit per Tempeſtatem maritimam & Quaſſata,

Set Quatuor Anchoræ dictæ Navis, unà cum Cordis & Appenditiis, per quoſdam Subditos veſtros ſuper dictam Coſteram, ut dicitur, ſunt inventæ, areſtatæ & detentæ, quas dicti Subditi veſtri præfato Johanni reſtituere non curarunt, ſuper hoc cum inſtantia requiſiti,

Nos, jacturæ ſuæ compatientes, ex intimis ſpecialiter vos rogamus, quatenus prædicto Johanni congruum faciatis fieri Remedium in præmiſſis, prædictos Subditos veſtros ad Reſtitutionem inventorum hujuſmodi, prout juſtum fuerit, compellendo; favorem talem dicto noſtro Subdito, & Proſequentibus pro eodem, exhibendo, qualem in caſu conſimili per nos velitis veſtris Subditis exhiberi.

Data apud Eborum, viceſimo ſexto die Maii.

Pro Comite de Julers, ſuper Penſione ſolvendâ. Claus. 9.
Dat. apud Eborum, viceſimo ſeptimo die Maii. E. 3. m. 24.

De Protectione pro quibuſdam de Comitiva Nunciorum Regis Franciæ.

REX, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & Omnibus Fideli- Ann. D.
bus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Sa- 1335.
lutem. An. 9.
Sciatis quod, E. 3.
Cùm, Dilectus nobis, Radulphus de Campionis, & Henricus Pat. 9.
de Monte Felici, de Normanniâ, E. 3. p.
Qui in Comitivâ, Venerabilis Patris, J. Abrincenſis Epiſcopi, 1. m. 18.
&, Nobilis Viri, Petri de Tierſlieu, Nunciorum, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, nuper ad Nos in Angliam miſſorum, venerunt,

Jam ſint ad propria de noſtrâ licentiâ redituri, ac indè pro quibuſdam negotiis in Regnum venturi, iteratóque ad propria redituri,

Suſcepimus ipſos, Radulphum & Henricum, *&c. prout in Literis de Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futuras, duraturas.

Teſte Rege apud Eborum, viceſimo nono die Maii.

Per ipſum Regem.

De Coronis Aureis invadiatis, in Theſaurariam reſtituendis. Ann. D.
1335.
REX, Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Paulo de Monte Flo- An. 9.
rum, Salutem. E. 3.
Mandamus vobis quòd, viſis præſentibus, verſus Londoniam, Claus. 9.
omni excuſatione ceſſante, vos transferatis, & illas duas Coronas E. 3. m.
Aureas, quas vobis pro Octo Milibus Marcarum, a vobis mutuò 22. d.
receptarum, nuper Invadiari fecimus, undè vobis plenè ſatisfactum * IV.
eſt, * Camerariis noſtris, quos ad partes illas mittimus ex hàc 648.
cau-

Digitized by Google

Ann. D. 1335. MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratia, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Muriciæ,
An. 9. Gehennæ, atque Algarbiæ, Regi, ac Comitatûs Molini Domino,
E. 3. Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. fœlicem reg-
Clauſ. nandi gloriam cum Salute.

9. E. 3. Dùm in gratæ reducimus conſiderationis examine Dilectionis
m. 19. d. ſinceræ conſtantiam & Subventionis promptitudinem, quibus, celebris memoriæ, Progenitores veſtri & noſtri ſe mutuo prævenerunt, deſiderabiliter appetimus hæc inter Vos & Nos noſtris temporibus adaugeri, voluntarii ſemper & parati perficere Quæ placentia noverimus votis veſtris,

Et, ut ſtatûs deſideratæ Proſperitatis veſtræ votivam citiùs certitudinem habeamus, Ecce! Dilectos & Fideles noſtros, Berardum de la Bret, Willielmum Filium Waryn, & Magiſtrum Gerardum de Puteo, Majorem Judicem Ducatûs noſtri prædicti, & Duos eorum, ad inſinuandum veſtræ Magnificentiæ Statûs noſtri continentiam (de qua nova fœlicia libenter, ut confidimus, audiretis) ad vos duximus tranſmittendos; Quorum, & Duorum eorum, Relationi fidem Credulam in hiis petimus adhiberi; per Quos etiam velit veſtra Serenitas nobis de Statu veſtro Placencia reſcribere, & vota veſtra fiducialiter aperire.

Vos diu conſervet in Proſperis Clementia Salvatoris.

Data apud Eborum, decimo quarto die Junii.

Procuratorium ad tractandum, cum Rege Caſtellæ, ſuper Sponſalibus.

Ann. D. 1335. UNiverſis, præſentes Litteras inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ,
An. 9. Salutem.

E. 3. De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum &
Pat. 9. Fidelium noſtrorum, Berardi de la Brette, Willielmi fitz Waryn,
E. 3. p. 1. & Magiſtri Gerardi * de Puteo, Judicis Majoris Ducatûs noſtri
m. 1. prædicti, plenariè confidentes,

* IV. 649. Ad tractandum & concordandum cum, Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sibiliæ, Cordubiæ, Murciæ, Gehennæ, atque Algarbiæ Rege, ac Comitatûs Molini Domino, Amico noſtro cariſſimo, ſeu Deputatis ab eodem, ſuper Sponſalibus, inter Filium Primogenitum dicti Regis Caſtellæ, & Iſabellam Primogenitam Filiam noſtram cariſſimam, contrahendis,

Necnon ſuper Dote, ſeu Dotalitio, ac Donatione, propter Nuptias in hac parte aſſignandâ,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerunt, quacumque firmitate vallandum & firmandum,

Prædictis, Berardo, Willielmo & Gerardo, & Duobus eorum, plenam tenore præſentium committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum, quatenus ad nos attinet, habituros quicquid per præfatos, Berardum, Willielmum, & Gerardum, & Duos eorum, Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Vallatum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Eborum, decimo quarto die Junii.

in Domino.

Ad Univerſitatis veſtræ Notitiam volumus pervenire, quòd Nos Portionem Terræ ſeu Comitatûs Provinciæ, quæ Jure Hæreditario Nos contingit, & quicquid nobis competit ex Succeſſione Patris noſtri & Matris noſtræ, cum Mero ac Mixto Imperio, & etiam Juriſdictione, & omnibus Juribus, omnibuſque Pertinentiis Portionis ejuſdem, ſeu Jus vel Jura, Actionem ſeu Actiones, nobis competentia in hac parte, ad petendum & aſſequendum hujuſmodi Portionem de Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ Primogeniti noſtri, atque Eadmundi, Comitis Leiceſtriæ, Filii noſtri, Conſilio & Expreſſo Conſenſu, kariſſimis Nepotibus noſtris, Thomæ & Henrico, Filiis prædicti Eadmundi, ex noſtrâ Liberalitate Donamus & Concedimus, ac Titulo Donationis Transferimus in eoſdem, inter eoſdem Nepotes noſtros, & eorumdem Hæredes, pro æquis Portionibus dividenda:

Si verò contingat alterum dictorum Nepotum abſque Liberis Legitimis, de ſuo Corpore procreatis, viam carnis ingredi Univerſæ, accreſcat Nepoti ſuperſtiti eo ipſo Portio taliter decedentis:

* Si verò (quod abſit) Ambos Nepotes præfatos abſque Liberis * IV.
Legitimis contingat in fata decedere, tota Portio memorata, cum 650.
omnibus pertinentiis ipſius & Juribus ſupradictis, & aliis quibuſcumque, ad Johannem, fratrem eorumdem, Thomæ & Henrici, poſtnatum, deveniat, quam ſimiliter eidem, in hunc eventum, Concedimus & Donamus.

Si verò Liberi præfati Edmundi, filii noſtri, jam Nati, & impoſterum Naſcituri, decederent ſine Liberis, de ipſorum Corporibus procreatis, Volumus & Ordinamus quod Tota dicta noſtra Hæreditas, cum omnibus ſuis pertinentiis, ad Hæredes noſtros Reges Angliæ revertatur.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium Sigillum noſtrum, unà cum Sigillis prædicti Regis, Primogeniti noſtri, & præfati Edmundi Filii noſtri, præſentibus eſt appenſum.

Dat. Menſe Madio, Anno Domini Mileſimo, Ducenteſimo, Octogeſimo ſexto.

Inſpeximus etiam Literas Patentes, quas, celebris memoriæ, Dominus E. quondam Rex Angliæ, Avus noſter, fecit in hæc verba,

Univerſis ſanctæ Matris Eccleſiæ Filiis præſentes Literas inſpecturis, vel audituris, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Salutem in Domino.

Noverit Univerſitas veſtra quòd Nos Donationem,

Quam reverenda Domina Alianora, Dei gratiâ, Regina Angliæ, Mater noſtra, fecit, kariſſimis Conſanguineis noſtris, Thomæ & Henrico ac Johanni, Filiis Edmundi Comitis Leyceſtriæ, Fratris noſtri, de Comitatu Provinciæ, & Rebus aliis, de Hæreditate Parentum prædictæ Matris noſtræ,

Secundum ipſius Donationis formam, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratam habemus pariter & Acceptam.

In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Dat. Menſe Madio, Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Octogeſimo ſexto, & Regni noſtri Quartodecimo.

Nos autem Donationem, Conceſſionem, Tranſlationem, Ratificationem, & Acceptationem, prædictas Ratas habentes & Gratas, eas pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, præfato Henrico, & Hæredibus ſuis, Concedimus & Confirmamus, ſicut Literæ prædictæ plenius teſtantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Newbourgh, decimo ſexto die Junii.

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

[illegible] ad [illegible], & ad ſubjecti nobis populi Pacem perpetuam & quietem.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Archiepiſcopis & Epiſcopis per Angliam & Walliam, mutatis mutandis.

De explorando, ſi quæ Naves in Portu de Caleys, ſeu alibi, paratæ exiſtant ad gravandum Gentes Regis, & de reſiſtendo eiſdem.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. m. 26.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Quia intelleximus quòd Scoti, Inimici noſtri, ac alii Malefactores de partibus exteris, ſe adinvicem confœderantes, quaſdem Naves in Portu de Caleys de Guerrâ parari fecerunt, & adhuc faciunt, ad gravandum & expugnandum Gentes noſtras, tàm per Terram, quàm per Mare, & alia Mala, quæ poterunt, inibi perpetrandum, dum Nos in partibus Borealibus, cum Fidelibus noſtris, moram trahimus, pro defenſione Regni noſtri contra Hoſtiles Scotorum Aggreſſus,

Nos,

Tuitioni & Salvationi Regni ac Populi noſtrorum undique providere, & Malitiæ Nos & noſtros gravare volentium obviare, prout aſtringimur, cupientes,

Vobis, firmiter injungendo, Mandamus quòd Statim, viſis præſentibus, & aliis omnibus prætermiſſis, diligenter modis, quibus meliùs poteritis, explorare faciatis, ſi hujuſmodi Naves apud locum prædictum, ſeu alibi ſupra Mare, verſus partes illas paratæ exiſtant ad Mala aliqua facienda nec ne:

Et, ſi aliquæ hujuſmodi Naves ex causâ prædictâ ſint paratæ, tunc tot Naves, de Portubus prædictis, tàm de illis quas nuper pro obſequio noſtro parari mandavimus, quàm de aliis, in eiſdem Portubus exiſtentibus, quot ad deſtruendum prædictas Naves de dictis partibus fore videritis oportunas, ſi nondum munitæ fuerint, Hominibus, Armaturis, & aliis neceſſariis, ſine dilatione muniri, & eas ſupra Mare mitti faciatis, ad reſiſtendum dictis Navibus Exteris, & ad ipſas, unà cum Hominibus, in Navibus illis exiſtentibus, areſtandum & capiendum, ſi Gentes noſtras, ſive per Terram, ſive per Aquam, gravare præſumpſerint, ut eſt dictum:

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac ſalvationem Regni & Populi noſtrorum prædictorum, diligitis, & vos indempnes ſervare volueritis, modis omnibus faciatis:

Damus autem vobis Plenam Poteſtatem capiendi omnes illos, quos in præmiſſis vobis Rebelles inveneritis, & Priſonis noſtris mancipandi, in eiſdem moraturos quouſque aliud indè duxerimus demandandum:

Mandavimus etiam Ballivis & Probis Hominibus Villæ noſtræ magnæ Jernemuth, quòd hujuſmodi Naves de eâdem Villâ, de Guerrâ paratas, ſupra Mare mittant ex causâ ſupradictâ.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

[illegible] Nicholai de Coitiler, & Johannis de Weſton, Mercatorum de Regno noſtro, nobis graviter conquerentium, quòd Johannes de Sanctâ Agathâ, & quamplures alii Malefactores, tàm de dicto Ducatu Normandiæ, & partibus Franciæ, quàm de Scotiâ, die Jovis proximo poſt Feſtum Paſchæ, proximò præteritum, quandam Navem Thomæ Cole de Hamele, vocatam la Litle Lecheuard, E. 3. m. 17. d.

Quam præfati Mercatores noſtri in Portu Villæ noſtræ Suthamptoniæ frectarunt, & Lanis, Coriis, & Pellibus lanutis, ac aliis Mercandiſis, & rebus ſuis diverſis, carcari fecerunt, ducendis exindè ad partes Normanniæ, ad commodum ſuum indè faciendum,

In ingreſſu Portûs de Seyn, in Normanniâ, hoſtiliter & armatâ Potentiâ inſultârunt, ac, Magiſtro & quampluribus Marinariis Navis illius nequiter interfectis, Octo Sarplarios Lanæ, Tres Sarplarios Pellium lanutarum, & Octingentos Florenos Reales, præfati Roberti, pretii Treſcentarum, & Quadraginta Librarum Sterlingorum,

Et Quatuor Sarplarios Lanæ, unum Sarplarium Pellium lanutarum, Ducenta & duo Coria Bovina, & Ducentos Florenos de agno, prædicti Johannis, pretii Centum, & Quinquaginta, & trium Librarum Sterlingorum, ac Sex Sarplarios lanæ, & tres Sarplarios pellium lanutarum prædicti Nicholai pretii Centum & Quinquaginta Librarum Sterlingorum,

Necnon Lectos, Robas, & alias Res, ac Bona, & Catalla ipſorum, Roberti, Nicholai, & Johannis de Weſton, ad valentiam Centum & Viginti Librarum Sterlingorum,

In eâdem Navi inventa ceperunt,

Navemque illam ac Batellum ejuſdem, cum toto apparatu dictæ Navis, pretii Sexaginta Librarum Sterlingorum, ſubmerſerunt, & Omnia Mercimonia, Res, & Bona, prædicta uſque Portum de Honnefleu, in dicto Ducatu Normanniæ, duxerunt,

Et quòd omnia Mercimonia & Bona prædicta recenter, poſt Roberiam prædictam ſic factam, per Ballivos veſtros de Rowan & de Caux, in eodem Ducatu Normanniæ, ibidem, ad Sectam Mercatorum noſtrorum prædictorum, petentium eadem Mercimonia & Bona, ab ipſis taliter ablata, eis reſtitui, areſtata fuerunt,

Quòdque præfatus Johannes de Sanctâ Agathâ, & alii Malefactores prædicti, prætendebant Guerram inter Nos & illos de Scotiâ motam fuiſſe, ipſoſque omnia Bona Hominum de Regno noſtro, quæ, durante Guerrâ illâ, adquirere * ſeu deprædari poſſent, poſſe licitè retinere, * IV. 653.

Per quòd præfati Ballivi veſtri certum diem, tunc futurum, dictis partibus ſuper dicto negotio aſſignârunt, ut, interim de Treugâ, ſive Sufferentiâ (quam præfati Mercatores noſtri aſſeruerunt inter Nos & illos de Scotia motam fuiſſe) certiorati, ulteriùs dictis partibus de præmiſſis facerent Juſtitiam exhiberi,

Eiſdem Ballivis veſtris, per Literas noſtras, ſignificaverimus quòd tempore, quo dicti Mercatores prætendebant Roberiam illam ſic factam eſſe, quædam Sufferentia,

Ad requiſitionem, Venerabilis Patris, Ebricenſis Epiſcopi, &, Nobilis viri, Petri de Tierz Lieu, Nunciorum, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ad Nos nuper in Angliam tranſmiſſorum, & ob reverentiam ipſius Conſanguinei noſtri,

Per Nos conceſſa fuit, & in locis, ubi decuit, proclamata,

Rogantes eoſdem quatenùs præfatis Mercatoribus noſtris, vel ipſo-

Digitized by Google

Ad Regem Franciæ ſuper Negotio prælibato.

Ann. D. 1335. *An. 9. E. 3. Ibidem.*

MAgnifico Principi, Domino Philippo, Dei gratia, Regi Francorum Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm nuper, ad Proſecutionem, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi* complementum, *& tunc ſic*,

Ac Nos poſtmodùm, pro eo quòd præfati Ballivi,

Quibus dicti Mercatores noſtri dictas Literas noſtras, ad diem, eis ſic aſſignatum, optulerunt, & penes ipſos cum omni diligentiâ inſtiterunt pro Juſtitiâ in hac parte optinendâ, Juſtitiam eis omnino facere recuſârunt, & magnam partem dictorum Bonorum ipſorum Mercatorum noſtrorum, ad Sectam ſuam ſic areſtatorum, dictis Malefactoribus, ante diem illum, contra Juſtitiam, & abſque Proceſſu aliquo, voluntariè liberârunt, ſicut ex ipſorum lacrimoſâ Querelâ accepimus iteratâ,

Præfatum Ducem, per alias literas noſtras rogaverimus ſpeciales, quatinus, auditâ Querelâ dictorum Mercatorum noſtrorum, vel ipſorum Attornatorum, ſuper præmiſſis, eiſdem Mercatoribus noſtris ſuper reſtitutione Mercimoniorum, Rerum, & Bonorum, ſuorum prædictorum, ſi extent: ſeu ſatisfactione Valoris eorumdem, ſi non extent; necnon ſuper recuperatione Dampnorum, quæ ipſos eâ occaſione docere ſe poſſent rationabiliter incurriſſe,

* IV. 654. velit * celerem & feſtinam Juſtitiam facere exhiberi,

Nos,

Statui prædictorum Mercatorum noſtrorum, qui occaſione Deprædationis prædictæ ad Paupertatem & Inopiam miſerabiliter ſunt deducti, compatientes,

Ac deſiderantes eiſdem, ut tenemur, modis, quibus juſtè poterimus, ſubvenire,

Credentéſque pro firmo ipſos, per veſtrum præſidium, Juſtitiam poſſe maturiùs conſequi in præmiſſis,

Magnificentiæ veſtræ ſpecialiter duximus ſupplicandum quatinùs dictum Ducem, ut ipſe dictis Mercatoribus noſtris, ſuper Reſtitutione Bonorum, ac recuperatione Dampnorum, prædictorum, ut præmittitur, fieri faciat celeris complementum juſtitiæ, modo, quo convenit, inducere & excitare dignemini zelo Juſtitiæ, noſtrorumque rogaminum interventu; ita, ſi placet, quòd non oporteat Nos, pro præfatis Mercatoribus noſtris, de alio Remedio providere.

Et quid indè, ad hujuſmodi rogatum noſtrum, facere volueritis, nos velitis per veſtras literas reddere certiores.

Data apud Karliol. ſexto die Julii.

De effrænata Wallenſium Levitate reprimenda.

Ann. D. 1335. *An. 9. E. 3. Clauſ. 9. E. 3. m. 16. d.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Thomæ, eâdem gratiâ, Epiſcopo Herefordiæ, Salutem.

Inter Solicitudines varias, quibus jam, agentes in Scotiâ, pro reprimendâ Scotorum, Inimicorum noſtrorum, Malitiâ, qui contra nos de Guerrâ proditionaliter ſurrexerunt, diſtrahimur his diebus, id præ cæteris occupat mentem noſtram, ut, nobis pro Republicâ ſic agentibus in remotis, inter cunctos ſubjectos nobis populos, & præſertim Homines Marchiæ Walliæ (ex quorum effrænatâ levitate viſa ſunt pluriès Mala plurima provenire) Pacis pulcritudo vigeat & quietis.

Sperantes itaque, per veſtræ Circumſpectionis induſtriam, Pacem noſtram in veſtrâ Diœceſe manuteneri poſſe meliùs & ſervari, Dilectionem ſolidam (quam ad nos confidimus vos habere) attentè rogamus, quatenùs dictam veſtram circumeuntes Diœceſem, Homines illarum partium efficaciter inducatis, ut, conſideratis Laboribus & Periculis, quibus, pro defenſione ſanctæ Eccleſiæ, ac in Perſonis aut Rebus ſuis, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, ſeu Impedimentum aliquod inferri, vel Gravamen.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Karliol, 12 die Julii.

Per ipſum Regem.

Pro Otone Domino de Kuyk, de Penſione ſua ſibi ſolvendâ.

Teſte Rege apud Karliol. 8 die Julii. Clauſ. 9. E. 3. m. 14.

---

* *De Poteſtate ad tractandum cum Rege Franciæ ſuper Litibus & Debatis.* * IV. 655.

UNiverſis, præſentes literas inſpecturis, Edwardus, &c. Salutem. Ann. D. 1335. *An. 9. E. 3.*

Noveritis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Willielmi Norwicenſis Epiſcopi, Thomæ Wake, Domini de Lidell, Abbatis de Dore, & Magiſtri Richardi de Bynteworth, Juris Civilis Profeſſoris, plenariè confidentes, *Pat. 9. E. 3. p. 2. m. 17.*

Ipſos, Tres, & Duos eorum (quorum præfatus Epiſcopus ſit unus) facimus, ordinamus, & conſtituimus, noſtros veros & legitimos Procuratores, & Nuncios ſpeciales,

Dantes Eis, Tribus, & Duobus eorum (quorum præfatus Epiſcopus ſit unus) Plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale tractandi, pro nobis, & noſtro nomine, cum Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Litibus, Querelis, Demandis, Controverſiis, Areſtis, ſeu Debatis, ac Adjornamentis, & Proceſſibus, in Curiâ ipſius Domini Regis pendentibus, necnon Petitionibus, & Actionibus, Realibus, & Perſonalibus, atque mixtis, quæ idem Dominus Rex erga Nos ſeu Subditos noſtros habet, vel habere poterit, vel Nos erga ipſum Dominum Regem, ſeu Subditos ſuos, ratione Terrarum noſtrarum in Ducatu prædicto, vel alibi exiſtentium, ſeu quacumque aliâ occaſione, habemus, vel habere poterimus quovis modo,

Et ad Omnia & Singula, quæ Tractata & Concordata fuerint, quacumque Firmitate vallandi,

Nec non Petendi, Stipulandi, Recipiendi, Retinendi, Componendi, Paciſcendi, Tranſigendi, & omnia alia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa, fuerint oportuna, etiam ſi Mandatum exigant Speciale:

Promittentes etiam pro nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum, & Firmum, habere & habituros quicquid per dictos, Procuratores, & Nuncios noſtros, Tres, & Duos eorum (quorum præfatus Epiſcopus ſit Unus) ut eſt dictum, geſtum, actum & factum, ſeu etiam procuratum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Dat. apud Karl. decimo octavo die Julii.

Ad tractandum ſuper Paſſagio ad Terram Sanctam.

UNiverſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Rege Franciæ Illuſtri, aut Deputandis ab eo, *& tunc ſic*, ſuper Paſſagio, vel Itinere, noſtro verſus Terram Sanctam, ac de Tempore & Modo arreptionis Itineris hujuſmodi, ac aliis dictum Paſſagium concernentibus, Ann. D. 1335. *An. 9. E. 3. Ibidem.*

Et

Digitized by Google

in Baionæ Portu & muniendis.

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Vaſc.* 9. *E.* 3. *m.* 4.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Princeps Magnificus, Edwardus, Rex Scotiæ, Fidelis & Conſanguineus noſter cariſſimus,

Audito quòd nonulli Homines, de Partibus Exteris, ad Procurationem Scotorum, Rebellium & Inimicorum ſuorum, magnum faciunt parare Navigium, ad ducendum in Scotiam Homines ad Arma, & Armaturas, ad ipſum Regem, & ſuos, hoſtiliter invadendum,

Nobis ſupplicaverit ut ſibi, tanquam Vaſſallo noſtro, velimus ſuper hoc de Remedio providere,

Nos,

Attentâ conſideratione penſantes, quòd non ſolùm noſtrum vertitur Intereſſe pro Salvatione Terrarum noſtrarum in Scotiâ, ſet etiam de Jure tenemur, ratione ſuperioris Dominii, quod in dicto Regno Scotiæ habere dinoſcitur, dicto Regi Vaſſallo noſtro, in defenſione Regni ſui, pro viribus ſubvenire,

Ac proindè volentes Inimicorum dicti Regis Malitiis obviare,

Aſſignavimus vos ad ſupervidendum Omnes Naves in Portu de Baionâ, & in Omnibus aliis Portubus dicti Ducatûs noſtri,

Et eas, quas neceſſarias fore videritis, areſtandum, & parari, ac de Validis Hominibus, & Armaturis, ac Victualibus, muniri, & ſupra Mare mitti faciendum,

Ad repellendum potentèr, per Dei gratiam, dictorum Inimicorum dicti Regis Scotiæ & noſtrorum, Malitiam, ſi dictum Regem Scotiæ, vel Regnum ſuum, invadere voluerint hoſtiliter vel gravare,

Et ad alia ſimiliter faciendum quæ neceſſaria, vel oportuna fuerint in hac parte, prout vobis ex parte noſtrâ pleniùs eſt injunctum.

Et ideò vobis mandamus, quòd præmiſſa conſultiùs, & diligentiùs, quo poteritis, faciatis, & Rebelles, ſi quos inveneritis in præmiſſis, condignè, juxta ſui demeritum, puniatis.

Teſte Rege apud Karliolum, viceſimo quinto die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Civitatem Baionæ, ſuper Navibus & Auxilio antedictis.

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Ibid.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori, Centum Paribus, & toti Communitati, Civitatis Baionæ, Salutem.

Claræ Devotionis Sinceritas & Amoris exuberantia ſpecialis, quibus in fidelitate Prædeceſſorum noſtrorum, & noſtrâ, ſemper inviolabiliter perſtitiſtis, Adverſitatibus ſeu Terroribus non cedentes, nobis meritò ſunt acceptæ; quas, cùm oportunitas arriſerit, gratè reſpicere volumus, ut eſt juſtum.

Verùm,

Quia Scoti perfidi, Rebelles & Inimici noſtri, cum Hominibus de Terris Exteris, ad gravandum Nos & noſtros, tàm per Mare, quàm per Terram, Confœderationes & Conventicula, ut accepimus, inierunt,

• IV. 657. * Expertam veſtræ Fidelitatis Conſtantiam attentè rogamus & mandamus, quatinus Naves veſtras Fortes parari faciatis celeriter

Et Jacobo Fakk, tàm ad dictam Villam de Rokesburgh, quàm ad dictas partes Franciæ, Quatuor Libras,

Et indè Literas Obligatorias prædictorum, Archiepiſcopi, Abbatis, Willielmi de Clynton, Johannis, Willielmi Truſſel, & Jacobi, penes ſe, ut aſſerunt, habeant,

Nos,

Volentes eiſdem Mercatoribus dictas ſummas ſolvi, ut eſt juſtum,

Vobis mandamus quòd præfatis Mercatoribus eaſdem Pecuniæ ſummas, per ipſos, ut præmittitur, ſolutas, de Theſauro noſtro ſolvi, vel eis indè competentem Aſſignationem habere faciatis; Recipientes a præfatis Mercatoribus Literas Obligatorias ſupradictas,

Prædictos, Archiepiſcopum, Abbatem, Willielmum de Clynton, Johannem, Willielmum Truſſel, & Jacobum, videlicet, quemlibet eorum de ſummâ, quam ſic recepit, onerantes.

Teſte Rege apud Karliolum, viceſimo octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

Pro Fratre Comitis de Namur, de Dono Regis.

REX, Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D.

Mandamus vobis quòd, Dilecto & Fideli noſtro, Philippo, 1335.

Fratri, Nobilis Viri, Comitis de Namur (qui nuper ad Nos, in *An.* 9.

Regno noſtro, in Subſidium noſtrum, contra Scotos, Inimicos *E.* 3.

& Rebelles noſtros, venit) unam Cuppam Argenteam, deauratam *Clauſ.* 9.

& aimelatam, cum quodam Aquario de conſimili opere, *E.* 3 *m.*

Necnon cuidam Militi, cum eodem Philippo moranti, quan- 10.

dam aliam Cuppam Argenteam, deauratam & aimelatam,

* Quæ in Theſaurariâ noſtrâ ſub Cuſtodiâ veſtrâ exiſtunt, • IV.

Liberetis habenda de Dono noſtro. 658.

Teſte Rege apud Erthe, tertio die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Pro Comite de Nemurs, ad propria jam recedente.

REX Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, & omnibus aliis Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Pat.* 9. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 24.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, Nobilem Virum —— Comitem de Nemurs (qui nuper ad Nos, infra Regnum noſtrum, in Subſidium Guerræ noſtræ contra Scotos Hoſtes noſtros, venir, & qui ad Propria jam eſt rediturus) necnon omnes Homines de Familiâ ejuſdem Comitis exiſtentes:

Et ideò vobis mandamus *&c. prout in Literis de Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futurum, duraturas.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, undecimo die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Digitized by Google

Mare congregatæ fuerunt,

Et quòd iidem Homines, cum Navibus illis, Regnum noſtrum hoſtiliter invadere, & Nos & Gentes noſtras expugnare & gravare, ac alia Mala, quæ poterunt, tàm per Terram, quàm per Mare perpetrare pro viribus ſatagebant,

Noſque ipſorum præſumptuoſæ Malitiæ obviare, & ſalvationi, & defenſioni Regni & Populi noſtrorum providere, Auxiliante Domino, cupientes,

Veſtrorum ſingulis mandaverimus, firmiter injungendo, quòd, ad diem & locum prædictos, perſonaliter intereſſetis, ad tractandum & ordinandum, unà cum cæteris Fidelibus noſtris, quos ibidem ad diem illum mittere nos continget, ſuper ſalvâ Cuſtodiâ & ſecurâ Defenſione Regni & Populi noſtrorum prædictorum, & ſuper quibuſdam aliis, Nos & Statum dicti Regni noſtri contingentibus, vobis, per dictos Fideles noſtros, ad eoſdem diem &

* IV. 659. locum, * per nos ſic mittendos, pleniùs exponendis,

Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Venerabilium Patrum, S. Londonienſis, & A. Wyntonienſis, Epiſcoporum, ac, Dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Laurentii Faſtolf, plenam fiduciam reportantes,

Aſſignavimus & deputavimus ipſos, conjunctim, & diviſim, ad intereſſendum, pro nobis & noſtro nomine, Tractatui prædicto, ad dictos diem & locum, cum continuatione dierum, & ad Intentionem noſtram, de memorato negotio, & ejus effectum vobis ſerioſiùs & pleniùs exponendum, & ad tractandum & ordinandum, unà vobiſcum, ſuper dicto negotio, prout ipſis & vobis, pro Honore noſtro Regio, & Commodo, ac Salvatione, & Defenſione, Regni & Populi noſtrorum prædictorum, necnon repulſione dictorum Alienigenarum, Hoſtium noſtrorum, meliùs & ſecuriùs videbitur expedire:

Et ideò vobis, Omnibus & ſingulis, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, mandamus, firmiter injungendo, quòd,

Tantis Periculis Iminentibus debitè ponderatis,

Conſiderato etiam quòd Nos in partibus Scotiæ agimus pro defenſione Regni noſtri contra ipſos Scotos, qui idem Regnum jam ex parte illâ ſæpiùs ſunt ingreſſi, & indies Nos & Populum noſtrum verſus partes illas de Guerrâ gravare nituntur,

Et quòd vos, & quilibet de Regno noſtro, ex Ligeantiæ & Fidelitatis Debito, ad defenſionem ejuſdem, contra Hoſtiles Alienigenarum Aggreſſus, Manus tenemini opponere Adjutrices,

Circa felicem expeditionem negotii prælibati taliter & tàm diligenter laboretis, & ea, quæ ſic ad Honorem noſtrum & Salvationem dicti Regni noſtri ordinata fuerint, prout ad vos & quemlibet veſtrûm pertinere noveritis, ſtudeatis effectualiter adimplere, quòd veſtram poſſimus circumſpectam Diligentiam, maximè in noſtrâ abſentiâ, meritò commendare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, duodecimo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Aſſignatis ad ducendum Homines Araiatos, pro Salvatione & Repulſione prædictis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibidem.

REX, Dilectis ſibi, Majori, Aldermannis, Vicecomitibus, & toti Communitati, Civitatis ſuæ Londoniæ, Salutem.

Quia, ex Fidedignis Nonnullorum Relatibus, noſtris eſt auribus intimatum quòd diverſæ Flotæ Navium Guerrinarum *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

indempnia ſervare voluerint, nullatenus omittant.

Teſte Rege ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De ducendo Comitem de Murryf, a Civitate Eborum, uſque Caſtrum Notinghamiæ.

REX, Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, Ann. D.
& aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad 1335.
quos, &c. Salutem. An. 9.

Sciatis quòd Nos, E. 3.

De circumſpectione & Fidelitate, Dilectorum & Fidelium no- Pat. 9.
ſtrorum, Nicholai de Langeford, & Johannis de Feriby, pleniùs E. 3. p. 2.
confidentes, m. 23.

Aſſignavimus ipſos, conjunctim, & diviſim, ad Comitem de Murrif, Scotum, Inimicum noſtrum, nuper de Guerrâ Captum, & in Cuſtodiâ Vicecomitis noſtri Eborum de mandato noſtro detentum, ab indè uſque Caſtrum noſtrum Notinghamiæ ſalvò & ſecurè ducendum, Conſtabulario noſtro Caſtri illius liberandum, ibidem in Priſonâ noſtrâ, ſalvo & ſecurè, quouſque aliud indè demandaverimus, cuſtodiendum;

Et ideò vobis omnibus & ſingulis, ſub foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, & omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungendo, mandamus, quòd eiſdem, Nicholao & Johanni, & utrique eorum, in Ductione ipſius Comitis, ut eſt dictum, Conſulentes, Auxiliantes ſitis & Intendentes, & eis, & eorum utrique, ſalvum & ſecurum Conductum habere faciatis, quotiens & quando per ipſos, vel eorum alterum, ſuper hoc fueritis præmuniti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, decimo tertio die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET mandatum eſt Vicecomiti Eborum, quòd Corpus præfati Comitis præfatis, Nicholao & Johanni, vel eorum alteri, per Indenturam, indè inter ipſos modo debito conficiendam, liberet, ducendum uſque Caſtrum prædictum, ſicut prædictum eſt;

Vult enim Rex ipſum, de Corpore illo, erga Regem exonerari.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

ET mandatum eſt Willielmo de Eland, Conſtabulario Caſtri Regis prædicti, quod Corpus præfati Comitis a præfatis, Johanne & Nicholao, vel eorum altero, recipiat, & illud in eodem Caſtro, ſub foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum quæ Regi foriſfacere poterit, Cuſtodiat in formâ prædictâ.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

De Denariis pro Expenſis Comitis Murreff ſolvendis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Clauſ. 9. E. 3. m. 9.

REX Vicecomiti Notinghamiæ, Salutem.

Cùm mittamus Comitem de Murref, de Scotia, nuper de Guerrâ contra Nos Captum, uſque Caſtrum noſtrum Notynghamiæ, in eodem Caſtro, ſub Cuſtodiâ Conſtabularii noſtri Caſtri illius, quouſque aliud indè ordinaverimus, detinendum,

Tibi

Digitized by Google

In Comitatu tuo, ſicut in cæteris Comitatibus Regni noſtri, mandaverimus proclamari, quòd omnes & ſinguli Homines, tàm Mercatores, quàm alii, dictam Terram & Patriam Flandriæ Inhabitantes, & infra Regnum & Poteſtatem noſtra venire volentes, infra eadem Regnum & Poteſtatem, per tempus ſupradictum, cum Rebus, & Mercimoniis ſuis, venire, & in eodem Regno morari, ac Mercimonia ſua ibidem excercere, & exindè ad Propria, pro voluntate ſuâ, redire valeant, ſine occaſione vel impedimento qualicumque; dùm tamen non delinquant, & faciant & ſolvant, pro Mercibus ſuis, Cuſtumas debitas & conſuetas in Regno ſupradicto:

Nos,

Dictam Sufferentiam ſive Treugam, ſic Captas & Concordatas, volentes in omnibus ſuis Articulis, quantum ad Nos attinet, manutenere,

Tibi ex certis cauſis præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, dictam Proclamationem, in ſingulis Portubus Maris, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, facias iterari; omnibus & ſingulis de Comitatu illo, ſub Pœnâ vitæ & Membrorum, ex parte noſtrâ firmiter Inhibentes, nè aliquibus Hominibus, de dictâ Patriâ Flandriæ, in Perſonis, aut Rebus ſuis, Dampnum inferant, ſeu Gravamen, contra tenorem Proclamationis noſtræ ſupradictæ; ſet Eos, & eorum quemlibet, Curialiter pertractent durante Sufferentiâ prædictâ; &, ſi quid Eis, vel eorum alicui, Foriſfactum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, quantum ad te pertinet, celeriter facies emendari;

Et hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, decimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, & aliis ſubſcriptis; videlicet,

Cuſtodi Quinque Portuum, vel ejus Locum Tenenti, infra Libertatem Quinque Portuum &c.

• IV. 662. ** Ad dictum Comitem ſuper Proclamatione prædicta.*

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Ibidem.* REX, Nobili Viro, L. Comiti Flandriæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

In deſideriis noſtris potiſſimè gerimus, & inſtantiâ pronæ ſolicitudinis excitamur, ut Agenda noſtra intentione Juſtitiæ refloreant, & conſtanti ſemper rectitudine roborentur.

Sanè, cùm inter Nos, pro noſtris Subditis, & vos, pro Subditis veſtris Flandriæ, ſuper quibuſdam Diſſenſionibus, inter dictos noſtros & veſtros Subditos ſuſcitatis, prætextu Dampnorum & Injuriarum, mutuò, ſicut prætenditur, illatorum, quædam Treuga, ſeu Sufferentia, uſque ad certum tempus capta ſit ex conſenſu mutuo, ſicut ſcitis,

Veſtræ volumus patere notitiæ, quòd dictam Treugam, ſeu Sufferentiam, quatenus ad Nos attinet, volumus, ſicut decet, in ſingulis ſuis Articulis firmiter obſervari, & id per totum Regnum noſtrum fecimus publicè proclamari:

Undè, ſi, præter noſtram conſcientiam, pendente dictâ Sufferentiâ, forſan aliqua Gravamina per Gentes noſtras veſtris Subditis inferantur, abſit quòd propter hoc Tractatus Pacis inchoatus & dicta Sufferentia aliqualiter diſſolvantur, ut ſic paucorum Perverſorum præſumptio in Publicam tranſeat Læſionem.

Nam, quotiens ad nos ſuper hoc Querelam deferri contigerit,

Hoſpitii Edwardi Comitis Ceſtriæ, Filii noſtri cariſſimi, Salutem. *An.* 9. *E.* 3.

Quia, propter diverſa Nova, quæ ad auditum noſtrum pervenerunt jam de novo, & quæ Nos & Statum Regni noſtri multipliciter tangunt, *Clauſ.* 9. *E.* 3. *m.* 10. *d.*

Volumus quòd dictus Comes, Dominus veſter, a partibus, in quibus jam converſatis, uſque ad aliquem tutum locum ducatur, ibidem moraturus quouſque aliud ſuper hoc duximus demandandum,

Vobis mandamus quòd ipſum Comitem, unà cum totâ Familiâ ſuâ, uſque * ad Caſtrum noſtrum de Notyngham, cum omni feſtinatione quà commodè fieri poterit ducatis, in eodem moraturum ſicut prædictum eſt: * IV. 663.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, decimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Super Expenſis Comitis de Murreff.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1335.

Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto & Fideli noſtro, Petro de Middleton, Vicecomiti noſtro Eborum, Triginta & Duos Solidos pro Expenſis Comitis de Murreff, in Cuſtodiâ ſuâ de mandato noſtro per Octo dies exiſtentis; videlicet, pro quolibet dierum prædictarum Quatuor Solidos. *An.* 9. *E.* 3. *Liberat.* 9. *E.* 3. *m.* 4.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, viceſimo die Auguſti.

Per Concilium.

Pro Militibus Comitis de Namours, de Dono Regis.

REX, Theſaurario, ac Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1335.

Liberate, de Theſauro noſtro, Militibus & Clerico ſubſcriptis, qui nuper ad Nos in Angliam cum, Nobili Viro, Comite de Namours venerunt, in Succurſum noſtrum contra Scotos, Inimicos noſtros; videlicet, *An.* 9. *E* 3. *Ibidem.*

Domino de Karendon, Quadraginta Marcas,

Domino de Walecourt, Viginti Marcas,

Domino de Licheroles, Decem Marcas,

Domino Theoderico de Walecourt, unam Cupam & unum Aquarium deaurata, Ponderis Sex Marcarum, Trium Solidorum, & Quatuor Denariorum, & Pretii Duodecim Marcarum, Sex Solidorum, & Octo Denariorum,

Johanni de Bovyne Clerico, Quadraginta Solidos,

Quæ quidem, Denarios, Cupam, & Aquarium, præfatis, Militibus & Clerico, ut præmittitur, Conceſſimus de Dono noſtro.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De Matrimonio inter Regem Norwegiæ, & Sororem Comitis de Namur. Ann. D. 1335.

REX, Univerſis & ſingulis Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Dominis, ac Magiſtris, & Marinariis Navium, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. *An.* 9. *E* 3. *Pat.* 9. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 24.

Pro David de Strabolgi Comite Atholiæ, de Terris captis reſtituendis.

Ann. D. REX Vicecomiti Hertfordiæ, Salutem.
1335. Cùm nos nuper,
An. 9. Intelligentes quòd, Dilectus & Fidelis noſter, David de Stra-
E. 3. bolgi, Comes Atholiæ, Scotis, Inimicis noſtris, contra Nos, ac
Clauſ. 9. Homagium, Fidelitatem, & Ligeantiam, quibus aſtrictus extitit,
E. 3. m. adhærens fuit,
9. Omnia, Terras, Tenementa, Bona, & Catalla, ipſius Comitis infra Regnum noſtrum, tanquam nobis foriſfacta, capi & ſeiſiri fecerimus in Manum noſtram,

Et quia præfatus Comes, jam ad Pacem noſtram veniens, Se debitè excuſavit quòd ipſe quicquam, in Statûs noſtri præjudicium, in hâc parte, nullatenus attemptavit, ſet illud, quod factum extitit, fecit pro mortis ſuæ periculo evitando, & honore noſtro Regio, futuris temporibus, conſervando,

Volentes præfato Comiti gratiam in hac parte facere ſpecialem, reſtituimus eidem Comiti omnia, Terras, Tenementa, & Poſſeſſiones ſuas, in Manum noſtram, occaſione prædictâ, ſeiſita, unà cum Bonis & Catallis, quæ fuerunt ejuſdem Comitis, & quæ ſuper eadem Terras & Tenementa, die confectionis præſentium, contigerit inveniri:

Et ideò tibi præcipimus quòd Omnia, Terras, & Tenementa, quæ fuerunt præfati Comitis, & quæ, præmiſsâ occaſione, capta ſeu ſeiſita fuerunt in Manum noſtram, quæ etiam alii tenent ex conceſſione noſtrâ, in quorumcumque Manibus exiſtunt, in Manum noſtram reſumi, & Ea, unà cum aliis Terris & Tenementis ipſius Comitis, in Manu noſtrâ, ex causâ prædictâ, exiſtentibus, eidem Comiti, ſimul cum Bonis & Catallis ipſius Comitis prædictis, ſuper dicta Terras & Tenementa ſua ſic inventis, reſtitui & liberari facias,

Tenenda dicta, Terras & Tenementa, prout ea tenuit ante captionem eorumdem, ut præmittitur, in Manum noſtram;

Volumus enim te indè, quatenus ad te pertinet, erga Nos exonerari.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, viceſimo quarto die Auguſti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus & Ballivis ſubſcriptis; videlicet,

Vicecomiti Lincolniæ,
Kantiæ,
Northumbriæ,
Norffolciæ,
Ballivis Libertatis de Werk in Tyndale.

De Navibus arreſtatis ad Regem indilate mittendis.

Ann. D. REX, Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.
1335. Cùm nuper,
An. 9. Dato nobis intelligi quòd Scoti, Hoſtes noſtri, Alligationes &
E. 3. Confœderationes cum quibuſdam Hominibus * Terrarum Extera-
Clauſ. 9. rum, necnon diverſas Naves, in eiſdem Partibus Exteris, congre-
E. 3. gari, & de Guerrâ parari, fecerunt ad invadendum hoſtiliter Reg-
m. 11. num noſtrum,
* IV. Omnes Naves, Quadraginta Dolia Vini & ultra Portantes, in
655. Portu Londoniæ, ac aliis ſingulis Portubus Regni noſtri, areſtari, & Hominibus Validis, ac Armaturis, & aliis neceſſariis de Guerrâ, muniri, & in Obſequium noſtrum ſupra Mare, pro defenſio-

aut negligentiam, Dampnum aut Dedecus Nobis, ſeu Regno noſtro, aut dictis Gentibus noſtris, non eveniat quoquo modo, per quod ad vos Materiam habeamus graviter capiendi:

Et Nos de eo, quod indè feceritis, ſub Sigillis veſtris, abſque dilatione aliquâ, certificetis.

Teſte Rege apud Villam Sancti Johannis, viceſimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Retinentia Guidonis Comitis de Namers.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D
Attendentes grata & laudabilia Obſequia, quæ, Dilectus & 1335.
Fidelis noſter, Nobilis Vir, Guido Comes de Namers, nobis im- An. 9.
pendit, & bonum locum, quem idem Comes nobis & Regno E. 3.
noſtro tenere poteſt in futurum, Pat. 9.
Ipſum Comitem, ad morandum nobiſcum, & Hæredibus no- E. 3. p. 2
ſtris, ad totam Vitam ſuam, prout in quâdam Indenturâ, inter m. 22.
Nos & Ipſum indè confectâ, plenius continetur, duximus retinendum,

Eique Quadringentas Marcas, percipiendas per Annum, ad Scaccarium noſtrum, ad totam vitam ſuam, pro Feodo ſuo,

Unam, videlicet, Medietatem ad Scaccarium noſtrum, Sancti Michaelis,

Et aliam Medietatem, ad Scaccarium noſtrum Paſchæ, conceſſimus per præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, viceſimo ſexto die Auguſti.

* *Indentura ſuper Retinentia pralibata.* * IV.
666.

CESTE ENDENTURE, Ann. D
Faite par entre le, Treſexcellent Prince, Seigneur Edward, 1335.
par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seigneur d'Irlaund, & An. 9.
Ducs d'Aquitain, d'une part, & le, Nobles homme, Monſieur E. 3.
Guy, Counte de Namers d'autre part, TESMOIGNE, Pat. 9.
Que le dit Counte eſt demurrez oue le dit Roi, & ſes Heirs, a E. 3. p. 2.
tote la vie le dit Counte, contre totes Gentz qe purront vivre & m. 22.
morir, & ad fait Homage au dit Roi par les Paroles qe s'enſuent,

Jeo devienk veſtre Homme de Vie, & de Membre, & de Terrien Honour, & vous ſerrai Foial & Loial, & Foi & Lealte vous porterai, contre Totes Gentz qe purront Viure & Morir; forpris le Duc de Braban, & les Countes de Henaud, Flandres, & Gelre.

Et le dit Counte vendra au dit Roi, & a ſes Heires, totes les Foits, q'il avera maundement de eux, oue deux Centz Hommes d'Armes, ou oue meindre nombre, ſelonc ceo q'il avera en mandement du dit Roi, ou de ſes Heirs, preſt a ſervir a eux, par la ou ils averont affaire, as Freez & Coſtz le dit Roi, & de ſes Heirs, contre Totes Gentz; forſpris le Quatre Perſones avant nomes.

Et le dit Counte prendra du dit Roi, & de ſes Heirs, pur ſon Fee, pur ſa demoere en la manere avantdite, Quatre Centz Marcs, as deux termes de l'An, c'eſt aſſavoir,

L'une Moite a la Feſte de Seint Michel preſchein avenir,

Et l'autre Moite a la Feſte de Paſque preſchein enſuant,

So-

Digitized by Google

An. 9. tem.
E. 3. Sciatis quòd,
Scot. 9. Cùm, Nobilis vir, Henricus Comes Montis Belligardi, Do-
E. 3. m. minus Montis Falconis in Burgundiâ (qui ad Nos in Angliam nu-
17. per venit) ad Nos, ad * partes Scotiæ, in Subſidium Guerræ no-
* IV. ſtræ ibidem, ſit venturus,
667. Suſcepimus ipſum Comitem, unà cum Hominibus de Familiâ ſuâ, in Protectionem & Defenſionem noſtram, nec non in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus, quòd ipſum Comitem, ac Homines ſuos prædictos, manuteneatis, *&c. prout in conſimilibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, triceſimo die Auguſti.

Pro Nunciis Regis Franciæ ad Regem venturis.

Ann. D. REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fide-
1335. libus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c.
An. 9. Salutem.
E. 3. Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem no-
Pat. 9. ſtram, ac ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon in ſal-
E. 3. p. vam Gardiam noſtram, Venerabilem Patrem, R. Epiſcopum Mo-
2. m. 21. rinenſem, &c, Nobilem virum, Johannem du Chasteller, Militem, Nuncios, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & ipſorum Nunciorum Familiam, in veniendo ad Nos, ubicumque fuerimus, infra Regnum noſtrum, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo:

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Epiſcopo & Johanni, *&c. prout in literis de Conductu.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Edenburgh, decimo ſexto die Septembris.

Per ipſum Regem.

Pro Egidio de Coucy.

Ann. D. REX Vicecomitibus, &c. necnon Cuſtodibus Paſſagiorum no-
1335. ſtrorum in Portubus noſtris, ad quos, &c. Salutem.
An. 9. Sciatis quòd,
E. 3. Cùm, dilectus nobis, Egidius de Coucy (quem, Excellentiſſi-
Ibid. mus Princeps, Dominus Philippus, Rex Franciæ Illuſtris, Conſanguineus noſter cariſſimus, in Angliam nuper miſit) ad dictas partes Franciæ jam ſit rediturus,

Suſcepimus ipſum Egidium, & Homines de Familiâ ſuâ, Res, & Bona ſua quæcumque, ſic redeundo ad partes illas, in protectionem & defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus quòd eidem, *&c. prout in ſimilibus literis de Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Edenburgh, decimo ſexto die Septembris.

Per ipſum Regem.

teneri,

Et, Dilecto nobis, Willielmo de la Pole (de cujus fidelitate & circumſpectione providâ confidimus) Cuſtodiam tàm Cambiorum eorumdem, quàm dicti Cambii apud Dovorriam, commiſerimus per ſe, ſeu per alios (quos ad hoc deputaverit, & pro quibus reſpondere voluerit) faciendi, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, ita quod de Exitibus, indè provenientibus, nobis reſpondeat ad Scaccarium noſtrum,

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Villâ & Portu dictæ Villæ Magnæ Jernemuthæ, ubi expedire videritis, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter faciatis inhiberi, nè quis Mercator peregrinus, Religioſus, ſeu alius quicunque, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerit, Cambium aliquod de Florenis, aut aliâ Monetâ, extra Regnum noſtrum deferendum, cum aliquibus Mercatoribus, ſeu aliis, Extraneis vel Privatis, aut alibi, quàm ad Tabulas prædictas faciat, clàm vel palam, ſub Forisfacturâ Auri ſeu Argenti, quod ſic alibi cambire fecerit, ſi de hoc fuerit Convictus.

Et vos præfato Willielmo, ſeu Illi, vel Illis, quem, vel quos, idem Willielmus, ad Cuſtodiam dicti Cambii, in Villâ prædictâ deputaverit loco ſui, pareatis & intendatis in his, quæ ad Cuſtodiam pertinent, Eiſque auxilium præbeatis, quotiens opus fuerit, & per ipſum Willielmum, & Deputandos ab eo, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti:

Et hoc nullatenùs omittatis.

Teſte Rege apud Edenburgh, viceſimo primo die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur Majori & Ballivis Civitatum & Villarum ſubſcriptarum; videlicet,

Majori & Ballivis Villæ Dovorr.
Majori & Vicecom. London.
Ballivis Villæ de Sancto Botholpho.
Ballivis Villæ de Kingeſton ſuper Hull.
Majori & Ballivis Villæ Novi Caſtri ſuper Tynam.
Majoris & Ballivis Civitatis Ciceſtr.
Majori & Ballivis Villæ de Hertilpole.
Ballivis Villæ de Scardeburgh.
Majori & Ballivis Civitatis Eborum.
Ballivis de Ravenſered.
Majori & Ballivis Lincoln.
Majori & Ballivis Villæ Sutht.
Ballivis Civitatis Norwici.
Majori & Ballivis Villæ de Lenn.
Ballivis Villæ de Gippewico.
Majori & Ballivis Villæ de Sandewico.
Majori & Ballivis Villæ de Wynchelſe.
Majori & Ballivis Briſtoll.

De Protectione pro Hominibus Comitis Juliacenſis ad propria Ann. D.
redituris. 1335.
An. 9.
REX Vicecomitibus, Ballivis, & omnibus aliis Miniſtris & E. 3.
Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, necnon Pat. 9.
Cuſtodibus Paſſagiorum in Portubus noſtris, ad quos, &c. Salu- E. 3. p.
tem. 2. m. 20.

Sciatis

Digitized by Google

An. 9. Salutem.
E. 3. Sciatis quòd,
Pat. 9. Cùm, Venerabilis Pater, Hugo Tricaſtrinenſis Epiſcopus, &,
E. 3. Dilectus nobis in Chriſto, Rolandus de Aſt, Canonicus Landu-
p. 2. m. nenſis, Domini Summi Pontificis Capellanus, ipſiúſque ſacri Pa-
20. latii Cauſarum Auditor, ad Nos, in Nuncium ipſius Domini Summi Pontificis, pro quibuſdam negotiis ſuis expediendis, in proximo ſunt venturi, ut accepimus,

Suſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, ac ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon in ſalvam Gardiam noſtram, Nuncios prædictos, & eorum Familiam, in veniendo ad Nos, ubicumque fuerimus, ibidem morando, & exindè ad Propria redeundo:

Et ideò vobis mandamus quòd eoſdem Nuncios, *&c. prout in conſimilibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Edenburgh, viceſimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Ad Comitem Namurcenſem, pro Incarcerato liberando.

Ann. D. REX, Nobili viro, Guidoni Comiti de Namurs, Amico ſuo
carisſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
1335. Eam de veſtræ Dilectionis ſinceritate fiduciam optinemus, quòd
An. 9. ea, quæ noſtris noveritis inſidere præcordiis, pronis Affectibus fa-
E. 3. cietis.
Clauſ. 9. Sanè cùm quidam, Jordanus de Staunford,
E. 3. m. Serviens Willielmi Tonnok, Marinarii noſtri de Novo Caſtro
7. d. ſuper Tynam,

Propter quædam ſibi Impoſita, quæ nobis, & noſtris, illatas Injurias propellendo, juſto dolore ductus, dicitur commiſiſſe,

In Villâ veſtrâ de Leſcluſes, veſtræ ſit Carcerali Cuſtodiæ mancipatus, Liberatio cujus inſidet merito cordi noſtro,

Specialiùs quo poſſumus vos rogamus, quatenùs, circa Liberationem ejuſdem celerem & felicem, ſic Manus velitis apponere favorabiliter Adjutrices, ut in Recommendato probetis quam erga Recommendantem geritis Sinceritatis Affectum.

Et, ſi ſuper Liberatione ſuâ, quod abſit, imineat difficultas, talem in Carcere ſibi faciatis Gratiam & Manſuetudinem fieri, qualem in Caſu conſimili velletis per nos veſtris ſpecialibus exhiberi.

Cauſam difficultatis hujuſmodi, ſi qua forſitan emerſerit, nobis, unà cum votis veſtris, quæ per nos fieri poterunt, reſcribentes.

Data apud Berewicum ſuper Twedam, ſexto die Octobris.

---

* *Conſimilis Litera ad Comitem Flandriæ.*

* IV. 670.
Ann. D. REX, Nobili & Potenti viro, Lodowico Comiti Flandriæ,
1335. Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, *&c. ut ſupra uſque ibi,*
An. 9. dicitur commiſiſſe, *& tunc ſit*, apud Leſcluſes in Flandriâ Carcerali
E. 3. ſit Cuſtodiæ mancipatus,
Ibid. Votivis affectibus vos rogamus, quatenùs eidem Jordano talem faciatis fieri, noſtri conſideratione, Gratiam & Favorem, Qualem in Caſu conſimili per Nos veſtris velletis Fidelibus exhiberi.

Quicquid enim ſibi feceritis in hâc parte, nobis reputabimus fore factum.

Dat. ut ſupra.

rarii noſtri dictæ Villæ de Berewico, qui pro tempore fuerit, Centum & Decem Marcas,

Unam, videlicet, Medietatem ad Feſtum Pentecoſtes,

Et aliam Medietatem ad Feſtum Sancti Martini,

Ita quòd idem Willielmus, & Hæredes ſui, HABEANT & TENEANT prædictos Quinquaginta Marcas, Decem Solidos, & Tres Denarios reſiduos, de dono noſtro, prætextu ſervitii ipſius Willielmi ſupradicti, quouſque eidem Willielmo, vel Hæredibus ſuis, de Viginti Libratis Terræ, per Annum, in Angliâ, in loco competenti, Habendis in Feodo, per Nos, vel Hæredes noſtros, fuerit proviſum,

VOLUMUS ETIAM ET CONCEDIMUS, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd, factâ Proviſione præfato Willielmo, ſeu Hæredibus ſuis, de prædictis Viginti Libratis Terræ, in formâ prædictâ, & habitâ indè liberatione & ſeiſinâ, idem Willielmus, & Hæredes ſui, prædicta, Villam, Piſcariam, & Molendina, cum pertinentiis, HABEANT ET TENEANT, REDDENDO indè Nobis, & Hæredibus noſtris, per Annum, per Manus Camerarii noſtri prædicti, Centum & Septem Denarios, per æquales portiones, ad Terminos ſupradictos.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, decimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

---

* *Pro Comite de Fyff de Gratia Regis ſpeciali.* * IV.
671.
REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus Dunca- 1335.
no Comiti de Fyff, quòd ipſe Manerium ſuum de Caldore, cum An. 9.
pertinentiis, in Comitatu de Edenburgh (quod de nobis tenetur E. 3.
in Capite, ut dicitur) DARE poſſit & CONCEDERE, Dilecto & Scot. 9.
Fideli noſtro, Thomæ de Fereres, HABENDUM & TENENDUM, E. 3. m.
ſibi, & Hæredibus ſuis, de nobis, & Hæredibus noſtris, per Ser- 9.
vitia indè debita & conſueta, IMPERPETUUM,

Et eidem Thomæ quòd ipſe Manerium prædictum, cum pertinentiis, à præfato Comite RECIPERE poſſit & TENERE ſibi, & Hæredibus ſuis, de nobis, & Hæredibus noſtris, per Servitia prædicta, IMPERPETUUM, ſicut prædictum eſt, tenore præſentium, ſimiliter Licentiam DEDIMUS ſpecialem:

Nolentes quòd prædictus Comes, vel Hæredes ſui, aut præfatus Thomas, vel Hæredes ſui, ratione præmiſſorum, per Nos, vel Hæredes noſtros, Juſticiarios, Eſcaetores, Vicecomites, aut alios Ballivos, ſeu Miniſtros quoſcumque, occaſionentur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, decimo die Octobris.

Per Concilium.

Pro Willielmo de Monte Acuto, de Conceſſionibus in Scotia.

REX Archiepiſcopis, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1341.
Attendentes grata & utilia Obſequia, quæ, Dilectus & Fidelis An. 9.
noſter, Willielmus de Monte Acuto, nobis hactenùs impendit, E. 3.
necnon Labores indefeſſos, quos idem Willielmus, circa noſtro- Scot. 9.
rum & Regni negotiorum directionem, non abſque grandi Ex- E. 3. m.
penſarum Onere, ſuſtinuit, & indies non deſiſtit multipliciter ſuſ- 8. cedul.
tinere,

Vo-

Digitized by Google

[illegible] dictum Scaccarium Berewici ſuper Twedam, dictas Triginta Libras, ad Terminos ſupradictos, per æquales Portiones, pro omni Exactione, Servitio, & Demandâ, ſicut prædictum eſt,

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
Johanne Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primate, Cancellario noſtro,
Henrico Lincolnienſi Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
Johanne de Warennâ Comite Surriæ & Suſſexiæ,
Ricardo Comite Arundell,
Henrico de Percy,
Roberto de Ufford,
Radulpho de Nevill, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud Berewicum ſuper Twedam, decimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Conſimilis Conceſſio facta præfato Willielmo, de Comitatu & Villâ de Pebles cum Pertinentiis.

De Proclamatione facienda ſuper Trenga inter Regem & Comitem Flandriæ.

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Clauſ.* 9. *E.* 3. *m.* 16. *d.*

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Cùm inter Nos, pro Nobis, & Gentibus noſtris, ex parte unâ, &, Nobilem Virum, Comitem Flandriæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, pro Se & Gentibus ſuis ex alterâ, quædam Sufferentia, ſive Treuga, *&c. prout ſupra, de dat.* 16 *Aug. uſque hæc verba; viz.*

Præfatuſque Comes proclamari fecerit per totam Poteſtatem ſuam, quòd omnes Homines, tàm Mercatores, quàm alii, Regnum noſtrum inhabitantes, ubique infra dictam Poteſtatem ſuam ſalvò & ſecurè venire, ibidem morari, & mercandiſare, & exindè ad propria, abſque Occaſione vel Impedimento, redire valeant, a prædicto decimo quinto die uſque ad dictum Feſtum, & ab eodem Feſto per Unum Annum proximò ſequentem (dum tamen non delinquant, & pro Mercibus ſuis ſolvant Cuſtumas conſuetas) ſicut Nobis eſt teſtificatum:

Nos,

Id, quod ad nos in hac parte pertinet, fieri volentes,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in ſingulis Portubus, & locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari facias, ex parte noſtrâ,

Quòd omnes & ſinguli Homines, tàm Mercatores, quàm alii, dictam Terram & Patriam Flandriæ Inhabitantes, & infra Regnum & Poteſtatem noſtra venire volentes, infra eadem Regnum & Poteſtatem noſtra, uſque ad dictum Feſtum Natalis Domini, & ab eodem Feſto per Unum Annum proximò ſequentem, cum Rebus & Mercimoniis ſuis, venire, & in eodem Regno morari, ac Mercimonia ſua ibidem excercere, & exindè ad Propria, pro voluntate ſuâ, redire valeant, ſine Occaſione vel Impedimen-

ſunt unanimiter Poteſtatem, uſque ad certi temporis ſpatium duraturam,

Promittentes illum in eorum & dicti Monaſterii Abbatem recipere & habere, quem ipſi, vel Sex eorum, de ſeipſis, vel aliis de Gremio prædicto dumtaxat, infra tempus hujuſmodi, ducerent eligendum.

Iidem vero Compromiſſarii, hujuſmodi Poteſtate receptâ, ſecedentes in partem, poſt diligentem habitum ſuper hoc ab ipſis tractatum, in eundem Willielmum Abbatem, Ordinem ipſum expreſſè Profeſſum, & in Sacerdotio conſtitutum, direxerunt unanimiter vota ſua,

Dictuſque Radulphus, ex Poteſtate, ſibi ab eiſdem Collegis ſuis conceſſâ, de mandato ipſorum Collegarum, & vice ſuâ, & Collegarum, ac Conventûs prædictorum nomine, ipſum Willielmum, infra dictum tempus, in Abbatem elegit Monaſterii ſupradicti,

Et deindè, per dictos Conventum Electione hujuſmodi concorditer acceptatâ, idem Radulphus dictam Electionem ſolenniter publicavit,

Ipſeque Willielmus Abbas, poſtmodùm Electioni hujuſmodi, de ſe factæ, illius ſibi præſentato Decreto, ad inſtantiam dictorum Conventûs, conſentiens, ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſit,

Et demùm, tàm ipſe Willielmus Abbas per ſe ipſum, quàm præfati Conventus per eorum certos Procuratores & Nuncios idoneos, ad nos propter hoc ſpecialiter deſtinatos, præſentantes nobis hujuſmodi Electionis Decretum, a nobis cum inſtantiâ petierunt ut Electionem hujuſmodi confirmare, de benignitate Sedis Apoſtolicæ, dignaremur, in præmiſſis omnibus ſtatutis a jure temporibus obſervatis:

Nos itaque Electionem ipſam, ipſiuſque Willielmi Abbatis Perſonæ merita, per, Venerabilem Fratrem, Petrum Epiſcopum Peneſtrenſem, &, Dilectos Filios noſtros, Imbertum, Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum, Presbiterum, ac Neapoleonem, Sancti Adriani, Diaconum, Cardinales, examinari fecimus diligenter,

Et, factâ nobis ab eiſdem, Epiſcopo & Cardinalibus, relatione plenariâ & fideli, quia prædictam Electionem invenimus de dicto Willielmo Abbate (Cui de Vitæ munditiâ, Religionis zelo, honeſtate Morum, Circumſpectionis induſtriâ, & aliis Virtutum Meritis, laudabile Teſtimonium perhibetur) canonicè celebratam,

Eam, de Fratrum noſtrorum Conſilio, Auctoritate Apoſtolicâ confirmavimus, ipſumque præfecimus eidem Monaſterio in Abbatem, Curam & Adminiſtrationem ipſius ſibi in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo, in illo, qui dat Gratias, & largitur Præmia, confidentes quòd, dexterâ Domini ſibi aſſiſtente propitiâ, præfatum Monaſterium per ſuæ Circumſpectionis induſtriam proſperè dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa.

Cùm itaque, Fili cariſſime, ſit virtutis opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus, pro Regis Æterni Gloriâ, venerari, Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus eundem Abbatem, & dictum Monaſterium Sancti Edmundi, ſuæ Curæ commiſſum, habens pro Apoſtolicæ Sedis & noſtrâ reverentiâ propenſiùs commendatos, ipſos benigni favoris Auxilio proſequaris, ita quòd idem Abbas, tuæ Celtitudinis fultus Auxilio, in commiſſâ ſibi Curâ ejuſdem * Monaſterii * IV. 674.
poſſit, Deo propitio, proſperari, ac tibi exindè a Deo Vitæ per-

ſauro noſtro, ex mutuo hujuſmodi, liberetis; Recipientes ab eodem Thomâ Literas Obligatorias dicti Regis, de dictis Treſcentis Libris nobis ſolvendis.

Teſte Rege apud Berewycum ſuper Twedam, decimo ſexto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Poteſtate tractandi cum Andrea de Murref ſuper Guerrarum Diſcordiis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. m. 7.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.
Noveritis quòd Nos,

De fidelitate & circumſpectione provida, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, Roberti de Ufford, & Radulphi de Nevill, pleniùs confidentes,

Damus eiſdem, Willielmo, Roberto, & Radulpho, ac Duobus eorum, Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem,

Ad loquendum, tractandum, & concordandum pro Nobis, & noſtro nomine, cum Andreâ de Murreff, de Scotiâ Milite, pro Se, & ſibi Adhærentibus, ſuper Guerrarum Diſcordiis, Diſſenſionibus, & Controverſiis quibuſcumque, inter Nos, & Gentes noſtras, ac præfatum Andream, & ſibi Adhærentes, qualitercumque motis,

Et ad omnia & ſingula, quæ in præmiſſis locuta, tractata, & concordata fuerint, quacumque firmitate Vallandi & Roborandi, prout pro Honore noſtro meliùs fore viderint faciendum:

Promittentes nos Ratum & Firmum habituros quicquid per præfatos, Willielmum, Robertum, & Radulphum, vel Duos eorum, Actum, Tractatum, Concordatum, Vallatum, & Roboratum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Dodyngton, primo die Novembris.

Per ipſum Regem.

---

* IV. 675.

** De Treuga Andreæ de Murreff & ſibi Adhærentibus conceſſa.*

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibid.

REX Univerſis & ſingulis, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd, ob certas cauſas, conceſſimus Andreæ de Murreff, de Scotiâ Militi, & ſibi Adhærentibus, quandam Treugam, ſive Sufferentiam Guerræ, uſque ad diem Dominicam in Craſtino Sanctæ Katerinæ Virginis, proximò futuro, duraturam:

Nolentes quòd præfato Andreæ, ſeu dictis ſibi Adhærentibus, Dampnum, Moleſtiam, aut Gravamen aliquod, per Nos, aut Gentes noſtras, aliqualiter inferantur, durante Treugâ, ſive Sufferentiâ, ſupradictâ.

In cujus, &c. per tempus prædictum duraturas.

Teſte Rege apud Alnewyk, octavo die Novembris.

Per ipſum Regem.

Prorogatio Treugæ, Andreæ de Murreff & ſibi Adhærentibus conceſſæ.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibid.

REX Univerſis & ſingulis, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,

Cùm nuper conceſſerimus Andreæ de Murreff, de Scotiâ Militi, & ſibi Adhærentibus, quandam Treugam, ſive Sufferentiam

Pro Comite Juliacenſi ſuper Expenſis ſolvendis.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Liberat. 9. E. 3. m. 2.

REX Theſaurario, & Camerariis, ſuis Salutem.
Mandamus vobis quòd, Dilecto & Fideli noſtro, Comiti Juliacenſi,

Qui nuper ad Nos, in Subſidium Guerræ Scotiæ, venit, & quem, poſt receſſum noſtrum a partibus Scotiæ, Moram ſuam infra Regnum noſtrum, ex certis cauſis, ad voluntatem noſtram, facere rogavimus,

* IV. 676.

* Cui etiam Decem Marcas, pro Expenſis ſuis Diurnis, pro ſingulis Diebus, quibus ſic Moram faceret, conceſſimus percipiendas,

Id, quod ſibi a retro eſt de hujuſmodi Expenſis ſuis Diurnis, a die Lunæ, proximo ante Feſtum Sancti Michaelis, proximo præterito, huculque,

Et hujuſmodi Expenſas Diurnas exnunc, quamdiu idem Comes ſic Moram fecerit infra Regnum noſtrum, de Theſauro noſtro ſolvatis, vel quouſque aliud a nobis ſuper hoc habueritis in mandatis.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, decimo ſexto die Novembris.

Per ipſum Regem.

Ad Archiepiſcopum Colonenſem ſuper Vino Rhenenſi in Angliam tranſmittendo.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Clauſ. 9. E. 3. m. 6. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Domino W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo & Comiti Coloniæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Sincera Nos movet Affectio, quam ad perſonam, Dilecti Valetti noſtri, Johannis de Coloniâ, ſuis exigentibus Meritis, & impenſis nobis acceptis Obſequiis, optinemus, ut eidem, in agendis, Amicorum noſtrorum favorem & Gratiam procuremus.

Sanè, cùm idem Johannes Triginta Dolia, ſeu Plauſtratas, Electi Vini Rynenſis jam, ut intelleximus, emerit in partibus Alemanniæ, infra Regnum noſtrum, duce Domino, tranſmittenda, ſpecialiter vos rogamus quatenus præfatum Johannem, ſervientes, ſeu Miniſtros ſuos, prædictum Vinum, per Diſtrictus & Loca veſtra, verſus dictum Regnum noſtrum, liberè & ſecurè, cariare & ducere velitis, optentu noſtri, benignè permittere, a præſtatione Cuſtumæ ſeu Exactione qualibet, ſi placuerit, abſolutum; ſignificantes nobis, ſi quæ facere poterimus vobis grata.

Data apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo die Novembris.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Nobili & Potenti Viro W. Comiti Hanoniæ, Holandiæ, Sylowdiæ, & Domino Friſiæ.
Nobili & Potenti Viro R. Comiti de Gelre.

De Treuga Scotis, ad inſtantiam Papæ & Regis Franciæ, conceſſa.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Scot. 9. E. 3. m. 7.

REX Univerſis & ſingulis, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,

Ad Inſtantiam & Solicitam Requiſitionem, Venerabilium Nunciorum, Sanctiſſimi Patris, Domini B. Summi Pontificis, ac, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, jam ad nos in Angliam, ſuper Negotio Scotiæ, & aliis certis de Cauſis, tranſmiſſorum, ac

ob

Digitized by Google

Cùm Nos, ad Inſtantem & Sollicitam Requiſitionem, Venera-
E. 3. m. 6. bilium Nunciorum Sanctiſſimi Patris, Domini B. Summi Pontificis, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Nos, ad Iteratam Requiſitionem Nunciorum prædictorum, ſuscepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ſex Perſonas de Scotiâ, cujuſcumque Statûs ſeu conditionis fuerint, veniendo, cum Quadraginta Hominibus Equitibus in Comitivâ ſuâ, infra Regnum noſtrum, uſque Villam noſtram Novi Caſtri ſuper Tynam, & eandem Villam ingrediendo, ad tractandum cum Nunciis prædictis ibidem ſuper aliquibus, ipſos & alios Homines de Scotiâ contingentibus, ibidemque morando, & exindè ad propria redeundo:

Et ideo vobis, *&c. prout in Conſimilibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c. per tempus prædictum duraturas.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo tertio die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Protectione pro Andrea de Murreff & aliis, ut ſupra.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibidem.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi,*

Nos, ad Iteratam Requiſitionem Nunciorum prædictorum, ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, Andream de Murreff, Willielmum de Keth, Robertum de Lowethre, & Willielmum Douglas de Scotiâ, & eorum quemlibet, vel Quatuor, aut Sex alias Perſonas de Scotiâ, cujuſcumque Statûs ſeu Conditionis fuerint, cum Quadraginta Hominibus Equitibus in Comitivâ ſua, veniendo infra Regnum noſtrum, apud Villam Novi Caſtri ſuper Tynam, & eandem Villam ingrediendo, ad tractandum ibidem cum Nunciis prædictis, ſuper aliquibus, ipſos & alios Homines de Scotiâ contingentibus, ibidemque morando, & exindè redeundo:

Et ideo vobis, *&c. prout in Conſimilibus Literis.*

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Curſore Nuncii Regis Franciæ.

Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Pat. 9. E. 3. p. 2. m. 7. * IV. 678.

REX Omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Johannes de Calſeto, Curſor, Venerabilis Patris, R. Epiſcopi Morinenſis (qui nuper ad Nos infra Regnum noſtrum, in Nuncium, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Conſanguinei * noſtri cariſſimi, venit) ad partes Tranſmarinas, pro quibuſdam Negotiis ipſum Epiſcopum, de Mandato ipſius Epiſcopi, & licentiâ noſtrâ, ſit profecturus, & exindè ad eundem Epiſcopum infra Regnum noſtrum rediturus,.

Suſcepimus ipſum Johannem, Res, & Bona ſua, quæcumque, ſic eundo ad partes prædictas, & exindè redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideo vobis mandamus, *&c. prout in Literis de ſalvo Conductu.*

pientes a præfatis Nunciis Literas ſuas Patentes, Recepcionem dictæ ſummæ Teſtificantes, per quas vobis indè, in dictis Mille & Centum Marcis, debitam exonerationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Aucland, duodecimo die Decembris.

Pro Comite de Julers & aliis, de Dono Regis.

COnſimilia Mandata diriguntur præfato Magiſtro Paulo, pro ſubſcriptis, de ſummis ſubſcriptis, ſeparatim mutatis mutandis; videlicet, Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Ibid.

Nobili Viro Comiti Juliacenſi de Ducentis & ſex Libris, treſdecim Solidos, & quatuor Denariis.

Teſte Rege apud Aucland, duodecimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Præpoſito Aquenſi de Centum Marcis,

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Matheo Stumble, & Socio ſuo, Militibus, de Viginti Libris, videlicet, utrique eorum Decem Libras.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

** Litera miſſa Regi Armeniæ.* * IV. 679.

MAgnifico Principi, Domino Leoni, Dei gratia, Armeniæ Regi Illuſtri, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratia, Rex Angliæ, &c. Salutem, & ſuper Incredulos, Bella peragendo Dominica, magnificè triumphare. Ann. D. 1335. An. 9. E. 3. Rom. 9. m. 2. d.

Regiæ Serenitatis Literæ per, diſcretum Virum, Georgium Siglike Militem, veſtræ Celſitudinis Nuncium, noſtris præſentatæ conſpectibus, ipſiuſque circumſpecta Relatio (Cui fidem petiviſtis pleniùs adhiberi) mixturam Amaritudinis & Lætitiæ noſtris ſenſibus intulerunt.

Amaricabat ſiquidem noſtri cordis intima gravis Infidelium Perſecutio; Cui Regnum veſtrum, juxta relationem hujuſmodi, ſubicitur hoſtiliter his diebus:

Set, ex eo Conſolationis Spiritum reſumpſimus, quòd contra Prophanæ Gentis Perfidiam, in Defenſionem Chriſtianæ Fidei, magnanimiter vos opponitis juxta vires; ex quo Beatos vos dicent omnes Generationes, ſi ſic, cum Incrementis Felicibus, ad Repreſſionem Hoſtium Fidei laboretis.

Et profecto, dùm noſtræ Conſiderationis occurrit obtutibus qualiter, per Aggreſſus Infidelium hujuſmodi, Fines Chriſtianorum, in Redemptoris noſtri Contumeliam, non ſine Verecundia Catholicorum Principum, invaduntur, nimirùm ignis in noſtris meditationibus exardeſcit, & ad relevanda tanta diſcrimina noſter, præ cæteris omnibus, ſuſpirat Affectus: ad quod, Ceſſantibus quibuſdam Impedimentis neceſſariis, quæ nos adhuc retrahunt (novit Altiſſimus) & Invictos interponemus, Conflatis viribus, partes noſtras; & id erit in proximo, Deo Duce.

Super quo præfato Militi, veſtro Secretario, mentem noſtram pe-

[illegible] Aqua-
rium:
Liberari faciatis Habenda de Dono noſtro.
Teſte Rege apud Aukeland, decimo quarto die Decembris.

---

* IV. 680. *Procuratorium ad tractandum ſuper Confœderationibus cum Coloniæ Archiepiſcopo, necnon Brabantiæ, Hanoniæ, & Gelriæ, Comitibus.*

Ann. D. REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.
1335. Sciatis quod Nos,
An. 9. De fidelitate & circumſpectione providâ, Nobilium Virorum,
E. 3. & Dilectorum, & Fidelium noſtrorum, Willielmi Truſſel, &
Fat. 9. Johannis de Sordich, Militum, plenariam fiduciam reportantes,
E. 3. p. Ipſos noſtros Procuratores & Nuncios facimus, & conſtituimus,
2. m. 6. ſpeciales,
Dantes eiſdem Plenam Poteſtatem tractandi & concordandi pro nobis, & noſtro nomine,
Cum Nobilibus Viris, Dominis,
—— Archiepiſcopo Coloniæ,
Johanne Duce Brabantiæ,
Conſanguineis,
Comite Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ, ac Domino Friſiæ,
Patre,
Et —— Comite de Gerle,
Fratre,
Noſtris cariſſimis,
Seu ab ipſis & eorum quolibet Deputandis,
De Alligationibus inter Nos & Ipſos, ac eorum quemlibet,
Necnon & aliis quibuſcumque,
Quæ ad hujuſmodi Alligationes, & Firmiorem Amicitiam, & Communionem, pertinent, vel pertinere poterunt,
Faciendis,
Et omnia & ſingula, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque firmitate vallandi; Promittentes Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per prædictos, Willielmum & Johannem de Sordich, Tractatum, Concordatum, Vallatum, Actum, ſeu Geſtum, fuerit in præmiſſis.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Aukeland, decimo octavo die Decembris.

Conſimiles Litteræ fiunt ſub nominibus Comitis de Julers, Fratris Regis cariſſimi, Willielmi Truſſel, & Johannis de Sordich, & Duorum eorum.
Dat. ut ſupra.

Pro Nuncio Summi Pontificis.

Ann. D. REX Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris,
1335. & aliis Fidelibus ſuis, ad quos &c. Salutem.
An. 9. Sciatis quòd,
E. 3. Ob Reverentiam, Sanctiſſimi Patris, Domini B. Sacroſanctæ
Ibidem. Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis,
Suſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, nec non in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, Dilectum nobis, Magiſtrum Bernardum Siſtr. Canonicum in Eccleſiâ Beati Hillarii Pictavenſis, dicti Domini Summi Pontificis ac Sedis Apoſtolicæ Nuncium ſpecialiter deputatum, ipſiuſque Commiſſarios, Miniſtros, & Familiares, in eundo per totum Regnum noſtrum, & in eodem morando, pro Negotiis, Romanam Curiam tangentis

& ob Reverentiam prædictorum Dominorum, Summi Pontificis, & Regis, Conſanguinei noſtri,
Eandem Treugam, ſive Sufferentiam, dictis Hominibus de Scotiâ, tàm Majoribus, quàm Minoribus, à dicto die Natalis Domini, uſque ad Feſtum Converſionis Sancti Pauli, proximò ſequens, in formâ prædictâ, duximus prorogandam;
Omnibus & ſingulis noſtris Subditis & Fidelibus, ſub foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum, quæ nobis foriſfacere poterunt, Inhibentes, nè præfatis Hominibus de Scotiâ, ſeu eorum alicui, aut Poſſeſſionibus, vel Rebus ſuis, Dampnum, Gravamen, Injuriam, ſeu Moleſtiam inferant, ſeu faciant quovis modo, ipsâ Treugâ, ſive Sufferentiâ, ſic durante.
In cujus, &c. per prædictum tempus duraturas.
Teſte Rege apud Aukeland, viceſimo primo die Decembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

ET mandatum eſt, Dilecto & Fideli Regis, Antonio de Lucy, Juſticiario Regis Laudoniæ, & aliarum Terrarum Regis, in partibus Scotiæ, quod,
Cùm ſibi, ſeu Miniſtris ſuis, de partibus eiſdem, Scotis propinquioribus, per Literas, vel aliàs, ſufficienter conſtiterit dictos Scotos, Treugam, ſive Sufferentiam, ac Prorogationem, prædictas ex parte ſuâ obſervare velle,
Tunc eaſdem, Treugam, ſive Sufferentiam, & Prorogationem, ex parte Regis, per ipſum, & Miniſtros ſuos prædictos, obſervari faciet:
Et ſimiliter,
Cùm ſibi, ſeu eiſdem Miniſtris ſuis, ſufficienter conſtare poterit, ipſos Scotos prædictas Sufferentiam, ſive Treugam, & Prorogationem, in locis, ubi decet, in Terrâ Scotiæ, in formâ prædictâ, proclamari feciſſe,
Tunc ipſas, Treugam, ſive Sufferentiam, ac Prorogationem, in locis, in Ballivâ ſuâ, ubi expedire viderit, per ipſum, & dictos Miniſtros ſuos, ex parte Regis proclamari faciet, ſicut prædictum eſt.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Pro Edwardo Rege Scotiæ, de Manu Regis amovenda.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Thomæ de Burgh, Camerario Ann. D.
ſuo de Berewico ſuper Twedam, Salutem. 1335.
Supplicavit nobis Edwardus Rex Scotiæ, Conſanguineus noſter An. 9.
cariſſimus, quòd, E. 3.
Cùm vos diverſa Terras & Tenementa, cum pertinentiis, in Scot. 9.
Lowederdale, & alibi, in Comitatibus noſtris de Berewico, Ro- E. 3. m.
keſburgh, Edenburgh, Pebles, & Dumfres (quæ ſunt de Hære- 3.
ditate de Balliolo, & de quibus idem Rex Scotiæ nuper ſeiſitus fuit) ceperitis in Manum noſtram, velimus Manum noſtram,
De eiſdem facere amoveri;
Nos, ſupplicationi ſuæ in hâc parte favorabiliter annuentes, vobis mandamus quòd Manum noſtram de omnibus Terris & Tenementis, in Comitatibus prædictis, quæ fuerunt de dictâ Hæreditate de Balliolo, ſine dilatione amoveatis, & ipſum Regem Sco-
tiæ, ac Miniſtros ſuos, Firmas, & alia Proficua, de eiſdem * * IV.
Terris & Tenementis, ad opus dicti Regis Scotiæ, levare & col- 682.
ligere, & commodum ſuum aliàs indè facere permittatis.
Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo ſexto die Decembris.

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

tis, rationabiles Miſas feceritis & Expenſas, id vobis ſolvi celeriter faciemus.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo nono die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Expenſis pro Ductione præfati Comitis.

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Ibid.*

REX Vicecomiti Notinghamiæ Salutem.

Cùm mandaverimus, Dilecto nobis, Willielmo de Eland, Cuſtodi Caſtri noſtri de Notinghamiâ, quòd Johannem Comitem de Murreff, in eodem Caſtro, ſub Cuſtodiâ ſuâ, exiſtentem, apud Caſtrum noſtrum de Wyndeſore ducat, Dilecto nobis, Thomæ de Foxle, Conſtabulario ejuſdem Caſtri, liberandum,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd eidem Willielmo Decem Marcas, ſuper Expenſis ſuis, & præfati Comitis, ac aliorum in Comitivâ ſuâ, pro ſecurâ Ductione ejuſdem Comitis profecturorum, de Exitibus Ballivæ tuæ, ſine dilatione ſolvas;

Ita quòd, pro defectu ſolutionis hujuſmodi, Ductio ipſius Comitis ad locum prædictum nullatenùs retardetur:

Recipiens à præfato Willielmo literas ſuas, Receptionem dictarum Decem Marcarum teſtificantes; & Nos tibi indè, in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

• IV. 683.

* *Pro Edwardo Rege Scotiæ de Victualibus liberandis.*

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Vaſc.* 9. *E.* 3. *m.* 3.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Roberto Tonge, Receptori Victualium noſtrorum apud Berewicum ſuper Twedam, Salutem.

Mandamus vobis quòd Edwardo Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Decem Dolia Floræ, & Sex Dolia Vini, de Victualibus noſtris apud dictam Villam Berewici, in Cuſtodiâ veſtrâ, exiſtentibus, libereris de Dono noſtro.

Recipientes à præfato Rege, ſeu Attornato ſuo, eadem Victualia à vobis recipiente, literas ſuas, Receptionem Floræ & Vini prædictorum teſtificantes:

Et Nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, triceſimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

De tractando ſuper Alligationibus & Sponſalibus in Britannia.

Ann. D. 1335. *An.* 9. *E.* 3. *Pat.* 9. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 5.

REX Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem.

De circumſpectionis & induſtriæ probitate, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi d'Aubeneye Militis, & Johannis Coupegorge, pleniùs confidentes,

Ad tractandum & concordandum, vice & nomine noſtro, cum, Nobili & Potente viro, Domino Johanne Duce Britanniæ,

Per Billam ipſius Juſticiarii.

---

* *Prorogatio Treugæ Scotis conceſſæ.*

• IV. 684. Ann. D. 1336. *An.* 9. *E.* 3. *Scot.* 9. *E.* 3. *m.* 3.

REX Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm Nos, viceſimo primo die Decembris, proximo præterito,

Ad ſolicitam requiſitionem, Venerabilium Nunciorum, Sanctiſſimi Patris, Domini B. Summi Pontificis, ac, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi (ad nos in Angliam, ſuper negotio Scotiæ, & aliis certis de Cauſis, tranſmiſſorum) & ob Reverentiam ipſorum, Summi Pontificis, & Regis, Conſanguinei noſtri,

Conceſſerimus omnibus & ſingulis de Scotiâ, tàm Majoribus, quàm Minoribus, ad Fidem & Pacem noſtram non exiſtentibus, quandam Treugam, ſive Sufferentiam, ſuper quibuſcumque Diſſenſionibus & Diſcordiis, hinc indè motis, uſque ad diem Jovis, in Feſto Converſionis Sancti Pauli, proximo futuro, duraturam,

Nos,

Ad inſtantem & iteratam Requiſitionem dictorum Nunciorum, & ob Reverentiam prædictorum Dominorum, Summi Pontificis, & Conſanguinei noſtri,

Eandem Treugam, ſive Sufferentiam, dictis Hominibus de Scotiâ, tàm Majoribus, quàm Minoribus, à dicto die Jovis, uſque ad diem Mercurii, tunc proximo ſequentem (Eodem Die Incluſo) in formâ prædictâ duximus prorogandam;

Omnibus & ſingulis noſtris Subditis & Fidelibus, ſub Foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum, quæ nobis foriſfacere poterunt, Inhibentes ne præfatis Hominibus de Scotiâ, ſeu eorum alicui, aut Poſſeſſionibus, vel Rebus ſuis, Dampnum, Gravamen, Injuriam, ſeu Moleſtiam, inferant, ſeu faciant, quoviſmodo, ipſâ Treugâ, ſive Sufferentiâ, ſic durante.

In cujus, &c. per tempus prædictum duraturas.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo ſecundo die Januarii.

Per ipſum Regem.

De Nunciis, per Papæ & Regis Franciæ Nuncios, cum Literis in Scotiam tranſmiſſis.

Ann. D. 1336. *An.* 9. *E.* 3. *Ibidem.*

REX Juſticiario ſuo Laudoniæ, & aliarum Terrarum noſtrarum in Scotiâ, & Vicecomiti noſtro de Edenburgh, ac aliis Ballivis, Miniſtris & Fidelibus ſuis, in eiſdem partibus, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm Nuncii Domini Summi Pontificis, & Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri tranſmiſſi, mittant Dominum Alexandrum, Epiſcopum Aberdeneneſem, Fratrem Johannem, Abbatem de Coupre, Magiſtrum Thomam de Fingask, Johannem de Monypeny, & Johannem de Orak (qui ad ipſos Nuncios apud Berewicum ſuper Twedam, jam de licentiâ noſtrâ, venerunt) ad partes Scotiæ, cum quibuſdam Literis noſtris & ipſorum Nunciorum,

vo Conductu.

In cujus, &c. uſque ad Quindenam Paſchæ proximo futuram, duraturas.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo ſexto die Januarii.

Per ipſum Regem.

Et ſunt Duplicatæ.

ET mandatum eſt Willielmo de Clynton, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti in Portu Dovorriæ, quod, cùm ad dictum Portum redierint, verſus partes Franciæ, abſque impedimento, tranſire permittant.

Teſte ut ſupra.

De Prorogatione Treugæ Hominibus de Scotia conceſſæ.

Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Ibidem. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noverint Univerſi quòd,

Cùm Nos nuper,

Ob Reverentiam Domini Summi Pontificis, & ad Requiſitionem, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ac etiam ad ſolicitam Inſtantiam Nunciorum ipſorum Dominorum, Summi Pontificis & Regis, ad partes Regni noſtri, pro negotiis Scotiæ, & aliis de cauſis, tranſmiſſorum,

Conceſſiſſemus Hominibus de Scotiâ, tàm Majoribus, quàm Minoribus, ad Pacem & Fidem noſtram non exiſtentibus, Treugam, ſive Sufferentiam, à viceſimo tertio die Novembris, proximo præterito, uſque ad Feſtum Natalis Domini, tunc proximo ſequens, duraturam,

Et poſtmodùm, ad Reverentiam ipſorum Dominorum, Summi Pontificis & Regis, & ad iteratam Requiſitionem Nunciorum prædictorum, eandem Treugam, ſive Sufferentiam, ab eodem Feſto, uſque ad diem Jovis, in Feſto Converſionis Sancti Pauli, &, ab eodem die, uſque ad diem Mercurii, tunc proximo ſequentem (eodem die incluſo) Prorogaverimus, prout in diverſis Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos adhuc,

Ob Reverentiam eorumdem Dominorum, Summi Pontificis & Regis, Conſanguinei noſtri, & ad ipſorum Nunciorum multiplicatam Requiſitionem,

Treugam prædictam, ſive Sufferentiam, ab eodem die Mercurii, uſque ad diem Dominicam in Quindenâ Paſchæ, proximo futurâ (eadem die Dominicâ incluſâ) præfatis Hominibus de Scotia, prorogamus:

Omnibus & ſingulis noſtris Fidelibus & Subditis, ac Adhærentibus nobis, tàm in Scotiâ, quàm in Angliâ, ſub forisfacturâ Vitæ & Membrorum, & Omnium aliorum quæ nobis forisfacere poterunt, firmiter inhibentes, nè præfatis Hominibus de Scotiâ, ſeu eorum alicui, in Perſonis, Terris, Poſſeſſionibus aut Rebus ſuis, per Terram, ſeu per Mare, Dampnum, Injuriam, Gravamen, vel Moleſtiam, inferant, ſeu faciant quovis modo:

* IV. 686. * Ita, videlicet, quòd Homines de Scotiâ prædicti Obſeſſiones, circa Caſtra de Coupre in Fyf & de Logherindorm poſitas, omnino & abſque dilatione aliquâ amoveant, & faciant amoveri:

Et quòd Cuſtodes Caſtrorum eorumdem, & alii Homines in eiſdem exiſtentes, dicta Caſtra exire, & tàm Ipſi, quàm Alii, ad ea pacificè redire & venire, & illa ingredi, & Victualia, ac alias Res Emere & Vendere, & Caſtra illa de Victualibus & aliis Neceſſariis, durante Treugâ ipsâ, & pro tempore illius Treugæ,

Per ipſum Regem.

De Victualibus Comitiſſæ de Meneteth liberandis.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Roberto de Tong, Receptori Victualium noſtrorum apud Berewicum ſuper Twedam, Salutem. Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Scot. 10. E. 3. m. 31.

Compatientes ſtatui Aliciæ Comitiſſæ de Meneteth,

Quæ, pro eo quòd ſe tenet ad Fidem noſtram, proficuum aliquod de Terris & Rebus ſuis in Scotiâ percipere non permittitur,

Conceſſimus eidem Comitiſſæ Victualia, ad Valentiam Decem Marcarum, de Dono noſtro, in Auxilium Suſtentationis ſuæ, & pro Debitis ſuis acquietandis:

Et ideò Vobis mandamus quòd præfatæ Comitiſſæ Victualia prædicta, de Victualibus noſtris, in Cuſtodiâ veſtrâ exiſtentibus, per rationabile Pretium, ſecundum valorem eorumdem, liberetis, Recipientes à præfatâ Comitiſsâ Litteras ſuas, Receptionem dictorum Victualium, & Quæ, & Cujuſmodi, fuerint, Teſtificantes:

Et Nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Berewicum, viceſimo ſeptimo die Januarii.

** Pro Paulo de Monte Florum, de Dono Regis.* * IV. 687

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Liberat. 10. E. 3. m. 8.

Attendentes grata & utilia Obſequia, quæ, Dilectus Clericus noſter, Magiſter Paulus de Monte Florum, nobis, tàm in partibus Tranſmarinis, quàm Ciſmarinis, multipliciter impendit, non modicas Pecuniæ Summas, in Obſequiis noſtris hujuſmodi, de ſuo Proprio, abſque Remuneratione aliquâ, expendendo,

Volentéſque Ipſum, eo prætextu, nec non intuitu boni Servitii, quod nobis adhuc indies impendit, proſpicere gratioſè,

Conceſſimus ei Ducentas Libras, de Dono noſtro, ultra illas Quingentas Libras, quas ſibi per vos, nuper per aliud Breve noſtrum de Liberate, ſolvi mandavimus ex cauſâ ſupradictâ;

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Paulo dictas Ducentas Libras, de Theſauro noſtro liberetis.

Teſte Rege apud Knareſburgh, ſexto die Februarii.

De Rumore Invaſionis, & de Populo muniendo.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 41. d.

Quia, ex fide dignis nonnullorum relatibus, auribus noſtris eſt intimatum, quòd quidam homines de Scotiâ quaſdam Alligationes & Confœderationes in partibus exteris, cum quibuſdam Hominibus partium earumdem, faciunt, & eâ de cauſâ Ipſi Homines Alienigenæ ad Arma ſe parant, & Naves in magnâ copioſitate ſupra Mare congregare nituntur, & de Guerrâ muniri, ad invadendum hoſtiliter Regnum noſtrum, & Nos, & Gentes noſtras, expugnandum & gravandum, & ad alia Mala, quæ poterunt, perpetrandum, niſi ipſorum Malitiæ, favente Domino, obvietur:

Nos, Salvationi & Defenſioni Regni noſtri, & Populi prædictorum, providere, ac Malitiæ dictorum Hoſtium noſtrorum volentes obviare,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus in ſingulis Civitatibus & Burgis, Feriis, Villis Mercatoriis, Portubus Maris, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè facias proclamari ex parte noſtrâ, quòd omnes Homines, de eodem Comitatu, inter

Digitized by Google

Velit igitur, petimus, Regia veſtra ſublimitas aliquos, de veſtris, ad Nos in Angliam, cum celeritate commodâ, tranſmittere pro completione placidâ præmiſſorum;

Et nobis per eos, tàm ſuper Hiis, quàm Aliis, quæ per Nos fieri poterunt, reſcribere vota veſtra; ad quorum votivum complementum Nos ſemper invenietis ex animo voluntarios & paratos.

Dat. apud Weſtmonaſterium, tertio die Martii.

Super Tractatu pralibato.

Ann. D. 1336. *An.* 10. *E.* 3. *Ibid.*

REX, Nobili Viro, Domino Fernando Sancii de Valle Leti, Illuſtris Regis Iſpanniæ Conciliario, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Honoris & Favoris impendia, quibus Nuncios noſtros (nuper ad dicti Domini Regis Iſpanniæ præſentiam deſtinatos) liberaliter prævenistis; necnon præſidium efficax, quod ad fælicem ipſorum expeditionem (prout ex eorum relatione recepimus) ex animo præſtitiſtis, plenis proſequimur actionibus Gratiarum.

Amicitiam veſtram ex corde rogantes, quatenus, Continuatâ Benivolentiâ, dictum Dominum Regem ſolicitare velitis, prout expedire videritis, cum effectu; ut, cum celeritate commodâ, velit aliquos, de ſuis, ad Nos in Angliam tranſmittere pro Condictis & Concordatis, vobis cooperantibus, inter Ipſum & dictos noſtros Nuncios, complendis celeriter, & firmitate ſolidâ roborandis.

Et, ſi fieri poterit, adventus veſter ex hac causâ Nobis gratus eſſet præ cæteris & acceptus; cùm, per veſtræ Diſcretionis Magnitudinem, poſſet dictum Negotium ordinari conſultiùs & ſolidiùs roborari.

Hæc autem petimus inſideant vobis cordi, & ad ea, quæ veſtrorum honoris & commodi poterunt incrementa concernere, habebitis nos paratos.

Dat. ut ſupra.

De Tractatu ſupradicto.

Ann. D. 1336. *An.* 10. *E.* 3. *Ibidem.*

REX, Nobili Viro, Guitardo de Lebretto, Vicecomiti Tartas, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Honoris & Favoris impendia quibus Nuncios noſtros (nuper ad Sereniſſimi Principis Domini Regis Hiſpanniæ præſentiam deſtinatos) liberaliter prævenistis, plenis proſequimur actionibus Gratiarum.

Amicitiam veſtram ex corde rogantes, quatenus, Conceptam erga Nos & noſtros, Benivolentiam continuare velitis, augmentis fœlicibus, in futurum;

Tranſcribentes nobis ea quæ facere poterimus vobis grata, ad quæ ſemper nos invenietis voluntarios & paratos.

Dat. ut ſupra.

de veſtro, & aliorum Prælatorum, & Magnatum Regni noſtri, Conſilio, ad compeſcendum Scotorum Inimicorum noſtrorum Malitiam (qui contra Nos ibidem de Guerrâ hoſtiliter ſurrexerunt) & Nos nuper Manu Forti tranſtulimus; propriis non parcentes Laboribus; ſet infinitam quodammodo Pecuniam, ſicut oportuit, effundentes ut Jura Coronæ noſtræ defenderemus magnificè, ac Eccleſiæ, & cunctis noſtris Subditis, quietis pulcritudinem, ſubactis Hoſtibus, pararemus.

Verùm cùm, in Proceſſu prædicto, Theſaurus noſter plurimùm ſit Exhauſtus, & jam iminet Nobis neceſſario, pro defenſione Regni & Terrarum noſtrarum, Quædam Agenda Ardua, tàm in Terrâ Scotiæ, quam alibi, quæ magnum requirunt Profluvium Expenſarum, quæ, abſque Cleri Subſidio, non poſſunt commodè ſupportari,

Ac Prælati & Clerus, Cantuarienſis Provinciæ, præmiſſa in grato conſiderationis examine ponderantes, Nobis, in Subventionem Expenſarum hujuſmodi, unam Decimam, de Bonis ſuis Eccleſiaſticis, jam in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, liberaliter conceſſerunt & gratanter,

Veſtræ Benivolentiæ puritatem (de quâ plenè confidimus) rogamus attentè, vobis nichilominus in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quatenus, cùm hìc publica verſetur Utilitas, & Urgens Neceſſitas id expoſcat, Prælatos & Clerum, veſtrarum Dioeceſis & Provinciæ, ad aliquem certum diem, citra Feſtum Pentecoſtes, proximo futurum, apud Eborum convocari faciatis,

Ita quod tàm Vos, quàm dicti Prælati, Decani, & Priores Eccleſiarum Cathedralium, Archidiaconi, ac Religioſi (quos expedire videritis) perſonaliter, & Clerus, per Procuratores idoneos, ibidem tunc interſitis, & interſint,

Ad tractandum & conſentiendum ſuper aliquo Subſidio competenti, nobis de Bonis Eccleſiaſticis veſtræ Provinciæ concedendo, quod, conſideratâ qualitate præmiſſorum, nobis merito debeat fore Gratum:

Ad quem diem aliquos de noſtris, illuc proponimus deſtinare, ad exponendum vobis pleniùs noſtram Indigentiam in hac parte.

Set, ſi forſan dicti Mittendi tunc ibidem non venerint, ulterius ipſorum Adventum nullatenus expectetis, ſet ad Tractatum hujuſmodi tunc modis omnibus procedatis, & de eo, quod nobis in hac parte conceſſeritis, nos reddatis, quo citiùs poteritis, certiores:

In præmiſſis, ſicut de vobis confidimus, ac Reipublicæ commodum affectatis, taliter vos habentes, quòd veſtram debeamus Gratitudinem commendare, & eam, in agendis veſtris, Retributionibus proſequi Gratioſis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Martii.

---

* IV. 690

** Pro Comitiſſa de Fyfe.*

Ann. D. 1336. *An.* 10. *E.* 3. *Liberat.* 10. *E.* 3. *m.* 7.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Mariæ Comitiſſæ de Fyf, in Scotiâ, Conſanguineæ noſtræ cariſſimæ (quæ in Angliâ ad Fidem & Pacem noſtram moratur) Quadraginta Solidos pro Expenſis ſuis per Septimanam, quamdiu ſic moram fecerit, quouſque aliud a nobis inde habueritis in mandatis.

Teſte

poſſent, minimè inhibentes, ne prædictis Hominibus de Scotia, ſeu eorum Alicui, in Perſonis, Terris, Poſſeſſionibus, aut Rebus ſuis, per Terram, ſeu per Mare, Dampnum, Injuriam, Gravamen, vel Moleſtiam inferrent, ſeu facerent quovis modo,

Ita videlicet, quod Homines de Scotiâ prædicti Obſeſſiones, circa Caſtra de Coupre in Fif & Loghindom poſitas, omnino & abſque dilatione aliquâ amoverent & facerent amoveri, & quòd Cuſtodes eorumdem Caſtrorum, & alii Homines, in eiſdem exiſtentes, dicta Caſtra exire, & tàm Ipſi, quàm Alii, ad ea redire pacifice & venire, & illa ingredi, & Victualia, ac alias Res Emere & Vendere, & Caſtra illa de Victualibus & aliis Neceſſariis, durante Treugâ ipsâ, & pro tempore Treugæ illius, abſque impedimento aliquo, munire valerent quotiens opus foret, & ſibi viderint expedire,

Ac etiam quòd Cuſtodes omnium aliorum Caſtrorum, Pelorum, & Fortalitiorum, in dictâ Terrâ Scotiæ, & alii in eis, ad Fidem noſtram comorantes, eadem Caſtra, Pela, & Fortalitia, libere & abſque Perturbatione qualibet exire, & quo voluerint ire, ac Victualia & alias Res quæcumque emere & vendere, Negotiaque ſua ubique in Terrâ ipſâ excercere, Ipſique, & Alii de eorum adhærentiâ, ad eadem Caſtra, Pela, & Fortalitia, redire & venire, & ea ingredi, ac de Victualibus & aliis Neceſſariis munire valerent, quotienſcumque & quandocumque, & prout ipſorum & eorum cujuſlibet placuerit voluntati,

Et quòd Homines de Scotiâ prædicti aliquos, qui eis, ante Triceſimum diem Decembris, proximò præteritum, non adhærebant, ad obediendum ſeu adhærendum ipſis Arte, vel Ingenio, ſeu quovis alio modo, non compellerent, nec ipſos, eâ occaſione, in Perſonis, ſeu Poſſeſſionibus, & Rebus, ſuis moleſtarent, inquietarent, ſeu gravarent, prout in diverſis Litteris noſtris Patentibus, ſuper his confectis, pleniùs continetur,

* IV. 691. * Nos adhuc, ob Reverentiam eorumdem Dominorum, Summi Pontificis, & Regis, Conſanguinei noſtri, necnon ad dictorum Nunciorum Requiſitionem multiplicatam, prædictam Treugam, ſive Sufferentiam, a prædictâ die Dominicâ uſque ad diem Dominicam, proximam ante Feſtum Aſcenſionis Domini proximò ſequens (Eadem die Dominicâ incluſâ) dictis Hominibus de Scotiâ, in formâ prædictâ, tenore præſentium, ſub Modis, Formis, & Conditionibus, prænotatis prorogamus, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis inviolabiliter obſervandam,

Et omnibus & ſingulis Fidelibus & Subditis noſtris, & nobis Adhærentibus, tàm in Scotiâ, quàm in Angliâ, ſub forisfacturâ Vitæ & Membrorum, & Omnium aliorum quæ nobis forisfacere poterunt, diſtrictè inhibemus, nè ipſis Hominibus de Scotia, ſeu eorum alicui, in Perſonis, Terris, Poſſeſſionibus, vel Rebus ſuis, per Terram, ſeu per Mare, Dampnum, Injuriam, Gravamen, aut Moleſtiam, inferant, vel faciant quovis modo, ipſâ Treugâ ſic durante.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Martii.

Per ipſum Regem.

ET Mandatum eſt, Dilecto & Fideli Regis, Antonio de Lucy, Juſticiario Regis Laudoniæ, & aliarum Terrarum Regis in partibus Scotiæ, quòd, cùm ſibi, ſeu Miniſtris ſuis, de partibus eiſdem, Scotiæ propinquioribus, per Litteras, vel aliàs, ſufficienter conſtiterit dictos Scotos Treugam, ſive Sufferentiam, ac Prorogationem, prædictas, ex parte ſuâ, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis prædictis, firmiter & inviolabiliter obſervare velle, tunc eaſdem, Treugam, ſive Sufferentiam, ac Prorogationem, & Articulos, ex parte Regis, per ipſum, & Miniſtros ſuos prædictos obſervari faciet:

Et ſimiliter, cùm ſibi, ſeu eiſdem Miniſtris ſuis, ſufficienter

perpetratis, ad Mandatum Cancellarii prædicti Captis, & Impriſonatis,

Replegiandis, Vicecomiti noſtro Cantabrigiæ, ante hæc tempora, tulerunt, & indies differre non deſiſtunt,

Quòdque vos, prætextu Returni hujuſmodi Brevium noſtrorum, vobis per Vicecomitem noſtrum prædictum facti, ſeu directi, hujuſmodi Clericos & Laicos (in Priſonâ noſtrâ, & in Cuſtodiâ veſtrâ, de mandato Cancellarii Univerſitatis prædictæ exiſtentes) ab hujuſmodi * Priſonâ deliberari feciſtis, & indies deli- * IV.
berare non deſiſtitis, in ipſorum Cancellarii & Scolarium diſpen- 692.
dium non modicum, & libertatum ſuarum prædictarum enervationem manifeſtam;

Super quo iidem Cancellarius & Scolares, per Petitionem ſuam, coram nobis & Concilio noſtro, in Parliamento noſtro exhibitam, nobis ſupplicarunt Sibi per Nos Remedium adhiberi,

Nos,

Conſiderantes dictas Libertates ipſorum Cancellarii & Scolarium, pro Pace, & Tranquilitate, & Utilitate, Univerſitatis prædictæ, per Progenitores noſtros Conceſſas, & per Nos Confirmatas, per hujuſmodi Machinationes callidas (ſi hujuſmodi Malefactores, & Tranſgreſſores, ac Pacis Univerſitatis prædictæ Violatores, pro Maleficiis ſuis Incarcerati, per hujuſmodi Brevia noſtra deliberarentur) totaliter poſſe enervari,

Volenteſque, tàm pro Pacis noſtræ conſervatione, quàm pro Cancellarii & Scolarium prædictorum tranquilitate & quiete, hujuſmodi Machinationibus obviare, & Libertates prædictas manutenere, ut tenemur,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd aliquos hujuſmodi Malefactores, ſeu Tranſgreſſores, per Cancellarium Univerſitatis prædictæ, ſeu ejus Locum tenentem, Priſonæ adjudicatos, ſeu mancipatos, & in Cuſtodiâ veſtrâ exiſtentes, per hujuſmodi Brevia, ſeu Returna eorumdem, ab hujuſmodi Priſonâ, de cætero, nullatenus deliberetis, ſeu deliberari permittatis:

Scientes quòd, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam ad Mandatorum noſtrorum Contemptores, & prædictorum Malefactorum & Tranſgreſſorum Manutentores & Fautores, graviter capiemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

Per Petitionem de Concilio.

Pro Cancellario & Scolaribus antedictis, ſuper Juramentis faciendis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Supplicarunt Nobis, Dilecti nobis in Chriſto, Cancellarius 1336.
& Scolares Univerſitatis Cantabrigiæ, per Petitionem ſuam, co- *An.* 10.
ram Nobis & Concilio noſtro, in Parliamento noſtro exhibitam, *E.* 3.
quòd, *Pat.* 10.
Cùm per Cartas Progenitorum noſtrorum, quondam Regum *E.* 3. *p.* 1.
Angliæ, pro Pace, Tranquilitate, & Utilitate, Univerſitatis præ- *m.* 32.
dictæ, Proviſum ſit, & Conceſſum, quòd Major & Ballivi dictæ Villæ Cantabrigiæ, & Duo Aldermanni, Quatuor Burgenſes de Majoribus ejuſdem Villæ, & Duo Burgenſes de quâlibet Parochiâ, ad Pacem Univerſitatis & Villæ prædictarum conſervandam & manutenendam, quolibet Anno, Juramenta præſtent Corporalia,

Ac iidem, Major, Ballivi, Aldermanni, & Burgenſes, in Conſervatione & Manutenentiâ Pacis prædictæ (pro eo quod Ipſi hujuſmodi Juramenta, ante hæc tempora, minimè, vel rato fecerunt) negligentes fuerint & remiſſi,

Velimus, pro Utilitate, Tranquilitate, & Quiete, Univerſitatis prædictæ, concedere quòd Major, Ballivi, Aldermanni, & Burgenſes Villæ prædictæ, qui pro tempore fuerint, ad Pacem Univer-

Digitized by Google

... Major & Ballivi, in Temptatione, ſeu Aſſaiâ, hujuſmodi Panis & Cerevisiæ negligentes ante hæc tempora fuerint,
Et hujuſmodi Temptationem ſeu Aſſaiam, quotiens opus fuerit, facere non curaverint,
Velimus, pro Utilitate & Tranquilitate Univerſitatis prædictæ, concedere, quòd Major & Ballivi Villæ prædictæ, qui pro tempore fuerint, hujuſmodi Temptationem, vel Aſſaiam, Panis & Cerevisiæ, in Villâ prædictâ, quotiens per Cancellarium Univerſitatis prædictæ, vel ejus Locum tenentem, fuerint requiſiti, de cætero facere teneantur,
Nos,
Conſiderantes dictam Supplicationem, tàm in Scolarium Univerſitatis prædictæ, quàm omnium aliorum in eàdem Villâ degentium, & ad eam confluentium, Utilitatem communem cedere manifeſtè,
Volentéſque, eâ conſideratione, dictæ Supplicationi condeſcendere gratiosè,
Volumus & concedimus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quod Major & Ballivi Villæ prædictæ, qui pro tempore fuerint, Temptationem, ſeu Aſſaiam, Panis & Cerevisiæ in Villâ prædictâ, quotiens per Cancellarium Univerſitatis prædictæ, qui pro tempore fuerit, vel ejus Locum tenentem, fuerint requiſiti, de cætero faciant,
Et quòd omnes alii Articuli in Cartis prædictorum Progenitorum noſtrorum, hujuſmodi Temptationem, vel Aſſaiam, Panis & Cerevisiæ in Villâ prædictâ, contingentes, pleniùs obſerventur.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

Per Petitionem de Concilio.

Ad Comitem Flandriæ de Sufferentia proroganda.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Clauſ.* 10. E. 3. *m.* 36. *d.*

REX, Nobili & Potenti Viro, Domino Lodowico, Comiti Flandriæ & Nivers, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
Quia, magnis præoccupati Negotiis, & agendis arduis impediti, Viros Providos, prout requirit magnitudo negotii, ad pertractandum ſuper Dampnis, Roberiis, & Tranſgreſſionibus, per veſtrates & noſtrates, ut dicitur, illatis hinc & indè, mutuò reformandis, juxta Condictum, inter Vos & Willielmum Fox, Civem Eborum, Procuratorem noſtrum in hac parte, nuper factum, in inſtanti Quindenâ Paſchæ ad veſtram præſentiam in Flandriam tranſmittere commodè non valemus,
Specialiter vos rogamus quatinùs Nos ſuper hoc habere velit veſtra Nobilitas Excuſatos, & Nos, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futuro, quoſdam de noſtris, ad complendum Tractatum hujuſmodi, modis omnibus, ad Vos in Flandriam tranſmittemus:
Et Expectatio tanta non videatur vobis, petimus, tædioſa, ſet Conceſſam mutuò Sufferentiam, ſub ſpe Tractatus hujuſmodi, uſque ad Feſtum Natalis Domini, proximò futurum, faciatis, prout ad vos pertinet, obſervari; nam, ex parte noſtrâ, non ſupererit Conquerendi Materia, Deo Duce.
Super hiis autem per Latorem præſentium nobis reſcribere velitis velle veſtrum.
Dat. London. viceſimo die Martii.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro præfato Rege.

REX eiſdem Salutem. Ann. D. 1336.
Liberate, de Theſauro noſtro, Edwardo Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Quinquaginta & Quinque Libras, *An.* 10.
Quæ ei a retro ſunt, de illis Ducentis Libris, quas ſibi nuper conceſſimus, pro Debitis ſuis in partibus Borealibus acquietandis, E. 3. *Ibid.*
Habendas in plenam Solutionem Ducentarum Librarum prædictarum.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro Venientibus a partibus Scotiæ ad Parliamentum.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Ibid.*
Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto Clerico noſtro, Willielmo Bullok, Sexaginta & Sex Libras, Treſdecim Solidos, & Quatuor Denarios, videlicet, pro Se,
Et diverſis aliis Nunciis, ſecum venientibus de partibus Scotiæ, uſque Londoniam ad Parliamentum noſtrum, de Mandato noſtro, pro Expenſis ſuis, Sexaginta & Decem Marcas,
Et eidem Willielmo, ſuper quibuſdam operibus, in Caſtro de Coupre, in Fyf, in Scotiâ, prout Sibi per Nos eſt injunctum, faciendis, viginti Libras,
Necnon Michaeli de Wymes Militi, Quadraginta Libras,
Willielmo de Mohaut, viginti Libras,
Et Henrico de Rameſeye, Decem Libras,
Quas eiſdem, Michaeli, Willielmo Mohaut, & Henrico, conceſſimus de Dono noſtro.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

---

* *De Capitaneo Excercitus contra Scotos conſtituto.* * IV. 695.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Scot.* 10. E. 3. *m.* 28.
Sciatis quòd,
Cùm, pro repulſione, & refrænandâ Obſtinatâ Nequitiâ, Scotorum Hoſtium noſtrorum,
Qui, ut pro certo audivimus, Confœderationes cum Hominibus Exteris fecerunt, & de die in diem faciunt,
Et qui, finitâ Treugâ,
Quam dictis Scotis ob, Reverentiam Domini Summi Pontificis, & ad Requiſitionem Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, nuper conceſſimus,
De Guerrâ inſurgere, & tàm Gentes & Terras noſtras, quàm Edwardum Regem Scotiæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum,
Cui, prætextu Homagii ſui, nobis præſtiti, tanquam Vaſſalo noſtro,

T

Digitized by Google

Et quod præfati Vicecomites omnes illos,

Quos prædictus Henricus, propter ipſorum Rebellionem, Injurias, ſeu Exceſſus, eis liberaverit, vel liberari fecerit, ſub Carcerali Cuſtodiâ cuſtodiendos,

Ab eodem Henrico, vel aliàs ad mandatum ſuum, recipiant, & in Priſonâ ſalvò cuſtodiri faciant, quouſque indè modo debito deliberentur:

Mandavimus enim tàm, Dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Willielmo de Bohun,

Quem deputavimus Capitaneum & Ductorem omnium Hominum ad Arma, Hobelariorum, Sagittariorum, & Peditum, in Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ, contra præfatos Inimicos noſtros,

Unà cum omnibus Hominibus illis, quos, Dilecto & Fideli noſtro, Antonio de Lucy, Juſticiario noſtro Laudoniæ, ac aliarum Terrarum noſtrarum in Scotiâ,

Quem nuper aſſignavimus ad Arraiari faciendum omnes Homines ad Arma, Hobelarios, Sagittarios, & Pedites, ad Pugnandum Potentes, in dicto Comitatu Northumbriæ, ac etiam in prædictis Terris & Dominiis noſtris in Scotiâ, & ad eoſdem Homines in Obſequium noſtrum contra dictos Scotos ducendum ſimul cum omnibus eiſdem hominibus,

Quòd eidem Henrico intendentes ſint, reſpondentes & auxiliantes, & cum ipſo in obſequium noſtrum prædictum proficiſcantur, quotiens & quando opus fuerit, & per prædictum Henricum, ex parte noſtrâ, fuerint præmuniti.

* IV. * In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit, duraturas.
696. Teſte Rege apud Waltham, ſeptimo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt præfato Antonio, quòd eidem Henrico intendens ſit & reſpondens,

Et omnes Homines ad Arma, Hobelarios, Sagittarios, & Pedites, ad pugnandum Potentes, de dicto Comitatu Northumbriæ, & de Dominiis Regis in Scotiâ, ad præfatum Henricum, in Obſequium Regis, contra dictos Scotos ducat, & cum eo in dictum Obſequium proficiſcatur, quotiens & quum opus fuerit, & per prædictum Henricum fuerit præmunitus.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt præfato Willielmo de Bohun, ad ducendum omnes Homines, &c. de Comitatu Cumbriæ & Weſtmerlandiæ.

Per ipſum Regem.

De Poteſtate recipiendi ad Pacem Homines de Scotia.

Ann. D. REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.
1336. Sciatis quòd Nos,
An. 10. De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilecti Con-
E. 3. ſanguinei & Fidelis noſtri, Henrici de Lancaſtriâ,
Scot. 10. Quem conſtituimus Capitaneum & Ductorem Exercitûs noſtri,
E. 3. *m.* verſus partes Scotiæ, pro Tuitione & Defenſione Regni, Terra-
28. rum, & Populi noſtrorum, contra Hoſtiles Aggreſſus Scotorum, Inimicorum noſtrorum, in proximo profecturi,

Plenariè confidentes,

Dedimus eidem Henrico Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, nomine noſtro, recipiendi ad Fidem & Pacem noſtram Homines de Scotiâ, ad Fidem & Pacem illas non exiſtentes, & Alios qui eiſdem Scotis contra nos adhærent, ſeu adhæſerunt, & cum eis contra nos de Inimicitiâ fuerunt, qui ad Fidem & Pacem

debitum & feſtinum Juſtitiæ Complementum, prout juxta formam 697.
Concordiæ prædictæ fuerit faciendum; vel ſaltem, de negotio illo, exſpectare uſque adventum Nunciorum noſtrorum; quos ad veſtram præſentiam pro negotio illo & aliis, nos tangentibus, mittere intendimus infra breve.

In proſperitate votivâ Altiſſimus vos conſervet.

Dat. apud Waltham Sanctæ Crucis, undecimo die Aprilis.

Pro Nicolino de Fliſco de Retinentia.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1336.
Attendentes affectionis puritatem, quam, Dilectus nobis, Ni- *An.* 10.
colinus de Fliſco, dictus Cardinalis de Janua, ad Nos & Domum *E.* 3.
noſtram Regiam (prout ex laudabili teſtimonio recepimus) opti- *Pat.* 10.
nuit, & optinet in præſenti, nec non ipſius Circumſpectionem *E.* 3. *p.*
providam, quam nobis in agendis fore credimus oportunam, 1. *m.* 26.

Ac volentes ipſum, eo prætextu, Munere proſpicere Gratioſo,

Ipſum de noſtro Concilio retinemus, & eidem Viginti Libras Sterlingorum, percipiendas annis ſingulis, pro Feodo ſuo, in Feſto Sancti Michaelis, de Theſauro noſtro, ad Scaccarium noſtrum, necnon Robas de Secta Militum noſtrorum, quotiens Robas aliis Militibus noſtris dederimus, ad totam vitam ſuam, Donamus & Concedimus per præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Quod Oboli & Sterlingi in Solutionibus recipiantur.

REX Majori, & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D.
Cùm, inter cætera, in Parliamento noſtro, in craſtino A- 1336.
ſcenſionis Domini, proximò præterito, apud Eborum tento, Tra- *An.* 10.
ctata & Concordata per Nos, de Aſſenſu Prælatorum, Comitum, *E.* 3.
Baronum, & Communitatis Regni noſtri, ibidem exiſtentium, ad *Clauſ.* 10.
noſtram & Populi Regni noſtri Utilitatem, & de Aviſamento *E.* 3. *m.*
Concilii noſtri, Ordinatum, Concordatum, & Stabilitum, fuiſ- 39. *d.*
ſet, quòd Moneta Obolorum & Sterlingorum, ad Cambium noſtrum Londoniæ, pro Aiſiamento dicti Populi noſtri, magis ſolito fieret,

Per quod mandaverimus, dilecto Clerico noſtro, Johanni de Windeſore, Cuſtodi dicti Cambii, & Cambii noſtri Cantuariæ, quòd apud dictum Cambium noſtrum Londoniæ Obolos & Sterlingos, juxta formam Ordinationis & Concordiæ prædictarum, fabricari & fieri faceret, prout in literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur;

Vobis mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, in dictâ Civitate noſtrâ, & Suburbiis ejuſdem, in locis ubi expedire videritis, publicè proclamari faciatis, quòd dicti Oboli & Sterlingi, ſic fabricati & facti, de omnibus, qui eis ſolvere voluerint, in Solutionibus recipiantur, prout decet;

Et hoc nullatenùs omittatis.

Teſte Rege apud Guldeford, decimo octavo die Aprilis.

Per Concilium.

Digitized by Google

... quos Vos, vel Duo veſtrum, Ei, vel eius Locum tenenti, ſcire faciatis, venire faciet coram Vobis, vel Duobus veſtrûm, Tot & Tales Probos & Legales Homines, de partibus prædictis, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos, &c. & inquiri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Guldeford, viceſimo die Aprilis.

Per Concilium.

De Trenga cum Scotis finita, & de factis Armorum non exercendis.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Clauſ.* 10. E. 3. *m.* 31. *d.*

REX Vicecomiti Eborum Salutem.

Cum, pro obſtinatâ Malitiâ quorumdam Hominum de Scotiâ, ad Fidem & Pacem noſtram non exiſtentium,

Qui, finitâ Treugâ, ſibi per Nos conceſsâ, de Guerrâ contra nos inſurgere, & Nos, & Populum noſtrum, more ſolito, pro viribus gravare proponunt, ut dicitur,

Favente Domino, reprimendâ, diverſos Magnates, & alios Fideles de Regno noſtro, ad dictas partes Scotiæ tranſmiſerimus, ibidem ex causâ præmiſsâ per aliquod tempus moraturos:

Et intellexerimus quòd diverſi Homines ad Arma, de Comitatu tuo, tàm Milites, quàm alii, ad hujuſmodi negotium guerrinum (quod multum nobis inſidet cordi) Reſpectum non habentes, Juſtas, & Burdeitias, & alia facta Armorum, in eodem Comitatu facere ſe parant, per quæ, ſi permitterentur, tàm Nobis, quàm eiſdem Hominibus, Dampna & Pericula quamplurima variis de cauſis poterunt evenire, quod abſit,

Nos Periculis hujuſmodi volentes præcavere, prout decet, tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, infra Ballivam tuam, & in ſingulis locis, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè facias proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi,

Ne Quis, ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poterit, Turneare, Burdeare, Juſtas facere, Aventuras quærere, ſeu alia Facta Armorum, in eâdem Ballivâ, exercere præſumat ſine mandato noſtro ſpeciali:

Et, ſi quos, poſt Proclamationem & Inhibitionem hujuſmodi, inveneris talia Facta Armorum exercere præſumentes, tunc Eos, unà cum Equis, Armaturis, & aliis Rebus ſuis (de Quibus, vel Eorum Pretio, per te reſponderi volumus) ſine dilatione areſtari, & ipſos in Priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri facias, quouſque aliud à nobis ſuper hoc habueris in mandatis.

Et de nominibus illorum, quos ſic areſtari feceris, ac de numero Equorum, & quantitate Armaturarum ſuarum, per literas tuas (Pretium Equorum illorum, ac dictarum Armaturaram, & Quæ,
* IV. 699. & Quales, fuerint Armaturæ illæ, continentes) * reddas, de tempore in tempus, in Cancellariam noſtram, diſtinctè & apertè, certiores.

Facias etiam publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi, nè quis Miles, ſeu alius Homo ad Arma, de Regno noſtro, ſub foriſfacturâ prædictâ, ſe transferat ad partes tranſmarinas, ſine mandato noſtro ſupradicto.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Nuncio Regis Franciæ in Scotiam profecturo.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Ibid.*

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus nobis, Perotus de Nevill,

Qui ad Nos, infra Regnum noſtrum, in Nuncium, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, nuper venit,

Ad partes Scotiæ, per partes dicti Regni noſtri, pro quibuſdam negotiis, ipſum Conſanguineum noſtrum in eiſdem partibus tangentibus, de noſtrâ Licentiâ Se divertat,

Suſcepimus ipſum Perotum, unà cum Hominibus, Equis, & Rebus ſuis quibuſcumque, eundo ad dictas partes, & exindè redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus quòd, *&c. prout in Literis de ſalvo Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Petri ad Vincula proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Maii.

Per ipſum Regem.

---

* *Super Paſſagio & Expenſis Comitis Juliacenſis.*

* IV. 700. Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Clauſ.* 10. E. 3. *m.* 29.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Cobham, Johanni de Segrave & Johanni de Wyndeſore, Salutem.

Cùm nuper, per diverſa Brevia noſtra, mandaverimus, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de Clynton, Conſtabulario Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum noſtrorum, vel ejus Locum tenenti ibidem, ac Cuſtodibus Paſſagii noſtri in Portu Dovorriæ, quòd ——— Nobili Viro, Comiti Juliacenſi, ac quampluribus Hominibus, tàm Militibus, quàm aliis, de Familiâ ejuſdem Comitis,

Qui nuper ad nos infra Regnum noſtrum, in Subſidium Guerræ Scotiæ, venerunt, & qui ad Propria tunc fuerunt redituri,

Cùm ipſos ad Portum prædictum ex causâ hujuſmodi declinare contingeret, Naves competentes & ſufficientes, pro Paſſagiis ejuſdem Comitis, & Hominum prædictorum, ac Equorum & Herneſiorum ſuorum, in Portu prædicto, Sumptibus noſtris, habere facerent,

Ac Alexander Hurtyn de Dovorriâ, Tenens Locum prædicti Willielmi in Portu prædicto, Quaterviginti & Septem Libras, & Decem Solidos pro Paſſagiis prædicti Comitis & Hominum prædictorum, ac Equorum & Herneſiorum ſuorum, diverſis Hominibus ſolverit ſicut dicit,

Vobis, & Duobus veſtrûm, mandamus quòd præfato Alexandro, vel ejus in hac parte Attornato, Centum Marcas,

De illis Ducentis Libris, quas quidam Homines de Comitatu Kantiæ coram nobis nuper, in Concilio noſtro, in Parliamento noſtro, apud Eborum convocato, exiſtentes, gratanter conceſſerunt ſolvere pro Se, & Hominibus de Communitate Comitatûs illius (exceptis Civitatibus Cantuarienſi & Roffenſi) pro Exoneratione Centum & viginti Hobelariorum, quos in Comitatu prædicto (Civitatibus prædictis exceptis) tunc eligi mandavimus, habendâ,

Digitized by Google

ſupradictâ:

Et quòd eidem Comiti, a tempore quo ad ipſum venerit, Viginti Solidos pro quâlibet Septimanâ, pro Expenſis ſuis, quamdiu ipſum Comitem moram ibidem facere contigerit, de Exitibus Ballivæ ſuæ miniſtrari faciat, niſi aliud * ſuper hoc a Rege habuerit in mandatis.

* IV. 701.

Vult enim Rex eidem Vicecomiti, in Compoto ſuo, ad Scaccarium Regis, debitam indè fieri facere Allocationem.

Teſte ut ſupra.

Ad Ducem Auſtriæ, ſuper Sponſalibus.

Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 27. d.

REX, Nobili & Potenti Viro, Duci Auſtriæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

Propter aliqua negotia, tàm tractatum.

Inter Vos & certos Procuratores noſtros, ad vos nuper miſſos, ſuper Sponſalibus, inter Fridericum, Filium veſtrum Primogenitum, & Johannam Filiam noſtram chariſſimam, contrahendis, habitum,

Quàm quædam alia, Nos & Statum noſtrum intimè concernentia, auditui veſtro vivâ voce oſtendenda, Latorem præſentium, indè pleniùs informatum, ad vos duximus tranſmittendum:

Cujus Relationi Fidem Credulam in hiis petimus adhiberi; ſcribentes Nobis cum fiduciâ, per eundem, ſi quæ per nos fieri poterunt acceptabilia votis veſtris, ad quæ nos ſemper habebitis voluntarios & paratos.

Dat. apud Wodeſtoke, quarto die Junii.

De Nunciis Regis Franciæ ad propria redituris.

Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 25. d.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti ibidem, nec non Majori, Ballivis, ac aliis Cuſtodibus Paſſagii noſtri in Portu Dovorriæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd, diſcretos Viros, Johannem de Pratis, Decanum Eccleſiæ Belvacenſis, & Johannem de Caſtell Militem,

Quos, Excellentiſſimus Princeps, Philippus Rex Franciæ, Conſanguineus noſter cariſſimus, ad Nos in Angliam in Nuncium nuper miſit, & Qui ad propria jam ſunt redituri in Navibus, quas a partibus Whitſandiæ ad Portum Dovorriæ, pro Paſſagio ſuo ibidem, uſque ad partes Tranſmarinas, duci fecerunt,

In eodem Portu, cum ibidem venerint, liberè, & abſque aliquo Impedimento, ad dictas partes Tranſmarinas tranſire permittatis:

Et, ſi Naves prædictæ ad Portum prædictum tunc adductæ non fuerint, tunc eiſdem, Johanni & Johanni, Naves competentes pro Paſſagio ſuo, in formâ prædictâ, ad partes ſupradictas, ſuis Sumptibus, cum omni celeritate, habere faciatis;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Northampton, decimo die Junii.

Conſimiles Literæ pro Willielmo de Sanguiniaco, Nuncio præfati Regis.

quemlibet pertinere noveritis, ſtudeatis effectualiter adimplere, ut veſtram poſſimus Fidem & Circumſpectam Diligentiam, maximè in noſtrâ abſentiâ, meritò commendare.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo die Junii.

Per ipſum Regem.

Pro Comite de Eu, de Pardonatione.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Pat. 10. E. 3. p. 1. m. 2.

Sciatis quòd, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, pardonavimus, Dilecto & Fideli noſtro, Radulpho Comiti de Eu, Tranſgreſſionem, quam fecit adquirendo Sibi & Hæredibus ſuis Medietatem Manerii de Wyghton, cum Pertinentiis, & Medietatem Hundredi de Northgrenehou, cum Pertinentiis, in Comitatu Norffolciæ, de Margaretâ Filiâ Drogonis de Merlawe, quæ illas de nobis tenuit in Capite, ut dicitur, & Illas ingrediendo, Licentiâ noſtrâ ſuper hoc non optentâ:

Et conceſſimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, eidem Radulpho, quod ipſe Habeat & Teneat Medietates prædictas, cum Pertinentiis, Sibi & Hæredibus ſuis de nobis, & Hæredibus noſtris, per Servitia indè debita & conſueta, imperpetuum, ſine Occaſione vel Impedimento noſtri vel Hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum, ſeu Miniſtrorum, noſtrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo ſexto die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Jannenſes, de Satisfactione pro Damnis, & de Privilegiis conceſſis.

REX, Viris Providis & Diſcretis, Poteſtati, Capitaneis —— Abbati, Populo, & Anzianis, Civitatis & Communitatis de Janua, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 24. d.

Vir Eloquens & Induſtrius Nicolinus de Fliſco, Concivis veſter, & cum veſtris Literis ad Nos miſſus, ex parte veſtrâ nobis cum inſtanciâ ſupplicavit quod,

Cùm Yvanus Lucianus, & Socii ſui Concives veſtri, quandam Navem Groſſam, ſive Cocham, diverſis Rebus Pretioſis & Mercibus Orientalibus, in Valore Summam Quatuordecim Mille, & Treſcentarum Marcarum Sterlingorum excedentibus, oneraſſent, & ſe verſus Regnum noſtrum, Causâ Negotiandi, cum dictis Mercibus divertiſſent, Literaſque Protectionis & Salvæ Gardiæ a, celebris memoriæ, Domino E. Rege Angliæ, Patre noſtro, de ingrediendo dictum Regnum, ibidem Mercandiſando, Merces inferendo & ducendo (Ita tamen quod ſolverent Cuſtumas debitas) habuiſſent, & ſub confidentiâ Protectionis hujuſmodi veniſſent apud Dunas de Sandwico,

Hugo le Deſpenſer (qui ſupra Mare cum Navibus dicti Patris noſtri, cum Armatâ Potentiâ, prætenditur tunc fuiſſe) dictam Navem, ſive Cocham, contra formam Protectionis prædictæ, cepit, * & deprædavit, in magnam Depauperationem, & Dampnum non modicum, veſtrorum Concivium prædictorum, * IV. 703.

Velimus dictis Dampnificatis Dampna jubere reſarciri prædicta, & Emendas fieri competentes:

Nos ſuper præmiſſis Deliberationem habuimus cum Peritis, & licet, ipſorum Judicio, ad Satisfactionem hujuſmodi, mero jure, minime

Digitized by Google

cumque volueritis, applicare, mercandiſare, ac Vendendo & Emendo Proficuum veſtrum facere, ſolvendo Cuſtumas debitas in hac parte:

Et, ſi in uno loco applicueritis, liceat vobis, Mercibus, non plenè vel in nullo venditis, ex hinc liberè recedere, & quocumque volueritis vos transferre:

Voſque infra Diſtrictus & loca noſtra, velud Amicos & Benivolos noſtros præcipuos, Civili Modo cupimus pertractari:

Nos enim,

In caſu, quo nobis ſignificaveritis vos velle præmiſſa in formâ, quâ præmittitur, acceptare, nobiſque fieri feceritis Cautionem & Promiſſiones ſupradictas,

Volumus & concedimus ut præmiſſa per nos Robur Firmitatis optineant; pro Quorum Executione tunc fieri faciemus ulteriùs, quæ fuerint oportuna.

Dat. apud Villam de Sancto Johanne, quarto die Julii.

De tractando cum Rege Franciæ ſuper Paſſagio ad Terram Sanctam.

AnnaD. UNiverſis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Edwardus,
1336. &c. Salutem.
An. 10. Noveritis quòd Nos,
E. 3. De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum
Pat. 10. & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Ricardi, Dunol-
E. 3. p. 2. menſis, & Adæ, Wyntonienſis, Epiſcoporum, necnon, Nobilis
m. 37. Viri, Willielmi Truſſel, Militis, & * Magiſtri Ricardi de Byn-
* IV. teſworth, Juris Civilis Profeſſoris, ſinceram fiduciam optinen-
704. tes,

Ipſos, & Tres eorum, noſtros facimus & ordinamus Procuratores legitimos, & Nuncios ſpeciales;

Dantes Eiſdem, & Tribus eorum, plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, tractandi, pro nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ſeu deputandis ab eo, ſuper aſſumendo, & ordinando, Paſſagio, vel Itinere, noſtro, verſus Terram Sanctam, ac de tempore & modo Arreptionis & Progreſſûs Itineris hujuſmodi, ac aliis omnibus, dictum Paſſagium concernentibus,

Necnon de Formâ, Loco, & Tempore, quibus præfatus Rex & nos poſſimus infra Regnum Franciæ convenire, & Colloquium mutuum perſonaliter optinere,

Et Hiis, quæ ſic Tractata fuerint, Conſentiendi, & ſuper hiis Concordandi,

Et Ea, in quibus Concordes fuerint, quacumque firmitate vallandi,

Et omnia alia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis & circa ea fuerint oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale:

Promittentes Nos firmum & gratum habituros quicquid per præfatos Procuratores, & Nuncios, noſtros, vel Tres eorum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In quorum omnium Teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum.

Dat. apud Villam de Sancto Johanne, ſexto die Julii.

De Poteſtate ad tractandum cum David de Bruis.

UNiverſis, &c. Ann. D.
Noveritis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Juris Civi- 1336.
lis Profeſſoris, *& tunc ſic*, ſinceram fiduciam optinentes, An. 10.
Ipſos, & Tres eorum, noſtros facimus & ordinamus Procura- E. 3.
tores legitimos, & Nuncios ſpeciales; Ibid.
Dantes eiſdem, & Tribus eorum, Plenam Poteſtatem, &
Mandatum * ſpeciale, Tractandi pro Nobis, & noſtro nomine, * IV.
cum David de Brus, & Deputandis ab eo, de Treugis, & Guer- 705.
ræ Sufferentiâ, ac etiam de Pace & finali Concordiâ,

Inter Nos, & Nobis Adhærentes, ex parte unâ, & Ipſum David, & ſibi Adhærentes, ex aliâ, ſuper omnibus Diſſenſionibus, Demandis, & Debatis, hinc indè ſubortis, ineundis,

Et hiis, quæ ſic Tractata fuerint, prout ad Honorem noſtrum & Commodum expedire viderint, Conſentiendi, & ſuper hiis Concordandi,

Ac quæcumque, ſic Concordata, quacumque firmitate vallandi,

Et omnia alia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos Procuratores, & Nuncios noſtros, vel Tres eorum, Tractatum, Conſenſum, Concordatum, Vallatum, & Factum, fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In quorum, &c.

Dat. apud Villam de Sancto Johanne, ſexto die Julii.

Pro Nunciis ad Regem Franciæ deſtinatis.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D.
Cùm mittamus quoſdam Solempnes Nuncios noſtros ad 1336.
partes Franciæ, pro quibuſdam arduis Negotiis noſtris, nos con- An. 10.
tingentibus, inibi expediendis, E. 3.
Vobis mandamus quòd eiſdem Nunciis Ducentas Libras parti- Liberat.
culariter, ſuper Expenſis ſuis, in Itinere hujuſmodi, de Theſauro 10. E. 3.
noſtro, liberari faciatis, prout juxta Diſcretiones veſtras fore vide- m. 5.
ritis faciendum.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, decimo quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

Super Literis Regis Franciæ ad Regem in Scotia directis.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fidelibus Ann. D.
ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salu- 1336.
tem. An. 10.
Cùm, Dilectus nobis, Lambertus le Ulynt de Sancto Ome- E. 3.
ro, Pat. 10.
Qui cum quibuſdam Literis, Magnifici Principis, Domini Phi- E. 3. p. 2.
lippi, Regis Franciæ Illuſtris, nobis directis, infra Regnum no- m. 34.
ſtrum jam venit,

Ad Nos in Scotiam, cum eiſdem Literis, ſit venturus, ut accepimus,

Suf-

Ac Petitionibus, & Actionibus, Realibus, & Perſonalibus, atque Mixtis, quæ idem Rex erga Nos, ſeu Subditos noſtros, habet, vel Nos erga Ipſum Regem, aut Subditos ſuos, ratione Terrarum noſtrarum in Ducatu Aquitaniæ, vel alibi in partibus Tranſmarinis exiſtentium, ſeu quacumque aliâ occaſione habemus,

Et etiam Tractandi cum David de Brus, & deputandis ab eo, de Treugis, & Guerræ Sufferentiis, ac finali Pace,

Inter Nos & nobis Adhærentes, & ipſum David & ſibi Adhærentes, ſuper quibuſcumque Diſſenſionibus, & Debatis, hinc indè ſubortis, ineundis,

Et Ea, quæ ſic in præmiſſis omnibus Tractata & Concordata fuerint, quacumque Firmitate Vallandi, Honore noſtro Regio in omnibus obſervato.

Ac tàm præfatus Rex, quàm dicti Scoti Negotiis prædictis,

Per præfatos Nuncios noſtros, prout eis commiſſa fuerint, ibidem ſerioſiùs propoſitis, & incepto ſuper hiis Tractatu hujuſmodi, oblatiſque eis viis rationabilibus in præmiſſis,

Eiſdem, ſeu earum alicui, recuſaverint hactenus conſentire:

Set dictus Rex ibidem palam aſſeruit ſe velle præfatis Scotis favere, eoſque modis & viis, quibus poterit, adjuvare, & eâ de causâ tàm Galeas & Naves, quàm Homines Armatos, in multitudine non modicâ, in diverſis partibus exteris, congregari fecit, & indies facit, ad mittendum tàm ſuper Nos, & Regnum noſtrum, Eccleſiámque Sanctam ejuſdem Regni, ad Mala & Gravamina nobis, & ipſi Regno, ad dictæ Eccleſiæ Sanctæ, pro viribus inferendum, quàm ad partes Scotiæ, in dictorum Scotorum, Inimicorum noſtrorum, contra nos ſuccurſum, ad noſtrum ibidem Dominium, ſi poterit, ſubvertendum, ſicut nobis eſt certitudinaliter intimatum,

Nos,

Hujuſmodi Machinatis Malitiis obviare, & ſalvationi ac defenſioni Regni, Populi, & Jurium noſtrorum, Eccleſiæque Sanctæ, providere, intimiùs cupientes, ſuper dictis Negotiis, & aliis urgentiſſimis, Nos & Statum ejuſdem Regni noſtri, ac aliarum Terrarum noſtrarum, contingentibus,

Vobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus ipſius Regni, apud Notingham, die Lunæ, proximo poſt Feſtum Sancti Mathæi Apoſtoli, proximo futurum, habere ordinavimus Colloquium & Tractatum,

Et ideo vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus, quod, penſatis tantâ & tàm urgenti neceſſitate periculiſque iminentibus, abſque omni excuſatione, dictis die & loco, perſonaliter interſitis, Nobiſcum, & cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus prædictis, ſuper dictis Negotiis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri,

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem & Tranquilitatem dictorum Regni & Eccleſiæ Sanctæ, diligitis, modis omnibus faciatis,

Nè (quod abſit) per veſtri abſentiam expeditio negotiorum prædictorum, non abſque noſtro & totius Regni noſtri diſpendio, retardetur, ſeu quomodolibet differatur,

Et præmuniatis Decanum & Capitulum Eccleſiæ veſtræ Eboracum, Archidiaconos, totumque Clerum veſtræ Diœceſis, quod iidem, Decanus & Archidiaconi, in Propriis Perſonis ſuis, dictumque Capitulum per Unum, idemque Clerus per Duos Procuratores idoneos, plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſis Capitulo & Clero habentes, dictis die & loco interſint, ad faciendum & conſentiendum his, quæ tunc ibidem, de Comuni Conſilio, divinâ favente Clementiâ, ordinari contigerit ſuper negotiis antedictis.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, viceſimo quarto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, ac in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon in ſalvam Gardiam noſtram, Venerabilem Patrem, Epiſcopum Belvacenſem, & Nobilem virum, Ferricum de Pynguiaco, Militem, ac Magiſtrum Guidonem Peytenini, Nuncios & Conſiliarios, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, veniendo in Angliam ad tractandum nobiſcum, ſeu Deputandis à nobis, ſuper aliquibus, præfatum Regem Franciæ, & Nos, ac David de Brus, & ſibi Adhærentes de Scotiâ, tangentibus, ac ipſorum Nunciorum Familiam, ibidem morando; & exindè ad propria redeundo: An. 10. E. 3. Scot. 10. E. 3. m. 13.

Et ideò vobis mandamus quòd eiſdem, Epiſcopo, Ferrico, & Guidoni, *&c. prout in Literis de ſalvo Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, tertio die Septembris.

Per ipſum Regem.

De Nunciis a David de Bruis.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1336.

Sciatis quòd, An. 10.

Ad requiſitionem, Excellentiſſimi Principis, Domini Philippi, Regis Franciæ illuſtris, Conſanguinei noſtri cariſſimi, E. 3. Scot. 10.

Suſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram, ac in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, necnon in ſalvam Gardiam noſtram, Adam Epiſcopum Brethinenſem, & Magiſtros, Galterum de Moffete, & Garcenetum Byſet, de Scotiâ, ac eorum Familiam, cujuſcumque ſtatûs fuerint vel conditionis, in partibus tranſmarinis jam exiſtentes, E. 3. m. 9.

Veniendo, de eiſdem partibus, infra Regnum noſtrum, ibidemque morando (ſuper aliquibus, David de Brus de Scotiâ, & ſibi adherentes, tangentibus, tractaturos) & exindè ad dictas partes Franciæ redeundo, vel ad partes Scotiæ divertendo:

* Et ideò vobis, & veſtrûm cuilibet, *&c. prout in Literis de Conductu.* * IV. 708.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Andreæ Apoſtoli proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Johanne, tertio die Septembris.

Per ipſum Regem.

Et poſtmodùm, octavo die Octobris, proximo ſequente, ipſo Rege apud Auklandiam exiſtente, omnes prædictæ litteræ de Conductu innovatæ fuerunt, uſque ad Feſtum Purificationis beatæ Mariæ, tunc proximò futurum, duraturæ.

Et poſtmodùm, primo die Novembris, proximo ſequente, ipſo Rege apud Berewicum ſuper Twedam exiſtente, omnes prædictæ litteræ de Conductu iterùm innovatæ fuerunt, uſque ad Feſtum Paſchæ, proximò futurum, duraturæ; ſet, loco Ferici de Piguiaco, ponebatur Johannes Heumere Miles, Dominus de Waſnes.

Ann. D. 1336.

De Navigio Baionæ verſus Mare Anglicanum mittendo. An. 10. E. 3.

REX, Dilectis ſibi, Majori, Juratis, Centum Paribus, ac toti Communitati, Civitatis ſuæ Baionæ, Salutem. Vaſc. 10. E. 3. m. 2.

Quia nonnulli nobis certitudinaliter intimârunt, quòd diverſæ Ga-

Digitized by Google

Claus. 10 ... quem Vicecomes
E. 3. m. noſter Suthamtoniæ vobis per Præceptum noſtrum liberabit, ab
12. d. Ipſo recipiatis, & Ipſum, in Priſonâ noſtrâ Turris prædictæ, in
Ferris, ſalvò & ſecurè cuſtodiri faciatis, quouſque aliud a nobis
indè habueritis in mandatis.

Teſte Rege apud Notyngham, viceſimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

---

* IV. 709. ** Pro Comitiſſa de Fyfe.*

Ann. D. REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.
1336. Cùm, decimo ſeptimo die Martii, proximo præterito, vo-
An. 10. bis, per Breve noſtrum, mandaverimus quòd Mariæ Comitiſſæ
E. 3. de Fif in Scotiâ, Conſanguineæ noſtræ cariſſimæ (quæ in Angliâ
Liberat. ad Fidem & Pacem noſtram moratur) Quadraginta Solidos, pro
10. E. 3. Expenſis ſuis, per Septimanam, quamdiu moram ſic faceret, de
m. 6. Theſauro noſtro, liberari faceretis, quouſque aliud à nobis indè
haberetis in mandatis,

Nos, volentes idem mandatum noſtrum ritè exequi, juxta vim & effectum ejuſdem, vobis mandamus, quòd præfatæ Comitiſſæ, vel ejus in hâc parte Attornato, id, quod eidem Comitiſſæ a retro eſt de dictis Quadraginta Solidis per Septimanam, à prædicto decimo ſeptimo die hucuſque, & eoſdem Quadraginta Solidos per Septimanam exnunc, pro Expenſis præfatæ Comitiſſæ, quamdiu moram ſic fecerit, de Theſauro noſtro, liberetis, vel quouſque aliud a nobis indè habueritis in Mandatis.

Teſte Rege apud Notyngham, viceſimo nono die Septembris.

Per ipſum Regem.

Ad Regem Sitiliæ, ſuper Providentia Galearum impedita.

SEreniſſimo Principi, Domino Roberto, Dei gratiâ, Jeruſalem
Ann. D. & Siciliæ Regi, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſ-
1336. dem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitan-
An. 10. niæ, fœlicem regnandi gloriam, & Salutem.
E. 3. Pridem in noſtram deduxit notitiam Relatio fidedigna quòd,
Clauſ. 10. Cùm in Comitatu veſtræ Provinciæ, ſub velamine Subſidii Ter-
E. 3. m. ræ Sanctæ, procuraretur Providentia & Armatio Galearum,
11. d. Veſtra Serenitas, intelligens dictam Providentiam ad nocendum
nobis & noſtris perperàm fore factam, ipſam in dicto Comitatu
fieri prohibuit, & amabiliter impedivit,

In quo, ſicut frequenter in oportunitatibus aliis, ſincerus ad nos veſtræ Dilectionis affectus nobis innotuit per Effectum,

De quibus Excellentiæ Regiæ Verbales, quas valemus, Gratiarum referimus Actiones, quas gratorum Effectibus operum libentiùs redderemus.

Super hiis autem, Dilecto & Fideli noſtro, Nicholino de Fliſco de Janua (Quem, quia nobis ipſum aliàs de Fidelitate ſpecialiter commendâſtis, de noſtro duximus Concilio retinendum) aperuimus pleniùs Mentem noſtram; cujus Relationi velit, petimus, Regalis Magnificentia Fidem dare.

Et cùm, ad rogatum noſtrum, noſtris intendens Servitiis, ad vos redire diſtulerit, ſuper hoc Ipſum habere dignetur veſtra Sublimitas excuſatum.

... ad opus noſtrum, Galeas & Uſceria, Hominibus, & Armis, apparatu, & aliis Neceſſariis, ſufficienter inſtructa & munita,

Ac ad Tractandum, Concordandum, & Conveniendum, cum Dominis, Patronis, & Ductoribus, dictarum Galearum & Uſceriorum, de Vadiis & Stipendiis ac Providentiis in hâc parte conſtituendis & faciendis,

Et ea, quæ ſic conventa fuerint, quacumque Firmitate vallandum,

Necnon Obligationes, Cautiones, & Securitatem ſufficientem, de dictis Dominis Patronis, & Ductoribus, dictarum Galearum & Uſceriorum, de Galeis & Uſceriis ipſis habendis, ſic paratis, locis & temporibus, de quibus conventum extiterit, recipiendum,

Aliumque Procuratorem, loco ſui, in præmiſſa ſubſtituendum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis fuerint oportuna:

Promittentes, in Verbo Regiæ Veritatis, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictum Procuratorem noſtrum, ſeu Subſtitutum ab eodem, actum, ſeu conventum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Leiceſtre, ſecundo die Octobris.

Pro Edwardo Rege Scotiæ.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D.
Liberate, de Theſauro noſtro, Magnifico Principi, Edwar- 1336.
do Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, vel ejus in hac *An.* 10.
parte Attornato, Centum Libras de Dono noſtro, in Subventio- E. 3.
nem Expenſarum Hoſpitii ſui. *Liberat.*
Teſte Rege apud Leyceſtre, tertio die Octobris. 10. E. 3.
m. 4.

Per ipſum Regem.

De Victualibus præfato Regi liberandis.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Roberto de Tong, Receptori Ann. D.
Victualium noſtrorum apud Berewicum ſuper Twedam, Sa- 1336.
lutem. *An.* 10.
Mandamus vobis quòd, Magnifico Principi, Edwardo Regi E. 3.
Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, vel ejus in hac parte At- *Scot.* 10.
tornato, Vina & alia Victualia, ad valorem Centum Librarum, E. 3. m.
ad Pretium quo Victualia hujuſmodi in eâdem Villâ venduntur, 11.
de Victualibus noſtris, in Cuſtodiâ veſtrâ exiſtentibus, liberetis,
de Dono noſtro, in Subventionem Expenſarum Hoſpitii ſui:

Recipientes à præfato Rege, vel dicto ſuo Attornato, Litteras ſuas Patentes, Receptionem Vinorum & Victualium prædictorum, & Quæ & Cujuſmodi fuerint, & eorum pretium, continentes & teſtificantes.

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Notyngham, tertio die Octobris.

Per ipſum Regem.

* In-

Digitized by Google

Majori Securitate faciendâ, Conſanguineum, vel Conſanguineos ſuos, Minoris Ætatis, ſibi Propinquiores, dicto Domino Regi reddendos, cùm tempus oportunum advenerit, quia dictus Johannes Filium, nec Hæredem, à Corpore ſuo nondum habet legitimè Procreatum.

Præterea, præfatus Dominus Rex *Vult* & *Concedit*, quòd quocumque tempore habeat Hæredem de Corpore ſuo Legitimè Procreatum, quod Compaternitas ejuſdem Hæredis præfato Johanni concedatur.

Nos autem omnia & ſingula, in litteris prædictis contenta, pro nobis, & Hæredibus noſtris, quantum ad Nos pertinet, Acceptamus, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus, ſicut Litteræ prædictæ plenius teſtantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Aukelandiam, quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Flandrenſibus Areſtandis.

Ann. D. 1336. An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 11. d.

REX Vicecomiti Norfolciæ & Suffolciæ Salutem.

Quia Mercatores & alii quicumque de Regno noſtro, jam in partibus Flandriæ exiſtentes, unà cum Mercimoniis, Rebus, ac Bonis ſuis quibuſcumque, ſecum ibidem inventis, per Comitem Flandriæ, ac Burgimagiſtros, & Scabinos, & Conſules, Villarum ejuſdem Terræ, in eiſdem partibus Flandriæ Capti & Areſtati exiſtunt, & Carcerali Cuſtodiæ Mancipati, ſicut Nobis eſt certitudinaliter Intimatum, Nullâ præfato Comiti, ſeu Hominibus de Flandriâ, per Nos, ſeu Noſtros, Injuriâ factâ, nec Cauſâ aliquâ præcurrente,

Nos,

Hujuſmodi Contemptum, nobis ſic factum, ac Jacturas, quas eoſdem Mercatores eâ occaſione ſuſtinere oportebit, intimè ponderantes,

* IV. 712.

* Ac volentes contra hujuſmodi Malitiam extendere Manum noſtram,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, omnes Homines de Flandriâ, tàm Mercatores, quàm Alios, ubicumque inventi fuerint in Ballivâ tuâ, ſive infra Libertates, ſive extra, unà cum ipſorum Navibus, Mercimoniis, Bonis & Catallis quibuſcumque, in dictâ Ballivâ tuâ inventis, & Quæ ex nunc infra dictam Ballivam tuam duci contigerit, ſine dilatione areſtari, & Ipſos, ac ipſorum Bona prædicta, ſub ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ, abſque diſtractione Bonorum eorumdem, detineri facias, quouſque aliud indè duxerimus demandandum:

Indenturas (Nomina Flandrenſium prædictorum, ac ipſorum Bona, quæ ſic areſtari feceris, & Quæ, & Cujuſmodi fuerint, ac eorum Pretium, continentes) inter Te & aliquos Probos Homines locorum, ubi ipſos Flandrenſes, & eorum Bona, areſtari contigerit, faciens indilatè; & in Cancellariam noſtram nobis Tranſcriptum Indenturarum illarum, cùm factæ fuerint, de tempore in tempus, ſub Sigillo tuo tranſmittens.

Et hoc, ſicut Te Indempnem ſervare volueris, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Aucland, quinto die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Cùm nuper (ex parte Poteſtatis, Capitaneorum, & Communitatis, Civitatis Januæ) peterentur a præfato Domino Rege Reſtitutio Dampnorum, & Emendæ pro quibuſdam Dampnis,

Quæ Yvano Luccani, & Sociis ſuis Civibus Civitatis prædictæ, per Subditos, celebris memoriæ, Domini E. Regis Angliæ, Patris prædicti Regis, in Captione & Deprædatione cujuſdam Navis Groſſæ juxta Dunas de Sandwyco, dudum dicebantur illata,

Idem Dominus Rex Angliæ, de Liberalitate ſuâ, in Recompenſationem Dampnorum hujuſmodi, dictis Dampnificatis Octo Milia Marcarum Sterlingorum aſſignavit, ſub certâ formâ ſolvendarum, & dictæ Communitati Libertates diverſas in Regno ſuo conceſſit, prout in Litteris ſuis Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Iccircò Ego, Procurator, & Sindicus, ac Nuncius ſupraſcriptus (Præmiſſis Beneficiis & Gratiis Regiis debitè ponderatis) nomine Procuratorio, quo ſupra, præfatum Dominum Regem, & quoſcumque ſuos Subditos, & ſibi Adhærentes, de præfatis Dampnis, in dictâ Navi factis, ac Expenſis, & Intereſſe, ſecutis occaſione Captionis Navis prædictæ,

Quæ a præfato Rege, vel ſuis, prætextu Dampnorum & intereſſe * hujuſmodi, quocumque Colore, per dictos Dampnificatos, vel Aliquem de Comunitate prædictâ, peti poterunt in futurum, * IV. 713.

Libero & plenè quieto,

Et de ipſis Dampnis, Expenſis, & Intereſſe, Remiſſionem, & Pactum, de non Petendo, & Plenam Quietationem, præfato Regi, & ſuis, purè & ſpontè facio & concedo,

Et Ipſos, erga dictos Dampnificatos, Hæredes & Executores eorum, & dictam Comunitatem, & ſingulas Perſonas ejuſdem, Quietos & Indempnes, Solempni Stipulatione, ſub Obligatione & Ypoteca Bonorum Communitatis prædictæ, ſervare promitto;

Renuncians expreſsè Actioni, Proſecutioni, & Juri, ac Exceptionibus *Doli Mali*, *quod Metûs causâ*, *Conditioni ob cauſam non Numeratæ Pecuniæ*, *Areſtis*, *& Repriſſalibus*, ac omni alii Juris & Facti Remedio, dictis Dampnificatis, ſeu eorum Hæredibus & Executoribus, vel Comunitati, prædictis, ſeu alicui Civium prædictorum, occaſione Captionis Navis prædictæ Competentibus, ſeu Competituris aliqualiter in futurum:

Solo Jure dictarum Octo Mille Marcarum Rato & Firmo manente, donec, ſecundum formam Aſſignationis prædictæ, fuerint perſolutæ.

In cujus rei Teſtimonium Sigillum meum duxi præſentibus apponendum.

Dat. apud Lenton, decimo ſexto die Octobris, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo ſexto.

Et Memorandum *quòd prædictus Nicholinus venit in Cancellariam Regis, apud Eborum, Triceſimo die Octobris, Anno prædicto, & Recognovit Litteras prædictas eſſe Factum ſuum, & omnia Contenta in eiſdem, in formâ prædictâ.*

Ad Comitem Flandriæ expoſtulatoria.

REX, Nobili Viro, Domino Lodowico, Comiti Flandrienſi & Niverenſi, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1336.

Dum in debitæ reducimus conſiderationis examine pronam Benivolentiam & Dilectionis ſolidæ puritatem, quibus noſtri Progenitores & veſtri ſe mutuò prævenerunt (quas, noſtris temporibus, deſideramus inter Vos & Nos, in augmentis fœlicibus, fœcundare) An. 10. E. 3. Clauſ. 10. E. 3. m. 10. d.

Digitized by Google

Pro Rege de Procuratore conſtituto, contra Electum Norwicenſem.

Ann. D. UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Rex, &c. Salutem.
1336. Sciatis quòd,
An. 10. Cùm, in cunctis Eccleſiis Cathedralibus, Regni noſtri, inter
E. 3. cætera, tale Jus, ſeu Prærogativa, nobis notoriè competat, tàm
Pat. 10. ex Conceſſione Sedis Apoſtolicæ, quàm de Conſuetudine generali
E. 3. p. 2. & notoriâ, a tempore, & per tempus, cujus contrarii memoria
m. 18. non exiſtit, in Regno noſtro inviolabiliter obſervata,

Quòd Electi in dictarum Eccleſiarum Epiſcopos, priuſquam proſequantur Electionis ſuæ Negotium, teneantur inſtanter Aſſenſum Regium petere, &, ut illum optineant, expectare; aliàs Quicquid, non optento Aſſenſu noſtro prædicto, circa dictos Electos ulterius factum fuerit, ſit Ipſo Facto Irritum & Inane,

Ac omnes Electi prædicti, per totum tempus prædictum, id fecerint reverenter, excepto quodam Monacho, in Epiſcopum Norwycenſem jam Electo, & qui, dicti Juris noſtri veriſimiliter non ignarus, Aſſenſu noſtro Regio non optento, ad Sedem Apoſtolicam ſe tranſtulerit, Confirmationem Electionis, de ſe factæ, ut dicitur, petiturus, in dicti Juris noſtri præjudicium manifeſtum:

Nos, de fidelitate & circumſpectione, Dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Andreæ Sapiti, confidentes, ipſum Procuratorem noſtrum facimus, & conſtituimus ſpecialem,

Ad excipiendum, & obiciendum, ac proponendum, de dicto Jure, ſeu Prærogativâ noſtrâ, & Contemptu in hac parte nobis facto, contra dictum Electum,

Et ad impediendum, eo prætextu, Confirmationem Electionis ſuæ prædictæ,

Nec non ad oſtendendum qualiter parati fuimus ſibi facere quod nobis incumbebat (ad quod, ex causâ legitimâ, ſibi aſſignavimus Brevem Diem, quem tamen expectare non curavit) in dicto negotio, ponendum & articulandum: Poſitionibus & Articulis reſpondendum: Teſtes & Inſtrumenta & alia Documenta (quæ valere poterunt in hac parte) producendum: Juramentum de Calumpniâ & de Veritate dicendâ, ac quodcumque aliud licitum, in Animam noſtram præſtandum, provocandum & appellandum: alium Procuratorem, loco ſuo, ſubſtituendum, Subſtitutionem revocandum, & Procuratoris Officium reaſſumendum; ac omnia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid, in dicto Negotio, per præfatum Procuratorem noſtrum, vel Subſtitutum ab eo, Actum fuerit ſive Geſtum; aliis Procuratoriis quibuſcumque, præfato Procuratori noſtro priùs factis, in ſuo nichilominus robore duraturis.

In cujus, &c.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo octavo die Octobris, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo Sexto.

riæ ipſius Edwardi, ſint clariſſima) de Guerra contra Nos [illegible] Vaſſalum noſtrum perperàm inſurgere præſumpſerunt,

Et qualiter quidam, quærentes contra Nos Occaſiones indebitas, ſub colore ut dictis Scotis ſubveniant, magnam faciunt Providentiam Galearum & Navium Armatarum, ad Nos & Regnum noſtrum pro viribus expugnandum.

Quamobrem Regalem Magnificentiam (quam in tàm patenti Noſtrâ Juſtitiâ ſperamus invenire nobis Propitiam & Faventem) ex corde rogamus, quatinus, cum dicti noſtri Malivoli nitantur adhuc plures Groſſas Naves & Armatas contra nos, ut dicitur, providere, velitis, ſi placet, optentu Juſtitiæ, & ſolidæ Dilectionis, & mutuæ Subventionis dulcedine (quas inter Domum veſtram Regiam & noſtram gratis cupimus ſucceſſibus fœcundare) veſtris Subditis diſtrictiùs inhibere, & facere cum effectu, nè Naves ſuas hujuſmodi, in noſtri Perniciem, dictis noſtris Æmulis locent aliqualiter, vel concedant; nec ad Partes, vel Poteſtatem, eorum ducant ullatenus, vel tranſmittant:

Et, cùm quid facere poterimus vobis Grata, paratos nos ſemper habebitis Viciſſitudine relativâ.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, tertio die Novembris.

Ad Comitem Hollandiæ, ſuper providentia prætacta.

REX, Nobili & Potenti Viro, Domino Comiti Hanoniæ, Ann. D.
Holandiæ, & Selandiæ, ac Domino Friſiæ, Patri ſuo cariſ- 1336.
ſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. An. 10.
Ad publicam jam pervenit notitiam, &, ut credimus, vos non E. 3.
latet, qualiter Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, contra Nos, Su- Ibid.
periorem Dominum, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Reſcripturi nobis cùm quæ facere poterimus vobis grata.

Dat. apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, tertio die Novembris.

Ad Comitem Gelriæ, ſuper Providentia prædicta.

REX, Nobili & Potenti Viro, Domino Comiti Gerliæ, Fra- Ann. D.
tri ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. 1336.
Ad publicam jam pervenit notitiam, &, ut credimus, vos non An. 10
latet, qualiter Scoti, Rebelles & Inimici noſtri, contra Nos, ſu- E. 3.
periorem Dominum, *&c. prout ſupra de verbo ad verbum.* Ibidem.

---

* *Pro Epiſcopo Dunolmenſi ſuper Expenſis in Ambaſſiata ſua.* * IV. 716.

REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis Ann. D.
ſuis, Salutem. 1336.
Cùm, Duodecimo die Julii, proximo præterito, miſerimus, An. 10.
Venerabilem Patrem, R. Epiſcopum Dunolmenſem, ad partes E. 3.
Franciæ, ad tractandum cum, Magnifico Principe, Domino Phi- Clauſ. 10.
lippo, Rege Franciæ Illuſtri, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ſu- E. 3. m.
per quibuſdam negotiis, nos tangentibus, 11.

Et ei conceſſerimus, pro Singulis Diebus, quibus in hujuſmodi Obſequio noſtro ſtaret, uſque ad reditum ſuum, Quinque Marcas pro Vadiis ſuis percipiendas,

Digitized by Google

vobis mandamus quòd eidem Epiſcopo, de Summis, quas bonâ fide aſſerit ſe pro Obſequiis noſtris prædictis ſolviſſe, ut eſt dictum, vos, præfati, Theſaurarie & Camerarii, Solutionem celerem, de Theſauro noſtro, habere faciatis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Navibus armandis, & in Portu de Porteſmuth congregandis.

Ann. D. 1336. *An.* 10. *E.* 3. *Scot.* 10. *E.* 3. *m.* 5. *d.*

REX Majori, & Ballivis, Villæ ſuæ Briſtolliæ, Salutem.

Licet nuper,

Accipientes, ex relatione fidedignâ, quod Alienigenæ, in partibus Tranſmarinis, ſe parabant, & Naves in diverſis locis congregabant, ad expugnandum Gentes noſtras ſuper Mare, & de Guerrâ gravandum,

Tàm Vobis, quàm Magiſtris & Marinariis Navium Villæ prædictæ, ſicut cæteris Majoribus & Ballivis aliorum Portuum Regni noſtri, ac Magiſtris & Marinariis Navium ipſius Regni, (quas, pro Defenſione ejuſdem Regni, contra Hoſtiles hujuſmodi Invaſiones, areſtari fecimus) ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ inhibuerimus, nè aliquas Naves, Portûs * prædicti, ad aliquas partes, extra Regnum noſtrum, tranſire permitteretis quouſque aliud indè duceremus ordinandum, * IV. 717.

Set quòd eaſdem Naves, Hominibus, Armaturis, & aliis Neceſſariis pro Guerrâ, benè munitas, ſupra Mare mitteretis pro Defenſione Regni ſupradicti,

Quamplures tamen Naves, tàm Villæ illius, quàm aliorum locorum, ad partes Vaſconiæ, & alias partes Exteras (non obſtantibus Inhibitione & Pœnâ foriſfacturæ prædictis) ſunt profectæ,

Et quædam ex eis per dictos Alienigenas, tàm tranſeundo verſus partes illas, quàm exinde redeundo, de Guerrâ capiuntur, & ſecum, Interfectis earumdem Navium Marinariis, abducuntur in noſtri & totius Regni noſtri Dedecus & Vituperium, ac etiam Periculum Manifeſtum; undè, nec immeritò, intimè commovemur:

Et quia jam, per Nos & Concilium noſtrum (conſideratis Periculis, quæ undique iminent hiis diebus) pro comuni Utilitate dicti Regni, & Salvatione Navigii ejuſdem, ordinatum eſt & concordatum,

Quòd omnes & ſingulæ Naves, Portuum & locorum, ab ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, quæ ultra Mare tranſire poterunt, abſque dilatione & excuſatione quibuſcumque, Hominibus, Armaturis, & aliis Neceſſariis, benè & ſufficienter muniantur, & ſic munitæ in Portu de Porteſmuth, in Craſtino Sancti Nicholai, proximò futuro, ad ultimum, congregentur:

Ita quòd, ipſis ſic congregatis, Naves,

Quæ ad partes Vaſconiæ, & alias partes Exteras, pro Vinis, & Mercimoniis aliis quærendis, & ad Regnum noſtrum ducendis, profecturæ exiſtunt,

Ad eaſdem partes, in magnis Claſſibus, potentèr, ex causâ prædictâ, proficiſci valeant, & redire,

Et quòd aliæ Naves, pro Salvatione dictarum Navium, & conſervatione Honoris noſtri Regii, & Communi Bono & Commodo ipſius Regni, ac etiam pro expugnandâ & repellendâ Malitiâ dictorum Alienigenarum, ſi ipſis inſultare, aut Eas gravare præſumpſerint, ſalvò conducant & reducant, juxta Conſilium & Aviſamentum Fidelium noſtrorum, quos tunc, eâ de causâ, ad locum miſſuri ſumus antedictum;

Et ideò vobis in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis aſtricti eſtis, Mandamus, firmiter injungendo, quòd omnes Naves Villæ prædictæ ... quæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, ad alium certum locum, in Craſtino Sancti Andreæ Apoſtoli, proximo futuro, congregari mandavimus, ad proficiſcendum exindè ad partes Vaſconiæ, & * alias prædictas, in formâ ſupradictâ. * IV. 718.

Teſte Rege apud Stryvelyn, ſexto die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur Majoribus & Ballivis ſubſcriptis, de mittendo hujuſmodi Naves ſuas ad Portum prædictum in die prædicto; videlicet,

Ballivis Villæ de Criſtchurch.	*Ballivis Villæ de Tollesbury.*
Ballivis Villæ de Melcoumbe.	*Ballivis Villæ de la Rye.*
Majori & Ballivis Villæ de Suthampton.	*Ballivis Villæ de Seyton.*
Ballivis Villæ de Yarnemuth in Inſula Vecta.	*Ballivis Villæ de Porteſmuth.*
Ballivis Villæ de Liverpull.	*Ballivis Villæ Sanctæ Elenæ in Inſula Vecta.*
Ballivis Villæ de Stonore.	*Ballivis Villæ de Falemouth.*
Ballivis Villæ de Sidmuth.	*Ballivis Villæ de Lemynton.*
Ballivis Villæ de Sandwico.	*Ballivis Villæ de Peueneſe.*
Majori & Ballivis Villæ de Wynchelſe.	*Ballivis Villæ de Weymuth.*
Ballivis Villæ de Exmuth.	*Majori & Ballivis Villæ de Ceſtre.*
Ballivis Villæ de Brigwater.	*Majori & Ballivis Villæ de Lyme.*
Majori & Ballivis Villæ de Ciceſtre.	*Ballivis Villæ de Seford.*
Ballivis Villæ de Romenale.	*Ballivis Villæ de Dertmuth.*
Ballivis Villæ de Tengemuth.	*Ballivis Villæ de Porceſtre.*
Ballivis Villæ de Reiclure.	*Ballivis Villæ de Plummuth.*
Majori & Ballivis Villæ Exon.	*Ballivis Villæ de Faverſham.*
Majori & Vicecomitibus London.	*Ballivis Villæ de Shorham.*
Majori & Ballivis Doverr.	*Ballivis Villæ de Haſtyng.*
	Ballivis Villæ de Folkeſton.

De Navibus in Portu de Orewell congregandis.

REX Ballivis Villæ Magnæ Jernemuth, Salutem. Ann. D. 1336.

Cùm nuper, accipientes, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Portuum & Locorum *& tunc ſic*, ab Ore Aquæ Thamiſiæ verſus partes Boreales, *&c. ut ſupra uſque ibi*, muniantur, *& tunc ſic*, & ſic munitæ in Portu de Orewell, in Craſtino Sancti Andreæ, proximo futuro, ad ultimum congregentur, *&c. ut ſupra.* *An.* 10. *E.* 3. *Ibidem.*

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur Majori & Ballivis ſubſcriptis, de mittendo hujuſmodi Naves ſuas ad Portum prædictum in die prædicto; videlicet,

Ballivis Villæ de Lenn.	*Ballivis Villæ de Alemuth.*
Ballivis Villæ de Kyngeſton ſuper Hull.	*Ballivis Villæ de Tynemuth.*
Ballivis Villæ de Ravenesre.	*Ballivis Villæ de Blakeney.*
Ballivis Villæ de Scardeburgh.	*Ballivis Villæ de Donewico.*
Ballivis Villæ Novi Caſtri ſuper Tynam.	*Ballivis Villæ de Kirkele.*
Ballivis Villæ de Parva Jernemuth.	*Ballivis Villæ de Gilyngham.*
Ballivis Villæ de Gippewico.	*Ballivis Villæ de Oreford.*
Ballivis Villæ de Walflet.	*Ballivis Villæ de Goſeford.*
Ballivis Villæ de Newbyiggyng.	*Ballivis Villæ de Herewic.*
Ballivis Villæ de Whiteby.	*Majori & Ballivis Villæ de Grymesby.*
	Ballivis Villæ de Barton.
	Ballivis Villæ de Saltfletby.

Bal-

Digitized by Google

Conſiderationem habentes, ac volentes Ei Recompenſationem facere in hac parte,

CONCESSIMUS eidem Comiti Mille Marcas, percipiendas de Exitibus Terræ noſtræ Northwalliæ, per Manus Camerarii noſtri de Kaernarvan, in Recompenſationem SENESCALCIÆ ſupradictæ:

Volumus tamen quòd Caſtra, Villæ, & alia Loca noſtra, in dictâ Terrâ noſtra Northwalliæ, Victualibus & aliis Neceſſariis, quotiens & prout opus fuerit, benè & ſufficienter de dictis Exitibus muniantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Bothvill, viceſimo octavo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

ET Mandatum eſt Roberto de Hambury, Camerario Regis Terræ prædictæ, quòd eidem Comiti Mille Marcas, de Exitibus Camerariæ prædictæ, ſolvat (Recipiens a præfato Comite Literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes) & Rex Ei indè, in Compoto ſuo, ad Scaccarium Regis, debitam allocationem habere faciet;

Ita tamen quòd Caſtra, Villæ, & alia Loca Regis, in dictâ Terrâ Northwalliæ, Victualibus, & aliis Neceſſariis, quotiens & prout opus fuerit, benè & ſufficienter de dictis Exitibus, ſicut prædictum eſt, muniantur.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

De Navibus Retinendis, & in Flota mittendis.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Vaſc.* 10. *E.* 3. *m.* 1.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem.

Cùm plures Naves Regni noſtri ad partes Ducatûs noſtri prædicti, pro Vinis ibidem quærendis, in proximo ſint venturæ,

Et nollemus quòd redirent particulariter, ſed quod expectarent Naves de Baionâ, ut, ſimul in unâ Flotâ redeuntes, faciant potententer, per Dei gratiam, quæ pro Honore noſtro, juxta Ordinationem, indè factam, fuerint facienda,

Vobis mandamus, quod Omnes dictas Naves, & alias illuc venientes, retineatis quouſque, tàm dictæ Naves venerint de Baionâ, quàm aliæ, coadunatis Viribus, venientes, poſſint ſecuriùs facere quod eis ſuper hoc eſt injunctum.

Et, ſi aliquæ Naves de Flandriâ illuc venerint, illas protinus areſtetis, & ſub areſto forti teneatis, quouſque aliud a nobis habueritis in mandatis.

Teſte Rege apud Bothevill, tertio die Decembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

• IV. 720. Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Clauſ.* 10. *E.* 3. *m.* 5. *dorſ.*

* *Ad Ducem Brabantiæ, ſuper Stapulis Lanarum.*

REX, Nobili Viro, Domino J. Duci Brabantiæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Intelleximus Nobilitatis veſtræ Litteras, per quas ad conceden-

Ad Epiſcopum Leodienſem.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E. 3. *Ibidem.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Domino —— Dei gratiâ, Epiſcopo de Legys, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Benivolentiam & Amorem, quos ad Nos & Noſtros, ex ſolâ veſtræ Liberalitatis exuberantiâ, confidimus vos habere, pleniùs proſequimur Actionibus Gratiarum:

Intimè vos rogantes quatinus, conceptum erga nos, Dilectionis affectum continuare velitis cum augmentis felicibus per effectum:

Reſcribentes nobis ſi quæ facere poterimus vobis grata, ad quæ ſemper invenietis ex animo nos paratos.

Ad hæc, quædam, inſidentia nobis cordi, injunximus, Dilecto Valletto noſtro, Johanni de Frandeſton, Latori præſentium, Amicitiæ veſtræ ore tenus exprimenda; Cui, ſi placet, auditum velitis præbere Benivolum, & Fidem adhibere Credulam in Dicendis, & votis noſtris annuere, vobis per eum ſecuriùs intimandis.

Dat. ut ſupra.

* *De Commiſſariis ad intereſſendum Tractatui pro Defenſione Regni in abſentia Regis.*

• IV. 721.

Ann. D. 1336. *An.* 10. E 3. *Scot.* 10. *E.* 3. *m.* 3.

REX Univerſis & ſingulis, apud Londoniam, die Veneris, proximo poſt Feſtum Circumciſionis Domini, proximò futurum, de mandato noſtro conventuris, Salutem.

Quia volumus quòd quidam Tractatus, ſuper defenſione & ſalvâ Cuſtodiâ Regni noſtri, contra Hoſtium Invaſiones, & quibuſdam aliis urgentibus negotiis, Nos & Statum ipſius Regni contingentibus, ad dictos diem & locum, per quoſdam Prælatos, & alios Fideles noſtros, noſtro nomine, habeatur,

Nos,

Qui, cauſis legitimis præpediti, dictis die & loco non poſſumus perſonaliter intereſſe,

De fidelitate & providâ circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilium Patrum, Johannis Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis, Cancellarii noſtri, & S. Epiſcopi Londonienſis, Johannis de Warennâ Comitis Surriæ & Suſſexiæ, Henrici de Lancaſtriâ, & Willielmi de Clynton, Conſtabularii Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodis Quinque Portuum noſtrorum, plenam fiduciam reportantes,

Aſſignavimus & deputavimus ipſos, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Comitem, Henricum, & Willielmum, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum præfatum Archiepiſcopum Unum eſſe volumus) ad intereſſendum, pro nobis, & noſtro nomine, dicto tractatui, ad diem & locum prædictos,

Et ad Intentionem noſtram ſuper præmiſſis vobis ſerioſiùs exponendum,

Et ad tractandum & ordinandum, unà vobiſcum, cum continuatione dierum ſuper Defenſione hujuſmodi, & aliis negotiis antedictis, prout Ipſis & Vobis, pro honore noſtro Regio & commodo, ac ſecuriori defenſione Regni & Populi noſtrorum, ac Hoſtium repulſione meliùs videbitur expedire,

Hujuſmodique Tractatum ad alia locum ſeu loca prorogandum, trans-

Digitized by Google

[...] congregari fecerunt, & Mercatores & alios Regni noſtri per Mare tranſeuntes hoſtiliter agredientes, tàm Naves, ac Bona, & Res, ipſorum Subditorum noſtrorum, quàm quaſdam alias Naves prope Litora Inſulæ Vectæ

* IV. 722. * jacentes Ancoratas, Mercatoribus & Marinariis, in dictis Navibus exiſtentibus, nequiter interfectis, pluries ceperunt, & ſecum abduxerunt, Inſulaſque noſtras de Gerneſeye & Jereſye hoſtiliter etiam ſunt ingreſſi, Incendia, Homicidia, & alia Mala & Facinora, tàm ibidem, quàm ſupra Mare, diverſimodè & inhumaniter perpetrantes:

Et, licèt omnes & ſingulas Naves Portuum & Locorum prædictorum, quæ pro Guerrâ valere poterunt, pro defenſione Regni noſtri & Subditorum noſtrorum, ac repulſione Inimicorum noſtrorum prædictorum, areſtari, & de Guerrâ muniri, & in certis locis congregari, & ſupra Mare cum Admirallo Flotæ noſtræ Navium prædictarum mandaverimus proficiſci,

Ipſæ nichilominus quicquam, quod feciſſe debuerant, hactenùs non fecerunt, quamquam pro Profectione hujuſmodi diverſas Pecuniarum Summas, liberari, & eaſdem Hominibus ad Arma, Sagittariis, & aliis Armatis, muniri fecerimus;

Set Magiſtri, Marinarii, & alii Homines, in Navibus quæ pro obſequio noſtro prædicto ſic paratæ fuerunt exiſtentes, Graves Commotiones & Contentiones inter Se ſuſcitârunt, ac Mercatores, & alios Homines, tàm de Regno & Dominio noſtro, quàm aliundè, de Benivolentiâ noſtrâ & Amicitiâ exiſtentes, de Bonis ſuis ſupra Mare deprædarunt, & alia diverſa Mala, non abſque noſtri & totius Regni noſtri gravi Scandalo, perpetrarunt, undè, nec immeritò, intimiùs commovemur:

Et, quia jam ad noſtrum pervenit auditum quòd dicti Hoſtes noſtri, & eis Adhærentes, hujuſmodi Navigium in majori copiâ de Guerrâ parari, & in certis locis congregari indiès moliuntur, ad expugnandum Nos, & Regnum noſtrum, & Populum ipſius Regni, pro viribus gravandum,

Contra hujuſmodi Malitiam, & pro Periculis, quæ exindè (quod abſit) ſequi poterunt, evitandis, ac Repulſione eorumdem Hoſtium noſtrorum, Remedium, ut tenemur, apponere volentes, diſponente Domino, oportunum,

Aſſignavimus & deputavimus, Dilectos & Fideles noſtros, Venerabiles Patres, Johannem Archiepiſcopum Cantuarienſem, totius Angliæ Primatem, Cancellarium noſtrum, & S. Epiſcopum Londonienſem, Johannem de Warennâ, Comitem Surriæ & Suſſexiæ, Henricum de Lancaſtriâ, & Willielmum de Clynton, Conſtabularium Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodem Quinque Portuum noſtrorum, Quatuor, Tres, & Duos eorum,

Quorum præfatum Archiepiſcopum Unum eſſe volumus, & de quorum omnium probatâ Fidelitate & providâ Circumſpectione plenam fiduciam optinemus, & quos etiam ad partes illas eâ de causâ ſpecialiter deſtinamus,

Ad tractandum pro nobis, & nomine noſtro, vobiſcum, ac aliis Fidelibus noſtris, coram Eis, tàm de mandato noſtro, quàm ipſorum, venturis, ad Dies & Loca, quos præfati, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Henricus, & Willielmus, Quatuor, Tres, vel Duo eorum (quorum idem Archiepiſcopus Unus ſit) duxerint providendos, ſuper Defenſione & Salvatione Regni & Populi noſtrorum prædictorum, & Repulſione dictorum Hoſtium noſtrorum, & eis Adhærentium, & aliis negotiis, quæ Nos & Statum ipſius Regni contingunt,

Et ad Intentionem & Voluntatem noſtram vobis, & aliis prædictis, de præmiſſis, & eorum effectu, ſerioſiùs & pleniùs exponendum,

Et ad ordinandum & faciendum omnia alia & ſingula, quæ Defenſionem dicti Regni, & Repulſionem ipſorum Inimicorum, ac Honorem noſtrum & Commodum, concernunt, vel concernere poterunt, prout ipſis meliùs & ſecuriùs videbitur expedire, & quæ

Grandi Neceſſitatis Articulo, contigerit inveniri, Ipſos, tanquam noſtros, & Regni noſtri, Inimicos, reputabimus, & pro Talibus, cum tempus ſe optulerit, puniemus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Bothevill, undecimo die Decembris.

Pro Textoribus Brabantiæ in Angliam venientibus de Protectione.

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1336.

Sciatis quòd, An. 10.

Cùm Willielmus de Brabant, & Hanekinus de Brabant, Tex- E. 3.
tores de partibus Brabantiæ, infra Regnum noſtrum Angliæ acceſ- Pat. 10.
ſerint, & in Civitate noſtrâ Eborum converſentur, Officium ſuum E. 3. p.
ibidem excercentes, 2. m. 11.

Nos,

Attendentes per ipſorum Induſtriam, ſi Officium ſuum infra idem Regnum noſtrum excerceant, Nobis & Subditis noſtris Utilitatem & Commodum indè poſſe multipliciter evenire,

Ac, eo prætextu, volentes ipſorum Willielmi & Hanekini Tranquilitati & Quieti, ut ipſi Officio ſuo diligentiùs vacare poſſint, proſpicere in hâc parte,

Suſcepimus ipſos, Willielmum & Hanekinum, in Protectionem & Defenſionem noſtram, infra Regnum noſtrum converſantes, & Officium ſuum prædictum excercentes, necnon Res & Poſſeſſiones ſuas quaſcumque:

Et ideò vobis mandamus quòd, *&c. prout in Literis de Protectione.*

In cujus, &c. per Unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud Bothevill, duodecimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

De proclamando ne Quis cum Navibus, Victualibus, ſeu aliis Rebus, ſe transferat ad partes Tranſmarinas.

REX Vicecomiti Eſſexiæ & Hertfordiæ Salutem. Ann. D.
Quia datum eſt nobis intelligi, quòd, 1336.

Non obſtantibus Proclamatione & Inhibitione (nuper per Nos, An. 10.
per totum Regnum noſtrum, in ſingulis Comitatibus dicti Regni, E. 3.
factis) de Navibus aliquibus, cum Victualibus, Mercandiſis, aut Clauſ. 10.
aliis Rebus quibuſcumque, ob certas Cauſas, extra idem Regnum E. 3. m.
non ducendis, 4. d.

Nonnulli Mercatores, & alii, cum Navibus, Victualibus, Mercandiſis, & alus Rebus, ad dictas partes Exteras præſumpſerint ſe transferre, tàm publicè, quàm occultè,

Sicque Naves & aliæ Res hujuſmodi per Alienigenas, ſupra Mare, cum Navibus Guerrinis, contra Nos exiſtentes, ſæpius capiuntur, in noſtri Scandalum manifeſtum; undè plurimùm, nec immeritò, commovemur:

Nos (volentes Indempnitati Subditorum noſtrorum ubique, quatenùs poterimus, providere) tibi adhuc præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in ſingulis Portibus Maris, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, * ubi videris expedire, proclamari, &, ex parte noſtrâ, * IV.
firmiter facias inhiberi, 724.

Ne qui, Mercatores, Magiſtri, Marinarii, aut alii quicumque, ſub Forisfacturâ omnium quæ nobis forisfacere poterunt, cum Navibus, Victualibus, Mercandiſis, ſeu Rebus aliquibus, ad partes trans-

Digitized by Google

tos.

Paternitatem veſtram reverendam corditer implorantes, quatenùs Ipſis, & Eorum Alteri, Fidem adhibere velitis Credulam in Dicendis, &, juxta Petita per Eos, vel Unum Eorum, annuere gratiosè, ſi placuerit, Votis noſtris.

Teſte Rege apud Bothevill, decimo quinto die Decembris.

Ad Ducem Auſtriæ.

Ann. D. 1336. REX, Nobili & Potenti viro, Duci Auſtriæ, Amico ſuo, *&c.* Salutem.

An. 10. Exuberantem, *&c. ut ſupra uſque ibi* informatos, *& tunc ſic,*

E. 3. corditer vos rogantes quatenùs ipſis, *&c. ut ſupra.*

Ibidem. Dat. ut ſupra.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis; videlicet,

Epiſcopo de Legys.
Comiti Gelriæ, Fratri Regis, &
Comiti Hanoniæ, Holandiæ &c. Patri Regis Cariſſimo.

Procuratoria pro Comite Hollandiæ ad Alligantias ineundas.

Ann. D. UNiverſis, ad quos, &c. Edwardus, &c. Salutem.

1336. De Dilectione ſolidâ & Providentiâ circumſpectâ, viri no-

An. 10. bilis & diſcreti, Domini Guilielmi, Comitis Hanoniæ, Holandiæ,

E. 3. & Selandiæ, ac Domini Friſciæ, Soceri noſtri cariſſimi, intimè

Pat. 10. confidentes, Ipſum Procuratorem noſtrum * facimus & conſtitui-

E. 3. p. mus ſpecialem,

2. m. 6. Ad tractandum & concordandum, cum quibuſcumque Perſo-

* IV. nis, Nobilibus, Potentibus, & aliis, prout expedire viderit, de

725. Alligantiis & Fœderibus, inter Nos & Ipſos ineundis,

Dictaſque Perſonas nobiſcum, contra quaſcumque Perſonas, Retinendum, Conducendum, & Firmandum,

Et de Feodis, Vadiis, & Stipendiis, ac Remunerationibus, Perſonis, ſic Retentis, Conſtituendis, Solvendis, & Faciendis Conveniendum,

Securitatemque congruam a Perſonis prædictis, de faciendo nobis, quod debebunt, juxta formam Alligantiarum & Conventionum, in hac parte initarum, Petendum & Recipiendum,

Ac ea, quæ ſic Tractata, Concordata, Conventa, ac Acta, fuerint in præmiſſis, quacumque Firmitate vallandum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros Quicquid per dictum Procuratorem noſtrum, Tractatum, Concordatum, Conventum, & Actum, fuerit in Præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium Literas noſtras fieri fecimus has Patentes.

Dat. apud Bothvill, decimo ſexto die Decembris.

Promittimus etiam quod, ſuper Alligantiis & Conventionibus, per dictos Procuratores noſtros, & Alterum eorum, in hac parte factis & initis, juxta formam & effectum Literarum, dictorum Procuratorum noſtrorum, & alterius eorumdem, ſuper hoc confectarum, ad majorem Securitatem, Literas noſtras Ratificatorias & Approbatorias, plenas & ſufficientes, ſtatim cùm ſuper hoc requiſiti fuerimus, fieri faciemus.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

** De tractando cum quibuſcunque Perſonis ſuper Paſſagio inter Regna Angliæ & Franciæ.* * IV. 726.

REX Univerſis Chriſti Fidelibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quod Nos, 1336.

De fidelitate & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fide- An. 10.

lium noſtrorum, Magiſtrorum Ricardi de Bynteworth, Juris Ci- E. 3.

vilis Profeſſoris, Pauli de Monte Florum, Canonici Lincolnienſis, Ibidem.

& Johannis de Ragenhill, utriuſque Juris Periti, confidentes,

Ipſos, Duos, & Unum eorum, Nuncios & Procuratores noſtros facimus & conſtituimus ſpeciales,

Ad Tractandum cum quibuſcumque Perſonis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, ſeu Deputandis ab Eiſdem, de Salvo & Securo Paſſagio, ſupra Mare, inter Regna Franciæ & Angliæ ordinando, & quòd ex utràque parte Maris dictum Paſſagium ſit Apertum,

Ita quòd Homines, in Regno noſtro exiſtentes, valeant ad partes Franciæ transfretare, & quo voluerint ſe transferre,

Et Homines, a partibus Franciæ ad partes iſtas venire volentes, poſſint hoc facere ſine Gravamine qualicumque,

Et illis, quæ ſic Tractata fuerint, Concordandum & Conſentiendum, & Ea quacumque Firmitate Muniendum,

Et ad omnia alia & ſingula faciendum, quæ circa Præmiſſa neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Ratum & Gratum habituri Quicquid per dictos Procuratores noſtros, Duos, vel Unum eorum, Actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Doncaſtre, viceſimo ſecundo die Decembris.

De tractando cum Rege Franciæ ſuper præfato Paſſagio.

REX Univerſis Chriſti Fidelibus, ad quos, &c. Edwardus, &c. Ann. D.

Salutem. 1336.

Sciatis, *&c. ut ſupra uſque ibi* ſpeciales, *tunc ſic,* ad tractandum An. 10.

cum, Magnifico Principe, Domino Rege Franciæ, ſeu Deputan- E. 3.

dis ab eodem, de ſalvo, *&c. ut ſupra.* Ibidem.

Dat. ut ſupra.

Ann. D. 1337.

Pro Willielmo de Monte-Acuto, conſtituto Admirallo verſus partes Occidentales. An. 10.

E. 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Scot. 10.

Sciatis quòd Nos, E. 3. m.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilecti & Fi- 4.

delis

Digitized by Google

An. 10. muth, quàm omnium aliorum Portuum & Locorum, ab Ore A-
E. 3. quæ Thamiſiæ, per Coſteram Maris, verſus partes Boreales, ſub
Ibidem. eadem Datâ, cum conſimilibus Mandatis ſubſequentibus, mutatis mutandis.

De intendendo Admirallis ante Memoratis.

Ann. D. REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus, Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c.
1337. Salutem.
An. 10. Sciatis quòd,
E. 3. Cùm Nos,
Scot. 10. De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilecti &
E. 3. m. 4. Fidelis noſtri, Willielmi de Monte Acuto, plenariè confidentes,

Conſtituerimus ipſum Willielmum Capitaneum & Admirallum Flotæ noſtræ Omnium Navium, tàm Quinque Portuum noſtrorum, quàm omnium aliorum Portuum & Locorum, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, per Coſteram Maris, verſus partes Occidentales,

Quas ad proficiſcendum, in Obſequium noſtrum, pro Defenſione Regni noſtri, ſub certâ formâ, parari mandavimus,

Quamdiu nobis placeret,

Dantes eidem Willielmo Poteſtatem omnes & ſingulos Marinarios, ac alios, de Flotâ prædictâ, Caſtigandi & Puniendi, prout juſtum foret, & prout hactenus fieri conſuevit, prout in Litteris noſtris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Dedimus eidem Willielmo plenam, tenore præſentium, Poteſtatem eligendi, quotiens opus fuerit, infra Portus Maris, & alia loca, in partibus prædictis, ubi tranſitum fecerit, tàm infra Libertates, quàm extra, Tot Homines de Validioribus & Potentioribus partium illarum, Quot pro Eskippamento Navium prædictarum fore viderit oportunos, & eoſdem Homines, ſic Electos in Navibus illis ponendos, nec non omnes illos, quos in Electione hujuſmodi contrarios invenerit ſeu rebelles, Capiendi, & Areſtandi, ac Priſonis noſtris committendi, ibidem ad voluntatem noſtram moraturos;

Et ideò vobis, omnibus & ſingulis, mandamus firmiter injungendo, quòd eidem Willielmo, in præmiſſis omnibus & ſingulis, Intendentes ſitis, Reſpondentes, & Auxiliantes, Quotiens & Quando per Ipſum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti:

Vobiſque Vicecomitibus & Ballivis, quòd hujuſmodi Contrarios & Rebelles a præfato Willielmo recipiatis, & eos in Priſonis noſtris ſalvò cuſtodiri faciatis, in formâ ſupradictâ.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

CONſimilem Poteſtatem habent Robertus de Ufford & Johannes de Ros, Admiralli Flotæ Regis omnium Navium, tàm Magnæ Jernemuth, quàm omnium aliorum Portuum & locorum, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, per Coſteram Maris, verſus partes Boreales, conjunctim, & diviſim, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

---

* IV. 718.
Ann. D. 1337.
An. 10.
E. 3.
Vaſc. 10.
E. 3. m. 1.

* *De Nicolao Uſuſmaris (Januenſi) Viceadmirallo conſtituto.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilecti Nobis, Nicholai Uſuſmaris, plenariè confidentes,

Ad conducendum & firmandum, ad opus noſtrum, Galeas & Uſceria, Hominibus & Armis, apparatu, & aliis Neceſſariis, ſufficienter inſtructa & munita,

Et Tractandum, Concordandum, & Conveniendum, cum Dominis, Patronis, & Ductoribus dictorum Galearum & Uſceriorum, de Vadiis, & Stipendiis, & Providentiis, in hac parte conſtituendis, & faciendis,

Et ea, quæ ſic Conventa fuerint, quacumque Firmitate vallandum,

Necnon Obligationes, Cautiones, & Securitatem Sufficientem, de dictis Dominis, Patronis, & Ductoribus, dictorum Galearum & Uſceriorum, de Galeis & Uſceriis ipſis habendis, ſic paratis, Locis & Temporibus, de quibus conventum extiterit, recipiendum,

Alios Procuratores, vel Procuratorem, Loco ſui, ad præmiſſa ſubſtituendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis fuerint oportuna;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum habituros Quicquid per dictos Procuratores noſtros, vel eorum alterum, ſeu Subſtitutos, vel Subſtitutum, ab Eis, vel eorum Altero, Actum ſeu Conventum fuerit in Præmiſſis & quolibet Præmiſſorum; Aliis quibuſcumque Mandatis, ſeu Procuratoriis, per Nos in hac parte priùs factis, in ſuo robore nichilominus duraturis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo octavo die Januarii.

De Locum tenente Conſtabularii Burdegaliæ conſtituto.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1337.
Cùm conſtituerimus, Dilectum nobis, Nicholaum Uſuſmaris, An. 10.
Conſtabularium noſtrum Burdegaliæ, Viceadmirallum * Flotæ no- E. 3.
ſtræ Galearum, & omnium aliarum Navium, Ducatûs noſtri Vaſc. 10.
Aquitaniæ, E. 3. m. 1.
Quas ad proficiſcendum, in Obſequium noſtrum, pro Defenſione ejuſdem Ducatûs, ſub certâ formâ, parari mandavimus, * IV.
Quamdiù nobis placuerit, prout in Literis noſtris Patentibus, 719.
indè confectis, pleniùs continetur,

Ac idem Nicholaus pro tempore, quo dicto Officio Admiralli vacaverit, dictum Officium Conſtabularii commodè regere non poteſt, ut accepimus,

Nos,

De fidelitate, Dilecti nobis, Antonii Uſuſmaris, confidentes,

Conſtituimus Ipſum Antonium Locum tenentem prædicti Nicholai, ad Faciendum & Regendum omnia & ſingula, ad dictum Officium Conſtabularii pertinentia, quotiens idem Nicholaus circa prædictum Officium Admiralli fuerit occupatus;

Ita quòd de Exitibus, indè medio tempore provenientibus, nobis reſpondeat, & in Officio illo Feodum percipiat conſuetum pro tempore, quo in Officio ſteterit ſupradicto:

Volentes quòd, ceſſante Occupatione hujuſmodi, præfatus Nicholaus dictum Officium Conſtabularii faciat & exequatur, prout anteà facere conſuevit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo octavo die Januarii.

ET Mandatum eſt univerſis & ſingulis Subditis Regis in Ducatu prædicto, quòd eidem Antonio, tanquam Locum tenenti prædicti Nicholai, in omnibus, quæ ad Officium Conſtabularii præ-

Digitized by Google

... ad, venerabi-
lem Patrem, Johannem Cantuarienſem Archiepiſcopum, Cancellarium noſtrum, ſine dilatione, tranſmittatis inſpiciendas & examinandas, prout ſibi per nos plenius eſt injunctum;

• IV. 730. • Et Apporta hujuſmodi areſtari, & ſalvò ſub Sigillis veſtris cuſtodiri, faciatis, quouſque aliud indè duxerimus demandandum:

Nos de ſummis, quas de hujuſmodi Apportis areſtaveritis, nec non de Nominibus eorum, qui hujuſmodi Apporta ibidem deportaverint, dictum Cancellarium noſtrum, ſub Sigillis veſtris prædictis, diſtinctè & apertè, de tempore in tempus, certificantes.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, viceſimo ſexto die Januarii.

Per ipſum Regem.

De Quercubus liberandis, pro Factura Galeæ.

Ann. D. REX, Dilecto ſibi in Chriſto, Priori de Blida, Salutem.
1337. Cùm vos nuper Quadraginta Quercus, pro Facturâ cujus-
An. 11. dam Galeæ quam, apud Villam de Kyngeſton, ſuper Hull, per,
E. 3. Dilectum nobis, Willielmum de la Pole, ex certis cauſis, fieri
Claus. 11. ordinavimus, ad rogatum noſtrum nobis conceſſeritis,
E. 3. *p.* 1. Ac, ſub confidentiâ Maeremii illius, Facturam prædictæ Galeæ
m. 37. jam incipi fecerimus,

Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quòd dictas Quercus, Dilecto Carpentario noſtro, Willielmo de Kelin (quem ad vos ex causâ prædictâ mittimus) quacumque excuſatione ceſſante, liberari faciatis, ad eas uſque dictum locum, pro prædicto opere perficiendo, cariandas; prout ſibi per Nos plenius eſt injunctum:

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Langele, viceſimo ſeptimo die Januarii.

Per ipſum Regem.

De Ancoris Fabricandis.

Ann. D. REX Vicecomitibus Londoniæ Salutem.
1337. Cùm certas Ancoras pro Navibus noſtris, videlicet, la Cri-
An. 11. ſtoffre & Cogge Edward, celeriter facere ordinaverimus,
E. 3. Vobis Mandamus quòd Quinque Milia Ferri, & Ducentas Bor-
Ibid. das de Eſtland, ac Centum Quarteria Carbonum Maritimorum, pro dictis Ancoris, & aliis Operationibus, in Turri noſtrâ Londoniæ faciendis, emi & provideri,

Et, Dilecto Clerico noſtro, Thomæ de Stapelford, Supervisori Operationum noſtrarum in Turri prædictâ, per Indenturam, indè conficiendam, liberari faciatis,

Ita quòd, pro veſtri defectu, dictæ Operationes nullatenus retardentur:

Et de Cuſtubus, quos circa Emptionem & Proviſionem hujuſmodi appoſueritis, vobis in firmâ veſtrâ Civitatis prædictæ, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Turrim London. viceſimo octavo die Januarii.

Per ipſum Regem,

Ad Comitem Markæ, de Credentia.

REX, Nobili & Potenti Viro, Comiti Marchiæ, Amico ſuo Ann. D.
cariſſimo, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum. 1337.
Ex magnâ Dilectionis veſtræ fiduciâ mittimus ad vos, Dilectum *An.* 11.
Vallettum noſtrum, Johannem de Thraudeſton ſuper aliquibus, *E.* 3.
cordi nobis inſidentibus, & vobis ore tenus exprimendis, per nos *Claus.* 11.
ſpecialiter operatum; Cui Auditum præbere benivolum, & Fidem *E.* 3. *p.* 1.
adhibere velitis credulam, petimus, in dicendis. *m.* 37. *d.*

Dat. London. decimo die Februarii.

Ad Burgimagiſtros de Burcels de Stapula concedenda.

REX, Diſcretis Viris, Burgimagiſtris & Scabinis Villæ de Bur- Ann. D.
cels, Amicis ſuis cariſſimis, Salutem. 1337.
Injunximus quedam, Stapulam Lanarum Regni noſtri, in loco *An.* 11.
congruo, infra Ducatum Brabantiæ, concedendam, Concernen- *E.* 3.
tia, Dilecto Valletto noſtro, Johanni de Thraudeſton, per ipſum *Ibid.*
vobis ore tenus exprimenda; Cui, ſuper dicendis, ex parte noſtrâ, fidem velitis petimus credulam adhibere.

Dat. London. decimo die Februarii.

Eodem modo mandatum eſt Burgimagiſtris, Scabinis, & Probis Hominibus, Villæ de Loveyn.

Item Burgimagiſtris, Scabinis, & Probis Hominibus, Villæ de Malyns.

Ad Papam, de Credentia.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri, Domino B. Divinâ Providentiâ, Ann. D.
Sacroſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifi- 1337.
ci, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, *An.* 11.
& Dux Aquitaniæ, devota Pedum oſcula Beatorum. *E.* 3.
Accedit ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, quàm Dilectus no- *Rom.* 11.
bis, Magiſter Bernardus de Siſtre, veſter, & Apoſtolicæ Sedis *E.* 3. *m.*
in Regno noſtro Nuncius, Vir utique Morum honeſtate Conſpi- 3.
cuus, Fidelis & Diligens in Commiſſis, & in Agilibus Circumſpectus:

Et, licet Probitatis ſuæ Merita veſtræ Clementiæ Nota ſint ſatis, ut conicimus, & Accepta; votiva tamen noſtra Recommendatio, ſi placet, ad Hoc in veſtræ Propitiationis oculis adiciat incrementum:

De Fidelitatis ſiquidem ſuæ conſtantiâ, & puritate Conſcientiæ, plenius confidentes, ſibi ſuper quibuſdam, cordi nobis inſidentibus, & veſtræ Beatitudini per ipſum, ſi placuerit, vivæ vocis oraculo exprimendis, aperuimus fiducialiter mentem noſtram.

Quamobrem Apoſtolicæ Conſtantiæ (quam in Perſonâ veſtrâ
eminentiſſimè • firmavit Altiſſimus) devotâ precum inſtantiâ ſup- • IV.
plicamus, quatinus, juxta conceptam in Nobis de bonitate veſtrâ 732.
fiduciam, Relationem, per ipſum ex parte noſtrâ faciendam, clementer audire, Relatiſque Fidem indubiam adhibere, ac Nobis,

ſuper

Digitized by Google

Nos itaque, hujuſmodi Ceſſione admiſſâ, de Proviſione ipſius Eccleſiæ Norwicenſis celeri & felici, nè prolixæ Vacationis ſubjaceret incommodis, Paternis & ſolicitis Studiis cogitare cepimus diligenter.

Et demùm,

Poſt Deliberationem, quam, de præficiendo eidem Eccleſiæ Norwicenſi Perſonam utilem & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem,

Ad, Dilectum Filium, Antonium, Electum Norwicenſem, Decanum Eccleſiæ Lincolnienſis, in Sacrâ Theologiâ Magiſtrum, Capellanum noſtrum, in Sacerdotio conſtitutum,

Quem, prout fidedignâ Relatione percepimus, Morum & Vitæ inſignita honeſtas, ac Spiritualium & Temporalium providentia, pluraque alia Virtutum Dona commendant,

Direximus oculos noſtræ mentis,

Quibus omnibus diligenti meditatione penſatis, de Perſonâ ipſius Antonii, nobis, & eiſdem Fratribus, ob ſuorum exigentiam Meritorum, acceptâ, eidem Norwicenſi Eccleſiæ, de dictorum Fratrum Conſilio, auctoritate Apoſtolicâ, providimus,

Ipſumque Antonium illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem,

Curam & Adminiſtrationem ipſius Norwicenſis Eccleſiæ ſibi in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo in Illo, qui dat Gratias, & largitur Præmia.

Cùm itaque, Fili cariſſime, ſit Virtutis Opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, ac Eos Verbis & Operibus pro Regis Æterni gloriâ venerari,

Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus eundem Electum & præfatam Norwicenſem Eccleſiam, ſuæ Curæ Commiſſam, habens pro Apoſtolicæ Sedis & noſtrâ Reverentiâ commendatos, ipſos benigni favoris auxilio proſequaris, ita quòd idem Electus, tuæ Celſitudinis fultus auxilio, in commiſſo ſibi Curiæ Paſtoralis officio poſſit, Deo propitio, proſperari, ac Tibi exindè a Deo perennis Vitæ Præmium, & a Nobis condigna proveniat Actio Gratiarum.

Dat. Avinion. ſecundo Idus Martii, Pontificatûs noſtri Anno tertio.

Sub filis canabeis.

• IV. 733. ** De Proviſione ad Eccleſiam Wigornienſem, & de Tranſlatione ad Eccleſiam Elienſem.*

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Ex Origine in Turri.*

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad fovendum in caritatis viſceribus Eccleſiarum Prælatos, ac eos præcipuè qui dignitate Pontificali præeminent, eò te fiducialiùs noſtris precibus invitamus, quo, in Bonorum executione Operum, Celſitudinis Regalis affectum extimamus magis promptum & facilem invenire, maximè cùm apud Deum (cujus Prælati hujuſmodi obſequiis deputantur) Tibi Retributionis Æternæ Præmium, & apud Homines exindè Præconium proveniant amplæ laudis.

Nuper ſiquidem,

Eccleſiâ Wigornienſi vacante, pro eo quòd nos, Venerabilem Fratrem, Magiſtrum Symonem Elienſem, tunc Wigornienſem Epiſcopum, licèt abſentem, a vinculo, quo Wigornienſi Eccleſiæ (cui tunc præerat) tenebatur, de Fratrum noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Abſolventes, eum ad Elienſem Eccleſiam, tunc vacantem, duximus Transferendum, præficiendo Ipſum Illi in Epiſcopum & Paſtorem,

Nos,

Attendentes quòd nullus, præter Nos, de Ordinatione ipſius

[illegible] pro noſtra & ipſius Sedis reverentiâ, in eorum opportunitatibus, propenſiùs commendatos, quòd dictus Electus, tuæ Celſitudinis fultus auxilio, in commiſsâ ſibi Curâ Paſtoralis Officii poſſit, Deo propitio, aſſiduè proſperari, ac tibi exinde a Retributore bonorum omnium perennis Vitæ Præmium rependatur, & à Nobis condigna proveniat Actio Gratiarum.

Dat. Avinion. ij. Id. Martii, Pontificatûs noſtri Anno Tertio.

** Super Adhærentia Scotis de Inquirendo.* • IV. 734.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Pat.* 11. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 33. *dor.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Ranulpho de Dacre, Petro de Tiliol, & Clementi de Skelton, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm datum ſit nobis intelligi, quòd diverſi Homines, de partibus de Eskedale, Ledeleſdale, Ewitheſdale, Walughopdale, & Bretellaugh, Scotis, Inimicis & Rebellibus noſtris, qui de Guerrâ contra Nos inſurrexerunt, ſunt Adhærentes, eóſque ſæpius ſcientèr & voluntariè Receptantes, Eiſque Armaturas, Victualia, & alia, pro eorum Suſtentatione & Confortatione, indiès miniſtrantes, in noſtri Contemptum & Deceptionem manifeſtam,

Nolentes præmiſſa, ſi perpetrata fuerint, relinquere impunita,

Aſſignavimus Vos & Duos veſtrûm, Juſticiarios noſtros ad inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum de Communitate de Rokesburgh & Dunfris, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos rei veritas meliùs ſciri poterit, de Nominibus illorum qui præfatis Inimicis noſtris ſunt Adhærentes, Eos ſcienter & voluntariè Receptantes, Armaturas, Victualia, & alia, pro eorum Suſtentatione & Confortatione, Miniſtrantes, vel mittentes, ſeu mitti facientes, & de præmiſſis, omnibus & ſingulis, pleniùs veritatem,

Necnon ad præmiſſa audiendum & terminandum, & debitam Punitionem de hiis (quos de præmiſſis culpabiles inveniri contigerit) faciendum ſecundum Legem & Conſuetudinem partium prædictarum:

Et ideò vobis mandamus, quòd, ad certos Dies & Loca, quos Vobis, vel Duo veſtrûm, ad hoc provideritis, præmiſſa omnia & ſingula faciatis, & expleatis in formâ prædictâ, facturi indè quod ad Juſtitiam pertinet, ſecundum Legem & Conſuetudinem partium prædictarum; ſalvis nobis Amerciamentis, & aliis, ad Nos indè ſpectantibus.

Mandavimus enim Vicecomitibus noſtris Comitatuum prædictorum, quòd, ad certos Dies & Loca, quos Vos, vel Duo veſtrûm, Eis ſcire faciatis, venire faciant coram vobis, vel Duobus veſtrûm, Tot & Tales Probos & Legales Homines de Ballivis ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos, &c. & inquiri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Thoma de Berkele, de Immunitate ſua adjudicata.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Pat.* 11. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 28.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Thomas de Berkeleye de Morte Domini E. quondam Regis Angliæ, Patris noſtri, per Nos & Magnates Regni noſtri Impetitus fuiſſet,

Et poſtea per Pares ipſius Thomæ, & per Inquiſitionem (in quam, in pleno Parliamento noſtro, tento apud Weſtmonaſterium, Anno Regni noſtri Quarto, ſe poſuit) compertum extitiſſet, quod

Digitized by Google

in cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

Super Expenſis Comitis de Murref in Turre London.

Ann. D. REX Vicecomiti Eſſexiæ Salutem.
1337. Cùm nuper tibi præceperimus, firmiter injungentes, quòd,
An. 11. Dilecto & Fideli noſtro, Nicholao de la Beche, Conſtabulario
E. 3. Turris noſtræ Londoniæ, Viginti Solidos, pro Expenſis Comitis
Clauſ. 11. de Murref de Scotiâ, in Priſonâ noſtrâ Turris prædictæ, de Man-
E. 3. p. 1. dato noſtro, detenti, pro qualibet Septimanâ, quâ idem Comes in
m. 20. Turri prædictâ fuerit, à decimo octavo die Octobris, proximo præterito, quamdiu ipſum Comitem ibidem ſic detineri contingeret, de Exitibus Ballivæ tuæ ſolveres,

Ac pro eo quòd præfatus Comes, ſecundo die Octobris, proximo ante dictum decimum octavum diem, præfato Nicholao liberatus fuit, in Priſonâ, in Turri prædictâ, ut præmittitur, detinendus, ſicut jam ſumus pleniùs informati,

Nos, habitâ conſideratione ad Expenſas, quas ipſum Nicholaum, pro Suſtentatione prædicti Comitis, dum ſub Cuſtodiâ ſuâ detentus fuerit, facere oportet, conceſſimus eidem Viginti & Sex Solidos, & Octo Denarios, pro Expenſis ipſius Comitis ſingulis Septimanis, à tempore quo in Cuſtodiâ ipſius Nicholai ſic fuit, & quamdiu ipſum in Turri prædictâ ex nunc in Priſonâ contigerit detineri,

Et ideo tibi præcipimus, quòd præfato Nicholao Viginti & Sex Solidos, & Octo Denarios, ſingulis Septimanis, pro Expenſis præfati Comitis, à dicto ſecundo die Octobris, quamdiu ipſum in Priſonâ Turris prædictæ ſic detineri contigerit, de Exitibus Ballivæ tuæ (deductis dictis Viginti Solidis pro Septimanâ, ſi quos ei ſolveris virtute Mandati noſtri ſupradicti) ſolvas; Recipiens a præfato Nicholao Literas ſuas Patentes, Receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes, & Nos tibi indè, in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro Edwardo Duce Cornubiæ, de Stannaria conceſſa.

Ann. D. REX Vicecomiti Cornubiæ Salutem.
1337. Cùm nuper, Perſonam, Dilecti & Fidelis noſtri, Edwardi
An. 11. Comitis Ceſtriæ, Filii noſtri Primogeniti, honorare volentes, ei-
E. 3. dem Filio noſtro Nomen & Honorem Ducis Cornubiæ dederi-
Clauſ. 11. mus, ipſúmque in Ducem Cornubiæ præfecerimus, & Gladio
E. 3. p. 1. cinxerimus ſicut decet,
m. 19. Et, inter cætera, quæ eidem Filio noſtro, pro Statu & Honore

experto propitiam) ab illis Manum libenter ſubtrahet Juvaminis & 20. d.
Favoris, quos Nobis cognoverit nequiter Malignantes.

Cùm igitur Homines de Flandriâ, retulentes nobis Mala pro Bonis, Inimicis noſtris, contra Deum & Juſtitiam, patenter adhæreant, & Nos & Noſtros pro viribus perſequi moliantur, Injurias intolerabiles pertinaciter inferentes,

Celſitudinem Regiam totis affectibus imploramus, quatenus Subditis veſtris velitis, ſi placet, diſtrictiùs inhibere, nè ad dictas partes Flandriæ, cum Mercibus, Armis, vel Victualibus, quoquo modo ſe transferant, nec negotientur, nec quicquam faciant quod ipſis Flandrentibus cedat ad Commodum vel Solamen, ſeu in noſtri poſſet Perniciem redundare.

Et, ſi placeret veſtræ Magnificentiæ Ipſos inducere, ut ad partes Regni noſtri, cum Mercibus, & ad faciendum ſuum Proficuum, divertere ſe curarent, reverà ſic eos faceremus favorabiliter pertractari, quòd deberent meritò contentari.

Et, ſi ſint aliqua per noſtros contra veſtros Subditos perperàm attemptata, ſeu per Injuriam Dampna facta, illa ne faciemus celeris appoſitione Remedii reformari, quòd non ſupererit juſta materia conquerendi.

Data apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Martii.

Ad eundem Regem ſuper Tractatis complendis.

MAgnifico, *&c. ut ſupra uſque ibi*, cum Salute. Ann. D.
Læti recepimus Regalis veſtræ Magnificentiæ literas, inter 1337.
cætera, continentes vos, pro complendis & firmandis, quæ inter An. 11.
Vos & Nos, intervenientibus Nunciis, ſunt tractata, citra Feſtum E. 3.
Paſchæ, jam futurum, certos * Nuncios ad Nos in Angliam trans- *Ibidem.*
miſſuros, * IV.
Quorum jocundum adventum avidè præſtolamur, cùm felix & 737.
feſtina Tractatorum Completio inſideat intimè cordi noſtro, ut cum augmentis felicibus proſperetur Dilectio ſolida (quæ inter veſtram & noſtram Domos Regias viguit ab antiquo) quam hactenùs, veſtri Gratiâ, pronam in vobis invenimus ab experto.

Et, cùm verſus Nos innatam & firmam fore veſtram Benivolentiam confidimus, Regiam veſtram Celſitudinem totis affectibus imploramus, quatinùs, juxta noſtram fiduciam, ſic erga Nos veſtræ Gratitudinis Conſtantia perſeveret immobilis, ut nullis (quod abſit) quatiatur Malivolorum noſtrorum obloquiis, nec à nobis ſiniſtris ipſorum Inductionibus avertatur (qui libenter, ut dicitur, veſtram à nobis ſubtraherent Amicitiam, ſi valerent) &, juxta poſſibilitatis noſtræ Modulum, vobis reddere cupimus vices gratas.

Dat. ut ſupra.

Ad Conſiliarios dicti Regis ſuper negotiis prædictis. Ann. D.
1337.
REX, Nobili viro, Ferando Rodryes, Camerario illuſtris Re- An. 11.
gis Iſpanniæ, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. E. 3.
Cùm quædam Ardua inter præfatum Regem & Nos, interve- *Ibid.*

nien-

Digitized by Google

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 1. m. 20.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Monſtravit nobis, Venerabilis Pater, R. Epiſcopus Dunolmenſis, per petitionem ſuam, coram Nobis & Concilio noſtro in Parliamento noſtro exhibitam,

Quòd, licèt Ipſe, infra Libertatem ſuam Dunolmiæ, habeat, & habere debeat, Ipſéque & Prædeceſſores ſui à tempore quo non extat memoria, habere conſueverint omnia Jura Regalia,

Ipſéque, & Prædeceſſores ſui prædicti, in eadem Libertate, per Se, & Miniſtros ſuos proprios, de omnibus & ſingulis, in eadem qualitercumque emergentibus, cognitionem habere, & ulterius facere, & omnia Proficua, de hujuſmodi cognitionibus provenientia, percipere conſueverint, & habere abſque eo, quod Nos, ſeu Progenitores noſtri, vel Miniſtri eorumdem Progenitorum noſtrorum, ſeu noſtri, de aliquibus, infra Libertatem prædictam Emergentibus, ſe in aliquo intromiſiſſent, * [IV. 738.] vel aliqua hujuſmodi Proficua in eadem percepiſſent, niſi in defectum ipſius Epiſcopi, vel Prædeceſſorum ſuorum, ſuper defectu Juſtitiæ in eadem Libertate contingente,

Vos tamen, ad Libertatem ſuam prædictam conſiderationem non habentes, per Breve noſtrum, ſub Sigillo Scaccarii noſtri, præfato Epiſcopo,

Quòd Ipſe certos Homines de Libertate ſuâ prædictâ diſtringeret, & quòd de Exitibus eorumdem nobis reſponderet, & quòd Corpora ſua coram vobis, præfati Barones, ad certum diem haberet, ad reſpondendum nobis de eo, quòd ipſi Ordinem Militarem non ſuſceperunt juxta Proclamationem indè factam,

Demandari feciſtis in ipſius Epiſcopi Diſpendium non modicum, & Libertatis ſuæ prædictæ Læſionem manifeſtam,

Super quo nobis ſupplicavit ſibi per Nos Remedium abhiberi,

Et,

Quia eidem Epiſcopo, ſuper Libertate ſuâ prædictâ, in hac parte nolumus præjudicari, Vobis mandamus quòd,

Auditâ Querelâ ipſius Epiſcopi in hac parte, & viſis Evidentiis ſuis, ac auditis ſuis Rationibus,

Si, per hujuſmodi Evidentias & Rationes, vobis conſtare poterit ipſum Epiſcopum cognitionem de eo, quòd Homines Libertatis ſuæ prædictæ Arma Militaria non ſuſceperunt, habere, & Exitus, & alia Proficua de eis, eâ occaſione, de Jure percipere debere;

Tunc Demandæ,

Quam eidem Epiſcopo, de prædictis Hominibus diſtringendis, de reſpondendo nobis de Exitibus eorumdem, & de Coporibus eorum coram vobis habendis, fieri feciſtis,

Omnino ſuperſederi facietis, & ipſum Epiſcopum Cognitionem hujuſmodi habere, & Exitus, & alia Proficua, indè provenientia, percipere permittatis,

Et Diſtrictioni, quam tàm præfato Epiſcopo, quàm prædictis Hominibus, occaſione præmiſſâ, fieri feceritis, ſuperſederi faciatis, uſque ad Feſtum Natalis Domini proximo futurum, ut idem Epiſcopus negotium illud, coram vobis, interim proſequi valeat, ut debebit.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Martii.

Per Petitionem de Concilio.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 1. m. 32.

De Quercubus ducendis pro Virgis ingentis Ingenii infra Turrim Londoniæ faciendis.

REX Vicecomiti Suſſexiæ Salutem.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quòd illas Duas Groſſas Quercus,

[illegible] tempori-bus, plurimùm oportuna, ac ſecurè non poteſt Inermis illuc incedere propter Pericula, quæ timentur ibi, niſi Deus avertat, veriſimiliter provenire,

Veſtræ Clementiæ (quam ſemper in noſtrâ inſtantiâ confidimus invenire propitiam) devotiſſimè ſupplicamus quatinus,

Attentâ clementer iminente nobis urgente neceſſitate Hæreditatem noſtram ibidem, & alibi, ac commiſſum nobis Populum, contra parata nobis Diſcrimina defendendi,

Velitis, ſi placet, in hac perplexitate, tàm Conſcientiæ, quàm Securitati, præfati Bartholomæi conſulere, committendo miſericorditer Alicui Prælato Regni noſtri (de quo confiditis) Poteſtatem Ipſum a dicto Voto,

In quo, quorumdam Peritorum Judicio, Superioris Auctoritas, cui priùs juratus fuerat, eſt excepta,

Auctoritate Apoſtolicâ abſolvendi, ſeu dictum Votum aliàs ſalubriter, ex cauſis prævii commutandi, ut in noſtris Obſequiis, contra nobis Adverſantes, armare & gerere ſe valeat ut tenetur.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

Ad Papam, pro Literis Declaratoriis ſuper Taxatione Cleri Provinciæ Eborum.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

PAPÆ Rex, &c.

Apoſtolicæ Præſidentiæ (ad extirpandos Errores, & Quæſtiones dubias decidendas, in poteſtatis plenitudine ſtabilitæ) præſentem Conſultationem humiliter offerimus, ſub ſpe Declarationis providæ ſuper eâ, ſi placuerit, a veſtra Clementia conſequendæ.

Dudùm ſiquidem, celebris memoriæ, Dominus Rex Angliæ, Pater noſter, Anno Regni ſui decimo, petiit a Prælatis & Clero Diœceſis & Provinciæ Eborum, ut indigentiæ (cui tunc pro Republica ſubjacebat) de una curarent Decima ſubvenire:

Prælati vero & Clerus prædicti, Unius Anni Decimam gratis ex cauſâ licitâ Concedentes eidem, cum inſtantiâ ſupplicârunt, ut,

Cùm Beneficia ſua Eccleſiaſtica, per Invaſionem Scotorum, depauperata forent miſerabiliter & depreſſa, quòd non poterant, juxta Taxationem ſolitam Beneficiorum ſuorum, ſibi Decimam ſolvere ſupradictam,

Placeret dicto Regi Taxationem dictæ Decimæ ſolitam mitigare;

Sicque quædam Mitigatio Moderata dictæ Taxationis, propter Deſtructionem prædictam, facta fuerat illa vice:

Et poſtmodùm, pro Decimâ Quadriennali, per, celebris memoriæ, Dominum J. Papam viceſimum ſecundum impoſitâ, & nobis pro medietate conceſſâ, de gratiâ dumtaxat, quia tunc dicta Beneficia relevata non fuerant, tàm per Nos, quàm per Magiſtrum Icherum de Concoreto, tunc Apoſtolicæ Sedis in Angliâ Nuncium, extitit tolerata,

Super quo præfatus Johannes Bullam habuit Apoſtolicam, Continentiæ ſubſequentis, *Johannes, &c.*

Set, licèt Beneficia, ſic vaſtata, ſint jam, laudetur Altiſſimus, competenter relevata, Pauperes tamen Clerici (quibus per Sedem Apoſtolicam de Beneficiis certi valoris mandatur in formâ Pauperum provideri) Beneficia Pinguia Centum, vel Ducentarum Marcarum (quæ juxta Taxationem antiquam ſibi minimè deberentur) ſub dictæ Mitigationis Velamine, præter & contra Intentionem, ut veriſimiliter conicitur, concedentis, accipiant, & detinere præſumunt, in Patronorum dictorum Beneficiorum, & Præſentatorum ad ea, præjudicium non modicum & gravamen;

Quamobrem, ad requiſitionem Prælatorum, & Procerum Reg-

ni

Digitized by Google

De Berardo de la Brete Caſtro de Blania proficiendo.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem.

Quia multum expediret, ut credimus, quòd, Dilectus & Fidelis noſter, Berardus de la Bret, in Caſtro noſtro de Blania, pro defenſione ejuſdem, & Terrarum noſtrarum ibidem, hiis Commotionis temporibus, moraretur,

Vobis mandamus quòd Ipſum ad hoc modis omnibus inducatis, & quòd ibidem ſapienter ac ſtrenuè ſe habeat, prout ad Honorem noſtrum meliùs viderit expedire,

Et, nè a dictâ Cuſtodiâ, propter Salvationem Locorum ſuorum Propriorum, abſtrahatur, pro Cuſtodiâ dictorum Locorum, ordinetis prout fore videritis faciendum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

De Pace, vel Trenga, non ineunda niſi Homines de Baiona in eadem concludantur.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 40. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, veraciter intellecto quòd Dampna gravia, & Mala non modica, per Subditos Regis Franciæ, & Confœderatos Inimicorum noſtrorum de Scotiâ, Fidelibus noſtris illata fuerant ſupra Mare, & multo graviora, in Noſtri & Noſtrorum Subverſionem, patulò comminata,

Mandaverimus, Dilectis & Fidelibus noſtris, Hominibus Civitatis noſtræ de Baionâ, ut, pro defenſione Hominum & Terrarum noſtrorum, ac repulſione Inimicorum noſtrorum, * proficiſcerentur potenter cum ſuo Navigio ſupra Mare, * IV. 741.

Promittimus, bonâ fide, quòd dictos Homines noſtros de Baionâ, omnes & ſingulos, pro Dampnis, ex nunc Inimicis noſtris hujuſmodi in Terrâ vel in Mari, juxta Mandatum noſtrum prædictum, per ipſos inferendis, Securos ſervabimus & Indempnes,

Nec faciemus Pacem, nec iniemus Treugam, cum præfatis Inimicis noſtris, nec Confœderatis eorum, niſi dicti Homines noſtri de Baionâ in dictâ Pace, ſeu Treugâ, includantur expreſsè, & per dictas Pacem & Treugam, eorum Securitati congruè, conſulatur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

De Conſtantia Burgenſium Villæ Sancti Macharis commendata.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 35. d. REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Juratis, & Burgenſibus, Villæ noſtræ Sancti Macharii, Salutem.

Recolentes Dilectionem & Fidelitatem, quas ad Nos & Prædeceſſores noſtros ſemper invariabiliter habuiſtis, Perſonarum & Rerum periculis non vitatis, veſtram Conſtantiam habemus ex hoc plurimum Commendatam, gerentes in votis facere pro tempore, quæ veſtrum augere poterunt Commodum & Honorem.

Scotiæ, pro repulſione & refrænatione Militiæ Hoſtium noſtrorum ibidem, prout eiſdem, Epiſcopo, Comiti Warrwicæ, Seneſcallo, & Galfrido, per nos pleniùs eſt injunctum,

Dictúmque Concilium tenendum & perficiendum,

Et ad omnia alia, quæ pro prædictis Negotiis oportuna fuerint, faciendum & explendum in hac parte, prout pro noſtris Honore & Commodo melius videbitur expedire:

Et ideo vobis, omnibus & ſingulis, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, mandamus, firmiter * injungendo, quòd, dictis Negotiis debitè ponderatis, ſic cum præfatis, Epiſcopo, Comite, Johanne, & Galfrido, vel eorum aliquo, ſuper præmiſſis tractare, conſulere, & ordinare curetis, * IV. 742.

Et Ea, quæ ſic ad Honorem noſtrum & Commodum ordinata fuerint, prout ad vos, & veſtrûm quemlibet, pertinere noveritis, ſtudeatis effectualiter adimplere,

Ut veſtram poſſimus Fidem & circumſpectam Diligentiam merito commendare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

De Navibus Baionæ muniendis, & contra Hoſtes mittendis.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori, Juratis, Centum Paribus, & Communitati Civitatis noſtræ de Baionâ, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 39.

Quia Hoſtes & Inimici noſtri de Scotiâ, ac Confœderati ſui de Poteſtate Regis Franciæ, & alii, Magnam Claſſem Galearum Armatarum, & Navium Guerrinarum, in partibus Normanniæ, & locis convicinis, congregarunt,

Qui, de mandato, ſeu conniventiâ, Regis Franciæ, inſidiantes Fidelibus noſtris ſupra Mare, nonnullas Naves Regni noſtri, tàm Velantes ſupra Mare, quàm Ancoratas in Litore, invaſerunt, &, quas expugnare poterant, ceperunt & deprædarunt, Captivatis, ſeu Interfectis, Hominibus exiſtentibus in eiſdem, & alia Gravamina varia noſtris Fidelibus intulerunt, multo majora Nobis & Noſtris patulo comminando:

Et, licet præfato Regi Franciæ omnem Humanitatem & viam Pacis, quantum decuit, optulerimus, ipſe tamen alicui viæ rationabili hactenus conſentire non curavit, ſet de Terris noſtris, quas jam injuſtè detinet, non contentus, in noſtri Subverſionem Reſiduum Terrarum noſtrarum ſibi attrahere machinatur,

Nos, Inimicorum noſtrorum prædictorum Malitiis, pro defenſione noſtrâ licitâ, volentes, ut convenit, obviare, ac de Fidelitatis & Dilectionis veſtræ conſtantiâ intimè confidentes, attentiùs, quo poſſimus, vos rogamus, vobis nichilominus in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandantes, quòd, præmiſſis debitè ponderatis, omnes Naves Civitatis noſtræ prædictæ Guerrinas, ſi non Paratæ ſint, ſine dilatione parari, & Hominibus, Armaturis, & aliis Neceſſariis, ſufficienter de Guerrâ muniri, & Eas, ſic Munitas, verſus Mare Anglicanum proficiſci faciatis,

Scrutantes ſingulos Portus Normanniæ, & alibi, ubi dictas Naves & Galeas, contra nos ſic paratas, invenire poteritis, Eas Invadatis, Capiatis, & Deſtruatis, & earum Malitiæ potenter & utiliter reſiſtatis, prout melius fore videritis faciendum:

Et hoc, ſicut de vobis confidimus, nullatenus omittatis:

Or-

Digitized by Google

tiones, faciendo.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Scot. 11. E. 3. m. 18. dor.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Antonio de Lucy, Juſticiario ſuo Laudoniæ, & Dilecto Clerico ſuo, Thomæ de Burgh, Cancellario, & Camerario ſuo Berewyci ſuper Twedam, Salutem.

Supplicavit nobis, Dilectus & Fidelis noſter, Galfridus de Moubray de Scotiâ, ut,

Cùm Ipſe nuper, inter quoſdam alios Homines de Scotiâ, ad Pacem noſtram, ſub certis Conditionibus, ſuper Redditione Comitis Atholiæ, apud Villam de Sancto Johanne, factis, venerit,

Et in Conditionibus illis, inter alia, contineatur quòd omnes illi, qui ſe ſic Paci noſtræ reddiderint, Haberent omnia Terras & Tenementa ſua, quæ habuerunt die Homagii, nobis per Edwardum Regem Scotiæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, facti, & quæ, occaſione Adhæſionis ſuæ Scotis contra Nos, capta fuerunt in manum noſtram,

* Tenenda prout ea tenuerunt, die Homagii ſupradicti,

Ac idem Galfridus de diverſis Terris & Tenementis, infra Dominium noſtrum, in partibus Scotiæ, quæ ſua fuerunt die Homagii prædicti, & tunc tenuit, per Miniſtros noſtros in eiſdem partibus, voluntariè, & contra Conditiones ſupradictas, ſit Amotus,

Terræque & Tenementa illa eidem Galfrido ſic adhuc detineantur,

Velimus ſibi de Remedio, ſuper Reſtitutione Terrarum, & Tenementorum prædictorum, juxta Conditiones ſupradictas, facere provideri,

Nos,

Supplicationi prædictæ annuentes, prout decet,

Vobis mandamus quòd,

Vocatis ad vos hiis de Concilio noſtro partium illarum, & inſpectis Conditionibus prædictis, penes vos, ut dicitur, reſidentibus, ac auditis, tàm ipſius Galfridi, ſuper præmiſſis, Querelâ & Rationibus, quàm aliorum, quos dictum Negotium contingit, & quos coram vobis in hac parte fore videritis evocandos,

Præfato Galfrido, ſuper præmiſſis, debitum & feſtinum Juſtitiæ Complementum, juxta Conditiones prædictas (Jure noſtro & alterius cujuſcumque ſemper ſalvo) fieri faciatis, nè in veſtri Defectum oporteat nos indè ampliùs ſolicitari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Pro diverſis Perſonis Ducis Britanniæ in Angliam tranſmiſſis.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 1. m. 19.

REX Univerſis, Admirallis, Magiſtris, & Marinariis, Navium, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Johannes Dux Britanniæ & Comes Richemundiæ, Nobiles viros Dominum — de Rotenay, Henricum de Cairs, Guillielmum de Cairs, Petrum de Biores, & Ivonem de la Chevoie, vel etiam quoſdam alias Nobiles Perſonas de Ducatu ſuo prædicto, ad Nos in Angliam ex certis cauſis tranſmittere diſpoſuerit, ut accepimus,

Suſcepimus Ipſos, Dominum de Rotenay, Henricum, Guillielmum, Petrum, & Ivonem, & eorum quemlibet, ac Duodecim Homines de Comitivâ, vel Retinentiâ, cujuſlibet eorumdem, Domini de Rotenay, Henrici, Guillielmi, Petri, & Ivonis, exiſtentes, ſi ad Nos venerint; &, ſi non, tunc Quatuor alias Perſonas Nobis, quas præfatus Dux ad Nos ſic duxerit deſtinare, &

moliri ſe nequeat, priuſquam Bullas Sanctitatis veſtræ receperit ſuper prædictâ Tranſlatione ſibi neceſſarias in hac parte, ne Res ipſius Eccleſiæ diutiùs direptionibus ſubjaceant, placeat, quæſumus, Beatitudini veſtræ, ex ſuperinfuſione gratiæ, quæ ſemper ſolet erga Devotos excreſcere, præcipere dictas Bullas, ſi nondum factæ fuerint, confeſtim fieri, & ad partes cum celeritate commodâ deſtinari.

Conſervet, &c.

Dat. apud Turrim London. decimo die Aprilis.

De Poteſtate ad tractandum ſuper omnimodis Quæſtionibus cum Flandriæ Comite, & Flandrenſibus.

REX, Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1337.

Sciatis quòd Nos, An. 11.

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Venerabilis in E. 3.
Chriſto Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi, &, Dilectorum & Fi- Pat. 11.
delium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, Sarum, & Wil- E. 3. p. 1.
lielmi de Clynton, Huntyngdoniæ, Comitum, plenariè confiden- m. 13.
tes,

Ipſos, & Duos eorum, noſtros Procuratores & Nuncios Ordinamus & Facimus ſpeciales, ad tractandum, paciſcendum, & componendum, cum, Nobili Viro, Lodowico Comite Flandriæ, pro Se & Subditis ſuis, necnon cum Burgimagiſtris, Conſulibus, & Scabinis, ac Probis Hominibus, Villarum de Brugges, Gandavo, & d'Ipre, ac aliarum Villarum & Locorum de Flandriâ, & eorum ſingulis, ſuper Omnibus & omnimodis Quæſtionibus, Controverſiis, Querelis, Actionibus, Areſtis, Demandis, & Debatis, inter Nos & Subditos noſtros ex unâ parte, & præfatum Comitem, & Subditos ſuos, ac Homines Villarum & Locorum prædictorum, ex aliâ jam exortis, vel quæ ratione cujuſcumque Facti Præteriti poterunt exoriri,

Nec non de Alligantiis, Amicitiis, & Fœderibus, inter Nos, & noſtros Subditos, ac dictos, Comitem, & Homines de Flandriâ, ineundis,

Ipſoſque, Comitem & Homines, Nobiſcum, contra quoſcumque retinendum, & de Remunerationibus, ipſis faciendis, conveniendis,

* Ac Securitatem de Ipſis, quòd cum Inimicis noſtris Pacem, * IV. 745.
ſeu Treugam, non inient, petendum & recipiendum,

Et ea, quæ ſic Tractata, Concordata, ac Acta, fuerint in præmiſſis, quacumque Firmitate vallandum,

Ac omnia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros Quicquid per dictos, Epiſcopum & Comites, & Duos eorum, Tractatum, Concordatum, & Actum fuerit in Præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo quinto die Aprilis.

CONſimiles Literas Procuratorias habent prædicti, Epiſcopus & Comites, ac Reginaldus de Cobham, Willielmus Truſſel, Nicholaus de la Beche, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum Duos, de præfatis, Epiſcopo & Comitibus, Rex vult eſſe Duos) ad Tractandum, *ut ſupra*.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De

Digitized by Google

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo quinto die Aprilis.

De diverſis Procuratoribus & Nunciis conſtitutis ad tractandum ſuper omnibus Proceſſibus cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 1. m. 11. * IV. 746.

UNiverſis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Edwardus, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium * noſtrorum, Venerabilis Patris, Henrici Lincolnienſis Epiſcopi, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Dantes eis, & Duobus eorum, plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, Tractandi pro Nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Litibus, Querelis, Demandis, Controverſiis, Areſtis, ſeu Debatis, ac Adjornamentis, & Proceſſibus, in Curiâ ipſius Domini Regis pendentibus, necnon Petitionibus, & Actionibus, Realibus, ac Perſonalibus, ac Mixtis, quæ idem Dominus Rex erga Nos ac Subditos noſtros, habet, vel habere poterit, vel Nos erga ipſum Dominum Regem, ſeu Subditos ſuos, ratione Terrarum noſtrarum in Ducatu Aquitaniæ, vel alibi, in partibus Tranſmarinis exiſtentium, ſeu quacumque aliâ occaſione, habemus, vel habere poterimus quovis modo,

Et ad omnia & ſingula, quæ Tractata vel Concordata fuerint, quacumque firmitate vallandi,

Nec non Petendi, Stipulandi, Recipiendi, Retinendi, Componendi, Paciſcendi, Tranſigendi, in Arbitrum, vel Arbitros, ſeu Amicabiles Compoſitores, Conſentiendi, & hujuſmodi Arbitros Eligendi,

Et omnia alia & ſingula faciendi quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa, fuerint oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Firmum habere, & habituros, quicquid per dictos Procuratores, & Nuncios noſtros, & Duos eorum, Geſtum, Actum, & Factum, ſeu etiam Procuratum, fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Wyndeſore, decimo octavo die Aprilis.

COnſimiles Literas Procuratorias habent prædicti, Epiſcopus & Comites, ac Reginaldus de Cobham, Willielmus de Truſſel, & Nicholaus de la Beche, Milites, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum Duos de præfatis, Epiſcopo & Comitibus, Rex vult eſſe Duos,) *&c. ut ſupra.*

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

De Poteſtate ad tractandum ſuper Alligantiis.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Venerabilis in Chriſto Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, Sarum, & Willielmi de Clynton, Huntingdoniæ, Comitum, plenariè confidentes,

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 1. m. 13.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Venerabilis in Chriſto Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, Sarum, & Willielmi de Clynton, Huntingdoniæ, Comitum, plenariè confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum, Nobili viro, Domino Lodowico, Comite Flandriæ, ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, inter Primogenitum dicti Comitis, & Johannam Filiam noſtram cariſſimam, contrahendis,

Nec non ſuper Dote, ſeu Dotalitio, ac Donatione, propter Nuptias in hâc parte aſſignandis,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, Juramenti interpoſitione, Fidei donatione, ſeu aliâ quâcumque firmitate, vallandum & firmandum,

Prædictis, Epiſcopo & Comitibus, ac Duobus eorum, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem:

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum, quatenùs ad Nos pertinet, habituros quicquid per præfatos, Epiſcopum & Comites, & Duos eorum, Tractatum, Concordatum, vel Actum, fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo nono die Aprilis.

COnſimiles Literas Procuratorias habent prædicti, Epiſcopus & Comites, ac Reginaldus de Cobham, Willielmus Truſſel, & Nicholaus de la Beche, Milites, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (quorum Duos de præfatis, Epiſcopo & Comitibus, Rex vult eſſe Duos) ad tractandum & concordandum, *ut ſupra.*

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Pro Roberto de Artoys, de Licentia & Favore gratioſo.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 1. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Volentes, Dilectum Conſanguineum noſtrum, Robertum de Artoys, Favore proſequi gratioſo, & ejus ſecuritati & quieti proſpicere, ut tenemur,

CONCESSIMUS ei quòd Ipſe in Domibus & aliis Ædificiis, infra Caſtra noſtra de Guldeford, Walyngford, & Somerton, quotiens ipſum ad Caſtra illa, vel eorum aliquod, causâ Recreationis vel Perhendinationis ibidem faciendarum, declinare contigerit, cum Familiâ, Equis, & Herneſiis ſuis, hoſpitari, & in eiſdem ad libitum ſuum morari, ac Eſtoveria ſua, pro ſalvâ Cuſtodiâ eorumdem, in dictis Caſtris ponere,

Et etiam quòd in Parco noſtro de Guldeford fugare, & Feras capere, & aſportare poſſit, prout, & quando ſibi placuerit, LICENTIAM DEDIMUS ſpecialem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ann. D. REX Collectoribus, ſive Cuſtodibus, Cunagii Stanni, in Comitatu Cornubiæ, Salutem.
1337.
An. 11. Cùm nuper, Perſonam, Dilecti & Fidelis noſtri, Willielmi de
E. 3. Monte Acuto, honorare volentes, eidem Willielmo NOMEN
Clauſ. 11. & HONOREM COMITIS SARUM DEDERIMUS, ip-
E. 3. *p.* 1. ſumque in Comitem Sarum præfecerimus, & Gladio cinxerimus,
m. 19. ſicut decet,

Et, inter cætera (quæ eidem Comiti, pro Honore illo ſuſtentando, & uberiùs ſupportando, Conceſſimus) CONCESSERIMUS pro Nobis, & Hæredibus noſtris, præfato Comiti Mille Marcas,

Singulis Annis, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, de Exitibus Cunagii prædicti, per Manus veſtras, & aliorum Collectorum & Cuſtodum ejuſdem Cunagii, qui pro tempore fuerint, percipiendas,

HABENDAS & TENENDAS eidem Comiti, & Hæredibus ſuis Maſculis, de corpore ſuo legitimè procreatis, videlicet,

Octingentas Marcas indè, quouſque Caſtrum & Manerium de Troubrugg, & alia certa Maneria,

Quæ, Dilectus & Fidelis, noſter, Johannes de Warennâ, Comes Surriæ, & Johanna Uxor ejus, tenent ad terminum vitæ eorumdem, & Quorum Reverſionem dicto Comiti Sarum, poſt Deceſſum dictorum Comitis Warennæ & Johannæ, ſub certâ formâ Conceſſimus,

Ad Manus prædicti Comitis Sarum, vel Hæredum ſuorum Maſculorum prædictorum, devenerint,

Et reſiduas Ducentas Marcas, quouſque eidem Comiti Sarum, vel dictis ipſius Hæredibus, de Ducentis Marcatis Terræ & Redditûs per Annum, in loco competenti, infra Regnum noſtrum, per Nos, vel Hæredes noſtros, fuerit proviſum, IMPERPETUUM in formâ prædictâ POSSIDENDAS, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus, quòd prædicto Comiti Sarum Quingentas Marcas, de Termino Paſchæ proximò præterito, de Exitibus Cunagii prædicti, ſolvatis, juxta tenorem Literarum noſtrarum prædictarum;

Recipientes à præfato Comite Sarum Literas ſuas Patentes, Receptionem dictarum Quingentarum Marcarum Teſtificantes,

Et Nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Wyndeſore, viceſimo quarto die Aprilis.

Per ipſum Regem in pleno Parliamento.

• IV. 749. ** Pro Willielmo de Monte Acuto, Comite Sarum.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1337. Sciatis quòd,
An. 11. Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Willielmus de Monte Acuto,
E. 3. Comes Sarum, ante Receſſum ſuum de Londoniâ verſus partes
Pat. 11. tranſmarinas,
E. 3. *p.* Ad quas Ipſum, unà cum quibuſdam aliis Fidelibus noſtris, in
1. *m.* 4. Nuncium duximus deſtinandum,

Aſſumpſerit, ad requiſitionem noſtram, ſolvere pro nobis, in dictis partibus tranſmarinis, certis Perſonis Quinque Milia Marcarum, pro Expeditione quorumdam Urgentiſſimorum & Secretiſſimorum Negotiorum noſtrorum, de quibus per Nos ſpecialiter extitit Oneratus:

Et quia jam ſumus certitudinaliter informati, quòd præfatus Comes dicta Quinque Milia Marcarum, prout ei injunximus, plenè ſolvit,

Ad Papam, pro Archiepiſcopo Cantuarienſi, contra Appellationes ad Curiam Romanam.

PAPÆ Rex, &c. devota Pedum oſcula Beatorum. Ann. D.
Etſi votivus noſter incaleſcat Affectus ad ſingularum Eccle- 1337.
ſiarum Cathedralium Regni noſtri Decus & Commoda procuran- *An.* 11.
dum, Conſervatio tamen Honorum & Jurium Cantuarienſis Ec- *E.* 3.
cleſiæ, præ cæteris, inſidet nobis cordi, & meritò, cùm Ipſa, *Rom.* 11.
Sanctorum mirificè decorata Reliquiis, in Dignitatis Eminentiâ *E.* 3. *m.*
cæteras antecellat, & ad ejus Præſidentem pertineat Reges Angliæ 3.
Coronare, à quo noſtræ Coronationis Inſignia recepimus, ut eſt moris, & qui nunc ei præſidet Archiepiſcopus nobis locum teneat potiſſimum hiis diebus, utpote vir prudens in Conſiliis, & providus in Agendis.

Sanè, licèt Cauſæ, per viam Appellationis, vel Querelæ, prætextu Gravaminum, per Suffraganeos Cantuarienſis Eccleſiæ illatorum, ad Cantuariæ Curiam devolutæ, illic tàm de Jure, quàm de Conſuetudine, tractari debeant & finiri,

Venerabilis tamen Pater, A. Wyntonienſis Epiſcopus, dictæ Cantuarienſis Eccleſiæ Suffraganeus, à quâ multa * Commoda, • IV.
multoſque recepit Honores, Morem Majorum præteriens, & exa- 750.
men Matris ſuæ Metropolis, abſque aliquâ ſuâ Culpâ, machinans per Commenta callida declinare, in ejuſdem Matris ſuæ immaculatæ Opprobrium atque Malum, ac ſi ingrata & injurioſa extiterit, ut non fuit, ſet potiùs multos favores, quos non meruit, ſibi fecit, ſicut veraciter novimus fidedignâ Relatione multorum, qui ſuper hiis plenam & meram Veritatem noverunt,

Dilectumque nobis Magiſtrum Willielmum Inge, Archidiaconum Archidiaconatûs Surriæ, Wyntonienſi Diœceſe, laboribus exponere ſumptuoſis per Suggeſtiones exquiſitas, omni veritatis adminiculo deſtitutas, Cauſas Appellationis, inter ipſum & præfatum Archidiaconum, Quem, ſicut & Quoſlibet ſuos Subditos, in quibuſcumque locis, quibus præfuit, contra Juſtitiam opprimebat, in dictâ Cantuariæ Curiâ nuper motas, & ibidem indeciſas pendentes, ac omnes alias, ad Regem Juriſdictionis & Diœceſanam ſpectantes, Domino Olivero de Cerzeto, veſtri Sacri Palatii Cauſarum primi gradûs Auditori, procuravit committi audiendas, & fine debito terminandas, ut ſic Jus & Juriſdictionem dictæ Cantuarienſis Eccleſiæ abſorberet, in totum ut videretur Exemptus, quoad omnia, ipſum tangentia, & Archidiaconum antedictum, Quem & ejus Juſtitiam Sanctitati & Rectitudini Apoſtolicæ ſpeciali recommendamus affectu,

Quas quidem Commiſſiones, ſi veritatem tacitam expreſſiſſet, & nil Veritati contrarium ſuggeſſiſſet, nullatenùs, ut credimus, habuiſſet; præſertim cùm Sedes Apoſtolica, licèt ſit in poteſtatis plenitudine divinitùs conſtituta, non ſoleat tollere Jus & Juriſdictiones Prælatorum inferiorum, in partem ſuæ ſolicitudinis vocatorum, nec Cauſas, quæ tractari debent in partibus, Examinationi Sedis Apoſtolicæ, ſine causâ legitimâ, reſervare.

Quamobrem circumſpectæ Moderationis Apoſtolicæ Conſtantiam, quæ Jura ſingulorum, velud Propria, conſervare nititur illibata, votivis precibus imploramus, quatinùs, præmiſſis debitè ponderatis, auditiſque benignè Rationibus pro parte præfati Archidiaconi, & conſervatione Juris & Juriſdictionis prædictæ Cantuarienſis Eccleſiæ, & ejus Curiæ, ſuper hoc in præſentiâ veſtræ Celſitudinis, ſi placuerit, proponendis, dignemini circa præmiſſa per Apoſtolicam Providentiam taliter ordinare, quòd ipſa Eccleſia, & prædicta ejus Curia, non privetur ſuo Jure & Examine ſine Culpâ, nec præfatus Archidiaconus (quem nichil habentem, niſi dumtaxat Archidiaconatum prædictum, in Dominio & Juriſdictione dicti Epiſcopi exiſtentem, optamus in ſuo Jure foveri, & non opprimi per eundem) indebitis fatigetur Laboribus & Expenſis.

Fo-

Digitized by Google

[illegible] noſtris precibus & amore, ac nobis veſtris litteris intimare quid ſuper his duxeritis faciendum.

Semper in Domino valeatis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Maii.

Conſimilia Brevia diriguntur Cardinalibus ſubſcriptis; videlicet,

Domino J. Portuen. Epiſcopo Cardinali.
Domino P. Peneſtrin. Epiſcopo Cardinali.
Domino G. Alban. Epiſcopo Cardinali.
Domino A. Tuſculan.
Domino M. tituli Sanctorum Johannis & Pauli, Presbitero Cardinali.
Domino J. tituli Sanctorum Duodecim Apoſtolorum, Presbitero Cardinali.
Domino P. tituli Sanctæ Praxedis, Presbitero Cardinali.
Domino T. tituli Sancti Petri ad Vincula, Presbitero Cardinali.
Domino P. tituli Sancti Clementis, Presbitero Cardinali.
Domino N. Sancti Adriani, Diacono Cardinali.
Domino J. Sancti Georgii ad Velum Aureum, Diacono Cardinali.
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ, Diacono Cardinali.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice, Diacono Cardinali.
Domino B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diacono Cardinali.
Domino J. Sancti Angeli, Diacono Cardinali.

De Protectione pro Alienigenis Operariis Lanarum & Pannorum.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Pat.* 11. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 6.

REX, Univerſis & ſingulis, Admirallis, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus, Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Leffynus de Holand, Johannes de Hilford, Leſinus de Neuhone, Willielmus Favehales, Gerardus Iſaac, Petrus Hundrepere, Bondonus de Thorneck, Johannes de Overnulle, Nicholaus Undrechapel, Johannes de Batherne, Cornelius Hus, Johannes de Semtylace, Johannes Biſhop, Cornelius Storthyn, & Gotinus Cornhilſwait, ac quidam alii Operarii Lanarum ac Pannorum, cum Hominibus & Servientibus ſuis, de partibus Selandiæ, infra Regnum noſtrum Angliæ, juxta aviſamentum & Conſilium quorumdam Fidelium noſtrorum, pro Lanis ibidem operandis, & Miſterâ aliàs ſuâ in eodem Regno excercendâ, in proximo, ut accepimus, ſint venturi,

Nos,

Securitati ipſorum Operariorum, & omnium aliorum, infra Regnum noſtrum prædictum, ex causâ prædictâ, venire volentium, volentes providere,

Suſcepimus Ipſos, ac eorum Homines & Servientes, nec non eorum Bona quæcumque, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, in veniendo infra Regnum noſtrum, ibidem morando, & Lanas operando, & Miſteram ſuam aliàs excercendo:

Et ideò vobis mandamus quòd, *&c. prout in conſimilibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

dum, & pro viribus Deſtruendum,

Et ad Deputandum ſub ſe Alios Idoneos, quos ſufficientes viderit, in Inſulis prædictis, & ipſarum quâlibet, ad Levationem, Arraiationem, & Ductionem, Hominum prædictorum faciendum, quotiens, & ubi, ipſe ad hoc perſonaliter vacare non poteſt:

Et ideò vobis Mandamus, nichilominus in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungentes, quòd eidem Thomæ, & Deputandis ab eo, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, & aliis, Salvationem & Defenſionem Inſularum prædictarum, & Repulſionem Hoſtium noſtrorum, concernentibus, pareatis & intendatis, & vos ad hoc viriliter exponatis; ita quòd, ob veſtri Inobedientiam, vel Tepiditatem, Dampnum vel periculum (quod abſit) eiſdem Inſulis, aut earum alicui, non eveniat ullo modo.

Damus enim præfato Thomæ, & Deputandis ab eo, Plenam, tenore præſentium, poteſtatem Areſtandi, Capiendi, & Priſonis noſtris Committendi, omnes illos, quos in præmiſſis Rebelles, vel Inobedientes, invenerint, in eiſdem Detinendi quouſque aliud inde (conſideratâ hujuſmodi Rebellione) Duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eborum, 11 die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro Rege de Retinentia, in partibus Tranſmarinis.

TEnore præſentium noverint univerſi, quòd nos, Ann. D.
Henricus, permiſſione divina, Lincolnienſis Epiſcopus, 1337.
Willielmus de Monte Acuto, & Willielmus de Clynton, Sareſburiæ & Huntingdoniæ Comites, Excellentiſſimi Principis, &c, Domini noſtri metuendi, Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ Illuſtris, Nuncii in partibus Hanoniæ exiſtentes, *An.* 11. *E.* 3. *Aleman.* 11. *E.* 3. *m.* 7.

Et ad circumſpectionem providam & prudentiam circumſpectam, Venerabilis viri, Magiſtri Henrici de Geldonia, * Canonici Cameracenſis, Juris civilis Profeſſoris, & quantum idem Magiſter Henricus eſſe poterit dicti Domini noſtri Regis Obſequiis aut ejus Negotiis oportunus, noſtræ conſiderationis intuitum dirigentes, * IV. 753.

Ipſum, ad hoc plenam Poteſtatem habentes, Retinuimus, pro bono Servitio ſuo, præfato Domino noſtro Regi, ac ejus negotiis, ad totam vitam ipſius Magiſtri Henrici, fideliter impendendo.

Idemque Magiſter Henricus, de Scientiâ & voluntate, nobilis & potentis viri, Domini —— Comitis Hanoniæ, Corporale ad hoc præſtitit Sacramentum:

Advertentéſque juſtum fore, dictum Dominum noſtrum Regem, aliquo remunerationis præmio, ipſum Magiſtrum Henricum reſpicere, pro labore, quo ſe ipſius Obſequiis exhibere teneatur meritò Promptiorem, ex parte ejuſdem Domini noſtri Regis, & ejus nomine, promiſimus & conceſſimus eidem quandam Annuam Penſionem Centum Florenorum Auri de Florentiâ, ſingulis Annis, ad Duos Terminos, videlicet, ad Feſta Nativitatis ſancti Johannis Baptiſtæ, & natalis Domini, apud Bruſcel, in Brabantiâ, de Theſauro dicti Domini noſtri Regis, ſolvendorum, quouſque ſibi, per Dominum noſtrum Regem, proviſum fuerit de Beneficio Eccleſiaſtico, quod duxerit acceptandum.

In cujus rei Teſtimonium ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

Dat.

Digitized by Google

11. E. 3. [illegible] odienti, exceptis (videlicet) in hunc modum, quòd Terras eorum
p. 3. m. 9. non intrabitis hoſtiliter, nec contra eos in ſuis Terris venietis,

Pro recuperatione Jurium noſtrorum, noſtrarumque Hæreditatum, & pro conſervatione earumdem, promiſiſtis aſſiſtere, & ſervire, ſecundum veſtrarum, quas habemus, Continentiam Literarum,

Nos, in Recompenſationem Amicitiarum hujuſmodi, Dilectioni veſtræ bonâ fide promiſimus, & promittimus vice versâ, quòd Nos Duodecim Milia Florenorum Auri, bonorum de Florentiâ, vobis, aut veſtris certis Nunciis, Duobus ſubſcriptis Terminis, videlicet,

Sex Milia, in proximo futuro feſto beati Remigii, in Dordraco, unà cum Duobus Milibus Florenorum & Quadrigentis Florenis, de veſtro Feodo duorum Annorum,

• IV. 754. • Et alia Sex Milia, in ſubſequenti Feſto Nativitatis Domini, in loco eodem, vel ubi tunc commodius inveniemini,

Dari & perſolvi, noſtri ex parte, quiete ac certitudinaliter faciemus:

Et cum hoc, ſingulis Menſibus, vobis, pro dictis Centum Galeatis, Mille & Quingentos Florenos, prædictæ Monetæ, ratione & nomine Stipendii, ubicumque locorum in auxilio noſtro fueritis, utique dabimus & ſolvemus:

Qui Menſes, & quæ Stipendia, a die quâ cum dictis Centum Galeatis, ad monitionem noſtram, Terram veſtram exiveritis, intentione verſus nos veniendi, inchoabunt & incipient Curſum ſuum.

Cæterum, ſi in auxilio noſtro, aut nobis Adhærentium, fortaſſis vos, aut aliqui vobiſcum ibidem exiſtentium, caperemini, indempnes vos, & quoſcumque veſtros, ſic capiendos, vel captos, debemus & promittimus relevare omninò Liberos & Indempnes; nobis, ſeu noſtris Hæredibus, Omnibus & ſingulis, per vos Captivandis, vel Captivatis, mandato noſtro ſemper ſalvis.

De perditione etiam veſtrorum & dictæ Comitivæ veſtræ Equorum (Equis tamen Curruum, Carrucarum, & conſimilibus excluſis) vobis, ſecundum arbitrium Duorum veſtrorum, & totidem noſtrorum Militum, quos utrique ad hoc deputaverimus (quos etiam, ad veſtram requiſitionem, ad præmiſſa deputare tenemur) promittimus & debemus ſatisfacere competenter.

Et ſi, hiis primitivis Guerris noſtris expeditis, vos de novo ad noſtrum vocaremus Auxilium, ex tunc ſub noſtris Stipendiis talibus, qualia tunc temporis alii Domini, veſtræ conditionis, & veſtri ſtatûs conſimiles, a nobis percipient & habebunt, nobis ſervietis;

Præſertim, ſi antedictis Stipendiis bono modo tranſire non poſſetis, Damus, Fratri noſtro Kariſſimo, Reynaldo, Comiti Gelrenſi & Zutphenſi Poteſtatem ipſa Stipendia rationabiliter augmentandi; promittentes Ordinationem ſuam (quam circa Stipendia prædicta conſtituere decreverit) firmiter obſervare.

Et, repulsâ fraude, intelligenda ſunt & erunt præmiſſa omnia bonâ fide.

Super quo, in Teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Dat. apud Eborum, die Quintâ decimâ Menſis Maii, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo Septimo, & regni noſtri undecimo.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 6.

De Retinentia Militum in partibus Tranſmarinis.

NOS,
Henricus, Dei gratiâ, Lincolnienſis Epiſcopus, Willielmus & Willielmus, Sarum & Huntyngdoniæ Comites,

Notum eſſe volumus univerſis quod,

Quia, ſtrenui Milites, Dominus Henricus de Graiſchaf, & chaſcun Homme d'Armes 15. Furyns de Florence le Mois, & tenir par l'eſpace d'Un An.

Et, ſe de plus en avoient boſoign pur la Grante Force de Roi de France, donc en porront il encore prendre autre Milles, a deviſer & departir les dictes Armures de Feer, en un lieu, ou en pluſours, la ou il ſemblera as ditz Seigneurs plus profitable,

Le quel ſecund Mille demurreront, ſe boſoign eſt, as Gages de dit Roi d'Engleterre deſſus ditz, juſqes a ſa Venue, ceſt aſſavoir, juſqes au jour de ſeint Lambert procheinement venant, ou juſqes a ſon Revon, ſolonc la fourme des Covenances & Promeſſes, faites entre no dit Seigneur le Roi, & les ditz Counte & Marchis.

Et, ſur ceo, devoms faire no dit Seignur le Roi doner Lettres Overtes as Seignurs deſſus ditz, ſur ceſte preſente date.

Don. le 24 jour de Maii, l'An de grace Mille, 300, Trente & Sept.

De conventione facta cum Comite Zelandiæ.

NOus,
Henri, par la grace de Dieu, Eveſque de Nicole, William de Montagu, Conte de Salebirs, & William de Clynton, Conte de Huntingdon, Ann. D. 1337. An. 11. E. 3.

Procureurs & Meſſages de, Treſexcellent no Treſcher Seigneur, le Roi d'Engleterre, Aleman. 11. E. 3. m. 9.

Promettons & avons en Convent a, Haut Homme & Noble, Monſieur William de Haynun, Counte de Zeland, que en cas qu'il defaurroit de Monſieur de Haynun ſon Piere, q'il purroit prendre & aver, s'il voloit, les Milles, ou Deux Milles Armures de feer, en la forme, q'il eſt Contenu, pur le dit Monſieur de Haynun ſon Piere, es Lettres ſur ce faites, ſeales de noz Seals, pur mettre es Fronteres de l'Empire:

C'eſt aſſaver les Milles par l'Eſpace d'Un An, & les autres Milles juſqes a ſa venue pardetza a la meer, ou juſques a ſon Revon, pur garder l'Empire,

Par la Teſmoignance de ceſtes preſentes Lettres, ſealees de noz Seals.

Don. a Valenciennes, 24 jour du Mois de Maii, l'An de grace ut ſupra.

Alia Conventio cum dicto Comite.

NOus,
Henri, par la grace de Dieu, Eveſque de Nicole, William de Montagu, Counte de Salesbyrs, & William de Clynton, Counte de Huntyngdon, Ann. D. 1337. An. 11. E. 3.

Procururs & Meſſages de, Treſexcellent noſtre treſcher Seigneur, le Roi d'Engleterre, Aleman. 11. E. 3. m. 10.

Promettoms & avoms en Convent a, Haut Homme & Noble, Monſieur Gilliam de Haynun, Counte de Zealand, que,

En cas ou defauroit de Monſieur de Haynun ſon Piere, & il vouliſt emprendre, en Liu de ſon dit Piere, de y eſtre en totes les Covenances & Condicioums du Traitit, qi eſt Acordez & Signez d'entre noſtre dit Seigneur le Roi, & le dit Counte de Haynun,

• Noſtre dit Seigneur le Roi ſerroit tenuz de avoir, & de Reteiner le dit Counte de Zeeland, en Liu de ſon Piere, en totes maneres, ſelonc le Tenour du dit Traiteit, • IV. 756.

Et lui ſerroit noſtre dit Seignur le Roi tenuz, de faire, en totes choſes, come il eſtoit au dit Counte de Haynun, en ſon vivant, par enſy, ſi noſtre dit Seigneur le Roi avoit paie aſcune choſe au dit Counte de Haynun, ceo doit eſtre rebatuz au dit Counte de Zeeland,

Et,

Digitized by Google

1337. An. 11. E. 3. Ibidem.

Noverit Univerſitas veſtra quod Nos,

Ratione Homagii & Fidelitatis, nobis, per Nobilem & Potentem Virum, Dominum Henricum de Gemenith, Militem, præſtitorum,

Et propter Auxilium, nobis promiſſum per dictum Dominum Henricum, faciendum ſecundum Continentiam Literarum ipſius Domini Henrici, quas ſub Sigillo ſuo optinemus ſignatas,

Dabimus & ſolvemus eidem Domino Henrico, Treſcentos Florenos Aureos, parvos de Florentiâ, unam, videlicet, Medietatem in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, & aliam Medietatem in Feſto Sancti Remigii deindè ſubſequenti.

Præthereà, Nos & Hæredes noſtri, præfato Henrico, quotiens ipſum in Servitio noſtro ſtare contigerit, in Stipendiis & Vadiis, prout aliis Stipendiariis, ſibi conſimilibus, adminiſtratur, miniſtrari faciemus, fraude & dolo penitùs excluſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Eborum, viceſimo quarto die Maii.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti de ſummis ſubſcriptis; videlicet,

Dominus Erneſtus de Mulenarken, de Treſcentis Florenis.
Winandus de Dunzenchoyven, de Quadringentis Florenis.

* IV. 757.

* *De Licentia emendi Lanas, de ſpeciale gratia, Mercatoribus Brabantiæ conceſſa.*

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 8.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlande, & Ducs d'Aquitain, a touz ceux, qui ces Patentes Lettres verront, ou orront, Salut, & cognoiſtre verite.

Savoir faiſons a touz que,

Por la grant Affection de bien & de bonne Amour, que nous avoms envers, noſtre Treſcher & Ame Couſyn, Monſieur Johan, par la grace de Dieu, Duc de Lothr. de Brabant, & de Lembourgh, envers ſes bonnes Villes, & envers tot ſon Pais, en quelconqs Lieu que ce ſoit, & envers touz ſes Subgez & Marchans, nomeement Marchans Drapiers, & Achateurs de laisnes,

Nous avons conſenti & ottroye, ottroyoms & conſentons bonnement, de grace eſpeciale, a no Couſyn le —— Duc devantdit, que toutes bones Villes & Franchiſes de ſon Pais, qui chi apres ſont expreſſement nominees; ceſt aſſavoir,

Lowvain,	*Herentals,*
Brouxcelle,	*Lyre,*
Antwerps,	*Filford,*
Boſleduc,	*Trett,*
Malines,	*Joudoigne,*
Thierlemont,	*Grauen,*
Lyewes,	*Breda,*
Nivelle,	*Berghen ſour le Zoem,*
Diſte,	*Et Arſcot,*

Et aus autres petites Villes, aians Frankiſes,

Puiſſent faire achatre laines, en Engleterre, par leurs Gentz, & Burgois de leurs Villes, es Eſtaples, ou on vent & achate les

Faiſons ſavoir a toux, que nous avons promis, & promittons, come * Procurours de noſtre chere Seigneur le Roi d'Engleterre, a, Hautz Hommes & Nobles, le Counte de Haynun, & le Counte de Zeland, ſon fil, que, tout auſſi toſt, come no dit Seigneur le Roi, ou ſi Aidant purront gaigner, ou conqueſter, les Chaſteux & les Villes de Crieuecuer & d'Allues, ou l'un d'eux, & Seint Surpleth, & les Appartenances, il les ditz Chaſteux & Villes, ou ce que gaigne & conqueſte en ara, & toutes les Appartenaunces, Seignurie, Juſtices, Rentes, Revenues, & Homages, ſanz rienz exceptez, donra au dit Counte de Zeland pur lui, & pur ſes Heirs, a toux jours, heritablement en pur Don. E. 3. Ibid. m 9. * IV. 758.

Et, aveſques tout ce, avons nous promis, & promettons, come Procureurs de no dit Seigneur, q'il, no dit Seignur, reſtorra en Bones Rentes, certeyns & bien aſſenees, enz Roialme d'Engleterre, vi. Mill Liveree de Tournois par An heretablement, le gros pur xii. de Tourn, pur les Rentes qil renderont au Roi de France, quant il entreront euz en Service de no dit Seignur.

Mais ſi toſt, que no dit Sir aroit tant gaigne de Rente, & parties es Terres & Paiis, que lui Roi de France tient a preſent, que la Rente deſſuſdit vaurroit, no dit Sir li Rois lour deveroit faire le dit aſſenement, a plus pres des Villes & Chaſteux, deſſuſditz, qil purroit, &, parmi ce, il ſerroit quit del autre Aſſenement, qil aroit fait, ou deveroit faire en Engleterre, ſicome dit eſt.

Et, de ce, devons nous faire, no dit Seignur, le Roi doner Lettres Overtes, as Countes deſſuſditz, ſur ceſte preſente date.

Don. a Valenciennes, xxiv jours en May, l'an de grace ut ſupra.

Pro Everhardo Filio Comitis de Lymborg.

REX Univerſis, &c. Salutem. Ann. D.

Noverit Univerſitas veſtra quòd, 1337.

Cùm inter, Nobilem & Potentem Virum, Dominum Everhardum, Primogenitum Domini Thiderici, Comitis de Lymborg, ex parte unâ, & certos Nuncios & Ambaſſatores noſtros, ſufficiens Mandatum ad hoc habentes, ex alterâ, Ligæ & Uniones contractæ ſint, & modo, quo ſubſequitur, initæ & firmatæ, videlicet, An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 6.

Quòd eidem Dominus Everhardus Homagium Ligeum nobis fecerit, & ſe noſtrum, noſtrorúmque Hæredum Regum Angliæ pro tempore exiſtentium, Vaſſallum & Hominem, tamdiu vixerit, eſſe obligavit,

Ac dictúmque, Nobilis & ſtrenui Viri, Domini Comitis Gelerenſis, aſſeruit ſe contentari in hiis, quæ dictus Dominus Comes Gelerenſis ſibi dari duxerit ex hâc causâ,

Ratione cujus Obligationis præfatus Everhardus Centum Florenos, Parvos de Florentiâ, ſe recepiſſe recognovit,

Reſiduam verò partem, quam dictus Dominus Comes Gelerenſis ei daturus fuerit, hâc causâ, Duabus Vicibus, recipiet Unam, videlicet, Medietatem in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futuro, & aliam Medietatem infra dimidium Annum immediatè ſubſequentem,

Promiſitque idem Dominus Everhardus nobis, & dictis Hæredibus noſtris, bonâ fide præſtitâ corporali, Favorem & Fidelitatem, Conſilium & Auxilium, contra quoſcumque, in Armis, & extra, in Locis & Terris, ſeu Dominiis quibuſcumque, præſtare,

 ſti-

Digitized by Google

d'Engleterre, a paier, rendre, & delivrer, enterment a lui, ou a ſes Heirs, ou a ſon certein Commant, ou a la Garde de ces Lettres, a Trois Termes, qui cy apres s'enſuient, a chaſcun Terme, par Tiercz, c'eſt a ſavoir,

Le premer Tiercz, qui mounte ſeize centz, ſeiſſante ſis Livres, treſze Souldz, & quatre Deniers d'Eſterlyngs, al iſſue du preſchien Mois apres la Pentecoſt preſchein venant,

Et autant pur le ſecund Terme, qui ſerra a l'iſſue d'Aouſt preſchein enſuiant,

Et pur le Tiercz, & darrener Terme, qui ſerra a la Touſeyntz, apres preſchein venant, ſeſze centz, ſeiſante ſis Livres, treſze Soulz, & quatre Deniers d'Eſterlyngs,

Par tel Condicion, que les Paiementz deſſuſdiz nous avoms Promys, & en Convent, & encore promettons, nous rendre & paier depar, no Seignore, le Roi deſſuſdit, & en noun de lui, & pur lui, au Marchis deſſuſdit, ou a ſes Heirs, ou a lour Commant, ou a la Garde de ces Lettres, pur eux, aus termes deſſus nomez, ſouz Obligacion de noz Foiz & Loiautez, & de toux noz biens, & des biens de noz Heirs, Moebles & non Moebles, preſentz & Avenir.

Et, pur eſpecial, nous Counte de Salebirs deſſuſdit, du conſeil & conſentement des deſſuſditz, Eveſque & Conte de Huntyngdon, nous ſumes Obligez, & Obligeoms envers le dit Marchis, ſes Heirs, ou ſon Commant, ou a la Garde de ces Lettres, pur le premer Paiement, du primer Tiercz, des Cink Mill Livres d'Eſterlynges deſſuſdites, par ainſi que nous purchacerons, en toute bone foi, que le premer Tiercz de la dite Somme ſoit paie come dit eſt.

Et, ſi il y avoit defaute, qui ja n'aveigne, nous ne paſſeroms jammes la Meer que avant ne ſoit aſſez fait au dit Marchis, ou a ſes Heirs, ou a lour Commant, ou a la Garde des ſes Lettres, du primer Paiement deſſuſdit, en toute bone foi, ſanz fraude, & ſanz mal engyn.

Et eſt aſſavoir que, du dit poair, a nous done de, noſtre dit Signeur, le Roi, nous avoms baile la Copie au dit Marchis par Inſtrument Publike, &, par le vertu d'ycelly Poair, nous nous ſumes Obligez & Obligeoms, en noun de, noſtre Seigneur, le Roi deſſuſdit, envers le dit Marchis, & ſes Heirs, & envers la Garde de ces Lettres, de lui Loialment tenir & parfaire toutes les choſes deſſuſdites, & cheſcune d'yceles,

Par le Teſmoign de ces Lettres, Sealees de nos Sealx.

Faitez & donez, a Montz, en Henau, le xxvii jour de May, l'An de grace Mille, Treſcent, Trente & Sept.

Pro Hermanno Blankart.

Ann. D. 1337. *An.* 11. E. 3. *Aleman.* 11. E. 3. *m.* 7.

A Touz ceulz, qui ces preſentes Lettres verront ou orront, Henri, par la ſouffrance de Dieu, Eveſque de Nicole, William de Montagu, Counte de Salebirs, & William de Clynton, Counte de Huntyngdon, Procureurs Generals, & Meſſages Eſpecials, de, Treſexcellent Prince, Monſeigneur Edward, par la Grace de Dieu, Roi d'Engleterre, noſtre Treſcher & Treſredoute Seignur, Salutz.

Savoir faiſons a touz que nous,

* IV. 760.

* Dou pooir, que nous avons de, noſtre Sire, le Roi deſſuſdit, attendans les bons & profitables Services, que, Honurable Homme, Sire Herman de Blankart, Doien de Ays, & Prevoſt de Werde, a fait, ferra, & faire pourra au, noſtre Sieur, le Roi deſſuſdit, nous touz enſemble, & chaſcun de nous, a par lui, pour le tout, com Debitur Principal, ou noun de, noſtre Sire le Roi, deſſuſdit,

Pro Marchione & Comitiſſa de Julers, Matre ejus.

Ann. D. 1337. *An.* 11. E. 3. *Aleman.* 11. E. 3. *m.* 10.

A Touz ceulz, qui ces preſentes Lettres verront, ou orront, Henri, par la ſousfrance de Dieu, Eveſque de Nicole, William de Montagu, Counte de Salebyrs, & William de Clynton, Counte de Huntyndon, Procureurs generals, & Meſſages eſpecials, de, treſexellent Prince, Mon Seigneur Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, noſtre treſchere & treſredoute Seignur, ſaluz.

Savoir faiſons a touz que,

Par le pooir, que nous avons de, no Seignur, le Roi deſſuſdit,

Nos Avons promis, & Promettons loiaulment, & en bone foi, touz enſemble, & chaſcun de nous, a par lui, pour le tout, ou nom de, no Seignur, le Roi deſſu dit, & de par lui, a, haut homme & noble, Monſieur William, Marquis de Julers,

Que en cas que le Roi de France, ou autres de par lui, touliſſent ou oſtaſſent a, haute Dame & Noble Madame,

Iſabel, Conteſſe de Julers, Mere du dit Marquis, ou a Marquis devantdit, leur Heretages & Rentes, qu'il tiennent aujourdui en France, ou que le dit Marquis rendiſt a Roi de France ſon hommage,

Que, noſtre Seigneur le Roi d'Engleterre en doit faire Recompenſacion & Reſtor a la deſſus dicte Mere du dit Marquis, & a Marquis, & a ſes Heirs, parme quatuorze Centz Livres d'Eſterlins, bons & courſables par le Roialme d'Engleterre, & bone juſte Rente hiretable, ſi bien & ſi ſeurement aſſiſe & aſſignee en Engleterre, que la Rente il puiſſent avoir cheſcune Annee a leur proufit, & ſi paiſiblement q'il n'en commegne nulli pourſievir, en deſpendant,

Le quel Aſſenement, no Seigneur, le Roi, ou ſes Heirs, feront a la dite Dame, * au dit Marquis, ou a leur Heirs, tantoſt apres la perte de leur biens en France, ou quant le dit Marquis aura rendu ſon homage au Roi de France deſſus dit, ſanz mal engien, * IV. 761.

Par cel condicion, que,

No Seigneur, le Roi d'Engleterre deſſus dit, ou ſes Heirs en apres lour, auroient pooir de rendre franchement lieurs biens & Rentes, quil auroient pardus ou pardues en France, ou que le Roi noſtre Seigneur peuſt pour eus, ou vouſiſt, faire par decha la Meer, en autre lieu, ſeur & certain Aſſenement des quatuorze Centz Livres deſſus dictes,

Noſtre dit Seigneur le Roi, & ſes Heirs, ſeroient quittes de l'Aſſenement d'Engleterre deſſuſdit.

Et, pur cauſe des quatuorze Centz Livres deſſus dictes, ne perdra pas le dit Marquis les ſitz Centz Livres d'Eſterlins, qu'il tient en Engleterre, ains lui demouront, avoeqes les dictes quatuorze Cenz Livres, ſolonc les condicions qui faites en ſount de pieca,

Par le teſmoigné de Lettres, ſealees de noz Sealz.

Faites & donez a Valenciennes le primer jour de Juyn, l'an de Grace Mill, Treſcent, Trente & Sept.

De inſpiciendo quandam Literam miſſam Comiti de Murref. Ann. D. 1337. *An.* 11. E. 3. *Clauſ.* 11. E. 3. *p.* 1. *m.* 12. *d.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Nicholao de la Beche, Conſtabulario Turris ſuæ Londoniæ, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm Adam de Cailly,

Qui

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 8.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlande, & Ducz d'Aquitain, a touz ceaux, qui ces preſentes lettres verront ou orront, Saluz.

Savoir feiſoms a touz, que come, noz Treſcher & Amez Couſyns, Johans, par la dite grace, Duc de Lothr. de Brabant, & de Lembourgh, nous demande, & veult avoir de nous, pur certaine cauſe, la ſomme de dis Mille Livres d'Eſterlins,

De la quele ſome d'Argent nous & il en ſommes, de commun aſſent don tout mys ou Dit, & en l'Ordenance William de Montagut Counte de Salebris, & Otton Seignur de Knyt,

Le quel en deivent dire, & ſont tenu de dire lour Dit & Ordenance enter chi & la Feſte de la Touz Seintz prochein venant,

Le quel Dit & Ordenance nous promettoms, & avoms en Convent, Loialment & ſour noſtre Foi real, a tenir & accomplir pleinement & enterement, de point du point, & ne venir, ne faire venir, en nulle manere, qui ſeit, ou poet eſtre a l'encontre.

En teſmoignance de la quele choſe nous avoms fait mettre noſtre Seal a ces preſentes, de certaine ſcience.

Don. a Eſtaunford, viii jour du Mois de Juyn, l'An de Grace Mil. CCC. Trent & Sept, & de noſtre Regne unziſme.

De liberatione facienda pro Magnatibus, ſuper Paſſagio Regis.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 19.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Gawano Corder, Mareſcallo Hoſpitii ſui, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, Paſſagium noſtrum, apud Porteſmuth, in Flotâ Navium Regni noſtri, quas eâ de causâ ibidem congregari mandavimus, verſus partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ ordinaverimus, Domino annuente,

Ac nonnulli de eodem Regno noſtro, tàm Magnates, & Homines ad Arma, quàm Hobelarii, Sagittarii, & alii Pedites, ibidem, de mandato noſtro, ſint venturi,

Nos, de circumſpectione veſtrâ confidentes, aſſignavimus vos ad Liberationes, tàm pro Magnatibus, & aliis, ibidem, ut præmittitur, acceſſuris, quàm pro illis de Hoſpitio noſtro, in partibus illis, prout meliùs expedire videritis, cum deliberatione providâ faciendum,

Et ad proclamandum, & proclamari faciendum, in Civitatibus, Burgis, Portubus Maris, Feriis, Mercatis, & locis aliis, in eiſdem partibus, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi opus fuerit, quòd Piſtores, & Braciatores, ac aliorum Victualium Proviſores, contra adventum noſtrum, ac Magnatum, & aliorum prædictorum, ibidem, pro noſtrâ & ipſorum Suſtentatione, Furniri, Braciari, & Victualia neceſſaria provideri faciant, ſub periculo quod incumbit,

Et quòd Eis pro Victualibus illis, quæ ab ipſis emi contigerit, debitè ſatisfiat,

Et quòd nullus Magnas, ſeu quivis alius, Victualia in tàm ex-

Præmiſſúmque negotium, juxta noſtri deſiderium, & prædictorum, Seneſcalli & Conſtabularii noſtrorum prædictorum, requiſitionem & intentionem ſuam in hâc parte, & prout præfatus Antonius vos pleniùs informabit, ſtudeatis feliciter adimplere,

Et expeditionem negotii illius, penes Concives, & Amicos, ac Benivolos, veſtros (prout oportunum videritis) modis omnibus procurare;

Vobis ſignificantes quòd, attentis veſtris, in dicto negotio, & aliis, Nos & noſtros contingentibus juvamine ac Affectionis ſolidæ puritate, talem ad hoc in effectu operis conſiderationem habebimus, quòd exinde eritis (Deo propitio) contentati.

Super Contractu autem, per, Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Paulum de Monte Florum, cum aliquibus veſtris Adverſariis, & vobis Rebellantibus, habito & facto, cum ipſis inito, veſtræ Amicitiæ duximus intimandum, quòd Contractus & Factum illa, præter noſtram Conſcientiam, proceſſerunt; ex quibus gravati & commoti fuimus in immenſum: præſertim cùm idem Paulus de dicto negotio per Nos, ſeu alium, ex parte noſtrâ, minimè extiterit oneratus.

Dat. apud Berewicum ſuper Twedam, duodecimo die Junii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Nicholao de Spinula per ſe.
Johanni Aurie per ſe.
Criſtiano de Guiſulfis Parcenallo, Henrico de Stualzaſchit, & Benedicto Cibo, conjunctim.

Teſte ut ſupra.

De Flota Navium providenda, ad conducendum Regis Nuncios, negotiis expeditis, in Angliam redituros.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 30.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Johanni de Ros, Admirallo Flotæ ſuæ Navium, ab ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, Salutem.

Quia, Venerabilis Pater, Henricus Lincolnienſis Epiſcopus, &, Dilecti & Fideles noſtri, Willielmus de Monte Acuto, Sarum, & Willielmus de Clynton, Huntyngdoniæ, Comites (quos ad partes tranſmarinas, pro expeditione quorumdam arduorum & urgentiſſimorum Negotiorum, tranſmiſimus) jam ad partes Regni noſtri ſunt, expeditis negotiis, redituri,

Et intelleximus à quibuſdam, quòd quidam Alienigenæ, & alii Piratæ, congregatis certis Navibus & Galeis, eiſdem Nunciis noſtris, redeundo ad dictum Regnum noſtrum, ſupra Mare inſidiari, & Ipſos expugnare proponunt pro viribus & gravare, niſi * ipſorum Malitia potentiùs refrænetur, * IV. 764.

Nos, Salvationi & Securitati eorumdem Nunciorum noſtrorum cupientes modis omnibus, favente Domino, providere, vobis, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, Quadraginta Naves de Guer-

Digitized by Google

Ann. D. **REX** Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1337. Sciatis quòd Nos,
An. 11. De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum
E. 3. & Fidelium noſtrorum, Oliveri de Ingham, Seneſcalli noſtri Vas-
Vaſc. 11. coniæ, & Johannis Dyeus, plenam fiduciam reportantes,
E. 3. *m.* Ad tractandum pro Nobis, & nomine noſtro, cum Nobilibus,
19. & aliis quibuſcumque, Perſonis Catholicis, cujuſcumque conditionis ſeu ſtatûs, ac quarumcumque partium exiſtant, ſuper Confœderatione, & Alligantiâ, ac Morâ ſuâ nobiſcum, ad terminum Vitæ, vel Annorum,

Et ad conveniendum cum eis de certis Feodis, tàm pro Se, quàm pro Hominibus ſuis,

Et ad ea, quæ ſic concordari contigerit, quacumque firmitate vallandum,

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ neceſſaria fuerint in præmiſſis,

Eiſdem, Olivero & Johanni, plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem;

Promittentes pro nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Firmum habituros quicquid per prædictos, Oliverum & Johannem, & eorum alterum, Tractatum, Concordatum, & Vallatum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum; quibuſcumque Commiſſionibus, Mandatis, ſeu Procuratoriis, quibuſcumque Perſonis, de hujuſmodi Retinentiis faciendis, per nos priùs factis, in ſuo robore duraturis.

In cujus, &c.

Dat. apud Staunford, viceſimo quinto die Junii.

Conſimiles Literas Regis habent præfati, Oliverus & Johannes, de Alligantiâ faciendâ cum Perſonis ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Cum *Domino Lodewico de Sanneye*, per ſe,
Et cum *Antonio de Foſſibus*, *Barone de Aragon*, per ſe.

• IV. 765. ** Super Hugone de Geneva retento, Approbatio Regis.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1337. Sciatis quòd,
An. 11. Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Oliverus de Ingham, Senes-
E. 3. callus noſter Vaſconiæ, vice & nomine noſtro, Nobilem & Po-
Vaſc. 11. tentem Virum, Dominum Hugonem de Geneve, Dominum de
E. 3 *m.* Vareis & de Anchou, cum Hominibus ad Arma, juxta Poſſe
19. ſuum, nobiſcum,

Sub certâ formâ, in quâdam Indenturâ, inter præfatum Seneſcallum noſtrum ex parte unâ, &, Nobilem virum, Dominum Radulphum, Condominum de Altâ Villâ, Procuratorem, & Attornatum, ac Nuncium ſpecialem ipſius Domini Hugonis, ex alterâ, indè confectâ, contentâ, ac Sigillo Curiæ Vaſconiæ & præfati Hugonis conſignatâ,

Tàm pro Pace quàm pro Guerrâ retinuerit,

Et ab eodem Domino Radulpho, Vice, & in Perſonâ, ipſius Domini Hugonis, Homagium Ligeum, & Fidelitatis Sacramentum receperit,

Ac eidem Domino Hugoni Quingentas Marcas Sterlingorum, vel valorem eorumdem in aliâ Monetâ, ſingulis Annis, ad totam vitam ſuam, in locis competentibus, pro Morâ ſuâ prædictâ percipiendas, ac quædam alia, in eâdem Indenturâ expreſſa, nomine noſtro promiſerit, prout in Indenturâ prædictâ pleniùs continetur,

Nos, factum præfati Seneſcalli noſtri in hâc parte acceptantes, Indenturam prædictam, ac omnia in eâ contenta, pro Nobis, &

In cujus, &c.

Dat. apud Staunford, viceſimo quinto die Junii.

Altera ejuſmodi Ratificatio, pro Amadeo de Peyteyr.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1337.
Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Oliverus de Ingham, Senes- *An.* 11.
callus noſter Vaſconiæ, vice & nomine noſtro, Nobilem & Po- *E.* 3.
tentem virum, Dominum Amadeum de Peyteyr Militem, cum *Ibidem.*
Hominibus ad Arma, ſecundum Poſſe ſuum, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Ac eidem Amadeo Quingentas Marcas Sterlingorum, *&c. prout ſupra.*

Dat. ut ſupra.

** Ad Vicecomitem Tartaſiæ, de Bono Geſtu, laudatoria.* • IV. 766.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, — Vicecomiti Tartaſiæ, Salutem. Ann. D. 1337.
Quàm conſtans & fructuoſus fuerit hactenus, & adhuc ſit, ad *An.* 11.
Nos, & Noſtrorum conſervationem Jurium, veſtræ Devotionis *E.* 3.
Affectus, nedùm Fidelium noſtrorum Teſtimonia, ſet effectus *Vaſc.* 11.
Operis, Dictis præponderans, clarè probant; nam ſemper in Di- *E.* 3. *m.*
lectione noſtrâ ferventiores perſiſtitis, quo pro nobis ſuſtinetis Ja- 24. *d.*
cturas & Pericula graviora: propter quod, prout Honori noſtro convenit, vos dignè pro Meritis taliter reſpicere curabimus, quòd in Fidelitate noſtrâ meritò gaudebitis perſtitiſſe.

Vos igitur, ad dictorum defenſionem Jurium, contra nobis Adverſantes, Magnanimitate ſolitâ, juxta noſtram Fiduciam, & Generoſitatis veſtræ decentiam, impendatis viriliter Conſilium efficax & Juvamen, ut fidelis & operoſa veſtra Conſtantia mereatur attolli laudibus, & a nobis Retributione fertili præmiari.

Super aliis verò, tranſcribendis, Dilecto & Fideli noſtro, Olivero de Ingham, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, præbere vos volumus plenam fidem.

Dat. apud Staunford, viceſimo quinto die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Berardo de la Bret.	*Ranferdo Domino de Monte Peſato.*
Vicecomiti Benaugiarum.	*Domino de Landirant.*
Vicecomiti de Fronſak.	*Fortenar. Deſgarrabak.*
Johanni de Greily.	*Guillielmo Amanen. de Mochidan.*
Amaneno de Foſſato.	*Bernardo de Semenx.*
Domino de Monte Ferrandi.	*Arnaldo Eymon.*
Arnaldo de la Laund.	*Eliæ Audoeni.*
Domino de Leſparra.	*Arnaldo Audoeni.*
Domino de Caſtelbon.	*Bertrando de Turribus.*
Domino de Urnon.	*Boicio de Ternak.*
Domino de Audema.	*Gerardo de Pinols.*
Domino de Agnaſſak.	*Almarico de Burge.*
Domino Darſak.	*Gilberto de Pelagru.*
Domino de Balbada.	*Arnaldo de Curton.*
Domino de Pomeriis.	*Gaillardo Durandi.*
Domino de Rozan.	*Guillielmo de Malmuſſon.*
Domino de Logoiran.	*Talirando de Grambols.*
Capitaneo de la Trena	*Bernardo de Bedak.*
Domino de Mata plana.	*Arnaldo de Eſpeleta.*
Domino de Toars.	

Po-

Digitized by Google

E. 3. Ibidem. Seneſcalli noſtri Vaſconiæ accepimus, gratum habemus plurimum & acceptum; gerentes in votis veſtram Gratitudinem taliter reſpicere, quòd gaudebitis in Fidelitate noſtrâ fideliter & magnanimiter perſtitiſſe.

Velitis igitur, juxta noſtram Fiduciam, & veſtri Decentiam, contra dictorum Jurium Invaſores, intrepidè vos opponere, & pro viribus Opem ferre, de Retributione noſtrâ uberi confidentes, quam vobis, juxta veſtræ Probitatis Merita, munificè pollicemur.

Super aliis verò, Tranſcribendis dicto Seneſcallo noſtro, præbere vos volumus plenam fidem.

Dat. apud Staunford, viceſimo quinto die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Perſonis de Burdegaliâ, & aliis Villis, ſub eâdem datâ.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper antiqua Amicitia, & pro Subſidio.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ex Autogr.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galiciæ, Sybillæ, Cordubiæ, Murciæ, Gyhennæ, atque Algarbiæ, Regi Illuſtri, ac Comitatûs Molini Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, &c. Felicem regnandi gloriam, cum Salute.

Celſitudinis Regiæ Literas,

Inter alia, continentes vos, pro complendis quæ inter Vos & Nos, intervenientibus Nunciis, ſunt tractata, citra Menſem Auguſti, proximò futurum, certos Nuncios ad nos in Angliam tranſmiſſuros,

Recepimus lætâ Manu, Quorum adventum avidè præſtolamur; ſet moleſtè ferimus quòd jam, quando de veſtrâ ſperabamus Aſſiſtentiâ Subſidium, eſtis alibi circa Facta Bellica, ſicut dictæ Literæ commemorant, occupati.

Quia tamen, penſantes exuberantem hactenus inter Domos noſtras Regias Amicitiam ſolidam ab antiquo, de vobis, inter alios Mundi Principes, intimè confidimus, ut debemus,

Ex hâc firmatâ fiduciâ Regalem Magnificentiam votivis precibus imploramus, quatenus conſuetæ veſtræ Dilectionis ſinceritas ſic erga nos immobilis perſeveret, ut nullis elidatur Æmulorum noſtrorum Blanditiis, aut pravis Suggeſtionibus a nobis aliquatenus avertatur.

Nec vos moveant magnæ Promiſſiones & variæ, in noſtri Depreſſionem, ut dicitur, Vobis factæ; quia plus quàm aliquis alius Vobis facere voluerit, Vobis realiter faciemus, ſi nobis, adverſus Proſecutores noſtros, Potenti Manu volueritis Opem ferre.

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

* IV. 768. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 19.

* *De Navibus Baionæ parandis, & contra Inimicos Regis mittendis.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Juratis, Centum Paribus, & toti Communitati Civitatis ſuæ Baionæ, Salutem.

Quia, deſiderantes Pacem habere cum Rege Franciæ, ſibi pluries omnem Humanitatem & Rationabiles Vias Pacis, quantum decuit, optulimus, & ſemper offerre volumus cum effectu:

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 24. dr.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori, Juratis, & toti Communitati Civitatis ſuæ Burdegaliæ, Salutem.

Fidelitatis conſtantia & Auxilii promptitudo, quas, ſicut ex laudabili Teſtimonio, Dilecti & Fidelis noſtri, Oliveri de Ingham, Seneſcalli noſtri Ducatûs prædicti, recepimus, & actualiter experimur, nobis gratanter oſtenditis, Adverſitatibus & Periculis non cedentes, nobis meritò ſunt acceptæ; propter quod in votis gerimus ſic veſtram Gratitudinem, cum affluentiâ, quæ Regiam decet Munificentiam, reſpicere, quòd alii, exemplo veſtri, reddantur, ad conſimilia, pro nobis facienda, futuris temporibus, Promptiores.

Verùm,

Cùm, pro ſedandâ cujuſlibet Commotionis materiâ, quæ poſſet inter nos & Regem Franciæ ſuboriri, ſibi omnem Humanitatem & Rationem, humiliùs forſan quam decuit, pluries optulerimus, adhuc offerimus, & ſemper offerre volumus cum effectu,

Et Ipſe contra Nos, velut in Senſum Reprobum totus datus, nolit alicui Viæ Pacis rationabili conſentire, ſet nitatur Jura noſtra, dicti Ducatûs, & alia, ſibi per Injuriam attrahere, & Nos deprimere juxta vires,

* Expertam veſtræ Fidei puritatem attente rogamus, firmiter exhortantes, quatinus ad noſtra Jura magnanimiter & debitè defendenda contra dictum Regem, & quoſcumque dictorum Jurium Invaſores, ſic Opem & Operam viriliter impendatis, quòd ex hoc veſtra Fidelis Probitas præfulgeat, & a nobis Retributionem uberem reportetis. * IV. 769.

Et promittimus, bonâ fide, quòd Pacem cum præfato Rege nullatenus iniemus, niſi per Eam ſecuritati veſtræ ſpecialiter conſulatur.

Super hiis & aliis dicto Seneſcallo noſtro ſcripſimus magis plenè; cui Fidem in dicendis, ac Conſilium & Auxilium præbeatis pro viribus in agendis.

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Communitatibus Aquitaniæ ſub eâdem datâ.

Ad Nicholaum Uſuſmaris, de Navibus congregandis contra claſſem Regis Franciæ.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 19.

REX, Dilecto ſibi, Nicolao Uſuſmaris, Vice-Admirallo Flotæ Navium & Galearum noſtrarum in Ducatu noſtro Aquitaniæ, & partibus tranſmarinis, Salutem.

Quia jam, tàm ex parte Nunciorum, quos nuper ad partes Tranſmarinas tranſmiſimus, quàm aliàs, ex Teſtimonio fidedigno, accepimus quòd Rex Franciæ, Pacis Tractatui, cum dictis Nunciis habendo, omninò renuens conſentire, Magnam Claſſem Galearum & Navium Armatarum, in diverſis Portubus & locis ſui Dominii, congregari fecit & parari, ad Expugnandum pro Viribus Nos & Noſtros, Guerram nobis voluntariè commovendo,

Ac quòd, de Mandato ſuo, Homines Armati & Marinarii, ad hoc per ipſum ordinati, in multitudine copioſâ, inſidiantes Fidelibus noſtris ſupra Mare, nonnullas Naves Regni noſtri ceperunt & deprædârunt, Interfectis Hominibus exiſtentibus in eiſdem, &c. Regnum noſtrum hoſtiliter Invadentes, Deprædationes, & Incendia,

Digitized by Google

• IV. 770. pendere juxta vires, de quo grates vobis referimus ſpeciales, &c, Duce Domino, ſic condignâ Retributione veſtram gratitudinem proſequemur, quòd gaudebitis Labores & Expenſas pro nobis ſubiſſe præteritos, & tàm vos, quàm alii, promptiorem ex hoc habebitis ſpiritum ad futuros.

Verùm, cùm, pro ſedandâ Commotionis materiâ, quæ poſſet inter nos & Regem Franciæ ſuboriri, *&c. prout ſupra ad Communitatem Burdegal. uſque hæc verba; viz.*

Specialiter vos rogamus quatinus, pro noſtrorum Tuitione Jurium, & Repulſione nobis Adverſantium, ſic veſtra Strenuitas, quam contraxiſtis ex genere, & laudabiliter in opere demonſtrâſtis, ſe pronam exhibeat & paratam, ut laudis veſtræ præconium attollatis, & Nos, & noſtra Poſteritas, Vobis, & veſtris Poſteris, propenſiùs ad Remunerationem uberem teneamur.

Et promittimus bonâ fide quòd Pacem cum præfato Rege nullatenus iniemus, *&c. prout ſupra ibid.*

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

Ejuſmodi Litera ad Johannem Colom.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem. REX, Dilecto ſibi, Johanni Colom, Salutem.

Gratam habemus plurimùm & acceptam Fidelitatis veſtræ conſtantiam: nam, ſicut audivimus, & probat experientia laudabilis, ad Defenſionem Jurium Ducatûs noſtri Aquitaniæ gratanter opem impenditis, & impendere cupitis in eventum, Perſonæ Periculis & Rerum Diſpendiis non vitatis; quod continuare velitis petimus magnanimiter per effectum, & Nos veſtram Gratitudinem Retributione congruâ, Deo propitio, proſequemur.

Verùm, cùm, pro ſedandâ Commotionis materiâ, quæ poſſet inter Nos & Regem Franciæ ſuboriri, *&c. prout ſupra uſque ibi; viz.* ex firmâ Dilectionis veſtræ fiduciâ vos rogamus, vobis nichilominus ſub ligeantiâ, quâ nobis tenemini, firmiter injungentes, quatinus contra prædictorum Jurium Invaſores ſic vos viriliter opponatis, ut, noſtrum & veſtrum proſequentes commodum & honorem, a nobis grates & retributionem uberem reportetis.

Et promittimus, bonâ fide, quòd Pacem cum præfato Rege nullatenus iniemus, *&c. ut ſupra.*

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis ſeparatim, ſub eidem data, videlicet,

Lucæ Colom,
Petro Lambert,
Petro Amaluyn.
Alquenio Guillielmi de Calazeto, } de Burdegal.
Bernardo de la Nauda,
Bernardo Dalban,
Arnaldo de la Nauda,

Guillielmo Arnaldi de Villa.
Jacobo de Lesbay.
Arnaldo d'Olorone.
Vitali de Caſtro,
Bernardo de Caſſons,
Laurentio de Gailard, } de Baion.
Petro de Villa,
Petro de Puyana.
Petro Arnaldi de Perey,
Arnaldo de Burdegall.
Johanni de Liſto,
Vitali du Mercer.

tudinem & Laborem ſic [illegible] merito contentari.

Seneſcallo verò noſtro Vaſconiæ ſuper aliis ſcripſimus magis plenè, qui vobis Ea referet vivâ voce.

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

Ad Hugonem de Gavadon.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Hugoni de Gavadon, Militi, Salutem, Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem.

Labores varios & Diligentiam ſolicitam, quos circa procurandos nobis Amicos, pro noſtrorum conſervatione Jurium & Honoris, ac aliàs in agendis noſtris, multipliciter impendiſtis, gratos habemus plurimùm & acceptos, pro quibus vobis grates referimus ſpeciales:

Corditer vos rogantes quatinus, Continuantes magnanimiter quod laudabiliter incepiſtis, Conatus Malivolos Eorum, qui nos & dicta Jura noſtra deprimere machinantur, Conſiliis & Auxiliis, quibus poteritis, elidatis, laboribus & terroribus non cedentes; & veſtram Gratitudinem Remuneratione congruâ, Duce Domino, proſequemur, adeò quòd alii, exemplo veſtri, reddentur ad noſtra obſequia Promptiores.

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis; videlicet,

Willielmo Amaneni, Militi, ſub eâdem datâ.
Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Geraldo de Puteo,
Magiſtro Auſſencio Jordani.
Magiſtro Arnaldo de la Moler.
Magiſtro Johanni Amyci.
Magiſtro Alberto Medici.

Ejuſdem Argumenti Litera, & de Credentia, ad Guitardum de Lebreto.

REX, Nobili & Potenti Viro, Domino Guitardo de Lebreto, Amico ſuo cariſſimo, Vicecomiti Tartaſiæ, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem.

De pronis Laboribus & Gratitudinibus variis, pro nobis impenſis pluries & oſtenſis, & præſertim cum Diligentiâ ſolicitâ, circa expeditionem Negotiorum noſtrorum, in Iſpannia nuper adhibitâ, grates vobis referimus ſpeciales:

Specialiter vos rogantes quatinus, juxta Generoſitatis & Strenuitatis veſtræ Decentiam, ſicut de vobis confidimus, ſic ad Defenſionem Honorificam Jurium noſtrorum in Ducatu Aquitaniæ, contra Conatus Illicitos Invaſorum, Manus velitis extendere magnanimiter Adjutrices, quòd cedat vobis ad laudis præconium, & nichilominus a nobis Remunerationem uberem, ſicut cupimus, reportetis:

Super aliis verò Seneſcallo noſtro Vaſconiæ ſcripſimus magis plenè, qui vobis Ea referet vivâ voce.

Dat. ut ſupra.

• IV. 772.

** Ad Bertrandum Ferandi.*

REX, Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Bertrando Ferandi, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

De Laboribus, quos pluries in noſtris gratanter & efficaciter ſuſti-

Digitized by Google

ſiſtentes, præfatos Nobiles (de quorum Morâ nobiſcum intimè contentamur) velitis in Amorem noſtrum ferventiùs accendere: ac Alios Potentes & Strenuos Amicos veſtros ad morandum nobiſcum allicere, ſicut veſtra Prudentia magis novit; & Nos veſtram Gratitudinem tali Retributione, Duce Domino, proſequemur, quòd debebitis meritò contentari.

Vos autem exnunc de privatâ noſtrâ Familiâ, ad Robas, & alia conſueta, ſpecialiter retinemus.

Dat. apud Staunford, viceſimo ſeptimo die Junii.

De tractando & Intentionem Regis exponendo ſuper Negotiis Scotiæ.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Scot. 11. E. 3. m. 14. * IV. 773.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Ricardi Dunolmenſis Epiſcopi, Magiſtri Willielmi la Zouſche, Decani Eccleſiæ Beati Petri * Eborum, Theſaurarii noſtri, Thomæ de Bello Campo, Comitis Warrwici, Henrici de Percy, Radulphi de Nevill, & Galfridi le Scrop, plenam fiduciam optinentes,

Aſſignavimus & Deputavimus Ipſos, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorum, ad oſtendendum illis, quos apud Eborum, die Jovis, proximo poſt Feſtum Tranſlationis Sancti Thomæ Martiris, proximò futurum, convocari & venire mandavimus, Aliqua quæ in inſtanti Concilio noſtro apud Staunford; per Nos, ac Magnates, & alios de Concilio noſtro, ibidem exiſtentes, tractata fuerunt, & quæ Nos, & Statum, ac Defenſionem Regni noſtri ſpecialiter contingunt,

Et Intentionem noſtram indè eiſdem pleniùs exponendum,

Et ad tractandum & conveniendum cum Magnatibus, Hominibus ad Arma, & aliis, in Obſequium noſtrum, verſus partes Scotiæ, & Marchias Scotiæ profecturis, de Morâ ſuâ ibidem faciendâ, & ſub quâ formâ, & de Vadiis in hâc parte conſtituendis,

Necnon de ſecurâ Cuſtodiâ Villarum & Locorum noſtrorum in dictis partibus, & de Munitionibus ponendis in eiſdem,

Et ad omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & pro Honore noſtro, & Commodo, ac bonâ directione Negotiorum noſtrorum, in partibus illis, & Repulſione Hoſtium noſtrorum ibidem, fuerint oportuna,

Et Ea, quæ ſic Tractata, Conventa, & Facta fuerint, quacumque firmitate vallandum,

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Epiſcopum, Theſaurarium, Comitem, Henricum, Radulphum, & Galfridum, Quinque, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, Tractatum, Conventum, & Factum, fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Staunford, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem.

finiſ ſequentes, Solutionem Plenariam faciet abſque dolo,

* Quòd, ſi dicti Mareſchalli concordare non poterint, Quicquid, 774.
Illuſtris Dominus, Willielmus Marchio Juliacenſis, & Nos, Comes Saleſbyrienſis præfatus, ſuper dictis Dampnis ordinaverimus, idem Dominus noſter Rex Ratum habebit atque Gratum.

Et, ſi (quod abſit) Aliquis ipſorum Dominorum, Marchionis & Comitis, prædictorum deceſſerit, alius in locum defuncti aſſumetur, qui Conſimilem, per omnia, taxandi & ordinandi habeat in præmiſſis Poteſtatem.

Et, ut benivolentiùs & ſinceriùs idem Dominus Dux ad Servitium ipſius Domini noſtri Regis inclinetur, idem Dominus noſter ipſum Ducem in ſuum Fidelem recipiet, & faciet juxta Donationem & Ordinationem Domini Marchionis Juliacenſis, ac noſtrûm, Epiſcopi & Comitis Saleſbyrienſis, præfatorum.

In quorum omnium teſtimonium Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda apud Frankefordiam, ultimâ die Menſis Junii, Anno Domini Milleſimo, CCC, Triceſimo ſeptimo.

De 16000 Florenis dicto Palatino ultra Stipendia ſolvendis.

UNiverſis, præſentes Literas viſuris, vel audituris, Nos Henricus, &c. Ann. D. 1337.

Notum facimus præſentibus, recognoſcentes quòd Nos, An. 11.

Virtute Poteſtatis, ab ipſo Domino noſtro Rege nobis traditæ, E. 3.
ob mutuum Amorem & Sinceritatem, inter Dominum noſtrum Aleman.
Regem Angliæ prædictum, & Dominum Robertum Comitem 11. E. 3.
Palatinum Reni, & Ducem Bavariæ illuſtrem, nutriendum & faciendum, m. 9.
necnon Gratitudines, quas idem Dominus Dux ipſi Domino noſtro Regi acceptiùs exhibere poterit in futurum,

Eidem Domino Duci, aut ab eo ſuper hoc certum mandatum Habenti, ultra & præter Stipendia, ſeu Vadia, quæ ratione Servitiorum, cum Centum & Quinquaginta Hominibus Galeatis, ipſi Domino noſtro Regi faciendorum, ab eodem Domino noſtro recipiet (de quibus in Literis, ſuper eo confectis, pleniùs claret) nomine ipſius Domini noſtri Regis, & pro eo, Dare, & Solvere, promiſimus, & promittimus, bonâ fide, in Durderaco, Sexdecim Milia Florenorum de Florentia, Boni Auri, & Juſti Ponderis, vel valorem in Sterlingis uſualibus, in Feſto beati Michaelis, proximò à datâ præſentium affuturo, integraliter abſque dolo.

In cujus rei teſtimonium Nos, Procuratores præfati, Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

Dat. apud Frankenfordiam, ultimâ die Menſis Junii, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo ſeptimo.

Super Retentione de Conſilio Regis.

NOS Henricus, *&c.* Ann. D.
Notum facimus præſentium Inſpectoribus univerſis quòd, 1337.
Nos, An. 11.
Habentes ad hoc Mandatum à Domino noſtro Rege Angliæ, E. 3.
Tractavimus ac convenimus, nomine & vice Domini noſtri Aleman.
Regis prædicti, cum, Diſcreto viro, Domino Marqua de Ran- 11. E. 3.
degg, Præpoſito Eccleſiæ Babl. Doctore Decretorum, modis & m. 7.
formis inferiùs anotatis; ſcilicet,

Quòd

Digitized by Google

Ann. D. REX, Nobili & Potenti viro, Comiti de Geneve, Conſan-
1337. guineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.
An. 11. Cùm, ad Repulſionem Injuriæ, & Defenſionem Juſtitiæ, ſit
E. 3. inſtituta potiſſimè Militia Secularis, Nos (auditâ Strenuitatis, &
Vaſc. 11. Probitatis, ac Potentiæ veſtræ Famâ laudabili) in defenſione no-
E. 3. ſtræ Juſtitiæ veſtram cupimus Aſſiſtentiam optinere.
m. 19. *d.* Quamobrem vos ſpecialiter rogamus, quatenùs nobiſcum contra eos, qui nos injuſtè ſatagunt expugnare, & ſibi attrahere perperàm Jura noſtra, certam Alligantiam (ſi priùs cum Aliis pro Nobis inita non fuerit) inire velitis; & ſuper hoc, ac modo, & formâ Moræ veſtræ nobiſcum, cum, Dilecto & Fideli noſtro, Olivero de Ingham, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, vel Deputando per eum, ſi placuerit, convenire.

Et Nos, quæ ſic Conventa fuerint, faciemus, prout ad Nos pertinet, in omnibus obſervari, & ulteriùs, prout Regiam decet Munificentiam, & Probitas veſtra meruerit, circa vos ſic noſtra Liberalitas ſe diffundet, quòd debebitis meritò contentari.

Dat. apud Staunford, primo die Julii.

Eodem modo ſcribitur Perſonis ſubſcriptis ſeparatim; videlicet,

Domino Hugoni de Genevile, Domino de Jeth.
Domino Ottoni de Grandiſſono, Domino de Peiner.
Domino Thomæ, Domino de Montous.
Domino Guillielmo de Coupes, Domino de Torelu.
Peroto de la Tour, Domino de Chaſtillon.
Proroneyen Condomino de Caſtillon & Miſſaill.
Domino Comiti de Blauncmont.
Domino Theobaldo, Domino de Lile.
Domino de Bewnay.
Domino de Villeſayſe.
Domino Waltero de Viene.
Domino Philippo de Viene.
Domino Petro de Gruerz.
Domino Comiti de Nidrz.
Domino Comiti Darbee.
Domino Lodovico, filio Comitis de Novo Caſtro.
Domino Ricardo de Duyn, Domino de Muſſle.
Edmundo de Mountferrant, Domino de la Sarree.
Domino Comiti de Genenay.

Ad Lodowicum de Sabaudia.

Ann. D. REX, Nobili & Potenti viro, Domino Lodowico de Sabau-
1337. dia, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ Dile-
An. 11. ctionis affectum.
E. 3. De gratâ Benivolentiâ, quam ad Nos, & noſtri conſervationem
Ibidem. Honoris, ſicut per Literas, Dilecti & Fidelis noſtri, Johannis Dyes, recepimus, optinetis, ac de gratioſâ Reſponſione præfato Johanni factâ, Grates vobis referimus ſpeciales.

Recolentes itaque fidam Amicitiam, & Subſidia mutua, quibus Progenitores noſtri, & veſtri, Se longis ſucceſſivis temporibus gratiſſimè prævenerunt, veſtram Aſſiſtentiam in Agendis, præ cæteris, intimè cupimus optinere; præſertim cum Fama Celebris
* IV. veſtræ Strenuitatis * & Fidelitatis, quod lætanter audivimus, lau-
776. dabiliter ſe diffundat.

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus, quatinùs nobiſcum contra Eos, qui Nos injuſtè ſatagunt expugnare, & Sibi attrahere Jura noſtra, certam Alligantiam inire velitis, & ſuper hoc, ac modo, & formâ Moræ veſtræ nobiſcum, cum, Dilecto & Fideli no-

parte noſtra, & Vos facta, [illegible] ad nos pertinet, faciemus in omnibus obſervari, & ulteriùs, prout Reges decet, Nos invenietis, ſuccedentibus Proſperis, Duce Domino, munificè Liberales.

Velitis igitur, petimus, juxta noſtram Confidentiam, ac Generoſitatis & Probitatis veſtræ Decentiam, contra nobis Adverſantes magnanimiter & ſtrenuè vos habere, & alios Amicos veſtros, potentes & ſtrenuos, ad Partem noſtram attrahere; Quibus, juxta veſtri Moderationem, faciemus liberaliter, quod incumbit, &, per Dei gratiam, in proſecutione noſtrorum Jurium Torpentes non erimus vel Remiſſi.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur Domino Amadeo de Peytters; & Domino Johanni Eynard, Domino de Chalanco.

Ad Antonium de Foſſibus.

REX, Nobili & Potenti viro, Domino Antonio de Foſſibus Ann. D.
de Aragon, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ Di- 1337.
lectionis affectum. *An.* 11.
De gratâ Benivolentiâ, *&c. ut ſupra uſque hæc verba; viz.* *E.* 3.
Verùm, *Ibidem.*

Cùm ad Repulſionem Injuriæ, & Defenſionem Juſtitiæ, ſit inſtituta potiſſimè Militia Secularis, Nos (auditâ Strenuitatis, & Probitatis, ac Potentiæ veſtræ Famâ laudabili) valdè veſtram habere cupimus Aſſiſtentiam, ad tuendum Jura noſtra hæreditaria, quæ quidam, nobis Adverſantes, contra Deum & Juſtitiam, invadere machinantur.

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus quatenùs nobiſcum contra * IV.
Eos, qui nos * injuſtè ſatagunt expugnare, & ſibi attrahere Jura 777.
noſtra, certam Alligationem inire velitis.

Et ſuper hoc, ac modo, & formâ Moræ veſtræ nobiſcum, cum præfato Seneſcallo noſtro, vel Deputando per eum, ſi placuerit, convenire; & Nos, quæ ſic Conventa fuerint, faciemus, prout ad Nos pertinet, cum Honoris Exuberantia in omnibus obſervari.

Dat. ut ſupra.

De Obligatione facta Duci Brabantiæ pro 60000. l. Sterlingorum.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Ir- Ann. D.
lande, & Ducz d'Aquitain, a touz ceux, qui ces preſentes 1337.
lettres verront ou orront, Saluz, avek connoiſſance de verite. *An.* 11.
Savoir feiſoms a touz, que nous devons, & ſomes Loialment *E.* 3.
tenuz & obligez envers, no Cher & Amez Couſyn, Johan, par *Aleman.*
ycele meiſme grace, Duc de Lothr, de Brebant, & de Lembourgh, 11. *E.* 3.
en la ſumme de Seiſſante Mill Livres d'Eſterlynges, de la bone *m.* 8.
Monoie d'Engleterre,

De la quele Summe, d'Eſterlyngs, deſſus dicte, Nous Promettons, & avoms en Convent, loialment, & en bone foi, a Paier & a Delivrer, a noz propres couz, frais, deſpens, & parils, au Duc noz Couſyn devant dit, ou au Pourtour de ces Lettres, ou de la Copie d'ycelles, ſeale de Seal Autentique, par de la Meer, en la Ville de Andwerps, ou en un autre certyn lieu en Brebant, aus Termes cy deſſouz nomez; ceſt a ſavoir,

Entre cy & le jour Seint Piere, a Ouſt entrant, procheinement venant, Quinze Mill Livres d'Eſterlyngs,

Item,

Digitized by Google

Ann. D. 1337. Vaſc. 11. E. 3. m. 19.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Molyns, Nicholao de Bukelond, & Willielmo del Lounde, de Holderneſſe, Salutem.

Quia Rex Franciæ, congregato in diverſis partibus Dominii ſui magno Navigio, Gentes noſtras, per Mare tranſeuntes, hoſtiliter expugnare & capi, & idem Navigium, cum Multitudine Hominum armatorum, ſuper Regnum * noſtrum, ac etiam Inſulas noſtras de Gerneſeye & Jereſeye, mitti fecit, ad noſtrum, ſi poſſit, Dominium ſubvertendum: * IV. 778.

Qui quidem Homines, Navigii illius, Fines ipſorum Regni, ac Inſularum noſtrarum, pluriès ſunt ingreſſi, Homicidia, Incendia, & alia Facinora, crudeliter perpetrando:

Idémque Rex, nichilominus, Grandem mandavit Exercitum convocari, ad invadendum hoſtiliter & occupandum Terras noſtras, & Fidelium noſtrorum, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, & nos indè pro viribus exhæredandum:

Ac Mala & Facinora hujuſmodi Nobis, & Noſtris, tàm per Terram, quàm per Mare, indiès inferre nititur, ſuâ Malitiâ excreſcente, Guerram contra nos voluntariè & contra Juſtitiam ſic movendo;

Per quod, de Concilio noſtro, ordinavimus quòd Terræ, Tenementa, Beneficia, Poſſeſſiones, ac Bona, & Catalla quæcumque, omnium Gallicorum, & aliorum de Dominio & Poteſtate ipſius Regis Franciæ, tàm Secularium, quàm Religioſorum, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis exiſtant, infra Regnum noſtrum (Terris, ac Bonis, & Catallis, Hominum Britanniæ dumtaxat Exceptis) in Manum noſtram ſeiſiantur; ita quòd nobis de Exitibus Terrarum, & Tenementorum illorum, ac de Bonis & Catallis prædictis, reſpondeatur:

Nos, præmiſſa cum omni celeritate, quâ fieri poterit, volentes Executioni demandari, Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad capiendum & ſeiſiendum, ac capi & ſeiſiri, per aliquos (quos ad hoc deputaveritis) faciendum, in Manum noſtram ad certum Diem, quem vobis duximus præfigendum, omnes Prioratus, Domos, Beneficia, & loca, Religioſorum, & aliorum Alienigenarum prædictorum quorumcumque, de Poteſtate & Dominio dicti Regis, nec non Bona & Catalla eorumdem, in partibus de Holderneſſe, in Comitatu Eborum, tàm, videlicet, Equos & Animalia, Denarios & Jocalia, ac Vaſa Aurea & Argentea, & Blada in Terris creſcentia, quàm alia Bona ſua quæcumque, ubicumque exiſtentia, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, unà cum Debitis quæ Ipſis in partibus prædictis debentur (Exceptis Terris & Bonis ipſorum Hominum Britanniæ, ut eſt dictum) & ad Eadem, Terras, Tenementa, Poſſeſſiones, & Loca ac Bona, & Catalla quæcumque ſupradicta, ſalvò & abſque diſtractione aliquâ Bonorum eorumdem per vos, præfate Willielme, cuſtodiri faciendum, quouſque aliud indè præceperimus; ita quòd de Exitibus Terrarum, Tenementorum, & Locorum prædictorum, ac Bonis, Catallis, Denariis, Jocalibus, & Debitis antedictis (de quibus in Cameram noſtram volumus reſponderi) Nobis per vos, prædicte Willielme, in eâdem Camerâ noſtrâ valeat reſponderi: ſalvâ tamen viris Religioſis, Miniſtris & Servientibus ſuis neceſſariis, rationabili ſuſtentatione ſuâ, quam ipſis per vos, dicte Willielme, de Exitibus Dominorum ſuarum volumus, donec aliud indè mandaverimus, miniſtrari,

Et ad Religioſos prædictos infra Prioratus & Domos ſuas, ſalvò & honeſtè cuſtodiendum,

Per ipſum Regem.

CONſimilis Commiſſio fit Johanni de Molyns, Johanni de Langeford, & Nicholao de Bukelond, conjunctim, & diviſim, in Inſulâ Vectâ, in Comitatu Suthamptoniæ; ita quòd dictus Johannes de Langeford Bona, *&c.* cuſtodiat, & de eiſdem reſpondeat in Cameram Regis, *&c. ut ſupra mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

COnſimilis Commiſſio fit diverſis de Prioratibus, Domibus, Beneficiis, & Locis Religioſorum, & aliorum Alienigenarum de Poteſtate & Dominio Regis Franciæ, in Angliâ, Walliâ, & Hiberniâ, in manum Regis capiendis.

Pro Magiſtro Nicholao de Dordraco de Retinentia.

NOS, Henricus, *&c.* Ann. D. 1337.

Tenore præſentium, recognoſcimus & publicè profitemur quòd Nos, nomine procuratorio quo ſupra, promiſimus & promittimus, bonâ fide, Magiſtro Nicholao de Dordraco, Clerico, ſpectabilis Comitis, Haynuniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Domini Friziæ, Fratris Domini noſtri prædicti, ex causâ puræ Donationis, Tradere & Deliberare, ac tradi & deliberari facere, Ducentos Florenos Auri de Florentiâ, vel Monetam æquivalentem, in Oppido Dordracenſi, infra hinc & Feſtum beati Andreæ Apoſtoli, proximum affuturum. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 7.

Inſuper promiſimus & promittimus eidem Magiſtro Nicholao, quamdiu vixerit, Centum Florenos conſimiles, vel Monetam æquivalentem, ſolvere & deliberare, aut ſolvi & deliberari facere, nomine ſupradicto, in loco præfato, ſingulis Annis, in Termino Feſti beati Remigii, donec prædictus Dominus noſter ipſi Magiſtro Nicholao de Beneficio Eccleſiaſtico providerit, quod duxerit acceptandum:

Promittentes nichilominus, ſuper præmiſſis, dicto Magiſtro Nicholao Literas Domini noſtri Regis, Obligationem hujuſmodi continentes, fideliter procurare,

Harum Teſtimonio literarum, noſtris Sigillis ſigillatarum, & datarum in oppido Frankefurdiæ, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo ſeptimo, Tertiâ die menſis Julii.

De Retinentia Roberti de Touburgh Domini de Vernich.

NOS, Henricus, *&c.* Ann. D. 1337.

Notum eſſe volumus, per præſentes, quòd, Nobili Militi, Roberto de Toubourgh, Domino de Vernich, ex parte, Domini noſtri, Domini Regis Angliæ, damus, & dare volumus, ut ſibi in ſuis Guerris Fidelis exiſtat Adjutor, cum Triginta Elmis, Stipendiatis & Affirmatis tali Stipendio & Conditione, ut cæteri noſtri Stipendarii ſunt Conditionati, Tria Milia Florenorum Legalium & Darivorum, An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 6.

De quibus dabimus & perſolvemus eidem Duo Milia in Feſto beati Michaelis proximò nunc futuro,

 Re-

Digitized by Google

11. E. 3. m. 4. ad totam vitam eorum, & uniuſcujuſque eorum, duraturorum, ſolempne, per nos, nomine ejuſdem Domini noſtri, receptum, præſtiterint Juramentum.

Ac etiam propter Auxilium & Servitium, quæ quilibet dictorum Militum in Perſonâ Propriâ, cum aliis Quatuor Viris Armatis Galeatis, ita quòd in toto ſint viginti, faciet & impendet prædicto Domino noſtro Regi, contra omnes & ſingulos ſuos Inimicos Adverſarios (Dominis, in quorum Homagio nunc exiſtunt, Exceptis in hunc modum, videlicet, quòd, contra eoſdem Dominos, in eorum Terras hoſtiliter non intrabunt) prout in Literis Patentibus dictorum Militum, quas penes nos habemus, pleniùs continetur,

Nos, nomine prædicti Domini noſtri Regis, promiſimus, & promittimus, bonâ fide, cuilibet Militum prædictorum Quingentos Florenos de Florentia,

Cum quibus Florenis Quilibet dictorum Militum, pro Portione ſuâ, certas Terras, vel certos Redditus, comparabit,

Quas quidem Terras, vel quos Redditus, prædicti Milites, & eorum Hæredes, de dicto Domino noſtro Rege, & Hæredibus ſuis, Jure Hæreditario & Feodali, tenebunt Imperpetuum & habebunt.

Promiſimus etiam, & promittimus, nomine dicti Domini noſtri Regis, Cuilibet Militum prædictorum pro Se, ac etiam pro Quolibet Armato ſuo prædicto, Quater viginti Florenos de Florentia, pro Apparatu ſuo.

Promittimus etiam, bonâ fide, quòd, de Summis Florenorum prædictorum, dictus Dominus noſter Rex ſolvi faciet Militibus prædictis,

Mille & Sexcentos Florenos, apud Dordracum, die Dominicâ poſt Feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ, proximò futurum,

Et Reſiduum, videlicet, duo Milia Florenorum in Feſto Sancti Michaelis proximò tunc ſequenti.

Et quòd dictus Dominus noſter Rex Cuilibet Militum prædictorum pro Se, ac etiam pro Quolibet Armato ſuo prædicto, Quolibet Menſe, quo ſteterint in Obſequiis ipſius Domini noſtri Regis, in Guerris ſuis, Quindecim Florenos de Florentia dari faciet & perſolvi.

E, ſi prædicti Milites, aut aliquis eorum, vel Hominum Armatorum ſuorum prædictorum, in Servitio dicti Domini noſtri Regis fuerint, vel fuerit Captivatus, idem Dominus Rex meliori modo, quo poterit, Ipſos, vel Ipſum, qui ſic Captivatus fuerit, ab hujuſmodi Captivitate liberabit.

Si verò prædicti Milites, aut aliquis eorum, vel Hominum Armatorum prædictorum, aliquos Equos (Equis Vecturarum Exceptis) in ſervitio Domini noſtri * Regis amiſerint, idem Dominus Rex hujuſmodi Equos, ſic perditos, prædictis Militibus, aut Hominibus Armatis prædictis, vel alicui eorum, qui hujuſmodi Dampnum incurrerit, reſtaurabit in Pretio competenti. * IV. 781.

In cujus rei Teſtimonium nos prædicti, Epiſcopus & Comites, tanquam Ambaſſatores prædicti Domini noſtri Regis, præſentes literas noſtris Sigillis duximus ſigillandas.

Dat. apud Broxell, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo ſeptimo, Septimâ die menſis Julii.

De 2700 Florenis Comiti Palatino Reni ſolvendis.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 5.

NOS Henricus, *&c.*

Notum facimus univerſis per præſentes quòd,

Cùm Illuſtris Roupertus, Dei gratiâ, Comes Palatinus Reni, & Dux Bavariæ, convenerit, ſub certis Conditionibus, de eſſendo inimicus Nunciis, Alligatis, & Adjutoribus Regis Franciæ, Philippi, in partibus Alemanniæ, ubicumque eos attingere poterit, prout in literis ejuſdem, ſuper eo confectis, pleniùs continetur,

Conſtituimus ipſum Theobaldum Capitaneum & Ductorem omnium noſtrûm, & aliorum Inſulæ prædictæ, contra dictos Hoſtes noſtros, ſi dictum Regnum noſtrum, ſeu Inſulam prædictam, taliter ingredi præſumpſerint, ad Ipſorum Nequitiam, cum Dei adjutorio, conterendum;

Dantes eidem Theobaldo Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem levandi, & arraiandi, omnes Homines defenſabiles Inſulæ prædictæ, tàm infra Libertates, quàm extra, qui Arraiati non exiſtunt,

Et tàm ipſos, quàm alios, ejuſdem Inſulæ, qui jam Arraiati exiſtunt, unà vobiſcum contra dictos hoſtes noſtros ducendi,

Nec non Areſtandi & capiendi omnes illos, de Inſulâ prædictâ, tàm infra Libertates, quàm extra, quos pro defenſione Regni & Inſulæ prædictorum, & repulſione ipſorum hoſtium noſtrorum, Rebelles invenerit ſeu Remiſſos, & eos Priſonis noſtris committendi, in eiſdem detinendi, quouſque aliud de eis duxerimus ordinandum:

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, nec non ſub foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungendo, Mandamus quòd eidem Theobaldo, in præmiſſis, Intendentes * ſitis, Obedientes, Conſulentes & Auxiliantes, quotiens & quando per ipſum Theobaldum, ſeu Deputandos ab eo, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti. * IV. 782.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

ET mandatum eſt Cuſtodibus Litorum & Terræ Maritimæ, in Inſulâ prædictâ in Fide & Ligeantiâ, quibus Regi tenentur, nec non ſub foriſfacturâ omnium quæ Regi foriſfacere poterunt, firmiter injungendo, quòd eidem Theobaldo, in præmiſſis omnibus, faciendis & explendis, Intendentes ſint, Obedientes, Conſulentes & Auxiliantes, quotiens & quando per ipſum Theobaldum, ſeu Deputandos ab eo, ſuper hoc, ex parte Regis, fuerint præmuniti; & hoc nullatenùs omittant.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

EOdem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet, Arraiatoribus, tàm Hominum ad Arma, quàm aliorum, in Inſulâ Vectâ, & Vicecomiti Suthamptoniæ, ſeparatim, quòd eidem Theobaldo in præmiſſis &c. intendentes, &c.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Caſtris in Suthwallia ſupervidendis & muniendis.

REX Juſticiario ſuo Suthwalliæ, vel ejus Locum tenenti, aut Camerario ſuo ibidem, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 20.

Cùm nuper, attentis Periculis quæ, per Alligationes & Confœderationes, quas Scoti, Inimici noſtri, cum quibuſdam Hominibus, de partibus Exteris, contra Nos fecerunt, Nobis & Regno noſtro poſſent evenire,

Vobis mandaverimus quòd omnia & ſingula Caſtra noſtra Suthwalliæ ſupervideretis, & ordinaretis quòd Quodlibet Caſtrorum eorumdem cuſtodiretur, prout cuſtodiri deberet, & temporibus Progenitorum noſtrorum extiterat ordinatum, habitâ conſideratione ad quantitatem Feodorum quæ Cuſtodes eorumdem Caſtrorum, pro cuſtodiâ hujuſmodi, à nobis percipiunt annuatim,

Ac Hominibus, Victualibus, & Armaturis, per aviſamentum Cuſto-

Digitized by Google

Conventiones cum Comite Hollandie, nuper Comite Willielmo Bono defuncto.

Ann. D. EDward, par la grace de Dieu, Roys d'Engleterre, Sires d'Ir-
1337. lande, & Dux d'Aquitaigne, a tous chiaus, que ces preſentes
An. 11. Lettres verront, Salutz.
E. 3. Savoir faiſons a tous que,
Aleman. Pour tant que, haus homs & poiſſans, nos Cheres & Ames Fre-
11. E. 3. tes, Meſir Guilles, Contes de Haynun, de Hollande, & de Ze-
m. 11. lande, & Sires de Frize, nous a promis, & en Convent ke,

En cas ke, Treſhaus Princes & Poiſſans, li Empereres des Romains, voſiſt entreprendre, come Principals Chievetains, par lui, ou par ſon Vicaire, ou par ſon Lieutenant, par les Droitures del Empire retenir, defendre, purchachier & recouvrer,

Ou ke nous fuſſiens Roys d'Allemaigne, ou Vicaires de l'Empereur, ou du Roy, ou ſes Liutenans,

Ou autres, de no conſentement, fuiſt Liutenant don dit Empereur, qui eſt ore, ou de ſon Succeſſour, Roy d'Allemaigne, ou Empereur,

Aians plein pooir de Somonre les Princes, les Barons, & les Hommes, don Royaume d'Allemaigne, par leurs Fois, & leurs Sieremens, de aider, awarder, retenir, purchacher, & recouvrer les Droitures deſeuredites, tels qe on ne le peuſt oſter, ne repieller, ſans no volunter & Attroi,

Lui, devandits Cuens de Haynun, aidera & ſervira pour les dites Droitures, Seignouries, & Heritaiges, don dit Empire, & de nous Roy d'Engleterre, retenir, maintenir, deffendre, pourchacher, & recouvrer, contre tous chiaus qui mis y ont, ou mettre vorroient, aucun empechement, ou deſtourber, a Mille Armures de Fier, par de la le Mer, enſi q'il eſt plus plainement contenut es lettres, ſour chou donnees, ſaielles de ſon ſaiel,

Nous,

Par bone deliberacion & deu Conſentement de nos Barons, Foyaules, & Conſillers, de noſtre Royaume,

Avons Promis, & en Convent,

En bone foy, & par Sairement, fait & preſtet en noſtre Aume, touchies Saintes Evangilles, en la preſence de nous, par no Procureur eſpecialment ſour chou eſtablie,

Au dit Conte, ke nous lui ferons deliverer, par de la le Mer, en Liu ſeur & certain, Cent Mille Florins de Florence, ou Quinze Mille Libres d'Eſterlings, pour le Somme des Florins deſſusditz, dedens le jour Saint Pere, entrant Aouſt, procheinement venant.

Et, encore, outre chou, autres Cent Mille Florins de Florence, ou Quinze Mille Libres d'Eſterlins, pour le Somme des Florins devantenomes, dedens le jour don Quaremme prendant prochainement enſuivant, ou dedens les Octaves don dit jour, ſans mal enghien,

Encore, avons nous Promis, & Promettoms, en la manere deſeuditte, ke nous, & nos Gens d'Armes, & autres, ke nous verrons mener avoec nous, ſerrons en le Marche de le Baſſe Allemaigne, droitement al yſſue dou Mois d'Aouſt, prochainement venant.

Et, encore, lui avons nous Promis, & Promettons, ke, le jour Saint Lambert, prochainement venant, nous, & nos Gens d'Armes, ſerons avoeckes le dit Conte, ou ſon Liutenant, entre Cambray & le Caſteil en Cambreſis; & la li ferons nous paier &

Encore, avoms nous Promis au dit Counte ke a ſes Enemis, contre les quels il aroit Wiere avoec nous, & en noſtre ayde, ou en l'occoiſon de nous, Nous, ne autres de par nous, ne ferons, prenderons, ne arons Traities, Amiltes, Pays, Triuwes, Souffrances, ne Reſpit, en quelconqes manere ke che ſoit, ſans le plaine volentet & parfait conſentement dou dit Counte, ou de ſon Liutenant;

Et, ſe Pays ſe faiſoit, encore demorront ces preſentes Promeſſes & Alloiances en leur force, & en leur viertut, tant come nous & li dis Contes viverons.

Encore, avoms nous Promis, & Promettons, au dit Counte,

Ke ſe il, ou aucun de ſes Gentz, fuiſſent pris en noſtre Ayde ou Service, ou en l'occoiſon de no Wiere,

Ke nous l'en Acquiterons & Delivrerons frankement ſanz leur Damage, par autres Priſonniers rendre pour yaus, ou par Deners, ou par autre voie, le plus covegnable, qe adonc on porroit aviſer; parmi chou ke le dis Cuens nous doit rendre & delivrer tous les Priſons, ke il, ou ſes Gens, prenderont en noſtre Service & Ayde.

Encore avons nous promis au dit Conte,

Ke, ſe il avenoit ke il, ou ſes Gentz, euſſent de leurs Chevaus mors, ou afoles, en noſtre Service & Aide (c'eſt aſaveir, de tous Chevaus des Gens d'Armes, horſmis Chevaus de Kariage) ke li Mareſcaus dou dit Conte en doit raporter le pris de le valeur, par ſe foit, & par ſon ſairement, & cel Reſtor, qe nos Freres li Contes de Ghelre, &, nos Foiables, li Contes de Hontingdon, en ordeneront, nous ſerons tenut de paier ſans mal enghien.

Et, ſil avenois (ke ja ne aviegne) ke li dit Conte de Ghelre & de Hontingdon, ou li Uns d'yaus, veniſſent de vie, a mort, Nous, & li dis Cuens de Haynun, deverons prendre & eſlire un autre, ou Deus, ſe boſoigne eſt, pur chelui, ou pour chiaus, qui ſeroit, ou ſerroient treſpaſſet, dedens Deus Mois apres chou, qui treſpaſſes, ou treſpaſſet, ſeroit, ou ſeroient.

Par le Tieſmoigne de ces lettres, ſailles de no Saiel.

Et pour Caucion & Fermetet de toutes les choſes deſeure dictes, & de caſcunes d'elles biene & fermement Tenir, Parfaire, & Accomplir entierrement, nous avons Obligez, & Obligeons, envers le dit Conte, no Frere, tous nos Biens, Meubles, & Non meubles, preſens & avenir.

En teſmoignance de que choſe, nous avons fait faire ceſtes nos Lettres overtes, enſeales de noſtre Granr Seal.

Don. a Eſtaunford, le xii jour de Juyl, An de Grace Mil, Trois centz, Trente & Sept, & de noſtre Regne Unziſme.

---

* *De Confœderatione facta cum Comite de Gelren. & Marchione de Julers.* * IV. 785.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Sire d'Yrlan- Ann. D.
de, & Duc d'Aquitaine, a touz ceux, qui ces preſentes let- 1337.
tres verront ou orront, Saluz. An. 11.
Savoir faiſons a Tous que nous, E. 3.
Pour le Pourfit de Nos, & de noſtre Royaume, & pour Re- Aleman.
couvrer & Regaigner Nos Seigneuries, Droitures, & Heritages, 11. E. 3.
& pour les maintenir & garder, m. 10.

Par bonne Deliberacion, & du Commun Aſſent de nos Barons, Foyables, & Conſeillers, de noſtre Royaume.

Avons Mis, Ordennes, & Eſtablis, Mettons, Ordennons, & Eſtabliſſons, de certaine ſcience, nos Ames & Foyables, Henri

Digitized by Google

De Retentione Ducis Brabantiæ.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Aleman.* 11. *E.* 3. *m.* 8.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlaund, & Ducs d'Aquitain, a touz ceuz, qui ces preſentes lettres verront ou orrount, Salutz, & cognoiſtre verite.

Savoir faiſons a touz que nous avons Promis, & Promettons que,

Si toſt, que nous ſereromes paſſe la Mer, & venu ſour les Marches d'Alemaigne, ou aucuns Homs, no Lieutenans,

Nous ſommez tenu de doner, & donrons, & ferrons paier, a Douze Centz Armures de Fer a Chevalz, que, nos Treſchiers & Amez Coſyns, Johans, par celle meſme grace, Dux de Lothringe, de Brabant, & de Lembourgh, y amenra, ou envoiera, a chaſcune Quinze petis Florins de Florence, ou la value, pur chascun Mois, pur leurs Gages & Services:

Et de ceo nous ferrons paiement la adonc de Deux Mois, c'eſt aſſavoir de Trente & Six Mille Floryns petis:

Et doit li termes de ces ditz Deux Mois comencier ſi toſt, que les ditz Gentz d'Armes ſerront parti de leurs Hoſteulz.

Item, ſe les ditz Gentz d'Armes, ou aucuns d'yaulz, y avoient domage, ou pardoient aucuns de leurs Chevalz (horſmis les Chevals de Carriage) ces diz Damages & Pardes nous leur * promettons, & avons en Convent loialment, & en bone Foi, a rendre & reſtituer tout entierment, ſelonc le Dit & Ordenance don Conte de Huntendon & don Seignur de Knyt. * IV. 786.

Et eſt aſſavoir que le Mareſchal don dit Duc, ou de ſon Lieutenant, doit & devera reporter, par ſon Sairement, la value des dis Chevals, parduz, aus diz Conte & Seignur de Knyt; Et, ce fait, les Conte & Seignur de Knyt doivent dire & determiner de la value des diz Chevals, dedens Un Mois, Prochainement enſuiant qui les diz Chevals ſoient mors ou parduz, ou que le dit Mareſchal leur eu auroit fait de la value ſon Rapport, comme dit eſt.

Et s'il eſtoit einſſi, que les ditz Conte & Seignur de Knyt ne feuſſent mies enſamble, ou quil ne fuiſſent mies d'Accord, de dire leur Dit & Ordenance de la parde d'aucuns des ditz Chevals, dedens Un Mois, prochainement enſuiant apres le dit Rapport don Mareſchal devant nomme,

Adonc volons & conſentons expreſſement que li diz Sire de Knyt, & li Mareſchals de no Couſyn le —— Duc devantditz, ſour leurs Loialtes, puiſſent priſſer & taxer la value des ditz Chevals parduz,

Et ce nous promettons, & avons en Convent loialment, & en bone Foy, a rendre & a paier aus dites Gentz d'Armes, dedens Un Mois, prochainement enſuiant, apres ce que la dite Priſee ſera faite, come dit eſt.

Et eſt, uncore, aſſavoir que, s'il avenoit que li dis Contes, ou li diz Sire de Knyt, ou tout doy, Defauſiſſent ou Treſpaiſſaillent de ceſte ſiecle, le dit Terme durant, nous volons, & a ce nous conſentons, que on en y puiſe mettre, ou lieu de celi, ou de ceaulz, qui ſerroiet, ou ſerroient, treſpaſſe, come dit eſt, Un, ou Pluſiers, li quex, ou li quel, aroit, ou aroient, autiel povoir come deſſus eſt dit.

Item, ſe nos ditz Couſins li Dux, ou aucun de ſes Gentz, fuiſſent pris ou Service de l'Empereur, le Roi d'Alemaigne, de ſon Vicaire, ou de ſon Lieutenant, Nous ſerommez tenu de liu, ou de ceaulx, qui pris ſeroient, a Delivrer Franchement & quitement, de la dite Priſon, par autres Priſoniers eſchangier, ou par Argent paiant, ou en autre manerie, la meilleur, que on porra aviſer, on cas que en celui Service ſera de noſtre accord.

Item, encore, avons nous Promys, & Promettons, a devant dit Duc, no Couſyn, que, s'il li ſamble que bon ſoit pur l'Empi-

* *De Capitaneis & Ductoribus Hominum Suthwalliæ conſtitutis.* * IV. 787.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Vaſc.* 11. *E.* 3. *m.* 20.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Dominis ac Cuſtodibus Libertatum & Dominiorum, vel eorum Seneſcallis, nec non Cuſtodibus Litorum, & Terrarum Maritimarum, & Arraiatoribus, tàm Hominum ad Arma, quàm aliorum, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, de partibus Suthwalliæ, Salutem.

Quia Rex Franciæ Magnum, in diverſis Dominii ſui partibus, Navigium congregari, *&c. prout ſupra de dat.* 10 *Jul. uſque hæc verba; viz.*

Conſiderantes etiam quòd omnes & ſinguli, de Regno & Terris noſtris, ad Defenſionem eorumdem, contra Inimicorum Aggreſſus, potentiùs & viriliùs, quò poterunt, aſtringuntur,

Ac de fidelitate & providâ circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Hugonis le Deſpenſer, Conſanguinei noſtri, & Gilberti Talebot, Juſticiarii noſtri Suthwalliæ, confidentes,

Conſtituimus ipſos, conjunctim, & diviſim, Capitaneos & Ductores, ſeu Capitaneum & Ductorem, omnium veſtrûm contra dictos Hoſtes noſtros, ſi dictum Regnum noſtrum, ſeu Terras noſtras, in dictis partibus Suthwalliæ, ſeu alibi, taliter ingredi præſumpſerint, ad ipſorum nequitiam, cum Dei adjutorio, conterendum,

Dantes eiſdem, Hugoni & Gilberto, & utrique eorum, plenam, tenore præſentium, Poteſtatem levandi, *&c. prout ſupra de prædicta data, tunc ſic,*

Et auxiliantes prout ad vos & quemlibet veſtrûm noveritis pertinere:

Et vos, præfati Domini & Cuſtodes Libertatum & Dominiorum, omnes Homines defenſabiles, de Dominiis & Libertatibus illis, quos per vos mandavimus arraiari, nec non vos, præfati Cuſtodes Terræ Maritimæ, & Arrariatores, omnes Homines, per vos Electos & Arraiatos, ad ipſos Hugonem & Gilbertum, & eorum utrumque, ducatis, ad proficiſcendum, unà cum omnibus aliis Hominibus Defenſabilibus partium prædictarum, in Comitivâ ipſorum Hugonis & Gilberti, vel eorum alterius, pro Defenſione earumdem partium, contra Inimicos noſtros ſupradictos, quotiens opus fuerit, & per præfatos, Hugonem & Gilbertum, vel eorum alterum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London, decimo tertio die Julii.

Per ipſum Regem.

De Hominibus Arraiandis, & ad Ductores Hominum Suthwalliæ ducendis.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Henrico Comiti Derbiæ, vel ejus Locum tenenti, aut Ballivis ſuis in Terris de Kedewelly, Groſemund, & Skenefrith, ac Cuſtodi Terræ de Bergeveny, in partibus Suthwalliæ, vel ejus Seneſcallo, aut aliis Ballivis ſuis ibidem, Salutem. Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Ibid.*

Quia Rex Franciæ, *&c. uſque ibi*, quibus poteſt:

Per quod nos hujuſmodi Malitiæ obviare, *&c. uſque ibi*, confidentes:

Conſtituimus ipſos, conjunctim, & diviſim, Capitaneos & Ductores, ſeu Capitaneum & Ductorem, Comitum, Baronum, Mi-

Digitized by Google

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Dominis Dominiorum & Libertatum in dictis partibus Suthwalliæ, vel eorum Seneſcallis, aut Loca Tenentibus, ſubſcriptis; videlicet,

Johanni de Moubray, *Domino de Gower*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis ibidem.*

Aleſiæ de Laſcy, *Comitiſſæ Lincoln. Dominæ de Beult*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis ibidem.*

Jacobo d'Audele, *Domino Cantredi de Baghan & de Kemmeys*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis ibidem.*

Humfredo de Bohoun, *Comiti Hereford*, *Domino de Breyghbeynok*, *Haye*, *& Huntyngdon*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis ibidem.*

Thomæ de Bello Campo, *Comiti Warawicæ*, *Domino de Elvet*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis ibidem.*

Henrico Comiti Lancaſtriæ, *Domino de Monemuth & de Whitecaſtel*, *vel ejus Locum tenenti*, *aut Ballivis ſuis in Terris de Abergeveny & Groſſemund.*

Hugoni d'Audele, *Comiti Glouceſtriæ*, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis*, *in Terris de Abergeveny & Groſſemund.*

Dominæ de Amory, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis*, *in Terris de Abergeveny & Greſſemund.*

Bartholomæo de Burgherſsh, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis*, *in Terris de Ewyas & Glynbegh*, *vel aliquâ parte earumdem.*

Galfrido de Mortymer, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis in Terris de Ewyas de Glynbegh*, *vel aliquâ parte earumdem.*

Willielmo le Blount, *vel ejus Locum Tenenti*, *aut Ballivis ſuis in Terris de Ewyas & Glynbegh*, *vel aliquâ parte earumdem.*

Ballivis Iſabellæ Reginæ Angliæ de Haverford.

Cuſtodi Terrarum & Tenementorum de Pembrok.

Thomæ Comiti Norffolciæ, *Domino de Chepſtowe.*

Dominæ de Clare, *Dominæ Terræ de Uik*, *vel ejus Locum Tenenti*, *&c.*

De Retinentia Hominum ad Arma, *per Marchionem de Julers.*

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 10. * IV. 789.

A Touz ceux, *&c. ut ſupra de data 1 Junii uſque hæc verba; viz.* ſavoir faiſons a Touz que nous,

Du poair, que nous avoms de, noſtre Seigneur, le Roi, deſuſdit,

Avoms ottroie & plain poair done, ottroioms & plein poair donoms a, * Noble & Puiſſant Prince, Monſieur William, par la Grace de Dieu, Marquis de Julers,

Q'il peuſſe Retenir Quatre Centz Armures de Fer ſur les Marches de l'Erceveſchie de Colone, ou devers les Marches de Lorrain, de Luczembourg, ou devers Weſterich, la ou il quidera qui les dites Gentz mielx purront porter & faire Service & profit a noſtre Seigneur le Roi deſuſdit:

Et ceo, que yceli Marquis aura en Convent as Gentz deſuſditez (dont il ferra creu par ſon ſimple Dit) Nous, Procureurs & Meſſages devantditz, touz enſemble, & cheſcun de nous, a par lui, pur le tout, en noun du Roi, avoms Promis, & Prometons loialment, & en bone foi, au dit Marquis, a paier, rendre, & delivrer entierment, au temps & terme, que Homme lui deura faire, le primer Paiement de la Summe d'Argent, qu'il aura de noſtre

Et Bona Hoſpitalis illius, quæ in defenſionem Regni, contra hoſtiles Alienigenarum Incurſus, unà cum cæteris ipſius Regni Fidelibus, in cunctis neceſſitatis articulis, exponere tenemini, deſtruendo,

Undè plurimùm conturbamur, nec immeritò, & intimiùs commovemur, præſertim cum factum veſtrum in hac parte, in noſtri ac Mandatorum noſtrorum prædictorum Contemptum & Dedecus, & dicti Statuti enervationem, noſcatur manifeſtius redundare.

Nolentes igitur præmiſſa ſub Diſſimulatione impunita ulteriùs pertranſire, vobis, in Fide & Ligeantiâ prædictis, nec non ſub foriſfacturâ omnium, quæ in Regno noſtro, & alibi ſub Dominio noſtro, haberetis, & Quæ nobis foriſfacere poteritis, diſtrictiùs inhibemus nè, de cætero, Apportum aliquod, ſeu Cenſum, extra Regnum noſtrum ad aliquas partes Exteras, per Mercatores Extraneos, ſeu alios quoſcumque, colore Recognitionum, Obligationum, ſeu Submiſſionum hujuſmodi, vel quovis alio Colore exquiſito, clàm vel palàm, Arte vel Ingenio, præſumatis tranſmittere, ſeu deferre:

Scientes quòd, ſi quicquam contra præſentem Inhibitionem noſtram attemptare vos præſumere contingat, Terras, Tenementa, Bona, & Catalla ejuſdem Hoſpitalis, in Manum noſtram ſeiſiri, & tàm Pecuniam, jam ad dictas partes miſſam, quàm per vos * * IV. 790.
mittendam, quæ ad nos, prætextu Statuti prædicti, pertinere dinoſcitur, levari ad opus noſtrum faciemus;

Et nichilominus vobis, diſtrictè injungendo, mandamus quòd ſitis, in Propriâ Perſonâ veſtrâ, coram Nobis & Concilio noſtro, in Craſtino Sancti Martini, proximò futuro, ubicumque tunc fuerimus, ad reſpondendum nobis de Contemptu & Inobedientiâ, nobis per vos ſic factis,

Nec non ad informandum Nos, & dictum Concilium noſtrum, juxta Ligeantiæ veſtræ debitum, de Summis illis, quas ſic ad partes prædictas miſiſtis, & Qualiter, & Quomodo,

Et ad faciendum ulteriùs & recipiendum quòd per Nos, & Concilium noſtrum, habitâ conſideratione ad tantos Contemptus & Inobedientiam, ordinari contigerit in præmiſſis:

Et hoc, ſub incumbenti etiam Periculo, nullatenus omittatis:

Et habeatis ibi hoc Breve,

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Iſabella Domina de Mota, *de Favore Gratioſo.*

REX, Dilecto Clerico noſtro, Roberto de Wardecop Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Claus. 11. E. 3. p. 1. m. 2.

Licèt, quibuſdam certis de cauſis, aſſignaverimus vos ad capiendum & ſeiſiendum in Manum noſtram omnes Prioratus, Terras, Tenementa, Poſſeſſiones, Bona & Catalla quæcumque, Omnium Gallicorum, & aliorum de Poteſtate & Dominio Regis Franciæ, tàm Secularium, quàm Religioſorum, cujuſcumque Statûs ſeu Conditionis exiſterent, in Comitatu Suffolciæ (Terris & Bonis Hominum Britanniæ dumtaxat exceptis) prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Ita quòd de Exitibus Terrarum & Tenementorum prædictorum, ac Bonis & Catallis illis, nobis reſpondeatur:

Volentes tamen, Dilectam nobis, Iſabellam Dominam de Mota,

Quæ in Comitivâ Johannæ Filiæ noſtræ cariſſimæ, & Mariæ de

Digitized by Google

ſcopatus, ſibi faciendam per ipſum Regem, Renunciavit expreſſè,

Et ipſa Temporalia, de Gratiâ Regis prædicti, & non alio Jure,
• IV. *ſibi* * *competentia, dumtaxat admiſit.*
791. *Acta fuerunt hæc, Anno, Indictione, Pontificatu, Die, Menſe, & Loco prædictis, præſentibus,*

Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratiâ, Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate,

Reverendo Viro, Domino Roberto de Stratford, Archidiacono Cantuarienſi, prædicti Regis Cancellario,

Magiſtro Ricardo de Bynteworth, Legum Profeſſore,

Ac Dominis, Henrico de Ferrariis,

Et Johanne Sturmy, Militibus,

Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

ET ego, Ricardus, natus Philippi Lovecok de Twynerton, Clericus, Oxonienſis Diœceſis, Publicus auctoritate Apoſtolicâ Notarius, præmiſſis omnibus & ſingulis, ſuperius per me ſcriptis, unà cum prædictis Teſtibus, præſens fui, & Ea fieri vidi & audivi, Ipſaque in hanc publicam formam redegi, & ſigno meo conſueto ſignavi Rogatus.

De compellendo Religioſos & alios ad cuſtodiendum Litora Maris in Inſula de Tanneto.

Ann. D. REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Petro Heyward, & Thomæ
1337. de Sancto Nicholao, Salutem.
An. 11. Sciatis quòd,
E. 3. Cùm nuper aſſignaverimus vos ad omnes Homines, de ſingulis
Vaſc. 11. Villis, de Hundredo de Ryngeſlo, in Inſula de Tanneto, in Co-
E. 3. m. mitatu Kantiæ, tàm infra Libertates, quam extra, Defenſabiles,
17. tàm Milites & Armigeros, quàm alios, Arraiandum,

Et Ipſos & eorum quemlibet, juxta Statûs ſui decentiam, ſub certâ formâ Armari faciendum,

Ac etiam ad omnes alios Homines, Hundredi prædicti Impotentes, Terras, Tenementa, Bona, & Catalla, in eodem Hundredo habentes, ad Arma Aſſidendum,

Nec non ad omnes Homines prædictos, tàm, videlicet, Illos, quos iidem Impotentes pro eis invenire vellent, quàm alios, contra Hoſtes noſtros, ſi Regnum noſtrum in partibus Inſulæ prædictæ, ſeu alibi in dictis partibus Kantiæ, ingredi præſumerent, ducendum, quotiens Periculum imineret,

Ita quòd Ipſi omnes, ſic Arraiati, Prompti ſint & Parati, ad proficiſcendum, in obſequium noſtrum, pro Defenſione Regni noſtri, contra hoſtiles Invaſiones, ſi Periculum imineat aliquale,

Nec non ad quædam alia, in Litteris noſtris Patentibus, vobis indè confectis, contenta, faciendum & explendum, prout in eiſdem Litteris noſtris pleniùs continetur:

Ac jam intellexerimus quòd vos, in Arraiatione & Aſſenſione Hominum prædictorum, ac aliis, in dictis Litteris noſtris contentis, faciendis, Negligentes fuiſtis & tepidè vos habuiſtis,

Et quòd tàm Prælati Religioſi, quàm alii, Terras & Tenementa in Inſulâ prædictâ habentes, Se de eâdem Inſulâ retraxerunt, & Aliquos Homines ſufficientes pro defenſione Inſulæ prædictæ loco ſuo non dimiſerunt, undè Periculum Nobis & Hominibus, in eâdem Inſulâ degentibus, de facili poterit evenire,

Nos,

Propter quædam Nova, quæ noſtris auribus inſonuerunt, volentes Arraiationem & Aſſeſſionem ſupradictas, ac alia, in eiſdem Litteris noſtris contenta, ſi nondum facta fuerunt, modis omnibus cum celeritate, quâ fieri poterit, fieri, juxta tenorem Litterarum noſtrarum earumdem;

Conſiderantes etiam Dampna & Pericula, quæ per hujuſmodi

Conſtituimus ipſum Walterum Capitaneum & Admirallum Flo- Vaſc. 11.
tæ noſtræ omnium Navium, tàm Magnæ Jernemuthæ, quàm E. 3. m.
omnium aliorum Portuum & Locorum, ab Ore Aquæ Thami- 15.
ſiæ, per Coſteram Maris, verſus partes Boreales, quas ad proficiſcendum, in obſequium noſtrum, pro Defenſione Regni noſtri, ſub certâ formâ, parari mandavimus, quamdiù nobis placuerit:

Dantes eidem Waltero, tenore præſentium, poteſtatem omnes & ſingulos, Marinarios & alios, de Flotâ noſtrâ prædictâ caſtigandi & puniendi, prout juſtum fuerit, & prout hactenus fieri conſuevit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. undecimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

ET Mandatum eſt omnibus & ſingulis, Magiſtris, Marinariis, & aliis, de Flotâ prædictâ, quòd eidem Waltero, tanquam Capitaneo & Admirallo Flotæ illius, in omnibus ſint reſpondentes & intendentes, ſicut prædictum eſt.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

ET mandatum eſt præfato Waltero quòd, ad præmiſſa faciendum in formâ prædictâ, cum omni diligentia & ſolicitudine, quibus poterit, intendat, & quod hoc, ſicut Rex de eo confidit, nullatenus omittat.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Pro Bartholomæo de Burghersh pariter Admirallo conſtituto.

EOdem modo conſtituitur, dilectus & fidelis Regis, Bartholo- Ann. D.
mæus de Burgherſh, Admirallus Flotæ Regis omnium Na- 1337.
vium, tàm quinque Portuum Regis quàm omnium aliorum Por- An. 11.
tuum & Locorum, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, per Coſteram Ma- E. 3.
ris, verſus partes Occidentales, ſub eâdem datâ, cum conſimili- Ibid.
bus mandatis prædictis, mutatis competenter mutandis.

Pro Ballivo Johannis Ducis Britanniæ.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus Ann. D.
ſuis, ad quos, &c. Salutem. 1337.
Sciatis quòd, An. 11.
Cùm, certis de cauſis, Terras, Tenementa, Bona, & Catalla, E. 3.
Gallicorum & aliorum, qui de Dominio & Poteſtate Regis Fran- Pat. 11.
ciæ exiſtunt, infra Regnum noſtrum (Terris ac Bonis & Catallis E. 3. p.
Hominum Ducatûs Britanniæ dumtaxat exceptis) capi fecerimus in 2. m. 11.
Manum noſtram,

Nos,

Contemplatione, Nobilis Viri & Fidelis noſtri, Johannis Ducis Britanniæ, & Comitis Richemundiæ,

Volentes ſecuritati, & quieti, ac indempnitati, Johannis Junenſam, Ballivi ipſius Ducis, apud Maneria ſua de Baſſyngbourn & Munden,

* Qui de Sabaudiâ, & non de Poteſtate dicti Regis Franciæ, exi- • IV.
ſtit, ſicut ex teſtimonio accepimus fidedigno, 793.
Nè ipſius æmuli, aut alii, ex captione Bonorum & Catallorum Hominum de Poteſtate dicti Regis Franciæ, occaſionem quærant ſibi in Bonis ſuis, ſive in corpore, moleſtare, favore benivolo providere,

Sus-

Digitized by Google

bles & Non Meubles, preſens & avenir, en quicumque Liu qu'il ſoient, ou porront eſtre, trouez, ſanz mal engien.

En teſmoignance de queu choſe, nous avons fait faire ceſtes nos Lettres overtes, ſeales de noſtre Grant Seal.

Don. a Weymonſtier, le xx jour d'Augſt, l'An de Grace Mill, Trois centz, Trente & Sept, & de noſtre Regne Unziſme.

Super Guerra per Regem Franciæ ſuſcitata, & de Proclamatione facienda.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 1. m. 29. d.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Quia Rex Franciæ Guerram contra nos movet, Naves & Galeas Guerrinas ſuper Nos, & Regnum, ac Inſulas noſtras, de Gerneſeye, Jereſeye, Serke, & Aureneye, mittendo,

Et Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Facinora quamplurima per Homines, in eiſdem Navibus & Galeis exiſtentes, inibi hoſtiliter perpetrando,

Ac Villas, Caſtra, & alia Loca noſtra, in Ducatu Aquitaniæ, cum Exercitibus ſuis obſedendo, & Obſeſſa tenendo,

* IV. 794.

* Aliaque Mala innumera nobis & noſtris, tàm in Terrâ, quàm in Mari, perperàm inferendo,

Ac Pacem nobiſcum habere, ſeu cum ſolempnibus Nunciis noſtris (quos jam ultimò ad partes Tranſmarinas, eâ de cauſâ, tranſmiſimus) ſuper Pace, inter Nos & Ipſum ineundâ, tractare totaliter renuendo,

Super quibus, ac pro Defenſione & Salvatione Regni, aliarumque Terrarum, & Jurium noſtrorum, ac tantâ Impietate & Malitiâ repellendâ, cum nonnullis Prælatis, Magnatibus, & Proceribus ipſius Regni, & aliis de Concilio noſtro, Tractatum, apud Weſtmonaſterium, jam habuimus cum deliberatione providâ diligentem,

Tibi præcipimus, diſtrictiùs injungendo, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quam extra, publicè, ex parte noſtrâ, facias proclamari, quòd Archiepiſcopi, Epiſcopi, omneſque Abbates & Priores, tàm Exempti, quàm non Exempti, cæteræque Perſonæ Eccleſiaſticæ, ac Comites, Barones, Milites, Domini Villarum, Mercatores, & alii divitiis Potentes Comitatûs prædicti, ſint, in Propriis Perſonis ſuis, apud Roffen. in Craſtino Exaltationis Sanctæ Crucis, proximò futuro, ad audiendum Intentionem, & Voluntatem noſtram ſuper præmiſſis, eis per quoſdam Fideles noſtros, de dictâ voluntate noſtrâ & Intentione pleniùs informatos (quos ad dictos Diem & Locum miſſuri ſumus) ſerioſiùs exponendam,

Scire faciens Eiſdem, ex parte noſtrâ, quòd [ad] eoſdem Diem & Locum, propter iminentia Pericula, & Arduitatem Negotiorum prædictorum, quæ Regni noſtri, & Eccleſiæ Sanctæ ejuſdem, & tàm Ipſorum, & rerum ſuarum, quàm noſtram Defenſionem intimè concernunt, & etiam ſub incumbenti Periculo, venire, Excuſatione quâcumque poſtpoſitâ non omittant, & illos, qui Se (ceſſante Impedimento legitimo) retraxerint, & ibidem venire recuſaverint, tanquam Nobis & Mandatis noſtris Inobedientes, & Hoſtibus noſtris Adhærentes, puniri, cùm oportunum viderimus, faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

quatenus, ponderatis debitè Quantis Periculis Nos & noſtri Subditi ſubiciuntur in hac parte, Prælatos & Clerum veſtræ Diœceſis, tàm Exemptos, quàm non Exemptos, apud Eborum, die Mercurii, proximo poſt Feſtum Nativitatis beatæ Mariæ, proximò futurum, citiùs quo poteritis, convocari faciatis;

Ita quòd Prælati, Decani, Abbates, Priores, Archidiaconi, Rectores Eccleſiarum, & alii Beneficiati (quos expedire videritis) perſonaliter tunc compareant coram vobis;

Coram Quibus ſingula, Contenta in dictâ Cedulâ, & alia quæ movere poterunt, clarè & publicè faciatis exponi:

Inducentes eoſdem ut quilibet, in alleviationem Expenſarum hujuſmodi, nobis, prout facultates ſuæ permiſerint, talem Subventionem facient, qualem tanta neceſſitas jam expoſcit; reſcribentes nobis, cum omni celeritate, quid, & quantum, vos, & alii ſinguli, nobis duxeritis concedendum:

Ad hæc faciatis dictam Cedulam, in ſingulis Eccleſiis dictæ Diœceſis, & locis aliis, quibus expedire videritis, diebus Solempnibus & Feſtivis, quando major adhæret Populi Multitudo, publicari patenter, & exponi, ut Fideles noſtri, ſuper hiis informati, nobis libentiùs temporaliter ſubveniant, & pro nobis apud Deum votivis precibus intercedant; ad quod eos monitis efficacibus excitetis:

Taliter ſuper hiis vos habentes, quòd veſtram debeamus Gratitudinem meritò commendare.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Archiepiſcopo, & Epiſcopis, ſubſcriptis, de Convocari faciendo Prælatos & Clerum ſuarum Diœceſium apud loca ſubſcripta, ad dies ſubſcriptos, in formâ prædictâ; viz.

J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, de convocari faciendo &c. ad certos Diem & Locum, &c.

——— Epiſcopo Roffenſi de convocari faciendo &c. apud Roueceſtriam in Craſtino Exaltationis Sanctæ Crucis.

A. Epiſcopo Wyntonienſi de convocari faciendo, &c. apud Wynton in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

R. Epiſcopo Sarum de convocari faciendo, &c. apud Sarum in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

R. Epiſcopo Bathon. & Wellen. de convenire faciendo, &c. apud Welles die Mercurii proximo poſt Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ.

J. Epiſcopo Exon. de convenire faciendo, &c. apud Exon. in Craſtino Exaltationis Sanctæ Crucis.

Th. Epiſcopo Wygorn. de convenire faciendo, &c. apud Eveſham in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

Th. Epiſcopo Hereford de convenire faciendo, &c. apud Hereford die Mercurii proximo poſt Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ.

R. Epiſcopo Coventr. & Lich. de convenire faciendo, &c. apud Stafford in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

S. Epiſcopo Elienſi de convenire faciendo, &c. apud Cantebrigiam in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

A. Epiſcopo Norwicen. de convenire faciendo, &c. apud Norwicum in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

S. Epiſcopo London. de convenire faciendo, &c. apud London. in Craſtino Nativitatis Beatæ Mariæ.

De

Digitized by Google

ſatione quâcumque, prudenter & effectualiter adimplere, prout ad vos, & veſtrûm quemlibet, noveritis pertinere.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De Jure Regio manutenendo.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 3. m. 38.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Cancellariis, Sacriſtis, Præbendariis, in Eccleſiis Cathedralibus, ſeu Collegiatis, Judicibus, Delegatis, & omnibus aliis Perſonis Eccleſiaſticis, in quacumque Dignitate vel Officio conſtitutis, ad quos, &c. Salutem.

Ad Jura noſtra Regia, nè depereant, ſeu per aliquorum Uſurpationes indebitas aliqualiter ſubtrahantur, quatenus juſtè poterimus, manutenendum,

Subtractaque & Occupata (ſi quæ fuerint) revocandum,

Nec non ad Impugnatorum eorumdem Jurium noſtrorum conatus illicitos refrænandum,

Et ad ipſos Impugnatores, juxta eorum demerita, puniendum,

Eò ſtudioſiùs nos decet operam adhibere, & ſollicitiùs extendere Manum noſtram, quo ad Hoc aſtringimur Vinculo Juramenti, pluresque conſpicimus Jura illa indiès pro viribus impugnare.

Cùm itaque nuper, in Curià noſtra, per Conſiderationem ejuſdem Curiæ, Præſentationem noſtram ad Præbendam de Caſtre, in Eccleſiâ Beatæ Mariæ Lincolnienſi,

Tunc vacantem, & ad noſtram Donationem ſpectantem, ratione Epiſcopatûs prædicti, nuper vacantis, & in Manu Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, exiſtentis,

Verſus, Venerabilem Patrem, H. Epiſcopum loci prædicti, Nos in hac parte impedientem, recuperaverimus,

Eandemque Præbendam, Dilecto Clerico noſtro, Willielmo de Kildeſly contulerimus Regio Jure noſtro,

Et idem Clericus noſter Præbendam illam ſic canonicè ſit Adeptus, eamque poſſideat in præſenti,

Ac jam intellexerimus quòd quidam (Jus noſtrum in præmiſſis impugnare, ac Judicium prædictum pro viribus enervare nitentes) Provocationes, Citationes, & Proceſſus, facere, ac Appellationes, & alia impedimenta, interponere proponunt,

Nec non diverſas Commiſſiones, per quas, ſi procederent, tàm Nobis & Coronæ noſtræ, ſuper dicto Jure noſtro, præjudicium & exhæredatio, quàm dicto Clerico noſtro, ſuper Poſſeſſione ſuâ ſupradictâ, gravis Perturbatio de facili poſſent generari alicui, vel aliquibus, veſtrûm fieri procurârunt,

Nos, hujuſmodi Præjudicio, & Exhæredationi obviare, ac Jura noſtra illæſa conſervare, conatuſque illorum, qui ea impugnare voluerint, viis & modis, quibus poterimus, bono modo refrænare cupientes, prout decet,

Vobis omnibus & ſingulis inhibemus, firmiter injungendo, nè Provocationes aliquas, Citationes, aut Proceſſus, facere, ſeu Appellationes, vel alia impedimenta, interponere, nec, prætextu alicujus Commiſſionis, vobis, vel alicui, ſeu aliquibus, veſtrûm factæ, vel faciendæ, quicquam, quod in Juris noſtri * prædicti Derogationem, aut Coronæ ſeu Dignitatis noſtræ Regiæ præjudicium & Exhæredationem, vel dicti Judicii Enervationem, aut prædicti Clerici noſtri, ſuper Poſſeſſione ſuâ prædictâ Perturbationem cedere valeat (nobis inconſultis) attemptare præſumatis ullo modo: * IV. 757.

Scientes pro certo quòd, ſi ſecus feceritis, ad vos, tanquam dicti juris noſtri Regii Violatores, & Coronæ noſtræ Exhæredatores, graviter, prout convenit, capiemus.

De aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Procerum Regni noſtri, ac aliorum de Concilio noſtro (quos nuper apud Notingham, ad tractandum ibidem ſuper arduis noſtris & Regni noſtri Negotiis, fecimus convocari) iminentibus hujuſmodi Neceſſitatibus, ordinavimus, & per Nos, Prælatos, Comites, Barones, & alios Magnates prædictos, fuit, inter alia, Concordatum,

Quòd Aſſiſæ Novæ Diſſeiſinæ & Attinctæ contra Fideles noſtros, In Obſequio noſtro, in dictis Terris Scotiæ & Hiberniæ, aut alibi, extra Regnum noſtrum, pro Defenſione & Salvatione ejuſdem Regni, & Terrarum noſtrarum prædictarum, commorantes;

Arrainatæ, ſeu Arrainandæ (ipſis in Obſequio noſtro inibi ſic exiſtentibus) de Die in Diem continuentur, ita quòd Eis, dum in Obſequiis noſtris hujuſmodi moram, ut præmittitur, fecerint, Exhæredatio vel præjudicium nequaquam fiat,

Et ideò vobis mandamus quòd omnes Aſſiſas Novæ Diſſeiſinæ, & Attinctas, coram vobis per Brevia noſtra jam arrainatas, vel exnunc arrainandas, verſus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Johannem de Cherleton Seniorem,

Quem conſtituimus Juſticiarium noſtrum Terræ noſtræ Hiberniæ, ad negotia noſtra in eâdem Terra ſalubriter dirigenda, & Malitiam dictorum Hibernicorum hoſtium noſtrorum (qui Terras noſtras & aliorum Fidelium noſtrorum in eiſdem partibus indies ſatagunt hoſtiliter occupare) cum Dei adjutorio, viriliter repellendam, & qui eâ de causâ ad eaſdem partes Hiberniæ jam eſt de mandato noſtro profecturus,

De die in diem, in ſtatu, quo tunc fuerint, ex causâ prædictâ, & de gratiâ noſtrâ ſpeciali (dùm idem Johannes in Obſequio noſtro ſic moratur, vel quouſque aliud inde mandaverimus) continuetis juxta Ordinationem & Concordiam antedictas.

Intentionis tamen noſtræ & Concilii noſtri non exiſtit, quòd Illi, Diſſeiſinas hujuſmodi facientes, & Iter ſuum ad * aliquas partes prædictas recenter arripientes, ut ſic Conquerentes indè à Proſecutione & Aſſecutione Jurium ſuorum interim differant, per præſentes Ordinationem & Concordiam adjuventur. * V. 798.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Imperatorem, ſuper Confœderatione.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 11.

SErenissimo Principi, Domino Ludewico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Fratri noſtro cariſſimo, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, cum debitæ ſinceræque Dilectionis conſtantiâ, promptum in omnibus complacendi affectum.

Inter cæteros Regalium Titulorum noſtrorum ſucceſſus, nobis divinitùs attributos, Affinitatis & Amicitiæ Fœdera inter Vos & Nos, diſponente Domino, noſtris Conthoralibus meditantibus, mutuò & feliciter conſummata, quæ aciei noſtræ mentis hucuſque, per Propagationem Liberorum noſtrorum, ſuaviter arriſerunt, noſtra præcordia ex intimis alliciunt, & inducunt, quod ampliora Affectionis, Ligarum, & Unionis, Fœdera inter nos ex merito debeant ſuboriri; ſic quòd, per veſtras & noſtras unanimes Voluntates, noſtrarum Ditionum Populi in Pace firmiore quieſcant, noſtri amplientur Honores, veſtrorumque ac noſtrorum ex hoc roborentur & firmentur in poſterum Jura Regnorum.

Igitur veſtræ Fraternali Celſitudini, de multiplicibus Violentiarum & Injuriarum Oneribus dudùm, retroactis temporibus, Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Prædeceſſoribus veſtris, per olim Reges Franciæ, & per Philippum, nunc pro Rege Francorum ſe gerentem, factis, & ex præconcepto illatis, in Bonis,

Juris

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Ibidem.*

SEreniſſimo Principi, *&c. ut ſupra*, Edwardus, *&c.* cum debitæ ſinceræque Dilectionis conſtantiâ, promptum in omnibus complacendi affectum.

Quia veſtræ Celſitudinis decorata Majeſtas Curiam Romanam accedere, noſque vobiſcum habere, affectat pro Reformatione veſtrâ, apud Dominum noſtrum Summum Pontificem, & dictam Curiam (quam longis retroactis temporibus deſideraſtis, & adhuc optinere cupitis) impetrandâ,

Noſque, per veſtras Literas, requiſiviſtis ut, certis Die & Loco, vobiſcum convenire debeamus, ad habendum Colloquium de præmiſſis,

Nos,

Tàm ex ratione Affinitatis, quàm Amicitiarum, quibus adinvicem aſtringimur & ligamur,

Conſideratis Locorum diſtantiis, ſumptuumque oneribus quæ incumbunt & pertinent ad præmiſſa,

Nec non quia,

Nobis & noſtris, ſuper Violentiis & Injuriis, tàm per præteritos Francorum Reges, quàm per Philippum, nunc pro Rege Franciæ ſe gerentem, Anteceſſoribus noſtris, Regibus Angliæ, & nobis, multipliciter factis & illatis, cordialiter condolendo,

Nobis, cum Duobus Milibus Armatorum Galeatorum, tàm Magnatum, quàm aliorum, ſuper inſtans Feſtum beati Andreæ Apoſtoli, venire in Auxilium perſonaliter promiſiſtis, juxta veſtrarum, quas habemus, continentiam Literarum,

Majeſtati veſtræ ex certa Scientiâ promittimus, per præſentes, quòd,

Ut eo, dictos Greſſus veſtros ad Curiam, & dictum nobis præſtandum Auxilium, commodiùs & perfectiùs facere valeatis,

Vobis, aut veſtris in hac parte Commiſſariis, in Feſto Sancti Michaelis proximo, Tribus Vicibus, Centum Milia Florenorum Auri de Florentiâ,

Et Centum Milia, conſimilium Florenorum, in Feſto Purificationis Beatæ Mariæ Virginis ſubſequenti, ex aliâ parte Maris, videlicet, in Dordraco, ſolvi & præſentari, noſtri ex parte, ſub noſtris Laboribus, Periculis, & Expenſis, certitudinaliter faciemus.

De quorum Medietate in Auro, Argento, vel Groſſis Turonenſibus, Reliquâ vero Medietate in Auro, Argento, vel Sterlingis (quod noſtræ relictum eſt Optioni) ſatisfacere tenebimur & debemus:

Salvo nobis quòd Vos, & Hæredes veſtri, Nobis, & Hæredibus noſtris, omnia & ſingula, de quibus veſtræ Celſitudinis Literas habemus, debeatis perficere & efficaciter obſervare.

In quorum, *&c. ut ſupra.*

Pro Comite Loſſenſi de Pecunia ſibi ſolvenda.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Aleman.* 11. *E.* 3. *m.* 5.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd,

Quia, ſpectabilis Vir, Dominus Theodericus, Comes Loſſenſis & Henſebergh, & de Blatikenbergh Dominus, quamdiu vixerit, cum Ducentis Viris Armatis Galeatis, nobis, dum ipſum requiremus, ſeu requiri faciemus, contra noſtros Inimicos & Æmulos, pro Recuperatione noſtrorum Jurium, noſtrarumque Hæreditatum, & pro Conſervatione eorumdem, promiſit aſſiſtere & ſervire,

Nos eidem Comiti promittimus, per præſentes, quòd Nos, aut Hæredes noſtri, dicto Comiti, aut ſuis Commiſſariis, ſolvemus & dabimus, Duobus ſubſcriptis Terminis, Triginta Milia

Galeatis.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Ibidem.*

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noverit Univerſitas veſtra quòd,

Ratione Fidelitatis & Homagii, Nobis per, Nobilem & Potentem Virum, Dominum Theodoricum de Montyoie & de Valkenborgh Dominum, præſtitorum, & propter Auxilium, nobis promiſſum, per prædictum Dominum Theodoricum, faciendum cum Centum Viris Armatis Galeatis, ſecundum continentiam Literarum ipſius Domini Theodorici, quas ſub ſuo Sigillo optinemus ſigillatas,

Nos, aut Hæredes noſtri, dabimus & ſolvemus dicto Domino Theodorico, aut ejus veris Nunciis, quamdiu idem Dominus Theodoricus vivet, nomine Feodi, ſingulis Annis, ſuper Terminum Paſchæ, ad ſuum Scaccarium, Mille & Ducentos Florenos Auri, bonos de Florentiâ, complete, vel aliud pro eiſdem, in Bonis Sterlingis bonæ Monetæ de Angliâ, bonum & æquivalens Pagamentum,

Et quòd, in proximo futuro Feſto Sancti Michaelis, Nos, aut Hæredes noſtri, dicto Domino Theodorico, aut ejus certis Nunciis, Sex Milia Florenorum Monetæ de Florentiâ prædictæ, vel aliud, ſicut dictum eſt, Pagamentum æquivalens in Dordraco ſolvi faciemus, & integraliter præſentari,

Et adhuc alia Sex Milia Florenorum, Monetæ ejuſdem, dicto Domino Theodorico, aut ejus certis Nunciis, in proximo ſubſequenti Feſto Purificationis glorioſæ Virginis Mariæ, dabimus & perſolvemus ſimiliter in Dordraco, vel ubi dictus Dominus Theodoricus, vel ſui ad hoc Commiſſarii, tunc commodiùs poterunt inveniri.

Prætereа, nomine Stipendii, Quindecim Florenos, dictæ Monetæ, omni Menſe ſolvi faciemus præfato Domino Theodorico, pro quolibet Galeato.

Quibus Stipendiis ſi dictus Dominus Theodoricus tranſire non poſſet, Nos ſibi Stipendia hujuſmodi, juxta rationabilem Conſtitutionem, ſpectabilis Viri, Domini Reynaldi Comitis Gelrenſis & Zutphenſis, tenebimur augmentare.

Qui Menſes, & quæ Stipendia, inchoabunt, & ſuum curſum capient, ſecundum Kalendarium, a die quo dictus Dominus Theodoricus, ex parte noſtrâ evocatus, animo cum Centum Galeatis veniendi nobis in Obſequium noſtrum, exiverit Terram ſuam,

Ab omni etiam Captivitatis onere (quod dictus Dominus Theodoricus, vel ſui, in Obſequio noſtri, inciderint) Nos debemus relevare Liberos & Indempnes.

Et pro eo dictus Dominus Theodericus omnes & ſingulos (quos ipſe vel ſui Homines ceperint) nobis, aut Mareſcallo noſtro, nomine noſtro, dabit & præſentabit.

Et, ſi dictum Dominum Theodericum, aut ſuos Galeatos, in Obſequio noſtro ullos Equos amittere contigerit (Equis Curruum, Carrucarum, & * conſimilibus Equis, exceptis & excluſis) Nos, * IV. 801.
ad Præmunitionem dicti Domini Theoderici, aut ejus Commiſſarii, boni Hominis & legalis, Duos noſtrorum Militum, Duobus ex Militibus prædicti Domini Theoderici in Socios, ad ordinandum de dictis Equis amiſſis, dabimus & ſubjungemus; Ordinationem Concordem talium Quatuor Militum firmiter dicto Domino Theoderico ſervaturi: Qui, ſi concordari non poſſent, extunc præfatus Dominus Comes Gelrenſis ſummus ſit Arbiter in hoc caſu.

In cujus &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Auguſti, Anno Domini Mileſimo, Treſcenteſimo, Triceſimo ſeptimo, Anno Regni verò noſtri undecimo.

Digitized by Google

Nos autem, omnia & ſingula, in dictis Literis contenta, acceptantes, ea, quatenus ad Nos pertinent, tenore præſentium, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus; Promittentes Nos pro Nobis & Hæredibus noſtris, præmiſſa, prout ſuperiùs exprimuntur, & Nos concernunt, & concernere poterunt, inviolabiliter obſervare.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Auguſti, Anno Regni undecimo.

Eodem modo ratificantur Conventiones dat. apud Valentianas 12 *Maii.*

Eodem modo ratificantur diverſæ Conventiones datæ apud Frankeford ultimo die Junii & tertio die Julii.

Item Conventiones dat. apud Colon. ſeptimo die Julii, & Conventiones dat. apud Colon. decimo die Julii.

Item Conventiones dat. apud Ruremond decimo tertio die Julii.

Conſimilium Conventionum, per eoſdem Nuncios Gallice tranſactarum, Regis Ratificatio.

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Aleman.* 11. *E.* 3. *m.* 10. * IV. 802.

EDward, par la grace de Dieu, Roi d'Angleterre, Seignur d'Irland, & Ducs d'Aquitain, a touz ceus, qui ceſtes Lettres verront, ou orront, Saluz.

Sachez nous avoir veu & regarde les * Lettres Patentes, l'Onurable Piere, Henri, par la grace de Dieu, Eveſque de Nicole, & de, Noz Chiers & Foials, William de Montagu, Counte de Salebyrs, & William de Clynton, Counte de Huntyngdon, n'adgaires noz Meſſages, envoiez as parties de Henaud, Brabant, & Alemaigne, en la forme que s'enſuyt,

Nous Henri, par la grace de Dieu, *&c. ut ſupra, don. le* 24 *jour de May.*

Et nous, toutes les choſes, contenues es dites Lettres, & chescune d'yceles, acceptaunz, meſmes celes choſes, en quanque a nous appartient, par la tenur de ceſtes preſentes Lettres, Rateſioms, Approvons, & Confermons; Promettranz pur nous, & pur noz Heirs, les choſes devandites, selonc ce q'eles ſont ſuſescrites, & a nous appartienent, ou purront appartenir, tenir & garder, ſaunz mal engien.

En Teſmoignance de queu choſe nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Overtes,

Don. a Weſtm. le xxvi jour d'Augſt, l'An de grace deſuſdit, & de noſtre Regne Unziſme.

Eodem modo ratificantur diverſæ Conventiones ſupra memoratæ, dat. apud Valentianas viceſimo quarto die Maii.

Item, Conventiones dat. apud Montz viceſimo ſeptimo die Maii.

Et Conventiones dat. apud Bienz viceſimo octavo die Maii.

Item, Conventiones dat. apud Valentianas primo die Junii.

Item, diverſæ Conventiones dat. apud Broxellas ſeptimo die Julii.

Item, Conventiones dat. Coloniæ decimo die Julii.

Et Conventiones dat. apud Gorickeim decimo nono die Julii.

Don. a Weſtm. le 26 jour d'Augſt, &c.

E. 3. p. 2. m. 31. d.

Reducentes in debitæ conſiderationis examine ſolidas Amicitias & grata Subſidia (quibus veſtri Progenitores & noſtri ſe mutuò ſemper in oportunitatibus prævenerunt) Illam inter Nos & Vos Amicitiam noſtris cupimus continuari temporibus & augeri:

Quamobrem, cùm ad Repulſionem Injuriæ & Defenſionem Juſtitiæ ſit Regalis Potentia divinitùs inſtituta, veſtram Regalem Magnificentiam ex corde rogamus quatinus, ad reprimendum Perſecutorum noſtrorum Maliciam (qui, contra Deum & Juſtitiam, Jura noſtra ſibi * nituntur attrahere, & Nos pro viribus expugnare) velitis, ſi placet, nobis aſſiſtere Conſiliis & Auxiliis oportunis; dictis noſtris Æmulis nullatenus adhærentes; nam re verâ, ſi Guerram cum aliquibus haberetis, inveniretis ad veſtri Subſidium pro viribus nos paratos. * IV. 803.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Auguſti.

De Protectione pro Nuncio Papæ.

Ann. D. 1337. *An.* 11. E. 3. *Pat.* 11. E. 3. p. 3. *m.* 38.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, ac Marinariis Navium, & aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus nobis, Petrus Burgundionis, Domini Summi Pontificis Capellanus & Nuncius, ac Sacri Palatii ejuſdem Domini Summi Pontificis Auditor, ad Nos, infra Regnum noſtrum, de noſtrâ Licentiâ, ſit venturus,

Nos, volentes Securitati ipſius Petri in hac parte providere, ſuſcepimus eundem Petrum, ac Familiam ſuam, nec non Navem & Marinarios, ipſum Petrum uſque in dictum Regnum noſtrum ducentes, veniendo, infra idem Regnum noſtrum, cum Equis, Herneſiis, & Rebus ſuis, ibidem morando, & exindè redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram, nec non in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, & Gardiam ſpecialem:

Et ideò vobis mandamus, *&c. prout in conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De Wallenſibus in una Secta Veſtiendis.

Ann. D. 1337. *An.* 11. E. 3. *Vaſc.* 11. E. 3. *m.* 13.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Roberto de Hambury, Camerario ſuo Northwalliæ, Salutem.

Cùm, per Literas noſtras Patentes, aſſignaverimus quoſdam Fideles noſtros ad Eligendum & Triandum Mille Homines Wallenſes, ad Lanceas, in partibus Walliæ, tàm infra Libertates, quàm extra, tàm in quibuſdam Terris noſtris, quam in diverſis Terris & Dominiis aliorum Dominorum ibidem,

Ultra & præter illos Mille Homines, quos nuper in dictis partibus eligi, & uſque Londoniam duci fecimus, videlicet, Quingentos in dictis partibus Northwalliæ, & Quingentos in partibus Suthwalliæ,

Et ad eoſdem Mille Homines, ſic Electos & Arraiatos, & Lanceis ac aliis Armis competentibus munitos, & de Unâ Sectâ veſtitos, ad Nos, uſque Civitatem noſtram Cantuariæ, per certos Fideles noſtros ducendos, ita quòd ſint ibidem in Craſtino Sancti Michaelis, proximò futuro, ad proficiſcendum exindè nobiſcum, &, aliis Fidelibus noſtris, in Obſequium noſtrum, ad Vadia noſtra, prout

Digitized by Google

[illegible] vobis, & veſtrum alteri, quòd Contenta in dictâ Cedula, die & loco, in Commiſſione, vobis factâ, expreſſis, Clero & Populo dicti Comitatûs clarè & plenè exponi faciatis;

Inducentes eos, viis & modis quibus poteritis, ut, cùm idem Rex nobis intentet Guerram Fortiſſimam, nolens nec Paci, nec Pacis Tractatui conſentire (per quod, pro defenſione publicâ, importabilibus Expenſis ſubicimur) nobis, quatenus Facultates ſuæ permiſerint, largè ſubveniant, & ſubveniat quilibet eorumdem:

Taliter in hoc vos habentes, quod veſtram debeamus Diligentiam providam meritò commendare.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, in Comitatibus ſubſcriptis aſſignatis ad præmiſſa in eiſdem, in formâ prædictâ, exponenda; videlicet,

A. Epiſcopo Wynton.
Johanni de Warenna Comiti Surr.
Willielmo Scot,
Magiſtro Johanni Langetoſt,
} Aſſignatis &c. in Com. Surr.

Ricardo Comiti de Arundell.
Johanni de Iſeld,
Magiſtro Willielmo de Fiſſheburn.
} Aſſig. &c. in Com. Suſſex.

A. Epiſcopo Wynton.
Johanni de Stures,
Johanni de Hampton.
} Aſſig. &c. in Com. Suthampt.

R. Epiſcopo Sarum,
Rikardo de Ayremynne,
Roberto Selmian,
} Aſſig. &c. in Com. Wilts.

R. Epiſcopo Bathon. & Wellen.
Johanni Shoredich,
Magiſtro Johanni de Blebury,
Waltero de Rodeney,
} Aſſig. &c. in Com. Somerſ. & Dorſ.

J. Epiſcopo Exon.
Hugoni de Courteney Comiti Devon.
Johanni de Ralegh,
} Aſſig. &c. in Com. Devon.

Hugoni le Courteney le filz,
Radulpho de Bloyon,
Simoni de Trewodeſa,
Jacobo de Wodeſtoke,
} Aſſig. &c. in Com. Cornub.

Thomæ de Berkele,
Willielmo Tracy,
Willielmo de Chiltenham,
} Aſſig. &c. in Com. Glouc.

Thomæ Epiſcopo Wygorn,
Willielmo de Bello Campo,
Hugoni de Cokeſeye,
} Aſſig. &c. in Com. Wygorn.

Thomæ Epiſcopo Hereford,
Rogero Chaundos,
Adæ de Herewinton,
} Aſſig. &c. in Com. Hereford.

R. Epiſcopo Coventr. & Lich.
Radulpho Baſſet,
Rogero de Swinnerton,
} Aſſig. &c. in Com. Stafford.

Magiſtro Willielmo la Zouche Theſaurario Regis,
} Aſſig. &c. in Com. Northam.

Willielmo Blount,
Ricardo de Houghton,
Edmundo de Nevill.
} Aſſig. &c. in Com. Lanc.

S. Epiſcopo de Elien.
Roberto de Liſle,
—— Abbati de Rameſey,
Willielmo Moigne,
} Aſſig. &c. in Com. Cantebr. & Hunt.

A. Epiſcopo Norwich,
Roberto de Ufford Comiti Suff.
Joh. Bardolfe de Wirmegeye,
Conſtantino de Mortuo Mari,
Johanni de Hederſet,
Hugoni de Saxham,
Radulpho de Bockyn,
} Aſſig. &c. in Com. Norff. & Suff.

Egidio de Badeleſmere,
Willielmo Band,
Johanni de Wauton,
Thomæ Gubion,
} Aſſig. &c. in Com. Eſſex. & Hertf.

Magiſtro Gilberto de la Bruere
—— Decano Eccleſiæ Sancti Pauli London.
Johanni de Cherleton,
Henrico de Frowyk,
Ricardo de Pointz,
} Aſſig. &c. in Com. Middleſ.

Rogero de Grey,
Johanni de Shardelowe,
Simoni Croyſer,
Thomæ de Stodeleye,
} Aſſig. &c. in Com. Bed. & Buks.

Cedula in præfato Mandato memorata.

Ces ſount les Offres, faitz au Roy de France par le Roi d'Engleterre, pur eſchure la Guerre.

Ann. D. 1337. *An. 11. E. 3. Ibid.*

Au primes, le Roi d'Engleterre envoia devers le Roi de France divers Meſſages Solempnes, en priant q'il luy Rendiſt les Terres quels il luy Detient, volentriment contre reſon, en la Duchie de Guyene: a requeſtes de queux Meſſages le Roi de France rien ne fiſt; mes, au darrein, il promiſt que, ſi le Roi d'Engleterre lui voleit venir en propre Perſone, il lui freit droit, grace & favour.

En affiance de quele Promeſſe le Roi d'Engleterre paſſa privement en France, & lui vint humblement requerant la Liveree de ſes Terres avantdites, tendant & feſant au dit Roi quanque il devoit, & plus; mes le Roi de France lui tient tutdis en Paroles & Tretiz, & rien lui fiſt en effect: & ſur ceo, pendantz les ditz Tretiz, acrocha a luy, plus & plus, torcenouſement les Droitures le Roy d'Engleterre en la Duce avantdite.

Item, le Roi d'Engleterre, veant le durete le dit Roi de France, pur avoir ſa bone voillance, & ceo qil luy detient a tort, lui tendiſt les grantz Offres ſouzeſcriptes: ceſtaſſavoir, quant une feuſt refuſe, tendiſt une autre,

Primes, le Mariage ſon eiſne Fitz, ore Duc de Cornewaill, pur la Fille le dit Roi de France, ſanz rien prendre od lui pur le Mariage.

Pendante quele Suffrance les ditz Eſcotz tuerount le Counte d'Atholes, & autres, & priſtrent pluſours Grauntz, de la foi le Roi d'Engleterre, & enſegerent & priſtrent Chaſteux & autres Lieus du dit Roy & des ſoens:

Et jadumeins, a la Requeſte des ditz Meſſages, il tendiſt as ditz Eſcotz Trewes de quatre ou de cinque ans, ſur condition qils lui feiſſent reſtitution des choſes purpriſes ſur luy pendantes les primers Trewes, iſſint que le dit Veage ſe poeit avoir pris en le meſme temps:

A quele Reſtitution le dit Roi de France ne ſe voleit aſſentir, mes meigntient les ditz Eſcotz en lour malveiſte a tut ſon poer,

Et moet overte Guerre, ſanz juſte cauſe, au Roi d'Engleterre,

Et ad mande ſes Galeys, & ſa Navye (les queux il fiſt purvoir ſouz feint colour du dit Veage) ſur le Meer, od Grant Noumbre des Gentz d'Armes, pur deſtruir la Navie & les Suggitz le Roi d'Engleterre;

Des queux Gentz ont pris de Guerre, & derobbez, pluſours Niefs d'Engleterre, & tuez & pris les Gentz qe furent en yceles, & ont arivez en Engleterre, & es Iſles de Roi d'Engleterre, faiſans Arſons, Homicides, Robberies, & autres Mals Horribles, ſolonc lour poer.

Item, puis, le Roi d'Engleterre, par Counſeil & Avis des Grantz & Sages de ſon Roialme, volant eſchure la Guerre tant come il poet, envoia ſolempnes Meſſages vers le dit Roi de France, pur lui offrir quan que il poeit, ſaunz Grant Diſheriteſon, pur Pees od luy avoir:

Mes le Roy de France, endurtz en ſa malveiſte, ne voleit ſuffrer les ditz Meſſages a lui venir, ne a Pees, ne a Tretiz de Pees, aſſentir; mes manda ſon Hoſt, Grant & Fort, de prendre en ſa mayne, a force, tote la Duce avantdite; diſant, nient veritablement, que la Duce lui eſt forfaite:

Le quel Hoſt fait treſgrantz Mals en la Duchie, aſſegeant & pernant Chaſteux & Villes a lour poer.

Item, le Roi de France, pur coverir ſa malveiſte, s'afforce de malement enfourmer le Pape, & autres Grantz de la Chriſtiente, encountre le Roi d'Engleterre; compaſſant, tant come il poet, nient ſoulement la dite Duchee, mes totes les Terres le dit Roi d'Engleterre conqueſter.

Cestes Meſſures, & autres, tantes come le Roi d'Engleterre & ſon Counſail poeint penſer, ſont renduz au Roy de France pour Pees avoir; &, ſi nul Home ſache autre Voie Covenable trouver, il ſerra lee & preſt de l'accepter.

---

* IV. 807.

** Ad Papam, de Suggeſtionibus non credendis.*

Ann. D. PAPÆ Rex devota Pedum oſcula beatorum.
1337. Apoſtolicæ Sedis maturitas, in Petræ Fundamine ſolidata, non
An. 11. ſolet ad Suggeſtiones Detrahentium concuti vel moveri, donec de
E. 3. Veritate Suggeſtorum plenè fuerit informata.
Rom. 11. Velit igitur attendere veſtræ Clementiæ Sanctitudo, quòd Nos
E. 3. *m.* dudùm Præbendam de Bannesbury, in Eccleſiâ Lincolnienſi va-
2. cantem, Dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Paulo de Monte Florum contulimus (ſicut ad nos Jure Regio pertinuit illâ vice) qui, virtute Judicii, ſuper hoc in Curiâ noſtrâ redditi, Ipſam ritè fuerat aſſecutus:

Set poſtmodùm, intellecto quòd Sanctitas veſtra providerat Alteri de eâdem, Ipſam, quam ſecundum Jura Regni noſtri legitimè tenere potuerat, ob Reverentiam Sedis Apoſtolicæ, cum Mag-

Willielmus de Clynton, Huntyngdoniæ, Comites, *Aleman.*

Nuper Nuncii ſive Ambaſſatores noſtri, ad partes Transmarinas, 11. *E.* 3.
pro quibuſdam Negotiis noſtris urgentiſſimis, ibidem expediendis, *m.* 4.
per nos miſſi,

Diverſas Confœderationes & Alligantias cum pluribus Magnatibus, & aliis partium illarum, ac Retinentias de eiſdem, necnon nonnullas Promiſſiones Ipſis, de Voluntate noſtrâ, ſive Mandato, fecerint, & Se, & Sua, in non modicis Pecuniarum ſummis, & aliàs, eiſdem Dominis diverſimodè obligaverint hiis de cauſis,

Nos, Indempnitati dictorum, Epiſcopi & Comitum, volentes proſpicere in hac parte, ipſos, Epiſcopum & Comites, & quemlibet eorum, ac eorum Hæredes & Executores, de omnibus Pecuniarum Summis, & aliis, in quibus pro Nobis & Nomine noſtro, ex cauſis præmiſſis, obligati ſeu aſtricti exiſtunt, vel quæ ſic fecerint, Indempnes promittimus, & concedimus pro nobis, & Hæredibus noſtris, conſervare, & erga quoſcumque indè acquietare, Ipſóſque indè, tenore præſentium, penitùs quietamus:

Nolentes quòd præfati, Epiſcopus & Comites, ſeu eorum aliquis, aut ipſorum Hæredes, vel Executores, ratione * præmiſſo- * IV.
rum, vel eorum alicujus, per Nos, vel Hæredes noſtros, ſeu Mi- 808.
niſtros noſtros quoſcumque, indè, futuris temporibus, occaſionentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London, ſecundo die Septembris.

De Indempnitate pro Comite Sarum, ſuper dictis Retinentiis.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.
Sciatis quòd, Ann. D.
Cùm, Venerabilis Pater, Henricus Lincolnienſis Epiſcopus, &c, 1337.
Dilecti & Fideles noſtri, Willielmus de Monte Acuto, Sarum, *An.* 11.
&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz. *E.* 3.
Nos, Indempnitati prædicti Comitis Sarum, volentes proſpicere *Ibidem.*
in hac parte, ipſum Comitem, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis.*

De Retinentia, per Regem Ratificata.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.
Noverit Univerſitas veſtra quòd, Ann. D.
Cùm inter, Nobiles Viros, Lambertum & Everardum de Hey- 1337.
nesbergh, Fratres, Milites, ex parte unâ, & certos Nuncios & *An.* 11.
Ambaſſatores noſtros ex alterâ, Ligæ & Uniones contractæ ſint, *E.* 3.
& modo, quo ſequitur, initæ & firmatæ; videlicet, *Aleman.*
Quòd præfati Fratres, Milites, Fidelitatis & Homagii Sacramen- 11. *E.* 3.
tum nobis præſtiterunt, & promiſerunt Se, quamdiu vixerint, pro *m.* 6.
Recuperatione noſtrorum Jurium, noſtrarumque Hæreditatum, cum Sex Viris Armatis Galeatis (videlicet, uterque eorum cum Tribus Armatis) fideliter aſſiſtere & ſervire,

Et quòd Nos talia Stipendia, qualia cæteris Theutonicis ex illâ parte Maris dabimus, eiſdem Militibus, Fratribus, & ſuis Galeatis, ſingulis Menſibus, dùm in Obſequio noſtro ſteterint, ſolvi faciemus,

Reliquas vero Summas, ex parte noſtrâ, ſecundum Dictum & Arbitrium, Nobilis & Potentis Viri, Domini —— Comitis Gelrenſis, Eis dandas, in Bonam Hæreditatem & Liberam convertent, & ipſam Hæreditatem a Nobis & Hæredibus noſtris ſe tenere proteſtati ſunt,

Et, ſi contingat quòd prædicti Milites, Fratres, vel aliquis Galeatorum ſuorum, in Servitio noſtro hoſtiliter capi, Nos eundem,

Digitized by Google

ſervare, Quotiens, & Quando, per ipſum Dominum Ludowicum fuerimus requiſiti, prout in Literis ipſius Domini Ludowici, indè confectis, & Nobis miſſis, vidimus pleniùs contineri.

Nos Ea, quæ per præfatos Nuncios, *&c. ut ſupra.*

Ad Duces Auſtriæ, ſuper Mora Johannæ Filiæ.

Ann. D. REX, Nobilibus & Potentibus Viris, Ottoni & Alberto, Du-
1337. cibus Auſtriæ, Amicis ſuis Cariſſimis, Salutem, & ſinceræ
An. 11. Dilectionis affectum.
E. 3. Quia, propter Piratas Quoſdam, inſidiantes noſtris Fidelibus ſu-
Clauſ. 11. pra Mare, Periculoſus eſt ibi Tranſitus hiis diebus, fecimus, Di-
E. 3. *p.* 2. lectum nobis, Henricum Gaſſeler Militem, & Nobilitatis veſtræ
m. 31. *d.* Nuncium, ad tempus, quo nos perſonaliter transfretabimus, expectare, quod erit in proximo, Deo Duce,

Et tunc, in Comitivâ noſtrâ, ducemus Iſabellam, Filiam noſtram cariſſimam, ac præfatum Militem, ad complendum feliciter, per Dei gratiam, & celeriter, quæ inter vos & noſtros Nuncios ſunt Tractata:

Moram igitur Filiæ noſtræ & Militis præfatorum habere velitis, petimus, excuſatam; cùm ſit tutius expectare modicum, quàm Ipſos exponere Periculis inconſultè.

Dat. apud Turrim London, ſecundo die Septembris.

Super Receptione Comitis Gelriæ, in Angliam venturi.

Ann. D. REX, Majori & Ballivis de Sandwico, Salutem.
1337. Cùm, Nobilis Vir, Dominus Reginaldus, Comes de Gel-
An. 11. re, cariſſimus Frater noſter, ad Nos in Angliam celeriter ſit ven-
E. 3. turus,
Clauſ. 11. Vobis Mandamus, diſtrictiùs injungentes, quòd, ſi Ipſum in
E. 3. *p.* Portu Villæ prædictæ contigerit applicare, tunc vos, cum aliis
2. *m.* 26. Probioribus Villæ prædictæ, eidem Comiti, abſque morâ, occurrentes, Ipſum honorificentiùs quo poteritis recipiatis,

Eique pro Se, & Suis, Ea, quæ ſibi Neceſſaria fuerint, dùm penes vos moram fecerit, miniſtrari faciatis,

Nos, cùm de Adventu ſuo ad Portum prædictum certitudinaliter vobis conſter, per aliquem certum Nuncium, in quo confiditis, ad Nos, tàm de Nocte, quàm de Die, præcurrentem, cum omni celeritate quo poteritis certificantes, ut Ipſum, prout Honori noſtro & Honeſtati congruit, recipi faciamus:

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum diligitis, & de vobis confidimus, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Wodeſtok, decimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

Majori & Ballivis Villæ Dovorriæ.
Majori & Ballivis Villæ de Lymne.
Ballivis Villæ de Jernemuth.
Ballivis Villæ de Orlaſton.

ſi noſtro, Reſo ap Griffith,

Quem, per alias Literas noſtras Patentes, aſſignavimus ad illos, uſque Civitatem noſtram Cantuariæ, ducendum, ita quòd ſint ibidem in Craſtino Sancti Michaelis, proximò futuro,

Liberandum, exindè in Obſequium noſtrum profecturos, prout Eis tunc injungeretur ex parte noſtrâ,

Prout in Literis noſtris Patentibus, vobis indè confectis, pleniùs continetur;

Et quia, conſideratis aliquibus certis Cauſis, coram Nobis & Concilio noſtro propoſitis, & pro feliciori expeditione Paſſagii noſtri, & Fidelium noſtrorum, nobiſcum profecturorum, & ut Electio, Arraiatio, & Munitio, Hominum prædictorum (quæ nondum, ad noſtrum Profectum & Honorem, ſicut decuit, factæ exiſtunt, ut didicimus) meliùs & competentiùs fieri valeant in hac parte, Ductionem eorumdem Hominum ad diem & locum prædictos, per tempus aliquod, prorogari volumus ex hâc cauſâ,

Et ideò vobis ſignificandum duximus per præſentes, quòd vos eoſdem Homines præfato Reſo, ad præſens, ad Nos, ad eoſdem diem & locum, ducendos, liberare, aut ibidem mittere non oportet:

Vobis nichilominus in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, ac ſub forisfacturâ omnium, quæ nobis forisfacere poteritis, mandantes, ac etiam firmiter injungentes, quòd dictos Quingentos Homines, ultra & præter illos Quingentos Homines, ad nos apud Londoniam aliàs miſſos (ſi nondum ſufficienter Electi, Triati, & Arraiati exiſtant) abſque dilatione aliquâ eligi, triari, arraiari, & muniri, faciatis juxta tenorem Literarum noſtrarum prædictarum, vobis inde ſic factarum, Cuiquam non parcendo;

Et Eos in Arraiatione hujuſmodi teneatis, ita quòd Ipſi, ſic Arraiati, Lanceis & aliis Armis competentibus Muniti, & de unâ Sectâ veſtiti, ſint, & eſſe poterint, apud dictam Civitatem Cantuariæ ex præmunitione duodecim dierum, vel minoris ſpatii, ſi
dictorum * negotiorum noſtrorum Expeditio hoc expoſcat: * IV.
Scientes quòd, ſi in præmiſſis Negligentes fueritis vel remiſſi, 811.
ad vos, tanquam Mandata noſtra contempnentes, & Noſtra & Regni noſtri Negotia impedientes, cum omni rigore capiemus.

Teſte Rege apud Turrim London. viceſimo quarto die Septembris.

De eodem in Northwalliâ.

EOdem modo mandatum eſt Electoribus & Arraiatoribus Hominum Wallenſium in partibus Northwalliæ, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

De Comite Northamptoniæ ad partes Exteras profecturo.

WIllielmus de Bohun, Comes Northamptoniæ, qui in Obſe- Ann. D.
quium Regis, per Præceptum Regis, ad partes Tranſmari- 1337.
nas profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, cum *An.* 11.
clauſulâ *volumus*, uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum du- E. 3.
raturas, *&c.* *Pat.* 11.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Octobris. E. 3. *p.*
3. *m.* 30.

IDem Comes qui, &c. habet Literas Regis de Generali Attornato, ſub nominibus Johannis d'Engayne Chivaler, & Roberti

... ſub eadem datâ.

Johannes Martyn de Linton,
* IV. 812. *Hugo le Veyſe de Waleden,*
Johannes Douthey,
Wilhelmus Filius Willielmi Giffard,
Thomas Dagworth,
Rogerus de Wyderyngton,
Johannes de Wodehous,
Ricardus Toteſham,
Willielmus Filius Willielmi Grannope de Coventre.
Willielmus de Ireland,
Thomas de Thorisby,
* *Robertus Folvill,*
Willielmus Fitz Henry,
Radulphus de Twyford,
Thomas d'Arderne,
Ricardus de Brewes,
Johannes de Vieleſton,
Willielmus Sydrak,
Ricardus Kyngeſſon Capellanus.
Edmundus de Cretyng,
Ricardus de Denton.

De Poteſtate ad tractandum cum Rege Francie ſuper Quæſtionibus quibuſcunque.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Aleman. 11. E. 3. m. 2.

UNiverſis, *&c.* Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi, & Willielmi de Boun, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Norhamptoniæ, & Roberti de Ufford, Suffolciæ, Comitum, ac Johannis Darcy, Seneſcalli Hoſpitii noſtri, plenariè confidentes,
Ipſos, Tres, & Duos eorum, facimus & conſtituimus noſtros Procuratores legitimos, & Nuncios ſpeciales:
Dantes eiſdem, Tribus, & Duobus eorum plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, Tractandi pro Nobis, & noſtro Nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Litibus, Querelis, Demandis, Controverſiis, Areſtis, ſeu Debatis, ac Adjornamentis & Proceſſibus, in Curiâ ipſius Domini Regis Pendentibus,
Nec non Petitionibus, & Actionibus, Realibus, & Perſonalibus, atque Mixtis, Quæ idem Dominus Rex contra Nos & Subditos noſtros, habet, vel habere poterit, vel Nos erga ipſum Dominum Regem, ſeu Subditos ſuos, ratione Terrarum noſtrarum in Ducatu Aquitaniæ, vel alibi in partibus Tranſmarinis exiſtentium, ſeu ex quâcumque aliâ Causâ habemus, vel habere poterimus quoquo modo,
Ac etiam de Pace Bonâ & Perpetuâ, inter ipſum Regem pro Se, & ſuis Hæredibus, & Nos, pro Nobis, & noſtris Hæredibus, ordinandâ,
Et Illis, quæ ſic Tractata fuerint, prout ad Honorem noſtrum & Commodum expedire viderint, conſentiendi, & ſuper hiis concordandi,
Et omnia & ſingula, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quâcumque firmitate, prout ad Nos attinet, vallandi & firmandi,
Nec non Componendi, Paciſcendi, Tranſigendi, Stipulandi, in Arbitrum, vel Arbitros, ſeu amicabiles Compoſitores, Conſentiendi, & Ipſos Eligendi,
Alios Procuratores loco ſuo Subſtituendi, Subſtitutionem Revocandi, & dictæ Procurationis Officium Reſumendi,
Et omnia alia & ſingula Faciendi & Excercendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;
Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum, Gratum, & Firmum, habituros quicquid per dictos Procuratores noſtros, Tres, vel Duos eorum, aut Subſtitutos ab eis, Tribus, vel Duobus eorum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

Aliæ Poteſtates pro præfatis Procuratoribus, de tractando cum Confœderatis ſuper Stapula Lanarum.

REX Univerſis, *&c.* Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1337.
De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum An. 11.
& Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, H. Lincolnienſis E- E. 3.
piſcopi, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* Aleman.
Noſtros Procuratores & Nuncios ordinavimus & facimus ſpe- 11. E. 3.
ciales ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum, cum m. 2.
Confœderatis, ac Amicis, & benivolis noſtris, cum quibus viderint expedire, de Stapulâ Lanarum, extra Regnum & Poteſtatem noſtra educendarum, in loco certo & congruo, in partibus Tranſmarinis concedendâ & tenendâ, & de Modo, Formâ, & Tempore, quibus teneri debeat, & de Libertatibus & Prærogativis, Subditis noſtris in hac parte concedendis, & omnibus aliis oportunis, vel neceſſariis, in præmiſſis, & Ea, quæ ſic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint in præmiſſis, quâcumque Firmitate vallandi, & omnia & ſingula faciendi quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale; prædictis, Epiſcopo, Comitibus, Seneſcallo, Provinciali, Johanni de Ufford, Paulo, Johanni de Monte Gomeri, & Johanni Wauwayn, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, quorum *ut ſupra*, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem; Promittentes, pro Nobis & Hæredibus noſtris, Nos, Ratum, Gratum & Firmum, perpetuis temporibus habituros Quicquid per dictos Epiſcopum, Comites, Seneſcallum, & alios, *&c. ut ſupra*, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorum, quorum, *&c.* Tractatum, Concordatum, & Actum fuerit in præmiſſis.
In cujus, &c.
Dat. ut ſupra.

Conſimile Procuratorium fit pro prædictis, Epiſcopo, Comitibus, & Seneſcallo, Tribus & Duobus eorum, ſub eadem datâ.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra*, Salutem.
Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, concordandum, & *tunc ſic*, cum quibuſcumque Perſonis de Stapula Lanarum, *&c. ut ſupra.*

Conſimile Procuratorium fit pro prædictis, Epiſcopo, Comitibus, & Seneſcallo, Tribus & Duobus eorum ſub eadem datâ.

De tractando cum Flandriæ Comite ſuper Sponſalibus.

REX Univerſis, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1337.
De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum & An. 11.
Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, H. Lincolnienſis Epiſco- E. 3.
pi, & Willielmi de Bohun, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Nor- Ibidem.
hamptoniæ, & Roberti de * Ufford, Suffolciæ, Comitum, nec- * IV.
non Johannis Darcy, Seneſcalli Hoſpitii noſtri, plenariè confi- 814.
dentes,
Ipſos, Tres, & Duos eorum, facimus, *&c.*
Tractandi & concordandi cum, Nobili Viro, Domino Lodowico, Comite Flandriæ, & Deputandis ab eo, ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, inter Primogenitum dicti Comitis Flandriæ, & Johannem Filiam noſtram cariſſimam, contrahendis,

Nec-

Digitized by Google

Et Ea, quæ ſic Tractata, Concordatá, & Acta, fuerint in præmiſſis, quacumque firmitate vallandi,

Ac omnia & ſingula faciendi, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos, pro Nobis & Hæredibus noſtris, Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per dictos, Epiſcopum, Comites, & Seneſcallum, Tres, vel Duos eorum, Tractatum, Concordatum, & Actum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, tertio die Octobris.

Item, conſimile Procuratorium ſit ad tractandum, &c. cum prædicto Comite Flandriæ pro Se, & Subditis ſuis, cum iſta Clauſula, *alios Procuratores loco ſuo ſubſtituendi, Subſtitutionem revocandi, & dictæ Procurationis Officium reſumendi*, & ſcribitur poſt illud verbum *vallandi*.

Item, Conſimile Procuratorium, ad tractandum cum prædictis Burgimagiſtris, Conſulibus, & Scabinis, ac Probis Hominibus Villarum de Bruges, Gandauo, & d'Ypre, & eorum ſingulis, cum eâdem Clauſulâ *alios Procuratores, &c. ut ſupra*.

---

* IV. 815.

* *Ad tractandum cum quibuſcunque Perſonis.*

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, confidentes *& tunc ſic*,

Ad tractandum & concordandum cum Quibuſcumque Perſonis, Nobilibus & Potentibus, ac aliis, prout expedire viderint, de Alligantiis & Solidis Amicitiis, inter Nos & Ipſos ineundis,

Dictáſque Perſonas nobiſcum, contra omnes Homines, retinendum, conducendum, & firmandum,

De Feodis, Vadiis, & Stipendiis, ac Remunerationibus, dictis Perſonis, ſic Retentis, conſtituendis, ſolvendis & faciendis, conveniendum,

Ac Ea, quæ Tractata, Concordata, Conventa, & Acta fuerint in præmiſſis, quatenus ad nos attinet, quâcumque Firmitate vallandum,

Securitatemque a dictis Perſonis, pro completione præmiſſorum, quatenus ipſas concernunt, petendum, ſtipulandum, & recipiendum,

Alios Procuratores loco ſuo ſubſtituendum, Subſtitutionem, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſpeciale *& tunc ſic*,

Prædictis, Epiſcopo, Comitibus, Seneſcallo, Ricardo, *&c.* Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes, *&c. uſque ibi*, præmiſſorum, *& tunc ſic*, aliis Commiſſionibus & Procuratoriis omnibus & ſingulis, quibuſcumque Perſonis per nos in hac parte priùs factis, in ſuo robore duraturis, quæ per præſentes nolumus, nec intendimus, revocare.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

Conſimile Procuratorium ſit pro dictis, Epiſcopo, Comitibus, & Seneſcallo, omiſſis aliis Perſonis, ſub eâdem datâ.

* Dandi & Concedendi in Feodum, & ad tempus (prout pro noſtris Honore & Commodo fuerit faciendum) perſonis, quibus Ipſis, Tribus, & Duobus eorum, viſum fuerit expedire, * IV. 816.

Inveſtituram & Poſſeſſionem ſic Datorum & Conceſſorum faciendi & liberandi,

Ac omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ in Præmiſſis & circa ea oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes pro nobis, *&c.* quicquid per præfatos, Epiſcopum, Comites, & Seneſcallum, Tres, & Duos eorum, Datum, Conceſſum, & Factum fuerit in Præmiſſis,

Et quòd Nos Donationes & Conceſſiones, per dictos, Epiſcopum, Comites, & Seneſcallum, Tres, vel Duos eorum, factas in hac parte, faciemus per Literas noſtras Patentes, ſub Magno Sigillo noſtro (cùm ſuper hiis certiorati fuerimus) confirmari, &, ſi opus fuerit, innovari.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

CONſimile Procuratorium ſit pro prædicto Epiſcopo per Se, ſub eâdem datâ.

Item, Conſimile Procuratorium ſit pro prædictis, Epiſcopo, Comitibus, & Seneſcallo, Tribus & Duobus eorum, ſine illis verbis, *prout pro honore noſtro & commodo fuerit faciendum*.

Item, Conſimile Procuratorium ſit pro eodem Epiſcopo per ſe, ſine eiſdem verbis, *prout &c.*

De Pecunia Regi Benivolis concedenda.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Poteſtatem, *& tunc ſic*, Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem.

Perſonis, nobis Benivolis, Pecuniæ quantitatem, juxta moderationem ſuam, prout pro noſtris honore & commodo fore fuerit faciendum, ex parte noſtrâ promittendi & concedendi,

Terminos & loca Solutionis ſtatuendi,

Et, ad Solutionem hujuſmodi faciendum, Nos, & Hæredes noſtros, ac omnes Terras & Poſſeſſiones noſtras, tàm in Ciſmarinis, quàm Tranſmarinis, partibus exiſtentes, obligandi;

Promittentes, *&c.* quicquid, *&c.* Promiſſum, Conceſſum, & Actum fuerit in Præmiſſis, &c.

In cujus, &c.

Dat. ut ſupra.

COnſimile Procuratorium ſit pro prædicto Epiſcopo per Se, ſub eâdem datâ.

Item, conſimile Procuratorium ſit pro prædictis, Epiſcopo, Comitibus, & Seneſcallo, Tribus, & Duobus eorum, cum iſtis verbis, *ac omnia Bona noſtra & Regni noſtri Mobilia*, poſt illud verbum, *exiſtentes*, ſub eâdem datâ.

Item, conſimile Procuratorium ſit pro prædicto Epiſcopo per Se, ſub eâdem datâ.

De

Digitized by Google

11. E. 3. m. 3. Conceſſimus Ei Sexcentos Florenos de Florentiâ, percipiendos, ſingulis Annis, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis, quouſque ei de Beneficio Eccleſiaſtico, quod duxerit acceptandum, vel de Terris aut Redditibus, ad valorem dictorum Sexcentorum Florenorum, per Annum, ad totam vitam ſuam habendis, fecerimus provideri.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Octobris.

Per ipſum Regem.

CONſimiles Literas Regis habent Hermannus Blaickard, Decanus Aquenſis, & Præpoſitus de Werde, & Renardus de Ghore, Canonicus Leodunenſis, ſeparatim.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Intentione Regis Hominibus de partibus Borealibus exponenda.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Scot. 11. E. 3. m. 11.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Ricardi Dunolmenſis Epiſcopi, Magiſtri Willielmi la Zouſche, Decani Eccleſiæ beati Petri Eborum, Theſaurarii noſtri, Radulphi de Nevill, & Galfridi le Scrop, plenam fiduciam reportantes,

Aſſignavimus & Deputavimus Ipſos, conjunctim, & diviſim, ad oſtendendum, apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, & alibi, in partibus Borealibus, ubi expedire viderint, vel viderit, Magnatibus, & aliis Fidelibus noſtris, coram eis, vel eorum aliquo, pro expeditione quorumdam Negotiorum noſtrorum, de quibus per Nos ſpecialiter Onerati exiſtunt, comparentibus, Aliqua quæ in inſtanti Concilio noſtro, apud Weſtmonaſterium per Nos, & per Prælatos, ac Magnates, & alios de Concilio noſtro, ibidem exiſtentes, Tractata fuerunt & Concordata, & Quæ Nos & Statum ac Defenſionem Regni noſtri intimè Contingunt,

Et Intentionem noſtram indè eiſdem pleniùs exponendum,

Et ad tractandum & conveniendum cum Magnatibus, Hominibus ad Arma, & aliis in Obſequium noſtrum, verſus partes & Marchias Scotiæ profecturis, de morâ ſuâ ibidem faciendâ, & ſub quâ formâ, & de Vadiis in hâc parte conſtituendis, necnon de ſecurâ Cuſtodiâ Villarum & Locorum noſtrorum in dictis partibus, & de Munitionibus ponendis in eiſdem,

Et ad omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & pro Honore noſtro, & Commodo, ac Bonâ Directione Negotiorum noſtrorum in partibus illis, & Repulſione Hoſtium noſtrorum ibidem, fuerint oportuna,

Et Ea, quæ ſic tractata, conventa, & facta, fuerint, quacumque Firmitate vallandum,

Promittentes Nos ratum & gratum habituros Quicquid per dictos, Epiſcopum, Theſaurarium, Radulphum, & Galfridum, vel eorum aliquem, Tractatum, Conventum, & Factum fuerit in præmiſſis, & quolibet Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Octobris.

Per ipſum Regem.

Item, Conſimile Procuratorium pro Comite Hanoniæ.

Item, Conſimile Procuratorium pro Willielmo de Bohun, Comite Northamptoniæ.

De Locum tenente, & Vicario Generali in Regno Franciæ conſtituto.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Nobili & Potenti Viro, Johanni Duci Brabantiæ, & Lotringiæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm,

Attendentes Inclitum Regnum Franciæ ad Nos fore Jure Succeſſorio legitimè devolutum,

Ipſum Regnum, ut Hæreditatem noſtram legitimam, agnoverimus, & eidem Nos immiſcere voluerimus, ſicut decet,

Nos,

De debito Regimine dicti Regni ſummè ſoliciti, ac de veſtris, Probitate magnificâ, Fidelitate ſolidâ, & Induſtriâ circumſpectâ, intimè confidentes,

Vos in Regno prædicto Locum noſtrum tenentem, Capitaneum, & noſtrum Vicarium Generalem, facimus & præficimus per præſentes,

Concedentes & Committentes vobis Merum Imperium, & Gladii Poteſtatem, ac Juriſdictionem omnem, altam & baſſam, Cognitionem & Deciſionem omnem, tàm Criminalium, quàm Civilium, Quæſtionum, cum Poteſtate Judices & Miniſtros, prout expedire videritis, Deputandi,

Necnon plenum Exercitium omnium & ſingulorum, Nobis, & noſtro Regimini, incumbentium in hâc parte, & quæ nos facere poſſemus & deberemus, ſi præſentes eſſemus ibidem:

Et ideò Dilectionem & Fidelitatem veſtram attentè rogamus quatinùs Onus & Honorem hujuſmodi magnanimiter aſſumentes, circa Statum Pacificum Regionis ipſius, ac Recuperationem & Conſervationem noſtrorum Jurium in eâdem, omnem Solicitudinem, quam poteritis, efficaciter impendatis, ac circa debitum & ſalubre Regimen dicti Regni & Regnicolarum ejuſdem, ſic inſtanter & providè laboretis, votivum Propoſitum, quod ad obſervationem Jurium dicti Regni, ut convenit, * optinemus, ipſis noſtris Fidelibus pleniùs exprimentes, ut veſtras Fidelitatem & Prudentiam debeamus meritò commendare, & Repenſivâ Retributionis vos præmiare. * IV. 819.

Mandavimus enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Perſonis aliis quibuſcumque, in dicto Regno exiſtentibus, ut vobis, & Deputandis per vos, in præmiſſis pareant humiliter & intendant.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Octobris.

COnſimilis Commiſſio fit eidem Duci ſub iſtis verbis, *Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, Dominus Hiberniæ, &c.*

Item, conſimiles Commiſſiones factæ fuerunt Gulielmo Marchioni Juliacenſi, Fratri Regis cariſſimo, tranſpoſitis dictis nominibus *Rex Angliæ & Franciæ & Rex Franciæ & Angliæ.*

Item, conſimiles Commiſſiones Gulielmo Comiti Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ, ac Domino Friſiæ, tranſpoſitis verbis, *&c. ut ſupra.*

Item,

Digitized by Google

Item, Conſimilia Mandata diriguntur eiſdem, ſub nomine Gulielmi Marchionis Juliacenſis,

Item, Conſimilia Mandata eiſdem, ſub nomine Comitis Hanoniæ,

Item, Conſimilia Mandata, ſub nomine dicti Comitis Norhamptoniæ.

• IV. 810. ** De Poteſtate tractandi cum David de Brus ſuper Treugis, ſive Finali Pace.*

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Scot. 11. E. 3. m. 6. REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi, & Willielmi de Bohun Conſanguinei noſtri cariſſimi, Northamptoniæ, & Roberti de Ufford, Suffolciæ, Comitum, Johannis Darcy Seneſcalli Hoſpitii noſtri, Fratris Ricardi de Wynkele, Provincialis Ordinis Fratrum prædicatorum in Angliâ Magiſtri, Johannis de Ufford, Canonici Londonienſis, & Pauli de Monte Florum, Johannis de Monte Gomeri Militis, & Magiſtri Johannis Wauwayn, Canonici d'Erlyngton, plenariè confidentes,

Ipſos omnes, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorum (Quorum præfatus Epiſcopus, vel alter Comitum prædictorum, ſit unus) facimus & conſtituimus noſtros Procuratores legitimos & Nuncios ſpeciales;

Dantes eiſdem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum (Qorum præfatus Epiſcopus, vel alter Comitum prædictorum, ſit unus) plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale tractandi pro nobis, & noſtro nomine, cum David de Bruys, & Deputandis ab eo, de Treugis & Guerræ Sufferentiâ, ac etiam de Pace & Finali Concordiâ,

Inter Nos, & nobis Adhærentes, ex parte unâ, & ipſum David, & ſibi Adhærentes, ex aliâ,

Super omnibus, Diſſenſionibus, Demandis, & Debatis, hinc indè ſubortis,

Ineundis,

Et hiis, quæ ſic tractata fuerint, prout ad Honorem noſtrum & Commodum expedire viderint, conſentiendi, & ſuper hiis concordandi,

Et omnia & ſingula, quæ ſic tractata & concordata fuerint, quacumque Firmitate, prout ad Nos attinet, vallandi & firmandi,

Et omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes pro Nobis, & Heredibus noſtris, Nos Ratum, Gratum, & Firmum, habituros Quicquid per dictos Procuratores, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum (Quorum dictus Epiſcopus, vel alter dictorum Comitum, ſit unus) ſeu Subſtitutos ab ipſis, Octo, Septem, Quinque, aut Tribus eorum (Quorum dictus Epiſcopus, vel alter prædictorum Comi-

Ex hâc utique Fiduciâ Quædam, cordi nobis inſidentia, injunximus, Venerabili in Chriſto Patri, H. Epiſcopo Lincolnienſi, ac, Dilectis & Fidelibus noſtris, W. de Bohun Northamptoniæ, & R. de Ufford, Suffolciæ, Comitibus, ac Johanni Darcy, Hoſpitii noſtri Seneſcallo, Amicitiæ veſtræ vivæ vocis oraculo referenda; quos, optentu noſtri, habere velitis, petimus, ſpecialiter commendatos: Ipſis, Tribus, & Duobus eorum, in dicendis ex parte noſtrâ, ſi placuerit, Auditum præbentes benivolum, & Fidem Credulam adhibentes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Octobris.

Eodem modo ſcribitur Domino P. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali, &c.

Conſimiles Literæ ad Guidonem de Sancto Germano.

REX, magnæ diſcretionis Viro, Guidoni de Sancto Germano, Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibid.

Domini Papæ Capellano, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Ex firmâ fiduciâ veſtrarum Fidelitatis & Circumſpectionis providæ (de quibus vos audivimus laudabiliter commendari) Quædam, cordi nobis inſidentia, injunximus, Venerabili in Chriſto Patri H. *&c. ut ſupra uſque ibi*, referenda, *& tunc ſic*,

Quibus, Tribus, & Duobus eorum, Fidem adhibere velitis Credulam, ſi placuerit, in Dicendis, & ipſis oportunis aſſiſtere Conſiliis & Auxiliis in Agendis.

Dat. ut ſupra.

Eodem modo ſcribitur *Petro Burgundionis.*

Item, *Nicholao de Capucio.*

Pro Scolaribus Aulæ Regis Cantebrigiæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1337. Ann. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. m. 24.

Sciatis quòd,

Conſiderantes qualiter, ut Sancta Mater Eccleſia Fomentum habere poſſit continuum Clericorum & Sapientiæ Salutaris, pro Patribus nati ſunt Filii, &c, Peritis decedentibus, ſuccedit Juvenum apta Poſteritas, in quibus poteſt, per exercitium Studii, Sapientia propagari, qui Fidem poſſunt dilatare Catholicam, & Regale Solium ac Rempublicam Conſiliis providis roborare,

Ac proindè, deſiderantes, ad Multiplicationem Sapientum, in Univerſitate Cantebrigiæ (quæ multos in Vineâ Domini produxit Palmites fructuoſos) Scolaribus, ad proficiendum in Studio benè diſpoſitis, miſericorditer & perpetuò ſubvenire, ut Juvenes, Ingenio perſpicui, fiant per Studium eruditi, & ad publica Conſilia magis apti,

Ad Honorem Dei, Sanctæ Mariæ Virginis, Matris ſuæ, omniúmque Sanctorum, pro Anima, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri (qui, piâ conſideratione, Triginta duobus Scolaribus, illuc pro Studio vacaturis, fecit ad tempus Suſtentationis neceſſaria miniſtrare) nec non pro Noſtræ, ac

 Phi-

alios, ut prædicitur, ibidem morando, & exinde ad partes Scotiæ redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram, Necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, *&c. prout in Conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Protectione pro Cardinalibus & Conductu undecunq;

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Pat.* 11. *E.* 3. *m.* 25.

REX Admirallis, Magiſtris & Marinariis Navium, ac univerſis & ſingulis Portuum Traverſorum, Pedagiorum, aliorúmque locorum Terræ Mariſque Cuſtodibus, & pro nobis in Terrâ Marique quomodolibet exiſtentibus, cæteriſque Juſticiariis, Officialibus, & Comiſſariis Regni noſtri, vel eorum Loca tenentibus, Subditis noſtris, Stipendariis & Conductis, ac etiam non Subditis, ad quos Literæ præſentes pervenerint, Salutem.

Cùm, Venerabiles Patres, & dilecti nobis in Domino, Petrus tituli Sanctæ Praxedis Presbiter, & Bertrandus Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, de mandato & auctoritate Apoſtolicæ Sedis, pro certis negotiis in Angliam dirigant Greſſus ſuos,

Nos,

Eiſdem Cardinalibus, & eorum cuilibet, nec non Sociis, Servitoribus, Conſortibus, Familiaribus, Valettis, Nunciis, Meſſegeriis, ac Miniſtris eorum, & cujuſlibet eorumdem, & eiſdem, & cuilibet eorum, Adhærentibus quoquomodo, præſentibus & futuris, de Pleno, Vero, Salvo, & Securo Conductu, ſine fraude quacumque, prout melius dici poteſt & ſaniùs intelligi, providere volentes,

Eiſdem Cardinalibus, & eorum cuilibet, nec non Sociis, Servitoribus, Conſortibus, Familiaribus, Valettis, Nunciis, Meſſegeriis, & Miniſtris eorumdem, & cuilibet eorumdem, & eiſdem, & cuilibet eorum, Adhærentibus quoquomodo, necnon Illis, qui de Regno Franciæ & extra ad Regnum Angliæ, & de ipſo Regno Angliæ & extra ad Regnum Franciæ, per Ipſos dictos Cardinales, vel ad Eos undecumque & quacumque mittentur, cujuscumque ſtatûs & conditionis exiſtant, cum Ipſorum & cujuſlibet eorum Equis & Equitaturis, Mulis, Roncinis, Animalibus, Someriis, Harneſiis, Vecturis, & Rebus quibuſcumque, & quocumque nomine cenſeantur, & Quotquot exiſtant numero & exiſtent, Dedimus & Conceſſimus, Damus & Concedimus, per præſentes, ut per omnia & ſingula loca Juriſdictionis noſtræ, tàm in Terrâ, quàm in Mari, in Viâ Publicâ ſeu Privatâ, in Itinere & etiam extra Iter, & tàm in veniendo in Angliam, quàm ſtando, mittendo, etiam redeundo, Plenum, Verum, Salvum, & Securum Conductum:

Volentes quòd Ipſi, & eorum quilibet, poſſint tutè, & abſque impedimento quocumque, portare, vehere, ducere, ac portari, vehi, & duci facere & conduci, plenè & liberè, etiam extra Regnum Angliæ, & Quocumque & Undecumque, Quacumque ac Quandocumque, & ſimiliter aliundè, ad ipſum Regnum per Se, vel alium, ſeu alios, Pecuniam, Groſſam ſeu Minutam, Auream ſeu Argenteam, Ære contaminatam ſeu non contaminatam, de Cuneo noſtro, & etiam alieno, in Maſſâ ſeu etiam ſine Maſſâ, Vaſa Aurea ſive Argentea, Coclearia, Veſtes, Anulos, Jocalia, Utenſilia, Pannos, Foraturas, * Vina, Blada, Carnes, Piſces,

* IV. 823.

ac Victualia, & alia quæcumque ſint, & quocumque Nomine cenſeantur, abſque Solutione, Exactione Traverſi, Pedagii, Paſſagii, Cuſtumæ, Censûs, Redditûs, Talliæ, ſeu alterius Redibentiæ qualiſcumque, & Eos & eorum quemlibet eximimus à prædictis & quolibet prædictorum:

Mandantes etiam Vobis, & Veſtrûm Cuilibet, noſtris Subditis, & Conductis pro nobis, quatenus omnia & ſingula prædicta teneatis firmiter, in & de Juriſdictionibus noſtris, & extra, & faciatis Ea diligentius obſervari:

Et, cùm Eos, ſeu eorum aliquem, per loca Juriſdictionis, ſeu Juriſdictionum noſtrarum, & Diſtrictus, tranſire, redire, & morari, ſemel & pluries, continget, tutè & liberè, unà cum Equis, Rebus, & Bonis Supradictis, & aliis quibuſcumque, & Familiâ ſecum exiſtente, cum & in quocumque Numero tranſire & mo-

---

De Poteſtate tractandi de Treugis, cum Adverſariis de Scotia.

REX Univerſis, præſentes literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, 1337.

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilectorum *An.* 11.
& Fidelium noſtrorum, Ricardi [Fitz-Alan] Arundel, & Wil- *E.* 3.
lielmi de Monte Acuto, Sarum, Comitum, plenariè Confiden- *Scot.* 11.
tes, *E.* 3. *m.* 10.

Ad tractandum, pro nobis & nomine noſtro, cum quibuſcumque Hominibus, Inimicis ſeu Adverſariis noſtris, de Scotiâ, de Treugis, ſeu Guerræ Sufferentiâ, inter Nos & Ipſos, ſuper omnibus Diſſenſionibus, Demandis, & Debatis, hinc indè ſubortis, ineundis, & hiis, quæ ſic Tractata fuerint, prout ad * Honorem & Commodum noſtrum expedire Viderint, vel Viderit, conſentiendum, & ſuper hiis finaliter concordandum, ac Ea quæ ſic tractata, & concordata fuerint, quatenus ad Nos attinet, quacumque firmitate vallandum, & ab ipſis Hominibus Securitatem, pro nobis Sufficientem, in hac parte recipiendum, & omnia alia & ſingula faciendum & exercendum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale: Ipſis & eorum cuilibet Plenam Concedimus & Committimus Poteſtatem; promittentes pro nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per præfatos Comites, & eorum quemlibet, Tractatum & Concordatum, Vallatum & factum fuerit in Præmiſſis & quolibet Præmiſſorum.

* IV. 824.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Poteſtate tractandi cum Eiſdem de Pace & Finali Concordia.

REX Univerſis, præſentes literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, de circumſpectione providâ, & fidelitate 1337.
probatâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Ricardi [Fitz-Alan] *An.* 11.
Arundel, & Willielmi de Monte Acuto, Sarum, Comitum, ple- *E.* 3.
nariè confidentes, ad tractandum pro nobis, & Nomine noſtro, *Scot.* 11.
cum quibuſcunque Hominibus, Inimicis ſeu Adverſariis noſtris, de *E.* 3. *m.*
Scotia, de Pace, & Finali Concordia, inter Nos & Ipſos, ſuper 10.
omnibus Diſſenſionibus, *&c. ut ſupra de verbo ad verbum.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

Dupl.

De

Digitized by Google

Rom. 11. E. 3. m. 2. Potentia plerumque deviat in Rigorem, & Clementia Fatuitatem potiùs induit quàm Virtutem:

Ac proinde deſiderantes, tàm ad Regni noſtri, quàm Fidei Catholicæ Fulcimentum, in eodem Regno plures habere Peritos, & in Scripturis Sacris & Sapientum Traditionibus per ſtudium Eruditos,

Quoddam Collegium, Triginta Duorum Scolarium, aptorum ad proficiendum in Studio, in Univerſitate Cantebrigiæ (quæ in Orto Militantis Eccleſiæ multos protulit Palmites Fructuoſos) Ordinavimus & Fundavimus jam de Novo, quod per unum Cuſtodem providum diſpoſuimus gubernari; pro Quorum Suſtentatione Poſſeſſiones certas, unà cum Jure Patronatûs Eccleſiæ Sancti Petri Northamptoniæ Lincolnienſi Diœceſi Ipſis Dedimus intuitu Caritatis, & plures dare proponimus, Deo duce:

Quamobrem Apoſtolicæ Munificentiæ (quam in Pietatis Operibus, ſuper omnes Divitias, confidimus delectari) votivis affectibus ſupplicamus quatinus, attento clementer Fructu Multiplici, quem dictum Collegium eſt in Eccleſiâ Dei veriſimiliter producturum, dignetur veſtra Benignitas illud ex certâ ſcientiâ Confirmare, & ex uberiori Dono Gratiæ, in ſubventionem Congruæ Suſtentationis eorumdem, præfatam Eccleſiam dictis, Cuſtodi & Scolaribus, juxta formam Supplicationis noſtræ, hiis incercluſæ, concedere miſericorditer, in Uſus ſuos Proprios, perpetuò Poſſidendam.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 16 die Octobris.

Ad Cardinales, pro Collegio memorato.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Rom. 11. E. 3. m. 2.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino P. Dei gratiâ, Epiſcopo Peneſtrenſi, Amico ſuo Cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm tàm ad Regni noſtri, quàm Fidei Catholicæ Fulcimentum, deſiderantes in Univerſitate Cantebrigiæ Numerum adaugere Studentium, qui in Scripturis Sacris & Sapientum Traditionibus Eruditi fiant Pugiles Fidei, & ad conſilia Publica magis apti,

Quoddam Collegium Perpetuum, Triginta Duorum Scolarium, in Univerſitate prædictâ, Caritatis intuitu, fundaverimus jam de Novo, certis Poſſeſſionibus, unà cum Jure Patronatus, Eccleſiæ Sancti Petri Northamptoniæ, Lincolnienſi Diœceſi, in ſubventionem Suſtentationis eorumdem, Ipſis per nos miſericorditer aſſignatis,

Ac Domino Summo Pontifici per noſtras ſupplicaverimus Litteras ſpeciales, ut, ad uberiorem Suſtentationem eorumdem, Cuſtodi & Scolaribus dicti Collegii præfatam Eccleſiam dignetur concedere, in Uſus ſuos proprios, perpetuò Poſſidendam, juxta formam Supplicationis noſtræ, dictis Litteris noſtris incercluſæ,

Paternitatem veſtram Reverendam (quam ad promovenda Pietatis Opera credimus favorabiliter inclinatam) attentè rogamus, quatinus erga dictum Summum Pontificem, pro felici expeditione Supplicationis hujuſmodi, velitis, ſi placet, Partes veſtræ Sollicitudinis interponere cum effectu.

Dat. apud Weſtmonaſterium, 16 die Octobris.

dennet Occupatas.

Set præfatus Dominus Philippus, Nos diù protrahens ſub incerto, & Demùm, ob-auditis penitùs Oblationibus hujuſmodi, ut pateret voluntas ejus ad Odium, Occaſiones, ut in Nos inſurgeret, exquiſivit, ad Subſidium Rebellium noſtrorum de Scotia voluntariè Se convertens (Qui per Ipſius Inductionem & Juvamen nobis Guerram injurioſam moverunt) &, machinans, Nos omnino deprimere, Navigium, quod parari fecerat ſub colore Sancti Paſſagii tranſmarini, congregari fecit verſus Boream, cum Armatis & Piratis in multitudine comioſâ, qui nedum in Mari noſtros Subditos, nullius mali Conſcios, expugnârunt, deprædarunt & etiam trucidârunt, ſet in Regno & Ducatu noſtris Aquitaniæ pluries, & in locis variis, hoſtiliter applicantes, Strages & Incendia, Rapinas & alia Mala multipliciter perpetrârunt, non parcentes Ordini, Sexui, vel Ætati; ac Caſtra, Villas, & alia Jura noſtra, in Ducatu eodem, contra Juſtitiam occupârunt, & de ipſius Domini Philippi Mandato occupant in præſenti, Pejora publicè Comminantes.

Ita quòd Extrema Neceſſitas Nos ad Reſiſtentiam licitam impellebat; ſet ſic Inculpatum adhibuimus Moderamen, quòd noſtri Subditi, illatas eis Injurias ſolummodo quatenus poterant propulſantes, adhuc alicubi Regnum Franciæ hoſtiliter non intrarunt.

Si autem Merces Venales Mercatorum Regni noſtri, ad partes Tranſmarinas jam cum Armatâ Potentiâ tranſmittamus, ſicut Neceſſitas nos compellit, propter dicti Domini Philippi Inſidias & Injurias propulſandas; de Hoc, ſi placet, veſtra Clementia non turbetur, quia non ad Nocendum Cuiquam, ſet pro ſalvo Conductu dictarum Mercium id providimus faciendum; ex hoc nulli Injuriam irrogantes.

Velit igitur, petimus de vobis, veſtra Sanctitas Hæc ſentire, quòd ad quamcumque Rationabilem Viam Pacis, juxta Veſtri, & dictorum Dominorum Cardinalium, ſanum Conſilium Voluntarii ſemper erimus in omnibus & Parati.

De ſalute verò Animæ dicti Domini Lodowici (cùm Nobis Affinitatis genere ſit conjunctus) in Deo ſolliciti, Sibi per Perſonas Medias conſuluimus, Ipſum intimè requirentes, ut, ſuper attemptatis per Eum contra Romanam Eccleſiam & Sedem Apoſtolicam, gratiæ Sedis ejuſdem Se ſubmitteret humiliter & devotè, &, ut verè Catholicus, Sanctis veſtris pareret Injunctionibus & Mandatis; qui nobis fideliter repromiſit hæc humiliter & effectualiter Se facturum:

Et hoc, ob Honorem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque veſtrum, & ſpecialem * affectum quem gerimus ad eandem, & veſtram etiam Sanctitatem, bonâ & ſanâ Intentione fecimus, ut ſperamus; &, ſi præter Intentionem noſtram in hoc forſan erraverimus, ſalubri Correctioni veſtræ ſuper hoc volumus ſubjacere. * IV. 817.

Supplicamus igitur veſtræ Sanctitati Apoſtolicæ, toto Corde, quatinus, præmiſſis debitè ponderatis, velitis, optentu Juſtitiæ, contra Subtilitates & Malitias exquiſitas nobis Adverſantium, in oportunitatibus, ſi placet, Nos proſequi Gratiâ & Favore, & efficacibus Auxiliis prævenire; ſiniſtra de nobis ſuggerentibus Fidem penitùs, ſi libeat, denegantes, donec ſuggeſta percurrerit celebris Diſcuſſio Veritatis.

Ad informandum autem pleniùs Puritatis veſtræ Conſcientiam de præmiſſis, certos Nuncios, ſuper his ſufficienter inſtructos, ad veſtram providimus præſentiam, quàm citiùs commodè poterimus, deſtinare; præfatum etiam Magiſtrum Petrum (qui, propter Geſtum ſuum providum, Nobis ſe præbuit placidum & acceptum he-

Digitized by Google

An. 11. E. 3. Pat. 11. E. 3. p. 3. m. 20.

cularibus, & Regularibus, tàm Exemptis, quàm non Exemptis, Provinciæ Eborum, apud Eborum, in craſtino Sancti Martini, proximò futuro, conventuris, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Prælati & Clerus Diœceſis & Provinciæ Cantuarienſis, conſiderantes qualiter Rex Franciæ, machinans Nos & noſtros omnimodo deprimere, movet nobis Guerram fortiſſimam, tàm in Terrâ, quàm in Mari, nolens nec Paci, nec Pacis Tractatui conſentire,

Per quod, tàm ad reprimendum ipſius Regis, quàm Scotorum Inimicorum noſtrorum Malitiam, oportet Nos, pro Defenſione Eccleſiæ & Terrarum, noſtro Regimini Subjectarum, importabile ſubire Profluvium Expenſarum,

Propter evidentem Utilitatem & urgentem Neceſſitatem nobis, in Subventionem Expenſarum hujuſmodi, liberaliter conceſſerint, de Beneficiis ſuis Eccleſiaſticis, & Temporalibus eiſdem annexis, Decimam Triennalem,

* IV. 828. Ac vos, ad tractandum ſuper faciendâ * nobis ſubventione neceſſariâ in hâc parte, ſitis apud Eborum dicto craſtino conventuri,

Aſſignavimus, Dilectos & Fideles noſtros, Galfridum le Scrop, Johannem de Stonore, Willielmum de Shareſhull, Johannem de Shordich, Willielmum de Everdon, & Thomam de Brayton, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorum, ad tractandum vobiſcum ſuper præmiſſis tunc ibidem,

Et tàm ad Intentionem noſtram in hâc parte, quàm ad Cauſas Neceſſitatis hujuſmodi vobis pleniùs exponendum, necnon ad petendum à vobis Subſidium pro Defenſione publicâ oportunum:

Et ideò Dilectionem veſtram attentè rogamus quòd, ponderatis Periculis, quibus Nos, & Vos, ac cuncti nobis Subditi, ſubicimur in hâc parte, conſideratóque quòd veſtrum ſpecialiter vertitur Intereſſe, cum præfatis, Galfrido, Johanne, Willielmo, Johanne, Willielmo, & Thoma, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, ſuper præmiſſis diligenter pertractetis, & Subventionem congruam, quam tanta requirit Neceſſitas, nobis liberaliter concedatis; taliter vos habentes quòd veſtram, in tantæ Neceſſitatis Articulo, debeamus Devotionis promptitudinem meritò commendare,

Teſte Rege apud Thame, primo die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Civitate Baionæ, de Retributione facienda.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 7.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori, Juratis, Centum Paribus, & toti Communitati Civitatis ſuæ Baionæ, Salutem.

Penſantes Fidelitatis veſtræ Conſtantiam (quâ ſemper in Dilectione Domûs noſtræ Regiæ perſtitiſtis) & qualiter veſtri Concives & Marinarii, jàm de Novo, ſicut audivimus, cum Inimicis noſtris, inſidiantibus in Claſſe Magnâ noſtris Fidelibus ſupra Mare, magnanimiter ſunt congreſſi, gratioſam (laudetur Altiſſimus) de ipſis Victoriam reportantes, in vobis & Probitate veſtrâ ſtrenuâ meritò delectamur; gerentes in votis veſtram Gratitudinem gratè reſpicere, ſicut decet.

Unde licet

Arnaldus de Pynſele Navis, vocatæ Navis Dei de Baionâ,

Bernardus de Leſcar Navis, vocatæ la Seinte Marie de Bayon,

Johannes del Bays Navis, vocatæ la Seinte Marie,

fuit in Priſonâ, in Turri prædictâ, ut præmittitur, detinendus, ſicut fuimus pleniùs informati,

Habitâ conſideratione ad Expenſas, quas ipſum Nicholaum, pro Suſtentatione prædicti Comitis, dùm ſub Cuſtodiâ ſuâ detentus fuerit, facere oportet, conceſſerimus eidem Nicholao Viginti & Sex Solidos, & Octo Denarios, pro Expenſis ipſius Comitis, ſingulis Septimanis, à tempore quo in Cuſtodiâ ipſius Nicholai ſic fuit, quamdiu Ipſum in Turri prædictâ extunc in Perſonâ contigerit detineri.

Et Tibi præceperimus quòd præfato Nicholao Viginti & Sex Solidos, & Octo Denarios, ſingulis Septimanis, pro Expenſis præfati Comitis, a dicto ſecundo die Octobris, quamdiu ipſum in Priſonâ Turris prædictæ ſic detineri contigerit, de Exitibus Ballivæ tuæ (deductis Viginti Solidis, ſi quos Ei ſolviſſes virtute Mandati noſtri ſupradicti) ſolveres, ſicut per inſpectionem Rotulorum Cancellariæ noſtræ nobis conſtat,

Tibi præcipimus quòd præfato Nicholao Id, quòd Ei a retro eſt de dictis Viginti & Sex Solidis, & Octo Denariis, per Septimanam, pro ſuſtentatione præfati Comitis, a viceſimo quarto die Octobris, proximò præterito, & etiam eoſdem Viginti & ſex Solidos, & Octo Denarios, per Septimanam, extunc pro ſuſtentatione ejuſdem Comitis, quamdiu ipſum in Priſonâ Turris prædictæ ſub Cuſtodiâ præfati Nicholai ſic detineri contigerit, de dictis Exitibus ſolvas; recipiens a præfato Nicholao Litteras ſuas Patentes, Receptionem Pecuniæ, quam ei ſic ſolveris, teſtificantes: Et nos tibi indè, in Compoto tuo, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Querendon, decimo quarto die Novembris.

Per Concilium.

Pro Admirallo Flotæ de Navibus ordinandis.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 2. m. 12.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Waltero de Manny, Admirallo Flotæ ſuæ Navium, ab ore aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Quia ob aliqua Nova, quæ ad nos jam noviter pervenerunt, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd omnes Naves de Flotâ noſtrâ, ad partes tranſmarinas nuper miſſâ, quæ in comitivâ veſtrâ, de eiſdem partibus, ad Portum de Erewell, vel alia loca vicina redierunt, inſimul (ſicut munitæ Hominibus & aliis neceſſariis exiſtunt) ſub areſto detineri & cuſtodiri faciatis, ita quòd nullatenus ſeparentur, quouſque aliud indè duxerimus demandandum.

Volumus nichilominus, & vobis etiam mandamus, quòd,

Si expedire videritis ſupra Mare cum dictis Navibus proficiſci, ad gravandum Hoſtes noſtros, & alios, contra nos exiſtentes, & per Mare tranſeuntes, vel Subditis, aut Amicis noſtris, in Portubus, aut aliis locis, inſidiantes,

Tunc cum eiſdem Navibus ſupra Mare proficiſcamini, & dictos Hoſtes noſtros, ſive in Mari, ſive in Portubus, ubi eos invenire poteritis, viriliter aggrediamini, & viriliùs expugnetis, prout meliùs & efficaciùs fore videritis faciendum; ita ſemper quòd dictæ Naves, infra tres ſeptimanas, à tempore quo ſe verſus Mare moverint, ad dictum Portum, vel Portum de Sandwico, redeant omni modo.

Et nolumus quòd vos, aut aliqui in dictis Navibus exiſtentes, Mercatoribus Iſpanniæ aut Alemanniæ, vel aliarum Partium quæ ſunt de Amicitiâ noſtrâ, & qui ad Regnum noſtrum venire, vel

alias

Digitized by Google

Et Custus, quos circa Emptionem, Proviſionem, & Cariagia, Victualium prædictorum appoſueris, tibi in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, allocari faciemus:

Et hoc, ſicut Te indempnem ſervare volueris, & ſub incumbenti Periculo, non omittas.

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Eſſexiæ quòd, ſi tu Victualia, pro ſuſtentatione prædictâ, ad ſufficientiam in Ballivâ tuâ commodè non poteris providere, tunc, ad ſignificationem tuam, Ea, quæ ultra Providentias, per te factas, fuerint providenda, emi & provideri, & uſque ad dicta Loca cariari, & ibidem liberari faciat in formâ ſupradictâ.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt prædicto Vicecomiti Eſſexiæ, quòd, ſi prædictus Vicecomes Norffolciæ & Suffolciæ, Victualia pro ſuſtentatione prædictâ, ad ſufficientiam in Ballivâ ſuâ commodè non poterit providere, tunc idem Vicecomes Eſſexiæ, ad ſignificationem ejuſdem Vicecomitis Norffolciæ & Suffolciæ, Ea, quæ ultra Providentias, per ipſum factas, fuerunt providenda, in Ballivâ ipſius Vicecomitis Eſſexiæ, tàm infra Libertates, quàm extra, *&c. prout ſupra, mutatis mutandis.*

Pro Scolaribus Regis in Univerſitate Cantebrigiæ.

Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 2. m. 12.

REX Taxatoribus & Collectoribus Decimæ & Quintedecimæ, nobis in Concilio noſtro, apud Weſtmonaſterium ultimò tento, per Communitatem Regni noſtri, per Triennium, conceſſarum, in Comitatu Cantebrigiæ, Salutem.

Cùm Quadraginta Libræ,

Quas per Vicecomitem noſtrum Cantebrigiæ Magiſtro Thomæ Powys, Magiſtro Scolarium (quos de Eleemoſinâ noſtrâ in Univerſitate Cantebrigiæ ſuſtentamus) pro ipſius & eorumdem Scolarium ſuſtentatione, ſolvi mandavimus,

Eidem Thomæ nondùm, ob diverſas Solutiones, per Ipſum, de Exitibus Ballivæ ſuæ, de Mandato noſtro, factas, ſunt ſolutæ,

Nos, volentes præfatis, Magiſtro & Scolaribus, de ſummâ prædictâ celerem fieri Solutionem, vobis mandamus quòd eidem Magiſtro dictas Quadraginta Libras de Denariis, de primo Termino ſolutionis Decimæ & Quintedecimæ prædictarum, ſuper Expenſis, pro ſuſtentatione ſuâ & dictorum Scolarium faciendis, per Indenturam, indè inter vos & præfatum Magiſtrum modo * debito conficiendam, ſolvatis; & nos vobis indè in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habere faciemus.

* IV. 831.

Teſte Rege apud Querendon, viceſimo ſeptimo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Suſcepimus ipſum Johannem, & omnes prædictos Equites, ac eorum Servientes, Magiſtros, & Marinarios Navium, eos Ducentium, ac eaſdem Naves, veniendo infra Regnum, Terram, & partes prædicta, & aliundè infra Dominium noſtrum, tàm per Terram, quàm Mare, ibidem morando, & exindè redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis, *&c. prout in Literis de ſalvo Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Pentecoſtes proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Aldermanſton, tertio die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Poteſtate tractandi cum Johanne de Inſulis.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1337. An. 11. E. 3. Ibidem.

Sciatis quòd,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilecti & Fidelis noſtri, Willielmi de Monte Acuto, Comitis Sarum, intimè confidentes,

Ad tractandum, & concordandum, noſtro nomine, & pro nobis, cum, Nobili Viro, Johanne de Inſulis, ſuper Alligantiis & Fœderibus, inter nos & ipſum ineundis, & ſuper aliis omnibus ſingulis, quæ noſtrum & noſtrorum concernere poterunt Commodum & Honorem,

* Et Ea, quæ ſic tractata & concordata fuerint, quacumque firmitate Vallandum, * IV. 832.

Ac omnia alia & ſingula faciendum, quæ in Præmiſſis & circa ea oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Eidem Comiti, tenore præſentium, plenam Committimus & Concedimus Poteſtatem;

Promittentes pro nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros, & effectualiter Impleturos, Quicquid per præfatum Comitem Tractatum, Concordatum, Vallatum, & Actum, fuerit in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum:

Et literas dicti Comitis, in hac parte factas, & Contenta in eiſdem, acceptabimus, & ea faciemus per noſtras Patentes Literas, ſecuriori modo, quo fieri poterit, confirmari.

In cujus, &c.

Dat. apud Redyng, quarto die Decembris.

Per ipſum Regem.

Super adventu Cardinalium, & Arduis Negotiis, de Parliamento Convocando.

Ann D. 1337. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 2. m. 11. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Johanni, eadem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Quia,

Tàm ſuper Urgentiſſimis Cauſis, Nos & Statum Regni noſtri, & aliarum Terrarum noſtrarum, & Jura Coronæ noſtræ tangentibus.

Digitized by Google

piùs retardata,

Procuratores, ſeu Excuſationem aliquam pro vobis (Legitimo ceſſante Impedimento) admittere Nolumus iſtâ Vice.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Decembris.

---

* IV. 833.

* *De Invaſione Franciæ, propter Sedis Apoſtolicæ Reverentiam procraſtinata.*

Ann. D. 1337. *An.* 11. *E.* 3. *Clauſ.* 11. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 6.

VEnerabili in Chriſto Patri Domino P. Dei gratiâ, Tituli Sanctæ Præxedis Presbitero Cardinali, & Sedis Apoſtolicæ Nuncio, Amico ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & Sinceræ dilectionis affectum.

Intellectis Sacris Literis Apoſtolicis, pro Pace, cum Conſanguineo noſtro Franciæ, per veſtri Mediationem providam, ineundâ, nobis miſſis, & auditis quæ ſuper hoc circumſpecta veſtra Maturitas propoſuit ſapientiſſimè coram nobis, zelum perfectum Domini Summi Pontificis, de Filiorum quiete ſolicitum, & votivum veſtræ cooperationis affectum, intimè contemplamur; deſiderantes, ut peculiaris Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Filius, quantum commodè poterimus, piis Apoſtolicis & veſtris providis inniti Conſiliis & votis condeſcendere læto corde.

Set ſcire velit veſtra prudentia quòd juxta morem laudabilem Regni noſtri, negotia tàm ardua non aggredimur, Prælatis, & Proceribus, ac Sapientibus (quorum Regimini, permittente Domino, præſidemus) nec non Amicis noſtris (quorum intereſt) inconſultis.

Propter quod Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium, in Craſtino Purificationis beatæ Mariæ Virginis, proximò futuro, mandavimus, convocari; & interim Amicos & Confœderatos noſtros pleniùs conſulemus: ac tunc, per eorum & Subditorum noſtrorum Conſilium providum & digeſtum, ſic, duce Domino, reſpondere, & ſuper petitis facere, curabimus, quòd debebitis rationabiliter contentari.

Conceſſimus etiam, ob Reverentiam dictæ Sedis atque veſtram, quòd, citra primum diem menſis Martii, proximò futurum, nec poſt (donec contrarium demandetur ex parte noſtrâ, vel per noſtros) nulla fiat Invaſio, nec præfato Conſanguineo noſtro, neque Suis, nec Locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, per Nos, vel noſtros Subditos, Malum aliquod inferatur:

Et, ſuper hoc, mandavimus Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, & Cuſtodi noſtro Quinque Portuum, ac Ballivis & Hominibus aliorum locorum, in quibus habetur copia Navium, ut, poſt Quindecim dies, a viceſimo ſecundo die hujuſmodi menſis Decembris numerandos, citra dictum primum diem Martii, nec poſt (donec contrarium demandetur) non faciant, nec permittant fieri, in Terrâ, vel in Mari, dicto noſtro Conſanguineo, ſive Suis, nec Locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, in Perſonis, vel in Rebus, Dampnum, Injuriam, vel Gravamen; & quòd, ex parte noſtrâ, omnibus Subditis noſtris faciant publicè prohiberi, ne quis eorum, ſub Pœna omnium quæ nobis foriſfacere poterit, quicquam contra dictam Conceſſionem noſtram faciat aliqualiter vel attemptet; Et hæc circumſpectioni veſtræ innoteſcimus per præſentes.

Data apud Guldeford, viceſimo quarto die Decembris.

Et erat Patens.

Eodem modo ſcribitur Domino B. Dei gratiâ, Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacono Cardinali.

ſtrictuum ſuorum loca, ex causâ prædictâ, declinare contigerit, occurrant, & ei in Bajulatione hujuſmodi aſſiſtant, quotiens per Ipſum ſuper hoc fuerint requiſiti.

Teſte Rege apud Bukeden, ſecundo die Januarii.

Per Concilium.

Super Bajulatione prætacta, ad Vicecomites in Hybernia Mandatum Regis.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, in Hibernia, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. *An.* 11. *E.* 3. *Pat.* 11. *E.* 3. *p.* 3. *m.* 7.

Sciatis quòd, cùm per Breve noſtrum, ſub Sigillo, quo Utimur in dicta Terra Hiberniæ, Mandaverimus, Venerabili Patri —— Archiepiſcopo de Armagh, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Ac jam intellexerimus quòd quidam Ipſum Archiepiſcopum de Armagh, qui ad dictum Parliamentum, juxta Mandatum noſtrum prædictum, accedere eſt paratus, ſuper Bajulatione Crucis ſuæ, in dictis Diœceſe ſive Provinciâ, verſus Parliamentum illud, proponunt impedire, per quod idem Archiepiſcopus de Armagh ab eodem Parliamento retrahere ſe intendit, niſi ſuper hoc aliud per Nos ordinetur,

Nos,

Nolentes prædicta Negotia noſtra aliqualiter retardari, ſet Volentes ea, prout expedit, maturari,

Vobis diſtrictè prohibemus ne eidem Archiepiſcopo de Armagh, ſeu Hominibus de Familia ſua, in veniendo ad Parliamentum prædictum, per Diœceſim ſeu Provinciam antedictas, unà cum Cruce ipſius Archiepiſcopi ante Se Erectâ, ibidem morando, ſeu exinde ad Propria redeundo, Dampnum, Moleſtiam, ſeu Impedimentum aliquod inferatis, aut ab aliis inferri aliqualiter procuretis; ſet Eis potius, cùm ipſos per Diſtrictuum Veſtrorum Loca tranſitum facere contigerit, Occurratis, Sibique, in Bajulatione Crucis prædictæ, Salvum & Securum Conductum, ſuis Sumptibus, habere faciatis quotiens & quando, per ipſos, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis requiſiti.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Bukeden, tertio die Januarii.

Per ipſum Regem.

Pro Edwardo Rege Scotiæ.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Liberate, de Theſauro noſtro, Dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Edwardo Regi Scotiæ, vel Radulpho de Malton, Clerico ipſius Regis, Viginti Libras, quas præfato Regi conceſſimus de Dono noſtro. Ann. D. 1338. *An.* 11. *E.* 3. *Liberat.* 11. *E.* 3. *m.* 2.

Teſte Rege apud Turrim London. tertio die Januarii.

Per ipſum Regem & Billam Theſaurariæ.

* Pro

Digitized by Google

E. 3. p. 3. m. 5. miſſus, mittat quoſdam Familiares & Servientes ſuos, ad Partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ, pro Centum & Quinquaginta Doliis Vini, in Duabus Navibus Regni noſtri, pro Expenſis ipſius Cardinalis, ibidem quærendis, & exinde uſque Regnum noſtrum ducendis,

Nos,

Contemplatione ipſius Cardinalis, Volentes Securitati dictorum Familiarium & Servientium ſuorum providere,

Suſcepimus Eoſdem Familiares & Servientes, & Naves prædictas, ac Magiſtros & Marinarios earumdem, eundo verſus dictas partes Vaſconiæ, ibidem morando, & exindè cum Vinis prædictis in Regnum noſtrum redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, nec non in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum; Ita tamen quod dictæ Duæ Naves cum Flotâ noſtrâ Navium, ad eaſdem partes Vaſconiæ, pro Vinis & aliis Mercimoniis ibidem quærendis, & ad Regnum noſtrum ducendis, profecturâ, proficiſcantur:

Et ideò Vobis Mandamus, *&c. prout in Literis de Protectione.*

In cujus, &c. uſque ad feſtum paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Turrim London. quarto die Januarii.

Per ipſum Regem.

Super Querela Regis Iſpanniæ.

Ann. D. 1338. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 2. m. 2. * IV. 836.

REX, Dilecto ſibi, Rogero Norman de Southamptoniâ Salutem.

Querela Johannis Gomyz. per Regem Iſpanniæ ad Nos miſſi, nobis expoſita continebat quòd,

Cùm verſus nos ſe, cum dicti Domini ſui Litteris, divertiſſet,

Jacobus Dote, Magiſter Navis Collardi Mundenard de Suthamptoniâ, * vocatæ la Margerie, Richardus Cortenhale, & Robertus le Chaumberleyn, ac alii, in dictâ Navi exiſtentes, obviantes dicto Johanni, in loco vocato la Trade Sancti Mathæi, injuſtè ceperunt ab eo Centum & Quadraginta Quintals Ferri, & Res alias ad valentiam Quadraginta Librarum Sterlingorum, ſibi pro Expenſis ſuis liberatas,

Quæ quidem Bona, unà cum aliis Bonis Mercatorum, ſic per ipſos capta, diſcarcata, repoſita fuerunt in domibus veſtris, & dicti Collardi, ac locis aliis apud Suthamptoniam,

Et quod dictus Jacobus cepit ab eodem Johanne Duas Litteras dicti Regis Iſpanniæ, per Ipſum nobis miſſas, quas hactenus ſibi reſtituere non curavit,

Super quibus idem Johannes petiit ſibi per nos de Remedio celeri provideri,

Nos,

Conſiderantes Captionem & Detentionem bonorum dicti Nuncii, & litterarum hujuſmodi, nedum in Juris injuriam, ſet in noſtri Contumeliam & Dedecus perperàm attemptatas, & proindè volentes apponere feſtinum Remedium in hac parte,

Vobis mandamus, ſub omni eo quod nobis foriſfacere poteritis injungentes, quòd Omnia Bona, à prædicto Johanne capta, & in Domibus veſtris vel Cuſtodiâ, ut præmittitur, exiſtentia, eidem Johanni ſine dilatione liberari & reſtitui faciatis, de quibus in Ducatu prædicto exortæ, jam de novo Emolumentum & Proficuum, Terrarum, Tenementorum, & Redditiuum, quæ ſunt tàm de Hæreditate Uxoris ſuæ, quàm ſuâ, nec non Exitus Pedagiorum ſuorum in diverſis locis, quæ ad valorem non modicum ſe extendunt, per magnum tempus totaliter amiſerit, & tàm in Retentione Hominum ad Arma & Peditum, quàm pro Caſtrorum ſuorum munitione, & Inimicorum noſtrorum repulſione, magnos Sumptus appoſuerit, E. 3. m. 5.

Velimus ei de Bonis dictorum Inimicorum noſtrorum, nobis in Ducatu prædicto confiſcatis, in locis competentibus, & Terris, ſeu locis, dicti * Vicecomitis magis propinquis, Recompenſationem & Emendam jubere fieri competentes, * IV. 837.

Nos,

Prætextu grati Obſequii ipſius Vicecomitis, nobis hactenus impenſi, & in poſterum impendendi, volentes ſuper præmiſſis per vos pleniùs informari, & eundem Vicecomitem, ut ipſe in Obſequio noſtro decentiùs ſe valeat continere, de aliquâ Pecuniæ ſummâ competenti, in partem Recompenſationis hujuſmodi, interim reſpicere gratiosè, &, habitâ informatione illâ, ulterius fieri quod decebit,

Vobis mandamus quòd, habitâ cum illis de Concilio noſtro partium illarum, ſuper præmiſſis, & ea contingentibus, informatione pleniori, de eo, quod per informationem hujuſmodi conveniri contigerit, Nos ſub Sigillo noſtro Ducatûs prædicti reddatis, diſtinctè & apertè, ſine dilatione certiores; hoc Breve nobis remittentes.

Et vos (præfate Conſtabularie) eidem Vicecomiti aliquam Pecuniæ ſummam, Statui ſuo competentem, in partem Recompenſationis hujuſmodi, interim ſolvi & habere faciatis; recipientes ab eo Litteras ſuas Aquietantiæ, Receptionem illius Pecuniæ Summæ, quam ei in hâc parte ſolveritis, teſtificantes; per quas vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, quarto die Januarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Retinentia & Alligantiis.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. An. 11. E. 3. Vaſc. 11. E. 3. m. 6.

Sciatis quòd Nos,

De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Dilecti & Fidelis noſtri, Oliveri de Ingham, Seneſcalli noſtri Vaſconiæ, intimè confidentes,

Ad tractandum cum, Nobili viro, Johanne Eximini de Urrea, ſeu cum, Familiari ſuo, Ferrando Petri de Pina, Milite, nomine dicti Nobilis, ſuper Alligantiis, inter Nos & Ipſum ineundis,

Ipſumque nobiſcum, contra omnes Homines, retinendum,

Et firmandum, de Feodis, Vadiis, & Stipendiis, ac Remunerationibus, eidem Nobili & ſuis conſtituendis, & faciendis conveniend.

Et ea, quæ ſic tractata, concordata, conventa, & acta, fuerint in præmiſſis, prout ad nos attinet, quacumque Firmitate vallandum,

Et Ea, quæ nobis, juxta Conventionem hujuſmodi, fieri debeant, petendum, ſtipulandum, & recipiendum,

Ac omni alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis & circa

ea

Digitized by Google

nendum, ea de cauſa mandavimus ſummoneri, ut tunc ipſorum Confœderatorum noſtrorum (ad quos quoſdam Nuncios noſtros jam tranſmiſimus) ac etiam Magnatum & Communitatis Regni noſtri Aviſamentum, Conſilium, & Aſſenſum, habere poſſimus, quid agendum eſt ſuper Requiſitionibus antedictis,

Ipſiſque Cardinalibus promiſimus, ob Reverentiam ipſius Domini Summi Pontificis, & eorum Cardinalium iteratam Requiſitionem, quòd per nos, ſeu Subditos noſtros, dicto Conſanguineo noſtro Franciæ, nec Gentibus ſuis, in Perſonis, vel Bonis ſuis, per Terram, nec per Mare, poſt Quintumdecimum diem, a viceſimo ſecundo die Menſis Decembris, proximò præterito, uſque ad dictum craſtinum Purificationis, nulla fierent Invaſio, Moleſtia, vel Gravamen,

Per quod vobis nuper, ſub Privato Sigillo noſtro, dedimus in Mandatis quòd, infra Ballivam veſtram, faceretis ex parte noſtrâ publicè proclamari, ne Qui de Subditis noſtris, ſub forisfacturâ omnium quæ nobis forisfacere poſſent, præfato Conſanguineo noſtro, ſeu Gentibus ſuis, per Terram, ſeu per Mare (niſi ad ipſorum Subditorum noſtrorum Defenſionem) Dampnum inferrent aliquod vel Gravamen, prout in dicto Mandato noſtro pleniùs continetur.

Jamque, ad Reverentiam hujuſmodi, ac ad eorumdem Cardinalium multiplicatam Interceſſionem, dictam Ceſſationem uſque ad primum diem Martii, proximò futurum (ut dicti Cardinales interim, ſuper aliquibus, dictum Negotium contingentibus, poſſent meliùs informari) duximus prorogandum,

Et ideò vobis mandamus quòd in dictâ Ballivâ veſtrâ, ubi expedire videritis, iteratò ex parte noſtrâ faciatis publicè proclamari, ne Qui, de Subditis noſtris, præfato Conſanguineo noſtro, vel ipſius Gentibus, per Terram, vel per Mare, uſque ad prædictum primum diem Martii, nec poſt, donec contrarium demandetur, Dampnum, Gravamen, ſeu Moleſtiam, inferant, ſeu inferri præſumant; niſi dictus Conſanguineus noſter, ſeu Gentes ſuæ, Gentes & Subditos noſtros invadant, vel invadere præſumant, quoquomodo.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, quinta die Januarii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, mutatis mutandis, ſub eadem datâ; videlicet,

Ballivis Villæ Magnæ Jernemuthæ.
Ballivis Villæ de Sancto Botulpho.

Grates refert Reymundo Cornelii, Domino de Arbertha, quod, ad Innocentiam Regis propugnandum, Duellum ſe aſſumere paratum obtuliſſet.

Ann. D. REX, Nobili & Potenti viro, Reimundo Cornelii, Domino
1338. de Arbertha & Caſtri Aſinorum, Amico ſuo cariſſimo, Salu-
An. 11. tem, & ſinceræ dilectionis affectum.
E. 3. Intelleximus ad plenum Litteras, quas probata veſtra Fidelitas,
Vaſc. 11. de Honore noſtro ſolicita, nobis miſit; de quibus Grates ſpeciales
E. 3. *m.* jam verbaliter vobis referimus, realiter in proximo, duce Domi-
4. no, relaturi; quia re verâ nobis non mediocriter eſt acceptum, quod ſic optuliſtis vos paratos Duellum aſſumere ad Innocentiam noſtram, ſuper Iniquitate, nobis falſiſſimè, novit Deus, impoſitâ, defendendum,

Et, utinam! Cunctis liqueret Cauſæ noſtræ Juſtitia, & intolerabilis Injuria, nobis per Conſanguineum noſtrum Franciæ intentata pariter & illata,

Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Salutem, & fœlicem *Clauſ.* 11.
regnandi gloriam, cum ſalute. *E.* 3. *p.* 2.
Deſiderantes pridem fœlicem completionem Eorum, quæ inter *m.* 9. *d.*
vos & nos, intervenientibus Nunciis, ſunt tractata,

Quia veſtra ſublimitas priùs nobis ſcripſerat, quòd, pro complendis ſic Tractatis, vos veſtros Nuncios mitteretis,

Vobis literatoriè ſignificavimus nos Adventum dictorum Nunciorum avidè præſtolari:

Super quo nobis veſtra Magnificentia jam reſcripſit, quòd propter Guerras, quæ ſunt in Regnis veſtris, & aliis partibus Regum Vicinorum, hiis temporibus, ſuſcitatæ (circa quas eſtis multipliciter occupati) ſupradicto Negotio, ſicut voluiſtis, intendere nequiviſtis;

Set, ſuccedente tranquilitate (quæ ſperatur infra breve, Duce Domino, provenire) ſuper ipſo negotio facere proponitis id quod decet.

Equidem in veſtris Guerris & oportunitatibus, ſi Facultas annueret, libenter vobis Succurſum & Solatium faceremus, quia Turbationem veſtram gravem ferimus, velut noſtram; ſet gaudemus quòd de Tranquilitate in Regnis veſtris offertur (laudetur Altiſſimus) ſpes propinqua.

Quantum autem ad complenda quæ, ut præmittitur, ſunt tractata, quatenùs ad Nos attinet, votivi ſemper extimus & parati, & de vobis ſimiliter id ſperamus.

Quamobrem veſtram Regalem Excellentiam ex corde rogamus, quatenùs cùm Opportunitas arriſerit, ordinare, velitis de completione placidâ præmiſſorum, & Nos in dilectione ſolitâ confovere, ut, ad mutua Subſidia, inter veſtram & noſtram Domos Regias, creſcat ſemper, ſicut cupimus, Amoris ſinceriſſimi pulcritudo.

Data apud Turrim London. octavo die Januarii.

Ad Regem ſupradictum ſuper Licentia Mercatorum.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Ann. D.
&c. 1338.
Ex firmâ fiduciâ, quam de Dilectione veſtrâ ſolida reportamus, *An.* 11.
nuper Excellentiam veſtram Regiam meminimus nos rogaſſe, ut *E.* 3.
placeret vobis veſtris Subditis inhibere, ne, in ſuccurſum & ſola- *Ibid.*
tium Inimicorum * noſtrorum de Flandriâ, ad partes Flandriæ ſe * VI.
transferrent. 839.

Super quo Remiſſivas veſtras recepimus, inter alia, continentes quòd, cùm Reges, ſeu Provinciæ, inter ſe Guerram optinent, Mercatores Alienigenæ, illuc cum Mercimoniis declinantes, non debent Dampnum aliquod ſuſtinere, ſet ad mercandizandum ſunt liberè permittendi.

Propter quod, inter alia, nos rogâſtis ut ſic facere curaremus, quòd Subditi veſtri, cum Mercimoniis ſuis in Flandriâ navigantes, à noſtris Subditis non vexentur, nec Dampnum aliquod patiantur.

Ad Quæ veraciter reſpondemus, quòd Intentionis noſtræ nuſquam extitit, nec exiſtit, Aliquod Injuſtum, vel Juri contrarium, à vobis petere (licet Literæ veſtræ videantur forſitan hoc inferre) quia non quæſivimus Dampnum Subditorum veſtrorum, ſet tantum nè, contra Nos, noſtris Æmulis ſubvenirent.

Undè ducant, quo voluerint, Merces ſuas, (vivente Mercatoro, prout decet) & pro certo, de voluntate noſtrâ, non inferetur eis per noſtros, Malum aliquod vel Gravamen; immo ipſos volumus, inter cæteros noſtro Benivolos, per noſtros Subditos ubicumque favorabiliter pertractari.

Set, quia, hiis Turbationis temporibus, poſſunt Malefactores de difficili cohiberi, non eſt valdè Tutum, pro Subditis veſtris, ut

E. 3. Pat. 11. E. 3. m. 4. Gratam Benivolentiam, quam ad nos & noſtros didicimus vos habere, plurimis proſequimur Actionibus Gratiarum; Gerentes in votis veſtram Gratitudinem gratè reſpicere, ſicut decet.

* IV. 841. Undè, cùm, inter præfatum Dominum veſtrum Regem & Nos, quædam ardua, ſicut ſcitis, intervenientibus Nunciis, ſint tractata, velitis, petimus, * ad felicem & celerem Completionem eorundem, penes dictum Dominum Regem, Partes veſtras interponere cum efficaciâ Promotivas; Reſcribentes nobis cum fiducia, ſi quæ volueritis nos facturos.

Dat. apud Turrim London. octavo die Januarii.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, ſub eadem datâ; videlicet,

Gundiſalvo Martin. Magiſtro d'Alcantare,
Ferrando Sanches de Valletbery,
Garciæ Laſo de la Vena,
Decano de Tolleto,
Gundiſalvo Rotheriges.

Ad Regem Siciliæ, de credentia.

Ann. D. 1338. An. 11. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 2. m. 4. d.

MAgnifico Principi, Domino R. Dei gratiâ, Jeruſalem & Siciliæ Regi, Duci Capuæ, Principi Apuliæ, Provinciæ, Folcalcarii, & Pedimontis Comiti, Conſanguineo ſuo Cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ, &c. Salutem, & felices ad vota Succeſſus.

Dilectum & Fidelem noſtrum Arnaldum de Duro Forti Militem, ad quem, propter expertam in eo Strenuitatem & Conſtantiam, quâdam Prærogativâ afficimur Benivolentiæ ſpecialis, Excellentiæ Regiæ votivo recommendamus Affectu,

Intimè vos rogantes quatenus eidem,

Cui ſuper quibuſdam, cordi nobis inſidentibus, & Sublimitati veſtræ per Eum ex parte noſtrâ oretenus exprimendis, aperuimus plenius Mentem noſtram,

Super ſic Dicendis velit veſtra Regalis Excellentia dare Fidem.

Data apud Turrim London. octavo die Januarii.

Eodem modo ſcribitur Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, &c. Regi, Cariſſimo Conſanguineo ſuo.

Dat. ut ſupra.

Ad Reginam Siciliæ.

Ann. D. 1338. An. 11. E. 3. Ibid.

SErenisſimæ Dominæ, Dominæ, Dei gratiâ, Jeruſalem & Siciliæ Reginæ Illuſtriſſimæ, Edwardus, ejuſdem gratiâ, &c. Salutem, & votivis ſemper Succeſſibus gratulari.

Dilectum & fidelem noſtrum Nobilem virum, Arnaldum de Duro Forti Militem, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

Nicholao Spinula de Luculo & Frederico Spinula de Luculo conjunctim.
Caſano Auriæ & Carleto Auriæ conjunctim,
Edwardo Auriæ & Hugolino Auriæ conjunctim,
Henrico Squazafito & Precinalo Ricio & Lucano Spinula conjunctim.

Ad Communitatem de Genoa, ſuper Galeis Hoſtibus non commodandis, & de Credentia.

REX, Viris Providis & Diſcretis, Poteſtati, Capitaneis, Abbati Populi, Ancianis, ac Communitati Civitatis de Janua, Amicis ſuis Cariſſimis, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum. Ann. D. 1338. An. 11. E. 3. Ibidem.

Recolentes Amicitias ſolidas, quibus Domus noſtra Regia & Communitas Civitatis veſtræ ſe, Priſcis Temporibus, mutuò prævenerunt, Quas etiam nobis pronis Affectibus oſtendiſtis, de Ipſis, ac Oblatione veſtrâ gratuitâ, nobis factâ, Grates vobis referimus, ut poſſumus, ſpeciales; gerentes in votis vobis reddere vices Gratas.

Et ſpecialiter vos rogantes quatinus continuare velitis Benivolentiam quam cœpiſtis; Credentes, dilecto & Fideli noſtro, Nicholao Uſus Maris, Conſtabulario noſtro Burdegaliæ, quem ad vos ſuper Intentione noſtrâ mittimus informatum in hiis, quæ ex parte noſtrâ vobis retulerit vivâ voce.

Verùm, cùm aliqui Concives veſtri, ad Requeſtam quorundam, nobis Adverſantium, Armaverint, ut dicitur, certum numerum Galearum, profecturarum in noſtri diſpendium & noſtrorum, velitis, ſi placet, dictarum Galearum Tranſitum impedire; Taliter, juxta noſtram confidentiam, vos habentes, quòd vos Amicos noſtros fore realiter oſtendatis, &, per Dei gratiam, ſic vos remunerare curabimus, quòd debebitis meritò contentari.

Dat. apud Turrim London. octavo die Januarii.

Super antiqua Amicitia cum Civitate Genuenſi.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1338.
Cùm nuper, An. 11.
Ad fomentum Amicitiæ ſolidæ, inter nos & Communitatem Civitatis Januenſis fœliciter dilatandæ, E. 3. Ibid.

Gratioſè (cùm mero jure non tenebamur) conceſſerimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Yvano Luciani, & Sociis ſuis Civibus dictæ Civitatis,

In Recompenſationem & Satisfactionem Dampnorum, quæ ſuſtinuerant ex Deprædatione cujuſdam Navis groſſæ, ſeu Cochæ, apud Dunas de Sandewico, per Hugonem le Deſpenſer, tempore, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, ut prætenditur, deprædatæ,

Octo Milia Marcarum Sterlingorum allocandarum eiſdem Yvano & Sociis ſuis, & eorum Hæredibus, in Cuſtumis, nobis debitis de quibuſcumque Mercibus & Mercimoniis, per Homines Januenſes infra dictum Regnum noſtrum Adductis, vel ab eo Eductis, prout in Litteris noſtris Patentibus, inde confectis, plenius continetur,

Nos, ad oſtendendum pleniùs excreſcentem penes dictam Commu-

Digitized by Google

& Fidelibus noſtris, Fratre veſtro —— Vicecomite Tartaſii, & Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, ſuper firmandis inter Nos & Vos Alligantiis, effectualiter tractare velitis; quibus (ad hoc quatenus attinet) plenè commiſimus Vices noſtras.

Et Quicquid Ipſi, vel eorum alter in hac parte vobis fecerit, vel promiſerit, faciemus & complebimus cum Adjectionis exuberantia, prout Regiam decebit Munificentiam, & veſtra Strenuitas id expoſcet.

Dat. apud Turrim London. octavo die Januarii.

Pro Arnaldo de Duro forti de Credentia.

Ann. D. 1338. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem.

An. 11. E. 3. Quædam, cordi nobis inſidentia, ac Nos & Honorem noſtrum concernentia, injunximus, Dilecto & Fideli noſtro, Arnaldo de

Vaſc. 11. E. 3. m. 1. Duro Forti, Militi, vobis per eum ex parte noſtrâ ore tenus exprimenda,

Cujus verbis, velut noſtris, in ſic Dicendis, indubiam vos volutem.

E. 3.

Cùm, Venerabilis Pater, B. tituli Sanctæ Praxedis, Presbiter, Clauſ. 11.

& B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconus, Sanctæ Romanæ Ec- E. 3. p. 2.

cleſiæ Cardinales, ad Nos in Angliam per Dominum Summum m. 4.

Pontificem tranſmiſſi, mittant indies Servientes ſuos,

Quoſdam, videlicet, ad Curiam Romanam,

Et quoſdam alios ad partes Franciæ,

Cæteroſque ad Ducatum noſtrum Aquitaniæ,

Et alias partes Exteras,

Pro Expeditione, tàm Propriorum Negotiorum ſuorum, quàm Aliorum, de quibus onerati exiſtunt,

Vobis mandamus quòd dictos Familiares, ſive Nuncios, ipſorum Cardinalium, & eorum cujuſlibet, quotiens ipſos Familiares, ſeu Nuncios, cum litteris eorundem Cardinalium, aut ipſorum alterius, ad dictum Portum, verſus partes prædictas, pro Negotiis hujuſmodi transfretaturos, contigerit declinare, in Portu prædicto verſus partes, ad quas declinandi exiſtunt, abſque impedimento, tranſire permittatis; & Ipſis, cum opus fuerit, celere Paſſagium habere, ſuis Sumptibus, faciatis; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Hertford. decimo die Januarii.

Per ipſum Regem

FINIS TOMI QUARTI EDITIONIS LONDINENSIS.

FOEDE.

Digitized by Google

ACTA PUBLICA.

TOMI II. PARS IV.

Digitized by Google

Digitized by Google

affectu, ac eorum Supplicationi in hac parte eò favorabiliùs annuentes, quo partes prædictæ per Guerram modernis temporibus deſtruuntur, vobis mandamus quòd eiſdem, Gardiano & Fratribus, viginti Solidos, monetæ prædictæ, ſemel in quâlibet Septimanâ pro hujuſmodi Elemoſinâ, de Exitibus Ducatûs prædicti liberari & habere faciatis, quouſque aliud a nobis indè habueritis in mandatis;

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam allocationem habere faciemus.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ad Papam, ſuper Matrimonio, inter Edwardum de Leteham, Scotum, & Johannam Clifford, Anglicam, plurimum hiſce temporibus opportuno.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Rom. 12. E. 3. m. 2.

PApæ Rex, &c.

Illa votivè proſequimur, & libenti Studio promovemus, per quæ poſſit inter noſtros Subditos pacis firmari ſinceritas & amoris.

Sanè, cùm dilecti nobis, Edwardus de Leteham, Scotus, & Johanna de Clifford, Anglica, ſe in Tertio & Quarto Gradu Conſanguinitatis ad invicem attinentes, Matrimonium de facto clandeſtinè contraxerint, Amoris Incentivo devicti, & ſic, ut Conjuges, mutuò ſe pertractent,

Et, cùm ſint hinc indè multis & potentibus utriuſque Nationis ſtipati Parentibus & Amicis, ſperatur quod, ſi Diſpenſativè poſſet inter eos Matrimonium ſubſiſtere, foret inter dictos Parentes firmior conglutinatio caritatis, quod eſſet in illis partibus, præſertim hiis * Turbationis Temporibus, plurimum oportunum; (* V. 2.)

Quamobrem veſtræ Clementiæ, quæ qualitates Perſonarum & Temporum rectè novit diſcutere, votivis affectibus ſupplicamus, quatinus, præmiſſis clementer attentis, cum præfatis, Edwardo & Johannâ, ut, dictâ Conſanguinitate non obſtante, licitè poſſint & liberè matrimonialiter remanere Conjuncti, & ut Proles (ſi quam inter eos, conſtante dicto Matrimonio procreari contigerit) legitima cenſeatur, dignemini miſericorditer diſpenſare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſeptimo die Februarii.

De Prorogatione Treugæ, Proceribus Regni, & Confœderatis conſultis, Regi Franciæ iterum conceſſa.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 35.

REX Univerſis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Univerſitati veſtræ volumus notum quod,

Cùm inter Nos & Conſanguineum noſtrum Franciæ dira guerrarum commotio ſit exorta,

Et propter hoc & alia Negotia ardua, Sanctiſſimus Pater & Dominus, Dominus Benedictus, divinâ providentiâ, Papa Duodecimus, reverendos in Chriſto Patres, Dominos, P. tituli Sanctæ Praxedis, Presbiterum, & B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconos Cardinales, ad Nos ad tractandum de Pace deſtinavit,

Volenteſque ipſorum Dominorum Cardinalium deſideriis, quatenus potuimus, condeſcendere in præmiſſis,

Quandam Ceſſationem, primo uſque dictum craſtinum Purificationis, & poſtmodum uſque ad primum diem Martii, tunc proximò futurum, ſub certâ formâ duxerimus concedendam,

Ita, videlicet, quòd, citra eundem primum diem Martii, nec poſt, donec contrarium demandaretur, ex parte noſtrâ, vel per noſtros Subditos, nulla fieret Invaſio, nec præfato Conſanguineo noſtro, neque ſuis, nec locis, nec Terris, nec gentibus Regni Franciæ, malum aliquod inferretur,

Tandem Nos,

Habitâ, in dicto Parliamento, cum Prælatis, & Proceribus, ac Communitatibus Regni noſtri prædictis, necnon cum Nunciis, ad Nos de dictis Confœderatis noſtris accedentibus, ſuper hiis Deliberatione pleniori,

Licet, conſideratis qualitate temporis jam currentis & facti circumſtantiis, Nobis & Ipſis viſum fuerit periculoſum fore multipliciter & dampnoſum aliquam Ceſſationem ſeu Dilationem ulteriùs concedere,

Tamen, ut cunctis pateat affectus benivolus, quem habemus ad omnem rationabilem viam Pacis, & ad dicti Domini Summi Pontificis & Sedis Apoſtolicæ reverentiam, & ob Dilectionem ſinceram quam ad perſonam ſuam optinemus, ac continuatam inſtantiam prædictorum Dominorum Cardinalium,

Ad tractandum de Treugis, & rationabili viâ Pacis, optulimus nos paratos,

Et inſuper Conceſſimus, & Concedimus, quod, citra diem Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum, nulla fiet Invaſio, nec dampnum, aut injuria, vel gravamen, in Perſonis vel Rebus, præfato Conſanguineo noſtro, neque ſuis Subditis, nec Locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, per Terram vel per Mare, a Nobis vel Subditis noſtris, nec ab aliis, nomine noſtro ſeu mandato, malum aliquod inferetur,

Ac etiam, pro Nobis, & Gentibus noſtris, præfatum Conſanguineum noſtrum, & ſuos Subditos, Loca, Terras, & Gentes prædicti Regni Franciæ, ſecuramus, eiſque ſecuritatem præſtamus per tempus ſupradictum; promittentes, * bona fide, hujuſmodi Ceſſationem & Securitatem ſervare, & facere obſervari. (* V. 3.)

Ac quod,

Si per aliquas Perſonas, Dominio ſeu Poteſtati noſtræ ſubjectas, hujuſmodi Ceſſationem ſeu Securitatem quomodolibet infringi vel violari contigerit, & hoc ad noſtri notitiam pervenerit,

Faciemus fieri Dampna paſſis debitam Reſtitutionem, ſeu Satisfactionem, de Bonis Delinquentium quatenus ſufficient, & ad nos pertinebit, & contra Delinquentes hujuſmodi, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, ac etiam contra Violatores Ceſſationis & Securitatis prædictarum, procedemus prout juſtitia ſuadebit; Ceſſatione & Securitate prædictis nichilominus in ſuo robore duraturis.

Mandabimus etiam confeſtim Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, & Cuſtodi noſtro Quinque Portuum, ac Ballivis & Hominibus aliorum locorum, in quibus habemus copiam Navium, quod per dictum tempus non faciant, nec permittant fieri in Terra vel in Mari præfato Conſanguineo noſtro, ſive ſuis Subditis, nec Locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, in Perſonis vel Rebus, Dampnum, Injuriam, vel Gravamen: & quod, ex parte noſtra, omnibus Subditis noſtris faciant publicè prohiberi, nè quis eorum, ſub pœna omnium quæ nobis foriſfacere poterit, quicquam contra

Digitized by Google

[illegible] Regis, cum Exercitu, de Aſſenſu Pro-
cerum, & ad inſtantem Requiſitionem Communitatis Regni.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Aleman.* 12. *E.* 3. *m.* 23. *p.* 1.

REX Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, & Miniſtris, ac Dominis, Magiſtris, & Marinariis Navium, aliiſque Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Quia, pro Defenſione & Salvatione Regni noſtri, aliarumque Terrarum noſtrarum, & Jurium Coronæ noſtræ, cum Excercitu noſtro, de Aſſenſu Prælatorum, Comitum, & Procerum Regni noſtri, in inſtanti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium tento, exiſtentium, necnon ad inſtantem requiſitionem Communitatis Regni noſtri, nobis in eodem Parliamento factam, ad partes tranſmarinas, ad Quindenam Paſchæ, proximò futuram, ordinavimus, favente Domino, transfretari,

Nos,

* V. 4. * De fidelitate circumſpectâ, Dilecti & Fidelis noſtri, Bartholomæi de Burgherſh (quem conſtituimus Admirallum Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales) plenius confidentes,

Aſſignavimus ipſum ad areſtandum omnes & ſingulas Naves, tàm Minores quæ ultra Mare tranſire poterunt, quàm Majores, in ſingulis Portubus & Locis, a dicto Ore Thamiſiæ, verſus dictas partes Occidentales, tàm in partibus Walliæ & Comitatu Ceſtriæ, quam in aliis Portubus & Locis, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra; tàm, videlicet, Naves jam abſentes cùm redierint, quàm alias Naves quas in Portubus & Locis prædictis jam contigerit inveniri:

Et ad eligendum, & eligi faciendum, pro ſingulis Navibus prædictis, Tot Marinarios & alios Homines, de Validioribus & magis ſufficientibus Portuum & Locorum, ubi Naves illæ fuerint, tàm infra Libertates, quàm extra, Quot pro Regimine & Ductione ſingularum Navium hujuſmodi neceſſarios fore viderit & oportunos:

Et ad eoſdem Marinarios & alios in Navibus illis ponendum:

Eaſdémque Naves Armaturis, Victualibus, & aliis neceſſariis, benè & ſufficienter muniri:

Et eas omnes, ſic munitas, & pro Eskippamento Equorum, prout ei expedire videbitur, etiam paratas, uſque Portum de Orwell duci faciendum; ita quòd ſint ibidem, in dictâ Quindenâ proximo futurâ, ad ultimum, pro Paſſagio noſtro ſupradicto:

Et ad omnia alia & ſingula, quæ accelerationem & expeditionem Negotii prædicti, maturare ſive contingere poterunt, prout eidem Admirallo plenius injunximus, faciendum & explendum:

Necnon ad deputandum ſub ipſo alios, quos idoneos noverit & ſufficientes, ad præmiſſa omnia & ſingula, in ſingulis Portubus & Locis Ballivæ ſuæ prædictæ, tàm infra Libertates, quàm extra, proſequendum, faciendum, & expediendum, quotienſcumque, & quandocumque, idem Admirallus viderit expedire.

Et ideo vobis, & cuilibet veſtrûm, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, diſtrictius injungendo, mandamus quod præfato Admirallo, & deputandis ab eo, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, faciendis, exequendis, & expediendis, intendentes ſitis, conſulentes & auxiliantes, quotiens, & quando, opus fuerit, & per dictum Admirallum, aut ab eo Deputandum, vel Deputandos, fueritis præmuniti;

Scientes pro certo quod, ſi vos, ſeu veſtrûm aliqui, in executione præmiſſorum, vel aliquo eorumdem, inventi fueritis, vel fuerint, Rebelles, Tepidi, aut Remiſſi (per quod profectio dictarum Navium, ut præmittitur, munitarum ad dictum Locum de Orwell, & Paſſagium noſtrum ad diem prædictum (quod abſit) retardari poterit, ſeu quomodolibet impediri) vos, tanquam nobis & mandatis noſtris inobedientes, & noſtrorum ac Regni noſtri nego-

Dorſ.	*Weſtmerl.*

Item præceptum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis ſeparatim, quod intendentes ſint præfato Waltero, circa præmiſſa facienda, in Ballivâ ſuâ prædictâ; videlicet,

Vicecomiti London.	*Eſſex.*
Norff.	*Ebor.*
Suff.	*Northampt.*
Linc.	

De intendendo Admirallo in Arreſtatione Navium pro prædicta Transfretatione.

REX Majori & Ballivis Villæ ſuæ Suthamptoniæ, Salutem. Ann. D. 1338.

Cùm aſſignaverimus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Bartholomæum de Burgherſh (quem conſtituimus Admirallum Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales) ad areſtandum omnes & ſingulas Naves, tàm Minores quæ ultra Mare tranſire poterunt, quàm Majores, in ſingulis Portubus, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

An. 12. *E.* 3. *Aleman.* 12. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 23. *d.*

Ita quod ſint ibidem, in Quindena Paſchæ proximo futura, pro Paſſagio noſtro & Excercitus noſtri, verſus partes Tranſmarinas, quod de aſſenſu Prælatorum & Procerum Regni noſtri, in inſtanti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium tento, exiſtentium, nec non ad inſtantem Requiſitionem Communitatis Regni noſtri, nobis in eodem Parliamento factam, ad dictam Quindenam, pro Defenſione & Salvatione ejuſdem Regni, aliarumque Terrarum noſtrarum, & Jurium Coronæ noſtræ fieri ordinavimus Domino inſpirante, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Prout in Literis noſtris Patentibus, eidem Admirallo indè confectis, plenius continetur;

Vobis in fide & ligeantia, quibus nobis tenemini, ac ſub incumbenti etiam periculo, diſtrictius injungendo, mandamus quod eidem Admirallo, & Deputandis ab eo, in Areſtatione, Proviſione, & Munitione Navium, infra Ballivam veſtram, & Electione Marinariorum & aliorum Hominum pro Regimine & Ductione earumdem, ac in omnibus aliis & ſingulis præmiſſis Intendentes ſitis, Conſulentes & Auxiliantes, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

Injunximus enim præfato Admirallo in fide, qua nobis eſt aſtrictus, quod nos de Geſtu veſtro, in negotio prædicto, reddat de tempore in tempus, ex cauſa prædicta, certiores.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Februarii.

Conſimile Breve dirigitur Majoribus & Ballivis ſubſcriptis; viz.

Ballivis de Kermerdyn, &c.

Conſimile Breve de intendendo, dirigitur Edwardo Duci Cornubiæ.

REX Dilecto & Fideli ſuo, Edwardo Duci Cornubiæ & Comiti Ceſtriæ, Filio ſuo cariſſimo, vel ejus Juſticiario, aut ejuſdem Juſticiarii Locum tenenti, Salutem. Ann. D. 1338. *An.* 12.

Cùm aſſignaverimus, *&c. ut ſupra uſque ibi* plenius continetur, *E.* 3.
& tunc ſic, *Ibidem.*

Vobis

Digitized by Google

De intendendo Admirallis in Pontibus & neceſſariis, pro Paſſagio Regis, providendis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 24.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Cum, de aſſenſu Prælatorum, Comitum, Magnatum, & Communitatis Regni noſtri, pro Defenſione & Salvatione ejuſdem Regni, & Jurium Coronæ noſtræ, ad Quindenam Paſchæ proximo futuram, ad partes tranſmarinas cum Excercitu noſtro ordinavimus, favente Domino, nos transferre,

Et pro Paſſagio noſtro prædicto aſſignaverimus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Bartholomæum de Burgherſſh Admirallum Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, ad areſtandum omnes & ſingulas Naves earumdem partium, tàm infra Libertates, quàm extra, tàm Minores quæ ultra Mare tranſire poterunt, quàm Majores, & eas Hominibus & omnibus aliis Neceſſariis muniri, & ad locum, ubi dictum Paſſagium noſtrum fieri diſpoſuimus, duci faciendum, prout ei per nos plenius eſt injunctum,

Ac, pro eskippamento Equorum, Pontes, Cleias, & alia, oporteat neceſſario nos habere,

Tibi præcipimus, diſtrictius injungentes, quod Tot Pontes, Cleias, Bordas, Raccos, Cordas, Canevacia, Stapulas, Anulos, & Clavos ferreos, Dolia vacua, & alia, quæ pro hujuſmodi eskippamento Equorum neceſſaria, necnon Maerennum & Buſcam pro Cleis, Pontibus, Bordis, Raccis, & aliis neceſſariis prædictis, in locis, in Balliva tua, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi ad majus commodum noſtrum & celeriorem expeditionem Negotii prædicti, ac minus gravamen Hominum partium illarum, fieri poterit, Quot & prout præfatus Admirallus, vel ejus Locum tenens, aut ab eo deputandus, tibi ſcire facient, abſque dilatione aliqua, provideri, capi, & fieri, & ea ad loca, ubi, per aviſamentum ipſorum, vel alicujus eorum, carianda exiſtunt, duci & cariari, & in Navibus poni facias, excuſatione quacumque ceſſante:

Sciens pro certo quod, ſi, ob negligentiam vel tepiditatem tuam, dictum Paſſagium noſtrum (quod abſit) fuerit impeditum, vel quomodolibet retardatum, ad te, tanquam nobis Inobedientem, ac noſtri & Mandatorum noſtrorum Contemptorem, noſtrorumque & Regni noſtri negotiorum Impeditorem, cum rigore, prout convenit, capiemus;

Et Cuſtus (quos circa præmiſſa appoſueris) cum illos ſciverimus, tibi in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, allocari faciemus.

Et, ſi fortè Exitus Ballivæ tuæ, quos in promptu habes, non ſufficiant ad ſumptus hujuſmodi faciendum, volumus,

Et tibi præcipimus, quod illis, de quibus hujuſmodi Res, pro eskippamento dictorum Equorum, captæ fuerint, diem aſſignes, videlicet, ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximo futurum, apud Londoniam, ad Solutiones Pecuniæ, ſingulis eorum, pro Rebus ab eis emptis, debitæ, ibidem, juxta Indenturas, quas inter Te & Ipſos ſuper hoc in forma debita fieri volumus, de
* V. 7. Perſonis, quas * ad dictas Solutiones, indè faciendas, aſſignabimus, recipiendum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo præceptum eſt ſingulis Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eadem data, videlicet,

rum, ac etiam in noſtris in dictis partibus Northwalliæ, eligi & arraiari mandavimus, ad Nos ducendum;

Ita quòd Electores, ac omnes Wallenſes prædicti, benè muniti & arraiati, ac de unâ Sectâ veſtiti, ſint apud Gippewicum, à die Paſchæ proximò futuro, in unum Menſem ad ultimum, ad proficiſcendum exindè, ad vadia noſtra, in obſequium noſtrum, ut eſt dictum.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem Regni noſtri & Coronæ noſtræ, diligitis, modis omnibus faciatis; Ita quòd, pro defectu Electionis & Arraiationis hujuſmodi, Paſſagium noſtrum quomodolibet nullatenus differatur, ſeu noſtrorum & Regni noſtri negotiorum Expeditio retardetur.

Mandavimus enim Camerario noſtro Northwalliæ, quòd tam eiſdem Wallenſibus, quàm Ductoribus, vel Ductori eorumdem, vadia ſua diurna, à tempore quo ſe à propriis partibus moverint, quouſque apud dictum locum de Gippewico venerint, prout antea fieri conſuevit, ſolvi, ipſoſque de unâ Sectâ veſtiri faciat, de exitibus Camerariæ antedictæ.

Teſte ut ſupra.

Conſimilia Brevia diriguntur Dominis & aliis ſubſcriptis, de numero Hominum Wallenſium ſubſcripto, de Terris & Dominiis ſubſcriptis, ſub eàdem datâ; videlicet,

Ricardo Comiti Arundelle, Domino de Oſewaldeſtre, Chirk, & Clonne, de C. Wallenſibus.

Johanni de Cherleton ſeniori, Domino de Powys, de C. Wallenſibus.

* *Willelmo de Monte Acuto, Comiti Sarum, Domino de Dynebegh, de xl Wallenſibus.* * V. 8.

Rogero de Grey, Domino de Deffrencloyd, de lx. Wallenſibus.

Hugoni Tyrel, Cuſtodi Terrarum de Radnore, Kery, & Wertheynon, ex Commiſſione Regis, de C. Wallenſibus.

De Arraiatione prædicta diligenter ſupervidenda.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 24.

REX Dilectis & Fidelibus ſuis, Fulconi Fitz-Waryn, Johanni de Cherleton juniori, Roberto de Harleye, Chivaler, & Griffino Cragh, Salutem.

Sciatis quòd, cùm, per diverſa Brevia noſtra, mandaverimus Dominis Terrarum & Dominiorum in Northwalliâ, ſubſcriptorum, videlicet,

Johanni de Warenna, Comiti Surriæ, quòd ipſe, in Terris & Dominiis ſuis de Bromfeld & Yale, Centum Homines,

Ricardo, Comiti Arundellæ, quòd ipſe, in Terris & Dominiis ſuis de Oſewaldeſtre, Chirk, & Clonne, Centum Homines,

Johanni de Cherleton ſeniori, quòd ipſe, in Terrâ & Dominio ſuo de Powys, Centum Homines,

Willielmo de Monte Acuto, Comiti Sarum, quòd ipſe, in Terra & Dominio ſuo de Dynebegh, Quadraginta Homines,

Rogero de Grey, quòd ipſe, in Terrâ & Dominio ſuo de Diffrencloyd, Sexaginta Homines,

Et Hugoni Tyrel, quòd ipſe, in Terris de Radenore, Kery, & Wertheynon, quas tenet ex commiſſione noſtrâ, Centum Homines Wallenſes,

Quorum omnium una medietas ſit de Sagittariis, & altera medietas de Hominibus ad Lanceas,

Cum omni feſtinatione, quâ fieri poterit, de Melioribus, Validio-

Digitized by Google

Damus autem vobis, & cuilibet veſtrûm, plenam tenore præſentium, Poteſtatem capiendi, & areſtandi omnes illos, quos in hac parte contrarios, rebelles, ſeu inobedientes inveneritis in præmiſſis, & Priſonis committendi, in eiſdem moraturos quouſque aliud indè duxerimus ordinandum:

Damus inſuper, univerſis & ſingulis, Dominis Terrarum & Dominiorum prædictorum, ac ipſorum Loca tenentibus, Seneſcallis, & Ballivis, tenore præſentium, * in mandatis, quòd vobis, & veſtrûm cuilibet, in præmiſſis faciendis & explendis, prout ad ipſos, & eorum quemlibet dinoſcitur pertinere, intendentes ſint, conſulentes, & auxiliantes, quotiens & quando ipſos, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, præmuniri feceritis ſeu requiri.

* V. 9.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo octavo die Februarii.

Per ipſum Regem.

De Vadiis præfatis Wallenſibus ſolvendis.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Aleman.* 12. E. 3. *p.* 1. *m.* 25.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Roberto de Hambury, Camerario ſuo Northwalliæ, Salutem.

Cùm aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Fulconem Fitz Waryn, Johannem de Cherleton Juniorem, Robertum de Harleye Chivaler, G Griffinum Cragh, conjunctim & diviſim, ad eligendum in Terris noſtris Northwalliæ, *&c. prout ſupra hæc verba, viz.*

Nos, Nolentes profectionem dictorum Septingentorum Hominum, ſic eligendorum, in hujuſmodi obſequium noſtrum, aliqualiter retardari, Vobis, firmiter injungendo, mandamus, quòd tàm eiſdem Wallenſibus, quàm Ductoribus, vel Ductori, eorumdem, Vadia ſua diurna, a tempore quo ſe à propriis partibus moverint, quouſque apud dictum Locum de Gippewico venerint (prout antea fieri conſuevit) ſolvi, ipſóſque Wallenſes de unâ Sectâ veſtiri, faciatis de Exitibus Cameraria antedictæ; & Nos vobis indè, in Compoto veſtro, ad Scaccarium noſtrum, debitam allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Februarii.

Per ipſum Regem.

Conſimile Mandatum de Vadiis ſolvendis Ducentis hominibus, per Ducem Cornubiæ in Comitatu Ceſtriæ eligendis.

Pro Iſabella Seneſchal, Comitiſſa de Marr.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Clauſ.* 12. E. 3. *p.* 1. *m.* 31.

REX, dilecto Clerico ſuo, Edmundo de Bereford, Salutem.

Mandavimus vobis quòd,

De Firmâ veſtrâ, de Termino Paſchæ proximo futuro, quam nobis reddere tenemini, pro certis Terris & Tenementis, quæ de nobis tenetis,

Solvatis, dilectæ nobis, Iſabellæ Seneſchal, Comitiſſæ de Marr, Quinquaginta Libras, pro Arregagiis illorum Denariorum, quos eidem Comitiſſæ à nobis annuatim conceſſimus percipiendos,

Recipientes à præfatâ Comitiſſâ Literas ſuas Patentes, receptionem dictæ Pecuniæ teſtificantes, per quas vobis, in Firmâ veſtrâ prædictâ, debitam allocationem habere faciemus.

interim, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum; unam, videlicet, Medietatem ad Scaccarium noſtrum Paſchæ, & aliam Medietatem ad Scaccarium noſtrum Sancti Michaelis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Martii.

Per Breve de privato Sigillo.

ET mandatum eſt Theſaurario & Camerariis, quòd eidem Comitiſſæ Centum Marcas, pro Termino Paſchæ proximo futuro, de Theſauro Regis, ſolvant juxta tenorem literarum Regis prædictarum.

Teſte ut ſupra.

Ad Imperatorem, pro Imberto Delphino de Vienna, quod Nomen & Titulum Regis Ei concedat.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Aleman.* 12. E. 3. *p.* 1. *m.* 22. *dorſ.*

SEreniſſimo Principi, Domino Lodowico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & imperare feliciter, ac magnificè triumphare.

Firmam de Cæſareâ Munificentiâ, nobis ab experto benivolâ, fiduciam reportamus, quod hiis, quæ Nos, & partem noſtram, contra nobis adverſantes roborare poterunt & firmare (præſertim ſi Sceptrum Imperiale non diminuant, ſet extollant) veſtra cupit Sublimitas condeſcendere gratioſè.

Sanè, cum Adhærentia, Viri Potentis & ſpectabilis, Domini Imberti Delfini de Vienna, nobis eſſet admodum oportuna, &, ut accepimus, ſi placeret veſtræ Celſitudini ſibi Nomen & Titulum Regis impendere, libenter in hoc annueret votis noſtris,

Majeſtatem veſtram Imperatoriam votivis precibus imploramus, quatinus, attento quod eo relucet clarius veſtræ Præcellentia Dignitatis, quo plures ſibi ſubſunt Principes nominis celſioris, velitis, ad exaltationem honoris Sacri Imperii, Delfinatum Vienenſem, cum Terminis & Pertinentiis, quos hactenus habuit, Regnum conſtituere,

Et præfato Imberto Nomen Regis dicti Regni, de Cæſareæ Poteſtatis plenitudine, concedere cum Inſigniis & Juribus, quæ Regiam efferunt Dignitatem;

Per quod nichil Honori veſtri Diadematis ſubtrahetur, quin, ſicut hactenus tanquam Delfinus extiterat, ſic, per vos Regio decoratus Honore, fiat vobis devotior ex devoto, & ex hoc ipſum habebimus ad noſtra beneplacita promptiorem; quod dignetur, ſi placet, Imperalis veſtra Magnificentia ponderare.

Veſtrum Imperiale Solium firmet & roboret bonitas increata.

Dat. apud Weſtmonaſterium, tertio die Martii.

Litera Regis ad dictum Delfinum.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Ibid.*

REX Nobili & Potenti Viro, Domino Imberto, Delphino Viennenſi, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Quædam Negotia, nobis inſidentia valde cordi, injunximus, dilectis & fidelibus noſtris, Radulpho, Condomino de Altâ Villâ, Militi, & Fratri Galfrido de Maldon, Nobilitati veſtræ vivæ vocis oraculo referenda,

Quibus, in dicendis ex parte noſtrâ, auditum velitis, petimus,

præ-

Digitized by Google

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 22. d. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Nobili Viro, Hugoni de Jabennis, Domino de Varre & de Aulone, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Quædam negocia, nobis inſidentia valde cordi, injunximus, Dilecto & Fideli noſtro & veſtro, Radulpho, Condomino de Alta Villa, Militi, &c, Clerico noſtro, Fratri Galfrido de Maldon, Dilectioni veſtræ, vivæ vocis oraculo, referenda, quibus, in dicendis ex parte noſtrâ, velitis fidem credulam adhibere; veſtra beneplacita nobis in proximo, ſi placuerit, reſcripturi.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Martii.

Pro Johanne Duce Britanniæ.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 1. m. 26. d. REX Theſaurario, & Baronibus ſuis, de Scaccario, Salutem.

Volentes dilecto & Fideli noſtro, Johanni Duci Britanniæ, & Comiti Richemundiæ, Gratiam facere ſpecialem,

Dedimus Reſpectum ei de omnimodis Debitis & Relevils, quæ nobis debet ad Scaccarium prædictum, tàm de tempore ſuo proprio, quàm temporibus Anteceſſorum ſuorum quorumcumque; necnon de Compotis, ſi quæ ad idem Scaccarium, de prædictis temporibus, reddere teneatur ex quâcumque causâ, a die confectionis præſentium, uſque ad Quindenam Paſchæ proximo futuram, &c, ab eâdem Quindenâ, per unum Annum, proximò ſequentem, plenariè completum; niſi aliud indè interim duxerimus ordinandum:

Et ideò vobis mandamus, quod eidem Duci Reſpectum illum interim habere faciatis in formâ prædicta, & Diſtrictionem, ſi quam ei ea occaſione fieri feceritis, interim relaxari faciatis eidem.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

---

*V. 12. * *De Navibus areſtandis & muniendis, pro Paſſagio Magnatum, in Aquitaniam, in ejuſdem defenſionem, tranſmiſſorum.*

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 15. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Bartholomæo de Burgherſh, Admirallo Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, Salutem.

Quia, de Aviſamento Concilii noſtri, ordinavimus quòd Sexaginta & Decem Groſſæ Naves,

Pro Paſſagio quorumdam Magnatum & aliorum diverſorum fidelium noſtrorum, quos ad partes Ducatûs Aquitaniæ, in Succurſum & Defenſionem ejuſdem contra Hoſtiles Invaſiones, ad inſtantem Quindenam Paſchæ, proximò futuram, tranſmittere diſpoſuimus, Deo Duce,

Areſtentur celeriter & parentur,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd prædictas Sexaginta & Decem Groſſas Naves … venite Domino, nos transferre,

Et pro Suſtentatione noſtrâ, & aliorum Fidelium, in Comitivâ noſtrâ, ad dictas partes profecturorum, diverſa genera Victualium, ac quaſdam alias Res, pro Paſſagio noſtro, volumus celeriter provideri, 12. E. 3. m. 23. p. 1.

Nos, de fidelitate veſtrâ & circumſpectione confidentes, aſſignavimus vos ad Tria milia & ſexcenta Quarteria Frumenti,

Ducenta Quarteria Fabarum & Piſarum,

Quatuor Milia & Centum Quarteria Braſei,

Quingenta Quarteria Salis,

Mille Trecentos & Quadraginta Bacones,

Quadraginta, Quaterviginti, & Decem Carcaſia Bovina, vel Boves,

Quatuor Milia & Centum Caſſas Multonum, vel Multones,

Quadraginta Laſta Alecis,

Et Quinque Milia & Nongentas Petras Caſii,

Et tot vacua Dolia, in quibus dictum Frumentum, vel Flora inde reponetur, quot ad hoc neceſſaria fuerint,

In Comitatibus Eborum, Lincolniæ, Notinghamiæ, Derbiæ, Leyceſtriæ, Northamptoniæ, Rotelandiæ, Oxoniæ, Berks, Bedfordiæ, Buks, Cantebrigiæ, Huntingtoniæ, * Norffolciæ, Suffolciæ, Eſſexiæ, & Hertfordiæ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi ad majus commodum noſtrum, & minus gravamen Populi noſtri, fieri poterit, ad opus noſtrum, ex causâ prædictâ, per vos, ſeu alios de quibus confiditis, & ad hoc deputaveritis, emendum & providendum, * V. 13.

Et ad Medietatem Frumenti prædicti, & Floram indè, in Doliis poni,

Et ad eadem, Frumentum, Floram, & omnia alia Victualia, & res, prædicta, per vos ſic providenda, uſque Portus Magnæ Jernemuth & Oreweil (ubi Paſſagia noſtra & dicti Excercitûs noſtri fieri ordinavimus) in Navibus, & alio modo, tàm per Aquam, quàm per Terram (prout loca, ubi eadem Victualia, & aliæ Res, proviſa fuerint, ad quemlibet dictorum Portuum propinquius ſe extendunt, & vobis melius & utilius expedire videbitur) cum omni celeritate, quâ fieri poterit, duci & cariari faciendum,

Ita quòd omnia Victualia, & aliæ Res, prædicta ſint in dictis Portubus Magnæ Jernemuthæ & Orewel, in Quindena Paſchæ, proximò futurâ, ad ultimum, per vos, ſeu dictos Deputandos a vobis, ſalvò cuſtodienda, quouſque aliud inde fuerit ordinatum,

Et ideò vobis mandamus, firmiter injungentes, quod circa præmiſſa cum omni diligentiâ & ſolicitudine intendatis, & ea faciatis, & expleatis, in formâ ſupradictâ.

Et quia, ut intelleximus, quòd quamplures Homines, diverſarum partium, Proviſoribus noſtris hujuſmodi Victualium ad opus noſtrum, in providentiis illis faciendis, vi & armis reſtiterunt,

Et quidam alii non permiſerunt eas fieri ut deceret,

Cæterique Rebelles fuerunt & remiſſi,

Per quod Providentiæ noſtræ hujuſmodi infectæ remanebant, & expeditio negotiorum noſtrorum eâ de causâ, non abſque noſtro gravi dampno, ac dedecore, & Regni noſtri periculo, extitit ante hæc tempora ſæpius retardata,

Volentes Malitiæ hujuſmodi Rebellium obviare, & eos puniri in hac parte, dedimus vobis, tenore præſentium, Poteſtatem capiendi & areſtandi omnes illos, quos in dictis Providentiis, jam ad opus noſtrum ſic faciendis, vobis reſiſtentes inveneritis, ſeu aliàs Rebelles vel Remiſſos, per quod proviſio eorumdem Victualium

Digitized by Google

vos, ſeu a vobis Deputandos, ex parte noſtrâ fuerint præmuniti;
Et quòd iidem Vicecomites illos, quos propter Rebellionem ſuam & Malitiam hujuſmodi areſtaveritis, a vobis recipiant, & in
* V. 14. Priſonis noſtris ſalvò cuſtodiri * faciant, quouſque aliud de ipſis duxerimus demandandum.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. octavo die Martii.

Per ipſum Regem.

ET MEMORANDUM *quòd Mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus dictorum Comitatuum, Eborum, Notinghamiæ, & Derbiæ, quòd Diem Solutionis Pecuniæ, quam Hominibus Ballivæ ſuæ ſolvere non poſſunt, ut præmittitur, eiſdem Hominibus aſſignent, videlicet, in Feſto Sancti Petri ad vincula, proximò futuro, apud Eborum, ubi Rex eis, juxta Indenturas ſuas, ſolvi faciet, ſicut prædictum eſt.*

Teſte ut ſupra.

De Providentiis pro dicto Paſſagio faciendis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 23.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Stephano le Blount, Salutem.
Quia, pro Defenſione Regni noſtri, *&c. ut ſupra uſque ibi* confidentes, *& tunc ſic,*
Aſſignavimus vos ad Sexcenta Quarteria Frumenti,
Duo Milia & Ducenta Quarteria Braſei,
Septingentos & Sexaginta Bacones, vel Porcos,
Ducenta & Decem Carcaſſa Bovina, vel Boves,
Quatuor Milia Caſſarum Multonum, vel Multones,
Sexdecim laſta Alecis,
Quinque Milia & Sexcentas Petras Caſei,
Quadraginta & Sex Milia & Quingenta de Stockfiſh,
Et Quadraginta Milia Ferra Equorum, cum Clavis ad eadem Ferra pertinentibus,
Et tot vacua Dolia, in quibus dictum Frumentum vel Flora indè reponetur, quot ad hoc neceſſaria fuerint,
In Civitate noſtrâ Londoniæ, & in Comitatibus Kantiæ, Surriæ, Suſſexiæ, Suthamptoniæ, Wiltes, Devoniæ, Cornubiæ, Somerſetiæ, Dorſetiæ, Glouceſtriæ, Herefordiæ, Wygorniæ, Warwicæ, Salopiæ, & Staffordiæ, tàm infra Libertates, quàm extra, *&c. prout ſupra, mutatis competenter mutandis.*

Teſte Rege apud Turrim London. octavo die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro Philippa Regina, ad partes Alemanniæ profectura.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 1. m. 17.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, H. Lincolnienſi Epiſcopo, Salutem.
Quia volumus quòd certæ providentiæ fiant, in partibus Alemanniæ, ad opus Philippæ Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, contra adventum ſuum ad partes illas, juxta formam Cedulæ, quam vobis mittimus, præſentibus interclusam,
Vobis mandamus quòd, Dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Paulo de Monte Florum, ex parte noſtrâ, injungatis quod Providentias illas, per viſum & teſtimonium, Dilecti & Fidelis noſtri, Johannis de Monte Gomeri, fieri faciat indilatè;

debitam Reſtitutionem ſeu Satisfactionem de Bonis Delinquentium, quatenus ſufficient, & ad nos pertinebit, & contra Delinquentes hujuſmodi, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, ac etiam contra Violatores Ceſſationis & Securitatis prædictarum procedemus prout juſtitia ſuadebit, Ceſſatione & Securitate prædictis nichilominus in ſuo robore duraturis:
Salvis ſemper Confœderationibus, & alligantiis, ac Conventionibus quibuſcumque, per Nos cum Amicis & Confœderatis noſtris prius initis, a quibus in parte vel in toto, per prædictas Conceſſiones noſtras, recedere nolumus, ſicut nec poſſumus, ullo modo, ſet eis volumus firmiter inhærere, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, plenius continetur:
Vobis mandamus quod, per dictum tempus, non faciatis, nec, quantum in vobis eſt, permittatis fieri, in Terrâ vel in Mari, præfato Conſanguineo noſtro, ſive Subditis ſuis, nec locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, in Perſonis vel Rebus, Dampnum, Injuriam, vel Gravamen,
Et etiam in Locis, in Ballivâ veſtrâ, ubi expedire videritis, ex parte noſtrâ faciatis publicè prohiberi, nè quis de Subditis noſtris, ſub pœnâ omnium quæ nobis foriſfacere poterit, quicquam contra noſtras prædictas Ceſſationis conceſſionem & Securitatis præſtationem faciat aliqualiter, vel attemptet; ita tamen quod dictus Conſanguineus noſter conſimiles, Ceſſationem & Securitatem, Nobis & noſtris Subditis concedat atque præſtet; & quod Mandata & Prohibitiones conſimiles Perſonis, & in locis, ubi expediet, fieri faciat; & quod Ipſe, & ſui Subditi, vel alii, ſuo nomine, ſeu Mandato, nobis, ſeu noſtris Subditis, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, & aliis Terris & locis noſtris, per Terram vel per Mare, nullam Invaſionem, nec Malum aliquod faciant aut Gravamen; quodque, ſi idem Conſanguineus noſter, poſtquam ad ejus notitiam præmiſſa pervenerint, conſimiles, Ceſſationem & Securitatem, pro parte ſuâ concedere & præſtare renuerit, noſtræ intentionis exiſtit quod extunc Ceſſationem & Securitatem, prædictas, a nobis conceſſas & præſtitas, ſervare minimè teneamur.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Ballivis ſubſcriptis; viz.

Ballivis Villæ Magnæ Jernemuthæ.
Ballivis Villæ de Sancto Botulfo.

De Sufferentia prædicta in Vaſconia obſervanda.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 16.
Cùm nos, ad Domini Summi Pontificis & Sedis Apoſtolicæ reverentiam, & ad ſolicitam inſtantiam, Venerabilium Patrum, Dominorum, P. Tituli Sanctæ Praxedis, Presbiteri, & B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ad nos in Angliam, per ipſum Dominum Summum Pontificem deſtinatorum, conceſſerimus quod, citra diem Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futuræ, nulla fiat invaſio, nec dampnum, aut injuria, vel gravamen, in * perſonis vel rebus Conſanguineo noſtro Franciæ, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* * V. 16.
Et etiam, ex parte noſtrâ, Subditis noſtris in Ducatu prædicto faciatis publicè prohiberi, ne quis eorum, ſub pœnâ omnium quæ nobis foriſfacere poterit, quicquam contra noſtras prædictas, Ceſſationis

Digitized by Google

Arnoldo de Curton. la Guerre.

Ad Communitates Vaſconiæ, ſuper fidelitate ſua, & de Credentia.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 13. d.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majoribus, Juratis, Paribus, & Communitatibus Civitatum, Burgorum, Villarum, & Locorum aliorum quorumcumque, dicti Ducatûs, Salutem.

Firmam dant nobis præterita Fiduciam de futuris, ut, ſicut vos hactenus in fidelitate noſtra firmiter perſtitiſtis, Perſonarum & Rerum periculis non cedentes (de quo grates vobis referimus ſpeciales) ſic, more Probitatis benè diſpoſitæ, eo pro nobis vos promptius opponetis, quo neceſſitatem videritis ampliorem.

Cum igitur verus Amor in neceſſitatibus clarius eluceſcat, recogitetis, petimus, Amorem quem vos & Progenitores veſtri ad Domum noſtram Regiam inflexibiliter habuiſtis, & illum non retrahatis nobis aliqualiter in adverſis, ſet contra temerarios noſtrorum Jurium Invaſores vos magnanimiter opponatis; &, per Dei gratiam, in proximo, fœlicium Aurora Succeſſuum arridebit, & reprimentur qui nos indebite jam perturbant.

Super hiis autem & aliis, vobis, & veſtrûm cuilibet, ex parte noſtra, per, Dilectum & Fidelem noſtrum, Oliverum de Ingham, Seneſcallum noſtrum Vaſconiæ, referendis, eidem Olivero vos, & veſtrûm ſingulos, certam volumus dare fidem.

Dat. apud Turrim London. decimo tertio die Martii.

* V. 17. * *Ad Epiſcopos & Nobiles Vaſconiæ ſuper Fidelitate & Strenuitate ſua, & de Credentia.*

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 13. d.

REX, Venerabilibus in Chriſto Patribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Prælatis, ac, dilectis & fidelibus ſuis, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, ac aliis Nobilibus, Univerſis, Ducatûs ſui Aquitaniæ, Salutem.

Reducentes in debitæ conſiderationis examine qualiter, juxta Nobilitatis veſtræ decentiam, velut Fideles & Strenui, contra noſtrorum Hæreditatis & Jurium Invaſores expoſuiſtis, gratanter & magnanimiter, vos & veſtra, in vobis, ut in devotis noſtris præcipuis, delectamur; deſiderabiliter affectantes Gratitudinem & Probitatem veſtram magnificam liberaliter & habundè, prout Regiam decet Munificentiam, præmiare: quod, duce Domino, faciemus realiter infra breve.

Non igitur deprimatis animos, ſet, ſtrenuorum more laudabili, aſſumatis fortitudinis ſpiritum in adverſis, nobiſcum, qui Deum habemus pro nobis & Juſtitiam, intrepidè perſiſtentes; quod vobis, omnibus & ſingulis, qui ſic feceritis, præter Remunerationem congruam, quam vobis facere pollicemur, cedet ad laudis veſtræ Titulos, perpetuò recolendos.

Nos autem, de Summi Regis, qui reſiſtit Superbis, & Humilibus dat gratiam, auxilio confidentes, manum mittemus ad fortia, ut perſequentis nos malitiam, viis quibus poterimus, excludamus.

Super hiis autem, & aliis, vobis, & veſtrûm cuilibet, ex parte noſtrâ, per, dilectum & fidelem noſtrum, Oliverum de Ingham,

tra * omnes Homines retinendum, conducendum, & firmandum, * V. 18.

De Feodis, Vadiis, ac Stipendiis, ac Remunerationibus dicto Comiti, ſic retento, conſtituendis, ſolvendis, & faciendis conveniendum, ac ea, quæ tractata, concordata, & conventa, & acta fuerint in præmiſſis, quatinus ad Nos attinet, quacumque firmitate vallandum,

Securitatémque à dicto Comite, pro completione præmiſſorum, quatenus ipſum concernunt, petendum, ſtipulandum, & recipiendum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Prædictis, Radulpho & Fratri Galfrido, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per dictos, Rodulphum & Fratrem Galfridum, actum vel geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim Londoniæ, decimo quinto die Martii.

Eodem modo ſcribitur pro eiſdem, Radulpho & Fratre Galfrido, ad tractandum &c. cum, Nobili & Potenti Viro, Eimone, Comite Sabaudiæ.

Pro Duce Britanniæ.

JOhannes, Dux Britanniæ, & Comes Richemundiæ, qui in partibus Tranſmarinis moratur, habet litteras Regis de generali Attornatu, ſub nominibus Johannis Coupegorge Clerici, & Petri de Richemundia, ſub alternatione, ad Lucrandum &c. in quibuſcumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas, &c. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 1. m. 19.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo quinto die Martii.

Canc. recep. attorn.

COnſimiles litteras Regis de generali Attornatu habet idem Dux, ſub nominibus Guillielmi de Daubigne Chivaler, & Magiſtri Lucæ de Cheveigne Perſonæ Eccleſiæ de Swafham Market, per prædictum tempus duraturas.

Et etiam idem Dux habet conſimiles alias litteras Regis de Attornatu, ſub nominibus Johannis Coupegorge Clerici, & Rogeri de Meres, per idem tempus duraturas.

Pro Hugone de Geneve de Annuitate ſolvenda.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 12.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem.

Cùm, inter cætera, in Indenturâ,

Inter vos (præfate Seneſcalle) vice & nomine noſtro, ex parte unâ, &, Nobilem Virum, Dominum Radulphum Condominum de Altâ Villâ, Militem, Procuratorem & Attornatum, Nobilis

Digitized by Google

per Nos, vel Hæredes noſtros, aut Miniſtros noſtros quoſcumque, occaſionetur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

De Providentiis pro Philippa Regina, verſus partes transmarinas cum Rege transfretante.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Liberat.* 12. *E.* 3. *m.* 9.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Quia Philippam Reginam Angliæ, Conſortem noſtram cariſſimam, ante Paſſagium ſuum nobiſcum verſus partes tranſmarinas, de Equis, Cellis, Vaſis argenteis, Zonis, Burſis ſericis, ac aliis diverſis Jocalibus atque rebus (uſque ad ſummam Quingentarum, Sexaginta & Quatuor Librarum, Trium Solidorum, & Quatuor Denariorum) infra Regnum noſtrum, tàm pro noſtro, quàm ſuo honore, oportet neceſſario provideri,

Et eâ de causâ dictam ſummam de Denariis noſtris volumus celeriter ſibi ſolvi,

Vobis mandamus quod, viſis præſentibus, dictas Quingentas, Sexaginta & Quatuor Libras, Tres Solidos, & Quatuor Denarios, præfatæ Conſorti noſtræ, vel Attornato ſuo, de Theſauro noſtro, liberari, vel ei competentem Aſſignationem, ubi celerem ſolutionem indè habere poterit, fieri & habere faciatis, ad dictas Providentias, ut præmittitur, faciendas; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo quinto die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro Roberto de Artoys, de Annuitate.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Pat* 12. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 18.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod, de gratia noſtra ſpeciali, & in auxilium ſuſtentationis, Dilecti & Fidelis noſtri, Roberti de Artoys, conceſſimus ei Octingentas Libras, percipiendas ſingulis Annis, videlicet,

Viginti & Quinque Marcas de Priore de Sele,

Viginti Libras de Priore de Pritelwell,

Quinquaginta Marcas de Priore Theford Monachorum,

Triginta & Septem Libras & Decem Solidos de Priore de Panfeld & Welles,

Sexaginta Libras de Priore de Monte Acuto,

Quaterviginti Libras de Priore de Eye,

Viginti Marcas de Priore de Ponte Fracto,

Decem Marcas de Priore de Blida,

Quinquaginta Marcas de Priore Sanctæ Trinitatis Eborum,

Quinquaginta Libras de Priore de Sancto Neoto,

* V. 20. * Et Quadraginta & Novem Libras, Tres Solidos, & Quatuor Denarios, de Priore de Okeburn,

Ad Feſtum Paſchæ,

De Firmis, quas ipſi annuatim nobis reddere tenentur pro Cuſtodiis Prioratuum prædictorum, & Terrarum & Tenementorum ad eos ſpectantium, quæ, occaſione Guerræ, inter Nos & illos de Francia motæ, capta ſunt in manum noſtram, & Habendas,

Et Reſiduas Quadringentas Libras ad Scaccarium noſtrum, ad Feſtum Sancti Michaelis, quamdiu nobis placuerit, vel de ſtatu ſuo aliter duxerimus ordinandum.

In cujus &c.

R[EX, ...] rienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, Salutem.

1338. *An.* 12. *E.* 3. *Aleman.* 12. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 22. *d.*

Utriuſque Teſtamenti ſalutaribus exemplis informati, omnium operationum humanarum directum Principium, ac contra Hoſtium, viſibilium & inviſibilium, Inſidias Devotam Orationum Inſtantiam eſſe didicimus Firmamentum.

Cùm itaque, pro defenſione Regni & Jurium noſtrorum, concedente Domino, oporteat nos ad partes exteras dirigere Greſſus noſtros, &, quod Creatori noſtro placuerit, cum gratia ipſius proſequi toto poſſe,

Veſtram, cordis ac mentis affectu, depoſcimus caritatem, quatinus pro noſtra, & noſtrorum, profectione, contra nobis adverſantes, & jura noſtra injurioſè occupantes (Dei dextera nos in noſtra juſtitia dirigente) effectualiter aſſumenda, apud Altiſſimum (ſine quo nichil eſt validum, & qui Precum importunitate ſe aſſerit devincendum) Preces effundere laboretis, & tàm in Dioceſe, quàm in Provincia, veſtræ Celſitudini decretis, per Suffraganeos veſtros, cum congregatione Cleri & Populi Catholici, ipſum Judicem Precibus placari mandetis, qui Jura ſingulorum pro ſuo libramine reſpicit & tuetur:

Sicque vobis, more Moyſi, continuè orantibus, contingat nos continuè de Hoſtibus triumphare, & idem Judex fortis, patiens, & benignus, noſtrum Progreſſum, ſuâ interveniente gratiâ, ubi placidum Aggreſſum noſtrum, ipſo cooperante, felicem & proſperum, & regreſſum noſtrum efficiat, ipſo conſummante, glorioſum.

Ad hæc (Pater) cùm Populus Regni noſtri variis Oneribus, Tallagiis, & Impoſitionibus, hactenus prægravetur (quod dolentes referimus, ſet, inevitabili neceſſitate compulſi, de eiſdem Oneribus ipſum adhuc relevare non valemus) dictum Populum, ad tantam Neceſſitatem noſtram humiliter & benignè, patienter & caritativè, ſuſtineat, & priorem * (quam penes nos concepit) de cætero, & inſtanter, in Orationibus & Eleemoſinis ſuis, * V. 21.

Oneribus prædictis (quæ non ex malitiâ vel præſumptione voluntariâ ipſum gravant) non obſtantibus,

Exhibeat caritatem, Indulgentiarum muneribus, & aliis modis, quibus ſecundum Deum videbitis, piis Exortationibus inducatis, & nos penes eundem excuſetis, ſperamus.

Namque, per Dei gratiam (cujus manus cunctis indigentibus ſola ſufficiens & largiflua comprobatur) beneficiis compenſativis dictum Populum viſitare, & conſolari, pro loco & tempore, opportunis.

Dat. apud Berewicum ſuper Twedam, viceſimo octavo die Martii.

Per ipſum Regem.

Præfata Littera ad Archiepiſcopum Eborum miſſa, &, ab ipſo, Epiſcopo Carliolenſi tranſmiſſa.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Ex Regiſtro Joh. de Kirkby Epiſcopi Carliol. p.* 371, 372.

WIllielmus, Permiſſione Divinâ, Archiepiſcopus Eborum, Angliæ Primas, Venerabili Fratri noſtro, J. Dei gratiâ, Karliolenſi Epiſcopo, Salutem & fraternam in Domino caritatem.

In agendis omnibus proſperiorem evenire ſperamus effectum, cum in ipſorum Ingreſſu & Progreſſu ad illum, qui omnium eſt Diſpoſitor & Rector, fideles Chriſti ſpe firmâ ſuum dirigant intuitum, ipſius præſidium devotis precibus poſtulantes.

Cum igitur Sereniſſimus Princeps & Dominus noſter, Dominus Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ Illuſtris, cum ſuo Exercitu, ad partes exteras, pro defenſione Regni & Jurium ſuorum, intendat dirigere Greſſus ſuos, prout in Literis ſuis, nobis indè directis, plenius continetur, quarum Tenor ſequitur in hæc verba,

Edwar-

Digitized by Google

noſtram Indulgentiam ratam habuerint) de peccatis ſuis verè contritis, Pœnitentibus, & Confeſſis, qui pro eiſdem, Domino noſtro Rege, ſuo Exercitu, ſibique & ſuis Adhærentibus, in ſuis Miſſis & Proceſſionibus præfatis devotè oraverint, ut dictum eſt, quadraginta dies de injuncta ſibi Pœnitentia (Deo propitio) miſericorditer relaxamus; indulgentias etiam in hac parte, ritè conceſſas, & impoſterum concedendas, ratas habentes pariter & acceptas.

Ad Eccleſiæ ſuæ Regimen & Munimen vos conſervet, &c. per tempora feliciter ſucceſſiva.

Dat. apud Cawood, quarto Id. Aprilis, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, triceſimo octavo, & Pontificatus noſtri decimo ſexto.

De Capitaneo in Inſula Vecta conſtituto.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Vaſc.* 12. *E.* 3. *m.* 9.

REX Univerſis & ſingulis Cuſtodibus Litorum & Terræ Maritimæ, ac Arraiatoribus tàm Hominum ad Arma, quàm aliorum, Vicecomitibus, Conſtabulariis, Ballivis, & Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, in Inſula Vecta, Salutem.

Quia Homines Franciæ magnum, in diverſis partibus partium earundem, Navigium congregari, & ſupra Mare, ac etiam ſuper Regnum noſtrum, mitti fecerunt,

Hominesque Navigii illius, quaſdam partes ipſius Regni noſtri, ac Inſulam noſtram de Jereſeye & Gerneſeye, hoſtiliter invadentes, Homicidia, Incendia, & alia Facinora, crudeliter perpetrârunt, & Gentes noſtras, per Mare tranſeuntes, expugnârunt & pro viribus gravârunt,

Ac dicti Homines, de partibus Franciæ prædictis, ſuâ excreſcente malitiâ, Nos & noſtros, tàm per Terram, quàm per Mare, indies gravare nituntur modis omnibus quibus poſſunt,

Nos,

Hujuſmodi malitiæ obviare, & defenſionem, ac ſalvationem, Regni & Terrarum noſtrorum, contra Hoſtiles Invaſiones, volentes (favente Deo) providere,

Ac de Fidelitate & Circumſpectione, Dilecti & Fidelis noſtri, Theobaldi Ruſſel, confidentes,

Conſtituimus ipſum Theobaldum Capitaneum & Ductorem omnium veſtrûm & aliorum Inſulæ prædictæ, contra dictos Hoſtes noſtros, ſi dictum Regnum noſtrum ſeu Inſulam prædictam taliter ingredi præſumpſerint, ad ipſorum nequitiam cum Dei adjutorio conterendum;

Dantes eidem Theobaldo plenam, tenore præſentium, Poteſtatem levandi & arraiandi omnes Homines defenſabiles Inſulæ prædictæ, tàm infra Libertates, quam extra, qui arraiati non exiſtunt,

Et tàm ipſos, quàm alios ejuſdem Inſulæ, qui jam arraiati non exiſtunt, unà vobiſcum, contra dictos Hoſtes noſtros ducendi,

Necnon areſtandi & capiendi omnes illos de Inſulâ prædictâ, tàm infra Libertates, quàm extra, quos pro defenſione Regni & Inſulæ prædictorum, & repulſione ipſorum Hoſtium noſtrorum, Rebelles invenerit ſeu remiſſos,

Et eos Priſonis noſtris committendi, in eiſdem detinendi quouſque aliud de eis duxerimus ordinandum:

Johannes Wy.
Johannes le Avener.
Magiſter Ricardus Maſſon.
Adam de la Chaumbre.
Magiſter Johannes le Ferrour.
Petrus le Veel.
Magiſter Johannes de Ragenkull.
Johannes de Wenlok.
Philippus le Cuy.
Johannes Coppehous.
Simon Aungeler
Rolandus Erlegh.
Reginaldus Filius Herberti.
Hugo de Colne,
Rollandus Dennays.
Hugo de la Panterie.
Simon le Spicer.
Radulphus Spigurnel.
Egidius de Almand.
Robertus de la Chaumbre.
Nicholaus Todenham.
Walterus de Lambrok.
Ricardus de la Chaumbre.
Nicholaus Pulter.
Johannes de Midhurſt.
Simon de Welewyk.
Willielmus Filius Hugonis la Zouche.
Odo de Stoke.
Robertus Depyng.
Stephanus Pout.
Willielmus de Melchebourn uſque ad Feſtum Natalis Domini, &c.
Adam de la Chaumbre uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum.

De Paſſagio Regis propter Navium Defectum retardato.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Waltero de Manny, Admirallo Flotæ ſuæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, Salutem. Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Ibid.*

Cùm, pro Defenſione & Salvatione Regni noſtri, aliarumque Terrarum noſtrarum, & Jurium Coronæ noſtræ, cum Excercitu noſtro, *&c. prout ſupra de dat.* 24 *Febr. tunc ſic*,

Et aſſignaverimus vos ad areſtandum omnes & ſingulas Naves, tàm minores quæ ultra Mare tranſire poterunt, quàm Majores, in ſingulis Portubus & Locis, a dicto Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus dictas partes Boreales, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, tàm, videlicet, Naves tunc abſentes cum redierint, quàm alias Naves quas in Portubus & Locis prædictis contigerit inveniri,

Et eaſdem Naves Hominibus, Armaturis, Victualibus, & aliis neceſſariis benè & ſufficienter muniri, & eas, ſic munitas, & pro eskippamento Equorum, prout vobis expedire videbitur, etiam paratas, uſque Portum magnæ Jernemuth duci faciendum, ita quod eſſent ibidem, in dictâ Quindenâ, pro Paſſagio noſtro ſupradicto,

Et ad omnia alia & ſingula, quæ Accelerationem & Expeditionem negotii noſtri ſupradicti maturare ſive contingere poterunt, faciendum & explendum,

Necnon ad deputandum ſub vobis alios, quos idoneos noveritis & ſufficientes ad præmiſſa omnia & ſingula, in ſingulis Portubus & Locis Ballivæ veſtræ, tàm infra Libertates, quàm extra, proſequendum, faciendum, & explendum, quotienſcumque & quandocumque videritis expedire, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Ac jam, tàm ex veſtrâ, quàm aliorum Fidelium noſtrorum, relatione intellexerimus quòd quamplures Naves Portuum & Locorum, in Ballivâ veſtrâ, ad * partes Vaſconiæ & alias partes exteras, pro Vinis & aliis Mercimoniis quærendis, profectæ exiſtunt, * V. 24.

Et quòd Naves, pro dicto Paſſagio noſtro, & Excercitûs noſtri, ſufficientes, in eadem Ballivâ veſtrâ, nondum poterunt inveniri,

Per

Digitized by Google

Teſte Rege apud Haveryng atte Boure, decimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

CONſimile Breve dirigitur Bartholomæo de Burgherſh, Admirallo Flotæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, de Navibus hujuſmodi, per ipſum areſtatis & areſtandis, apud Orewell ad dictum diem duci faciendis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Super defenſione Inſulæ Vectæ.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 9.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Langeford, Cuſtodi Caſtri ſui de Caresbrok, in Inſula Vecta, Bartholomæo de Iſle, & Theobaldo Ruſſel, Salutem.

Quia quamplures homines, de partibus & Dominiis Franciæ, in diverſis Galeis & Navibus, ſupra Mare proficiſcuntur, Regnum noſtrum in partibus de Porteſmuth hoſtiliter invadentes, & Incendia, Deprædationes, & alia facinora quamplurima ibidem perpetrantes,

Et jam ſupra Mare verſus Inſulam noſtram prædictam ſe tenentes, nitenteſque Mala & Facinora, conſimilia vel pejora, in eadem Inſula, & aliis locis Regni noſtri, inhumaniter perpetrare, niſi eorum malitia celerius refrænetur,

Nos,

Volentes defenſioni & ſalvationi Regni noſtri providere, & hujuſmodi hoſtilem nequitiam repellere, Domino annuente,

Ac de fidelitate veſtra circumſpecta confidentes,

Aſſignavimus vos, conjunctim & diviſim, ad cuſtodiendum Inſulam prædictam contra Hoſtiles Alienigenarum Aggreſſus, & ad reſiſtendum eiſdem Hoſtibus noſtris cum Poſſe Inſulæ ejuſdem,

* V. 25. * ſi invadere præſumpſerint Inſulam antedictam, necnon ad arraiari faciendum omnes Homines defenſabiles Inſulæ prædictæ, infra Libertates & extra, tàm Milites & Armigeros, quàm alios quoſcumque, & Armis competentibus, prout ad ſtatum cujuſlibet eorum pertinet, muniri faciendum; ita quod ipſi, ſic arraiati & muniti, ſemper prompti ſint & parati ad proficiſcendum vobiſcum, & veſtrûm quolibet, pro defenſione Inſulæ prædictæ, contra Inimicos noſtros prædictos, ſi mala vel facinora aliqua inibi voluerint perpetrare, quotiens & quando periculum imineat, & per vos, vel veſtrûm aliquem, ex parte noſtra fuerint præmuniti.

Et,

Quia quamplures Homines ejuſdem Inſulæ, tàm Milites & Armigeri, quàm alii, qui Terras & Poſſeſſiones habent in eâdem, ſe de novo a prædictâ Inſulâ, ut didicimus, retraxerunt, & in aliis partibus jam morantur, in ejuſdem Inſulæ periculum manifeſtum,

Advertentes mala, quæ ex hoc evenire poterunt, & quod omnes & ſinguli dictæ Inſulæ, pro defenſione & ſalvatione ejuſdem, tàm pro ipſorum, quàm noſtro commodo & honore, Se & Sua exponere aſtringuntur,

Aſſignavimus vos, & quemlibet veſtrûm, ad diſtringendum, & aliàs compellendum viis & modis, quibus meliùs expedire videritis, omnes illos de Inſulâ prædictâ, Terras & Poſſeſſiones inibi habentes, & ſe ab eadem elongantes, ad redeundum ad ipſam Inſulam, quas in hac parte inobedientes inveneritis ſeu Rebelles, & eas Priſonis noſtris committendi, in eiſdem moraturas quouſque aliud de eis duxerimus demandandum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Haveryng atte Boure, decimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Vicecomiti Suthamptoniæ, quod eiſdem, Johanni, Bartholomæo, & Theobaldo, & eorum cuilibet, ac deputandis ab eis, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, pareat & intendat,

Et omnes Homines Defenſabiles Inſulæ prædictæ coram eis venire faciat quotiens & quando per ipſos, vel eorum aliquem, ſeu Deputandos ab eis, ex parte Regis fuerit præmunitus,

* Nec non omnes illos, quos iidem, Johannes, Bartholomæus, & Theobaldus, & eorum aliquis, ac Deputandi ab eis, areſtaverint vel areſtaverit, & ei liberaverint vel liberaverit, ab eis, & eorum quolibet, ac Deputandis ab eis, recipiat, & in Priſona Regis ſalvò cuſtodiri faciat, donec Rex indè aliud duxerit ordinandum: * V. 26.

Et hoc nullatenus omittat.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De inquirendo ſuper Proviſionibus & Armaturis ad Scotos delatis.

REX Vicecomiti Cumbriæ Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Scot. 12. E. 3. m. 22. d.

Ex inſinuatione plurimorum ad noſtrum pervenit auditum, quod plures Homines, de Balliva tua, Armaturas, Victualia, Ferra Equorum, & alias res diverſas, pluriès, ante hæc tempora, infra Ballivam tuam prædictam, & alibi, proviſerunt ſeu emerunt, & ea ad partes Scotiæ, pro ſuſtentatione & confortatione Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, ſæpiùs duxerunt, & duci fecerunt, & indies ducunt, & duci faciunt, in noſtri contemptum & diſpendium, & contra Inhibitionem noſtram, ſuper hoc pluriès factam:

Nos, hujuſmodi Malitiæ obviare, & pro Indempnitate noſtra ſuper præmiſſis Remedium oportunum volentes apponere, ut tenemur, tibi præcipimus quod, per Sacramentum proborum & legalium Hominum de Comitatu tuo, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos rei veritas melius ſciri poterit, diligenter inquiras de nominibus illorum, qui de partibus prædictis Armaturas, Victualia, Ferra Equorum, aut alia neceſſaria, ad dictas partes Scotiæ, dictis Inimicis noſtris duxerunt, vel duci fecerunt: & quæ, & cujuſmodi, Armaturæ, Victualia, ſeu alia Neceſſaria illa fuerunt: & cui vel quibus ducta extiterunt: & qualiter & quomodo;

Et omnes illos, quos indè judicari contigerit, ac etiam alios, quos præmiſſa inveneris facientes, ubicumque inventi fuerint, areſtes, & capias, & in Priſona noſtra ſalvò cuſtodiri facias, donec aliud indè præceperimus:

Necnon ad Equos, Boves, Currus, & Carectas, Naves, vel Batellos, quos hujuſmodi Victualia, aut alias res, ad dictas partes Scotiæ inveneris ducentes, & etiam ipſa, Armaturas, Victualia, &

Digitized by Google

1338. R. Sciatis quod, pro Repulſione & Refrænatione obſtinatæ malitiæ Scotorum, hoſtium noſtrorum,
An. 12. E. 3.

Qui tàm Regnum noſtrum, quàm alias Terras noſtras, in Marchiis Scotiæ, hoſtiliter invadere ſatagunt, & Homicidia, Incendia, Deprædationes, & alia mala & facinora, quæ poterunt, inibi, ut accepimus, perpetrare,
Scot. 12. E. 3. m. 21.

Dilectum & Fidelem noſtrum, Ricardum Comitem Arundelliæ (de cujus Fidelitate, conſtantiâ, & circumſpectione providâ confidimus) tàm Fidelium noſtrorum, in partibus Scotiæ exiſtentium, quàm Excercitus noſtri, ad eaſdem partes Scotiæ, ex cauſa prædicta, jam miſſi, & exnunc mittendi, & etiam pro Defenſione Regni, & Terrarum, & Populi noſtrorum, verſus partes illas profecturorum, Capitaneum conſtituimus & Ductorem:

Dantes eidem Comiti plenam, tenore præſentium, Poteſtatem omnes Exceſſus, Injurias, Tranſgreſſiones, & Felonias (ſi qui, per Homines Excercitus prædicti, vel ipſorum aliquem, in eodem Excercitu perpetrati fuerint) debitè puniendi, & ſuper hiis juſtitiam faciendi, ac ſi Nos ipſi faceremus, ſi ibidem eſſemus præſentes:

Necnon eligendi per ſe, vel Deputandos ab eo, tàm in dictis partibus Scotiæ, infra Dominium noſtrum, quàm in ſingulis Comitatibus ultra Trentam, tàm infra Libertates, quàm extra, quotiens opus fuerit, tot Homines ad Arma, Hobelarios & Sagittarios, quot pro Expeditione negotii illius neceſſarios fore viderit & etiam oportunos; Ipſoſque, ſic electos, in obſequium noſtrum prædictum, in Comitivâ ſuâ ducendi, & ad hoc, ſi opus fuerit, proficiſci compellendi:

Necnon tractandi & conveniendi cum Cuſtodibus Villæ noſtræ Berewici ſuper Twedam, ac Caſtrorum noſtrorum de Edenburgh, Rokeſburgh, & Stryvelyn, ac aliorum Fortalitiorum, Villarum, & Locorum noſtrorum, in partibus illis, qui nunc ſunt, vel qui erunt pro tempore, pro morâ ſuâ in Cuſtodiis prædictis, ad certum tempus, juxta diſcretionem ejuſdem Comitis ſtatuendum; ac cum aliis, quos pro hujuſmodi cuſtodiis fore viderit oportunos, & nobis utiles & neceſſarios, ad morandum in Cuſtodiis ſupradictis pro quodam certo, à nobis pro temporibus, quibus ibidem moram fecerint, recipiendo;

Ac etiam cum Hominibus ad arma, Hobelariis & Sagittariis, ad certum numerum, per ipſum Comitem ordinandum, ſuper morâ ſuâ in munitionibus, tàm Villæ Sancti Johannis in Scotiâ, quàm aliarum Villarum & Caſtrorum noſtrorum prædictorum, in eiſdem partibus, in forma ſupradicta:

Nec non ſupervidendi Garniſturas & Munitiones in Caſtris, Villis, & aliis locis prædictis, & ad eaſdem Munitiones augmentandum, emendandum, & diminuendum, & ad ordinandum de ſalva & ſecura cuſtodia eorumdem, prout ſibi videbitur expedire:

Et inſuper amovendi omnes Conſtabularios & Cuſtodes Caſtrorum, Villarum, Fortalitiorum, & aliorum locorum prædictorum; & alios ibidem, quos ſufficientes viderit, loco ipſorum conſtituendi:

Et omnia alia & ſingula inibi faciendi, quæ Honorem noſtrum ac Salvationem, & Defenſionem Regni & Terrarum noſtrarum, in partibus illis, Repulſionemque Hoſtium noſtrorum ibidem, concernunt, vel concernere poterunt quoquo modo:

Ac levandi, eligendi, arraiandi, & Armis competentibus muniendi, per ſe vel alios, quos ad hoc duxerit deputandos, omnes Homines, infra ætates Sexaginta & Sexdecim annorum exiſtentes, qui fortes & ſufficientes fuerint ad pugnandum, tàm in Terris & Dominiis noſtris in partibus Scotiæ, quàm in aliis Comitatibus

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Vicecomiti Eborum, quod prædicto Comiti, tanquam Capitaneo & Ductori dicti Excercitus Regis, & omnium aliorum prædictorum, in præmiſſis omnibus & ſingulis pareat, obediat, & intendat, ſicut Regi ipſi, ſi fuiſſet perſonaliter tunc ibidem:

Et venire faciat coram eo, vel ejus Deputandis, Homines ad Arma, Hobelarios, Sagittarios, & alios Pedites prædictos, de Balliva ſua, tàm infra Libertates, quàm extra, quotienſcumque, quandocunque, & ubicumque, idem Comes, vel ejus Deputandi ei ſcire fecerint ex parte Regis:

Et omnes illos, quos prædictus Comes, aut ejus Deputandi, propter Rebelliones ſuas, Injurias, ſeu Exceſſus, in præmiſſis, eidem Vicecomiti liberaverint, aut fecerint liberari, ſub carcerali cuſtodia cuſtodiendos, ab eodem Comite, aut ejus Deputandis, ſeu aliàs ad mandata ſua, recipiat, & in Priſona ſalvo cuſtodiri faciat, quouſque Rex aliud de eiſdem ordinandum duxerit, vel deliberentur aliàs, ut eſt dictum;

Et hoc, ſub periculo quod incumbit, nullatenus omittat.

Teſte ut ſupra.

Eodem modo mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis ſeparatim; videlicet,

Northumbriæ,	*Lancaſtriæ*,
Cumbriæ,	*Notynghamiæ*,
Weſtmerlandiæ,	*Et Derbiæ*.

ET mandatum eſt Ricardo Talebot, Cuſtodi Villæ Regis Berewici ſuper Twedam, quod prædicto Comiti, tanquam Capitaneo & Ductori dicti Excercitus Regis, & omnium aliorum prædictorum, in hiis, quæ Honorem Regis, ac Salvationem, & Defenſionem, Regni, ac Terrarum & Populi Regis, contra hujuſmodi hoſtiles Invaſiones, ac Repulſionem eorumdem Hoſtium Regis, ut præmittitur, & Punitionem Delinquentium, in dictis Electionibus, Arraiationibus, & Ductionibus, vel aliis præmiſſis, præfato Comiti, aut ejus Deputandis, in hac parte contrariantium vel rebellantium, contingunt, pareat, obediat, & intendat, ſicut Regi ipſi, ſi fuiſſet perſonaliter tunc ibidem:

* Et omnes illos quos prædictus Comes, aut ejus deputandi, *&c. prout ſupra.* * V. 19.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt Cuſtodibus Caſtrorum & Villæ ſubſcriptarum ſeparatim; videlicet,

Cuſtodi Caſtri de Edenburgh.
Cuſtodi Caſtri de Rokeſburgh.
Cuſtodi Caſtri de Stryvelyn.
Cuſtodi Villæ de Sancto Johanne in Scotiâ.

Digitized by Google

[illegible], concernunt, vel concernere poterunt, cum ſuper hoc per ipſum Comitem fueritis præmuniti, & etiam videritis expedire:

Et ideò vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, mandamus, diſtrictius injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, præmiſſa omnia & ſingula cum omni diligentia faciatis & expleatis, & præfato Comiti, cum omnibus Hominibus dicti Comitatus, intendatis in forma ſupradicta.

Damus autem univerſis & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Hobelariis, Sagittariis, & omnibus aliis de Comitatu prædicto, nec non Vicecomiti noſtro ejuſdem Comitatus, tenore præſentium, diſtrictius in mandatis, quod vobis, & Deputandis à vobis, in Electionibus, Arraiationibus, & aliis præmiſſis, pareant, obediant, & intendant; necnon Vicecomiti prædicto quod omnes illos, quos vos, propter Rebelliones ſuas, in præmiſſis, areſtaveritis, & ſibi feceritis liberari ſub carcerali cuſtodia detinendos, à vobis, ſeu aliàs ad mandata veſtra, recipiat, & in Priſona ſalvò cuſtodiri faciat, quouſque aliud de eiſdem duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Vicecomiti Comitatus prædicti, quod præfato Comiti de Anegos, in omnibus præmiſſis, pareat, obediat, & intendat: & quod ipſe omnes illos, quos idem Comes propter Rebelliones ſuas, in præmiſſis, areſtaverit, & ſibi fecerit liberari ſub carcerali cuſtodia detinendos, ab ipſo Comite, ſeu aliàs ad mandata ſua, recipiat, & in Priſona ſalvò cuſtodiri faciat, quouſque Rex aliud de eiſdem duxerit ordinandum.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

---

* V. 30.

* *Pro Antonio de Lucy & Ranulpho de Dacre ſimiliter Deputatis.*

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibid.

EOdem modo aſſignantur Antonius de Lucy & Ranulphus de Dacre, conjunctim & diviſim, ad eligendum, *&c. ut ſupra* omnes homines de Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Vicecomitibus eorundem Comitatuum ſeparatim, de intendendo *&c.* præfatis, Antonio & Ranulpho, & eorum alteri *&c. ut ſupra in Mandato directo Vicecomiti Northumbriæ.*

De tractando ſuper Treugis cum Scotis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Scot. 12. E. 3. m. 21.

REX univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Sciatis quod Nos,

De circumſpectione provida & fidelitate probata, Dilecti & Fidelis noſtri, Ricardi Comitis Arundelliæ plenariè confidentes,

Ad tractandum, pro Nobis, & nomine noſtro, cum quibuſcumque Hominibus, inimicis ſeu adverſariis noſtris, de Scotia, de Treugis ſeu Guerræ ſufferentia, inter Nos & ipſos, ſuper omnibus Diſſenſionibus, Demandis, & Debatis, hinc inde ſubortis, ineundis,

ſtri, ad eaſdem partes Scotiæ, ex cauſa prædicta, jam tunc, & exnunc mittendi, & etiam pro defenſione Regni, Terrarum, & Populi noſtrorum, verſus partes illas profecturorum,

Plenariè confidentes,

Dedimus eidem Comiti Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, nomine noſtro, recipiendi ad Fidem & Pacem noſtram Homines de Scotia, ad Fidem & Pacem illas non exiſtentes, & alios, qui eiſdem Scotis contra Nos adhærent ſeu adhæſerunt, & cum eis contra Nos * de inimicita fuerunt, qui ad Fidem & Pacem noſtram venire voluerint, & quos ad Pacem & Fidem hujuſmodi fore viderit admittendos, * V. 31.

Et Literas de Pardonatione dictarum Adhæſionis & Inimicitiæ, necnon de hujuſmodi admiſſione ad Pacem noſtram, eiſdem Hominibus, pro ſecuritate ſuâ, in hâc parte, nomine noſtro faciendi,

Ratum & Gratum habituri quicquid idem Comes nomine noſtro fecerit in præmiſſis.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Proclamatione, ſuper Fabricatione novi Privati Sigilli Regis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 11. E. 3. p. 1. m. 9. d.

REX Vicecomiti Eborum Salutem.

Quia Privatum Sigillum noſtrum, quo ultimò utebamur, jam frangi, & aliud Sigillum novum Privatum fecimus fabricari, quo, die confectionis præſentium, & extunc, uti volumus, ſicut decet,

Cujus quidem Sigilli impreſſionem in quadam Cedula tibi mittimus per præſentium Portitorem,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quod ſtatim, viſo præſenti mandato noſtro, in pleno Comitatu tuo, Impreſſionem prædictam Fidelibus noſtris ibidem oſtendi, & nihilominus in eodem & alibi in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, publicè proclamari facias, quòd mandatis noſtris, ſub eodem Sigillo noſtro, de novo ſic fabricato, ſub Datâ dicti præſentis diei, & extunc, ſingulis dirigendis, intendant, & ea, prout decet, exequantur,

Et quòd aliis mandatis noſtris, ſi quæ, dicto priori Privato Sigillo noſtro, de Datâ dicti diei, vel poſtmodùm, conſignata, aliquibus porrigi contigerit vobis deferri, non obediant; ſet Literas illas penes ſe retineant, & nobis tranſmitti faciant indilatè.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eâdem datâ.

Pro Comitiſſa Pembrochiæ, propter Cuſtodiam Johannæ de Wodeſtoke Filiæ Regis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 1. m. 3.

REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm nos, nuper in Recompenſationem quorumdam Terrarum &

Digitized by Google

cunationem, nuper tactam, de Lanis infra Regnum noſtrum ad opus noſtrum capiendis, ſecum ducere ad dictas partes ſuas, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, ipſis Mercatoribus a Portu, quo cum Lanis & aliis Mercandiſis ſuis receſſuri exiſtunt, per nos noſtro periculo faciendo,

Et de aſſenſu eorumdem Mercatorum, ordinaverimus Paſſagium ſuum apud Portum de Gippewico, cum Lanis & aliis Mercimoniis ſuis prædictis, verſus dictas partes ſub Conductu noſtro,

Vobis mandamus quod tot Naves, quot pro ſalvâ Ductione Lanarum prædictarum verſus partes prædictas neceſſariæ fuerint, de Guerrâ parari, & Hominibus armatis, Marinariis, & aliis Neceſſariis, ſufficienter muniri, & eas, ſic paratas & munitas, uſque prædictum Portum de Gippewico, ſine dilatione, venire faciatis pro Paſſagio Lanarum prædictarum,

Navéſque illas, unâ cum Lanis prædictis, in dicto Portu de Gippewico, in eiſdem impoſitis, uſque dictas partes Brabantiæ, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, proficiſci faciatis; Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Domino de Hauteviill ſuper Mora ſua in Obſequiis Regis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 19.

REX Univerſis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Venerabilis in Chriſto Patris, Henrici Epiſcopi Lincolnienſis, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Bohun, Northamptoniæ, & Roberti de Ufford, Suffolciæ, Comitum, plenè confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum, noſtro nomine, cum, Dilecto nobis, Radulpho Condomino de Altâ Villâ, Milite, ſuper Mora ſua, nobiſcum in noſtris obſequiis facienda,

Ac ad Juramentum Fidelitatis ab eo recipiendum,

Necnon ad Vadia, & Feoda, ac Remunerationem congruam, juxta Status ſui decentiam (conſideratis laboribus quos pro nobis ſubiit, & loco quem nobis tenere poterit in futuro) ſibi conſtituendum & concedendum, & Solutionem competentem indè ſibi faciendum,

Et ad omnia alia & ſingula facienda, quæ in hac parte oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Plenam Ipſis, & Duobus eorum, tenore præſentium, committimus Poteſtatem; promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid præfati, Epiſcopus & Comites, vel duo eorum, nomine noſtro, fecerint in hac parte.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Aprilis.

De Conventione cum Matha de la Brette a Rege confirmata.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 5.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter, dilectum & fidelem noſtrum, Oliverum de Ingham, Seneſcallum noſtrum Vaſconiæ, pro nobis, ex parte unâ, &, Nobilem Mulierem, Matham de la Brette, Dominam de Montynak & de Genſſac, ex aliâ, ſit Conventum & Concordatum,

Quòd dicta Matha cedet, & concedet, nobis totum Jus & omnem Actionem, quæ habet, vel habere poterit ad Locum, Caſtellaniam, & Præpoſituram, de Bragerac, cum pertinentiis, & in eis, ac in omnibus locis aliis, quæ fuerunt quondam Domini de Bragerac in Diœceſe Tholoſani, HABENDA Nobis & Hæredibus noſtris IMPERPETUUM,

Et quod dicta Domina dabit, & concedet nobis Caſtrum & Villam de Montynac, cum pertinentiis, HABENDA & TENENDA Nobis, & Hæredibus noſtris, IMPERPETUUM,

Dictáque Domina, durante Guerrâ Vaſconiæ, concedet, & liberabit nobis, & Hæredibus noſtris, aut Seneſcallo noſtro, vel Hæredum noſtrorum, Vaſconiæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, Cuſtodiam Caſtrorum & Locorum de Genſſac & de Mont Mir, ac Caſtrorum de Mauron & de Montent; Ita tamen quod dicta Domina & Hæredes ſui liberè percipere valeant Fructus & Redditus Caſtrorum & Locorum prædictorum.

Et idem Seneſcallus noſter, in Recompenſationem prædictorum, nomine noſtro, promiſerit dictæ Mathæ Caſtrum, Locum, Præpoſituram, & Caſtellaniam de Mont-Andre ac Bladagium, quod habemus in Villâ & Caſtellaniâ de Bleynes, unâ cum Terrâ quam nuper Domina de Gleynes de nobis ibidem tenuit, ac etiam cum Manerio de Condak, & Præpoſiturâ de Born, Memyſan, Herbefavere, & de Braſſency, cum pertinentiis, HABENDA dictæ Mathæ, & Hæredibus ſuis, de nobis, & Hæredibus noſtris, IMPERPETUUM,

Salvis nobis Homagiis, Fidelitatibus, Reſortis, & aliis Deveriis, nobis in aliis ſimilibus Locis dicti Ducatûs debitis ab antiquo.

ITEM, quod Nos, & Hæredes noſtri, reſarciri & reſtituere faciemus prædictæ Mathæ, Sociis & Servitoribus ſuis, omnia Dampna & Deperdita, quæ ipſos incurrere contigerit occaſione adhæſionis nobis factæ, prout hæc & alia in quadam Indenturâ, inter præfatos, Seneſcallum & Dominam, indè facta, pleniùs continentur,

Nos, quæ per præfatum Seneſcallum noſtrum in hac parte facta ſunt, in omnibus acceptantes, ea, ac omnia & ſingula, contenta in dictâ Indenturâ, quatenus ad nos attinet, pro nobis, & Hæredibus noſtris, approbamus, ratificamus, &, tenore præſentium, confirmamus.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Litera

Digitized by Google

Pro Domino de Camount, de Indempnitate contra Philippum de Valeſio.

Ann D. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.
1338. Sciatis quod,
An. 12. Attendentes Strenuitatem & Conſtantiam, Dilecti & Fidelis no-
E. 3. ſtri, Guillielmi Raymund, Domini de Camount, & proindè vo-
Ibid. lentes ipſum contra Dominum Philippum de Valeſio, ſe Regem Franciæ prætendentem (qui Terras & Jura noſtra injuſtè ſibi nititur attrahere, & nos omnino deprimere) nobiſcum in noſtris obſequiis retinere, ac ipſius & ſuorum Indempnitati proſpicere, ut eſt juſtum,

Concedimus & promittimus, pro nobis, & Hæredibus noſtris, præfato Guillielmo, quod omnes & ſingulos Redditus & Proventus, ac Bona Mobilia & Immobilia quæcumque, quæ dictus Guillielmus, & Homines ſui, ac alii per eum, ad Serviendum nobis contra dictum Philippum adducti, & quæ per dictum Philippum, & adhærentes ſibi, propter hoc Occupata fuerint vel Seiſita, præfato Guillielmo, Hominibus ſuis, & aliis per ipſum ſic adductis, ac eorum cuilibet plenè reſtituere, ſeu Redditus & Proventus, ac Bona æquivalentia, infra Ducatum noſtrum prædictum, cum refuſione plena Dampnorum, & Deperditorum indè ſecutorum, habere faciemus.

Promittimus etiam quod, ſi præfatos, Guillielmum, & Homines ſuos, ac alios per eum in obſequium noſtrum ſic adductos, ſine Culpa ſua, in obſequio prædicto, per Potentiam dicti Philippi, vel ſuorum, capi contigerit, Nos ipſos, & eorum ſingulos, noſtris Sumptibus redimemus, & ipſos in omnibus indempnes fieri faciemus.

Ad hæc, Pacem, Treugam, vel Sufferentiam, cum dicto Philippo, vel Hominibus Franciæ, non faciemus, nec iniemus, niſi dictus Guillielmus, Homines ſui, & alii in obſequium noſtrum ſic adducti, in dictis, Pace, Treuga, & Sufferentia, ſint ſpecialiter comprehenſi.

Nec conſentiemus quod Caſtra, vel Loca ſua fortia, per Tra-
* V. 35. ctatum, ſeu * Pacem aliquam, diruantur vel perdantur; ſet volumus quod Caſtra, Loca, & Bona Immobilia quæcumque, quæ dictus Guillielmus, Homines ſui, & alii ſupradicti, in Ducatu prædicto jam tenent, de nobis & noſtris Hæredibus ſine aliquo medio teneantur, & quod Nobis & noſtris Hæredibus, & non alteri, Fidelitatem & Homagium faciant pro eiſdem.

Dictos etiam, Guillielmum, Homines, ac alios, per ipſum in obſequium noſtrum ſic adductos, ab injuriis & gravaminibus indebitis, tam per Miniſtros noſtros, quàm per dictum Philippum, & Homines ſuos, inferendis, protegemus & defendemus, & omnes Libertates, Privilegia, & Conſuetudines, quibus dicti, Guillielmus & Homines ſui, ac alii ſic adducti, in Rebus, quibus nunc optinent, uſi ſunt vel gaviſi, & alia Jura quæcumque, præſentia & futura, plenè, abſque diminutione ſeu interruptione qualibet, ipſos, & eorum Hæredes, habere permittemus, & etiam faciemus.

Et quod dictum Guillielmum, & Hæredes ſuos, juvabimus contra omnes Homines, qui noſtri Subditi non exiſtunt.

Hæc autem omnia & ſingula præfato Guillielmo, Hominibus, & aliis, ut præmittitur, in noſtrum obſequium adductis, & eorum Hæredibus, ſervare & tenere promittimus, pro nobis, & noſtris Hæredibus, bona fide.

In cujus, &c.

... Huntyngdoniæ, Conſtabulario Caſtri Dovorriæ, & Cuſtodi 1338.
Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti ibidem, Sa- An. 12.
lutem. E. 3.
Licet nuper, Aleman.
Ad Domini Summi Pontificis & Sedis Apoſtolicæ reverentiam 12. E. 3.
& ad ſolicitam inſtantiam, Venerabilium Patrum, Dominorum, p. 1. m.
P. tituli Sanctæ Praxedis, Presbiteri, & B. Sanctæ Mariæ in A- 19.
quiro, Diaconi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ad Nos in Angliam per ipſum Dominum Summum Pontificem deſtinatorum,

Conceſſerimus quod, citra diem Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futurum, nulla fieret Invaſio, nec Dampnum, aut Injuria, vel Gravamen, in Perſonis vel Rebus, Conſanguineo noſtro Franciæ, neque ſuis Subditis, * nec Locis, nec Terris, * V. 36.
nec Gentibus, Regni Franciæ, per Terram, vel per Mare, à nobis, vel Subditis noſtris, nec ab aliis, nomine noſtro, ſeu Mandato, Malum aliquod inferretur,

Ac etiam, pro Nobis, & Gentibus noſtris, præfatum Conſanguineum noſtrum, & ſuos Subditos, Loca, Terras, & Gentes prædicti Regni Franciæ, ſecuraverimus, eiſque Securitatem præſtiterimus per tempus ſupradictum; promittentes bona fide hujuſmodi Ceſſationem & Securitatem ſervare, & facere obſervari,

Ac quòd, ſi per aliquas perſonas, Domino ſeu Poteſtati noſtræ ſubjectas, hujuſmodi Ceſſationem & Securitatem quomodolibet infringi vel violari contingeret, & hoc ad noſtri notitiam perveniret, faceremus fieri Dampna Paſſis debitam Reſtitutionem, ſeu Satiſfactionem, de Bonis Delinquentium, quatenus ſufficerent, & ad nos pertineret, & contra Delinquentes hujuſmodi, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri, ac etiam contra Violatores Ceſſationis & Securitatis prædictarum, procederemus prout Juſtitia ſuaderet, Ceſſatione & Securitate prædictis nichilominus in ſuo robore duraturis,

Et vobis mandaverimus quòd, per dictum tempus, non faceretis, nec permitteretis fieri, in Terra vel in Mari, præfato Conſanguineo noſtro, ſive ſuis Subditis, nec Locis, nec Terris, nec Gentibus Regni Franciæ, in Perſonis vel Rebus, Dampnum, Injuriam, vel Gravamen,

Et etiam, ex parte noſtrâ, Subditis noſtris, de Ballivâ veſtrâ, faceretis publicè prohiberi, nè Quis eorum, ſub pœnâ omnium quæ nobis foriſfacere poſſet, quicquam, contra noſtras prædictas Ceſſationis conceſſionem, & Securitatis præſtationem, faceret aliqualiter vel attemptaret,

Ita tamen quòd dictus Conſanguineus noſter conſimiles, Ceſſationem & Securitatem, nobis, ſeu Subditis noſtris, concederet atque præſtaret,

Et quòd Mandata & Prohibitiones conſimiles Perſonis, & in locis, ubi expediret, fieri faceret,

Et quòd Ipſe, & ſui Subditi, vel alii, ſuo nomine, vel mandato, nobis, ſeu noſtris Subditis, in Ballivâ veſtrâ prædictâ, & aliis Terris & Locis noſtris, per Terram vel per Mare, nullam Invaſionem, nec Malum aliquod, faceret aut Gravamen,

Quódque, ſi idem Conſanguineus noſter, poſtquam ad ejus notitiam præmiſſa pervenerint, conſimiles Ceſſationem & Securitatem pro parte ſua concedere & præſtare renueret, noſtræ intentionis extitit, & adhuc exiſtit, quod ex tunc Ceſſationem & Securitatem prædictas, à nobis conceſſas & præſtitas, ſervare minimè teneremur,

Quia tamen dictus Conſanguineus noſter Ceſſationem prædictam, & omnia contenta in eâdem, ut pro certo didicimus, obſervare ex parte ſua totaliter recuſat, & Nos, & noſtros, tàm per Terram, quàm per Mare, pro viribus nititur prægravare,

Dictam

Digitized by Google

Per ipſum Regem.

modum mutuum allatura.

Undè, cum ad hoc, vice verſâ, voluntatem veſtram audivimus aliqualiter inclinatam, nobis plurimum complaceret ut aliquos de veſtris, nobis benivolos, & Dilectionis hujuſmodi mutuæ zelatores, ad partes Brabantiæ mitteretis, ad tractandum ſuper hoc cum Nunciis & Amicis noſtris, ibidem exiſtentibus; quibus ſpecialiter ſcripſimus, ut, ſi quos illuc ex hâc causâ mittere volueritis, tractent amicabiliter cum eiſdem, & votis eorum condeſcendant, quantum poterint, bono modo.

Dat. apud Turrim Londoniæ, octavo die Maii.

Eodem modo ſcribitur Conſulibus, Scabinis, & Burgimagiſtris, ac toti Communitati, Villæ de Ipre in Flandriâ, ſub eâdem datâ.

Super Arraiatione & Ductione Wallenſium.

Ann. D. 1338. *An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 17.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Ricardo Comiti Arundel, Domino de Oſewaldeſtre, Chirk, & Cloune, vel ejus Seneſcallo, aut Ballivis ibidem, Salutem.

Cùm nuper vobis, per Breve noſtrum, mandaverimus quòd, in Terris & Dominiis prædictis, Centum Homines Wallenſes (quorum una medietas ſit de Sagittariis, & altera medietas de Hominibus ad Lanceas) cum omni feſtinatione, quâ fieri poterit, de Melioribus, Fortioribus, & Validioribus, Hominibus Terrarum & Dominiorum prædictorum, eligeretis, triaretis, & arraiaretis, vel eligi, triari, & arraiari,

Et eoſdem Homines, videlicet, Sagittarios Arcubus & Sagittis & aliis Armis, ac cæteros Homines ad Lanceas Lanceis aliiſque Armis, juxta ſtatûs ſui decentiam, muniri,

Ipſoſque ſic electos, triatos, & munitos, Dilectis & Fidelibus noſtris, Fulconi Fitz-Waryn, Johanni de Cherleton juniori, Roberto de Harle Chivaler, & Griffino Cragh,

Quos ad Electiones, Arraiationes, & Munitiones, Hominum prædictorum ſupervidendum, & ad eoſdem Centum Homines, unà cum aliis Wallenſibus, ad Nos ducendum aſſignavimus,

Seu alicui eorum liberari faceretis,

Ac jam intellexerimus quòd nec vos hujuſmodi Homines eligere, & eos ad nos mittere, nec præfatos Fideles noſtros Terras & Dominia veſtra prædicta, pro Hominibus illis eligendis, ingredi permiſiſtis, in Expeditionis negotiorum noſtrorum Retardationem manifeſtam, unde plurimùm conturbamur, &, nec immeritò, commovemur,

Vobis igitur, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus quod dictos Centum Homines (ſi nondum electi fuerint) cum omni celeritate, qua fieri poterit, de Melioribus, Validioribus, & Fortioribus, Hominibus Terrarum & Dominiorum prædictorum, eligatis, trietis, & arraietis, vel eligi, triari, & arraiari,

Et eoſdem Homines, videlicet, Sagittarios Arcubus & Sagittis & aliis Armis, ac cæteros Homines ad Lanceas Lanceis aliiſque Armis, juxta ſtatûs ſui decentiam, muniri,

Ipſoſque ſic electos, triatos, & arraiatos, ac benè munitos, ad Nos uſque Gippewicum mitti faciatis, ita quod iidem Centum Homines, benè muniti & arraiati, ac de unâ Sectâ veſtiti, ſint ibidem die Mercurii in ſeptimanâ Pentecoſtes, ad ultimum, ad proficiſcendum exindè nobiſcum, & cum aliis Fidelibus noſtris, ad vadia noſtra, in obſequium noſtrum, prout eis tunc ex parte noſtrâ pleniùs injungetur.

Mandavimus enim, dilecto Clerico noſtro, Roberto de Hambury, Camerario noſtro Northwalliæ, quod tàm eiſdem Centum Hominibus quàm Ductori eorumdem, Vadia ſua diurna, à tempore quo ſe a propriis partibus moverint, quouſque apud dictum locum de Gippewico venerint, prout antea fieri conſuevit, ſolvi, ipſoſque de unâ Sectâ veſtiri faciat, de Exitibus Camerariæ antedictæ.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, octavo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo,

Litera Regis miſſæ Diverſis in partibus Exteris.

Ann. D. 1338. *An. 12. E. 3. Ibidem.*

REX, Nobili & Potenti Viro, Domino J. Duci Brabantiæ & Lotringiæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Zelum intenſum & votivum deſiderium, quæ ad Succurrendum nobis, in noſtrorum recuperatione Jurium, effectualiter optinetis, quantis poſſumus, proſequimur Actionibus Gratiarum; deſiderantes intimè (novit Deus) veſtram gratitudinem cum eâ, quæ decet Reges, liberalitatis exuberantiâ præmiare.

Velitis igitur (petimus) pro nobis continuare conſtanter & magnanimiter quod cœpiſtis.

Super his verò, quæ facere diſpoſuimus in hâc parte, Dilectis nobis, Domino de Craydonk, & Reginaldo de Shanow, aperuimus plenius mentem noſtram, ut ea vobis referant vivâ voce; quorum Relationi nota vobis ipſorum fidelitas fidem adhiberi credulam imperavit.

Dat. apud Turrim Londoniæ, octavo die Maii.

Eodem modo ſcribitur Magnatibus & Nobilibus ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Nobili & Potenti Viro G. Comiti Hanoniæ, Holandiæ, & Selandiæ, ac Domino Friſiæ.
Domino Reginaldo, Comiti Gelriæ & Zutph.
Domino Gulielmo Marchioni Julacen.
} Fratribus ſuis cariſſimis.

Domino de Fulkemont, de Monjoie, & de Verne, Vic. Zelandiæ, Conſanguineo, &c,

Domino Wilhelmo Dunort, Domino de Honſtrebout.
Domino Johanni de Hanoniâ, Comiti de Bello Monte.
} Amicis ſuis cariſſimis.

---

* V. 39.

* *Ad Dominum de Contreſyn.*

Ann. D. 1338. *An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 15. d.*

REX, Diſcreto & Potenti Viro, Domino de Contreſyn, Amico ſuo cariſſimo, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Penſantes benivolentiam, quam ad Nos & noſtri Conſervationem Honoris percipimus vos habere, necnon Dampna varia ac Rerum Diſpendia, quæ pro nobis multipliciter incurriſtis, qualiter etiam, bonæ memoriæ, Pater veſter (quod dolenter referimus) quia

nis,

Et ad Indenturas inter vos, vel alterum veſtrûm, & ſingulos eorum, a quibus Stannum prædictum, ut præmittitur, captum fuerit, Quantitatem Stanni, & ejus Pretium, prout inter vos & ipſos (quorum Stannum illud fuerit) concordari poterit, continentes, fieri faciendum,

Et ad partes Indenturarum illarum, penes vos remanſuras, in Cancellariam noſtram, de tempore in tempus, ad citius quo commodè poteritis, mittendum,

Quibus tunc viſis, Literas noſtras Obligatorias, ſingulis prædictorum, de Pretio Stanni, ab ipſis ad opus noſtrum ſic capti, ad certos terminos, infra Duos Annos, proximo jam venturos, eis ſolvendo, faciemus fieri bonâ fide, & etiam liberari,

Et ad totum Stannum prædictum, ad opus noſtrum, in Comitatibus prædictis ſic capiendum, ad Portus magis propinquos, ubi dictum Stannum in Navibus carcari poterit, & abinde uſque Portum de Suthamptoniâ, ſeu alibi, ſi illud, cum ibidem ductum fuerit, ad Loca alia mittere voluerimus, cariari & duci faciendum,

Et ad alios, quos ſufficientes noveritis, ad præmiſſa facienda & explenda loco veſtri, quotiens opus fuerit, deputandum,

Nec non tàm ad Naves & Batellos, in Portubus Comitatuum prædictorum exiſtentes, quàm Carectas, & alia Cariagia quæcumque, pro Stanno illo uſque dictum Portum Suthamptoniæ cariando & ducendo, providendum, areſtandum, & capiendum, quotiens & quando vobis, vel alteri veſtrûm, videbitur expedire,

* V. 40. * Univerſis & ſingulis, Stannum in Comitatibus prædictis habentibus, ſub foriſfacturâ Stanni, & aliorum Bonorum & Catallorum ſuorum, firmiter inhibentes, nè vobis, vel alteri veſtrûm, in Captione, vel Abductione Stanni prædicti, Perturbationem faciant, nec vos in hoc impediant ullo modo.

Et ideo vobis mandamus, diſtrictius injungendo, quod circa præmiſſa facienda & explenda cum omni diligentiâ intendatis, & de nominibus illorum, ſi quos in præmiſſis Rebelles ſeu contrarios inveneritis, vel ſi qui Stannum ſuum abſcondere, aut eâ de causâ elongare præſumpſerint, nos, de tempore in tempus, certificetis; Quos, ad ſignificationem veſtram, taliter puniemus, quod Punitio illa ceder cæteris in exemplum, ſe ab hujuſmodi Rebellionibus retrahendi;

Et nichilominus ipſorum Terras & Tenementa, Bona & Catalla, propter Rebellionem ſuam hujuſmodi, in manum noſtram ſeiſiri faciemus:

Mandavimus enim Vicecomitibus noſtris Comitatuum prædictorum, quod vobis, & alteri veſtrûm, ac Deputandis a vobis, in præmiſſis omnibus & ſingulis Intendentes ſint, Conſulentes & Auxiliantes,

Et quod Ipſi Naves, Batellos, Cariagia, ac alia neceſſaria pro Stanno prædicto, ad dictum Portum Suthamptoniæ cariando & ducendo, in formâ prædictâ, in Ballivis ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, vobis, vel alteri veſtrûm, ac Deputandis a vobis, habere faciant,

Et quod ipſi Sumptus, pro Cariagiis, & aliis neceſſariis in hac parte, inveniendis, de Exitibus Ballivarum ſuarum ſolvant, prout vos, vel alter veſtrûm, aut Deputandi a vobis, ſcire faciatis ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Ratum & Gratum habituri quicquid idem Antonius, nomine noſtro, fecerit in præmiſſis.

Intentionis tamen noſtræ exiſtit, quòd conſimiles Literæ, Dilecto & Fideli noſtro, Ricardo Comiti Arundelliæ, de Poteſtate hujuſmodi, nuper factæ, in ſuo robore perſeverent.

* In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas. * V. 41.

Teſte Rege apud Turrim London. duodecimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literas Regis, de verbo ad verbum, habet Thomas de Rokeby Miles, quamdiu Regi placuerit duraturas.

Conſimiles Literas Regis habet Johannes de Lilleburne Miles, quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Domino de Hautevill, de ſalvo Conductu.

REX omnibus Amicis, Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos Ann. D.
&c. Salutem. 1338.
Cùm mittamus, Dilectos & Fideles noſtros, Rodulphum Con- An. 12.
dominum Altæ Villæ Militem, & Fratrem Galfridum de Maldo- E. 3.
na de Ordine Sancti Auguſtini, ad partes Imperii, & alibi, pro Aleman.
quibuſdam arduis Negotiis, ſibi per nos injunctis, proſequendis, 12. E. 3.
Vos Amicos noſtros requirimus ſpecialiter & rogamus, vobis p. 1. m.
Ballivis & Fidelibus noſtris, firmiter injungendo, mandantes, 18.
quòd ipſos, Rodulphum & Galfridum, necnon Homines, Servientes, Equos, Herneſia, ac Bona, & Res, ſua quæcumque, cùm ipſos per loca veſtrorum Diſtrictuum tranſitum facere contigerit, manuteneatis, protegatis, & defendatis; non inferentes eis, vel, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen; ſet eis potius Salvum & Securum Conductum, Sumptibus ſuis, habere faciatis, quotiens & quando opus fuerit, & per ipſos, Rodulphum & Galfridum, vel eorum alterum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, requiſiti fueritis, ſeu etiam præmuniti.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. duodecimo die Maii.

De tractando cum Duce Brabantiæ ſuper Sponſalibus.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd nos, 1338.
De circumſpectione providâ & fidelitate probatâ, Venerabilis in An. 12.
Chriſto Patris, Henrici Lincolnienſis Epiſcopi, ac, Fidelis & E. 3.
Conſanguinei noſtri cariſſimi, Willielmi de Bohun Comitis Nor- Aleman.
hamptoniæ, plenariè confidentes, 12. E. 3.
Ad Tractandum & Concordandum, nomine noſtro, cum, p. 1. m.
Nobili & Potente Viro, Domino Johanne Duce Brabantiæ & 17.
Loteryngiæ, ſeu Deputandis ab eo, ſuper Sponſalibus & Matrimonio, inter, Primogenitum noſtrum cariſſimum, Edwardum Ducem Cornubiæ, & Comitem Ceſtriæ, & unam de Filiabus dicti Ducis Brabantiæ, contrahendis,

Nec

Digitized by Google

quod ipſi eaſdem Civitatem & Pacem ſalvò & ſecurè ſuo periculo cuſtodient, & hoc concorditer aſſumpſerunt;

Per quod dictus Dominus Rex injunxit & præcepit præfatis, Majori, Vicecomitibus, Aldermannis, & aliis prædictis (qui coram Domino Rege poſtmodum, ad Mandatum ſuum, apud Turrim Londoniæ venerunt) in Fide & Ligeantiâ, quibus dicto Regi ſunt aſtricti, & ſub foriſfacturâ omnium quæ Regi foriſfacere poterunt, quòd Civitatem prædictam ſalvo & fideliter ad opus Regis cuſtodiant, & Pacem Regis ibidem illæſam conſervent, eaſque ſic cuſtodiri faciant & ſervari juxta aſſumptionem ſuam ſupradictam,

Et Malefactores & Delinquentes in Civitate & Suburbiis prædictis puniant & caſtigent, prout ad ipſos pertinet, & de jure, & ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni & dictæ Civitatis, fuerit faciendum,

Maximè ipſo Rege in Tranſmarinis partibus ſic agente; ita quod Geſtus ipſorum præbeat Regni cæteris exemplum, ſe a perpetratione malorum in Regis abſentiâ retrahendi:

Dicens eis quod, ſi in Cuſtodiâ hujuſmodi negligentes ſe habuerint vel remiſſos, per quod dicta Civitas, aut ipſa Pax, non fuerit modo, quo præmittitur, debitè cuſtodita, idem Rex ad ipſos, tanquam Mandatis Regis inobedientes, & Pacis ſuæ Violatores, ac aſſumptioni ſuæ hujuſmodi contravenientes, & aliis, prout delictum ſuum exegerit, capiet, & eos, prout in hoc caſu, præmiſſis conſideratis, convenit, puniet cum Rigore.

Teſte Rege apud Turrim London. duodecimo die Maii.

De ſalvo Conductu pro Domino de Cravendouk.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Magiſtris, & Marinariis Navium, ac aliis Fidelibus ſuis, infra Libertates & extra, tàm in Mari, quàm in Terrâ, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm, Nobilis Vir, Willielmus Dominus de Cravendouk, & Johannes Bernage de Flemyng, ac Johannes de Thraudeſton, & Familiares & Servientes ſui, ad partes Tranſmarinas, de licentiâ noſtrâ, & pro quibuſdam Negotiis noſtris, ibidem expediendis, prout eis plenius injunximus, ſe divertant, ſuſcepimus ipſos, Willielmum, Johannem, & Johannem, ac Familiares & Servientes ſuos, & eorum quemlibet, eundo cum Equis, Herneſiis, & aliis Rebus ſuis, ad partes prædictas, ibidem morando, & exindè redeundo, tàm in Mari, quàm in Terrâ, in Protectionem & Defenſionem noſtram, ac Salvum & Securum Conductum noſtrum:

* Et ideò vobis mandamus, *&c. prout in Literis de Conductu.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo tertio die Maii.

Per ipſum Regem.

... ſub Cuſtodia veſtra, ut dicitur, detentum, Dilecto & Fide- Claus. 12.
li noſtro, Antonio de Lucy, Vicecomiti noſtro Cumbriæ, ſine *E. 3. p. 1.*
dilatione liberetis ſalvò cuſtodiendum, prout eidem Vicecomiti *m. 4.*
duximus plenius injungendum: Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo quinto die Maii.

Per ipſum Regem.

De Epiſcopo Herefordenſi ad Cuſtodiam Hiberniæ aſſignato.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1338.
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Venerabilis *An. 12.*
Patris, Thomæ, Herefordenſis Epiſcopi, plenariè confidentes, *E. 3.*
Conſtituimus ipſum Cuſtodem Terræ noſtræ Hiberniæ, ad faciendum omnia & ſingula, quæ ad ſalvam & bonam Cuſtodiam *Pat. 12.*
ejuſdem Terræ, & Conſervationem Pacis noſtræ ibidem, ac Officium Juſticiariæ Terræ illius, pertinent, & honorem noſtrum & *E. 3. p. 2.*
commodum nobis concernunt, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, *m. 34.*

Percipiendo per Annum, ad Scaccarium noſtrum Dubliniæ, quamdiu Cuſtodiam prædictam ſic habuerit, Quingentas Libras,

Pro quibus Terram prædictam ſic cuſtodiet, & erit ipſe viceſimus de Hominibus ad Arma, cum tot Equis coopertis, continuè dùm Cuſtodiam habuerit ſupradictam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo quinto die Maii.

Per ipſum Regem.

* ET mandatum eſt Johanni de Cherleton, nuper Juſticiario Regis Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti, * V. 44.

Quòd eidem Epiſcopo Terram Regis prædictam, necnon Officium Cuſtodiæ prædictæ, unà cum Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis Regis, in Terrâ prædictâ, ſimul cum Munitionibus, Inſtauro, & aliis rebus Regis ibidem, ac omnibus & ſingulis, Cuſtodiam illam tangentibus, quæ ſunt in Cuſtodiâ ſuâ, liberet cuſtodienda in formâ prædictâ, & quod idem Johannes de dicto Officio Juſticiariæ ulteriùs non intromittat.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis, de Terrâ Regis Hiberniæ,

Quod eidem Epiſcopo, tanquam Cuſtodi Terræ prædictæ, in omnibus, quæ ad Cuſtodiam hujuſmodi pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem. ET

Digitized by Google

Per Breve de Privato Sigillo.

Conſimiles Literas Regis de Manumiſſione habent ſubſcripti; videlicet,

Willielmus Godewyn de Eſſyngton, Nativus Regis Manerii prædicti.

Alanus Maſon de Eſſyngton, Nativus Regis Manerii prædicti.

Per idem Breve.

De Conductu pro Lana Cardinalium.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 31.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Magiſtris & Marinariis Navium, ac aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm, ad requiſitionem nobis,

Ex parte Domini Summi Pontificis, &, Venerabilium Patrum, - - de Convenis, & Monte Faventio, & de Mota, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, nobis factam,

Conceſſerimus eis quod ipſi, per Attornatos & Servientes ſuos, Quaterviginti Saccos Lanæ extra Regnum * noſtrum, in Navibus de partibus Exteris, uſque ad partes Brabantiæ, pro liberatione ipſorum Domini Summi Pontificis & Cardinalium indè faciendâ, ducere poſſint, * V. 45.

Nos,

Volentes Securitati ipſorum Attornatorum, & Servientum, ac Lanarum prædictarum, in hac parte providere,

Suſcepimus ipſos Attornatos, & Servientes, ac Lanas prædictas, Necnon Naves, & Magiſtros, ac Marinarios, ipſos conducentes, eundo verſus dictas partes Brabantiæ, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in Salvum & Securum Conductum noſtrum:

Et ideo vobis mandamus *&c. prout in Conſimilibus Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Petri ad Vincula proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo octavo die Maii.

Indentura de Conventionibus inter Regem Angliæ & Bernardet de la Brette.

Ann. D 1338. An. 12. E 3 Vaſc. 12. E. 3. m. 3.

CESTE ENDENTURE TESMOIGNE les Covenances, Alliances, & Acorde, entre nous, Edward, par la grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlande, & Ducs de Guyen, de une part, & Monſieur Bernardett de la Brette, Noble & Puiſſant Baron, Viſconte de Tartays, & Sire de la Brette, d'autre part,

PRIMES, que le dit Sire de la Brette en devendra Vaſſal de nous, Roi & Ducs, & ferra Homage & Sacrament de Fealte a noſtre requeſte, iſſint come ſes Predeceſſours jadis l'ont enceuſtumez de faire a lez Noz.

Et nous lui ſumes tenuz, pur ce, lui garder, & les ſoens, de damage, a noſtre loial poair, & touz ceux, qi vendront ovesques lui a noſtre ſervice & Obeiſance.

Et, pur ce q'il ad a perdre grantz Terres, Chaſtelles, & Rentes Pais entierement & Acorde, ſanz exill, & ſanz parde des Terres & Rentes, & ſanz abatement des Chaſtels, ou de nulle force.

Et promettoms auxint amender tout ceo, que ceux, que vendront oveſque lui en noſtre Service, pardront, deinz ſi Bons Lieux, & ſi ſuffiſantz, come ſerront ceux q'ils parderont pur noſtre Service, deinz la Duchee, ou deinz le Roialme * d'Engleterre, ſi ceo ne ſe poeit faire en la Duchee en bone manere. * V. 46

Et voloms & grantoms que les Covenances, Traytees, & Parlees, entre, noſtre Seneſchal de Gaſcoigne, Monſieur Oliver de Ingham, de une part, & Monſieur Berard de la Brette, pur, la Noble Dame, Mate de la Brette, Dame de Montynyak & de Genſak, ſa Soer, d'autre part, ſoient acomplices, tenues, & faites en tout, & par tout;

Et, en cas que la dite Dame ne purreit acomplier totes les choſes, Grauntees & Parlees par le dit Monſieur Berard, en noun de lui, Nous lui promettoms d'amender tout ceo, q'elle pardereit pur noſtre Service & Obeiſſance, a nous faitz, en Gaſcoigne, en ſi Bons lieux & ſi ſuffiſantz, de Honoures, & de Juriſdictions, de Forteleſſes & des rentes, come ſerront ceux q'elle parderoit pur noſtre Service ſuſdit.

Et, ſi iſſint eſtoit que en Gaſcoign ne Lui puiſſoms aſſigner (que Dieu defende) Nous lui promettons de faire Aſſignation, en Engleterre, des choſes q'elle parderoit pur noſtre Service, en ſi Bons Lieux, & ſi ſuffiſantz, come ſerront ceux que elle avera parduz, en la forme & la condicion ſuſdites; Nomement, nous voloms, q' en cas q'elle ne purroit Bailler le Lieu de Montynyak, q'elle Baillaſſe ſon Droit de Mariage, de Dowaire, ou de Donacion, oue totes autres Droitures, q'elle ad pur Donations faites, & Inſtrumentz, ou en teſtament, ou en autre manere, qe l'Aſſignacion, a lui faite, pur les choſes ſurdites, du Caſtell & Chaſtelenye de Montendre, & de la Prepoſte de Boorn, & de Mymyſau, & Erbeſaver, de Braſſiges, Tyengue, & Vaile, iſſint come eſt Acorde par les ditz Monſieur Oliver & Monſieur Berard.

Et nous, ditz Roi, totes choſes ſurdites, Eſcrites & Parlees, promettoms a tenir & complier par la manere & forme, que ſont Traittes, Eſcrites, & Acordees; &, a graindre fermete de ceo tenir & acomplier, nous voloms & mandoms que noſtre Grant Seal ſoit mys en pendant.

Et je'o, Sire de la Brette avantdit, en quant que a moy appartient, approve, & loie, & ratifie, totes les choſes ſurdites, iſſint Traittes, Ordinees, & Parlees.

Et, à graignour fermete de celes, voille que mon Seal y ſoit mys, & panſes, enſemblement oveſque le Seal du Roi mon Seignur & Ducs.

Don, quant a nous, Roi avantdit, a noſtre Tour de Londres, le Oetiſme jour de May, l'An de noſtre Regne duziſme, & quant a mon Sire de la Brette avantnome.

Pro Petro de Puyane, ſuper Redditu de qualibet Balena capta.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 4.

Supplicavit nobis, Dilectus & Fidelis noſter, Petrus de Puyane, Admirallus Flotæ navium Civitatis noſtræ Baionæ, ut,

Prætextu obſequii ſui, nobis impenſi, & impoſterum pro viribus impendendi,

Velimus Redditum, quem habemus in Portu de Beariz,

Videlicet, de quâlibet Balenâ captâ, & ad eundem Portum adductâ, Sex Libras Sterlingorum,

Michaeli Filio prædicti Petri, ad totam vitam ipſius Michaelis, Nec-

Digitized by Google

Teſte ut ſupra.

Per teſtimonium ipſius Comitis.

Conſimiles literas de Protectione habent ſubſcripti, ſub eâdem datâ; videlicet,

Nicholaus de Belhous	*Arnaldus de Mounteny*
Benedictus Wade	*Petrus de Vieſton*
Hugo de Nevile	*Johannes le Ferour*
Johannes de Vielſton	*Thomas Warde*
Rogerus de Apulton	*Willielmus Talmache*
Johannes de Boulton	*Willielmus de Gonewarton*
Thomas de Boſehale	*Radulphus de Twyford*
Johannes Hode	*Nicholaus Trip*
Thomas Dardern	*Hugo de Moreſeby*
Nicholaus de Crophill	*Ricardus de Brewes*
Johannes Fitz-Richard	*Willielmus Sydrake*
Willielmus Giffard	*Johannes fitz Johannis Stacy*
Johannes de Wauton	*Gerardus de Wyderyngton*
Johannes Gentilcors	*Adam de Swyneborn*
Robertus Corbet	*Rogerus de Wyderyngton*
Michael Stacy	*Edmundus de Bounyngton*
Willielmus de Aſheburn	*Johannes de Clopton*
Petrus de la Tay	*Oliverus de Bohun*
Thomas de Urſwyk	*Robertus de Marny*
Ricardus de Toteſham	*Nigellus Attewater*
Johannes de Nevile de Eſſex	*Hugo de Newton*
Willielmus Meſſager	*Edmundus de Cretingges*
Thomas de Daventre	*Johannes fil. Hugonis de Lancaſtr.*
Ricardus Wytherparys	*Johannes de Verdon*
Johannes de Geryngham	*Johannes de Lancaſtel*
Ricardus de Denton	*Willielmus Henry*
Willielmus Sayere	*Willielmus de Irland*
Johannes de Nevile	*Henr. fil. Nicholai Brown Capellan.*
Thomas de Washyng	*Johannes Martyn*
Petrus de Favolore	*Johannes Scot*
Ricardus Garland Clericus	*Johannes Gretig*
Johannes de Wodehous	*Johannes Fitz Water*
Willielmus Truſſebut	*Hugo Baſſet*
Willielmus Hadeſtok	*Hugo Tregunan Valettus Camer. Regis.*
Nicolaus Coleman	
• V. 48. *Johannes Elis de Witparis*	
Ann. D. *Hugo de Badewe*	
1338. *Rogerus de Englesfield*	

An. 12. *E.* 3. *Aleman.* 12. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 10.

* *Super Mutuo, pro Paſſagio Regis.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis nos recepiſſe de, Dilecto nobis, Abbate Sanctæ Mariæ, de Olneya, unum Calicem aureum, cum Patenâ, ac la-

Unum Ciphum argenteum, cum Pede, & Cooper- ratum, & Aymellatum, & Ingravatum de Babwyn, in Pomello Pedis & Cooperculi, Ponderis Quatuor Librarum, & Decem Solidorum, Pretii Quatuor Librarum, & Decem Solidorum,

Unum Calicem argenteum Deauratum, cum Patenâ, Ponderis Duarum Marcarum, Pretii Duarum Marcarum,

Unum Ciphum argenteum Deauratum extra, cum Pede & Cooperculo, Ponderis Viginti & Octo Solidorum, & Octo Denariorum, Pretii Viginti & Octo Solidorum, & Octo Denariorum,

Et unam Capam Chori, de Samito rubeo, broudatam de Ymaginibus de Auro & Serico, Pretii Sex Marcarum,

Quos quidem Ciphos, Coopercula, Calicem, Patenam, & Capam, eidem Abbati reſtituere, vel ei Undecim Libras, Quinque Solidos, & Quatuor Denarios (ſi iidem Ciphi, Coopercula, Calix, Patena, & Capa, ſibi non reſtituantur) ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Edmundo, tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

* *Per Abbatem de Thornton.* • V. 49.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Ibid.*

Sciatis nos recepiſſe de, dilecto nobis in Chriſto, Abbate de Thornton, per manus, dilecti Clerici noſtri, Roberti de Wodehouſe, Archidiaconi Richemundiæ, Theſaurarii, & Camerariorum noſtrorum,

Ex causâ Mutui, nobis, pro Paſſagio noſtro, verſus partes transmarinas, per præfatum Abbatem facti,

Unum Calicem Aureum, cum Patenâ, Ponderis Quinquaginta, & Octo Solidorum, & Quinque Denariorum, & Pretii Triginta & Septem Librarum, Decem & Novem Solidorum, & Quinque Denariorum,

Quem quidem Calicem, cum Patenâ, eidem Abbati reſtituere, vel ei Sexaginta & Quindecim Libras, Decem & Octo Solidos, & Decem Denarios (ſi iidem Calix & Patena ſibi non reſtituantur) ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sanctum Edmundum, tertio die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Digitized by Google

Teſte Rege apud Villam de Sancto Edmundo, tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

Per Abbatem de Rameſey.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibid. REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos recepiſſe de, Dilecto nobis in Chriſto, - - - - Abbate de Ramſeye, per manus, dilecti Clerici noſtri, Roberti de Wodehouſe, Archidiaconi Richemundiæ, Theſaurarii, & Camerariorum noſtrorum,

Ex cauſâ Mutui, pro Paſſagio noſtro, verſus partes tranſmarinas, per præfatum Abbatem facti,

Unum Calicem aureum, cum diverſis Petrariis in fundo, cum Patenâ, Ponderis Novem Marcarum & Quinque Solidorum, & Pretii Sexaginta & Octo Librarum, & Quindecim Solidorum,

Unum Ciphum argenteum Deauratum, veterem & debilem, cum Pede & Cooperculo, cum diverſis Scuchonibus & Aymellis, infra & extra, Ponderis Quadraginta & Octo Solidorum, & pretii Quadraginta & Octo Solidorum,

Unum Ciphum argenteum, cum Pede, Deauratum infra & extra, cum diverſis Scuchonibus & Petrariis, ſine Cooperculo, Ponderis Triginta & Duorum Solidorum, & Duorum Denario-

* V. 50. rum, & Pretii Triginta & Duorum * Solidorum, & Duorum Denariorum,

Unum Ciphum argenteum, Deauratum infra, & ingravatum, ſine Pede & Cooperculo, Ponderis Viginti & Septem Solidorum, & Pretii Viginti & Septem Solidorum,

Et unam Capam Chori, broudatam de Auro & Serico, de diverſis Ymaginibus, Pretii Quadraginta Marcarum,

Quos quidem Calicem, Patenam, Ciphos, Cooperculum, & Capam, eidem Abbati reſtituere, vel ſibi Centum & Decem & Septem Libras, & Decem Solidos, pro Calice & Patenâ prædictis, & Quinquaginta & Duas Libras & Sex Denarios, pro dictis Ciphis, Cooperculo, & Capa, (ſi iidem Calix, Patena, Ciphi, Cooperculum, & Capa, ſibi non reſtituantur) ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Sancto Edmundo, quarto die Junii.

Per ipſum Regem & literas ipſorum Theſaurarii & Camerarii.

Per Abbatem de Reding.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibidem. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis Nos recepiſſe, per manus, dilecti Clerici noſtri, Edmundi de la Beche, Cuſtodis Garderobæ noſtræ, de, dilecto nobis in Chriſto, Fratre Ricardo de Maurdyn, Commonacho Abbatis de Redyng, de Jocalibus ipſius Abbatis, Unum Calicem cum Patenâ, auri fin. Ponderis Triginta & Septem Solidorum, & Undecim Denariorum, & pretii Viginti & Duarum Librarum, & Quindecim Solidorum,

Unum alium Calicem, cum Patenâ, auri fin. Ponderis Quatuor Librarum, Decem Solidorum, & Octo Denariorum, & pretii Quinquaginta & Quatuor Librarum, & Octo Solidorum,

Unum Scrinium auri, ad modum parvi Feretri, Garnitum de Saphiris, Perlis Orientalibus, Camahut, Rubinis, Balamitibus, & aliis diverſis Petrariis, pro Reliquiis imponendis, Ponderis Vi-

Per ipſum Regem.

Per Abbatem de Crouland.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibidem.

Sciatis Nos recepiſſe de, dilecto nobis in Chriſto, - - - Abbate de Crouland, per manus, dilecti Clerici noſtri, Roberti de Wodehouſe, Theſaurarii, & Camerariorum noſtrorum,

Ex cauſâ Mutui, nobis, pro Paſſagio noſtro, verſus partes tranſmarinas, per præfatum Abbatem facti,

Unum Calicem, cum Patenâ, deauratum per totum, Ponderis & Pretii Quatuor Librarum, & Quinque Denariorum,

* Et unam Capam Chori, de Samito rubeo, broudatam de diverſis Ymaginibus aureis, Pretii Octo Marcarum, * V. 51.

Quos quidem Calicem, Patenam, & Capam, eidem Abbati reſtituere, vel ei Novem Libras, Septem Solidos, & Unum Denarium (ſi iidem Calix, Patena, & Capa, ſibi non reſtituantur) ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Lopham, octavo die Junii.

Pro Mercatoribus Brabantiæ.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Waltero de Manny, Admirallo Flotæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 13.

Cùm nuper vobis mandaverimus quòd Mercatoribus de Brabantiâ,

Cum Lanis ſuis, quas apud Orewell venire mandavimus,

Uſque partes Brabantiæ ſalvum & ſecurum Conductum de Navibus Regni noſtri, de Guerrâ paratis,

Juxta Conventiones inter, dilectum & fidelem noſtrum, Venerabilem Patrem, Henricum Lincolnienſem Epiſcopum, & alios Nuncios noſtros, ad partes illas nuper miſſos, &, Nobilem Virum - - - Ducem Brabantiæ, & Mercatores ejuſdem Ducatûs, initas,

Habere faceretis,

Et Centum Marcas, pro Expenſis, ratione Conductûs illius faciendis, Willielmo de Kyngeſton, Clerico noſtro, fecerimus liberari,

Et jam intellexerimus quòd, licet præfati Mercatores de Brabantiâ, cum Lanis ſuis, in dicto Portu de Orewell, juxta mandatum noſtrum prædictum, congregati, Conductum diu eſt expectaverint ſupradictum, Naves tamen ad conducendum eos, ut prædictum eſt, ad ipſos Mercatores Brabantiæ nondum venerunt, nec adhuc, ut dicitur, ſunt paratæ,

Undè plurimùm admiramur &, non inmeritò, commovemur, præſertim cum, ex dilatione hujuſmodi, Mala & Jacturas, juxta Conventiones prædictas, incurrere poſſemus,

Nos,

Volentes hujuſmodi malis, quatenùs cum Dei auxilio poterimus, præcavere,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd eiſdem Mercatoribus de Brabantiâ, pro Lanis ſuis, ad partes proprias ſalvo ducendis, ſecurum Conductum de Navibus hujuſmodi, de Guerrâ paratis, habere faciatis, juxta formam mandati noſtri, aliàs vobis indè directi; & hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte

Digitized by Google

Ricardus Murymouth
Johannes de Mereworth
Robertus de Tifford
Henricus de Kneton
Henricus de Northwell
Rogerus de Couton
Rogerus de Auenewyk

Per Breve de Privato Sigillo.
Gavinus de Sutborp
Per Billam de Privato Sigillo.
Henricus de Lancaſtr. Comes Derbiæ
Per ipſum Regem.

De Conſtabularia Angliæ commiſſa.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1338. Sciatis quod,
An. 12. Cum, Dilectus Conſanguineus & Fidelis noſter, Humfridus
E. 3. de Bohun Comes Herefordiæ & Eſſexiæ, & Conſtibularius An-
Pat. 12. gliæ,
E. 3. *p.* Qui tàm ob corporis ſui inbecillitatem, quàm propter infirmita-
2. *m.* 25. tem diuturnam, quâ detinetur, ad Officium Conſtabulariæ prædictæ excercendum, & alia Servitia, quæ ratione Caſtrorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, quæ de nobis tenet in Angliâ & Walliâ, Pacis & Guerræ temporibus facienda, non ſufficit laborare,

Deſiderans ſe a Laboribus hujuſmodi ex causâ prædictâ pro tempore exonerari,

Conſtabulariam prædictam, ac Manerium de Fulmodeſton, cum pertinentiis, unà cum Advocatione Eccleſiæ de Ketleſton in Comitatu Norffolciæ, ſimul cum Feodis Militum ad idem Manerium ſpectantibus, Dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Willielmo de Bohun Comiti Norhamptoniæ, Fratri ejuſdem Comitis, dederit & conceſſerit, ad totam vitam ipſius Comitis Norhamptoniæ habenda,

Ita quòd idem Comes Norhamptoniæ dictum Officium Conſtabulariæ, & ea quæ ad illud Officium pertinent, ac totum Servitium prædictum, quòd idem Comes Herefordiæ & Eſſexiæ, nobis pro eâdem Conſtabulariâ, ac Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis prædictis, facere ſic tenetur, pro ipſo Comite Herefordiæ & Eſſexiæ faciat & exequatur,

Nos,

Donationem & Conceſſionem prædictas, pro nobis & Hæredibus noſtris, de gratiâ noſtrâ ſpeciali acceptantes,

Volenteſque, conſideratâ ipſius Comitis Herefordiæ & Eſſexiæ, ut præmittitur, impotentiâ, quieti & tranquilitati ejuſdem Comitis favorabiliter providere,

Conceſſimus, pro nobis, & Hæredibus noſtris, quòd prædictus Comes Norhamptoniæ dictum Officium Conſtabulariæ, & ea quæ ad idem Officium pertinent, totumque Servitium quod præfatus Comes Herefordiæ & Eſſexiæ, pro Conſtabulariâ, ac omnibus Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis ſuis prædictis, quæ ſic de nobis tenet, facere conſuevit, & etiam tenebatur, tàm Guerræ, quàm Pacis temporibus, ad totam vitam ipſius Comitis Norhamptoniæ faciat & excerceat, ut eſt dictum,

Et quòd idem Comes Herefordiæ & Eſſexiæ, ad Officium & Servitia prædicta facienda, necnon ad veniendum ad Parliamenta & Concilia noſtra, & Hæredum noſtrorum, ſeu alia Onera quæcumque, ratione dictorum Conſtabulariæ aut Servitii, pro Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis prædictis, ut prætangitur

terre en Holande, en Zeelande, & aillours, ou qui ce ſoit, & qui ci apres outre verront enſi, come autres bones Villes & Gentz ſerront quel qils ſoient.

Item, Nous lour avoms promis, & promettons, qui touz Marchantz de Flandres, quel q'ils ſoient, qui verront deinz les Bounds ou Havenes d'Engleterre, ou de ceux, des queux le Roi d'Engleterre eſt poiſſantz, ſerront ſeur Sauf & Franc de lour Corps, & de lour Avoirs, & lour Meiſnies oveſqes, tant, & ſi longement, q'ils ſerront & demurront dedeinz les Boundes & Havenes d'Engleterre, ou de ceux des queux le Roi ad poer; &, en cas qui les Marchanz de Flandres, lour Biens, & Maiſnies, ſuiſſont endamages, par les Gentz du Roi d'Engleterre, ou des ſes Subgis, en temps a venir, noſtre Seigneur le Roi lour deveroit faire, ou ſes Gentz de par lui, debonairement & amiablement, ſolonc le fait, droit & lay, ſi brief & ſi court, qui on le purra faire en aſcune maniere, ſanz enfreindre les Leys & Droitures de Pais de noſtre dit Seigneur le Roi, ou de ſoens.

Item, lour avoms promis, & acorde, qui touz Flamens deviont eſtre Seur Sauf & Franc, oveſque lour Beins & Meſnies, par Eawe, & par Terre, ſanz avoir aſcon grief ne meffait des Engleys, ou d'autres le Gentz de Roi, ou de ſes Subgis, ou de Gentz de ſes Subgis, en quicumque lieu les Aventures les purroient aſſembler, en monſtrant lour Signe qui on appele Cokerz, ou Chartrez Parties; mes, par eſpecial, avoms retenu, pur noſtre Seigneur le Roi, qui li Flamens n'aideront point les Eſcoz; & s'il avenoit qui aſcons Flamens, ou autres, appurtenantes au Pais de Flaundres, alaiſſent, ou menaſſent aſcons Biens, vers les Eſcoz, as Enemis de noſtre Seigneur le Roi, yceux, alanz ou menanz, ſerront exceptes & exclus de Seurtees, Sauvtees, & Franchiſes deſus dites, & les purroit noſtre Seignur le Roi, ou ſes Gentz, grever en toutes maneres ſanz enfrendre le Seurtees, Sauvtees, & Franchiſes deſus dites.

Item, avoms acorde oveſque les bones Gentz, & oveſque tout le comun Pais de Flandres, q'ils ne ſe deviont point meller, ne entremettre, en aſcone manere, par confort des Gentz, ou de Bataille de Guerres, de noſtre Seigneur le Roi deſus dit, & de Noble Homme, Sire Philip de Valois (qui ſe tient pur Rois de France) aidant ne nuiſant ne l'un, ne l'autre, ne lour Aidance q'il ont a preſent, ou purront avoir en apres, de quecumque eſtat ou condicion q'ils ſont, ou ſerront.

Item, avoms promis & acorde, qui noſtre Seigneur le Roi, ſes Gentz, ou Aidantz, ne divont point venir en Flandres, ne paſſer par le Pais de Flandres, Armez ou Deſarmez, poiſſaumtement par faire Damage al Counte de Flandres, ou as Pais de Flandres, al dit Sire Philip, as Terres, ou as Seignures q'il tient, ou a ſes Aidantz, par tiele condicion; qui les Gentz, & le Pais de Flandres, ne * ſoeffrent pas qui le dit Sire Philip, ſes Gentz, * V. 54.
ou Aidantz, facent aſcen damage a noſtre Seigneur le Roi, a ſes Gentz, ou Aidantz, dedeinz le Pais ou Bounds de Flandres: ne q'il, ne ſes Gentz, paſſent par Flandres, pur faire Damage a noſtre Seigneur le Roi, a ſes Gentz, ou Aidantz; mes, s'il avenoit qui noſtre Seigneur le Roi, ſes Gentz, ou Aidantz, ou autres, quel, ou de quelcumque eſtat ou condicion, q'il fuiſſent, ou purroient eſtre, vouſiſſent venir en Flandres, oveſque Gentz d'Armes, ou ſanz Armes, pur faire Damage au Counte, ou al pais de Flandres, ou pur paſſer par Flandres, pur adamagier le dit Sire Philip, les Terres, ou Seigneures q'il tient, ou ſes Aidantz, adonques purront les Flamens eider lour Droit Seignur le Count de Flandres

de ſoens, a tout lour Biens & Maiſnies, ſatisfaction faite, & Sour le Conduct noſtre Seigneur le Roi, ſicome dit eſt pardevant.

Et eſt bien l'entencion de nous, Procurours deſuz dit, qui touz Flamens, qui voilent venir, deſarmes, dedeinz le Pais de noſtre Seigneur le Roi d'Engleterre, ou de ſes Subgis, pur Marchaunder, Vendre, ou Acharer, quicumqes Marchandiſes, Biens, ou Denrees, qui ſe ſoient vendables es pais d'Engleterre, ou de ſes Subgis, qui tout cils ſont compris, & enfranchis, come Marchantz, paiant totes Foitz cheſcon Marchant ſon Droit de Redeuanche, come autres paieront de lour eſtat.

Et par les Convenches, Acors, & Condicions, contenues en ceſtes preſentes lettres, n'eſt pas lies le Counte de Flandres, qui ceo ne ſoit en ſa volonte de aider, ou ſervir, de hors Flandres, a qi q'il voudra, oveſque ſes Hommes de Fief, & oveſque ſes Gentz de lignage de Chevaliers, & Eſquiers, qui preſentement tienent Fief de lui, ou ſur les queux lui Fief purront venir, qui de volente lui voudrent ſervir; mes les Gentz de bone nacion, ne les Hommes qui ſont Burgoys, ou Habitans, dedeinz les Villes, ne ſerviront point al Counte de Flandres en ce cas, en tant come les Villes les purront oſtier par raiſon, ſolonc Cuſtumes ou Fraunchiſes de lour Villes.

ITEM, avoms Acorde qui totes les choſes, contenues en ceſtes preſentes Lettres, & cheſcun d'yceles, doyvent valer & durer en lour force & vertue, del jour de la Date de ceſtes Lettres, juſqes a demy An apres le jour qui Pais & Acord ſerront faitz, & Notoirement pupplies de Guerres deſuzdites, & tut en bon Amur & leal ſanz fraude, decevanche, & ſanz mal engyn.

Et, quant as choſes deſuſdites, & cheſcon d'iceles, bien & fermement tenir, & acomplir, & parfaire, au Pais, & as bones
* V. 55. Gentz de Flandres devant * nomees, nous avoms Obliges, & Obligeoms, par la tenure de ceſtes Lettres, noſtre Seigneur le Roi, & ſes Heirs, & les Biens de lui, & de ſes Heirs, Moebles & Nientmoebles, preſentz & avenirs, ou q'ils ſoient, ou purront eſtre Trovez, jeſqes en plain ſatisfaction, & leal reſtor, de toutes les defautes, qui avenir purroient, ou avendroient, en aſcone manere, as Poinz, ou Articles, devant Eſcriptes, ou aſcon d'yceles, pur les areſtier & detenir, conſtraindre ou purſuer, en toutes Cours, & devant tous Jugges, & en totes Juſtices, tant Seculers, come Eſpirituels, jeſques a tant, ſicome devant eſt Covenue, qui toutes fautes, y encherront, fuiſſent devenient redrecies.

Et, pur Fermete, & Teſmoigner de toutes les choſes deſuſdites, & deſus Eſcriptes, nous avoms, de certeyne ſcience, mis & appenduz noſtre propres Seals a ceſtes preſentes Lettres.

Et pur ceo qui, Haut Homme, & Noble Monſieur, Reynaud Counte de Gelre & de Zunchuene, a noſtre requeſte, de noſtre conſentement & Ottroi, tant par noſtre Seigneur le Roi d'Engleterre, come de par nous, at traiteit, fait, & accordait, c'eſt preſent Acort, oveſque les bones Genz de Villes & Pais de Flandres, Nous avoms requis, & requiroms, le dit Monſieur de Gelre qui, en ſigne de pluis clere Teſmoignance, y voille faire mettre ſon propre Seal a ceſtes Preſentes Lettres, oveſque les noſtres.

Et nous Reynaud Counte de Gelre & de Zunchene Teſmoignoms qui, a la requeſt de deſuſditz Eveſqes, Countes, & Seneſcal, & de lour Conſentement & Ottray, nous avons, tant de par noſtre Seigneur le Roy d'Engleterre, come de par eux (come moyen qui volentirs verriens le profit de l'une part & de l'autre) traiteit, fait & acordeit ceſt preſent Acort, oveſqes les bones Gentz de Villes & Pais de Flandres deſuſditz, & ſour ceo nous avoms, de certeine ſcience, pur Teſmoigner, fait mettre noſtre propre Seal a ceſtes preſentes Lettres, oveſque les Seals, & a la requeſt, des Eveſqes, Contes, & Seneſchal deſuſdites.

batâ & circumſpectione providâ plenam fiduciam reportamus) Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum alterum prædictorum Archiepiſcopi & Epiſcopi unum eſſe volumus) Nuncios & Procuratores noſtros facimus & conſtituimus ſpeciales,

Dantes & concedentes eiſdem omnibus, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (ita quòd alter ipſorum * Archiepiſcopi & Epiſco- * V. 56.
pi ſit unus) plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale Tractandi & Concordandi, Paciſcendi, Componendi, & Tranſigendi, pro nobis, & noſtro nomine, cum præfato noſtro Conſanguineo, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, Honoribus, Hæreditatibus, Terris, Poſſeſſionibus, Locis, & Juribus, ad Nos quocumque Jure, Titulo, Causâ, vel Colore, pertinentibus,

Necnon ſuper univerſis & ſingulis Quæſtionibus, Querelis, Controverſiis, Areſtis, Demandis, & Debatis, Actionibus Realibus, Perſonalibus atque Mixtis, ac Litibus, & Proceſſibus ſuper hiis in hac parte Dependentibus, quæ mutuò competunt vel competere poterunt,

Ac etiam ſuper omnibus Dampnis & Injuriis, hinc indè in Terrâ & in Mari factis & illatis, ac Expenſis & intereſſe quæ exigi poterunt hinc & indè.

Super quarumcumque etiam Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte vel aliâ ſuſcitatis, pacificandis amicabiliter, & finaliter decidendis,

Pacem plenam & Foedus perpetuum inter dictum Conſanguineum noſtrum pro Se, & ſuis Hæredibus, & Nos pro nobis, & noſtris Hæredibus, ineundi, ac Treugas & Guerræ Ceſſationem ſeu Sufferentiam concedendi,

Et ea, quæ ſic tractata, concordata, pacta, compoſita, tranſacta, & inita fuerint & conceſſa, quatenus ad nos attinet, quacumque firmitate vallandi & ſecurandi, necnon Securitatem, quæ nobis fieri debeat, petendi, ſtipulandi, & recipiendi,

Ac omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Promittentes, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos noſtros Procuratores & Nuncios, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum alterum prædictorum Archiepiſcopi & Epiſcopi unum eſſe volumus) actum vel geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Junii.

Conſimile Procuratorium fit præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopo, & Galfrido, & Duobus eorum.

Item fiunt duo conſimilia Procuratoria, ſub iſtis verbis, ad Tractandum ſpecialiter & ſolummodo cum Excellentiſſimo Principe, Domino Philippo Rege Franciæ illuſtri, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ſeu Deputandis ab eo, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Alia Procuratoria ſuper Tractatu prælibato.

UNiverſis, ad quorum notitiam præſentes Literæ pervenerint, Ann. D.
Edwardus, &c. Salutem. 1338.
Noveritis quòd, cùm, Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus An. 12.
B. Divinâ Providentiâ, Papa Duodecimus, *&c. prout ſupra uſque* E. 3.
hæc verba, viz. Aleman.
Venerabiles in Chriſto Patres, 12. E. 3.
p. 1. m. 5.

J. Cantuarienſem Archiepiſcopum, totius Angliæ Primatem.

Et

Digitized by Google

... ut ſupra, mutatis mutandis.

De Protectione pro Euntibus in Comitiva Philippæ Reginæ.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. m. 10.

JOhannes de Bury, qui cum Philippâ, Reginâ Angliæ, Conſorte Regis cariſſimâ, per Præceptum Regis, ad partes tranſmarinas profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, cum Clauſula volumus, uſque ad Feſtum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas.

Præſentibus, &c.

Teſte Rege apud Walton. viceſimo ſecundo die Junii.

Per Teſtimonium Johannis de Bures.

Conſimiles Literas Regis de Protectione habent ſubſcripti, qui cum præfatâ Reginâ ad eaſdem partes profecturi exiſtunt; videlicet,

Gilbertus de Imworth Hoſtiarius Cameraria dictæ Reginæ.
Teſte ut ſupra.

Per idem Teſtimonium.

Alianora de Bello Monte.
Per Teſtimonium Henrici de Ferar.

Robertus de Beverle, per Teſtimonium ipſius Reginæ.
Ricardus de Roudes.
Thomas Tyrel.
Johannes Chydyngfold.
Simon de Upton.
Elena de Wyght.
Johannes de Melford.
Thomas Prieur.
Rogerus Belet.
Johannes de Raundes Perſona Eccleſiæ de Manyngton.
Clemens Carman de Fretenham.
Lucia quæ fuit Uxor Johannis de Waldeſhef.
Iſabella quæ fuit Uxor Willielmi de la Mote.
Johannes Bures de Eſſex.
Jacobus de Mountz.
Nicholaus del Spenſe.
Thomas de Dene.
Thomas de London.
Galfridus de Dene.
Johannes filius Johannis Bures de Eſſex.
Ricardus de Creyk Cuſtos Hoſpitalis beatæ Mariæ de Caſtelton in Alto Pecco.
Johannes de Bures.
Robertus de Crek.
Johannes de Leyk.
Johannes de Newbourn.
Johannes de Mildenhale.
Willielmus de Kentebury.
Adam de Rugge.
Guillielmus de Luk.
Thomas atte Shires.
Gilbertus de Beaulu.
Magiſter Willielmus Deyceſtr.

De Paſſagio J. Archiepiſcopi Cantuarienſis & Dunolmenſis Epiſcopi.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, Comiti Huntyngdoniæ, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locum tenenti in Portu Dovorriæ, Salutem. — Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 1. m. 16. d.

Cùm, Venerabiles Patres, J. Archiepiſcopus Cantuarienſis, totius Angliæ Primas, & R. Epiſcopus Dunolmenſis, ad partes tranſmarinas, pro quibuſdam arduis negotiis noſtris, unà cum, Venerabilibus Patribus, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, de mandato noſtro, proficiſcantur,

Vobis mandamus quòd eiſdem, Archiepiſcopo & Epiſcopo, cùm ad dictum Portum Dovorriæ declinaverint, Naves, competentes & benè munitas pro Paſſagio ſuo, & Familiarum, Equorum, Herneſiorum, & rerum ſuorum, habere,

Naveſque illas, unà cum ipſis, ad partes prædictas proficiſci faciatis, prout iidem, Archiepiſcopus & Epiſcopus, vel eorum alter, vobis ſcire faciet ex parte noſtrâ; ita quòd, pro defectu Navium hujuſmodi, negotia noſtra prædicta infecta, ſeu retardata, non remaneant ullo modo.

Teſte Rege apud Walton. viceſimo tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

De Protectione pro J. Archiepiſcopo Cantuarienſi & R. Epiſcopo Dunolmenſi.

REX univerſis & ſingulis Admirallis, Cuſtodibus Paſſagiorum, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Marinariis & omnibus aliis Fidelibus ſuis, tàm in Terrâ, quàm in Mari, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. — Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 21.

Sciatis quòd,

Cùm, ad inſtantem requiſitionem, Venerabilium Patrum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ad nos in Angliam per Sedem Apoſtolicam tranſmiſſorum, mittamus, Venerabiles Patres, J. Archiepiſcopum Cantuarienſem, totius Angliæ Primatem, & R. Epiſcopum Dunolmenſem, ad partes tranſmarinas, pro quibuſdam arduis negotiis noſtris ibidem expediendis,

Nos,

Volentes Securitati ipſorum, Archiepiſcopi & Epiſcopi, providere,

Suſcepimus eoſdem, Archiepiſcopum & Epiſcopum, & eorum alterum, ac ipſorum Familias, Equos, Herneſia, Res, & Bona ſua quæcumque, necnon Marinarios & Naves, ipſos ducentes, eundo verſus dictas partes, & exindè redeundo, tàm per Terram, quàm per Aquam, in Protectionem & Defenſionem noſtram

Digitized by Google

Teſte Rege apud Walton. viceſimo tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

Confirmatio Concordiæ inter Regem Angliæ, & Homines de Flandria.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 11.

LE Roy a touz ceux, qui ceſtes preſentes Lettres verront ou orront, Salutz, od coniſſance de Verite.

Sachetz nous avoir veu & regardez Une Tretee & Accord, faitz entre, l'Onurable Piere en Dieu, Henry, par la Grace de Dieu, Eveſque de Nicole, &, noz Cher & Foialz, William de Bohun Counte de Northampton, Robert de Ufford Counte de Suffolc, & Johan Darcy Seneſchal de noſtre Hoſtiel, noz Meſſages & Procureurs es parties de dela, d'une part, & les bones Gentz des Villes, Chaſtelleries, & Terroires de tut le Commun Pais de Flandres, d'autre part, en le forme qui s'enſuit,

A touz ceux, qui ceſtes preſentes Lettres verront ou orront, *&c. ut ſupra, de 17 inſtantis Junii, uſque ad hæc verba, viz.*

Nous les ditz Tretee & Acord, & totes les choſes, contenues en yceux & cheſcune de ies, quant que nous appartient, Agreoms, & par Nous & noz Heirs, Acceptoms, Ratifioms, Conſermoms & Approvoms.

En Teſmoignance de queu choſe a ceſtes noz Lettres Overtes avoms fait mettre noz Seals.

Don. a Walton. le xxvi. jour de Juyn.

Ad Imperatorem, de Paſſagio Regis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 7. d.

EXcellentiſſimo Principi, Domino Lodowico, Dei gratiâ, Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Patri & Fratri ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Angliæ &c. votivis gloriari Succeſſibus cum Salute.

De gratioſis Celſitudinis Imperatoriæ literis, ſub datâ iv. Id. Maii nobis miſſis,

Per quas nobis ſignificâſtis ad Opidum Synach, ſuper Valle Reni, ad Tractandum nobiſcum, & communiter ordinandum de Progreſſibus, contra veſtros, & Imperii, ac noſtros Æmulos & Rebelles providè dirigendis, vos velle libenter accedere, ac Conventiones inter nos habitas adimplere,

Grates vobis referimus cordiales,

Intimiùs & ſpecialiùs, quo poſſumus, vos rogantes quatenùs, moroſam Protractionem Adventûs noſtri, verſus partes Imperii, quam (novit Deus) inviti fecimus, cauſis neceſſariis impediti (quas veſtræ notitiæ non credimus alienas) gravem non ferat veſtra Sublimitas vel moleſtam.

* V. 60. * Set jam, factâ, ſicut oportet, ordinatione conſultâ ſuper debito Regni noſtri Regimine, nobis agentibus in remotis, Claſſem magnam Navium & alia pro Paſſagio noſtro neceſſaria fecimus provideri,

Et jam parati ſumus, juxta Littus Maris, noſtrum Paſſagium cum omni feſtinatione, ſuccedentibus Auris proſperis, aſſumpturi:

Ad quæ Majeſtati veſtræ, & aliis noſtris Confœderatis & Benivolis, celeriter nuncianda, præmiſimus, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, Willielmum de Bohun Comitem Northamptoniæ, &, Dilectum & Fidelem noſtrum, Galfridum le Scrop Militem,

que Denariorum, Pretii Triginta & Quinque Librarum, & Quinque Solidorum,

Unum Scucheonem aureum quadratum, cum unâ Saphiro magnâ in medio, cum Duobus Ameraldis, Duobus Bales, & Quatuor Perles Orientales, Pretii Viginti Marcarum,

Unum Scucheonem auri, cum Uno Ameraldo magno in medio, cum Quatuor Ameraldis, Quatuor Bales, & Octo Perles Orientales in circumferentiâ, Pretii Decem Librarum,

Unum Scucheonem auri, cum uno Ameraldo in medio & Quatuor Bales, Pretii Sexaginta Solidorum,

Unum Scucheonem auri, cum unâ magnâ Saphiro in medio, Quatuor Saphiris, Quatuor Rubinis, & aliis Saphiris & Perles, Pretii Octo Librarum,

Unum Scucheonem auri, cum unâ magnâ Saphiro in medio, cum aliis Saphiris, Garnettis & Perles, Pretii Quatuor Librarum,

Unum Scucheonem auri, cum magnâ Saphiro in medio, Duobus Ameraldis, Duobus Rubinis, & Quatuor Perles, Pretii Quatuordecim Solidorum,

Unum Firmaculum auri, cum Sex Ameraldis, Pretii Quadraginta Solidorum,

Unam Saffirum de Orientali pent. cum Duabus Perles, Tribus Ameraldis, & Tribus Rubinis, Pretii Decem Marcarum,

Unam Saffirum Orientalem pent. cum uno parvo Baleis, Pretii Quadraginta Solidorum,

Unum Pent. cum uno Baleis in medio garnit. de Amerald. Pretii Quatuor Librarum,

Unum Anulum auri, cum Ameraldo, Pretii Sexaginta Solidorum,

Unum Anulum auri, cum uno Bales, Pretii Triginta Solidorum,

Unum Anulum auri, cum unâ Saphiro magnâ, Pretii Quinquaginta Solidorum,

Unum Anulum auri, cum Saphiro & Ameraldo in circumferentiâ, Pretii Triginta Solidorum,

* Quæ quidem Veſſellamenta, & alia Jocalia prædicta, præfato Priori reſtituere, vel pretium indè (ſi ſibi non reſtituantur) eidem Priori, in Feſto omnium Sanctorum proximo futurò, ad ultimum, ſolvere promittimus bonâ fide. * V. 61.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Walton. viceſimo octavo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Poteſtatibus Locum-tenentium Regis in Vaſconia.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Vaſc. 12. E. 3. m. 3.

Noveritis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Bernardetti Domini de la Breto Vicecomitis Tartaſiæ, & Oliveri de Ingham Seneſcalli noſtri Vaſconiæ, plenam fiduciam reportantes,

Conſtituimus ipſos Locum noſtrum Tenentes in Ducatu prædicto, & aliis Terris noſtris ibidem,

Dantes & Concedentes eiſdem Plenariam Poteſtatem diſponendi & ordinandi de omnibus & ſingulis, quæ nos, in eiſdem Ducatu & Terris, ac Salvationem & Tuitionem eorumdem contingunt,

Et Malitiam Inimicorum & Rebellium noſtrorum, ac Jurium noſtrorum Invaſorum & Occupatorum, potenter & viriliter repellendi & reprimendi, & ſuper Ipſos de Guerrâ (ſi opus fuerit) equi-

Digitized by Google

In cujus, &c.

Dat. apud Walton. primo die Julii.

Per ipſum Regem.

Memorandum de Sigillo.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 23. d. * V. 62.

MEMORANDUM *quòd, die Lunæ, in Vigiliâ Tranſlationis Sancti Thomæ Martiris, videlicet, ſexto die menſis Julii, Anno Regis E. Tertii a Conqueſtu, Duodecimo, Venerabilis Pater, Robertus Epiſcopus * Ciceſtriæ (tunc ipſius Regis Cancellarius) apud Manerium de Walton (ubi ibidem Dominus Rex hoſpitabatur) in Camerâ ipſius Domini Regis ibidem, perſonaliter conſtitutus, Magnum Sigillum ejuſdem Domini Regis, in quadam Burſâ incluſum, & Sigillo præfati Cancellarii conſignatum, ipſi Domino Regi, quaſi Horâ Nonâ, in præſentiâ, diſcreti viri, Magiſtri Ricardi de Byntewortb, Electi Londonienſis, confirmati, Dominorum, Henrici de Lancaſtria & Derbia, Ricardi Arundellæ, & Willielmi de Monte Acuto Sarum, Comitum, Henrici de Ferariis, & aliorum tunc ibidem aſtantium, liberavit,*

Supplicans dicto Domino Regi, ut ipſum de Officio Cancellarii velit exonerare:

Et idem Dominus Rex, recepto dicto Sigillo, manu propriâ idem Sigillum præfato Electo Londonienſi, confirmato,

Qui tunc præſtitit Sacramentum coram præfato Domino Rege, de dicto Sigillo benè cuſtodiendo, & Officio Cancellarii, prout moris eſt, fideliter excercendo, & de quibuſdam aliis, juxta quandam Ordinationem, eidem Electo per ipſum Dominum Regem liberandam, faciendis,

Tradidit cuſtodiendum;

Qui quidem Electus tunc verſus Londoniam, cauſa Conſecrationis ſuæ, apud Lamebeuth celebrandæ, extitit profecturus, per quod dicto Officio Cancellarii excercendo non potuit tunc vacare.

Et præfatus Dominus Rex, reſumpto ab eodem Electo dicto Sigillo, idem Sigillum in Burſâ prædictâ (ut præmittitur) incluſum, liberavit Domino Johanni de Sancto Paulo, Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ ipſius Domini Regis, in præſentia præfati Epiſcopi Ciceſtriæ, dicti Cancellarii, Comitum, & Henrici, prædictorum, cuſtodiendum per ipſum & Dominum Thomam de Baumburgh, & faciendum indè quod pro dicto Domino Rege & Populo ſuo requiritur in hâc parte, quouſque dictus Electus conſecratus fuerit:

Et iidem Cuſtodes venerint ad eundem, cui tunc dicti Cuſtodes Sigillum prædictum, vel aliud Magnum Sigillum, pro Regimine dicti Regni, in abſentia prædicti Domini Regis, de novo Deputatum, & eiſdem liberandum, ad dictum Officium Cancellariæ excercendum, per præfatum Dominum Regem tradere onerantur,

Qui quidem Cuſtodes dictum Sigillum, eis prius liberatum, die Martis proximò ſequente, in Eccleſiâ de Braunford aperire, & Brevia, Literas Patentes, & Cartas Sigillo prædicto ibidem, prout moris eſt, conſignari fecerunt.

Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 4.

Præſentibus, &c.

Teſte Rege apud Walton. octavo die Julii.

Per Teſtimonium ipſius Edwardi.

Conſimiles literas Regis de Protectione habent ſubſcripti, qui cum præfato Edwardo, in obſequium Regis, ad partes prædictas profecturi ſunt; videlicet,

Johannes Elys.
Willielmus Ramyn.

De Comitiva W. de Monte Acuto Comitis Sarum.

RObertus de Burton, qui in Comitivâ Willielmi de Monte Acuto Comitis Sarum, in obſequium Regis, ad partes transmarinas profecturus eſt, habet Literas Regis de Protectione, cum Clauſula Volumus, &c. uſque ad Feſtum Natalis Domini proximò futurum duraturas. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Aleman. 12. E. 3. p. 1. m. 6.

Præſentibus, &c.

Teſte Rege apud Walton. decimo die Julii.

Per Teſtimonium prædicti Comitis.

Conſimiles Literas Regis de Protectione, cum Clauſula Volumus, &c. habent ſubſcripti, qui cum eodem Comite ad dictas partes profecturi ſunt; videlicet,

Johannes Murdak.	*Johannes de Sully,*
Robertus de Barton,	*Thomas Pecche,*
Johannes de Wynkeſeld,	*Johannes de Whytchurche,*
Willielmus de Molyns,	*Petrus Mountfort,*
Johannes de Coupeland,	*Willielmus de Molyns,*
Henricus Peverel,	*Thomas Grey le Fitz,*
Rogerus de Wrotteſle,	*Robertus de Nevill,*
Hugo de Wrotteſle,	*Robertus de Littlebury,*
Nicholaus de Halughton,	*Johannes Avenel,*
Johannes de Stepleton,	*Thomas Wale,*
Philippus de Budeford,	*Henricus Peverel,*
Thomas Weſt,	*Petrus Malorr,*
Willielmus Waleys,	

Per idem Teſtimonium.

Publicatio Impreſſionis Novi Sigilli Regis.

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem. Ann D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 22. d.

Quia, jàm ad Partes Exteras, de Conſilio Prælatorum, Procerum, & Magnatum, Regni noſtri, pro magnis & arduis negotiis, Nos & ſtatum noſtrum tangentibus, profecturi ſumus Domino concedente,

Et Magnum Sigillum noſtrum nobiſcum habere decrevimus, & aliud Sigillum pro regumine ejuſdem Regni, nobis ſic in Remotis degentibus, providimus deputandum,

Cu-

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Clauſ.* 12. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 22. *d.*

MEMORANDUM, *quòd, undecimo die Julii, Anno Regni Regis Edwardi, tertii poſt Conqueſtum, duodecimo, prædictus Dominus Rex, tunc apud Waltoniam, ſuper Paſſagio ſuo verſus partes Tranſmarinas, exiſtens, miſit quoddam Magnum Sigillum ſuum, quo uti voluit in Regno ſuo ad ea, quæ ad Regimen ejuſdem Regni pertinent, uſque ad Reditum ſuum a dictis partibus Tranſmarinis, faciendum, in quâdam Burſâ rubeâ, ſub Privato Sigillo ſuo, incluſum, Dominis, Johanni de Sancto Paulo, Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, & Thomæ de Baumburgh, Cuſtodibus alterius Magni Sigilli ſui, apud Braumford tunc exiſtentibus, per Ricardum of the Wode, Servientem ipſius Domini Regis ad Arma, per ipſos Johannem & Thomam cuſtodiendum:*

Qui quidem Johannes & Thomas dictum Sigillum, ad ipſos ſic miſſum, a præfato Ricardo receperunt, & eodem die, juxta Præceptum Regis,

Pro eo quòd dictus Dominus Rex dictum Sigillum, in Cuſtodiâ prædictorum Johannis & Thomæ prius exiſtens, quo tunc in Regno prædicto utebatur, ſecum habere voluit ad partes ſupradictas,

Dictum Sigillum, ad eos, ut prædicitur, miſſum, aperierunt, & Impreſſionem ejuſdem, in quibuſdam Cedulis infixam, ſingulis Vicecomitibus in Angliâ, & aliis Miniſtris Regis, tàm in Terris Regis Scotiæ, quàm in Hibernia & Ducatu Aquitanniæ, ex parte dicti Domini Regis, unà cum diverſis Brevibus ipſius Regis, de præcepto Regis, mitti fecerunt.

Quibus per ipſum Dominum Regem mandatum fuit, quòd Mandatis Regis, ſub Sigillo illo eis dirigendis, intenderent, & ea exequerentur ut deceret; prout plenius patet per Brevia prædicta inferius irrotulata.

De Cuſtode Regni conſtituto.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Pat.* 12. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 12.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Scitis quòd,

Cùm nos, de Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Procerum, ac Communitatis, Regni noſtri, pro Tuitione & Salvatione ejuſdem Regni, ac quorumdam aliorum Jurium Coronæ noſtræ, necnon pro quibuſdam aliis negotiis, noſtram & ipſius Regni noſtri utilitatem tangentibus, ſimus ad partes Tranſmarinas in proximo perſonaliter profecturi,

Et intimiùs inſidat nobis cordi, quòd Pax noſtra, tàm in noſtrâ abſentiâ, quam præſentiâ, inviolabiliter obſervetur,

Et quòd fiat Communis Juſtitia ſingulis Conquerentibus, in ſuis Actionibus & Querelis,

Nos,

De fidelitate, Dilecti & Fidelis noſtri, Edwardi Ducis Cornubiæ & Comitis Ceſtriæ, Filii noſtri Primogeniti, plenariè confidentes,

Conſtituimus ipſum Cuſtodem dicti Regni noſtri, ac Locum noſtrum Tenentem in eodem Regno, quamdiu in dictis Tranſmarinis partibus moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum:

Damus autem univerſis & ſingulis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Baronibus, Militibus, Comunitatibus, Vicecomitibus, Liberis * Hominibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus noſtris, tenore præſentium, in Mandatis, quòd præfato Duci, tanquam Cuſtodi noſtro dicti Regni, & Locum tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam Cuſtodiam pertinent, Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes.

* *V.* 65.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Walton, undecimo die Julii.

ram ſecundam, Erectis Velis Navium prædictarum, dictus Dominus Rex ſe, cum Magnatibus & aliis Fidelibus prædictis, poſuit in Mari,

Et illa Flota Navium, quæ apud Magnam Jernemutam erat congregata, in quâ Henricus de Lancaſtriâ, Comes Derbiæ, & alii Fideles Regis, pro Obſequio dicti Regis congregati, ſupra Mare profecta fuit, cui quidem Flotæ dicta Flota, in qua dictus Dominus Rex erat, ſe conjunxit, uſque partes Tranſmarinas, cum Dei adjutorio, ibidem applicanda.

Memorandum de liberatione Novi Sigilli Regis Cancellario Regis per J. de Sancto Paulo.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Clauſ.* 12. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 22. *d.*

MEMORANDUM *quòd, die Dominica, in Vigilia Sanctæ Margaretæ Virginis, Anno Regni Regis Edwardi, Tertii poſt Conqueſtum, Duodecimo, Dominica Litera tunc per D. currente, Domini Johannes de Sancto Paulo, Cuſtos Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, & Thomas de Baumburgh,*

Cuſtodes Magni Sigilli ipſius Domini Regis, pro Regimine dicti Regni, dum idem Dominus Rex in partibus Tranſmarinis ageret, deputati,

Venientes cum prædicto Magno Sigillo a Portu de Orewell, ubi prædictus Dominus Rex transfretavit verſus partes prædictas, dictum Sigillum ad, Venerabilem Patrem, Dominum Ricardum Epiſcopum Londoniæ, ipſius Domini Regis Cancellarium, tunc apud Manerium ſuum de Fulham juxta London. exiſtentem, detulerunt,

*Et illud, in quâdam Burſâ, Sigillis Cuſtodum prædictorum conſignatâ, eidem Cancellario, in Camerâ ſuâ ibidem, quaſi Horâ tertiâ, in præſentiâ Domini Michaelis de Wath, Magiſtri Johannis de Blebury, Magiſtri Thomæ Durant Archidiaconi Middleſexiæ, Magiſtri Henrici de Iddeſworth, &, Dominorum, Thomæ de * Eveſham & Thomæ de Brayton, & plurimorum aliorum, tunc inibi præſentium, liberârunt:* * V. 66.

Qui quidem Cancellarius prædictum Sigillum a præfatis, Johanne & Thomâ, manu propriâ recepit, & Sigillum illud eodem die, ſtatim poſt Prandium, in dicta Camera ſua aperiri, & Brevia inde fecit conſignari.

Revocatio Poteſtatum ad tractandum de Pace cum Philippo de Valeſio, tanquam Rege Franciæ.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Pat. apud Antw.* 12. *E.* 3. *m.* 7.

REX omnibus, ad quos, &c.

Cùm, per diverſas Litteras noſtras Patentes, Venerabilibus in Chriſto Patribus, J. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, & R. Dunolmenſi Epiſcopo, ac aliis, in ipſis Litteris nominatis, ad tractandum de Pace inter Nos & Dominum Philippum de Valeſio, pro Rege Franciæ ſe gerentem, incundâ, & alia faciendum quæ in dictis Litteris continentur, Specialem commiſerimus Poteſtatem,

Certis de Cauſis omnes & ſingulas Litteras noſtras, Commiſſiones, & Procuratoria, ſi quæ fecimus, in quibus idem Philippus nominatur Rex Franciæ, penitùs revocamus & adnullamus,

Adimentes expreſsè præfatis, Archiepiſcopo & Epiſcopo, ac aliis Procuratoribus & Nunciis noſtris quibuſcumque, omnem & omnimodam Poteſtatem, cum præfato Philippo, tanquam cum Rege Franciæ, tractandi, ſeu quicquam, noſtro nomine, faciendi quod Nobis in Poſſeſſione dicti Regni Franciæ præjudicare valeat quomodolibet, ſeu per quod Jus & Poſſeſſionem ipſius Philippi in Regno prædicto aliqualiter approbare ſeu recognoſcere videremur:

Et

Digitized by Google

uem Gratuito ad ultimum, exinde ad Nos in dictis partibus Tranſmarinis ſub Salvo Conductu ducendæ,

Et eâ de causâ mandavimus Majoribus, Ballivis, & Collectoribus Cuſtumarum noſtrarum, ſingulorum Portuum prædictorum, quòd omnes Lanas noſtras, in Cuſtodiâ ipſorum Collectorum,
* V. 67. vel aliàs in eiſdem Portubus * exiſtentes, in Navibus, in Portubus prædictis, carcari, & tot Naves, quot pro Carcatione & Eskippamento earumdem Lanarum neceſſariæ fuerint, in eiſdem Portubus areſtari faciant,

Et quendam Probum Hominem & Diſcretum, in ſingulis Portubus prædictis, eligant & deputent, ad dictas Lanas uſque dictum Portum Magnæ Jernemuth, & exindè ad Nos, in partibus Tranſmarinis, ducendum ſub Salvo Conductu, in formâ prædictâ,

Nos,

Advertentes tàm Nobis & Fidelibus noſtris, nobiſcum in dictis partibus Tranſmarinis jam exiſtentibus, quàm dicto Regno noſtro, & Populo, nobis ſubjecto, poſſe (quod abſit) Dampnum irreparabile evenire, niſi nobis de Lanis prædictis celeriùs ſuccurratur,

Ac volentes Miſſionem Lanarum earumdem ad Nos modis omnibus, quibus poterimus, feſtinare,

Aſſignavimus, Dilectos nobis, Robertum Howel & Robertum de Watford, conjunctim & diviſim, ad omnes Lanas prædictas, in ſingulis Portubus prædictis, ſupervidendum,

Et ad Carcationem & Eskippamentum earumdem Lanarum accelerandum,

Et ad Naves, quæ tàm pro Carcatione & Eskippamento dictarum Lanarum, quàm pro ſalvo Conductu earumdem, a Portubus prædictis, uſque ad dictum Portum Magnæ Jernemuth, & abindè ad Nos ad partes Tranſmarinas, neceſſariæ fuerint, areſtandum & capiendum,

Et areſtari & capi, ac ad eaſdem Naves, Magiſtris, Marinariis, & aliis Hominibus, quot tàm pro Gubernatione Navium illarum, quàm pro ſalvo Conductu Lanarum prædictarum, indiguerint, & aliis neceſſariis muniri faciendum,

Et ad Miſſionem earumdem Lanarum, uſque dictum Portum Magnæ Jernemuth, excitandum, feſtinandum, & celeriter fieri procurandum,

Ac omnia alia & ſingula, per quæ præmiſſa maturari & celeriter expediri poterunt, faciendum,

Et ad alium, vel alios, idoneum, vel idoneos (pro quibus iidem Robertus & Robertus reſpondere voluerint) ad præmiſſa faciendum & exequendum, quotiens ipſi, vel eorum aliquis, ad hoc vacare non poterunt, vel poterit, loco ſuo, vel alicujus eorum, deputandum,

Nec non ad proficiſcendum cum eiſdem Lanis verſus dictas partes Tranſmarinas, quouſque Lanæ prædictæ ad nos venerint,

Et ad liberationem earumdem Lanarum, in eiſdem partibus Tranſmarinis, illis, quos ad Lanas illas ibidem recipiendas deputaverimus, ſupervidendum:

Damus autem eiſdem, Roberto & Roberto, & eorum cuilibet, ac Deputandis ab eis, & eorum quolibet, plenam, tenore præſentium, Poteſtatem capiendi & areſtandi omnes illos, quos in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, contrarios invenerint ſeu Rebelles, & eos Priſonis noſtris committendi, ibidem moraturos quouſque de ipſis aliud duxerimus demandandum;

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, diſtrictiùs injungendo, mandamus quòd eiſdem, Roberto & Roberto, & eorum cuilibet,

ci ulterius mittere diſtuliſtis,

Vobis mandaverimus quod, prætermiſſis omnibus aliis, id, quod de dictis Victualibus providendum exiſteret, ſine dilatione aliquâ provideri, & uſque Portus magis propinquos duci & cariari, omniaque Victualia prædicta in Navibus poni faceretis,

Et, de eiſdem Victualibus, Sexcenta Quarteria Frumenti, Septingenta Quarteria Braſei, Treſcenta Quarteria Avenarum, & Triginta Dolia Vini, uſque Villam noſtram Sancti Johannis de Perth, Receptori Victualium noſtrorum ibidem,

Et Centum & viginti Quarteria Braſei, Ducenta Quarteria Avenarum, ſex Dolia Vini, uſque Caſtrum noſtrum de Coupre in Fyf, Conſtabulario Caſtri illius,

Et reſiduum Victualium prædictorum uſque dictam Villam Berewici, Receptori Victualium noſtrorum ibidem,

Per Indenturas, indè inter vos & Receptores & Conſtabularium prædictos modo debito conficiendas, liberanda mitteretis, prout in Commiſſione & Mandatis noſtris, vobis indè directis, plenius continetur,

Et jam intellexerimus quod magna pars Victualium prædictorum, propter Negligentiam & Tepiditatem veſtram, adhuc non providetur, nec Victualia aliqua per vos ad loca prædicta, juxta formam Commiſſionis & Mandatorum noſtrorum prædictorum, mittantur,

Per quod quamplures Fideles noſtri, qui in Caſtris, Villis, & Locis noſtris, in dictis partibus Scotiæ, ſuper ſalvâ Cuſtodiâ eorumdem exiſterunt, a Munitionibus Caſtrorum, Villæ, & Locorum illorum, pro defectu Victualium hujuſmodi, receſſerunt, & eadem Caſtra, Villa, & Loca, ex causâ prædictâ, in periculo Perditionis exiſtunt; undè plurimum conturbamur, &, nec immerito, intimius commovemur,

Vobis igitur, ſub Periculo, quod incumbit, & ſub Foriſfacturâ omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, diſtrictius injungimus & mandamus, quod id, ſi quod de Victualibus prædictis adhuc providendum exiſtat, ſine dilatione aliquâ, tàm de Victualibus per Willielmum de Dunſtapel, virtute Commiſſionis noſtræ, ſibi de Victualibus, pro Paſſagio noſtro verſus partes Tranſmarinas, in eodem Comitatu providendis factæ, quàm de aliis in Comitatu illo, tàm infra Libertates, quàm extra, emi & provideri, & ad Portus magis propinquos duci & cariari,

Omniaque Victualia prædicta in Navibus poni, & uſque Caſtra, Villam, & Loca prædicta, duci & cariari,

Ac Receptoribus & Conſtabulariis Caſtrorum, Villæ, & Locorum prædictorum, per Indenturas, indè inter vos & ipſos Receptores & Conſtabularios, quæ, & cujuſmodi, Victualia illa fuerint, & pretium eorumdem, continentes, conficiendas, in formâ ſuperiùs expreſſâ, liberari faciatis ad opus noſtrum cuſtodienda: dictâ Treugâ, ſeu Commiſſione noſtrâ prædictâ, præfato Willielmo de Victualibus, pro Paſſagio noſtro prædicto, providendis, aut quâcumque aliâ Commiſſione, Protectione vel Mandato, in contrarium factis, non obſtantibus;

Damus autem vobis, & cuilibet veſtrûm, tenore præſentium, Poteſtatem areſtandi & capiendi Naves, competentes pro Ductione & Carcatione Victualium prædictorum uſque loca prædicta, necnon Homines, tàm Magiſtros & Marinarios, quàm alios, pro Gubernatione Navium prædictarum, & ſalvo Conductu Victualium eorumdem verſus partes prædictas, neceſſarias, in locis infra Comitatum prædictum, ubi melius expedire videritis, quotiens opus fuerit, & nobis videbitur expedire,

Digitized by Google

Pro Roberto de Artois, ſuper ſolutione Annuitatis.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 19.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis, de Scaccario, Salutem.

Cùm, per Literas noſtras Patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, & in auxilium Suſtentationis, Dilecti & Fidelis noſtri, Roberti de Artoys, conceſſerimus ei Octingentas Libras, percipiendas ſingulis Annis, videlicet, Quadringentas Libras ad Scaccarium noſtrum ad Feſtum Sancti Michaelis proximo futurum, & Reſiduum earumdem Octingentarum Librarum in aliis certis locis, in Literis noſtris prædictis contentis, quamdiu nobis placuerit, prout in eiſdem Literis plenius continetur,

Vobis mandamus, quod eidem Roberto dictas Quadringentas Libras, ſic ad Scaccarium prædictum, ad dictum Feſtum Sancti Michaelis, percipiendas, ſuper Firmis ſubſcriptis, in formâ ſubſcripta, videlicet,

Ducentas Marcas indè ſuper Firmâ, quam Prior de Okeburn,
Sexaginta libras ſuper Firmâ quam Prior de Monte Acuto, quinquaginta Marcas ſuper firma quam Prior Sanctæ Trinitatis Ebor.
Viginti Marcas ſuper Firmâ, quam Prior de Ponte Fracto,
Decem Marcas ſuper Firmâ, quam Prior de Blida,
Triginta & ſeptem Libras, & decem Solidos, ſuper Firmâ, quam Prior de Panfeld & Welles,
Viginti Libras ſuper Firmâ, quam Prior de Pritellis,
Decem Libras ſuper Firmâ, quam Prior de Sele,
Quinquaginta Marcas ſuper Firmâ, quam Prior de Theford Monachorum,
Et Quinquaginta & Duas Libras, & Decem Solidos, ſuper Firmâ, quam Prior de Wylmyngton,

Nobis, pro Cuſtodia Prioratuum prædictorum, & Terrarum ad eos ſpectantium, nuper in manum noſtram ex certis cauſis captorum, eiſdem Prioribus per nos commiſſa, reddere tenentur,

De dicto Termino Sancti Michaelis aſſignari faciatis, ita quòd nulla Aſſignatio aliis, de eiſdem Summis, ſuper Firmis prædictis, de eodem Termino, aliqualiter fiat ſeu concedatur.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Norhamptoniam, primo die Auguſti.

Per ipſum Ducem & totum Concilium.

Super Solutione antedicta.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibid.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm, per Literas noſtras Patentes, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, in Auxilium Suſtentationis, Dilecti & Fidelis noſtri, Roberti de Artoys, conceſſerimus ei Octingentas Libras, percipiendas, ſingulis Annis, videlicet,

Quinquaginta Libras de illâ Firmâ, quam Prior de Sancto Neoto,

Et Quinquaginta Marcas de illâ Firmâ, quam Prior de Theford Monachorum,

• V. 70. • Nobis annuatim reddere tenentur pro Cuſtodiâ Prioratuum prædictorum, & Terrarum & Tenementorum ad eos ſpectantium, quæ, occaſione Guerræ, inter Nos & illos de Franciâ motæ, capta ſunt in Manum noſtram,

Et Reſiduum dictarum Octingentarum Librarum in aliis certis locis, in literis noſtris prædictis contentis, quamdiu nobis placuerit, vel aliter de ſtatu ſuo duxerimus ordinandum,

Et, per diverſa Brevia noſtra, mandaverimus Prioribus prædictis, videlicet, prædicto Priori de Santo Neoto, quòd ipſe dictas Quinquaginta Libras, & præfato Priori de Theford, quòd ipſe dictas Quinquaginta Marcas, de Firmis ſuis prædictis, de Feſto Paſchæ proximò præterito, ſolverent, juxtà tenorem Literarum noſtrarum prædictarum,

Veſtram Amicitiam requirimus, & rogamus, quatinus eidem Thomæ Cuſtodiam Villæ prædictæ, per Literas veſtras Patentes, in formâ debitâ, committi faciatis;

Dantes ulteriùs, per tenorem Literarum earum, univerſis & ſingulis Subditis veſtris, de Villâ prædictâ, ac partibus ultra Mare Scotiæ, quod eidem Thomæ, tanquam Cuſtodi Villæ prædictæ, & partium adjacentium, in omnibus, quæ ad ſalvam & ſecuram Cuſtodiam earumdem, ac repulſionem dictorum Inimicorum noſtrorum & veſtrorum, pertinere poterunt, pareant & intendant ut debebunt.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Norhamptoniam, quarto die Auguſti.

Per Concilium.

De Eodem Thoma Locumtenente Juſticiarii Scotiæ conſtituto.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Henrico de Bello Monte, Comiti de Boghan, ac Juſticiario Scotiæ, Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Ibidem.

Cùm,

Pro repulſione Scotorum, Inimicorum & Rebellium noſtrorum, ac ſalvâ & ſecurâ cuſtodiâ Villæ de Sancto Johanne de Perth, & partium adjacentium,

De Concilio noſtro ordinaverimus quod, Dilectus & Fidelis noſter, Thomas Ughtred habeat Cuſtodiam Villæ prædictæ & partium earumdem,

• Et rogaverimus, dilectum Conſanguineum noſtrum, Dominum Edwardum, Regem Scotiæ illuſtrem, quod eidem Thomæ Cuſtodiam prædictam, per Literas ſuas Patentes, in formâ debitâ, committi faciat, • V. 71.

Ac expediens ſit & neceſſe quod prædictus Thomas officium veſtrum, in partibus prædictis, in abſentiâ veſtrâ, excerceat pro juſtitiâ querentibus exhibendâ, & delinquentibus, juxta eorum demerita, puniendis, paceque in melius reformandâ,

Vobis Mandamus, rogantes, quatinus ipſum Thomam locum veſtrum tenentem in Villâ prædictâ, & partibus Scotiæ tranſmarinis, per Literas veſtras Patentes, in formâ debitâ, conſtituatis, cum plenâ poteſtate faciendi & excercendi omnia & ſingula, quæ ad officium prædictum poterunt pertinere.

Teſte ut ſupra.

Per Concilium.

Super Minis Auri & Argenti, ac Theſauro abſcondito in Comitatu Devoniæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 4.

Cùm, per Literas noſtras Patentes, conceſſerimus & Licentiam dederimus, pro nobis, & Hæredibus noſtris, Prælatis, Comitibus, Baronibus, ac cæteris Hominibus, de Communitate Comitatûs Devoniæ, ac eorum Hæredibus & Succeſſoribus, & aliis, Terras & Tenementa ibidem habentibus, & habituris, quod Ipſi, & eorum ſinguli, Solum ſuum Proprium, pro Minâ Auri & Argenti, & pro Theſauro Abſcondito, quærendis & inveniendis, fodere,

Et dictam Minam Auri & Argenti, per Viſum & Teſtimonium cujuſdam Clerici, per Nos vel Hæredes noſtros ad hoc deputandi, purgare & perafinare,

Ac

Digitized by Google

... ad Scaccarium noſtrum,

• V. 72. * Necnon ad Argentum, de Minâ prædictâ ſimiliter Purgatum & Peraffinatum, ad Cambium noſtrum Londoniæ, unà cum Dominis, & aliis prædictis, ſeu illis quos ipſi ſuo periculo ad hoc deputaverint, deferendum in formâ prædictâ.

Et ad omnia alia & ſingula, quæ ad Officium prædictum pertinent, & noſtram in hâc parte utilitatem & commodum concernunt, faciendum & explendum.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Northamptoniam, quarto die Auguſti.

Per Concilium.

De Convocatione facienda in Provincia Cantuarienſi.

Ann. D. 1338. Ao. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 17. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, vel ejus, ipſo in remotis agente, Vicario Generali, Salutem.

Cùm nuper, aſſumpto Paſſagio noſtro ad partes exteras, de aſſenſu Prælatorum, Procerum, & Magnatum, Cleri ac Populi, Regni noſtri, pro arduis negotiis, Nos, & Statum noſtrum, ac Salvationem & Honorem Sanctæ Eccleſiæ Anglicanæ, & dicti Regni contingentibus, volentes ut Pax & Quies dictorum, Eccleſiæ & Regni, in abſentiâ noſtrâ inviolabiliter obſervarentur, & eâ de causâ vobiſcum habere Colloquium & Tractatum,

Vobis, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandaverimus, quod, penſatis tantâ noſtrorum & dicti Regni Negotiorum arduitate & Periculis imminentibus, abſque excuſatione quacunque, vos, vel dictus Vicarius veſter, apud Northamptoniam, in craſtino Sancti Jacobi Apoſtoli, jam præterito, perſonaliter intereſſetis cum Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo (quem Cuſtodem dicti Regni conſtituimus) & cum cæteris Prælatis, Proceribus & Magnatibus prædictis, ſuper dictis negotiis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri:

Et quia negotia prædicta, Salvationem dicti Regni, & Eccleſiæ Sanctæ, ac univerſorum & ſingulorum ipſius Regni ſpecialiter concernebant, mandavimus vobis, rogantes quod præmuniretis Priorem & Capitulum Eccleſiæ veſtræ Cantuarienſis, ac Archidiaconos, totumque Clerum veſtræ Diœceſis, quod iidem, Prior & Archidiaconi in propriis perſonis ſuis, ac dictum Capitulum per unum, idemque Clerus per duos, Procuratores idoneos, Plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſis, Capitulo & Clero, habentes, dictis die & loco intereſſent, ad Tractandum & Conſulendum, ſuper præmiſſis, unà vobiſcum, & aliis, per Nos illuc tunc mittendis, & ad conſentiendum his quæ tunc ibidem pro Communi Defenſione & Utilitate (Divinâ favente Clementia) contingeret ordinari;

Verum, quia, tractatu aliquali ſuper præmiſſis ibidem habito, quædam, ſalvationem & honorem dictorum Regni & Eccleſiæ concernentia, propter inſtantem Meſſium neceſſitatem, & aliis de cauſis ſupervenientibus, adhuc ordinanda & tractanda ſuperſunt,

Vobis mandamus, vos rogantes, quòd Epiſcopos, Prælatos, &

noſtrum, ſub certa forma, in dictis Literis noſtris contenta, capiendum & colligendum, ac Collectoribus Cuſtumæ noſtræ in diverſis Portibus liberandum, exinde ultra Mare ex causâ prædictâ celeriter tranſvehendum,

Et licet, ſub confidentiâ dictæ Lanæ, diverſas Pecuniarum Summas quibuſdam Confœderatis noſtris exteris promitti fecerimus ſolvendas certis temporibus, jam effluxis,

Et poſtmodum, ad inſtantem Supplicationem Prælatorum, Comitum, Magnatum, & Communitatis, prædictorum, & ſub eâdem confidentiâ perſonaliter cum Exercitu, non modico, ſicut oportuit, pro defenſione hujuſmodi, Mare tranſierimus, ſperantes in adventu noſtro dictas Lanas apud Andewerpiam plenariè inveniſſe,

Quando tamen applicuimus ibidem, invenimus ſolummodo Duo Milia & Quingentos Saccos de numero prænotato, de quo turbati ſumus multipliciter & confuſi, non habentes undè dictis Confœderatis noſtris ſatisfacere, nec etiam Noſtratibus Vadia neceſſaria miniſtrare,

Et niſi nobis ſubveniatur celerius, erimus (quod abſit) in maximo periculo conſtituti,

Et, ſi dictam Lanam, ac ſperatam de Regno noſtro Pecuniam, celeriter haberemus, ſperaremus firmiter, per Dei gratiam, Quod incepimus, feliciter conſummare,

Volentes igitur periculis, quæ ex moroſâ dilatione Collectionis & Tranſvectionis dictarum Lanarum evenire poterunt, quantum poſſumus, præcavere,

Ac de Fidelitate & Circumſpectione veſtrâ providâ intimè confidentes,

Aſſignavimus vos, conjunctim & diviſim, ad Captionem & Proviſionem Lanarum prædictarum, in ſingulis Comitatibus Regni ſupervidendum & accelerandum, necnon (ſi neceſſe fuerit) ad Reſiduum dictorum Viginti Milium Saccorum Lanæ (quod nondum ad opus noſtrum Captum & Collectum exiſtit) tàm de Lanis Prælatorum & Perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm Comitum, Baronum, Militum, Mercatorum, & aliorum quorumcumque (cuiquam non parcendo) in ſingulis locis Regni noſtri, tàm infra Libertates, quàm extra, capiendum & colligendum,

Et ad Indenturas, inter vos, vel aliquem veſtrûm, & ſingulos, à quibus Lanas prædictas ſic ceperitis, Quantitatem Lanæ & ejus Pretium, ſuper hoc aliàs ordinatum, & à quibus captæ fuerint, continentes,

Fieri faciendum,

Et ad partes Indenturarum illarum, penes vos reſidentes, in Cancellariam noſtram mittendum, juxta quas noſtras fieri, & liberari volumus Litteras Obligatorias ſingulis prædictorum de Pretio Lanæ, ab ipſis ad opus noſtrum ſic captæ, ſolvendo ad certos Terminos in dicto Parliamento concordatos,

Et ad omnes Lanas prædictas, ſic captas & collectas, ad Portus Regni noſtri, ubi meliùs expedire videritis, cum omni celeritate, quâ fieri poterit, duci & cariari faciendum,

Necnon ad Cariagia, pro Lanis illis ad Portus hujuſmodi ſic ducendis, capiendum & providendum,

Et ad eaſdem Lanas, cum ad Portus illos ductæ fuerint, in Navibus poni, & uſque Villam de Andewerpiâ, celeriter tranſvehi faciendum,

Et ad alios, quos ſufficientes noveritis ad præmiſſa omnia & ſingula facienda & expedienda, Loco veſtri, quotiens * opus fuerit, deputandum, prout pro Celeriori Expeditione negotii illius videritis expedire, • V. 74.

Uni-

... E. 3. Pat apud Antew. 12. E. 3. m. 9.

Miles, nobis bonâ fide promiſerit ſe, cum Quinquaginta Hominibus ad Arma Galeatis, noſtris obſequiis immorari, prout in Litteris ſuis Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos,

Tàm præmiſſorum, quàm ſuæ Probitatis intuitu, ac etiam ob Affectionem ſinceram, quam ad Nos ipſum habere conſpicimus,

Volentes ipſius Gratitudinem adjectione Munificentiæ prævenire,

Promittimus, bonâ fide, quòd eidem Conrado, ultra Summam Pecuniæ, quam, ratione ſic impendendi nobis obſequii, ſibi ſolvi fecimus, ſolvere faciemus Quatuor Milia Florenorum, de Florentiâ, in Feſto Natalis Domini proximò jam futuro:

Promittimus etiam quòd eidem Conrado, pro ſe, & Hominibus ſuis prædictis, in Stipendiis, & Reſtauro Equorum ſuorum (ſi quos in noſtris obſequiis perdi contigerit) ſicut aliis Hominibus, Status ſui, nobis Servientibus, ſatisfieri faciemus.

In cujus, &c.

Dat. &c. nono die Auguſti, &c.

Per ipſum Regem.

Pro Hominibus de Gandauo, quod ſint quieti de Ulnagio Pannorum.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antew. 12. E. 3. m. 8.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Attendentes Affectionem ſinceram, quam, dilectos nobis, Burgimagiſtros, & Scabinos, ac Communitatem, Villæ de Gandauo, ad nos & noſtros habere conſpicimus,

Et proindè volentes ipſos ampliori gratiâ prævenire,

Conceſſimus eiſdem quòd Ulnatores Pannorum Ciſmarinorum, per nos in quibuſcumque Portubus, vel aliis locis Regni noſtri aſſignati, ſeu quicumque alii, de Pannis, factis in Villâ prædictâ, & Sigillo, in eâdem Villâ ad hoc uſitato, Signatis, cùm ad partes dicti Regni tranſmiſſi fuerint, ſe nullatenùs intromittant,

Nec, ſub colore Ulnagii, ſeu Foriſfacturæ, dictorum Pannorum, aliquid exigant pro eiſdem,

Set quòd Ducentes Pannos hujuſmodi, ad dictum Regnum noſtrum, ab Ulnagio, de Pannis illis infra Regnum * noſtrum faciendo, ſint Quieti, quamdiu noſtræ placuerit voluntati. * V. 75.

Et, ſi contingat nos dictam voluntatem noſtram ex cauſis rationabiliter immutare, volumus nichilominus quòd extunc, per unum Annum integrum, dicta noſtra Conceſſio in ſuo robore perſeveret.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Andewerp. decimo ſexto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antew. 12. E. 3. m. 9.

De Retinentia.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dux Aquitaniæ, & Dominus Hiberniæ, Præſentium Litterarum Inſpectoribus univerſis, Salutem, & plenitudinem omnis boni.

Sciatis quod Nos,

Attendentes grata & utilia Obſequia, quæ in negotiis noſtris arduis, tangentibus Nos & Commoda Regni noſtri, Majeſtati no-

Mandantes nichilominus, & volentes expreſsè, dictæ Cuſtumæ Receptori, præſenti & futuro, & ejus Locum tenenti, quatinus, ſine alterius cujuſvis expectatione mandati, de dictis Centum Marcis Sterlingorum, ſupradicto Robino, aut ejus ſuo nomine Procuratori, omni Anno, ſuper prædictos terminos ſatisfiat,

Et quod quicquid noſter Receptor per modum prædictum exſolverit, Robini, vel ſui Procuratoris, de ſoluto oſtendens Quitantiam, ſibi in ſuis Receptis locum teneat, & de ſuo Compoto, compoti ſui tempore, minuatur.

Super quibus omnibus & ſingulis, in Teſtimonium & munimentum, præſentes Litteras fieri, & ex certâ ſcientiâ noſtro juſſimus Sigillo regio roborari; quas etiam ad uſus Robini ſupradicti, quamvis nunc à noſtro ſimus abſentes Regno, noſtro, & Succeſſorum noſtrorum, nomine, tanti vigoris, tantæque firmitatis approbamus, ac ſi infra Regnum noſtrum Angliæ, mediante noſtro Magno Concilio, indultæ ſibi eſſent, ac in publico concordatæ.

Datum Antwerpiæ, Octavo decimo die Menſis Auguſti, Anno à Nativitate Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Octavo; Regni vero noſtri Duodecimo.

** Pro Comite de Gelre, de inquirendo.* * V. 76.

REX, Dilectis ſibi, Rogero Norman, Nicholao Pyk, & Thomæ de Sueteſham, Salutem. Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. 12. E. 3. p. 2. m. 10. dorſ.

Quia datum eſt nobis intelligi quòd quamplures, Marinarii & alii, de Flota Navium, quæ Nos & Exercitum noſtrum ad partes Tranſmarinas nuper duxit,

In redeundo ad partes Regni noſtri, quamplures Naves, Nobilis Viri, —— Comitis de Gelre, Fratris noſtri, & de ipſius, ac aliorum Amicorum noſtrorum, in partibus illis, Dominio, Mercandiſis, & aliis rebus oneratas, ſupra Mare, inter Blaunkebergh & Heſt, prope Coſteram Flandriæ, Armatâ Potentiâ invadentes,

Quaſdam de eiſdem Navibus, cum omnibus Mercandiſis & Bonis, in eiſdem exiſtentibus, & alia Mercimonia & Bona, in cæteris Navibus prædictis inventa, uſque ad non modicum valorem ceperunt, & ad dictas partes ipſius Regni noſtri duxerunt, & penes ſe detinent, abſque Reſtitutione aliquâ indè illis, quorum Mercimonia & Bona illa fuerint, faciendâ, in noſtri, ac noſtrorum Fidelium, nobiſcum aſſiſtentium, Periculum, noſtrique grave Dampnum & Dedecus manifeſtum,

Undè, nec inmerito, intimius commovemur, præſertim cum Nos ad Satisfactionem Bonorum hujuſmodi, ſic ablatorum, niſi indè fiat celeris Reſtitutio, compelli, dum ſic in Tranſmarinis partibus agimus, valeamus,

Nos,

Tàm pro noſtrâ Indempnitate, quàm ſecuritate ac conſervatione Honoris noſtri, in hac parte volentes ſuper hoc Remedium apponere oportunum,

Aſſignavimus vos, conjunctim & diviſim, ad inquirendum, per Sacramentum tàm Mercatorum & Marinariorum, quàm aliorum Proborum & Legalium Hominum, tam Villæ noſtræ Suthamptoniæ, quàm aliorum Portuum, Villarum, & Locorum, in Comitatu Suthamptoniæ, infra Libertates & extra, per quos rei veritas melius ſciri poterit, de nominibus illorum qui dicta, Naves, Mercimonia, & Bona, præfati Comitis, & Hominum ſuorum, ac aliorum Amicorum noſtrorum, ut prædicitur, ceperunt, & abduxerunt,

Et quæ Naves, Mercimonia, & Bona, inde apud dictam Villam

Digitized by Google

Willielmus de Clynton, Comes Huntyngdoniæ, tàm in Villa de Sandwico, quàm alibi, in Comitatu Kanc. tàm infra Libertatem Quinque Portuum, quàm alibi in eodem Comitatu.

Teſte prædicto Cuſtode apud Kenyngton viceſimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Confirmatio Cartæ Burgenſibus de Lovaynne conceſſæ Anno Regis quinto.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 6.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

Inſpeximus Cartam, quam, dilectis nobis, Mercatoribus & Burgenſibus Villæ de Lovaynne in Brabantiâ nuper fieri fecimus in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

Sciatis quod, ad requiſitionem, Dilecti nobis, Johannis de Pulteney, Majoris Civitatis noſtræ Londoniæ, & ob Benivolentiam, quam Mercatores & Burgenſes Villæ de Louveyne in Brabantiâ erga Progenitores noſtros & nos novimus habuiſſe, & per Finem, quem iidem Mercatores & Burgenſes fecerunt nobiſcum, ut ipſi, eorum Hæredes & Succeſſores, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, ſalvo & ſecurè infra Regnum noſtrum venire & morari valeant, pro Mercandiſis ſuis ibidem excercendis, CONCESSIMUS pro Nobis & Hæredibus noſtris,

Et hac CARTA noſtra CONFIRMAVIMUS eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus, quod ipſi, & eorum Hæredes & Succeſſores, dictæ Villæ de Lovaynne imperpetuùm, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, & ſub Protectione & Defenſione noſtris, & Hæredum noſtrorum, veniant infra Regnum noſtrum, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, ibidem morentur, Mercandiſas ſuas excerceant, & exindè, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, quo, & quando, voluerint, recedant,

Ita tamen quod ad Terras, nobis, ſeu Hæredibus noſtris, Guerrinas, nullatenus ſe divertant, nec indè cum Inimicis noſtris, vel Hæredum noſtrorum, communicent quoquo modo,

Dummodo Conſuetudines & Cuſtumas, de hujuſmodi Rebus & Mercandiſis debitas & uſitatas in Regno noſtro, ſolvant & faciant, ut debebunt.

CONCESSIMUS etiam, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus, & eorum Hæredibus & Succeſſoribus prædictis, quod ipſi, aut eorum Bona ſeu Mercandiſæ, prætextu alicujus Guerræ, hactenus quocumque tempore motæ, ſeu exnunc movendæ, inter Nos, Hæredes, ſeu Succeſſores noſtros, & alium quemcumque Regem, aut Dominum Terræ, cujuſcumque Nationis, nec pro Alienis Tranſgreſſionibus, Debitis,

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
J. Wyntonienſi Epiſcopo, Cancellario noſtro,
W. Norwicenſi Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
Johanne de Eltham, Comite Cornubiæ, Fratre noſtro cariſſimo,
Thoma Comite Norffolciæ & Mareſcallo Angliæ Avunculo noſtro,
Willielmo de Monte Acuto,
Willielmo de Clynton,
Et Radulpho de Nevill, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud Haveryng atte Boure, viceſimo tertio die Maii, Anno Regni noſtri Quinto.

Et nos, Conceſſiones & Confirmationem prædictas Ratas habentes & Gratas, eas pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Dilectis nobis, nunc Mercatoribus & Burgenſibus dictæ Villæ de Lovaynne, ac eorum Hæredibus & Succeſſoribus, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur.

Prætereà, volentes eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus Villæ prædictæ uberiorem gratiam facere in hac parte, CONCESSIMUS & LICENTIAM DEDIMUS, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Mercatoribus & Burgenſibus, quod, licet ipſi, vel Prædeceſſores ſui, aliquâ vel aliquibus Libertatum, in dictâ Cartâ contentarum, aliquo caſu emergente, hactenus uſi non fuerint, iidem tamen Mercatores & Burgenſes, ac Hæredes & Succeſſores eorumdem, Libertatibus illis, & earum quâlibet, de cætero, plenè gaudeant & utantur, ſine Occaſione vel Impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque.

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre,
H. Epiſcopo Lincolnienſi,
Henrico de Lancaſtria, Comite Derbiæ,
Willielmo de Bohun, Comite Norhamptoniæ,
Willielmo de Monte Acuto, Comite Sarum,
Roberto de Ufford, Comite Suffolciæ,
Henrico de Ferariis,
Johanne Darcy, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram apud Andewerpiam, Decimo octavo die Auguſti, Anno Regni noſtri Duodecimo.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, decimo octavo die Auguſti, Anno Regni noſtri Duodecimo.

Per ipſum Regem.

De Libertatibus pro Hominibus de Dieſt.

Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Ibid.*

REX omnibus, ad quos, &c.

Sciatis quòd,

Ad inſtantiam, Nobilis, & Potentis Viri, Johannis Ducis Brabantiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & ob Affectionem, quam Mercatores & Burgenſes Villæ Dyiten, in Brabantiâ, erga nos & noſtros habere conſpicimus,

CONCESSIMUS dictis Mercatoribus & Burgenſibus LIBERTATES ſubſcriptas, HABENDAS quamdiu noſtræ placuerit voluntati, videlicet,

Quod ipſi, & eorum Hæredes, & Succeſſores, Villæ prædictæ, ſub ſalvo & ſecuro Conductu, & ſub Protectione & Defenſione noſtris, veniant infra Regnum noſtrum, cum Rebus & Mercandiſis ſuis, ibidem morentur, Mercandiſas ſuas exerceant, & exindè cum Rebus & Mercandiſis ſuis, quo, & quando, voluerint, recedant;

Ita tamen quod ad Terras, nobis guerrinas, nullatenus ſe divertant, nec indè cum Inimicis noſtris comunicent quoquo modo; dummodo Conſuetudines & Cuſtumas, de hujuſmodi Rebus & Mercandiſis debitas & uſitatas in Regno noſtro, ſolvant & faciant, ut debebunt.

CONCESSIMUS etiam eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus, & eorum Hæredibus, & Succeſſoribus prædictis, quod ipſi, aut eorum Bona, ſeu Mercandiſæ, prætextu alicujus Guerræ, hactenus quocumque tempore motæ, ſeu exnunc movendæ, inter nos, & alium quemcumque Regem, aut Dominum Terræ, cujuſcumque Nationis, nec pro alienis Tranſgreſſionibus, Debitis, Conventionibus, ſeu Contractibus, infra Regnum noſtrum nullatenus areſtentur, niſi dumtaxat pro Tranſgreſſionibus, Debitis, Conventionibus, & Contractibus ſuis propriis, & plegiariis, ſecundum Legem Mercatoriam, vel comunem Legem Regni Angliæ:

Dummamen Domini Villæ prædictæ, Hæredes, aut Succeſſores ſui, contra nos de Guerrâ non fuerint, nec adhærentes aliquibus, contra nos de Guerrâ exiſtentibus:

In quo caſu VOLUMUS & CONCEDIMUS quod præfati Mercatores & Burgenſes, & Hæredes, & Succeſſores ſui, infra quadraginta dies, a tempore, quo hujuſmodi Guerra mota & publicata fuerit, exeant Regnum & Poteſtatem noſtram, cum Bonis & Rebus ſuis, abſque impedimento ſeu diſturbatione noſtri, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque.

Inſuper CONCESSIMUS eiſdem Mercatoribus & Burgenſibus, Hæredibus, & Succeſſoribus eorumdem, quod panni, facti in Villâ prædictâ, & per eos, vel Servientes eorum, ſuo nomine, infra Regnum noſtrum adducti, infra quinque dies, a tempore, quo Diſpackati, ſeu aperti fuerint, per Ulnatores noſtros, in locis ubi pannos illos adduci contigerit, abſque ulteriori dilatione ulnentur & ſignentur.

Ad hæc, CONCESSIMUS Mercatoribus & Burgenſibus prædictis,
* V. 80. quod ipſi, ac eorum Hæredes, & Succeſſores, Lanas, * & alias Mercandiſas quaſcumque, ubicumque infra Regnum noſtrum emere, & eas extra idem Regnum (ſolutis prius Cuſtumis & aliis Conſuetudinibus inde debitis) abſque impedimento ducere poſſint; ita tamen quod ſe, cum Lanis & Mercandiſis illis, ad Terras, nobis

Conſimiles Litteras habent Mercatores & Burgenſes Villæ Bruxellen. ſub eadem data.

Per ipſum Regem.

Item, conſimiles Litteras habent Mercatores & Burgenſes Villæ Thenen. ſub dat. apud Machiliniam, decimo nono die Septembris.

Per ipſum Regem.

Item, conſimiles Litteras habent Mercatores & Burgenſes Villæ Machiliniæ, ſub dat. viceſimo quarto die Septembris apud Andewerpiam.

Per ipſum Regem.

Item, conſimiles Litteras habent Mercatores & Burgenſes Villæ Leuwen. ſub dat. viceſimo ſexto die Octobris apud Machiliniam.

Per ipſum Regem.

De intendendo, ſuper Lanis tranſportandis.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Roberto de Chikewell, Salutem. Ann. D. 1338. *An.* 12. *E.* 3. *Pat. apud Antw.* 12. *E.* 3. *m.* 8.

Cùm, pro defenſione neceſſariâ noſtri & noſtrorum, contra intentata nobis notoriè Guerrarum diſcrimina, diverſas Alligantias cum Principibus Alemanniæ & Aliis, de Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & Comunitatis, Regni noſtri, fieri fecerimus ſumptuoſas,

Et poſtmodùm,

Ad inſtantem rogatum eorumdem Prælatorum, Comitum, Baronum, & Comunitatis, qui nobis, in Subventionem Expenſarum, nobis incumbentium in hac parte, viginti Milia Saccorum Lanæ in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium ultimo habito, conceſſerunt,

Mare tranſiverimus,

Et, Applicantes apud Villam de Andewerpiâ, credentes tunc ibidem dictas Lanas inveniſſe, invenerimus ibi dumtaxat Duo Milia & Quingentos Saccos, & propter hoc turbati nimiùm & perplexi, quia non habuimus undè dictis Confœderatis noſtris conventas Pecunias * ſolvere, ſeu Noſtratibus Vadia neceſſaria miniſtrare, * V. 81.

Aſſignaverimus, Dilectos & Fideles noſtros, Magiſtrum Johannem Waweyn, Willielmum de Kyngeſton, & Thomam de Baddeby, conjunctim & diviſim, tàm ad ſupervidendum & accelerandum Captionem & Proviſionem Lanarum prædictarum infra Regnum noſtrum prædictum, quàm ad Reſiduum Lanarum illarum, quod nondum ad opus noſtrum captum fuerit, ad opus noſtrum, tàm infra Libertates, quàm extra, capiendum & colligendum, & ad quædam alia, in Litteris noſtris Patentibus eis inde confectis contenta, facienda & explenda,

Nos,

Attendentes quantis ſumus Periculis expoſiti, niſi dictas Lanas celeriter habeamus, & ſperantes, illis habitis, feliciter, quod aſſumpſimus, conſummare, & propter hoc de ipſarum Lanarum feſtinâ Collectione & Tranſmiſſione ſummè ſoliciti, ac de veſtrâ Fidelitate & Laborioſâ Solicitudine intimè confidentes,

Aſſignavimus vos ad accelerandum Collectionem & Proviſionem Lanarum prædictarum, & ad Solicitandum tàm præfatos, Johannem, Willielmum, & Thomam, quàm alios earumdem Lanarum Collectores, ut, juxta formam Commiſſionum noſtrarum, eis factarum, circa accelerationem Proviſionis & Tranſmiſſionis

Digitized by Google

verſus partes proprias de noſtrâ revertitur licentiâ ſpeciali.
Ad hæc, volentes cum præfato Nicholao agere gratiosè, ipſum ab omnibus & ſingulis Conventionibus, factis per eum, in Civitate Marſiliæ, in Provincia, cum, Dilecto & Fideli noſtro, Nicholino de Fliſco, dicto Cardinali de Janua, Procuratore noſtro, quitamus penitùs & tenore præſentium liberamus; quibus Sigillum noſtrum apponi fecimus in Teſtimonium præmiſſorum.

Dat. apud Confluenciam, ſexto die Septembris.

Per ipſum Regem.

• V. 82. * *De Providentiis Jocalium pro Philippa Regina, in partes tranſmarinas cum Rege profectura.*

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 14.

REX Collectoribus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pellium Lanutarum, in Portu Londoniæ, Salutem.
Cùm nuper,
Volentes Philippæ Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, ante Paſſagium ſuum nobiſcum verſus partes tranſmarinas, de Equis, Cellis, Vaſis argenteis, Zonis, Burſis ſericis, ac aliis diverſis Jocalibus atque rebus, uſque ad ſummam Quingentarum Sexaginta & Quatuor Librarum, Trium Solidorum, & Quatuor Denariorum, infra Regnum noſtrum, tàm pro noſtro, quàm pro ſuo Honore, facere providere,
Mandaverimus Theſaurario, & Camerariis noſtris, quòd dictas Quingentas Sexaginta & Quatuor Libras, Tres Solidos, & Quatuor Denarios, præfatæ Conſorti noſtræ, vel ejus Attornato in hac parte, de Theſauro noſtro, liberari, vel ei competentem Aſſignationem, ubi celerem Solutionem indè habere poſſet, fieri & habere facerent, ad dictas Providentias, ut præmittitur, faciendum,
Ac jam intellexerimus quòd,
Licet dicta pecuniæ ſumma præfatæ, Conſorti noſtræ, ſuper Exitibus Cuſtumæ prædictæ, per manus veſtras percipiendis, fuiſſet aſſignata,
Et vobis ulteriùs, per Breve noſtrum, demandatum quod Pecuniam illam eidem Conſorti noſtræ, vel ejus Attornato prædicto, de Exitibus illis, cum omni celeritate, ſolveretis ex causâ ſupradictâ,
Vos nichilominus prædictam pecuniæ ſummam, aut aliquam partem ejuſdem, ei hactenus ſolvere diſtuliſtis, in Noſtri ac Mandatorum noſtrorum prædictorum contemptum, ac noſtri & prædictæ Conſortis noſtræ præjudicium, Dedecus, & Dampnum, & negotii prædicti retardationem manifeſtam; unde plurimum conturbamur, nec immerito, & movemur,
Vobis igitur mandamus, ſicut aliàs mandavimus, diſtrictiùs injungentes, quod eidem Conſorti noſtræ, vel ejus Attornato prædicto, dictas Quingentas Sexaginta & Quatuor Libras, Tres Solidos, & Quatuor Denarios, de primis Denariis, de Exitibus Cuſtumæ prædictæ provenientibus, omni excuſatione & dilatione ceſſantibus, ex causâ prædictâ ſolvatis; aliquo Mandato noſtro, vobis in contrarium directo, non obſtante:
Recipientes à præfato Attornato Literas ſuas Patentes, Receptionem illius Pecuniæ ſummæ Teſtificantes, per quas vobis indè, in Compoto veſtro, debitam allocationem habere faciemus.

mitis Sarum, necnon impenſa nobis per eum, tàm Pacis, quàm Guerræ temporibus, Obſequia fructuoſa, & quæ nobis ſimiliter impendere poterit in futurum,
Ac proindè volentes ipſius Honorem & Commoda dilatare,
DEDIMUS & CONCESSIMUS eidem Comiti Officium Mareſcalciæ Angliæ,
Quod ad manus noſtras, per mortem Thomæ, nuper Comitis Northfolciæ, & Mareſcalli Angliæ, Avunculi noſtri, devenit,
Unà cum Feodis & Exitibus, indè à tempore mortis ejuſdem Thomæ perceptis,
HABENDUM & TENENDUM Officium prædictum præfato Comiti ad totam vitam ſuam, cum Terris, Feodis, & omnibus aliis, ad Officium illud ſpectantibus, adeo liberè & integrè ſicut præfatus Thomas, aliquo tempore dum vixit, Officium habuit antedictum.
In cujus, &c.

Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 7.

Dat. apud Andewerp, viceſimo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Commiſſio de Mutuo Contrahendo & a quibuſcumque Recipiendo.

REX Univerſis, præſentes litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D. 1338.
Sciatis quòd Nos, An. 12.
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Johannis de Roos, & Reginaldi de Donyngton Clerici, plenè confidentes, E. 3. Pat. apud
Ad Contrahendum & Recipiendum, pro nobis, & noſtro nomine, à quibuſcumque Perſonis, cum quibus melius convenire Antw. 12. E. 3.
poterunt, Mutuum uſque ad ſummam Centum Milium Florenorum Aureorum de Florentiâ, bonorum & legalium, m. 5.
Terminos & Loca Solutionis pecuniæ hujuſmodi, Creditoribus faciendæ, ſtatuendum,
Et Nos, & Hæredes noſtros, ac omnia Bona Regni noſtri, Mobilia & Immobilia, ad Solutionem dictæ Pecuniæ, ſtatutis Diebus & Locis, fideliter & plenè faciendum, obligandum,
Et ea, quæ ſic pro nobis dixerint vel promiſerint, quacumque firmitate, vallandum,
Ipſis, & eorum utrique, Plenam, tenore Præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;
Promittentes, pro nobis, Hæredibus, ac Subditis noſtris quibuſcumque, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per præfatos, Johannem & Reginaldum, & eorum alterum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.
In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, viceſimo quinto die Septembris, Anno Regni noſtri Duodecimo.

iun impedimentum illud celerius deleatur.

Damus autem vobis, tenore præſentium, Poteſtatem eligendi, & ponendi in Navibus ipſis, tàm Marinarios, quàm alios, quos ad hoc ſufficientes inveneritis, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, ad proficiſcendum ſupra Mare, ut eſt dictum,

Ac Rebelles & Contrarios, ſi qui fuerint, capiendi, & carcerali cuſtodiæ mancipandi, in eiſdem detinendos quouſque aliud indè duxerimus demandandum:

Et dictas Naves, expedito (cum Dei adjutorio) negotio prædicto, ad Regnum noſtrum celeriter reduci faciatis, non permittentes eas ſeu aliquam earumdem, causâ Negotiandi, ſeu quacumque aliâ de causâ, ad alias Partes divertere ſeu tranſire; ita quod Lanæ noſtræ, quæ nobis jam miſſuræ exiſtunt pro expeditione Negotiorum noſtrorum, ſicut noſtis, in Navibus carcari, & ad Nos mitti valeant abſque dilatione qualicumque.

Mandavimus inſuper, Dilecto nobis, Thomæ de Drayton, Admirallo Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, quod Naves Balivæ ſuæ ſimiliter de Guerrâ parari, & muniri, ac congregari, faciat, & in Flotâ ſupra Mare, ex dictâ causâ, & in formâ prædictâ, proficiſcatur.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Wyndeſore, viceſimo ſeptimo die Septembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

CONſimile Breve dirigitur præfato Thomæ de Drayton, Admirallo Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

De non Diſtringendo ſuper Beneficiis in Manu Papæ exiſtentibus.

Ann. D. 1338. As. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 2. m. 3.

REX Theſaurario & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Cùm Decanatus Eccleſiæ beatæ Mariæ Lincolnienſis,

Per Conſecrationem, Venerabilis Patris, Antonii Epiſcopi Norwicenſis, qui per, Sanctiſſimum Patrem, Dominum Summum Pontificem, in Epiſcopum loci illius nuper præfectus fuit,

Jam vacet, & in manibus ejuſdem Domini Summi Pontificis, eâ de causâ, exiſtat,

Et idem Dominus Summus Pontifex Fructus & Proventus dicti Decanatûs, & Beneficiorum ſubſcriptorum, eidem Decanatui, ut dicitur, annexorum, videlicet, Eccleſiarum de Ceſtrefeld, Aſhebourn, Wyrk, Maunnesfeld, & Leverton, ac Præbendæ de Wyrkeſworth, ad opus ſuum proprium percipiat,

Nos,

Volentes eundem Dominum Summum Pontificem favore proſequi gratioſo,

Vobis Mandamus quod Demandæ,

Quam dicto Summo Pontifici, ſeu ejus Procuratori, pro Decimis Biennali * & Triennali, nobis per Clerum Regni noſtri ultimo conceſſis, ratione Decanatûs, & aliorum Beneficiorum prædictorum, quæ vobis conſtare poterit eidem Decanatui annexa exiſtere, pro tempore, quo ea in manibus dicti Domini Summi Pontificis extiterunt, & eſſe contigerit, ex causâ ſupradictâ, per ſummonitionem Scaccarii prædicti, fieri faciatis ad opus noſtrum,

* V. 85.

Quia datum eſt nobis intelligi, quod quamplures Hoſtes noſtri alienigenæ, in diverſis Navibus & Galleis guerrinis congregati, Inſulam de Shepeye hoſtiliter invadere proponunt infra breve, ad Mala & Facinora, quæ poterunt, ibidem perpetrandum, niſi eorum Malitia viriliter refrænetur,

An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 3. m. 33. d.

Nos,

Hujuſmodi Periculo & Malitiæ præcavere, ac tàm Indempnitati noſtræ, quàm Communitatis ejuſdem Inſulæ, ac aliorum, Terras, Tenementa, Bona, ſeu Catalla, ibidem habentium, quatenùs poterimus, volentes providere,

Vobis mandamus, firmiter injungendo, quod ſtatim, viſis præſentibus, Homines ad Arma, ac Sagittarios, juxta quantitatem Terrarum & Tenementorum, quæ infra Inſulam prædictam habetis ibidem, unà cum Hominibus ejuſdem Inſulæ, ac aliis, Terras & Tenementa ibidem habentibus, pro ſalvâ Cuſtodiâ Inſulæ prædictæ, hujuſmodi Periculo ſic iminente, moraturos mittatis,

Ita quòd, ob Defectum hujuſmodi Hominum ad Arma, ac Sagittariorum, per vos ad dictam Inſulam, ex causâ præmiſsâ, mittendorum, Dampnum ſeu periculum ibidem (quod abſit) non eveniat quoquo modo.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, decimo quarto die Octobris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Rogero de Northwode,	*Philippo de Pympe,*
Priori Roffen.	*Stephano de Aſhebury,*
Abbati de Boxele,	*Humfredo de Northwode,*
Thomæ de Cobeham,	*Radulpho Savage.*
Stephano de Cobeham.	

---

* *Quod Robertus de Artoys moram faciat infra Caſtrum Walyngford.*

* V. 86.

Ann. D. 1338. As. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 3. m. 30.

REX Conſtabulario Caſtri ſui de Walyngford, Salutem.

Quia ordinaverimus quòd, Dilectus & Fidelis noſter, Robertus de Artoys moram infra Caſtrum prædictum, per aliquod tempus, faciat,

Vobis mandamus quòd eidem Roberto Domos, infra Caſtrum prædictum, pro morâ ſuâ competentes, liberari, & ipſum, & ſuos, Ingreſſum in Caſtrum prædictum, & Egreſſum ab eodem, pro voluntate ſuâ, habere faciatis; ipſum Robertum, & ſuos, benignè ac favorabiliter pertractantes.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Kenyngton, viceſimo die Octobris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

De Civitate Londoniæ, Petra vel Bordis verſus Aquam munienda contra Hoſtiles Inimicorum Aggreſſus.

Ann. D. 1338. A. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 3. m. 30. d.

REX, Dilectis ſibi, Majori, Aldermannis, & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Quia Hoſtes noſtri in Galeis, in multitudine non modica congregati,

Digitized by Google

* V. 87.

* Hiis Teſtibus.

Venerabili Patre,
Henrico Epiſcopo Lincolnienſi,
Henrico de Lancaſtria, *Derbiæ*,
Willielmo de Monte Acuto, *Sarum*,
Roberto de Ufford, *Suffolciæ*,

Comitibus:
Henrico de Ferariis,
Nicholao de Cantilupo,
Johanne Darcy, *Seneſcallo Hoſpitii noſtri*;

Et aliis,

Dat. per Manum noſtram apud Andewerpiam, Decimo die Novembris.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Flandriæ Comite ſuper Sponſalibus.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Ibid.*

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.
Sciatis quod nos,

De circumſpectione provida & fidelitate probata, Spectabilis & Potentis Viri, Reynoldi Comitis Gelre & Zutphenn, Fratris noſtri cariſſimi, plenariè confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum, pro nobis, & noſtro nomine, cum, Spectabili & Potenti Viro, Ludowico Comite Flandriæ, & Deputandis ab eo, ſuper Sponſalibus & Matrimonio, inter Filium Primogenitum dicti Comitis Flandriæ, & Iſabellam Filiam noſtram cariſſimam contrahendis,

Necnon ſuper Dote & Dotalitio, ac Donatione, propter Nuptias in hac parte conſtituendis vel aſſignandis,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque firmitate vallandum & firmandum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Præfato Comiti Gelre plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes nos Ratum & Gratum, quatenus ad nos attinet, habituros quicquid per prædictum Comitem Gelre Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp. duodecimo die Novembris.

De tractando cum dicto Comite & Communitatibus de Flandria.

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3. *Ibid.*

REX Univerſis *&c. ut ſupra uſque ibi*, & fidelitate probata Illuſtris Reynoldi Comitis Gelre, *&c. uſque ibi* concordandum cum, Nobili & Potenti Viro, Lodowico Comite Flandriæ, neccnon cum Burgimagiſtris, Scabinis, & Conſulibus, ac Comunitatibus, & Perſonis ſingularibus, Villarum de Brugges, Gandauo, & de Ipre, & aliorum omnium & ſingulorum Villarum & Locorum

Ann. D. 1338. *An.* 12. E. 3.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Dudùm te, Fili cariſſime, clara imitari Veſtigia Progenitorum tuorum Regum Angliæ, qui erga Deum & Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, velut Peculiares ejus Alumpni & Devoti Filii, plenitudine Devotionis & Fidei claruerunt, tuæque ſplendorem Proſapiæ a quavis obfuſcatione nebuloſi Contagii præſervari, eáque in Te prælucere clariùs cupientes, & ex Paternæ Charitatis & Dilectionis affectu, quo Te Statumque tuum proſequimur, noſtras tuæ Celſitudini Litteras direxiſſe meminimus:

Inter cætera recenſentes qualiter Exceſſus per, Nobilem Virum, Ludowycum de Bavaria, olim, ut aſſerebatur, diſcorditer in Regem Romanum Electum, adverſus Deum & eandem Romanam Eccleſiam, ac, felicis recordationis, Johannem Papam viceſimum ſecundum, Prædeceſſorem noſtrum, per Coacervationem multiplicium & atrocium Offenſarum, nequiter perpetrati, tuum præteriiſſe nequibant auditum; quos, velut toti Mundo notorios, non omnes, cùm longa & prolixa nimis eorum Narratio extitiſſet, ſet ex eis aliquos in eiſdem Litteris providimus, ut ſequitur, recitandos.

Idem namque Ludowycus, contra Proceſſus Prædeceſſoris ejuſdem & Inhibitiones ipſius, de Conſilio Fratrum ſuorum, ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, factos & habitos, diverſas Spirituales & Temporales Pœnas & Sententias, continentes, intravit Italiam, & nonnullos Hæreticos, de Hæreſi publicè & notoriè Condempnatos, in Conſortium publicæ participationis admiſit, tenens & aſſerens Hæreſes manifeſtas, ac fovendo, ſecumque tenendo Hæreticos, publicè Dogmatizantes prædictarum Hæreſium deteſtabiles & horrendos horrores, Hæretica quoque Dogmata ſcienter, immo potiùs dementer, approbans, &c, in evidentiam Approbationis hujuſmodi, ea per Litteras diverſas, Sigillo ſuo noto munitas, deduxit in aliorum publicam notionem.

Sibi etiam nomen Imperiale poſtmodùm uſurpare, & adminiſtrare Jura Imperii in eadem Italiâ & Almaniâ, contra Proceſſus & Prohibitiones prædictos, deteſtabili temeritate præſumpſit, ex hiis, præter Pœnas alias, Excommunicationis & Anathematis Sententias incurrendo, & tandem Auſus Auſibus, & Exceſſus accumulando Exceſſibus, ſe conferre non expavit ad Urbem, ubi in illam nequitiæ prorupit inſaniam, ut, meditatus Urbi & Orbi Univerſali Schiſmatis ſuſcitare diſpendium, quondam Ypocritam, Diabolicæ Præſumptionis Virum, nomine Petrum de Corbaria, velut Abhominationis horrendæ Simulacrum, in Apoſtolica Sede pro Romano Pontifice ſtatuere moliretur, idque quantum in eo fuit, produxit in Actum, & eum fuit Veneratus ut Papam, Conſecrationemque, immo veriùs Execrationem, ac Diadema Imperiale de facto recepit ibidem, ut de multis aliis inſanis Proceſſibus, quinimmo deteſtandis Exceſſibus, per eoſdem, Lodovicum & Petrum, præſumptione perpetratis hæretica, taceretur.

Propter quæ dictus Prædeceſſor præfatum Ludowicum fore a Domino denunciavit omni Honore & Dignitate Privatum, &c, in eum, tantarum Hæreſium & Sciſmatum maculis irretitum, exercens Gladium Apoſtolicæ Poteſtatis, Eum, cum omnibus qui adhærerent eidem, vel præſtarent Auxilium, Conſilium, vel Favorem, ſeu pro Romano Rege aut Imperatore ſcienter haberent,

* tene-

Digitized by Google

ter, a cujuſlibet participationis Fœdere contrahendo cum ipſo, & exhibitione reverentiæ & honoris tibi, tanquam Regi vel Imperatori, quouſque dictus Ludovicus reconciliationis ejuſdem Eccleſiæ meruiſſet gratiam optinere, penitus te retrahere & totaliter abſtinere curares, ut tibi Famæ integritas & illibata tui generis claritas ſervarentur.

Cùm autem Rumor implacidus & admodum infeſtus ad Nos perduxerit, his diebus, quòd *Tu, Fili, Requiſitionibus & Rogationibus noſtris hujuſmodi*, utique ſalutaribus, & de Fonte prodeuntibus Caritatis, non ſine detrimento Salutis tuæ & Famæ (quod dolentes referimus) obaudiitis, non ſolùm cum prædicto *Ludovico, nondum eidem Reconciliato Eccleſiæ, nec à Pœnis & Sententiis, quibus propter præmiſſa, & alia multa & gravia commiſſa per ipſum, implicatus eſſe noſcitur, liberato, nec etiam Proceſſibus ſæpefati Prædeceſſoris*, per quos, ut præmittitur, adverſus omnes & ſingulos, cujuſcumque Præeminentiæ, Dignitatis, Conditionis, vel Status, etiam ſi Pontificali, Regali, vel quâcumque aliâ, *Eccleſiaſticâ ſeu Mundanâ Dignitate* fulgerent, præfato *Ludovico Adhærentes, ſeu Præſtantes* directè vel indirectè, publicè vel occultè, Conſilium, vel Auxilium, vel *Favorem*, vel tibi, tanquam *Imperatori*, aut *Regi Romanorum*, reverentiam exhibentes, ſeu *Titulum Regalis vel Imperialis* nominis aſſignantes ſeu aſcribentes, graves, *Spirituales & Temporales*, Pœnæ ac Sententiæ infliguntur, nequaquam relaxatis, immo in ſui roboris efficaciâ perdurantibus, participationis Confœderationes inire, ſibique adhærere ac præſtare Favorem, Auxilium, & Conſilium, præſumpſiſti, immo, quod pernicioſius, pro dolor! & dampnabilius noſcitur exiſtere, ſi veritas Relatibus ſuffragetur, VICARIATUS *officium, per totam Alemanniam & Jermaniam*, ac univerſas & ſingulas earum *Provincias* ſive partes, ab eodem Ludovico, ſub *Imperialis nominis titulo, ut aſſeritur, ſuſcepiſti de facto*, cum ipſe *Lodovicus nec Rex nec Imperator ſit*, ut præfertur.

Cujus prætextu nonnullis Prælatis Eccleſiarum, & *Perſonis Eccleſiaſticis*, in terris Imperii conſtitutis, ac in noſtrâ & Eccleſiæ *memoratæ devotione & fidelitate debitis perſiſtentibus*, ſub Pœnis gravibus, per tuas eis litteras comminatis, mandaſſe diceris, & diſtrictiùs injunxiſſe, ut ad te, tanquam ejuſdem Lodovici in *Alemanniâ & Jermanniâ*, & partibus ſupradictis, VICARIUM, Audituri Sententiarum & *Judiciorum* ipſius Ludovici tuorúmque

* V. 90. Mandatorum * recitationem, ac præſtituri eidem Ludovico, vel tibi *ejus nomine*, Recognitiones & *Homagia* de Terris, *Bonis*, & Juribus, quæ tenent ab Imperio, convenirent.

De Te igitur, Fili, ubi ſit tua tuorumque Conſiliariorum prudentia, ab eo præſertim, non ſufficimus admirari, quòd, cùm tu, ſicut audivimus, pro illorum repetitione Jurium, quæ ad te aſſeris pertinere, non ſine grandium Perſonarum periculis, ac Expenſarum & Sumptuum profluviis, peregrinari ad partes Alemanniæ curaveris, & multos ſuper hoc feceris Apparatus, tunc ſpretis ejuſdem Prædeceſſoris Proceſſibus, & deductis dampnabiliter in contemptum Pœnis & Sententiis ſupradictis, quibus te manifeſtè, ſi quæ nobis referuntur vera ſint, non abſque horrendâ notâ, quæ non parùm obfuſcat tui claritatem Generis, proculdubiò implicaſti.

Et nichilominus,

Quamvis Nos & Eccleſia ipſa te nunquam offenderimus, nec contra te aliquid fecerimus, quamquam, ut intelleximus, falsò & mendaciter ſuggeſtum tibi per eos, qui Te, Salutem, & Honorem tuum, minimè diligunt, fuerit quòd nos, cariſſimo in Chriſto Filio noſtro, *Philippo Regi Franciæ Illuſtri*, in auxilium Guerræ ſuæ, ingentem pecuniæ quantitatem de noſtra Camera dederamus, quódque Inſtitutionem perſonarum Eccleſiaſticarum conceſſeramus eidem in omnibus Eccleſiis Regni ſui, quæ omnimoda carere veritate noſcuntur; talia namque nunquam poſtulata fuerunt à nobis, nec ea conceſſiſſemus quomodolibet Eidem, quantacumque commodis, præmiſſis [illegible] quidammodo reicere cupiunt, non minus leve, ſi diligenter Circumſtantias attenderis, imponere moliti fuerint, &c, non ſine periculo tui præcipitii, moliuntur.

Nec te latere volumus quòd præfatus Prædeceſſor olim, per quandam Conſtitutionem ab ipſo, de dictorum Fratrum ſuorum editam conſilio, in omnes & ſingulos, cujuſcumque ſtatûs, dignitatis, vel conditionis exiſterent, etiamſi Patriarchali vel quavis aliâ Superiori, vel Pontificali, vel Regali, Dignitate fulgerent, qui, abſque Sedis Apoſtolicæ Licentiâ ſpeciali, VICARII, ſeu cujuſque alterius Officii, nomen in prædicti Terris Imperii, eo vacante, ſicut tunc vacabat, & nunc etiam vacat, ut præmiſſum eſt, aſſumere, vel aſſumptum ultra Termini Duorum Menſium ſpatium præſumerent retinere, ſeu dimiſſum reaſſumere quoquomodo, ut inobedientes, * ac non parentes & intendentes eiſdem, * V. 91.
Excommunicationis & alias graves Sententias promulgavit.

Nos itaque (qui erga te, Fili, claudere Viſcera Paternæ Dilectionis nequimus, & cordis dolore tangimur intrinſecus) cùm talia percipimus ad tuum, tuique Honoris ſtatûs, Salutis & Famæ, diſpendium machinari, tuam rogamus Magnificentiam, requirimus, & in *Domino* attentiùs exhortamur, ſano Paternóque tibi nichilominus Conſilio ſuadentes, quatenus ea, quæ præmiſimus, & alia, quæ circa illa tibi poſſunt occurrere deducens in rectæ Deliberationis & Diſcuſſionis examen,

Ac inſuper tenens certiùs, & attendens quòd dictus Ludovicus, ut præmiſimus, nec Rex, nec Imperator eſt, nec aliqua, quæ ipſe fecerit, vel faciet, quamvis fuit, & erit, dictis Proceſſibus, ac Pœnis, & Sententiis irretitus, quicquam valuerunt, vel valent, nec ſunt, aut fuerunt, alicujus Auctoritatis, Roboris, vel Momenti,

Quodque Tibi periculoſum eſt, ac multipliciter formidandum, Te bellorum ſubicere Diſcriminibus, maximè ſi eſſes ſupradictis Proceſſibus, Pœnis, & Sententiis (a quibus liberari non poſſes, niſi dumtaxat per Sedem Apoſtolicam, quæ Abſolutionem earum ſibi expreſsè retinuit) involutis, ac Deo & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Perſecutor & Hoſtis effectus, à quibus te Miſericordiarum Dominus protegat & defendat,

Conſiderânſque diligenter quòd, licet Humanum ſit peccare, in Peccatis tamen Perſeverantia Diabolica eſt cenſenda,

Te à præmiſſis & ſingulis, ſic horrendis Deviis, ſi ad illa forſan declinaveris Serpentina Deceptione Seductus, antequam invaleſcant pernitioſius, ſeu in conſpectu Dei & Hominum fœteant deterius & putreſcant, reſilire penitus, Pedeſque tuos ad Viam Rectam, Deo placidam, ac tuis, Statui, Saluti, & Honori, congruam, dirigere quantociùs,

Non poſtponas; eorumdem Cardinalium, qui Te, Statúmque tuum, ſincerè diligunt, ſuper reformatione Pacis inter Te dictúmque Regem mutuæ, placibili Deo, & Hominibus amabili, operâ acquieſcens.

Videtur equidem quòd, etiamſi prædicti à vero & Catholico Imperatore (ſi eſſet) alicui VICARIATUS valeret Officium aſſignari, adhuc tamen tuum (qui tàm Magnus tantúſque Rex & Princeps exiſtis, tantóſque nomine ac Titulo Regio exiſtere noſceris inſignitus in Orbe) non deceret Honorem, quòd nominareris VICARIUS alicujus Domini Temporalis; quanto minus ergo tuam decuit, vel decet, Excellentiam, illius VICARIUM appellari, qui Auctoritate nullâ, ſicut expeditum eſt ſuperius, præminet, ſet pro dolor! tantorum exiſtit reſperſus labe Criminum, tamque gravibus Pœnis & Sententiis, cum omnibus ſibi adhærentibus, implicatus? ſciturus, Fili, amantiſſime, quòd, ſi Monitis noſtris hujuſmodi ſalutaribus adquieveris cum effectu, tibi, ſic impulſo ut caderes, Manum benignam porrigemus, quantum cum Deo poterimus, ſublevantem; alias autem non poterimus deſiſtere, cùm id à nobis exigat Officium Apoſtolicæ ſeveritatis, quo minus,

Digitized by Google

Teſte Rege Andewerp, decimo quarto die Novembris.

Per ipſum Regem.

De Tractando cum Philippo de Valeſio, ad inſtantiam Papæ.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 3.

UNiverſis, præſentes Litteras inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ &c. Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm, Sanctiſſimus Pater, Dominus B. divinâ Providentiâ, Papa XII. pridem dolens gravem Commotionis ſeu Guerræ materiam, inter Dominum Philippum de Valeſio, Conſanguineum noſtrum, & Nos ſuſcitatam, & proinde, more Patris Benivoli, de Filiorum quiete ſolicitus, reverendos Patres, P. tituli Sanctæ Praxedis, Presbiterum, & B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconum, Cardinales, ad procurandum in hâc parte mutuum bonum Pacis, duxerit ſpecialiter tranſmittendos, qui, priùs ad eum, & ad nos poſtmodùm accedentes, Pacis Tractatum fieri cum inſtantiâ poſtularunt,

Nos,

Ut Pacis Filius, Pacem habere cum omnibus affectantes, ob reverentiam dicti Domini Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, ac inſtantiam Dominorum Cardinalium prædictorum,

Venerabiles Patres, J. Cantuarienſem Archiepiſcopum, totius Angliæ Primatem, R. Dunolmenſem, & H. Lincolnienſem, Epiſcopos, ac, dilectos & fideles noſtros, Wilhelmum de Monte Acuto Comitem Sarum, Bartholomeum de Burghaſh, & Galfridum le Scrop, Milites, ac Magiſtrum Johannem de Offord Archidiaconum Elienſem, Nuncios & Procuratores noſtros facimus & conſtituimus ſpeciales,

Dantes & concedentes eiſdem, Sex, Quinque, & Quatuor eorum, (quorum præfatum Archiepiſcopum & alterum dictorum Epiſcoporum volumus Duos eſſe) Plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale tractandi, concordandi, paciſcendi, componendi, & tranſigendi, pro nobis, & noſtro nomine, cum præfato Philippo, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, Regnis, Honoribus, Hæreditatibus, Terris, Poſſeſſionibus, & Juribus, ad Nos, quocumque Jure, Titulo, vel Colore, pertinentibus,

Necnon univerſis & ſingulis Queſtionibus, Querelis, Controverſiis, Areſtis, Demandis, & Debatis, Actionibus Realibus, Perſonalibus, atque Mixtis, Litibus, & Proceſſibus, ſuper hiis inter Ipſum & Nos dependentibus, vel quæ præmiſſorum occaſione moveri poterunt,

Ac ſuper omnibus Dampnis, & Injuriis, hinc inde, in Terrâ & in Mari, factis & illatis,

Ac Expenſis & Intereſſe, quæ exigi poterunt hinc & indè,

Super quarumcumque etiam Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte vel aliâ ſuſcitatis, pacificandis amicabiliter & finaliter decidendis,

Pacem plenam, & Fœdus perpetuum inter dictum Dominum Philippum, pro ſe, & Hæredibus ſuis, & Nos, pro nobis, & noſtris Hæredibus, ineundi,

Ac ea, quæ ſic Tractata, Concordata, Pacta, Compoſita,

De non tractando cum dicto Philippo, tanquam cum Rege Franciæ.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 3.

REX Omnibus, ad quos &c.

Cùm, per Litteras noſtras Patentes, Venerabilibus in Chriſto Patribus, J. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, R. Dunolmenſi, & H. Lincolnienſi, Epiſcopis, ac aliis, in ipſis Litteris nominatis,

Ad Tractandum de Pace, inter quemcumque Regem, ſeu Reges, Principem, ſeu Principes, Catholicos & nos, ineundâ, & ad alia faciendum, quæ in dictis Litteris continentur,

Specialem commiſerimus Poteſtatem,

Ne dicti, Archiepiſcopus, Epiſcopi, ſeu alii, in dictis Litteris nominati, vel eorum aliquis, virtute ſeu colore dictæ Poteſtatis, cum Domino Philippo de Valeſio, tanquam cum Rege Franciæ, ſeu Deputandis ab eo, quicquid faciant ſive tractent, quantum ad hoc, Poteſtatem eis per nos traditam penitùs Revocamus,

Adimentes expreſſè præfatis, Archiepiſcopo, Epiſcopis, & aliis Procuratoribus, & Nunciis noſtris quibuſcumque, & eorum cuilibet, omnem & omnimodam Poteſtatem cum præfato Philippo, tanquam cum Rege Franciæ, tractandi, ſeu quicquam, noſtro nomine, faciendi, quod nobis in Petitione dicti Regni præjudicare vel obſtare valeat quoquo modo, ſeu per quod dicti Procuratores noſtri, ſeu Nuncii, vel eorum aliqui, dici poſſint, vel videri, Jus & Poſſeſſionem præfati Philippi in Regno prædicto, noſtro nomine, tacitè vel expreſſè recognoviſſe, vel aliqualiter approbâſſe:

In aliis autem omnibus prædictas Litteras in ſuo volumus robore permanere; & Hæc vobis omnibus, & aliis, quorum intereſt, volumus eſſe nota.

In cujus &c.

Dat. apud Andewerp. decimo ſexto die Novembris.

Per ipſum Regem.

---

* *De computando, ſuper Galeis comparandis.* * V. 94.

Ann. D. 1338. An. 12. E. 3. Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 2.

REX Univerſis &c. Salutem.

Noveritis quòd nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Nicholini de Fliſco, & Magiſtri Johannis Petri, Juris peritorum, intimè confidentes,

Ipſos, conjunctìm & diviſim, & utrumque eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior Conditio occupantis, ſet quod unus eorum inceperit, alter proſequi valeat & finire, Procuratores noſtros & Nuncios facimus & conſtituimus ſpeciales, ad petendum, exigendum, & recipiendum, a Jacobino de Sarzana totam pecuniam noſtram, quam, Dilectus Clericus noſter, Magiſter Paulus de Monte Florum, vel alius, ſuo nomine, eidem Jacobino pro Galeis, noſtrum Servitium firmandis & armandis, liberavit & aſſignavit,

Et ad recipiendum Compotum de Pecuniâ ſupradictâ, ipſumque Compotum examinandum & approbandum,

Necnon

Digitized by Google

Regno præſentes fuiſſemus, & idem Filius noſter de Cuſtodia præ-
E. 3. dictâ fuiſſet minimè oneratus, hactenus ſuſtinuit, & ſuſtinet, pro
p. 3. Conſervatione tàm noſtri, quàm ipſius Honoris, multipliciter hiis
m. 17. diebus,

Et quòd Terræ & Tenementa, eidem aſſignata, ad Suſtentationem ſuam, ſi hujuſmodi careret Officio, non ſufficerent abſque Subſidio aliundè; de aſſenſu & Conſilio, tàm, Dilecti Conſanguinei & Fidelis noſtri, Willielmi de Bohoun Comitis Northamptoniæ, & aliorum Nunciorum noſtrorum, ad partes Angliæ tranſmiſſorum, quàm aliorum de Concilio noſtro, in partibus Angliæ, duximus ordinandum,

Quòd præfato Filio noſtro de Septingentis Libris, videlicet, Quingentis Libris pro Liberatione ſuâ, & Ducentis Libris in partem Solutionis Debitorum ſuorum, jam ſubveniatur,

Vobis mandamus quòd præfato Filio noſtro, vel ejus in hac parte Attornato, dictas Septingentas Libras, de Theſauro noſtro, ſine dilatione, ſolvi, vel ei competentem Aſſignationem, ubi ſibi indè celeriter ſatisfieri poterit, habere faciatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Byflet, octavo die Decembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

** De Regis Filio, Antwerpiæ Nato.*

* V. 95.

Ann. D. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.
1338. Sciatis quòd,

Ao. 12. Cum, Dilectus & Fidelis noſter, Johannes de Bures, a Conſorte
E. 3. noſtrâ cariſſimâ, Philippâ Reginâ Angliæ, propter hoc ſpecialiter
Pat. apud ad nos miſſus, primò nobis nunciaverit Filium ex eâ, ſub felicis
Antw. 12. auſpicii Sidere, nobis natum,
E. 3. Nos, ex Nunciatione tàm placidâ recreati plurimùm & læti,
m. 1. & proindè volentes Nunciantem Regalis Munificentiæ Gratiâ liberaliter prævenire, conceſſimus eidem Johanni, de Dono noſtro, Centum Libras, quas ei ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Andwerp. duodecimo die Decembris, Anno ut ſupra.

Carta Abbatiſſæ de Berking, pro Salute Animæ Regis, conceſſa.

Ann. D. REX Archiepiſcopis, &c.
1338. Sciatis nos,
Ao. 12. Pro ſalute Animæ noſtræ, & Animarum Progenitorum & Hæ-
E. 3. redum noſtrorum, necnon ad inſtantiam, Dilectorum & Fidelium
Pat. apud noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto Comitis Sarum, & Tho-
Antw. 12. mæ de Ponynges,
E. 3. CONCESSISSE &, hâc Cartâ noſtrâ, CONFIRMASSE,
m. 2. Dilectis nobis in Chriſto, Abbatiſſæ & Monialibus de Berkyngg Libertatem de Placitis Foreſtæ, & plenariam Poteſtatem proſternendi & cariandi Ligna de omnibus Boſcis ſuis, qui ſunt infra Metas Foreſtæ noſtræ, ad Focum ſuum, & ad Ædificia ſua, & de alieno Boſco ſimiliter, ſi quis eis Ligna ad Focum ſuum, vel Maeremium ad Ædificia ſua, DEDERIT vel VENDIDERIT;

HABENDA præfatis, Abbatiſſæ, & Monialibus, & Succeſſoribus ſuis, IMPERPETUUM,

Et prohibemus nè quis, Foreſtarius vel aliquis alius, eas vexare aut inquietare præſumat,

pa XII. *&c. prout de dat. 15 Nov. ſupra, uſque hæc verba; viz.* Ibid.

* Ac, Dilectos & Fideles noſtros, * V. 96.

Willielmum de Monte Acuto, Sarum, tunc ſic,

Robertum de Ufford, Suffolciæ,

Comites, *&c. prout ſupra, mutatis mutandis.*

Iidem, Archiepiſcopus, Epiſcopi, & alii ſupra ſcripti, habent conſimile Procuratorium ad Tractandum cum, Excellentiſſimo Principe, Domino Philippo, Rege Franciæ Illuſtri.

De tranſigendo, cum Cardinalibus, ſuper quibuſcumque Proceſſibus inter Regem & quemcumque Virum alium Catholicum.

UNiverſis, *&c. ut ſupra uſque ibi* ſeu Guerræ materiam inter Ann. D.
Catholicos Reges & Principes ſuſcitatam, & proinde, more 1338.
Patris benivoli, de Filiorum quiete ſolicitus, Reverendos Patres, Ao. 12.
Dominos P. tituli Sanctæ Praxedis Presbiterum, & B. Sanctæ Ma- E. 3.
riæ in Aquiro Diaconum, Cardinales, ad procurandum, in hac Ibid.
parte, mutuum bonum pacis, ad nos, inter alios duxerit ſpecialiter tranſmittendos,

Nos, ut Pacis Filius *&c. ut ſupra uſque ibi* tranſigendi pro Nobis, & noſtro nomine, cum Dominis Cardinalibus ſupradictis, & eorum altero, ac Deputandis ab eis, vel altero eorumdem, ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, *&c. ut ſupra uſque ibi* & proceſſibus ſuper hiis, inter nos & quemcumque virum Catholicum dependentibus, vel quæ, præmiſſorum occaſione *&c. ut ſupra uſque ibi*, & Fœdus perpetuum inter nos ex parte unâ, & quemcumque talem virum Catholicum ex aliâ ineundi, ac Treugas & Guerræ Ceſſationem *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

Pro Nicholino de Fliske & Filiis ejuſdem.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1339
Cùm nuper attendentes Affectionis puritatem, quam, Dilectus Ao. 12.
& Fidelis noſter, Nicholinus de Fliſco, dictus Cardinalis de Ja- E. 3.
nua, ad nos & Domum noſtram Regiam optinuit, necnon ipſius Pat. apud
Circumſpectionem providam, quam nobis in agendis noſtris fore Antw. 12.
credidimus oportunam, E. 3.
Ipſum de noſtro Concilio retinuerimus, & eidem Viginti Libras m. 1.
Sterlingorum, percipiendas Annis ſingulis, pro Feodo ſuo, in Feſto Sancti Michaelis, de Theſauro noſtro, ad Scaccarium noſtrum, necnon Robas de Sectâ Militum noſtrorum, quotiens Robas aliis Militibus noſtris dederimus, ad totam vitam ſuam, donaverimus & conceſſerimus, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Ac jam volentes, propter grata & utilia obſequia, nobis poſtmodum per præfatum Nicolinum impenſa, ipſum adjectione uberioris gratiæ prævenire, conceſſimus eidem Nicolino Viginti Marcas Sterlingorum ultra dictam Summam Viginti Librarum, ita quòd exnunc habeat de nobis Quinquaginta Marcas, percipiendas ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, ad totam vitam ipſius Nicolini, ac etiam Robas de Sectâ Militum noſtrorum, quotiens Robas aliis Militibus noſtris dederimus, ut prædictum eſt,

Et

Digitized by Google

Per Concilium.

Ad Magnum Magiſtrum Sancti Johannis Jeruſalem, de excuſando.

Ann. D. 1339. An. 12. E. 3. Clauſ. 12. E. 3. p. 3. m. 6. d.

REX, Magnifico Viro, Fratri Eliono de Villa Nova, Priori, atque Magno Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem Magiſtro, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Cùm, ſicut novit veſtra Diſcretio, Actus bellici & Guerrina negotia Sumptibus & expenſis egere innumeris dinoſcantur,

Et quamquam nuper, morâ Guerrâ, & etiam continuatâ, inter Nos & Conſanguineum noſtrum Franciæ, ſuper quibuſdam Diſſenſionibus & Diſcordiis hinc indè ſubortis, Quidam Mille Quadraginta & Unam Marcas, Dilecti nobis in Chriſto, Fratris Philippi de Thame, Prioris Hoſpitalis prædicti in Angliâ, apud Domum ſuam de Clerkenwell repoſitas, ſicut quaſdam alias pecuniarum ſummas, in locis aliis in depoſito cuſtoditas, in ſubventionem & ſupportationem Onerum, quæ occaſione Guerræ prædictæ, ac pro ſalvatione & defenſione tàm Terrarum & Poſſeſſionum dicti Hoſpitalis, infra Regnum noſtrum, quàm ejuſdem Regni, nos oporteret neceſſariè ſuſtinere, ſub mutui nomine, iminentibus tàm grandibus periculis & neceſſitate cogente, ceperint ad opus noſtrum, ſicut ratio in caſu hujuſmodi hoc permittit,

Aliqui tamen, ſtatum & conditionem præfati Prioris erga vos depravari, non ex zeli bonitate, ſet ex odii & invidiæ fomite, molientes, vobis, ut didicimus, intimârunt quòd pecunia prædicta a loco, ubi ſic repoſita extiterat, ex ejuſdem Prioris Procuratione & etiam Inſtigatione capta fuerat & ablata,

Quod, juxta humanæ rationis Judicium, videtur valdè difficile ad credendum, præſertim cùm ſinguli ea, quæ ſunt propriæ utilitatis & commodi, pro viribus procurarent, &, quæ in ipſorum Dampnum & ſtatûs ſui detrimentum poſſent cedere, naturaliter evitarent.

Et quia pium eſt & meritorium perhibere Teſtimonium veritati, & ad tollendum hujuſmodi ſiniſtras Suſpiciones (ſi quæ poſſent ex talibus falſis & de ingratis Suggeſtionibus provenire) veſtræ Dilectioni, ex certâ ſcientiâ, & bonâ fide, ſignificandum duximus per præſentes, quòd dictæ Mille Quadraginta & Una Marcæ, modo quo præmittitur, captæ fuerant (ſicut in hujuſmodi caſu, iminentibus neceſſitate & tantis * Guerrinis periculis, benè licet) & non ad Inſtigationem ſeu Procurationem Prioris antedicti:

* V. 98.

De quâ quidem pecuniæ ſummâ eidem Priori Literas noſtras fieri fecimus Obligatorias, & eas ſibi ſolvi faciemus quam citiùs optulerit ſe facultas.

Dat. apud Berkhamſtede, duodecimo die Januarii.

Ann. D. 1339. An. 12. E. 3. Pat. apud Antw. 12. E. 3. m. 2.

De Indempnitate pro Comite Gelriæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Nobilis Vir, Reinoldus Comes Gelriæ & Zutphen, Frater noſter cariſſimus, in ſexcentis Marcis Sterlingorum pro

De Pecunia promiſſa Hominibus de Middelburgh.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germania 13. E. 3. m. 1.

REX omnibus, ad quos, &c.

Sciatis quòd,

Cùm, dilecti nobis, Burgimagiſtri, Scabini, Conſules, & Comunitas Villæ de Middelburgh, nobis remiſerint, relaxaverint, & quietum clamaverint omnes Actiones & Demandas, quas ipſi, vel ſingulares perſonæ dictæ Villæ, contra Nos, vel noſtros Subditos, occaſione Homicidiorum, Deprædationum, Tranſgreſſionum, vel Dampnorum quorumcumque, Hominibus dictæ Villæ per noſtros Subditos, uſque in diem praeſentium, in Terrâ, vel in Mari, factorum, illatorum, & datorum, prout in Litteris Patentibus dictorum Burgimagiſtrorum, Scabinorum, Conſulum, & Comunitatis prædictæ, nobis indè factis, pleniùs continetur,

Nos, in recompenſationem REMISSIONIS & RELAXATIONIS hujuſmodi, CONCESSIMUS eiſdem Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & Comunitati, Octingentos Florenos de Florentiâ, quos ipſis in Quindenâ Paſchæ proximò futurâ ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp. quarto die Februarii, anno decimo tertio.

Per ipſum Regem.

---

* *De Libris ad Ponderationem Averii, ab Hoſtibus exteris aſportatis, de novo providendis.* * V. 99.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 47.

REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem.

Quia datum eſt nobis intelligi, quòd Libræ noſtræ, ad ponderationem Averii, de pondere, de quo Cuſtuma nobis ſolvi deberet in Portu Villæ Suthamptoniæ, nuper deputatæ, per Hoſtes noſtros de partibus exteris, qui Villam prædictam aggreſſi & deprædati fuerunt, aſportatæ exiſtunt,

Nos,

Volentes Cuſtumam hujuſmodi nobis, de dicto Averio Ponderis, ad dictam Villam adducto, vel ab eadem extra Regnum noſtrum educendo, debitam, ibidem colligi ut eſt moris,

Vobis mandamus quòd tales Libras, quales ibidem pro Ponderatione prædictâ, antequam Villa prædicta ſic Deprædata extitit, eſſe ſolebant, de novo fieri, & Illi, vel Illis, cui Cuſtodiam earumdem commiſimus habendas, liberetis cuſtodiendas prout ante Deprædationem Villæ prædictæ fieri conſuevit.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio ſuo cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Februarii.

Per Concilium.

Digitized by Google

nominatim occupare; de quo habemus eſſe contenti, & dictos Duces Auſtriæ, de dictis Ducentis Galeatis, pro iſtâ vice, penitùs ſupportare.

Et quòd Nos, cum præfato Domino Philippo ac Duce Burgundiæ, nullam Compoſitionem ſeu Concordiæ Unionem, ſine dictis Ducibus, nec Ipſi ſine * *nobis, inibimus, nec inient, nec* * V. 100.
recipiemus, nec recipient, niſi nobis & ipſis utrimque in dictis Compoſitione & Concordia intercluſis.

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras Sigillo noſtro fecimus conſignari.

Dat. apud Andewerp. decimo ſexto die Februarii.

De Gravaminibus Flandrenſibus non inferendis, ne Expeditio Regis inde retardetur.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 37. d.

REX Vicecomiti Eborum, Salutem.

Licet nuper tibi, per Breve noſtrum, præceperimus quòd, in Portubus Maris, Villis Mercatoriis, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videres, tàm intra Libertates, quàm extra, publicè ex parte noſtrâ faceres proclamari,

Quòd Flandrenſes, non armati, ad Portus, Villas, & Loca quæcumque, in Ballivâ tuâ, cum Corporibus & Bonis ſuis quibuſcumque, liberè venire, ibidem morari, mercandizare, Mercandiſas vendere & emere, & exinde pro voluntate ſuâ, cum Bonis & Mercandiſis ſuis (factâ inde Venditoribus ſatiſfactione debitâ, ac ſolutis Cuſtumis prædictis) recedere poſſent ſub Conductu noſtro,

Omnibus & ſingulis ex parte noſtrâ inhibendo, nè quis hujuſmodi Flandrenſibus, & ibidem morantibus, & indè redeuntibus, in Perſonis aut Rebus ſuis Dampnum inferret aut Gravamen,

Quodque ſcire faceres omnibus & ſingulis, præmiſſa ſimiliter proclamando, ex parte noſtrâ, quòd, ſi Dampnum vel Jactura præfatis Flandrenſibus, infra Regnum noſtrum, ſeu alias Terras noſtras, & Subditorum noſtrorum, venientibus, ibidem morantibus, ſeu exindè redeuntibus, in Rebus, aut Perſonis ſuis, per Nos, ſeu Subditos noſtros, contra Tractatum & Concordiam prædictos, evenirent, Nos & Hæredes noſtri, unà cum Bonis noſtris, & Subditorum noſtrorum, Mobilibus & Immobilibus, tunc præſentibus & futuris, ad hujuſmodi Dampnum & Jacturam reſtaurandum, & ad emendas inde faciendas per Areſtationes, Compulſiones, & Proſecutiones, in quibuſcumque Curiis indè faciendas, diſtrictè diſtringeremur & obligaremur,

Quidam nichilominus in Ballivâ tuâ, ut accepimus, diverſa Dampna, Mala, & Gravamina, dictis Hominibus Flandrenſibus, ad eandem Ballivam cum Bonis & Mercandiſis ſuis declinantibus, contra formam Proclamationis & Inhibitionis noſtrarum prædictarum, intulerunt, & indies inferre nituntur, in noſtri Contemptum & grave Dampnum, & maximè cum Expeditio negotiorum noſtrorum, pro quibus ad partes Tranſmarinas profecti ſumus, poterunt (quod abſit) de facili retardari, undè, nec immeritò, conturbamur,

Tibi igitur adhuc præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Civitatibus, Villis Mercatoriis, Portubus Maris, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ facias firmiter inhiberi, nè quis Subditorum noſtrorum Mala ſeu Gravamina quæcumque aliquibus Flandrenſibus, ad dictum Regnum declinantibus, in Terrâ, nec in Mari, in Perſonis ſeu

Regi per ipſum Dominum Archiepiſcopum faciendis, ac ſuper certis Pecuniarum Summis, eidem Archiepiſcopo ob hæc dandis,

Nonnullæ ORDINATIONES & CONVENTIONES factæ & habitæ dinoſcantur, Promiſſionibus & Litteris ab utralibet partium mutuò indè datis,

Nos tamen, juxta illas, præfato Domino Archiepiſcopo, pro prætactis Auxilio & Aſſiſtentiâ, nomine quo ſupra, efficaciter promiſimus, & promittimus nos Procuraturos & Facturos quòd Vinelmus Rufus, Judæus de Argentinâ, nomine dicti Domini noſtri Regis, Quinquaginta Milia Florenorum aureorum de Florentiâ, bonorum & legalium (de quibus in litteris dicti Regis, aliàs memorato Domino Archiepiſcopo datis, continetur) & etiam Undecim Mille Florenorum prætactorum,

Quæ quidem Undecim Mille Nos, Comes Gelrenſis prædictus, juxta Poteſtatem, nobis ſuper hoc per dictum Dominum Regem in prætactis Litteris ſuis datam, tàm ratione Stipendiorum, quàm pro Hoſpitio ipſius Domini Archiepiſcopi, pro Primo Menſe ab eo tempore, quo ipſe Dominus Archiepiſcopus à Treven. pro dictis Auxilio & Aſſiſtentiâ progredi incipiet, computando, rationabiliter moderati ſumus & prætendibus arbitramur,

Dabit & ſolvet integraliter, ante Feſtum Palmarum proximum, Domino Archiepiſcopo memorato.

Quod, ſi hæc non fecerit, extunc nos, omnes & ſinguli prædicti, nomine quo ſupra, ante Dominicam QUASI MODO geniti proximam, ipſi Domino Archiepiſcopo, de prætactis Sexaginta uno Milibus Florenorum prædictorum, ſatisfacere debebimus integraliter cum effectu.

INSUPER Promiſimus, & Promittimus, ut, ſupra ultra prætactas Summas, pro prætactis Auxilio & Aſſiſtentiâ, eidem Domino Archiepiſcopo alia Quinquaginta Mille Florenorum prædictorum (de quibus etiam in Litteris dicti Regis fit mentio) ante Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximum; Item, eidem Domino Archiepiſcopo, ratione Stipendiorum & ſui Hoſpitii prætactorum, poſt lapſum primi Menſis prædicti, quamdiu dictus Dominus Archiepiſcopus, vel ejus Exercitus, in expeditione, ratione Auxilii & Aſſiſtentiæ prædictorum, fuerint, in principio cujuſlibet Menſis, Undecim Mille Florenorum prætactorum per nos, vel alios, ex parte dicti Regis, integrè nos daturos.

Cæterùm, ſi dictum Dominum Archiepiſcopum, aut ſuos, occaſione Aſſiſtentiæ vel Auxilii prædictorum, Dampna aliqua, in Hominum ſuorum Captivationibus, in Equorum perditionibus, aut aliàs qualitercumque, ſuſtinere contigerit, hujuſmodi Dampna dictus Dominus Rex, & nos, dicto Archiepiſcopo refundere tenebimur & plenariè reſarcire.

Et, ut prædicto Domino Archiepiſcopo, ſuper prædictis, plus ydoneè caveatur, ſibi Coronam dicti Domini Regis ac Regni Angliæ Hæreditariam & Præcellentiorem, ritè & legitimè, quo ſupra nomine, pro Quinquaginta Millibus Florenorum prætactis, in Feſto prædicto ſolvendis, titulo Pignoris tradidimus & obligavimus, & hiis Litteris obligamus;

Promittentes, quo ſupra nomine, quòd prætacta Corona, per Solutionem & numerationem eorumdem Quinquaginta Milium Florenorum, & etiam Quinque Milium Florenorum (Quæ * qui- * V. 102.
dem Quinque Mille dicto Archiepiſcopo, pro ſuis Sumptibus, jam pro dicto Domino noſtro Rege factis, in Omnem Eventum ſolvendorum promiſimus, & promittimus ante Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ prætactum) per nos, vel alios, nomine dicti Domini Regis, redimi & liberari debebit.

Quod, ſi factum non fuerit, extunc præfatus Dominus Archiepiſcopus dictam Coronam liberè poterit, aliis, vel aliis (ut ſibi placuerit)

Digitized by Google

Quam quidem Coronam poterit memoratus Archiepiſcopus, poſt dictum Feſtum Sancti Johannis, pro prædictis Viginti Quinque Millibus Florenorum, & Dampnis & Intereſſe prædictis, alii, vel aliis Creditoribus, quos ydoneos reputaverit, obligare, ac de eâ diſponere ſub Modis, & Conditionibus, ac Obſervationibus, prout in Caſu prætacto, quo ſervire teneretur, de Obligatione hujuſmodi Coronæ, pro majori Summâ faciendâ, ſuperiùs eſt expreſſum.

Et, ſi præfato Archiepiſcopo, per hujuſmodi Coronam, ſeu ejus Obligationem, de prætactis Viginti Quinque Millibus Florenorum, ac Dampnis & Intereſſe prædictis, ſatisfieri non potuerit, tunc quicquid ſibi de eâdem Summâ, ac Dampnis & Intereſſe prætactis, defuerit, & id quo minus habuerit, tenebitur memoratus Dominus Rex, ac nos tenebimur, eidem Archiepiſcopo plenariè reſarcire.

Nec, ultra jam tacta Viginti Quinque Millia, ac Dampna & Intereſſe prætacta, prædictus Dominus Rex, aut nos, eidem Archiepiſcopo, in aliquibus aliis Pecuniarum Summis, eſſe debemus obligati.

Et cùm de dictis Viginti Quinque Millibus Florenorum, cum Dampnis & Intereſſe prædictis, fuerit, infra Annum, à Feſto beati Johannis prætacto, vel citiùs, prædicto Archiepiſcopo ſatisfactum, tenebitur dictus Dominus Archiepiſcopus prædictam Coronam præfato Domino Regi, ſuóve Procuratori, ad id ſufficiens mandatum exhibenti, ſub Sigilli Teſtimonio liberare.

Cæterùm in omnibus & ſingulis ſupra & infra ſcriptis, in quibus præfatus Dominus noſter Rex, aut nos, prædicto Domino Archiepiſcopo Obligati ſumus, ſeu Aſtricti, in hiis etiam Aſtricti &
* V.103. * Obligati Illi vel Illis, qui Cauſam, vel Cauſas, aut præſentes Litteras ab ipſo Archiepiſcopo habuerint, juxta Declarationem & Determinationem prædictas, eſſe volumus & debemus: volentes etiam ut ipſi, circa Obligationem prædictæ Coronæ, & circa alia, eadem facere poſſint quæ poteſt Archiepiſcopus memoratus.

Et, pro præmiſſis & ſequentibus omnibus & ſingulis inviolabiliter obſervandis, conſtituimus nos, & quemlibet noſtrûm in ſolidum, pro dicto Domino Rege Fidejuſſores & Principales Debitores;

Volentes & eligentes ſpontè, ſi ea plenè non fuerint obſervata, quòd ipſe Dominus Archiepiſcopus per ſe, & alios ultra hoc, quod dictum Dominum Regem, & nos, [vel aliquem] de noſtris, præmiſſis non obſervatis, notare & inculpare valeat, dictum Dominum Regem, Noſipſos, Bona, & Res ipſius & noſtras, ac Subditorum dicti Domini —— Regis, ac noſtrorum, quibuſcumque nominibus nuncupentur, ſine cujuſquam Judicis aut Superioris Requiſitione, Auctoritate, Licentiâ, Injuriâ, vel Offenſa, invadere, occupare, detinere, ac ſe de eis intromittere; ipſáque, Res, & Bona, obligare & diſtrahere poſſit, donec ſibi de omnibus & ſingulis, quæ ſibi de præmiſſis defuerint, ſeu quorum minus habuerit, plenariè ſatisfiat.

ITEM, neque dictus Dominus —— Rex, neque nos, nec aliquis noſtrûm, ad Regnum Angliæ umquam, abſque liberâ & expreſsâ licentiâ dicti Domini —— Archiepiſcopi, transfretare, vel venire debebimus, ſeu debebit, niſi prius ſatisfactum exiſtat præfato Domino Archiepiſcopo, ſecundum Determinationes prætactas, de omnibus & ſingulis ſupratactis.

Et inſuper Condictum ſpecialiter & Adjectum, quòd nos, apud præfatum Dominum noſtrum Regem Angliæ, faciemus & pro-

bus Viris Dominis, Johanne de Brunſhorn, Paulo de Caych, Militibus: Tylmanno de Rodemeratur Armigero: Magiſtro Coquine; & Magiſtris, Wytclo de Birgele, Rudulpho dicto Laſſe, & Teod. dicto Hacke, Clericis Domini —— Archiepiſcopi Trevirenſis ſupradicti, præmiſſa tractantibus & præſentibus in eiſdem.

In quorum omnium evidentiam ac robur ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa.

* Ego quoque Bartholomæus ſupradictus, recognoſcens me omnibus & ſingulis præmiſſis interfuiſſe, eaque tractâſſe, & quia, * V.104. ex voto ſpeciali, cum prædicto Domino Epiſcopo Lincolnienſi, Fratre meo, nec Principalis Debitor, nec Fidejuſſor eſſe poſſum, Sigillum meum, in præmiſſorum Evidens Teſtimonium, appendi etiam ad præſentes.

Dat. Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Octavo, ſecundum Stilum & Conſuetudinem Eccleſiæ Anglicanæ & Provinciæ Treverenſis, die penultimâ Menſis Februarii.

De Cuneis in Hiberniam mittendis.

REX, dilecto Clerico ſuo, Johanni de Flete, Cuſtodi Cambii noſtri Londoniæ, Salutem, Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 41. d.

Cùm per Nos, & Concilium noſtrum, ordinatum exiſtat, quòd Moneta Denariorum Sterlingorum, Obolorum, & Ferlingorum, ad Cambium noſtrum in Hiberniâ, apud Dubliniam, pro noſtro & Populi noſtri partium illarum commodo, fabricetur,

Per quod nuper vobis mandavimus, quòd Octo Paria Cuneorum, pro Denariis Sterlingorum, Octo Paria Cuneorum pro Obolis, & Octo Paria Cuneorum pro Ferlingis, apud dictum Cambium noſtrum Londoniæ, ſine dilatione, fieri, & Ea Attornato, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Johannis Rees, Theſaurarii noſtri Hiberniæ, in hac parte, pro fabricatione Denariorum, Obolorum, & Ferlingorum prædictorum, liberari faceretis, ad dictas partes Hiberniæ, ex causâ prædictâ, eidem Theſaurario noſtro deferenda,

Vobis mandamus quòd, ſi Cunea prædicta præfato Attornato nondum liberaveritis, tunc eadem Octo Paria Cuneorum pro Denariis Sterlingorum, Octo Paria Cuneorum pro Obolis, & Octo Paria Cuneorum pro Ferlingis, habeatis in Cancellariâ noſtrâ, die Jovis proximò futuro, ubicumque tunc fuerit, præfato Attornato ibidem in præſentiâ Cancellarii noſtri liberanda; Et hoc nullatenus omittatis.

Et de Cuſtubus, quos in Facturâ & Impreſſione eorumdem Cuneorum rationabiliter appoſueritis, cùm illos ſciverimus, vobis, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, filio noſtro cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, primo die Martii.

Per Concilium.

Super

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 36.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Supplicavit nobis, Dilectus nobis, Henricus Darcy, Major Civitatis noſtræ Londoniæ, ut,

Cùm ipſe percipere debeat, & alii Majores ejuſdem Civitatis hactenus percipere conſueverint, ſingulis Annis, in Subſidium Expenſarum, quas ratione Officii illius ipſos facere oporteret, Quinquaginta Marcas de Mercatoribus Alienigenis (videlicet, de Ambiano, Neel, & Torby) dictam Civitatem cum Mercimoniis ſuis exercentibus,

Iidemque Mercatores, ante Guerram, inter nos & illos de Franciâ moram, ratione Guerræ illius, ſe a Civitate prædictâ cum Rebus & Mercimoniis ſuis retraxerint, & ad partes proprias redierint, ita quòd quicquam de dictis Quinquaginta Marcis, de dictis Mercatoribus, de Anno præſenti, quo dictum Officium Majoritatis exercuit & exercet, levare non potuit nec habere,

Velimus, de ſolutione earumdem Quinquaginta Marcarum, provideri facere aliundè,

Nos,

Advertentes tàm Labores, quàm Sumptus oneroſos, quos idem Major, circa ſalvam Cuſtodiam dictæ Civitatis, ſuſtinuit & ſuſtinet, ac ſolicitam diligentiam, quam circa Munitionem Civitatis illius, & Arraiationem Hominum ejuſdem, ac Punitionem Malefactorum ibidem, appoſuit & apponit, maximè modernis temporibus, tàm ratione abſentiæ noſtræ, quàm prætextu Hoſtilium Alienigenarum Invaſionum in Regnum noſtrum, & quòd dictus Major aliquid de dictis Quinquaginta Marcis a præfatis Mercatoribus, de dicto Anno præſenti, occaſione Guerræ prædictæ, non percepit, nec potuit percepiſſe, ſicut ſumus plenius informati,

Volenteſque, hiis conſideratis, & contemplatione laudabilis Geſtûs ſui in Officio antedicto, Supplicationi ſuæ prædictæ annuere gratioſè,

Vobis præcipimus quòd eidem Henrico dictas Quinquaginta Marcas, de Firmâ Civitatis prædictæ, & Exitibus Ballivæ veſtræ, ſine dilatione ſolvatis, de Dono noſtro, ex causâ ſupradictâ, & pro Oneribus dicto Officio incumbentibus (a Feſto Sanctorum Simonis & Judæ proximò præterito, uſque idem Feſtum proximò ſequens) faciliùs ſupportandis;

Recipientes a præfato Henrico Literas ſuas Acquietantiæ, receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes:

Et nos vobis indè, in Firma veſtra prædicta, ſive in Compoto, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio ſuo cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, ſexto die Martii,

Per Literam ipſius Cuſtodis.

Ad Abbates & Priores, de Familiaribus & ad Robas ſuas retentis Arraiandis.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Aleman. 13. E. 3. m. 15.

REX, Dilecto ſibi —— Abbati Glaſtoniæ, Salutem. Cùm,

Pro Tuitione & Salvatione Regni noſtri, & Eccleſiæ Anglicanæ, contra Hoſtium Incurſus, qui dictum Regnum & Sanctam ejuſdem Eccleſiam invadere & occupare pro viribus moliuntur, de Aviſamento & Conſenſu Magnatum ipſius Regni, & aliorum de Concilio noſtro,

ORDINAVERIMUS quòd ſinguli de Regno noſtro, tàm di-

Abbati de Thorneye,
Abbati de Croyland,
Abbati Sancti Benedicti de Hulmo,
Abbati beatæ Mariæ Eborum,
Abbati de Selby,
Abbati de Burton ſupra Trentam,
Abbati Salop.
Abbati de Glouc.
Abbati de Eveſham,
Abbati de Teukesbury,
Abbati de Fontibus,
Abbati de Furneux,
Abbati Sancti Auguſtini Briſtol,
Abbati de Oſeneye,
Abbati de Bello,
Abbati de Hida juxta Wynton.

Abbati de Hertylond,
Priori Sanctæ Trinitatis Cantuar.
Priori Dunolm.
Priori Karliol.
Priori de Giſebourn.
Priori de Bridelyngton.
Priori de Spaldyng,
Priori Elienſi,
Priori Sanctæ Trinitatis Norwici.
Priori de Routeſtr.
Priori Sancti Swythini Wynton.
Priori Wygorn.
Priori de Kenelworth.
Priori de Hexham,
Priori de Plympton.

De Literis, ſub Sigillo, vocato Griffoun, factis, ad Scaccarium allocandis.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 35.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Quia volumus quòd Seneſcalli, Receptores, Ballivi, Miniſtri, ac Cuſtodes Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, ad Camerariam noſtram reſervatorum, per Literas de Secreto Sigillo noſtro, vocato GRIFFOUN, de quibuſcunque Liberationibus & Solutionibus, per ipſos, virtute Literarum earumdem, factis vel faciendis, plenariam habeant Allocationem, juxta tenorem, vim, & effectum, ac continentiam Literarum prædictarum,

Et quòd eædem Literæ pro ſufficientibus Warrantis ſuper hoc habeantur,

Vobis mandamus quòd,

Cùm hujuſmodi Literæ ſub Sigillo prædicto, per aliquem Seneſcallum, Receptorem, Ballivum, Miniſtrum, ſeu Cuſtodem Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum noſtrorum prædictorum, ad Camerariam noſtram ſic reſervatorum, pro allocationibus ſuper eiſdem Literis habendis, coram vobis ad Scaccarium prædictum delatæ ſeu præſentatæ fuerint,

Eaſdem Literas, de dicto Secreto Sigillo, ſic conſignatas, juxta vim, & * effectum, ac continentiam earumdem, quatenùs vobis de Solutionibus, Allocationibus, & Receptis hujuſmodi conſtiterit, ad idem Scaccarium allocari faciatis in formâ ſupradictâ. * V. 107.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ, & Comite Ceſtriæ, filio ſuo cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, ſexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 1.

De Indempnitate, quod a Rege ſtetit, pro O. Domino de Cuye, & Conſorte ſua.

ROI a tourz ceux, qi ceſtes Lettres verront ou orront, Saluz. Sachez que,

Come nous grantaſmes, n'adgaires, par noz Lettres Patentes, a, noſtre Chier & Foial, Monſieur Otes Sire de Cuye, & a, noble Dame, Dame Johane ſa Compaigne, que,

En cas que, par occaſion de ſa Demoere devers nous, il pardreit

… Epiſcopus Lincolnienſis *&c. ut ſupra de Dat. 28. Feb. uſque ad hæc verba, viz.*

Et nos Edwardus, Rex Angliæ ſupradictus, omnia & ſingula, in ſupraſcriptis Literis expreſſata, Rata & Grata habentes, ea approbavimus, & præſentibus approbamus; promittentes nichilominus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris ac Succeſſoribus, per Fidem noſtram corporaliter indè datam, quòd omnia & ſingula præmiſſa, in quantum nos concernunt, firma & inconcuſſa inviolabiliter obſervare, & adimplere debebimus, ut tenemur.

In quorum omnium evidentiam, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum.

Dat. anno Domini M. CCC. XXXVIII. ſecundum ſtylum & conſuetudinem Eccleſiæ Anglicanæ & Provinciæ Trevirenſis. die xviii Menſis Martii.

---

* V.108.

* *Super Expenſis E. Regis Scotiæ.*

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Penes Camer.*

REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quòd, Excellentiſſimo Principi, Edwardo Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, vel ejus in hac parte Attornato, centum Marcas, de Theſauro noſtro, in auxilium Expenſarum Hoſpitii ipſius Regis ſolvi, vel ei indè competentem Aſſignationem in locis, ubi ſibi indè celeriter ſatisfieri poterit, habere faciatis;

Recipientes a præfato Rege, vel ejus dicto Attornato, Litteras ſuas Patentes, Receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes.

Teſte Cuſtode prædicto apud Berkhamſted, ſeptimo die Aprilis.

Per Concilium.

Claus. 13. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 11.

Pro Roberto de Artoys, ſuper quadringentis Libris, de Penſione ſibi conceſſâ debitis, eidem nunc ſolvendis.

Commiſſio ad Tractandum cum Domino de la Brette.

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Pat. Conceſſ. Hom. Angliæ & Vaſconiæ* 13. *E.* 3. *m.* 24.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem.

Sciatis quòd,

De veſtris fidelitate & circumſpectione providâ intimè confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum, Dilecto & Fidele noſtro, Nobili Viro, Bernardetto Domino de la Brette, ſuper Auxilio, nobis per eum, contra quoſcumque Inimicos noſtros impendendo ac Mutuo, pro Expeditione Negotiorum noſtrorum, ab ipſo contrahendo,

Dictumque Mutuum recipiendum,

Civitates, Caſtra, Villas, Terras, & Redditus, noſtra in dicto Ducatu, prout expedire videritis, eidem Benardetto Aſſignandum & Liberandum, Habenda & Tenenda quouſque ſibi, de Exitibus eorum, plenariè de dicto Mutuo fuerit ſatisfactum,

---

* *De Denariis Edwardo Regi Scotiæ ſolvendis.*

* V.109.

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Claus.* 13. *E.* 3 *p.* 1. *m.* 2.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Quia, de aviſamento Concilii noſtri, ordinavimus quòd, Magnificus Princeps, Edwardus Rex Scotiæ, Conſanguineus noſter cariſſimus, percipiet de nobis, ſingulis diebus, tempore Pacis, ab inſtanti Feſto Inventionis Sanctæ Crucis, eodem die computato, Triginta Solidos, & ſingulis diebus, quando de Guerrâ equitabit, Quinquaginta Solidos, quouſque aliud de ſtatu ſuo duxerimus ordinandum,

Vobis mandamus quòd eidem Regi, pro ſingulis diebus, tempore Pacis, Triginta Solidos, & pro ſingulis diebus, quibus de Guerrâ equitabit, Quinquaginta Solidos, de Theſauro noſtro, ſolvatis in formâ prædictâ.

Quos quidem Denarios, eidem Regi ſic liberandos, dilecto nobis, Johanni de Couſeliſ, nomine ejuſdem Regis, liberari, & ipſum Johannem indè computare, & de Denariis illis erga nos volumus onerari.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio ſuo cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Berkhamſtede, tertio die Maii.

Per Concilium.

Quod nulla ſolutio Feodorum fiat ante Reditum Regis.

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Pat.* 13. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 11.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Licet nuper,

De Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, & Procerum, ac Comunitatis Regni noſtri, noſtrum aſſumentes Paſſagium ultra Mare,

Quia tàm arduum negotium, quod ſic aſſumpſimus proſequendum, maximum requirit profluvium Expenſarum,

Oneraverimus Cancellarium, & Theſaurarium, ac alios Miniſtros noſtros, ut, tàm de Subſidiis, nobis hac de cauſa conceſſis, quàm de Exitibus dicti Regni, totam Pecuniam, quam poſſent, cum omni celeritate levari facerent, & eam nobis ad partes Ciſmarinas per vices, prout illam colligere poterant, nobis tranſmitterent in noſtrarum Subſidium expenſarum,

Et, licet poſtmodùm pluries, per Nuncios & Litteras, ipſis noſtram fecerimus Indigentiam intimari, ſolicitantes eos, quantum potuimus, ut Lanas, nobis conceſſas, Denarios, & Res alias, quos providere poterant, ad nos mittere non tardarent, nullam tamen Pecuniam nobis, nec de Subſidiis nobis conceſſis, nec de Exitibus Regni noſtri, hactenus tranſmiſerunt,

Per quod & noſtra Profectio, tàm periculosè, quàm ignominiosè, eſt protracta, & cum difficultate maximâ mutuum contraximus, incidentes graviter in Uſuras, quæ, niſi caveamus celerius, erunt nobis & toti Regno noſtro nimiùm oneroſæ:

Et quia Aſſignationes multæ, factæ diverſis Perſonis de Subſidiis & Exitibus hujuſmodi, necnon Reſpectuationes Debitorum conceſſæ, multùm cauſare dicuntur Carentiam Pecuniæ nobis tranſmittendæ, quam pro ſalvatione, non ſolùm Honoris, ſet Corporum noſtri & noſtrorum, ac Regni noſtri, & aliarum Terrarum noſtrarum, oportet neceſſariò nos habere,

Nos,

Digitized by Google

Scaccario, Clericis Promotis, aut aliis Ministris nostris quibuscumque, qui habent aliundè de quo ſe poterunt commodè ſuſtentare.

Et quòd nulla Brevia exeant de Cancellaria, vel Scaccario noſtris, de hujuſmodi Feodis interim perſolvendis; quæ tamen, poſt dictum Reditum noſtrum, cum Arreragiis, ipſis & eorum cuilibet ſolvi volumus, ut eſt juſtum; proviſo quòd Clericis, non Promotis, & aliis noſtris Officiariis, non habentibus de Proprio undè vivant, Feoda ſeu Vadia debita perſolvantur.

In cujus, &c.

Teſte meipſo apud Andewerp, ſexto die Maii, Anno Regni noſtri Tertiodecimo.

Et Memorandum quod iſtæ Litteræ, immediatè præſcriptæ, factæ fuerunt, in partibus Tranſmarinis, ſub Sigillo, quo Rex utitur ibidem, & miſſæ dictis, Cancellario, & Theſaurario, ac aliis de Concilio Regis, ad Contenta in eiſdem Executioni demandanda.

De Quercubus ſuccidendis pro Scolaribus Regis Cantebrigiæ.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 1. m. 2.

REX Vicecomiti Cantebrigiæ & Huntingtoniæ, Salutem. Cùm Magiſter Thomas Powys, Magiſter Scolarium, quos apud Cantebrigiam de Eleemoſinâ noſtrâ ſuſtentamus, ex parte noſtrâ oneratus exiſtat ad quaſdam Domos apud Cantebriggiam, pro Inhabitatione eorumdem Scolarium, celeriter reparari, & quaſdam conſtrui faciendas,

Ac Philippa Regina Angliæ, Conſors noſtra cariſſima, Sex Quercus, in Foreſtâ ſuâ de Sappele, juxta Huntyngdoniam, ac, dilecta nobis, Elizabetha de Burgo, Quatuor Quercus, in Parco ſuo de Hundone, in auxilium Conſtructionis & Reparationis Domorum prædictarum dederint & conceſſerint, ut accepimus,

Tibi præcipimus quòd Quercus prædictas ſine dilatione ſuccidi, & uſque dictam Villam de Cantebrigiâ, de Exitibus Ballivæ tuæ, duci & cariari, & præfato Thomæ liberari facias, pro Conſtructione & Reparatione Domorum prædictarum:

Et de Cuſtubus, quos in hac parte rationabiliter appoſueris, tibi in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Berkhampſtede, decimo die Maii.

Per Concilium.

Littera obligatoria facta Nicholao Bartholomæi de Luca.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germaniæ 13. E. 3. m. 4.

REX, &c. Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Sciatis nos, die Confectionis præſentium, recepiſſe, ex cauſâ veri Mutui, de, Dilecto nobis, Nicholao Bartholomæi de Lucâ Mercatore, Centum & Quadraginta Millia Florenorum de Florentia, Auri Puri, & Juſti Ponderis,

Quos Sibi, vel Procuratori, aut Attornato ſuo, ad hoc ſpecialiter conſtituto, Hæredibus, vel Executoribus ſuis, apud Bruges in Flandriâ, in Feſto Omnium Sanctorum proximò futuro, plenè * & promptè ſolvere promittimus bonâ fide.

Ad quam quidem Solutionem, dictis die & loco, faciendam, necnon ad refuſionem & ſolutionem Dampnorum, Expenſarum

* V. 111.

tes, tanquam præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum (ita quòd non ſit melior Conditio Occupantis, ſet quod unus eorum inceperit, alter proſequi valeat & finire) Procuratores noſtros facimus & conſtituimus ſpeciales;

Dantes & Concedentes Eiſdem, & eorum cuilibet, Poteſtatem liberam, ac irrevocabile ac ſpeciale mandatum, pro nobis, & noſtrûm quolibet, ad requiſitionem dicti Nicholai, Hæredum, & Executorum ſuorum, coram præfato Auditore Cameræ, & Locum ſuum tenente, ſe repræſentandi, & Omnia & Singula, in præſenti Contractu contenta, recognoſcendi & confitendi,

Conſentiendi etiam & petendi quòd, ſi in dicto Feſto Omnium Sanctorum, præfato Nicholao, Hæredibus, vel Executoribus ſuis, de dictis Centum & Quadraginta Millibus Florenorum (quod abſit) plenè non fuerit ſatisfactum, idem Auditor Cameræ, & ejus Locum tenens, Nos, & noſtrûm Quemlibet, Hæredes, & Executores noſtros, tàm ad Solutionem dicti Debiti Principalis, quàm Dampnorum, Expenſarum, & Intereſſe prædictorum, ſolo Juramento dicti Nicholai, Hæredum & Executorum ſuorum, declarandorum, condempnet & compellat per quaſcumque Cenſuras Eccleſiaſticas, & Proceſſus alios legitimos, in hujuſmodi Submiſſionibus fieri conſuetos.

Et præter hoc,

Nos, Henricus Derbiæ, Willielmus Northamptoniæ, Willielmus Sarum, & Robertus Suffolciæ, Comites,

Henricus de Ferariis, & Johannes Darcy, ſupradicti,

Promittimus, ac nos, & noſtrûm quemlibet, firmiter Obligamus, quòd, ſi dicta Centum & Quadraginta Millia Florenorum præfato Nicholao, in dicto Feſto Omnium Sanctorum, ut prædictum eſt, non fuerint (quod abſit) plenariè perſoluta, Nos, aut noſtrûm aliquis, ſine optentâ a præfato Nicholao licentiâ ſpeciali, Mare non tranſibimus, nec in Angliam revertemur, niſi prius præfato Nicholao, Hæredibus, vel Executoribus ſuis, tàm de dictis Centum & Quadraginta Millibus Florenorum, quàm de Dampnis, Expenſis, & Intereſſe, ſupradictis, plenè fuerit ſatisfactum.

In quorum Teſtimonium tàm Nos, Rex præfatus, quàm Nos, Archiepiſcopus, Epiſcopi, et ſinguli Comites præſcripti, necnon Henricus de Ferariis, * Johannes Darcy, Willielmus de Kildesby, & Paulus, prænotati, Sigilla noſtra fecimus his apponi. * V. 111.

Dat. Andewerp, decimo die Maii, Anno Domini Milleſimo Treſcenteſimo Triceſimo Nono.

Super captione Navis de Dominio Ducis Gelriæ.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 2. m. 41.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Thomæ Ughtred, Cuſtodi Villæ Sancti Johannis de Perth in Scotiâ, & Magiſtro Galeæ noſtræ de Hull, Salutem.

Quia intelligi nobis datur quòd vos (præfate Magiſter) & alii Homines, in eadem Galea exiſtentes, quandam Navem, de Dominio, Nobilis Viri ——— Ducis ſive Comitis de Gelre, cariſſimi Fratris noſtri, diverſis Bonis & Mercimoniis oneratam, verſus partes illas declinantem, cepiſtis, quæ per vos, unà cum Bonis prædictis, adhuc ſub Areſto taliter detinetur,

Conſiderantes quòd nos dictam Navem & Bona, ſi detenta ſic fuiſſent, vel eorum Pretium, reſtituere plenariè compellemur, & præter hoc Dampna fortàn graviora incurremus,

Volenteſque Dampnis hujuſmodi præcavere,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd Magiſtro & Marinariis dictæ Navis, ac Mercatoribus & aliis, in eadem inventis, dictam

Digitized by Google

Non licet alicui Prælatum, in Pontificali Dignitate conſtitutum, areſtare, vel in eum, ſub colore Areſtationis hujuſmodi, manus imponere quoquo modo,

Conſiderantes, attentis præmiſſis, dicta Brevia a Cancellariâ noſtrâ prædictâ ſurreptitiè & erronicè emanâſſe,

Vobis mandamus quòd, ſi hujuſmodi Mandata, in formâ prædictâ, præfatis Vicecomitibus & aliis Miniſtris directa fuerint, ſeu emanaverint, tunc eadem Mandata, quæ ex cauſis præmiſſis per
* V. 113. præſentes revocamus, per Brevia * ſub Sigillo noſtro prædicto, ſine dilatione ſimiliter revocari, & Executioni eorumdem de præfato Epiſcopo areſtando, & dicto Archiepiſcopo liberando, ſuperſederi faciatis omninò.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio Regis cariſſimo; Cuſtode Angliæ, apud Berkhampſtede, tertio die Junii.

Per Concilium.

Quod Nigra Moneta currat in Hibernia.

Ann. D. REX, Cuſtodi Terræ ſuæ Hiberniæ, vel ejus Locum Tenenti,
1339. Salutem.
An. 13. Licet nuper,
E. 3. Dato nobis intelligi quòd quidam, Homines Hibernici, quan-
Claus. dam Nigram Monetam, vocatam Turneys, in partibus Hiberniæ
13. *E.* 3. fabricari fecerunt, & tàm ipſi, quàm alii, per Monetam illam
p. 2. *m.* Mercandiſas, Victualia, & alia emunt, vendunt, & excercent,
35. *d.* ad deteriorationem Monetæ noſtræ de Sterlingo, & noſtri Dampnum non modicum & præjudicium manifeſtum,

Vobis mandaverimus quòd in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, & aliis locis, in Terrâ prædictâ, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi faceretis, nè quis Mercandiſas, Victualia, ſeu alia quæcumque, per prædictam Nigram Monetam, emere, vendere, ſeu excercere præſumeret, ſub forisfactura Monetæ & Rerum earumdem,

Quia tamen, ex parte Communitatis Terræ noſtræ prædictæ, accepimus quòd, prætextu Inhibitionis & Proclamationis prædictarum, maximum Dampnum, tàm nobis, quàm Hominibus Terræ noſtræ prædictæ, pro defectu Monetæ de Sterlingo, eo quod dicta Nigra Moneta ibidem ex causâ prædictâ currere non poteſt, de die in diem evenit, & Majora, proceſſû temporis, evenire formidantur, niſi ſuper hoc celeriùs apponatur Remedium oportunum,

Volentes utilitati noſtræ, & Hominum noſtrorum Terræ prædictæ, proſpicere in hac parte,

Vobis mandamus quòd, habito cum illis de Concilio noſtro partium illarum Aviſamento pleniori, ſi vobis conſtare poterit quòd majus Commodum nobis & Hominibus Terræ prædictæ accreſceret, ſi hujuſmodi Nigra Moneta ibidem currat, quàm Inhibitio & Proclamatio prædictæ teneantur, tunc in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, & aliis Locis, in Terrâ prædictâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videritis,

a loial Mary & Eſpouz le devantdit — Edward.

ENCORE avons Nous en convent, nous Roys devant nomes, que nous donrons & aſſignerons, pour le dit Mariage, a la dite Damoiſele Marguerete, en noun de Doaire, & pour Doaire, en noſtre Pais d'Engleterre, tout auſſi grant Doaire, comme il fu, & eſt, aſſigne a, noſtre Treſcher & Amee Dame, Madame Yſabel, Roigne d'Engleterre.

ENCORE avons Nous en convent, nous Roiz devant nomez, que s'il avenoit choſe, que de no dit Fil — Edward, & de la dicte Damoiſele Marguerete, Heirs Maſles naskiſt, & noz ditz Fils Edward devant nous treſpaſſaſt de ceſt ſiecle,

Nous Ferriemes & pourchaceriemez qe li Heirs du dit Edward feroit Aheritez de noſtre Roialme, & de nos Seignories, PAR LA GREY ET CONSENTEMENT DE BARONNS, DES NOBLES, ET DES BONES VILLES, DE NOSTRE PAIS; ſauf ce que li ditz Heirs feiſt convenable Aſſenne & Pourveance a nos autres Enfants.

Et, s'il avenoit choſe que ly ditz Edwarde treſpaſſaſt de ceſt ſiecle, ſanz Heir Maſle, & laiſſaſt Fille, ou Filles, de ſon corps, nous, ou no Heir, ſe de nouz defailloit, ſeriemez tenu d'Elle, ou d'Elles a pourveoir & faire Aſſignement, en tiel maniere, Q'IL APARTIENT ET AFFERT A FILLES DE ROI.

Et ENCORE nous, Roys deſeur nomez, pour tant que li ditz Mariagez ne ſe peut acomplir faunz le Grace & Diſpenſacion de, noſtre Seint Piere, le Pape, nous promettons, & avons en convent, en la maniere deſeurdicte, a no dit Coſyn le — Duc, que nous purchacerons, a noz fraiz, & a noz deſpenz, dedens le Terme deſuſdit, par l'Eglize de — Romme, de oſter touz les empeſchementz, qui ſont, ou eſtre porroient, par quoi li ditz Mariages porra eſtre faitz & perfaitz enterement.

Et nous auſſi, Dux de Brabant devant ditz, metteron toute la bonne diligence, que nous pourrons, a empetrer & pourchachier la dicte Diſpenſacion, ſanz male engiue.

ENCORE faiſonz noz ſavoir, nous — Roys devant nommez, que nous, pour aſſegurer le dit Mariage, a faire, & a parfaire, recogniſſons que nous avons pris & receu de no dit Coſin le —— Duc, en noun d'Aerres, & pour Aerres, Chienquante Mille Liveres d'Eſterlinges d'Engleterre, a celle fin que nous avons en covent, pour nous, nos Heirs, & Succeſſours, en le manere deſuſdite, & par Stipulacion ſolennes, a noſtre dit Coſin le —— Duc; & a ſa dicte Fille, de rendre les ditz Aerres en double, en cas que nous, ou noz ditz Fitz, feriemez en defaut d'acomplir les Couvenances du Mariage deſuzdit; c'eſt a dire, cent Mille Livres des Eſterlinges deſſuſditz; les quelles Nous, no Heir, ou Succeſſeur, ſerriemez tenu de rendre, & de paier au dit Duc, no Coſin, a ſes Heirs, ou a ſes Succeſſours, dedeins la Ville de Mallins en Brabant, de le Dioceſe de Cambray, dedeinz Trois Mois, apres chou que nous, ou noz ditz Filz, auriens eſte en defaut d'acomplir le Mariage deſuz nomme, faunz autre Somonce, ou Ammoneſtement faire,

Avoir touz Coms, Miſſions, Deſpens, & Interes, que li dit Dux, ſi Heir, ou Succeſſour, porroit, ou purroient, avoir eu, ou ſuſtenu en pourſuant le dit Mariage, ou en l'ocquiſon d'ycely, jeskes a la ſomme de Cent Mille Livres de le Moneie devant nomme;

De

en cas qe nous, ou nos dit Filz, no Heir, ou Succeſſour, feriemes en defaut d'acomplir les choſes deſſuſdites, ſanz autre Semonſe faire;

Par ainſſi que s'il avenoit (que ja n'aveigne) que nous, ou no dit Filz, ou no Heir, ou Succeſſour, fuiſſiemez en defaut d'acomplir ce qui deſeur eſt dit, li devantdit Pleige & Debteur principal fuiſſent tenu, dedens les Trois Mois, apres ce que Nous, noz ditz Filz, ou no Heir, feriemes en defaut d'acomplir le ditz Convens, ſaunz autre Semons faire, par lour Foiz & Sairemenz, d'entrer, en lour propre parſones, ou cheſcunes d'yaulz de envoier, c'eſt aſſavoir, quatre Chivalers cheſcunx & quatre Chevaulz, & cheſcunes des ditz Banneres deux Chivalers, en ſemblable maniere, en la dite Ville de Malines, liquel demorront en le dicte Ville de Malynes, il leur meiſmes, & leur Chivals appartenans a eaulz, ſolonc leur Eſtaz, ſanz james departir de la, juſques a tant qe plenire Satiſfaction ſerra faite au dit Duc no Coſyn, ou a ſes Heirs, de toutes les Sommes d'Argent deſſuſdites:

Par enſi Encore que, s'aucuns de nos ditz Pleiges, qui ſerroient entre en le dit Ville de Malines, pour le dicte pleigerie, ou cilz, ou cil, qui envoies, ou envoie y ſeroit, ou ſeroient, depar li, ou par eulz, treſpaſſalt, ou treſpaſſiſſent, li ditz pleiges, ou pleige, ou lour heir, deveroit, ou deveroient, revenir, dedens le dicte Ville de Malines, ou y Renvoier en le maniere deſſus dicte, dedens Trois Mois apres le Deces de cely, ou de ceulz, qe Treſpaſſez ſeroit ou ſeroient, ſanz nul autre Semonſe, ou Amoneſtement faire.

Et nous, Roi deſſuſnommes, Encore avons nous en convent, en ſamblant maniere, come dit eſt, qe, es cas deſſuſditz, nous envoieront huyt Chivalers Nobles, pur nous, en le dicte Ville de Malines, pour giſer, demorer, & tenir Convent, en ſemblant manire, que deſeure eſt dit & deviſe, de nos Pleiges devantnommez.

Et nous,

Je'ans, par la Soeffrance de Dieu Archeveſques de Cantarbie, & Primas de tout Engleterre,
Henricus & Richars,
Par ycelle meiſme ſoeffraunce,
Eveſque de Nicole & de Durem,

Reconnoiſſanz que, a la requeſte de, noſtre treſcher & ame Seigneur, Monſieur —— Edward, par la Grace de Dieu, Roi d'Engleterre, Seignur d'Irlaund, & Dues d'Aquitain, nous, & cheſcuns pour le temps, Sommes demore, & demorons Pleige & Debtour Principal de toutes les Sommes d'Argent deſſuſdictes, a rendre, & a paier au —— Duc de Brabant devantdit, ou a ſes Heirs, as terme & lieu deſſus nommez, en bon Foi & Loiaument, miſes nos mains a nos poitrines, en lieu de Sairement, & ſour Obligacioun de tout nos Biens, & de Biens de nos Egliſes.

Et nous,

Henris Contes de Lancaſtre & de Leyceſtr. Seneſchaulz d'Engleterre,
Johan Contes de Garenne,
Henri Contes de Derby,
* V. 116. ** Guilles Countes de Norhampton,*
Guilles Contes de Salebirs Mareſchaulz d'Engleterre,
Richars Countes d'Arondel,
Thomas Countes de Warwic,
Hues Countes de Devenſhire,
Hues Countes de Glouceſtr,
Robers Countes de Suffolk,
Guilles Contes de Honthindon,
Et,
Henris Contes de Bochan,
Et Henris de Percy,

fait appendre nos Saiaulz.

Encore avoms nous, li Rois deſſuſditz, requis, & requeroms nos Pleiges deſſuſnommes, qe il, en Teſmoignage des choſes deſſuſdictes, & en approuvant leur Obligacion, veullent auſſi a ceſtes preſentes Lettres mettre leur Seaulz.

Et nous, li Pleige & Principal Debteur devantdit, a la requeſte de, noſtre Treſchere & Ame Seigneur, le Roi devantnomme, en Teſmoignage de toutes les choſes deſſuſdit, & en approuvant no dite Obligacion, avons a ces preſentes Lettres appandu noz Saialz.

Et eſt Acorde entre Nous, Roy, Roygne, Ducs de Brabant & de Cornwaille, & Pleiges devantnommes, qe s'aucuns, uns, deus, ou pluſieurs, ou quelconqes membres qe ce feuſt aucuns de nous failloit a ces preſentes, pour ce ne demorroit mie que touz le Convenances deſſuſdictes, & cheſcune d'elles, ne demoraiſſent Fermes & Eſtables, auſſi comme tout noſtre ſayel y fuiſſent appendu.

Donne, Fait & Acorde a Brouxelle, le Mardy devant le Feſte de la Nativity Seint Johan Baptiſte, l'An de Grace Mil. Troiſcent, Trente & Nuef.

Confirmatio Doni Comiti Palatino Reni facti.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Inſpeximus Litteras, Venerabilis Patris, Henrici Lincolnienſis Epiſcopi, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Monte Acuto, Sarum, & Willielmi de Clynton, Huntyndoniæ, Comitum, Procuratorum * & Nunciorum noſtrorum conſtitutorum ſpecialiter ad ſubſcripta, in hæc verba, Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. *Pat. inter Regem & diverſos Magnates German.* 13. E. m. 4. * V. 117.

UNiverſis, præſentes Litteras viſuris, ſeu audituris, Nos, Henricus, permiſſione divinâ, Epiſcopus Lincolnienſis, Willielmus de Monte Acuto Comes Saleſberienſis, & Willielmus de Clynton Comes Huntyngdoniæ, Procuratores Generales & Nuncii ſpeciales, Illuſtris Domini noſtri, Domini Edwardi, Dei gratiâ, Regis Angliæ præclari,

Notum facimus, præſentibus recognoſcentes, quòd nos, virtute Poteſtatis, ab ipſo Domino noſtro Rege nobis traditæ, ob mutuum Amorem & Sinceritatem inter Dominum noſtrum Regem Angliæ prædictum, & Dominum Roupertum, Comitem Palatinum Reni & Ducem Bavariæ Illuſtrem, nutriendos & faciendos, necnon Gratitudines, quas idem Dominus Dux ipſi Domino noſtro Regi acceptius exhibere poterit in futurum, eidem Domino Duci, aut ab eo ſuper hoc certum mandatum habenti, ultra & præter Stipendia ſeu Vadia, quæ, ratione Servitiorum, cum Centum & Quinquaginta Hominibus Galeatis, ipſi Domino noſtro Regi faciendorum, ab eodem Domino noſtro recipiet (de quibus in Litteris, ſuper eo confectis, pleniùs claret) nomine ipſius Domini noſtri Regis, & pro eo, dare & ſolvere promiſimus & promittimus bonâ fide, Dordreaco Sexdecim Millia Florenorum de Florentia, Boni Auri, & Juſti Ponderis, vel Valorem in Sterlingis uſualibus, in Feſto Beati Michaelis, proximò a Datâ præſentium aſſuturo, integraliter abſque dolo.

In cujus rei Teſtimonium nos, Procuratores præfati, Sigilla noſtra præſentibus duximus apponenda.

Dat. Frankefourd, ultima die Menſis Junii, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Septimo.

Nos verò præmiſſa omnia & ſingula, per præfatos Procuratores

Mari factis & illatis,

Necnon Expenſis & Intereſſe, quæ exigi poterunt hinc & inde,

Et ad Pacem plenam & Fœdus perpetuum, inter dictum Dominum Philippum, pro ſe, & Hæredibus ſuis, & nos, pro nobis, & noſtris Hæredibus, incundum, ac Treugas, ſeu Guerræ Sufferentiam, concedendum,

Et ea, quæ ſic Tractata, Concordata, Compoſita, Tranſacta,
* V.118. & Inita fuerint * ac Conceſſa, quatenus ad nos attinet, quacumque firmitate vallandum,

Ac alia omnia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Plenam committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes, pro nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per Ipſos, Omnes, Octo, Septem, Sex, Quinque, Tres, & Duos eorum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus &c.

Dat. apud Andewerp. primo die Julii.

De Cera renovanda circa Corpus E. Avi Regis.

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Liberat.* 13. *E.* 3. *m.* 5.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quod Ceram circa Corpus, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Avi noſtri, in Monaſterio Weſtmonaſterii Humatum, exiſtentem, de Denariis, de Theſauro noſtro, renovari faciatis, prout hactenus fieri conſuevit.

Teſte Cuſtode prædicto apud Berkhampſted, ſexto die Julii.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Littera Obligatoria Oppidanis Villæ Machlinenſis.

Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Pat. inter Regem & diverſos Magnates German.* 13. *E.* 3. *m.* 4.

REX &c. Johannes, permiſſione divinâ, Archiepiſcopus Cantuarienſis, Henricus Lincolnienſis, Richardus Dunolmenſis, prædictâ gratiâ, Epiſcopi: Henricus Derbiæ, Willielmus Noranthoniæ, Willielmus Sarum, Robertus Suffolciæ, Comites: Johannes de Archy, Seneſcallus Domini Regis Angliæ, Henricus de Ferrires, ejuſdem Domini Regis Camerarius, & Willielmus de Poole Mercator, univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.

Noverint Univerſi & ſinguli, quòd nos Tenemur & Obligamur, noſque & quemlibet noſtrûm principaliter & in Solidum, tenore præſentium, Recognoſcimus fore Obligatos, de vero & legitimo Debito Johanni Richier, Willielmo Kerman, & Waltero Campſori, Opidanis Villæ Mahlinenſis, Cameracenſi Diœceſe, in Quinquaginta Quatuor Milibus Florenorum Aureorum, de Moneta Florentiæ; quam Pecuniam nobis amicabiliter & gratis mutuaverunt, & in paratis Denariis tradiderunt, numeraverunt, & plenariè deliberaverunt;

haberi,

Ad Arreſtandum & Detinendum, uſque in plenam Satisfactionem omnium præmiſſorum, Obligamus cum effectu;

Renunciantes, in præmiſſis, pro nobis, Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, exceptioni doli mali, dictæ Pecuniæ Summæ non habitæ, non receptæ, non traditæ, non numeratæ, beneficio Reſtitutionis in integrum, cæteriſque omnibus & ſingulis Exceptionibus, Fraudibus, Cavillationibus, & Subterfugiis, tàm Juris, quàm Facti, Canonici & Civilis, & ſpecialiter Legi Decenti generalem Renunciationem non valere.

Quæ præmiſſa, omnia & ſingula, fideliter & bonâ fide, obſervare & adimplere promittimus ſub modo & formâ prælibatis.

Et quòd dictos Creditores, eorum Hæredes, & Succeſſores, vel eorum aliquem, aut Latorem præſentium, occaſione præmiſſorum, non gravabimus, nec moleſtabimus, nec gravari, aut moleſtari, aliqualiter faciemus, nec permittemus.

In quorum & ſingulorum præmiſſorum Robur & Teſtimonium Nos, Edwardus, Dei gratiâ, Rex, Archiepiſcopus, Epiſcopi, & cæteri Debitores prænominati, Sigilla noſtra hiis præſentibus, ex certâ ſcientiâ, duximus apponenda.

Et, ſi continget quòd aliquod dictorum hiis Patentibus deficeret, aut ſi dicta Sigilla vetuſtate vel reſortivis corrumperentur, nichilominus præſentes Litteras in ſuo perfecto robore volumus permanere.

Dat. Antwerpiæ, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Nono, Sextâ die Menſis Julii intrantis.

Pro Epiſcopo Herefordenſi, ſuper Repulſione Hibernicorum.

REX Theſaurario, & Camerariis de Scaccario ſuo, Dubliniæ, Salutem. Ann. D. 1339. *An.* 13. *E.* 3. *Clauſ.* 13. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 24.

Conſiderantes Magnos Sumptus & Expenſas, quos, Venerabilis Pater, Thomas Herefordenſis Epiſcopus, Cuſtos Terræ prædictæ, in Obſequio noſtro appoſuit, & ipſum indies apponere oportebit,

De loco ad locum, in Terrâ prædictâ, tàm pro Conſervatione Pacis noſtræ ibidem, quàm pro Repulſione Hibernicorum Hoſtium noſtrorum, cum magnâ multitudine Armatorum, Equitum, & Peditum proficiſcendo & laborando,

Ac volentes, eâ de causâ, quod ſibi, tàm de Arreragiis Feodi ſui, quod a nobis percipit, quàm de eodem Feodo ex nunc, præ cæteris Miniſtris in Hiberniâ, ſatisfiat,

Vobis mandamus quòd eidem Epiſcopo id, quod ei a retro eſt de dicto Feodo ſuo, & etiam hujuſmodi Feodum exnunc, quamdiu in dicto Officio ſic ſteterit, pro omnibus aliis Miniſtris noſtris, in partibus prædictis, ſolvatis; ita quòd, pro Defectu Solutionis hujuſmodi, idem Cuſtos ſe a profectione illâ cauſam non habeat retrahendi.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, decimo ſexto die Julii.

Per Concilium.

Digitized by Google

De Jocalibus, apud Brugges invadiatis, acquietandis.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. conceſſ Hom. Angl. & Vaſc. 13. E. 3. m. 15.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis nos teneri, Dilectis nobis, Mercatoribus de Societate Bardorum, in Novem Millibus & Sexcentis Florenis de Florentia,

Quos ab eis nuper, per manus, dilecti Clerici noſtri, Willielmi de Northwell, Cuſtodis Garderobæ noſtræ, pro Acquietatione quorumdam Jocalium noſtrorum, nuper apud Brugges Invadiatorum, Mutuo recepimus, & quos eis plenè & integrè ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus &c.

Teſte Rege apud Filford, duodecimo die Auguſti, Anno Regni Terciodecimo.

Per ipſum.

Conſimiles Litteræ habent Mercatores de Societate Peruch de Sex Millibus & Quadringentis Florenis.

Teſte Rege &c. ut ſupra.

Per ipſum.

Littera de Servando Comitem Hanoniæ indempnem.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 5.*

NOUS Edward, &c. VICAIRE DE SAINT EMPIRE DE ROME, faiſons ſavoir a tous que,

Come nous, a tout nos Gentz & Coadjuteurs, airens en pourpos de Traire viers les Frontieres dou Royaume de Franche,

Nous avoms Promis, & en Convent, en bonne foi, a Haut Homme, no Chier & Ame Frere, le Conte de Haynnau que nous, en venant viers ſe ditte Contee de Haynnau, & par le ditte Contee paſſant, nous, ne noz Genz, n'entrerons a Gens d'Armes en ſes bonnes Villes, ne en ſes Fortreches de ſe ditte Contee, ſanz le Bon Gre de no dit Frere, & des bones Gens de meſmes les Villes.

ENCORE prometrons nous a no dit Frere que nous, ne noz Gens, en paſſant par ſe ditte Countee, ne porterons Damages au Royaume de Franche Juſque adonc, que nous, & nos Gens, * ſerrons paſſet huers de ſe ditte Contee ovoek no Oſt, ſans mal engien. * V.121.

Et auſſi lui avons nous promis que Nous, & nos Gens, paſſans parmi ſe ditte Contee, paierons preſtement toutes coſes, que nous y prenderons.

Et ENCORE promettons nous a no dit Frere, que nous, come VIKAIRES DEL EMPIRE, comanderons a touz noz Coadjutours, ſoient Duk, Marchis, Contee, Noble & Nonnoble, q'ils, en la manere deſeure ditte, n'entreront a Gens d'Armes en ſes bonnes Villes & Fortreſches de ſe ditte Contee, ſanz le Bon Gre de no dit Frere, & des bons Gens des dittes Villes, come deſure eſt dit; ne ne porteront auſi Damage au dit Royaume de Franche, juſques a tant q'il ſerront heurs du dit Contee.

Et auſſi avons nous promis, & en Convent a no dit Frere, que nous pur lui & ſa Pais ſauver & garder de Damage, nous, ne nous Gens n'iſterons de ſe ditte Contee de Haynnau, pur porter damage au Royaume de Franche, a fyn d'avoir retour, ne rechept, n'en eſperanche d'eſtre receptes en ſe ditte Contee, pur avoir ſauvement de coſes que nous & noz gens ariens faites en dit Royalme de Franche; ſauf tous jours tielle Grace, que no dit Frere nous vourroit faire, de ſes boine voluntet, & ſauvant, totes foitz, l'Onur & les Droitures del Empire en toutes choſes.

bus, ut Greſſus noſtros, & Actus hujuſmodi, ad ſui beneplacitum dirigat & diſponat, & ad ejuſdem Nominis Gloriam & Honorem, noſtramque Salutem, cœpti Propoſiti effectum optatum tribuat & concedat,

Et tàm per Clerum & Populum veſtræ Subditum Solicitudini, quàm per Cœtus Religioſorum Virorum ac Mulierum, infra eandem Solicitudinem degentium, intervenientibus Indulgentiarum allectivis Muneribus, hoc idem fieri procuretis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, decimo quinto die Auguſti.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis; videlicet,

W. Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati.
S. Elien. Epiſcopo,
A. Norwicen. Epiſcopo,
R. Epiſcopo Sarum,
R. Epiſcopo Coventr. & Leich.
R. Epiſcopo Bathon. & Well.
J. Epiſcopo Exon.
A. Epiſcopo Wynton.
** H. Epiſcopo Roff.*
R. Epiſcopo Cicestr.
H. Epiſcopo Meneven.
J. Epiſcopo Landaven.
D. Epiſcopo Aſſaven.
M. Epiſcopo Bangoren.
J. Epiſcopo Karlioli.
W. Epiſcopo Wygorn.
R. Epiſcopo London.
H. Epiſcopo Lincoln. vel ejus Vicario Generali, ipſo Epiſcopo in remotis agente.
R. Epiſcopo Dunolm. vel ejus Vicario Generali, ipſo Epiſcopo in remotis agente.
H. Epiſcopo Hereford, vel ejus Vicario Generali, ipſo Epiſcopo in remotis agente. * V.122.

Pro Comite Hanoniæ quod, propter Subſidium, jam faciendum Regi, alias ad id faciendum non tenetur.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germaniæ 13. E. 3. m. 5.*

NOUS Edward, &c. VICAIR DOU SAINT EMPIRE, faiſons ſavoir a tous que,

Come, nos Chiers & Ames Frer, li Contes de Haynnaut, ſoit tenus de nous VICAIR deſſuſdit, come foiable del Empire, aider a recouvrir l'Iretage & les Droitures del Empire, a ſon pooir,

Et il nous voille, come Roi d'Engleterre, pour l'Amour & Affinitet, que nous avons enſanle de par le Royne, no chier Compaigne, ſa Soreur, & de par nous enfans, ki lui ſont ſi prochain, ſervir, a ſes Frais, de luy, & de Chiaus ſon Pays, en l'Expedicion devantditte, DEDENS LES BORNES DEL EMPIRE,

Nous Reconiſſons, Teſmoignons, & Affermons, come VICAIRE deſſuſdit, & eſt de noſtre entention, que Services, que nos dis Frere nous face auſieu de ſa Grace & de ſe bonne volentet, ſicome dit eſt, pour cauſe del Affinitet deſuſditte, ne puiſt tournier a lui, ne a ſes Heirs, Contes de Haynnaut, en tans avenir, a nul Prejudice, ne pour chou il n'ent doivent y eſtre plus tenu, aſtraint, ne obliget al Empire, come il eſtoient devant, par le Teſmoignances de ceſtes noz Lettres, Sealees de noſtre Grant Seal.

Don. a Bruſſel, le 10 jour d'Augſt.

Pro Neopoleone Cardinali, de non diſtringendo.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 2. m. 15.*

REX Vicecomit. Bedfordiæ & Buckinghamiæ, Salutem.

Quia nos, conſiderantes ſpecialem Affectionem, quam, Venerabiles Patres, Eccleſiæ Romanæ Cardinales, in Regno noſtro Beneficiati, ad Coronam Angliæ habuerunt, & bonum locum, quem nobis, & Progenitoribus noſtris tenuerunt, & Nobis, & Hæredibus noſtris tenere poterunt in futurum, pardonaverimus eiſdem Cardinalibus omnia Debita quæ nobis debent in Beneficiis ſuis,

Digitized by Google

[illegible]
In cujus, &c.
Dat. Valencien. 19 die Septembris, Anno ut ſupra.

De Advocatione Prioratus de Monte Acuto Conceſſa Comiti Sarum.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm, Prioratus de Monte Acuto, dudum a Progenitoribus, Dilecti & Fidelis noſtri, Willielmi de Monte Acuto, Comitis Sarum, & Mareſcalli Angliæ, Denominationem acceperit, de quorum Terris & Poſſeſſionibus dictus Prioratus Dotatus extitit & Ditatus,
Nos,
Ad hoc, necnon ad Probitatem ſtrenuam dicti Comitis, ac impenſa nobis per eum Obſequia fructuoſa, conſiderationem habentes,
Et ſperantes quòd idem Comes, propter gratam dictorum Progenitorum ſuorum memoriam, & propter indempnitatem Cognominis ſui, & Prioratûs prædicti, ipſum Prioratum gratiùs protegeret & foveret, ſi ejus fieret Advocatus,
Conceſſimus eidem Comiti, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Advocationem Prioratûs prædicti, HABENDAM & TENENDAM Sibi & Hæredibus ſuis de nobis & Hæredibus noſtris, cum Honoribus, Prærogativis, Juribus, & Proficuis quibuſcumque, Advocato dicti Prioratûs ab antiquo debitis, abſque aliquo nobis indè reddendo, IMPERPETUUM.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud Kyenrayng, decimo ſexto die Septembris, Anno Regni noſtri Tertiodecimo.

Pro Duce Gelriæ de Feodo pro Homagio præſtito ei conceſſo.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. m. m. 5.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm, Illuſtris Reinaldus, Dux Gelriæ & Comes Zutphen, Sororius noſter cariſſimus, Homagium & omnia, quæ tenebat de Domino Philippo de Valeſio, pro Rege Franciæ ſe gerente, eidem Philippo, occaſione Adhærentiæ nobis factæ, reddiderit, nobiſque fecerit Homagium & Fidelitatis Juramentum,
Nos,
Attendentes oſtenſam nobis per præfatum Ducem Gratitudinem in hac parte, & proindè volentes ſibi Gratam facere Repenſivam,
Conceſſimus ei Mille Libras Sterlingorum, percipiendas Annis ſingulis, ad totam vitam ſuam, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, de Cuſtumis noſtris in Portubus ſubſcriptis, videlicet,
In Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, Quinquaginta Libras,
In Portu Villæ de Sancto Botulpho, Ducentas & Quinquaginta Libras,
Et in Portu de Kyngeſton ſuper Hull, Ducentas & Quinquaginta Libras,

num, & Evaſionum Priſonum, pro quibus dicti Homines per nos, Hæredes, vel Miniſtros noſtros, aut Hæredum noſtrorum, occaſionari poterunt vel aliqualiter impetiri,
Ac etiam ad Concedendum illis, qui Finem rationabilem propter hoc facere voluerint, ut in caſu, quo ipſi deceſſerint, Hæredibus ſuis infra ætatem exiſtentibus, Executores dictorum Decedentium, vel proximi parentes dictorum Hæredum, ad quos Hæreditas eorum non eſſet poſt mortem ſuam devolvenda, habeant Cuſtodiam Terrarum & Hæredum hujuſmodi Decedentium (Cuſtodiis Terrarum & Hæredum Comitum, & Majorum Baronum, ſic Morientium, dumtaxat exceptis)
Præfatis, Duci, Archiepiſcopo, Epiſcopis, Comitibus, Henrico, Radulpho, & Willielmo de la Pole, Octo, Septem, Sex, Quinque, & Quatuor eorum (quorum præfatos Ducem & Archiepiſcopum ac Radulphum Tres eſſe volumus) plenam, pro nobis, & Hæredibus noſtris, conceſſimus & commiſimus Poteſtatem.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Markoyn, infra Marchiam Franc. viceſimo ſexto die Septembris, Anno Regni noſtri Tertiodecimo.

Per ipſum Regem.

De Rege cum Excercitu verſus Franciam profecto, & de Gratiis concedendis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Ibidem. m. 12.
Sciatis quòd,
Cùm nuper, de Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, & Procerum, ac Communitatis, Regni noſtri, Paſſagium noſtrum ad partes aſſumpſerimus Tranſmarinas,
Dictique Prælati, Proceres, & Comunitas, in pleno Parliamento noſtro, nobis promiſerint omnem Subventionem, quam poterant, pro Aſſumpti Expeditione Negotii, ſe facturos,
Ac poſtmodùm, propter Defectum Pecuniæ, Progreſſus noſter Dilationem longam & periculoſam receperit ac probroſam,
Propter quod, cum difficultate maximâ, Mutuum, quantum potuimus, ſub Obligationibus & Pœnis graviſſimis contrahentes, ſumus, cum Grandi Excercitu, verſus Franciam jam profecti,
Nos,
Volentes præcavere Periculis, quæ Nobis, ac Amicis, & Fidelibus noſtris (qui Se pro Nobis ſimiliter obligârunt) * necnon toti Regno noſtro poterunt, ex dictis Obligationibus, niſi fiat Conventa Solutio, provenire, * V. 125.
Venerabiles Patres, Johannem Cantuarienſem Archiepiſcopum, & Richardum Epiſcopum Dunolmenſem, ac, Dilectum & Fidelem noſtrum, Willielmum de la Pole, propter hoc, & ad inſinuandum Prælatis, & Proceribus, ac Communitati, Regni noſtri prædictis Statum Negotiorum noſtrorum & Pericula ſupradicta, ad partes Regni noſtri, pro Remedio ſuper hoc ordinando, duximus celeriter tranſmittendos,
Et quia gratâ memoriâ recenſentes Profuſam Gratitudinem, quam Clerus & Populus Regni noſtri nobis hactenus oſtenderunt, & proindè volentes eis gratam facere Repenſivam,

Digitized by Google

Et, les Honurables Piers en Dieu, par la meiſme Grace, Johan Erceveſque de Canterbirs Primat de tout Engleterre, & Richard Eveſque de Dureſme, & Richard Eveſque de Londres Chanceller le Roi,

Et, as Nobles Hommes, Richard Conte d'Arondel, William Conte de Huntyngdon,

Henry de Percy, Rauf de Nevill, & William de la Pole,

Oyt, Sept, Sis, Cynk, & Quatre de eux, iſſint que les ditz, Ducs, Erceveſque, & Rauf de Nevill, ſoient Trois de eux,

De granter, en Noun du Roi, les Graces que s'enſuien, ou partie d'ycelles (ſolonc ce q'ils verront que ce ſoit affaire) as Gentz de Seinte Eſgliſe, & as autres, par reſonable Fin, ou pur autre covenable Eide, par queux Fin & Eide le Roi poet eſtre deſcharge des Dettes, q'il doit ore es parties de decea, & q'ils ne ſoient en autres oeps converteez;

PRIMES, de fair pardone des Dettes, que courent en Demand, per Sommons de l'Eſchegier, de la Verte Cire, deinz la Somme de Dys Livres.

ITEM, de faire un General Pardon des Chateux des Futifs, & des Felonns, & des Eſchaps des Priſons.

ITEM, de faire Relees & Pardoun de l'Eſchuage & de l'Eide, q'eſt duz au Roi pur faire ſon Fitz Chivaler, & pur ſa eiſne Fille Marier.

ITEM, de Granter as Gentz de Seinte Eſgliſe de faire Fin pur Voidances de leur Eſgliſes.

ITEM, de prendre Fins en certein pur vieles Dettes, que paſſent Dys Livres.

ITEM, de prendre Fin pur Engleſcherie.

ITEM, de receivre Fins de ceux, qi les voillent faire, en cas que leur Heirs ſoient deinz age au temps de leur Moriant, que leur Executours, ou les preſcheins Parentz, de lour Heirs, as
* V.126. queux leur Heritage ne devereit deſcendre, * apres le Deces des ditz Heirs, puiſſent avoir la Garde de leur ditz Heirs; forſpris la Garde des Heirs de Contes & des Grantz Barons.

ITEM, de vendre Gardes, Mariages, & Voidances, quant ils eſcherrunt.

ITEM, de Repeller le Poair de Aſſarter en les Foreſtes le Roi.

ITEM, de faire que ce, que feuſt ordine des Fruitz & Profitz des Benefitz des Aliens, qi ſont du poair des Enemis le Roi, ſoit mis en Execution.

ITEM, de faire le Profit le Roi d'Eſtaine, Mine d'Argent, & de Plumb.

ITEM, que les Covenances & Aſſignementz, fairz a Monſeur William de la Pole, lui ſoient tenuz.

ITEM, que les Covenances & Aſſignementz, fairz as Marchantz des Compaignies de Bard & de Peruch, a Maiſtre Poul de Monte Florum, & a Maiſtre Pance de Coutron, leur ſoient tenuz en touz pointz.

Et voet le Roi que ce, que les avantditz, Ducs, Erceveſque, Eveſques, Contes, Henri, Rauf, & William de la Pole, Oyt, Sept, Sis, Cynk, & Quatre de eux (iſſint que les ditz, Ducs, Erceveſque, & Raof, ſoient les Trois) ferront es choſes ſuſdites, & cheſcune d'ycelles, ſoit tenuz Ferme & Eſtable ſanz eſtre Repellez.

En Teſmoignance de queu choſe a la partie de ceſte Endenture, demorante devers les Ducs, Erceveſque, Eveſques, Contes, & les Nobles avantditz, le Roi avantdit ad fait mettre ſon Grant Seal.

Don. en Chaump de la Ville de Markoyn, deinz la Marche de France, le 27 jour de Septembre, l'An ſuſdit.

Pro Repulſione, & Refrænatione obſtinatæ Malitiæ Scotorum, An. 13.
Hoſtium noſtrorum, qui tàm Regnum noſtrum, quàm alias Terras noſtras in Marchia Scotiæ, hoſtiliter invadere ſatagunt, & Homicidia, Incendia, Deprædationes, & alia Mala, & Facinora, quæ poterunt, inibi, ut accepimus, perpetrare, E. 3. Penes Camerar.

Magnificum Principem, Dominum Edwardum, Regem Scotiæ Illuſtrem, Conſanguineum noſtrum cariſſimum (de cujus Fidelitatis conſtantiâ, & circumſpectione providâ confidimus) Magnatum, & aliorum Fidelium noſtrorum, in partibus Marchiæ Regni noſtri exiſtentium, ac totius Exercitûs noſtri, ad eandem Marchiam ex causâ prædictâ mittendi, & etiam ſingularum perſonarum, pro defenſione Regni, & Terrarum, & Populi noſtrorum, verſus partes illas profecturorum, Capitaneum conſtituimus & Ductorem:

Dantes eidem Regi Scotiæ plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, omnes Exceſſus, Injurias, Tranſgreſſiones, * & Felonias, * V.127.
ſi qui per Homines Exercitûs prædicti, vel ipſorum aliquem, in eodem Exercitu perpetrati fuerint, debitè puniendi, & ſuper hiis Juſticiam faciendi,

Et omnia alia, quæ Repulſionem, & Refrænationem Hoſtium noſtrorum prædictorum concernunt, vel concernere poterunt, faciendi, & explendi.

Dantes, inſuper, univerſis, & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Hobelariis, Sagittariis, & omnibus aliis Fidelibus noſtris, in partibus prædictis, tàm infra Libertates, quàm extra, ſimiliter, tenore præſentium, in mandatis, quòd præfato Regi, tanquam Capitaneo, & Ductori dicti Exercitûs noſtri, & omnium aliorum prædictorum, in hiis, quæ honorem noſtrum ac Salvationem, & Defenſionem Regni, ac Terrarum, & Populi noſtrorum, contra hujuſmodi hoſtiles Invaſiones, ac Repulſionem eorundem Hoſtium noſtrorum, ut præmittitur, & Punitionem in dicto Exercitu Delinquentium, contingunt, pareant, obediant, & intendant.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Cuſtode prædicto apud Wyndeſor, viceſimo ſexto die Octobris.

Per Concilium.

De Nave, duplici Eskippamento munita, Roberto de Artoys liberanda.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo Truſſel, Admirallo Flotæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, Salutem. Ann. D. 1339. An. 13. E. 3.

Quia volumus, quòd una Navis de Flotâ prædictâ, bona & competens, Dilecto & Fideli noſtro, Roberto de Artoys pro Obſequio noſtro liberetur, ob certas cauſas, ſibi expoſitas ex parte noſtrâ, Clauſ. 13. E. 3. p. 3. m. 24.

Vobis mandamus quòd Navem prædictam, Dupplici Eskippamento munitam, præfato Roberto, ſine dilatione, liberetis in formâ ſupradictâ; Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Langele, octavo die Novembris.

Per Concilium.

De

Digitized by Google

Clerum veſtræ Diœceſis, tàm videlicet Religioſos, Exemptos & non Exemptos, quàm alias Eccleſiaſticas Perſonas, quos noveritis convocandos, convocari faciatis,

Et cum eiſdem Religioſis & Clero, cum diligentiâ quâ poteritis, Tractetis; eoſdem nichilominus modis & viis, quibus melius expedire videritis, Excitantes, & etiam Inducentes, quòd nobis aliquod cômpetens Subſidium, in tam urgenti neceſſitate, & maximè ut dictæ Anglicanæ contra Inimicorum Jacula ſuccurratur Eccleſiæ, & aliis cauſis prævius, concedatur.

Aliquos autem, vel aliquem, Fideles noſtros, aut Fidelem, ad diem prædictum mittere diſpoſuimus, ad exponendum vobis aliqua, quæ præmiſſa contingunt, & ad reportandum nobis quod in hac parte duxeritis faciendum; propter quorum abſentiam (ſi tunc non venerint) dictum negotium ulterius retardari nolumus ſeu deferri.

Teſte Cuſtode prædicto apud Wyndeſore, decimo die Octobris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Papa, de Proceſſibus contra Imperatorem ac Confœderantes cum ipſo, & contra Titulum Vicarii a Rege aſſumptum.

Ann. D. 1339. *An.* 13. E. 3.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Magnifico Principi Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Spiritum Conſilii Sanioris.

Recentem habemus memoriam, & etiam tuæ credimus memoriæ inhærere, qualiter dudum, non longè diebus præteritis, Excellentiam tuam puram & ſinceram a quavis obfuſcatione tenebroſi Contagii præſervari, tuæque Splendorem Proſapiæ in te lucere clariùs cupientes, ex intimæ Dilectionis affectu, quo Te Statumque tuum ſemper fuimus proſecuti, noſtras tibi direximus Litteras,

Inter cætera recenſentes quòd Ludovicus de Bavaria, contra Proceſſus, fœlicis Recordationis, Johannis Papæ XXII. Prædeceſſoris noſtri, & Inhibitiones ipſius, de Conſilio Fratrum ſuorum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, factos & habitos, diverſas, Spirituales & Temporales, Pœnas & Sententias continentes, ingreſſus Italiam, nonnullos Hæreticos, & de Hæreſi publicè condempnatos, in conſortium publicæ Familiaritatis & Participationis admiſit; Hæretica quoque Dogmata, ſcienter, immo potiùs dementer, approbans, ea per diverſas ſuas Litteras, ejus noto Sigillo munitas, deduxit in aliorum publicam Notionem:

Ex his & pluribus aliis Horrendis Exceſſibus, quos, utpote toti Mundo notorios, ſubticemus, ſe oſtendendo Hæreticæ Pravitatis labe reſperſum, ac Excommunicationis & Anathematis Sententias incurrendo.

Et tandem, Auſus Auſibus & Exceſſus ſuperaddens Exceſſibus, ad Urbem acceſſit, ubi in tantam prorupit Inſaniam, ut meditatus Urbi & Orbi Univerſalis Sciſmatis ſuſcitare diſpendium, quendam Ypocritam, nomine Petrum de Corbaria, velut Abhominationis deteſtandæ Simulacrum, quantum in eo fuit, pro Romano Pontifice ſtatuere & habere per Se & alios molíretur, Ipſumque fuit veneratus ut Papam, Conſecrationem, immò veriùs Execrationem, ac Diadema Imperiale, de facto recepit ibidem ut de minis aſſignantes, ſeu aſcribentes, graves Spirituales & Temporales Pœnæ & Sententiæ infliguntur in ſuâ perdurantibus firmitate, præſumpſeras Confœderationes inire cum Eo, ſibique adhærere ac præſtare Conſilium, Auxilium, & Favorem,

Et, quod eſt gravius, in Serenitatis tuæ Gloriâ notabilem ponere Maculam non formidans, per totam Alemanniam & Germaniam, ac univerſas & ſingulas earum Provincias, VICARIATUS nominis Officium, ſub Imperialis nominis Titulo, ab eodem ſusceperas de facto (cùm idem Ludovicus nec Rex, nec Imperator, exiſtit) tali prætextu Eccleſiarum Prælatis & Perſonis Eccleſiaſticis, in terris Imperii conſtitutis, ac in noſtrâ & ejuſdem Eccleſiæ Devotione & Fidelitate conſiſtentibus, ſub Pœnis Gravibus, per tuas Litteras injungendo, ut ad Te, tanquam ejuſdem Ludowici in partibus illis VICARIUM, ſuper diverſis, contentis in eiſdem tuis Litteris, convenirent, prout in dictis Litteris, quas Sigillo tuo munitas, præſentatas nobis, oculatâ Fide perſpeximus, pleniùs continetur, contempnens dampnabiliter Pœnas & Sententias ſupradictas, illis te manifeſtè, non abſque horrendâ tui ſtatûs maculâ atque Notâ proculdubio, implicando.

Nos, conſiderantes quòd hujuſmodi VICARIATUS Officium, & alia præmiſſa per te præſumpta, ad tui Honoris, & Statûs, ac Salutis, & Famæ, diſpendium redundabant, Te per dictas Litteras noſtras requiſivimus, & hortati fuimus, Paterno tibi Conſilio ſuadentes, ut præmiſſa & alia, quæ circa illa tibi poſſent occurrere, deducens in rectæ diſcuſſionis & deliberationis Examen,

Ac inſuper tenens certiùs & attendens quòd idem Ludowicus, ut præfertur, nec Rex, nec Imperator exiſtit, nec aliqua, quæ fecerit, vel faciat, ſub Imperiali vel Regali nomine, ſint alicujus Roboris vel Momenti,

Quodque tibi periculoſum erat, ac multipliciter formidandum, Bellorum ſubire Diſcrimina, ſi fores dictis Proceſſibus, Pœnis, & Sententiis, involutus, ac per hæc Dei & ejuſdem Eccleſiæ Perſecutor & Hoſtis effectus, a quibus ſemper deſideravimus reddere Te Immunem, ab hujuſmodi Præſumptionibus penitùs reſilires, Greſſuſque tuos in Viam Rectam ac Deo placitam, tuiſque Statui, Saluti, & Honori, congruam dirigere, quantociùs non differres.

Sperabamus enim quòd, Oculis tuis Apertis ad bonum, & Declinantibus non in Erroris Devium, ſet in Callem Rectitudinis & Semitam Veritatis ſalutiferæ, Monita devotè ſuſciperes & efficaciter adimpleres, nec Dominum, ac Nos, & eandem Eccleſiam, ulteriùs, per Graviores Exceſſus ac Oppreſſiones Eccleſiarum & Perſonarum Eccleſiaſticarum, contra Te ad Iracundiam provocares.

Set, ſicut noviter ex Conqueſtione, Venerabilis Fratris noſtri, Guillermi Epiſcopi Cameracenſis, non ſine admiratione & animi turbatione, percepimus, & referimus cum dolore, Tu, prædictis Monitis, Requiſitionibus, * Hortationibus, & Precibus Apoſto- * V.130.
licis deductis penitùs in Contemptum, adverſus præfatum Epiſcopum & Eccleſiam Cameracenſem, ac Comitatum & Terras ipſorum, quoſdam voluntarios & odioſos Proceſſus, non abſque divinæ Majeſtatis & Apoſtolicæ Sedis Offenſâ, & Derogatione Eccleſiaſticæ Libertatis, de facto, prætextu VICARIATUS hujuſmodi, habere cepiſti, & Graviores facere comminaris; ac contra Civitatem Cameracenſem, quæ ad Epiſcopum & Eccleſiam prædictos pleno jure noſcitur pertinere, Equitum & Peditum Armatorum Exercitum congregâſti, ipſamque, in dictorum Epiſcopi &

Digitized by Google

Pro Laurentio de Haſtings Honoris Comitis Palatini condecorato.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat Conceſſ. Hom Angliæ & Vaſconiæ 3. E. 3. m. 12.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Circumſpectionis & Elegantiæ Præſagium (quod ex aptis, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Laurentii de Haſtyngs Juventutis Auſpiciis concepimus) merito nos inducunt ut Ipſum in hiis, quæ Honoris ſui debitam conſervationem reſpiciunt, pronis Favoribus proſequamur.

Cùm itaque Hæreditas, bonæ memoriæ, Adomari de Valencia, Comitis Pembrochiæ, ut dicitur, Palatini, pridem ſine Hærede de corpore ſuo procreato decedentis, ad Sorores ſuas fuerit devoluta, inter ipſas & earum Hæredes proportionabiliter dividenda,

Quia conſtat nobis quod præfatus Laurentius, qui dicto Adomaro in partem Hæreditatis ſuccedit, eſt ex ipſius Adomari Sorore Seniori deſcendens, & ſic Peritorum aſſertione, quos ſuper hoc conſulimus, ſibi debetur Prærogativa Nominis & Honoris,

Juſtum & debitum reputamus, ut idem Laurentius, ex Seniori Sorore cauſam habens, aſſumat & habeat nomen Comitis Pembrochiæ, quod dictus Adomarus habuit dum vivebat.

Quod quidem Nomen, quantum in nobis eſt, ſibi confirmamus, ratificamus, & etiam approbamus; volentes & concedentes ut dictus Laurentius Prærogativam & Honorem Comitis Palatini in Terris, quas tenet de Hæreditate dicti Adomari, adeò plenè & eodem modo habeat & teneat, ſicut idem Adomarus * illos habuit & tenuit tempore quo deceſſit. *V.131.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Montem Martini, decimo tertio die Octobris, Anno Regni noſtri Tertiodecimo.

Per ipſum Regem.

Pro Comitiva E. Regis Scotiæ, de Vadiis ſolvendis.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3 p. 2. m. 4.*

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm nuper, per Concilium noſtrum ordinatum fuiſſet quòd certi Homines ad Arma, Hobelarii, & Sagittarii, in Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ, ac quibuſdam aliis Comitatibus Regni noſtri, eligerentur ad proficiſcendum ad partes Scotiæ, in Comitivâ, Dilecti et Fidelis nostri, Edwardi Regis Scotiæ, & aliorum Magnatum Regni noſtri, pro Obſidione Villæ Sancti Johannis de Perth in Scotiâ amovenda, & alias pro Deſtructione & Repulſione Scotorum Hoſtium noſtrorum, ac Salvatione & Defenſione Regni noſtri, contra Hoſtiles dictorum Scotorum Incurſus, ad Vadia noſtra,

Ac Quadraginta Homines ad Arma, & Mille Hobelarii, de dicto Comitatu Cumbriæ:

Et Viginti & Quatuor Homines ad Arma, & Ducenti Hobelarii de dicto Comitatu Weſtmerlandiæ,

Cum, Dilecto & Fideli noſtro, Antonio de Lucy, in Comitivâ præfati Regis Scotiæ, Gilberti de Umframvill Comitis de Anegos, Henrici de Percy, Radulphi de Nevyll, & Ricardi Talebot, & aliorum Fidelium noſtrorum, ad dictas partes Scotiæ, in Obſequio noſtro, ex cauſis præmiſſis, profecti fuiſſent, & ibidem per Tres Septimanas in eodem Obſequio noſtro moram feciſſent, ſicut præfati, Henricus & Radulphus, Nos in Cancellariâ per Literas ſuas certificârunt,

Vobis mandamus quòd præfatis Sexaginta & Quatuor Homini-

Octobris.

Per Literam ipſius Cuſtodis.

---

* *Conventionum, cum Gaſtone de Inſula, Ratificatio.* *V.132.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. & Cart. in partibus Tranſmarinis 14. E. 3. m. 1.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inſpeximus quandam Indenturam, Sigillis Curiæ noſtræ Vaſconiæ, &, Nobilis Viri, Gaſtoni de Inſulâ, ſignatam, in hæc verba,

Præsens Indentura Testatur Pacta, Conventiones, & Alligantias, & Tractatus, factos, inhitos, ordinatos, & prælocutos, inter, Nobilem Virum, Dominum Oliverum de Ingham Militem, Ducatûs Aquitaniæ Seneſcallum, nomine Domini noſtri Regis Angliæ, Ducis Aquitaniæ, ex unâ parte, &, Nobilem Virum, Falquerum de Monpoy Domicellum, Nomine, Nobilis Viri, Gaſtoni de Inſulâ Domicelli ex alterâ,

Inprimis, videlicet, quòd dictus Gaſtonus faciet Homagium dicto Domino noſtro Regi & Duci, ſeu ſuo Vaſconiæ Seneſcallo, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, nomine ſuo, & quod ipſe Gaſtonus erit Homo Ligius & Vaſſallus pro ſe, & Hæredibus, & Juramentum præſtabit Fidelitatis & Hobedientiæ, pro toto tempore vitæ, dicti Gaſtoni, dicto Domino noſtro Regi & Duci, ſeu dicto Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, nomine ſuo,

Et eundem Dominum noſtrum Regem & Ducem, ſeu ſuum Seneſcallum Vaſconiæ, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, nomine ſuo, idem Gaſtonus juvabit contra omnes Perſones, quæ vivere poterunt aut Mori (nullo excepto vel excluſo) & eos ſequi citra Mare, vel ultra, cùm requiſitus fuerit idem Gaſtonus per dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, aut ejus Hæredes & Officiales, vel ſuum Vaſconiæ Seneſcallum, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit; ſolvendo dicto Gaſtono Vadia conſueta.

Et Caſtra, Loca, & Ædificia, quæ idem Gaſtonus ab eodem Domino noſtro Rege & Duce, & ejus Hæredibus, tenebit in Feodum, eidem Domino noſtro Regi & Duci, & ejus Hæredibus & Succeſſoribus univerſis, tradet vel liberabit, vel Cuiquam, habenti certum Mandatum ab ipſis, ut Prædeceſſores, cui præteritis temporibus conſueverunt, cùm continget eundem Dominum noſtrum Regem & Ducem, aut ejus Hæredes vel Succeſſores, Guerram habere, idem Gaſtonus, qualitercumque modo fuerit ſuper hoc requiſitus.

Qui quidem Falquerus, nomine dicti Gaſtoni, pro præmiſſis tenendis, complendis, & inviolabiliter obſervandis, per dictum Gaſtonum, promittit quòd idem Gaſtonus eundem Dominum noſtrum Regem & Ducem, & ejus Officiales, juvabit & ſequetur in ſuo Regno Angliæ, vel ſuo Ducatu Acquitaniæ, pro hiis, quæ tenebit in Ducatu, contra omnes Homines, ut præmittitur.

Et dictus Dominus noſter Rex & Dux eundem Gaſtonum, & ſuos Sequaces, ſervabit indempnes a Guerrâ, præſenti vel futurâ, tàm in Corporibus, quàm in Bonis, juxta poſſe; & cùm Pacem faciet, Treugam, aut Patientiam capiet, eundem Gaſtonum, & ſuos Sequaces, illis gaudere faciet, dùm Guerram faciant pro eodem Domino noſtro Rege & Duce, & de ejus Mandato, ſeu ſuorum Officialium, & pro ſuis Juribus obſervandis.

Promittit etiam dictus Dominus Seneſcallus, nomine quo ſupra, ſe aſſignare, nomine dicti Domini noſtri Regis & Ducis, eidem Gaſtono Mille Libras Turonenſes Annui Redditûs, ad Terminum Vitæ dicti Gaſtoni, in locis bonis & ſufficientibus, in Ducatu Acquitaniæ, vel alibi, ſi commodè Aſſignatio hujuſmodi fieri

Digitized by Google

certis, proximò venturum, vel ut citius poterit poſt, vel ante dictum Feſtum:

Quibus Tribus Milibus Denariis Auri ſolutis, vel eorum valore in aliâ Monetâ, poſt Quindenam diei, ſibi factæ Solutionis de dictâ Pecuniâ Aureâ, vel ejus valore in Monetâ aliâ, idem Gaſtonus Guerram tenetur facere & movere Inimicis dicti Domini noſtri Regis & Ducis, quam Guerram faciendi, & ipſos Inimicos gravandi, dictus Dominus Seneſcallus dat & concedit Licentiam Gaſtono prædicto, & ſuper hoc promittit eidem Gaſtono Literas ſuas dare.

Et cætera Vadia conſueta eidem Gaſtono ſolvi debent, de Menſe in Menſem, vel citiùs, bonâ fide, & ſine fraude, cum ad hoc opulerit ſe Facultas.

Dampna etiam, quæ idem Gaſtonus, & ejus Socii, ſeu Sequaces, & Gentes, patientur, & quæ amittent pro Guerrâ præſenti, emendabuntur eiſdem in Ducatu, inque locis valentibus & competentibus, vel in Regno Angliæ, ſi in Ducatu Acquitaniæ ſupradicto dictæ Emenda ſeu Recompenſatio non poſſent fieri, juſto modo.

Et dictus Dominus Seneſcallus, nomine quo ſupra, promiſit ſe curaturum, facturum, & procuraturum, cum dicto Domino noſtro Rege & Duce, quòd omnia & ſingula ſupradicta per eundem Dominum noſtrum Regem & Ducem ratificabuntur, approbabuntur, laudabuntur, & confirmabuntur, & de novo fient, ſi neceſſe fuerit, ſub Sigillo Magno viridi ipſius Domini noſtri Regis & Ducis.

In quorum omnium Teſtimonium & Fidem, Sigilla Curiæ Vaſconiæ & dicti Gaſtoni ſunt alternatim appenſa præſentibus Indenturis.

Dat. Burdegaliæ, die ultimâ Martii, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Triceſimo Nono.

Nos autem præmiſſa, omnia & ſingula, per dictum Seneſcallum noſtrum, ut præmittitur, Inita, Conventa, Conceſſa, & Promiſſa, Acceptantes, ea pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Ratificamus, Approbamus, &, tenore præſentium, Confirmamus.

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud Gandauum, Secundo die Novembris, Anno ut ſupra.

Pro Roberto de Artois.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 3. m. 23.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo Truſſell, Admirallo Flotæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Occidentales, Salutem.

Quia volumus quòd Navis, vocata la Nief de Seint Jak de Baionâ, undè Domyngton Bydard eſt Magiſter, in Portu de Sandewico exiſtens, Dilecto & Fideli noſtro, Roberto de Artoys, pro Obſequio noſtro liberetur ob certas cauſas, ei expoſitas ex parte noſtrâ,

* V. 134. * Vobis mandamus quòd, viſis præſentibus, Navem prædictam, Dupplici Eſkippamento munitam, vel unam aliam Navem, bonam & ſufficientem, ſic munitam, ſi dicta Navis, vocata la Seint Jak, aliis liberata exiſtat, prædicto Roberto ſine dilatione liberetis pro Obſequio noſtro ſupradicto; & hoc nullatenus omittatis.

Et ad Diſtinguendum & Declarandum Fines dicti Comitatûs, ſi de ipſis dubietas oriatur,

Ad Dandum etiam & Concedendum, ad Terminum Annorum, & imperpetuùm, noſtris Benivolis & Valitoribus Caſtra, Terras, & Dominia, ad nos in dictis Regnis pertinentia, ac Annuas Penſiones & Feoda,

Et ipſos, quibus tales Donationes & Conceſſiones fecerint, de ſic Donatis & Conceſſis inveſtiendum & ſeiſiendum,

Necnon ad Conſentiendum & Concedendum, ut omnes & ſinguli Proceſſus & Sententiæ, ad inſtantiam Regum, vel cujuscumque Regis Franciæ, contra Homines & Inhabitatores Flandriæ, per Sedem Apoſtolicam facti, lati, ſeu promulgati, relaxentur & ſubducantur,

Et ad ipſos Proceſſus & Sententias, quantum in nobis eſt, relaxandum & ſubducendum,

Et præmiſſa quacumque ſecuritate firmandum,

Et omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria vel opportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale.

Præfatis, Comiti Sarum, Henrico, Galfrido, & Mauritio, Tribus, & Duobus eorum, plenam committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum habituros quicquid per præfatos, Comitem Sarum, Henricum, Galfridum, & Mauritium, Tres, & Duos eorum, actum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. &c. apud Andewerp, decimo tertio die Novembris, Anno Regni noſtri Tertiodecimo.

Per ipſum Regem.

---

* *Aliæ Poteſtates ad tractandum de Subſidiis cum dicto Comite.* * V. 135.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. Conceſſ. Hom. Angl. & Vaſc. 13. E. 3. m. 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De dilectione gratâ, & circumſpectione providâ, Illuſtris Viri, Johannis Ducis Lothringiæ, Brabantiæ & Lemburgh, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi Northt. Willielmi Sarum, & Roberti, Suffolciæ, Comitum, Henrici de Ferrariis Camerarii noſtri, Galfridi le Scrop, & Mauritii de Berkle, Militum, intimè confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum, ſpectabili Viro, Lodowico Comite Flandriæ, & cum Probis Hominibus bonarum Villarum & Patriæ Flandriæ, ſuper Alligantiis & Amicitiis perpetuis, inter Nos & noſtros Subditos, & dictum Comitem Flandriæ, ac præfatos Homines Flandriæ, ineundis,

Et de Subſidiis mutuis hinc inde præſtandis,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quâcumque ſecuritate firmandum,

Ac etiam ad tractandum cum præfatis, Comite, & Hominibus Flandriæ, & aliis, quorum intereſt, ſuper Refuſione & Reſtitutione Dampnorum, nuper in Inſulâ de Cagent, per noſtros Subditos illatorum, ac de certâ Summâ, pro dictis Dampnis perſolvendâ, concordandum,

Noſque & Hæredes noſtros ad Solutionem dictæ Summæ, certis

Digitized by Google

dicto; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Langele, decimo quinto die Novembris.

Per Concilium.

---

* V. 136. ** De Parliamento, ad Supplicationem Communitatis Regni, ſummonito.*

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 2. m. 1. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm quædam ardua & urgentia Negotia, quæ Nos, & Honorem noſtrum, Statumque Regni noſtri, contingebant, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, in Quindenâ Sancti Michaelis, proximò præteritâ, ſummonito, Prælatis, Proceribus, & Communitati dicti Regni, ibidem exiſtentibus, expoſita extitiſſent,

Super quibus eadem Communitas tempus ad Deliberandum petiit, ſupplicans quoddam aliud Parliamentum ſtatim infra Breve, ut tunc, Deliberatione hujuſmodi habitâ, valeret Expoſitis maturiùs reſponderi,

Per quod, de Aviſamento Prælatorum & Procerum prædictorum, necnon ad dictæ Communitatis hujuſmodi Supplicationem, ordinavimus quòd,

Super hiis, & aliis urgentiſſimis Negotiis, tàm Nos, & Expeditionem Guerræ noſtræ, ac Jura noſtra, & Coronæ noſtræ in partibus Tranſmarinis, quàm Defenſionem ejuſdem Regni, cæterarumque Terrarum noſtrarum, concernentibus,

Parliamentum apud Weſtmonaſterium, in Octabis Sancti Hilarii, proximò futuris, teneatur, & ibidem vobiſcum, ac cum cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus ipſius Regni prædictis, Tractatus & Colloquium habeantur,

Vobis, in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, diſtrictiùs injungendo, mandamus quòd, dictorum Negotiorum arduitate, Periculis, & Neceſſitate, iminentibus ponderatis, Excuſatione quâcumque ceſſante, dictis Die & Loco, perſonaliter interſitis Nobiſcum, ſeu cum Cuſtode Regni noſtri (ſi tunc contigerit nos abeſſe) ac cæteris Prælatis, Magnatibus, & Proceribus prædictis, ſuper Negotiis prædictis tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri,

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem Regni, Terrarum & Jurium noſtrorum prædictorum, ac Eccleſiæ Sanctæ, Expeditionemque dictorum Negotiorum noſtrorum, diligitis, nullatenus omittatis,

Nè (quod abſit) per veſtri abſentiam (quam, ceſſante Impedimento legitimo, excuſare aliqualiter nolumus iſtâ vice) Expeditio Negotiorum noſtrorum prædictorum retardetur, ſeu quomodolibet differatur.

Præmunientes Priorem & Capitulum Eccleſiæ veſtræ Chriſti Cantuarienſis, ac Archidiaconos, totumque Clerum veſtræ Diœceſis, quòd iidem, Prior & Archidiaconi, in propriis Perſonis ſuis, ac dictum Capitulum per unum, idemque Clerus per Duos Procuratores idoneos, plenam & ſufficientem Poteſtatem ab ipſis Capitulo & Clero habentes, prædictis die & loco perſonaliter interſint, ad conſentiendum hiis quæ tunc ibidem, de communi Conſilio ipſius Regni noſtri, Divinâ favente Clementiâ, contigerit ordinari.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Langele, decimo ſexto die Novembris.

Per ipſum Regem & dictum Cuſtodem & Concilium.

vellent, eos in ſingulis locis ejuſdem Regni operari & facere poſſent abſque Impedimento qualicumque,

Jamque, ex parte Thomæ Blauket, & quorumdam aliorum Burgenſium Villæ prædictæ, acceperimus quòd,

Cùm ipſi, prætextu Concordiæ & Ordinationis prædictarum, ac Proclamationis ibidem, ut dicitur, ex parte noſtrâ indè facta, diverſa Inſtrumenta pro Pannis hujuſmodi Texendis & faciendis in Domibus ſuis propriis fieri, & Textores ac alios Operarios ex hac causâ conduci fecerint,

Vos, ad præmiſſa Conſiderationem non habentes, diverſas Pecuniæ Summas ab eiſdem Thomâ & aliis, occaſione confectionis & levationis Inſtrumentorum prædictorum, exigitis, & ipſos eâ occaſione multipliciter inquietatis, & gravatis, ut aſſerunt, minus juſtè, in ipſorum Thomæ & aliorum Diſpendium non modicum, & contra formam Ordinationis, Concordiæ, & Proclamationis, prædictarum,

Super quo ſupplicârunt ſibi per nos de congruo Remedio in hac parte provideri,

Nos, advertentes Ordinationem, Concordiam, & Proclamationem, prædictas, ſi in Regno noſtro teneantur & obſerventur, ad noſtram & totius Populi noſtri ejuſdem Regni utilitatem cedere poſſe,

Volenteſque præfatos Thomam & alios, qui Pannos hujuſmodi operari & facere voluerint, ac ipſos Operarios, eo prætextu, ab Injuriis & Exactionibus indebitis protegi & tueri,

Vobis mandamus quód ipſos, Thomam & alios, Pannos hujuſmodi operari & facere volentes, Inſtrumenta pro Pannis hujuſmodi texendis & faciendis, in Domibus ſuis propriis, pro voluntate ſuâ, erigi facere, & Operarios illos ibidem tenere & habere permittatis abſque Impedimento, vel Calumpniâ, ſeu Exactione indebitâ indè faciendâ; Ipſos, contra formam Ordinationis, Concordiæ, & Proclamationis, prædictarum, non moleſtantes in aliquo ſeu Gravantes: Proviſo ſemper quod Cuſtumæ & alia proficua, nobis de Pannis hujuſmodi debita, ſi quæ fuerint, ad opus noſtrum ſolvantur, prout decet.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Langele, viceſimo quinto die Novembris.

De Convocatione Cleri, Provinciæ Cantuarienſis, Londonii celebranda.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Clauſ. 13. E. 3. p. 2. m. 20. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm quædam ardua & urgentia Negotia, Nos, & Statum Regni noſtri, ac Expeditionem Negotiorum noſtrorum, concernentia, quæ in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, in Quindenâ Sancti Michaelis, proximò præteritâ, Convocato, Agitata & Tractata fuerant, ob aliquas certas Cauſas, inibi Expoſitas, juxta effectum optatum non extiterunt terminata,

Per quod, de Aſſenſu Prælatorum, Comitum, & Procerum, in dicto Parliamento exiſtentium, ac etiam ad Requiſitionem Communitatis Regni noſtri, quoddam aliud Parliamentum apud Weſtmonaſterium, in Octabis Sancti Hillarii, proximò futuris, teneri ordinavimus, ad Tractandum vobiſcum, & cæteris Prælatis, ac Proceribus prædictis, tàm ſuper prædictis Negotiis, quàm aliis, quæ hactenus contigerunt,

Et quia dicta Negotia tàm Honorem, ac Tuitionem, & Salvationem, Sanctæ Anglicanæ Eccleſiæ, quàm * noſtrum etiam, & Regni noſtri, ſtatum, ut præfertur, & commodum tangere dinoſcuntur, * V. 138.

Et

Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 6.

nous & en noz Beſoignes,

Nous avons volu, & ordenne parmi les Grantz de noſtre Conſeil, & de noſtre plaiſer, que totes les fois, que noſtre Mandement, pur l'eſploit de noz Beſoignes, ou q'il alaſt notorement en nos Beſoignes, en cas de neceſſite, de ſa propre Loyaute, ſans avoir Mandement de nous, q'il aura de par nous, pur chaſcun jour Huit Libres de bons Eſterlinges, maintenant courſables en Engleterre, en Soucours & en Eide de ſes deſpens.

Et, ſe avenoit que noſtre dit Frere euſt, ou menaſt, acunes fois, oveikes lui des Gens autre ſon noumbre continueement acouſtome, pur avoir Condut, & pur aler ſeurment, alant, venant, & demorant en nos Beſoignes, nous lui promettoms rendre & paier entierment, a ſeu ſimple Dit, en ſa bone foi, tous les despens, q'il ferroit en celle manere, par deſus les Huit Libres desſuſdites, avoeques les dites Huit Libres pur chaſcun jour, au garniſſement de noſtre dit Frere, ou de ſon certeine Meſſage.

En Teſmoignance, &c.

Don. a Andewers, le 28 jour de Novembr. l'An &c. ut ſupra.

• V. 139. * *Pro dicto Marchione, ſuper Tranſigendis cum Imperatore, & de Titulo Comitis in Anglia ſibi, ea de Cauſa, concedendo.*

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Ibidem.*

ROI &c. a touz ceux, qi ceſtes Lettres verront, ſavoir vous faiſons que,

Come nous Aions eu & Trouve, Noble Prince, Willame Markis de Julers, noſtre Chier Ame & Feal Frere, en toutes nos Beſoignes, & en tous Lieus, & en tous Pays, ou nous en euſmes a faire, bon Diligent, Soigneus, & Travellant, pur noſtre Honeur & Profit, a ſon pooir,

Et eſpecialment, come nous Aions a Exploitier groſſes & neceſſaires Choſes oveques, Haut Prince & Puiſſant, l'Empereur de Romayns, touchans nous, noſtre Roiaume, & noſtre Guerre, & Empriſe contre ceux, que nous moleſtent & empechent en nos Heritages & Droitures,

Et come nous aions requis noſtre dit Frere de Entreprendre ſur lui le travell du Voiage & des Treitiz par devers le dit Emperour, & ſon Conſeil, pur nous, en lieu, & en noun, de nous, & de nous reporter en Engleterre, en propre perſonne, reponſe de ce qu'il aura fait & exploitiet en ce cas, a fin que Nous, & nos Gentz, puiſſons tant mieus aviſement ſavoir que a faire ſerra pur noſtre Honneur & bon Eſtat,

Et le deſſus dit, noſtre Frere, le nous ait enſi ottrie & promis a faire, pur l'Amur & la grant Affection & Faveur, q'il nous port, & pur cauſe de loial Enſeigne, que nous avons aillours, ſi que nous meiſmes ny pooms entendre,

Nous,

Voillans reguarder & cognoiſtre tant les raiſons devantdites, come les Labeures & Peines qui y appartienent,

Avons ordenne & declare parmi tous les Grantz de noſtre Conſeille, cy meigntenant preſens, c'eſt aſſaver,

L'Onurable Piere en Dieu,

L'Eveſque de Nicole, Noz chiers & foialx,

dicendis in eadem Forma, ac ſi Rex præſens eſſet.

REX, Mareſcallis Hoſpitii Edwardi Ducis Cornubiæ & Comitis Ceſtriæ, Filii ſui Cariſſimi, Cuſtodis Angliæ, ac Vicecomitibus, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. 13. E. 3. p. 2. m. 33. d.*

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro arduis Negotiis, Nos, & Statum Regni noſtri, ac Salvationem Jurium Coronæ noſtræ, tangentibus, in partibus Tranſmarinis, de conſenſu Prælatorum, ac Magnatum, Regni noſtri, jam moram faciamus perſonalem,

Et nos plurimum affectantes quòd Feloniæ & Tranſgreſſiones, infra Virgam Hoſpitii prædicti Cuſtodis, videlicet, per DUODECIM LEUCAS in circuitu ejuſdem Hoſpitii, perpetratæ, ac ſi ipſæ infra Virgam Hoſpitii noſtri, ſi nos præſentes eſſemus, factæ fuiſſent, audiantur & terminentur,

Aſſignavimus, Dilectos & Fideles noſtros, Robertum de Bilkemore, Jacobum de Wodeſtok, & Hugonem de Berewyk, & Duos eorum, ad Inquiſitiones indè, unà vobiſcum (præfati Mareſcalli) faciendum,

Et ad Felonias & Tranſgreſſiones illas ſimiliter vobiſcum (præfati Mareſcalli) audiendum & terminandum,

Perpetratoreſque earumdem Feloniarum & Tranſgreſſionum Caſtigandum & Puniendum, in formâ quâ Seneſcallus & Mareſcalli Hoſpitii noſtri facerent ſi præſentes eſſemus;

Et ideo vobis mandamus quòd eiſdem, Roberto, Jacobo, & Hugoni, vel Duobus eorum, in præmiſſis faciendis & explendis, pareatis & intendatis, prout iidem, Robertus, Jacobus, & Hugo, vel Duo eorum, vobis, vel alicui veſtrûm, ſcire facient ex parte noſtrâ.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Hillarii proximò futurum duraturas, niſi interim in Angliam redeamus.

Teſte Cuſtode prædicto apud Langele, Tertio die Decembris.

Per Concilium.

Super Paſſagio Regis in Angliam ex Conſenſu Ducis Brabantiæ; Ac de Fide & Obſidibus datis pro Reditu in Flandriam ad Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ.

ROI &c. faſons ſavoir a tous que,

Ann. D. 1339. *An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 5.*

Comme, Haut Prince & Puiſſant, Johans, par ycelle meiſme Grace, Ducs de Lothr. de Brabant, & de Lembourgh, & Marchis du Saint Empire, noſtre Chier & Ame Coſin, ait de nous Lettres Ouvertz, Seallez de noſtre Saiel, & d'aucuns de noz amys, tant de Alliance, comme d'autres Obligacions pluſeurs,

Et li dit Ducs, noſtre Coſins, nous ait, a noſtre Requeſte, donne ſon Conſentement & Ottroi, que nous puiſſons paſſer le Meer vers noz parties d'Engleterre, pur beſoigner & eſploiter noz Beſoignes neceſſaires, touchanz l'Empriſe dez Guerrez, que nous avons contre les oppreſſeurs dez Droitures del Empire de Rome, & dez noſtre,

Nous avons promis, & en convent, loialment, par noſtre Foi & Honure, a noſtre dit Coſin; d'eſtre decha arriere oultre Mer, en

Digitized by Google

Ou l'un de eux, ne puiſſe, ou puiſſent, revenir par decha la Mer, ſolonc la forme de lour Lettres, nous fereriens tenuz en d'envoier, en lieu de ceux, ou de celli qui ne purroit, ou purroient, venir pur cas dou dit empechement, deux autre Contes ſuffiſans & d'Eſtat, pur tenir Hoſtage pur nous, & en lieu de nous, par decha la Mer, en celle meiſmes condicion & manere, que les Lettres diviſent, que les deſuſditz,

Contes de Norhampton, & de Suffolk,

Ont donneez de leur Revenue, & de lour Demoure, comme Hoſtagez.

Et eſt aſſavoir, par eſpecial, que, non contreſtant ces Princes Lettres, & les Lettres de 4 Contes deſus dites, Nous Rois ſommez tenuz de venir en propre Perſonne, comme dit eſt pardevant.

Et volons que toutes autres Lettres, Alliances, Promeſſez, & Obligacions, que, noſtre dit Coſyn, le Ducs ait de nous, li teignent lieu, & demourent en lour forche & virtu, & lui ſoient de value, ſans eſtre de riens anienti par virtu de ceſtes.

Et, quant a toutes les Choſes deſus dites, & cheſcune d'ycelles, tenir & perfaire biene & loialment par nous, ſi nous vivons, ou par noz Heirs, ſi de nous defailloit, a, noſtre dit Coſin, le Duc, ou a ſes Heires, Nous avoms Oblige, & Obligeons, fermement Nous, & noz Heirs, & les Biens de Nous, & de nos Heirs, Meublez & Nonmeublez, Preſentz & a Venir.

En Teſmoignance, &c.

Don. a Andewerp, le Quart jour de Decembre, l'An, &c. ut ſupra.

Pro Securitate præfati Ducis in abſentia Regis.

Ann. D. 1339. *An.* 13. E. 3. *Ibid.*

ROI &c. faiſons aſſaver a tous que,

Come, Haut Prince & Puiſſant, Johan Duc de Lothr. de Brabant, & de Lembourgh, & Markis de Seinte Empire, noſtre Chier & Ame Coſin, ſoit entrez avoec nous en Guerre & Aliances contre, noſtre Coſin, Phelip de Valois (qui ſe dit Roi de France) pur Aider & recouvrer, Meintenir & Defendre, les Droitures, Seignures, & le Heritage, de l'Empire de Rome, & de noſtrez, Detenuz & Occupez par noſtre Coſin de Valois deſuſdit,

Nous,

Que ne voloms pas que l'abſens de noſtre Perſonne fache prejudice ou defaute a, noſtre dit Coſin, le Duc, quant aus Guerres deſuſdites,

Avons Ottrye & Donne noſtre conſentement a Lui que,

De ceſti preſent jour, par l'eſpace d'un An entier, ou tanque a noſtre revenir as parties de decea la Mer,

Il puiſſe mettre, ou retenir, a noz Gages & Deſpens acuſtumez, en Guerre, Mille Armuerez de Fer a Chival, Gentz de Bon Eſtat, & les mettre par devers les Frauntierez de l'Empire, ou aillours a ſon avis, ou lui ſemblera que plus profitable ſoit, pur contreiſter auz Enemiz de Nous, & de, noſtre Coſin, le Duc deſuſdit, ou des Eidantz de noſtre partie, toutes les fois, & ſi ſovent, come lui plerra, le dit terme durant, s'einſſi avenoit que les Enemis de Nous, ou de, noſtre Couſin, le Duc, voiſiſſent faire ou porter Damage a Nous, a Lui, ou as Aidantz de noſtre partie.

les biens de Nous, & noz Heires, Meubles & Nonmeubles, Preſens & a venir, envers, le dit noſtre Frere, le Marquis, & ſes Heirs, & envers la Garde de ces Lettres, horſpriſes toutes fraudes & mal engin, que purroient tourner en Prejudice, ou Empeſchement, a, noſtre dit Frere, le Marquis, ou a ſes Heirs, quant a Paiement deſſuſdit, en aucune manere.

En Teſmoignance de queu choſe, nous avons fait faire ceſte noz Lettres Patentes, Sealees de noſtre Grant Seal.

Don. a Andevers, le 8 jour de Decembre, l'An *ut ſupra.*

Pro dicto Marchione, ſuper Vadiis Guerræ.

ROI, &c. Savoir faiſons a touz que nous devons a, noſtre Chier & Ame Frere, Guillem Marquis de Julers Sept Mill Florins d'Or a l'Eſcu, pour la raiſon & cauſe des Gages du Second Mois deſſervis en noſtre Service & Aide, que noſtre dit Frere nous fait contre noz Enemis en France, loialment & a bon gre. Ann. D. 1339. *An.* 13. E. 3. *Ibidem.*

Des queles Sept Mill Florins a l'Eſcu, nous avoms Promis, & Promettoms, loialement & en bone foi, Rendre & Paier par nous, ou par noz Heirs, a, noſtre dit Frere, le Marquis, ou a ſes Heirs, Trois Milles, & Cink Centz, droitement ſur le jour de la Chandellure prochain venant, & les autres Trois Milles, & Cink Centz, ſur le Primer Dimenche de Quareſme, que on Chantera INVOCAVIT, la ditte Chandellure prochain enſuiant,

Et Promettoms fermement, tant pur nous, come pur noz Heirs, a, noſtre dit Frere, & a ſes Heirs, que, par Faute ou Negligence des Paiementz deſſuſditz, ils n'auront, ne ſuſtenront, Perte ne Damage en aucune manere.

Et, quant as choſes deſſuſdites, *&c. prout ſupra in prædictis Literis.*

* *De Morte Cancellarii, & de Magno Sigillo liberato.* * V. 143.

MEMORANDUM *quòd, Octavâ die Menſis Decembris, videlicet, in Feſto Conceptionis beatæ Virginis Mariæ, Anno Regni Domini E. Regis Angliæ, Tertii poſt Conqueſtum, Tertiodecimo, Domini, Johannes de Wodehous, & Gilbertus de Kelſhill,* Ann. D. 1339. *An.* 13. E. 3. *Clauſ.* 13. E. 3. p. 3. m. 11. d.

Seneſcallus Hoſpitii, bonæ memoriæ, Domini Ricardi, nuper Epiſcopi Londonienſis, & ejuſdem Domini Regis Cancellarii,

Qui Nocte proximâ præcedente, quaſi immediatè poſt Mediam Noctem, in Hoſpitio Domini Wyntoniæ Epiſcopi, in Suthwerk deceſſit,

Magnum Sigillum ipſius Domini Regis, in quâdam Burſâ incluſum, ad, Venerabilem Patrem, Johannem Archiepiſcopum Cantuarienſem, apud Lambeheth exiſtentem, manè, quaſi in Ortu Solis, detulerunt,

Ac prædictus Archiepiſcopus idem Sigillum, per dictum Dominum Johannem de Wodehous, apud Fratres de Monte Carmeli, in Fleteſtret, Londoniis (ubi Concilium Regis illâ die tenebatur) fecit deportari,

Ipſeque Archiepiſcopus, &, Diſcretus Vir, Magiſter Willielmus la Zouſch, Decanus Eccleſiæ Beati Petri Eborum, dicti Domini Regis Theſaurarius,

De Voluntate & Aſſenſu, Domini Edwardi, Ducis Cornubiæ & Comitis Ceſtriæ, præfati Domini Regis Primogeniti, ac dicti Regni Cuſtodis,

Præfatum Sigillum, in Camerâ Fratrum eorumdem, ubi Concilium Regis tenebatur, Dominis, Johanni de Sancto Paulo, Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, Michaeli de Wath, & Thoma

Digitized by Google

[illegible], quas vos, & Prædeceſſores veſtros, nobis, & Progenitoribus noſtris habuiſſe cognovimus, confidentes,

Vos rogamus, nichilominus mandantes, quòd dictas Naves veſtras, pro Obſequio noſtro, & veſtrâ etiam utilitate, * parari faciatis, ita quòd eas promptas habeatis ad proficiſcendum ſupra Mare cum aliis Navibus dictorum Portuum, & aliorum Locorum dicti Regni noſtri, circa inſtans Feſtum Sancti Hillarii proximò futurum, vel prout, & quando, per Admirallum Flotæ noſtræ Navium, verſus partes Occidentales, aut aliàs ex parte noſtrâ fueritis præmuniti:

* V. 144.

Scientes quòd talem ad veſtrum bonum Geſtum in præmiſſis conſiderationem habebimus, quòd inde debeatis merito contentari.

Dat. apud Langele, nono die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Remuneratione, propter Adhærentiam Regi, & de Indempnitate.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Intuitu Homagii per, Dilectum nobis, Petrum Moryn, Dominum de Caumpaignes, nobis facti, necnon conſideratione Fidelis Obſequii, nobis per eum in partibus Tholoſanis impenſi, & imposterum impendendi,

Conceſſimus ſibi Centum Libras Sterlingorum, percipiendas annuatim, ad Scaccarium noſtrum, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, quouſque ſibi de Comitatu Vaudrili, quem ſibi dare & liberare promittimus, fecerimus provideri.

Volentes etiam indempnitati dicti Petri gratioſè proſpicere, promittimus, bonâ fide, quòd, ſi propter Adhærentiam, nobis factam, & impenſum nobis obſequium, contingat eum Terras & Poſſeſſiones, quas jam optinet, amittere, ipſas ſibi reſtituere, vel de aliis æquivalentibus providere, in loco congruo, faciemus.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, decimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Pro Abbate & Conventu Sancti Michaelis de Antwerpia, ubi Filius Regis (Leonellus) natus & baptizatus, ac Regina ibidem iterum gravidata.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. Conceſſ. Hom. Angliæ & Vaſconiæ 13. E. 3. m. 4.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, H. eâdem gratiâ, Epiſcopo Lincolnienſi, ſeu ejus in Spiritualibus Vicario Generali, necnon, Dilectis ſibi in Chriſto, Subdecano & Capitulo Lincolniæ Eccleſiæ, ac omnibus, quorum poterit intereſſe, Salutem.

Cùm quiſque Gratus accepti Beneficii debeat eſſe memor, & nedum Antidotis reſpuere, ſet oportunis ferre præconiis Munificentiam Donatoris, Nos, Gratitudinis Debitum exequentes, veſtræ volumus patere notitiæ,

[illegible] ſuper Appropriatione ipſius Eccleſiæ, per vos canonicè faciendis, velitis celeriter pertractare, &, prout ad vos pertinet, dictum Appropriationis negotium juxta votum noſtrum feliciter expedire; ſic vos exhibentes in dicto negotio gratioſos, ut in hoc liquidiùs oſtendatur, qualem ad noſtri Conſervationem honorum geritis ſinceritatis effectum.

Dat. apud Andewerp, decimo nono die Decembris.

Per Regem.

Literæ de Conductu pro Cardinalibus.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. Conceſſ. Hom. Angliæ & Vaſconiæ 13. E. 3. m. 6.

REX omnibus Amicis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Venerabiles Patres, Domini P. Tituli Sanctæ Praxedis, Presbiter, & B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconus, Cardinales, & Sedis Apoſtolicæ Nuncii, ad locum de Valenciennes, pro Tractatu Pacis, in proximo ſint venturi,

Suſcepimus Eos, Familiam, Res, & Bona ſua quæcumque, in veniendo verſus locum illum, illuc morando, & exindè quo & quando voluerint redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem:

Et ideò vos Amicos rogamus, *&c. prout in conſimilibus de Conductu Literis.*

Dat. apud Andewerp, viceſimo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Pro Domino de Cuyc & Uxore, de Remuneratione.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates German. 13. E. 3. m. 6.

ROI a touz ceux, qi ceſtes Lettres verront, ou orront, Saluz.

Sachez que,

Pur l'Omage, que, noſtre Chier & Foial, Monſeur Otes, Sire de Cuyc, nous ad fait, & pur ſa Demure devers nous contre Sire Philip de Valois, qi ſe dit Roi de France,

Avons Grantez au dit Sire de Cuyc Deux Centz & Cynquante Livres d'Eſterlings, a receivre par An, a toute ſa Vie, de noz Cuſtumes en Port de Londres, as Termes de Paſque & de Seint Michel, par oveles Portions,

Et, eſtre ce, avons grantez pur Nous, & noz Heirs, au dit Sire de Cuyc, & a Noble Dame, Dame Johan ſa Compaigne, en Recompenſation des Terres, Tenementz, & Rentes, que les ditz Sire de Cuyc & ſa Compaigne ont parduz en Roialme de France, par cauſe de ſa Demoere devers nous, Trois Mill Florins de Florence, ou la value en autre Monoie covenable, a receivre par An de noz dites Cuſtumes en Port ſuſdit, & as Termes avantditz, per oveles Portions, pur le Terme, que les ditz Sire de Cuyc & ſa Compaigne ont es Terres, Tenementz, & Rentes, avantditz, tanque Reſtitucion leur ſoit fait de meiſmes les Terres, Tenementz, & Rentes, ou que nous leur eoms purveuz des autres en Engleterre, ou en autre Lieu covenable, a la verroie value d'yceux, par le Terme q'ils ont en yceux, come deſſus eſt dit.

Et volons & Grantoms que le dit Sire de Cuyc, de ſon dit Fee,

Digitized by Google

[illegible] & ad Cariagia, pro ductione Victualium prædictorum ad locum prædictum, pro Denariis noſtris ſimiliter indè ſolvendis, capiendum;

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Richardo, in præmiſſis faciendis & exequendis, Intendentes ſitis, Conſulentes, & Auxiliantes, quotiens & prout per ipſum Richardum, ſuper hoc, ex parte noſtrâ, fueritis præmuniti.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Cuſtode prædicto apud Langele, viceſimo tertio die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Bulla, ad Pacem hortatoria, qua Papa, Perſona propria, Litem componere ſe paratum exhibet.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Otho D. 11. f. 110. infra Bibl. Cot.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Dùm diligenter attendimus, & profundis Cogitationibus meditamur, quanta Summi & Æterni Regis fuerit Benignitas & Miſericordiſſimæ affluentia Pietatis,

Quòd pridem tuis (kariſſime Fili) &, kariſſimi in Chriſto Filii noſtri, Illuſtris Franciæ Regis, ejuſque Colligatorum, Ordinatis Aciebus, & multum ex propinquo ad confligendum terribiliter & animosè diſpoſitis hinc & indè, ſecura non extiterunt pericula, quæ tantus fragor Armorum & Armatorum impetus minabantur,

Eidem Laudum exolvimus præconia, cùm hæc ad Donum Dei maximum, & grande operatum miſericorditer a Clementiâ Divinæ Providentiæ, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur, Miraculum reputetur.

Ex hoc quidem colligi poteſt etiam apertiùs quòd Altiſſimo (qui Bella conterer, & Gentibus, ea volentibus, per Prophetam, Diſſipationis exterminium comminatur) tanta Sanguinis Redemptorum pretioſo Cruore Dominico, quanta fuiſſet ſi Conflictum ſibi dediſſent Acies prædictæ tunc temporis, in totius Chriſtianitatis Dampnum, Obprobrium, * ac Animarum multarum periculum, Effuſio non placebat. * V. 147.

Regalis quoque Circumſpectio poteſt etiam advertere diligenter, quantum Tu & Rex prædictus Indignationem haberetis formidare Divinam, ſi Populos Dei, quos ipſe a periculis Animarum & Corporum eripuit ſic benigne, iterum ſimili ſubicere Diſcrimini curaretis; timendum eſſet, proculdubio, ut adeò accenderentur, & præſertim vehementiùs contra illum qui hujuſmodi Diſcrimini daret ampliorem operam, Ira Dei, ut tanta Strages tantaque Confuſio ſequerentur, quòd tota concuteretur Chriſtianitas, & Reformatio Pacis & Concordiæ non ſolùm difficilis, ſet impoſſibilis (quæ non ſinat Miſerator & Miſericors Dominus contingere) redderetur.

Et inſuper, nec minus conſiderandum videtur, quantum, occaſione Guerrarum præſentium, multis & variis modis, ut fertur, Regii Subditi non modicum ſint exauſti Pecuniis, & aliis Bonis ſuis; & etiam quòd, ſi Continuatio talium Onerum ſequeretur (quod abſit) amplius gravarentur; quódque Bellorum Eventus eſt dubius, & multùm, ubi Dei timeretur Indignatio, formidandus.

Ideóque Regiam Magnificentiam rogamus in Domino attentius & hortamur, eam, nichilominus per Dei Miſericordiam obſecran-

Dat. Avinion. decimo Kal. Januarii, Pontificatûs noſtri Anno Quinto.

Pro Duce Brabantiæ, de Annuitate.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germaniæ 13. E. 3. m. 6.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

Intuitu Homagii & Fidelitatis, quæ, Princeps Illuſtris, Johannes Dux Lothringæ, Brabantiæ, & Lemburgiæ, Conſanguineus noſter cariſſimus, grataner & amicabiliter nobis fecit,

* Volentes Eum Munere reſpicere Gratioſo,

Conceſſimus ei Mille & Quingentas Libras Sterlingorum, habendas & percipiendas Annis ſingulis, ad totam Vitam ſuam, ad Scaccarium noſtrum, ad Feſta Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, 28 die Decembris, Anno Regni noſtri Tertiodecimo. * V. 148.

De Compromiſſo in Comitem Sarum & Dominum de Cuyc, ſuper Feodo Ducis Brabantiæ.

Ann. D. 1339. An. 13. E. 3. Ibidem.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm dudùm,

Habito Tractatu inter certos Procuratores noſtros ex parte unâ, & Illuſtrem Johannem Ducem Lothringæ, Brabantiæ, & Lemburgiæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum ex alterâ, ſuper Feodo dicto Duci, pro Morâ ſuâ, nobiſcum faciendâ, conſtituendo,

Non fuiſſet tunc de Summâ dicti Feodi finaliter Concordatum, pro eo quòd idem Dux Septuaginta Milia Librarum Sterlingorum ſibi propter hoc concedi petebat, ſet dicti Procuratores noſtri præfato Duci Sexaginta Milia Librarum tantummodo promittebant,

Nos & Dux prædictus,

Volentes ſuper dictâ variatione amicabiliter ordinare,

Mutuò compromiſimus in, Nobiles Viros, Willielmum de Monte Acuto, Comitem Sarum, & Otonem Dominum de Cuyc, Fideles noſtros dilectos,

Ut, quod ipſi ſuper dictis Decem Millibus Librarum, ſuper quibus variatum extitit, ordinarent vel arbitrari curarent, uterque noſtrûm ſervare teneretur,

Qui, virtute dicti Compromiſſi, communiter ordinârunt quòd nos Quinque Milia Librarum Sterlingorum præfato Duci, propter hoc, ſolvere deberemus Tribus Terminis,

In Feſto Sancti Michaelis proximò futuro,

Et in Feſto Paſchæ proximò tunc ſequente,

Et in Feſto Sancti Michaelis extunc immediatè ſequente, per æquales Portiones,

Et quòd præfatus Dux a nobis plus non peteret ex hac causâ.

Nos igitur, Ordinationem & Arbitrationem prædictas in omnibus, quatenus ad nos attinet, acceptantes, ad Solutionem dictorum Quinque Milium Librarum Sterlingorum, prædictis Terminis, modo quo præmittitur, faciendam, Obligamus Nos & Hæredes noſtros, ac Bona noſtra quæcumque Præſentia & Futura.

In cujus, &c.

Dat.

Digitized by Google

... vobis, vel Procuratori noſtro reſtitui, ut eſt juſtum:

Super quo, Dilecto & Fideli noſtro, Nicolino de Fliſco placeat vobis, petimus, in dicendis ex parte noſtrâ, Credulam dare Fidem.

Dat. apud Andewerp, viceſimo nono die Decembris.

Per Regem.

Pro Domino de Cuyk.

Ann. D. 1340. *An.* 13. *E.* 3. *Pat. inter Regem & diverſos Magnates German.* 13. *E.* 3. *m.* 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos teneri, & per Præſentes firmiter obligari, Nobili Viro, Otoni Domino de Cuyk, Fideli noſtro dilecto, in Centum, & Viginti, & Quinque Libris Sterlingorum, quas, pro facto nobis per ipſum Homagio, ſibi in Feſto Sancti Michaelis ultimò præterito ſolviſſe debuimus:

Et etiam in Mille, & Quingentis Florenis de Florentia,

Quos, in Feſto Natalis Domini ultimò præterito, de illis Tribus Milibus Florenorum, quos ſibi & Nobili Mulieri Johannæ Uxori ſuæ pro Terris, quas jam perdiderunt in Regno Franciæ, propter Adhærentiam nobis factam, per alias Litteras noſtras Patentes annuatim ſolvere conceſſimus, debuiſſet recepiſſe;

Quos quidem Centum, & Viginti, & Quinque Libras, ac Mille & Quingentos Florenos, præfato Otoni, ſeu ejus in hac parte Attornato vel Procuratori, de Cuſtumis noſtris, in Portu Civitatis noſtræ Londoniæ, in Feſto Paſchæ proximò futuro, per manus Collectorum dictarum Cuſtumarum ſolvere promittimus bonâ Fide.

Volentes quòd idem Oto, in dictis Summis, ſic recipiendis, cunctis aliis, Aſſignationes ſuper dictis Cuſtumis habentibus, præferatur; quâcumque Ordinatione contrariâ non obſtante.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, primo die Januarii.

Per ipſum Regem.

Littera Procuratoria ad tractandum cum Philippo de Valeſio.

Ann. D. 1340. *An.* 13. *E.* 3. *Pat. Conceſſ. Hom. Angl. & Vaſc.* 13. *E.* 3. *m.* 2.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.

Sciatis quòd,

Ad inſtantiam, Reverendorum Patrum, P. Tituli Sanctæ Praxedis, Presbiteri, & B. Sanctæ Mariæ in Aquiro, Diaconi Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ Nunciorum, ad procurandum Pacem inter Dominum Philippum de Valeſio (pro Rege Franciæ ſe gerentem) & Nos ſpecialiter tranſmiſſorum,

Conſentire volentes Pacis Tractatui, quam habere cum omnibus affectamus,

Ac de Fidelitate & Circumſpectione providâ, Venerabilis Patris, H. Lincolnienſis Epiſcopi,

Ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, H. Derbiæ, & W. Sarum, Comitum,

Necnon, Magiſtrorum Willielmi de Exon, Sacræ Theologiæ, & Alexandri de Oneby, Juris Civilis, Profeſſorum, pleniùs confidentes,

dentibus, &c. *ut ſupra.*

Pro Domino de la Breto, de Securitate, propter Adhærentiam Regi, contra Philippum de Valeſio factam.

Ann. D. 1340. *An.* 13. *E.* 3. *Pat. conceſſ. Hom. Angl. & Vaſc.* 13. *E.* 3. *m.* 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Vir Potens & Nobilis, Bernardettus Dominus de la Breto, nobis contra, Virum Magnificum, Dominum Philippum de Valeſio, pro recuperandis Juribus noſtris Hæreditariis, ut intelleximus, adhærere & ſubvenire proponat, Magnis ſe Periculis in hoc exponendo,

Nos,

Ipſius Gratitudinem multipliciter acceptantes, & proindè volentes Indempnitati ſuæ & illorum, quos ad Obſequia noſtra ſecum adduxerit, proſpicere, ſicut convenit, in hac parte,

Concedimus & promittimus, bona Fide, quòd, ſi idem Bernardettus nobis ſic adhærere curaverit, cum præfato Philippo non capiemus Treugam vel Guerræ Sufferentiam, niſi præfatus Bernardettus, & Alii, ſic per eum adducti, in dictâ Treugâ vel Sufferentiâ ſint ſpecialiter Comprehenſi, & quòd per Eam Securitati ſuæ caveatur,

Nec Pacem cum dicto Philippo, ſine Conſenſu dicti Bernardetti, aliqualiter inıemus,

Et, ſi contingat (quod abſit) præfatum Bernardettum, vel alios adductos ad noſtra Obſequia ſic cum eo, Caſtra, Terras, Poſſeſſiones, Redditus, vel Res alias, occaſione Adhærentiæ, contra dictum Philippum nobis factæ, amittere, nos Dampna, quæ ſic propter nos incurrerint, ipſis plenariè refundemus;

Ad quod Nos, & Hæredes noſtros, ac omnia Bona noſtra, firmiter Obligamus.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, ſecundo die Januarii.

Per ipſum Regem.

---

* *Pro Bernardetto de la Breto & Hugone de Gebennis, Capitaneis, & Locum tenentibus, in Aquitania conſtitutis.* * V. 151.

Ann. D. 1340. *An.* 13. *E.* 3. *Ibid.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Bernardetto Domino de la Breto, & Hugoni de Gebennis Domino de Vorray & de Athon, Salutem.

Sciatis quòd nos,

De veſtris Strenuitate, Fidelitate, & Circumſpectione providâ, confidentes,

Facimus & conſtituimus vos Capitaneos, & Locum noſtrum Tenentes, in Ducatu prædicto,

Dantes & Concedentes vobis, & utrique veſtrûm in ſolidum, plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale, dictum Ducatum ab Invaſionibus quorumcumque Inimicorum noſtrorum, etiam in Manu forti, ſi oporteat, defendendi,

Ac Terras & Jura, ratione dicti Ducatûs ad Nos pertinentia petendi & recuperandi,

Necnon Merum & Mixtum Imperium, ac Gladii Poteſtatem, &

Digitized by Google

miſſis omnibus & ſingulis, prout ad vos attinere dinoſcitur, ſitis Intendentes & Auxiliantes, quotiens & quando per eos, vel eorum alterum, ſuper hiis ex parte noſtrâ fueritis requiſiti.

Dat. apud Andewerp, tertio die Januarii.

Pro Duce Gelriæ, de Indempnitate.

Ann. D. 1340. *An. 13. E. 3. Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germaniæ 13. E. 3. m. 7.* * V. 152.

ROI a touz ceux &c. Saluz.

Sachez que,

Come, Noble Prince, Monſeur Reinaud, Ducs de Gelre, & Conte de Zutphen, noſtre treſchier Frere, ſoit Oblige, pur Nous, as aucunes certeines Perſones, Citiens de la Cite de Coloine, en Cynk Mill Florins, queux nous leur devions aver paiez as Termes Paſſez,

Et noſtre dit Frere nous eit Grantez de nous faire aver Prorogacion du Paiement * de meiſme la Somme, tanque a la Feſte de la Nativite Saint Johan Baptiſtre prochain avenir,

Nous,

Voillantz Garder noſtre dit Frere des Damages en celle partie,

Grantoms & Promettoms, en Bone Foi, d'Aquiter noſtre dit Frere, devers les ditz Citiens, au dit jour, de la Somme avantdite, & de lui Paier, ſolonc ſon loial dit, quel il vorra maintenir ſur ſa Bone foi, toutes maneres de Pardes & Damages, qil avera ſuſtenu par celle encheſon.

Don. a Andevers, le Quart Jour de Janever.

Pro Duce præfato, de Cuſtibus & Expenſis, in Negotiis Regis proſequendis, factis & faciendis, per Regem ſolvendis.

Ann. D. 1340. *An. 13. E. 3. Ibid.*

ROI a touz ceux, qi ceſtes Lettres verront, ou orront, Saluz.

Sachez que,

Come, Nobles Prince, Monſieur Reinaud Ducs de Gelre, & Conte de Zutphen, noſtre treſchier Frere, puis noſtre venue des parties de France, eit molt Travaille entour noz Buſoignes, & unqore eit promis de travailler, & par celle cauſe eit molt demore hors de ſon Pais, & unqore fra, pur l'exploit de noz dites Buſoignes, a Grantz Cuſtes & Frees,

Si promettoms, en Bone Foi, que des Cuſtees & Frees, q'il ad enſi mis, puis noſtre dite venue en France, & fra parentre cy & la Paſque prochain avenir, pur la ſuite de noz dites Buſoignes, nous lui ferroms preſt & plein Paiement a la Feſte de la Nativite Seint Johan Baptiſtre prochain avenir, ſolonc ſon dit, quel il vorra maintenir ſur ſa bone foi; a queu Paiement, preſtement & loialement faire, nous Obligeons nous, & noz Heirs, & touz noz Biens Meubles & Nounmeubles, Preſentz & Avenir.

En Teſmoignance, &c.

Don. a Andevers, le Quart jour de Janever.

Par le Roi.

Ann. D. 1340. *An. 13. E. 3. Pat. Conceſſ. Hom. Angl. & Vaſc. 13. E. 3.*

De tractando cum Comite Flandriæ ſuper Sponſalibus.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilectorum [illegible] Militis, pleniùs confidentes,

Ipſis, & Duobus eorum, ad tractandum & concordandum pro Nobis, & noſtro Nomine, cum ſpectabili Ludowico Comite Flandriæ,

Et cum probis Hominibus & Comunitatibus Villarum de Gandano, Brugges, & Ipre,

Ac aliarum Villarum & Locorum de Flandriâ, conjunctim & diviſim,

Super Alligantiis & Amicitiis, inter Nos & noſtros Subditos ex parte unâ, & præfatum Comitem, ac dictos Homines de Flandriâ, ex parte alterâ, ineundis,

Et Auxiliis, nobis per ipſos, pro recuperatione Regni noſtri Franciæ, effectualiter impendendis,

Necnon de Recognitione noſtræ Superioritatis, in dicto Regno Franciæ, per eos nobis, ut Regi Franciæ, faciendâ,

Et ad conſtituendum eis, ex hac causâ, congruam Pecuniæ quantitatem, in ſubventionem Expenſarum, pro nobis circa dictam Recuperationem faciendarum,

Ac etiam ad concedendum prædictis, Comiti & Hominibus de Flandriâ, Villas de Be[illegible] de Liſle, & de Doway, quæ ſunt infra Limites dicti Comitatûs, Habendas & Tenendas perpetuò annexas dicto Comitatui, ſicut fuerant ab antiquo,

Necnon ad concedendum, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, prædictis, Comiti & Hominibus, Civitatem Tornacenſem, Habendam & Tenendam perpetuo de nobis & Hæredibus noſtris, Regibus Franciæ, ſub Diſtrictu eorumdem,

Necnon ad conſentiendum & concedendum ut omnes & ſinguli Proceſſus, & Sententiæ, ad inſtantiam Progenitorum & Prædeceſſorum noſtrorum Regum Franciæ, & cujuſcumque eorumdem, contra Homines & Inhabitatores Flandriæ per Sedem Apoſtolicam lati & promulgati, relaxentur & penitùs ſubducantur, & ad ipſos Proceſſus, & Sententias, ac Pœnas, contentas in eiſdem, quantum in nobis eſt, relaxandum & ſubducendum,

Ac præmiſſa omnia & ſingula quâcumque Securitate firmandum,

Et ad concedendum præfato Comiti Flandriæ Comitatum Atrabatenſem, qui ad ipſum Jure Hæreditario dicitur pertinere,

Et ad faciendum & concedendum omnia alia & ſingula, quæ ad Conſervationem & Fomentum mutuæ Dilectionis & ſecuræ Comunionis inter noſtros Subditos & Homines de Flandriâ neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, quantum poſſumus, & ad nos attinet, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid per præfatos, Comitem, Henricum, & Galfridum, & Duos eorum, Actum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum;

Et quòd omnia & ſingula, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, ſtatim, cùm ſuper hoc requiſiti fuerimus, per Litteras noſtras Patentes, in formâ debitâ, prout ad plenam Obſervationem eorumdem meliùs fieri poterit, confirmari.

In cujus, &c.

Dat. apud Andewerp, quarto die Januarii.

Per ipſum Regem.

De

Pat. inter Regem & diverſos Magnates Germaniæ 13. E. 3. m. 7.

Librarum Sterlingorum,

Cujus quidem Summæ Medietatem, infra Menſem, a tempore primi Reditûs noſtri in Angliam,

Et aliam Medietatem, infra Menſem, a fine dicti primi Menſis immediatè ſequentem,

Præfatis, Johanni, Leoni, Lodowico, & Antonio, ſeu eorum Attornatis, Procuratoribus, vel Nunciis, ad hoc per ipſos conſtitutis, in bonis & legalibus Sterlingis, vel aliâ Moneta congruâ, aut in Lanis ſeu Mercanditiis aliis, quas dicti, Attornati, Procuratores, vel Nuncii, duxerint acceptandas, plenè ſolvere, & ad partes Flandriæ vel Brabantiæ tranſmittere ſub noſtro proprio Periculo, promittimus bonâ Fide, & in verbo Regiæ Veritatis:

Ad quas quidem Solutionem & Tranſmiſſionem in formâ, quâ præmittitur, faciendum, necnon ad Refuſionem & Solutionem Dampnorum & Expenſarum, ſi quæ dicti, Johannes, Leo, Lodowicus, & Antonius, ſeu eorum Attornati, Procuratores, vel Nuncii, ratione retardatæ, vel non plenè factæ, Solutionis prædictæ, incurrerint, Obligamus nos, & Hæredes noſtros, ac omnia Bona noſtra, & Hæredum noſtrorum, Diſtrictioni cujuſcumque Judicis, infra cujus Diſtrictum ea contigerit inveniri; Renunciantes Exceptioni non Numeratæ Pecuniæ, & omni alii Juris & facti Remedio, quæ nobis, ad excluſionem præmiſſorum, poterunt quomodolibet ſuffragari,

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes, Magno Sigillo noſtro ſignatas.

Dat. apud Andewerpiam, viceſimo primo die Januarii, Anno Regni Regis Tertiodecimo.

Et nos, Henricus, permiſſione divinâ, Lincolnienſis Epiſcopus,

Willielmus de Monte Acuto, Comes Sarum, & Mareſcallus Angliæ,

Henricus de Ferrariis, & Galfridus Leſcrop, Milites,

Ac Willielmus de Kyldesby Clericus,

Et Obſequiales dicti Domini Regis,

Nos, & noſtrûm quemlibet in Solidum, pro dictis Decem Milibus Librarum Sterlingorum, Principales conſtituimus Debitores, & ad Solutionem, tàm dicti Debiti Principalis, quàm Dampnorum & Expenſarum prædictorum, modo quo præmittitur, faciendum obligamus nos, & ſingulos noſtrûm in Solidum, Fide Mediâ, ac Hæredes noſtros, ac omnia Bona noſtra, & noſtrûm cujuſlibet, Diſtrictioni & Areſtationi cujuſcumque Judicis, ſeu Domini Temporalis, infra quorum Poteſtatem ſeu Diſtrictum ea contigerit reperiri; Renunciantes beneficio Epiſcopali divi Adriani, & Diviſioni petendæ dicti debiti, ac omni alii Exceptioni, Cavillationi, & cuicumque Remedio Juris & Facti, quæ nobis, vel

* V. 155. alicui noſtrûm, * ſeu Hæredibus noſtris, quo minus præmiſſa omnia & ſingula facere teneamur, valere poterunt quoquo modo.

In cujus rei Teſtimonium Sigilla noſtra fecimus hiis apponi.

Dat. Loco, Die, & Anno, ſupradictis.

Ac proindè volentes Securitati ipſius Hugonis, prout convenit, providere,

Concedimus & promittimus, bonâ Fide, quòd cum præfato Philippo Pacem ſeu Concordiam nullatenus iniemus, nec Treugam ſeu Guerræ Sufferentiam aliqualiter capiemus, niſi dictus Hugo in eiſdem ſpecialiter ſit contentus, & per eas Indempnitati ſuæ conſulatur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Villam de Gandano, viceſimo ſexto die Januarii.

Per ipſum Regem.

Super Conventionibus, cum Flandrenſibus, jurandis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd, 1340.

Cùm certæ Conventiones inter Nos ac, Dilectos & Fideles noſtros, Capitaneos, Scabinos, Burgimagiſtros, Conſules, & Probos Homines, Villarum de Gandano, Brugges & Ipre, ac etiam Villarum & Locorum aliorum, Comitatûs Flandriæ, pro ſe & totâ Communitate dicti Comitatûs, initæ ſint & concordatæ, An. 14. E. 3. Ibidem.

Nos,

De ſinceritate, Illuſtris Reinoldi, Ducis Gelriæ & Comitis Zutphen, Affinis noſtri dilecti, intimè confidentes, ad Jurandum in Animam noſtram, tactis Sacroſanctis Evangeliis, de dictis Conventionibus, quatenus ad nos attinet, per Nos plenariè & inviolabiliter obſervandis, plenam ſibi, tenore * præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem; * V. 156.

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros, & pro viribus impleturos, quicquid idem Dux, noſtro nomine, juraverit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. apud Gandanum, viceſimo octavo die Januarii, Anno Regni noſtri Franciæ primo, Angliæ verò Quartodecimo.

Super Expenſis Nicholini de Fliſco.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd, 1340.

Cùm mittamus, Dilectum & Fidelem noſtrum, Nicholinum de Fiſco ad diverſas partes Tranſmarinas, pro quibuſdam Negotiis noſtris proſequendis, An. 14. E. 3. Ibid.

Concedimus eidem Nicholino, pro Expenſis diurnis ipſius, & Servientium ſuorum, Treſdecim Solidos & Quatuor Denarios, percipiendos exnunc quolibet die, quamdiù noſtris Negotiis, de Mandato noſtro, ſit intendens.

In cujus, &c.

Dat. apud Gandanum, triceſimo die Januarii, Anno Regni noſtri Franciæ primo, Angliæ verò quartodecimo.

Al

Digitized by Google

eum non modico noſtrorum Jurium detrimento.

Set ipſe, per Tractatus varios diu nos protrahens ſub incerto, & magnis Sumptibus nos exponens (ut noſtrum exhauriret Ærarium, & ſic Nos ad Recuperationem Jurium noſtrorum efficeret Impotentes) finaliter aliquid nobis facere non curavit, ſed ſemper in Nos Perſecutio ſua crevit.

Propter quod, impellente neceſſitate, ad partes venimus Transmarinas, ad inducendum Amicorum noſtrorum Potentiam pro reformandis illatis, & propulſandis inferendis, per eum nobis Injuriis, & Juribus noſtris Hæreditariis optinendis; quæ, pro certo, negligere non intendimus, ſet Illa, niſi aliam viam congruam habere poterimus, proſequemur pro viribus, Deo Duce.

Et, licet coram, Reverendis Patribus, Petro, Tituli Sanctæ Praxedis, Presbitero, & Bertrando, Sanctæ Mariæ in Aquiro
* V. 157. Diacono, Cardinalibus, & Sanctitatis veſtræ Sedis Nunciis (qui * circa Pacis negotium laudabiliter & ſollicitè laborârunt) petitum ſit, noſtro nomine, dictum Regnum Franciæ, quod ad nos pertinere noſcitur omni Jure: Noſque præfatis Cardinalibus, ſuper certis viis Pacis, velle noſtrum, bona fide, fecerimus aperiri, Offerentes ſemper ad omnem viam Pacis rationabilem nos paratos; pro certo tamen, de voluntate Partis Adverſæ, nec per dictos Cardinales, nec per alios, hucuſque ſcire nequivimus quòd idem Dominus Philippus nobis quicquam facere voluit, vel offerre.

Et, re verâ, ſi nobis Oblationem, etiam Mediocrem, tunc feciſſet, ad vitanda Guerrarum Diſcrimina, & Expenſarum Profluvia, ſuper eâ Reſponſionem rationabilem feciſſemus; ſet jam non videmus quid, per viam Pacis, ulterius cum honore noſtro facere valeamus.

Si tamen adhuc placeat præfato Domino Philippo nobis offerre rationabilem viam aliquam, vel etiam veſtra Moderatio provida, ſeu dicti Domini Cardinales, hujuſmodi viam congruam (cui prædictus Dominus Philippus conſentire voluerit) nobis fecerint aperiri, ſtatim (cùm de illâ nobis conſtiterit) Deliberationem habere volumus ſuper eâ, ac talem Reſponſionem celeriter facere, quæ Sanctitati veſtræ, & cunctis, Conſiderationem rectam & ordinatam habentibus, videri debeat rationabilis & accepta.

Et ſi forſan, ſuper dictâ viâ, noſtrorum Amicorum & Fidelium foret requirendus & optinendus aſſenſus, circa illum optinendum poneremus omnem diligentiam quam poſſemus, ita quòd per nos non ſtabit quin Concordia bona fiat, ſi pars altera velit condeſcendere Rationi.

Supplicamus ergo veſtræ Clementiæ toto corde, quatenus noſtras Juſtitiam & Intentionem, in veritate fundatas, velitis, ſi placet, debitè ponderare, & Nos (qui Vos, & Sanctam Romanam Eccleſiam, in omni devotionis plenitudine reveremur) in Solidæ Dilectionis & Favoris gratiâ miſericorditer confovere, de Nobis, ut de Filio devotiſſimo, ſentientes.

Nam Teſtis eſt nobis Conſcientiarum Dominus, quòd Honores & Libertates Eccleſiaſticas tollere cupimus & tueri; &, ſi Deus nobis proſperari conceſſerit, ad ipſius Bella, contra Inimicos Fidei peragenda, devotis & humilibus affectibus aſpiramus.

Dat. apud Gandanum, &c.

De Solutionibus faciendis.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Franc. 14. E. 3. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Audito Compoto, Dilectorum Mercatorum noſtrorum, Gabrielis de Monte Magno, & Mathei de Canachoen, de Denariis, per ipſos & Socios ſuos nobis Mutuatis, ac Promiſſionibus eis per nos factis (de quibus iidem, Gabriel & Matheus, ac Solings, quel nous lui avons grantez, par noz autres Lettres Patentes, a terme de ſa Vie, pur ſon Homage fait a nous, ceſt aſſavoir, pur les termes de Paſch & de Saint Michel darrain paſſez,

Item, Dys Mill Florins de Florence, pur eſloignement aver du paiement des Sommes ſuſdites des Marchantz, des queux les dites ſommes feurent cheviz, tantque au jour de la Nativite Seint Jehan le Baptiſtre prochein avenir,

Item, Vint Mill Florins de Florence, pur Reſtor des Chivaux, & autres Pertz & Damages, que noſtre dit Frere ad reſcieu en noſtre Guerre & Service,

Item, Dys Mill Florins de Florence, pur la Monture & l'Appairall de les Deux centz Armures de Feer deſſuſdites,

Item, Noef Centz Florins de Florence, les queux noſtre dit Frere ad empris pur nous de paier a, noſtre chier Clerk, Johan Moliard, Provoſt de Arnhem, pur les Arrerages de ſa Empenſion, de ſys Centz Florins par An, quele nous lui avons grantez par noz Lettres Patentes, ceſtaſſavoir, pur le Terme de Saint Michel, l'An de noſtre Regne de Engleterre Duſziſme, & pur les Termes de Paſch, & de Seint Michel, procheinement ſuiantz, dont nous avons Lettres d'Acquitance du dit Provoſt.

Les queles Sommes de Florins, ou la value d'yceux, en autre bone Monoye, nous avons Promis, & Promettons, loialment & en bone Foi, de paier & deliverer, a une Foitz enſemble, a noſtre dit Frere le Duc, ou ſes Heirs, ou a lour Gentz, q'ils verront deputer a reſceyvre le Deniers ſuſditz, droitement ſur le dit jour de la Nativite Saint Johan le Baptiſtre, procheinement venant, ou dedeinz les Oytaves du dit jour, ſanz aucune fraude ou mal engin.

Et, quant au dit Paiement, bien & loyalment, faire & perfournir a, noſtre dit Frere, le Duc, ou ſes Heirs, en la manere ſuſdite, nous avons envers eux, de certeine ſcience, Obligez, & Obligeons fermement Nous, noz Heirs, & noz Subgitz, & Marchantz, & les Biens de Nous, noz Heirs, & noz Subgitz, & Marchantz, Moebles & Nonmoebles, Preſentz & Avenir, ou q'ils ſoient, ou purroient eſtre trouez, pur les Areſter, Detenir, Prendre, Vendre, & Aliener, ſanz la Malevoillance, ou Courous de Nous, ou de noz Heirs, & nos Subgitz, & Marchantz, juſqes a plenere Satisfaction de toutes les choſes deſſuſdites.

En Teſmoignance de quele choſe nous avons fait faire ceſtes noz Lettres Patentes.

Don. a Gant, le 6 jour de Feverer, l'An &c. ut ſupra.

De Rege, a Flandrenſibus pro vero Rege Franciæ Recognito, Notificatio; Et pro Indigenis Franciæ, ad idem faciendum, Invitatio.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Univerſis Eccleſiarum Prælatis, & Perſonis aliis Eccleſiaſticis, Paribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, ac Plebeis, in Regno Franciæ conſtitutis, veram notitiam ſubſcriptorum. Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Ibidem. m. 1.

Univerſorum Dominus Rex Excelſus, cui licet ſit in Poteſtate Voluntas, Legi tamen voluit ſubici Poteſtatem, jubens reddi cuique quod eſt ſuum, ſic oſtendens quod Juſtitia & Judicium debent eſſe præparatio Sedis Regis.

Cùm itaque Regnum Franciæ, Diſpoſitione Divinâ, per mortem, celebris * memoriæ, Domini Karoli, ultimi Regis Franciæ, * V. 159.
Fra-

Digitized by Google

Propter quod omnes & ſingulos Indigenas dicti Regni, qui, ducti Conſilio ſaniori, gratanter ſe nobis, ut vero Regi Franciæ, citra Feſtum Paſchæ proximò futurum, ſubicerent, Fidelitatem debitam nobis profitendo, & cætera nobis, ut Regi Franciæ, Debita faciendo (ſicut, dilecti & Fideles noſtri, Homines Flandriæ jam fecerunt) vel ad hoc obtulerint efficaciter ſe paratos, benignè volumus ad Pacem & Gratiam noſtram, ac in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem admittere, & ipſos manutenere, ut convenit, & tueri, ſine moleſtatione vel inquietatione qualicumque ipſis, in Perſonis, vel Rebus, per Nos, vel Miniſtros noſtros, occaſione Rebellionis ſuæ præteritæ, quomodolibet inferendis.

Et quia præmiſſa non poſſunt de facili veſtrûm ſingulis ſingulariter intimari, illa in Foribus Eccleſiarum, & aliis locis publicis, publicè providimus affigenda, ut ſic in publicam deveniant Notitiam, ad noſtrorum Solatium Devotorum, & ad veram illorum Inſtructionem, qui de nobis, per Inmiſſiones malivolas, ſunt aliter forſitan informati.

Dat. apud Gandavum, octavo die Februarii, Anno Regni noſtri Franciæ Primo; Angliæ verò Quartodecimo.

---

* V.160. * *Super Titulo ad Regnum Franciæ: Super Viis Pacis oblatis: Et de Prævaricatione Philippi de Valeſio, Declaratoria.*

Ann. D. 1340. *An. 14. E. 3. Otho D. 11. f. 106. infra Bibl. Cot.*

UNiverſis Rex.

Dùm in debitæ reducimus conſiderationis Examine, qualiter Terra Sancta, Redemptoris noſtri ſanguine Dedicata, quam in Hæreditatem ſuam ipſe Dei Filius prælegit, occupatur ab Infidelibus, & ſubicitur miſerabiliter Saracenis, in Chriſti contumeliam, & obprobrium omnium, Communionem habentium Fidei Chriſtianæ, nimirùm Ignis in noſtris Meditationibus exardeſcit, & ad ſuccurendum eidem totus noſter aſpirat Affectus, & ſemper a Juventutis noſtræ primordiis aſpiravit;

Set per intolerabiles Injurias, nobis graviter jam illatas, &c, in noſtri Subverſionem, graviores comminatas, adhuc dictum complere Propoſitum non valemus;

Quas, ut cunctis liquere valeat Cauſæ noſtræ Juſtitia, & Machinata contra Nos Malitia patulò detegatur, ſub Stilo Veritatis & Succinctæ Narrationis, in publicam deducimus Notitiam.

Pridem etenim, celebris memoriæ, Karolo Rege Franciæ, Avunculo noſtro, a præſentis Vitæ laboribus ad Requiem (ſicut piè creditur) evocato, cùm Inclitum Regnum Franciæ ad Nos, ut proximum Hæredem Maſculum, eſſet Jure Succeſſorio legitimè devolutum, Vir Magnificus, Dominus Philippus de Valeſio (cujus Cupiditas nullis Finibus eſt concluſa) ſibi dictum Regnum, indebitè per Potentiam uſurpavit; & quia conſtituti Juris peritiam, & Legis dicti Regni Notitiam, ac Agendorum experientiam, non habentes, præſertim propter fervorem minacem ejuſdem, ſecura Via non patuit Jus noſtrum congruè proſequendi,

Præfatus verò Philippus, præmiſſis Injuriis non contentus, nonnullas Terras noſtras Ducatus Aquitaniæ occupavit injuſtè, quas hactenus nobis reſtituere non curavit, licet pluries ſuper hoc fuiſſet

riſſimum, Edwardum Regem Scotiæ, de Guerra proditionaliter ſurrexerunt, & Terras noſtras, tàm in Angliâ, quàm in Scotiâ, invaſerunt,

In ſuâ pertinaciâ defendere nititur ſub cujuſdam Confœderationis velamine, inter quondam Franciæ & Scotiæ Reges dudùm initæ; virtute cujus, ſi teneret, haberet prædicto Vaſſallo noſtro (cum fuerat cum Domino J. de Balliolo, Patre dicti Vaſſalli noſtri, pro ipſo & Hæredibus ſuis facta) & non ipſi David, prout liquet notoriè, ſubvenire.

Immò, ſuppoſitâ, ſine præjudicio, Confœderatione per præfatum Philippum prætensâ, numquid dicta Confœderatio eſſe debeat Iniquitatis Vinculum? Ut propter eam eidem David, nullum Jus ad dictum Regnum optinenti, contra Deum & Juſtitiam, ſuccurrere teneatur, conſtat quòd per eam ad illicita non artatur.

De Jure verò dicti Vaſſalli noſtri, & dicti David Injuriâ, ſatis innoteſcere confidimus toti Mundo;

Nam, ortâ dudum, inter dictum J. de Balliolo, & Robertum de Bruys, Patrem dicti David, & alios Competitores, ſuper Jure Regni Scotiæ, coram, celebris memoriæ, Domino E. Rege Angliæ Avo noſtro, Superiore Domino Scotiæ, Materiâ Quæſtionis, dicta Quæſtio tàm in Romanâ Curiâ, quàm in Univerſitatibus, & Studiis Generalibus, ac variis Locis aliis, a Juris Peritis ſolempniter extitit diſputata.

Et demùm, juxta Deciſiones eorundem, dictum Regnum per dictum Avum noſtrum, Judicem ratione Superioritatis ſuæ in hac parte Competentem (CUM SEMPER REGES ANGLIÆ FUERINT SUPERIORES DOMINI SCOTIÆ, ET REGES SCOTIÆ IPSIS FIDELITATEM ET HOMAGIUM PRÆSTITERUNT) per Centum Virale Judicium, judicatum fuit præfato Johanni, Sibi & Succeſſoribus ſuis optinendum, & abjudicatum ſententialiter præfato Roberto, & Competitoribus memoratis.

Qui quidem Johannes dictum Regnum diù pacificè tenuit & quietè, donec prætatus Robertus de Bruys, Tyrannus Sacrilegus & Perjurus, in dictum Regnum violenter & proditionaliter ſe intruſit; Quod ſic, dùm vixit, tenuit vitioſè.

Per quod liquet dictum David, volentem ſibi ſuccedere, Jus aliquod non habere, cum dictum Poſſeſſionis Vitium ſit reale, & ſic obeſſe debeat Succeſſori.

Et cùm, in Expeditione Guerræ noſtræ contra dictos Scotos, in Scotiæ partibus ageremus, idem Philippus, intelligens in extremâ Neceſſitate poſitos, ſolempnes Nuncios nobis tranſmiſit in Angliam, ut, ſub colore dicti Sancti Paſſagii, & pro ſubducendis Impedimentis hujus, nos a dictis partibus revocaret.

Nos autem, ne dici diſcribi poſſemus Impeditores Paſſagii, properavimus in Angliam, dictis Nunciis occurſuri; qui nobis pro certo promiſerant, quòd præfatus Philippus dictos Scotos contra nos non foveret, ſi vellemus Viæ Pacis rationabilis conſentire.

Propter quod, & ſub ſpe Pacis, per Mediationem dictorum Nunciorum faciendæ, a Proceſſu dictæ Guerræ, non ſine Detrimento graviſſimo, deſtitimus; Treugas & Guerræ Sufferentiam concedendo.

Quibus durantibus dicti Scoti, qui doloſè ſemper egerunt, bonæ memoriæ, Comitem Atholiæ, & alios Nobiles & Fideles noſtros

poſſent ex ſuſcitatione Guerræ inter Nos & Ipſum vereſimiliter provenire, miſimus ad eum, ex continuatâ Simplicitate Minoris Ætatis, ſolempnes Nuncios, cum Poteſtate ſufficienti ad Tractandum & Concordandum tàm de dicto Paſſagio, quàm de Brigis & Debatis inter nos, occaſione Suppriſorum in Ducatu prædicto pendentibus, & etiam de Loco, quo poſſemus perſonaliter convenire, necnon ad loquendum cum dicto David de Bruys, ſuper rationabili viâ Pacis.

Set præfatus Philippus cum dictis Nunciis, ſuper dictis Paſſagio vel Debatis, aut Adventu noſtro in Franciam, tractare noluit vel loqui; quin immò, habito ſuperficiali Tractatu de Facto Scotiæ, dixit finaliter ſe velle dictum David & ſuos defendere juxta Vires, & ſic, omnem Tractatum diſſolvens, dictos Nuncios abire præcepit.

Et licet poſtmodùm, ipſis repetitis, promiſerat ad nos ſuper hiis ſuos Nuncios deſtinare, hoc tamen facere non curavit; ſet, latens Virus præconceptum non valens ulterius occultare, Gladium, quem ad Expugnationem Inimicorum Fidei ſe vibrare, ſub Sanctitatis Ypocriſi, ſimulavit, contra Nos, & noſtros, verè Catholicos, evaginat ex inſatiabili deſiderio dominandi; ſicut oſtendunt apertæ Conductiones Stipendiariorum Armatorum, Claſſes Navium, & aliæ Providentiæ Victualium & Armorum, quas ad Expugnandum Nos & noſtros facit ſumptuosè præparari; mandans ſuis Subditis, quampluribus & aliis, puris ſuis Conductitiis, Edicta feralia, nullâ nobis Diffidatione præmiſsâ, de noſtris Fidelibus & eorum Navibus deſtruendis, & Bonis deprædandis, ita quòd ſibi pro medietate reſpondeant de Rapinâ.

Qui, juxta ſcelerata Mandata ſua!, ſuper hoc ſibi facta, cum Navibus & Galeis Armatis, Inſidiantes noſtris Fidelibus ſuper Mare, nonnullas Naves Regni noſtri, onuſtas Mercibus, ceperant & deprædârunt, ac Homines exiſtentes in eis, nullius Mali conſcios, nequiter occiderunt, &, Inſulam noſtram de Gerneſey Invadentes hoſtiliter, Eccleſias, & Ædificia ſingula redigerunt in miſerabilem cibum Ignis, Interficientes quos illuc invenerant, Ætati, Sexui, vel Ordini non parcendo, & alia Mala Nobis & noſtris intulerunt, quæ longum foret per ſingula referare.

Set, ut, non taceatur de unâ Inauditâ Sævitiâ (quam fecerunt Ipſi) quoſdam Piſcatores ſimplices Anglicos, qui nichil omninò deliquerant, ſuper Mare ceperunt, &, in eorum Facies (quæ, cùm ſint ad ſimilitudinem Cœleſtis pulchritudinis formatæ, non deberent, etiam ſi fuiſſent flagitioſi peſſimi, maculari) inhumaniter ſævientes, Naſos & Aures abſciderunt, & (quod eſt horrendum auditu & relatu verecundum) amputata ſibi Membra Pudoris (quæ quiſque haberet pro Humanitate velare) poſuerant in ore ſingulorum; ſicque ducentes eos Nudos per Villam de C in Spectaculum & Contumeliam Anglicæ Nationis, fecerunt ipſos crudeliter decollari.

Nos autem, jàm primò, per Dei gratiam, ad Majorem Ætatem provecti, videntes Repentas nobis, contra Nobilitatis Debitum, pro Bonitate Malitiam & Verecundiam pro Honore, necnon de Jure ad dictum Regnum Franciæ nobis competenti pleniùs informati, omnia & ſingula, quæ priùs per Simplicitatem Minoris Ætatis, & Juris ignorantiam, ac propter Impreſſionem & Metum præfati Philippi, fecimus contraria vel adverſantia Proſecutioni Juris noſtri in hac parte, reprobamus, &, quatenus de facto proceſſerunt, in irritum revocamus;

Ac dictum Regnum, ut Hæreditatem noſtram Legitimam, quam nunquam repudiavimus, nec Juri noſtro prædicto renunciavimus, quantum de Jure poſſumus, agnoſcimus, & ipſam Hæreditatem noſtram adire, & nos eidem immiſcere, ac de Summi Re-
* V. 163. gis (qui reſiſtit Superbis, & Humilibus dat gratiam) * Auxilio confidentes, contra dictum Occupatorem injuſtum, Juri, Humilitati, & Rationi non cedentem, ſet ad noſtri & noſtrorum Exterminium totis viribus innitentem, Jus noſtrum proſequi viis lici-

ſtris Obſequiis viderit expedire, m. 2.

Et cum Hominibus, Galietis, Marinariis ſive Nautis, de Morâ ſuâ, nobiſcum contra nobis Adverſantes faciendâ, Tractandum & Concordandum,

Necnon Ipſos ab Aſſiſtentiâ & Auxilio, noſtris Adverſariis impendendis viis quibus poterit retrahendum,

Vadia, Stipendia, & Remunerationes, ipſis promittendum & conſtituendum,

Aliumque, de quo confiderit, ad præmiſſa facienda loco ſui ſubſtituendum,

Et ea, quæ ſic per præfatum Nicholinum vel Subſtitutum ſuum facta fuerint, quacumque firmitate vallandum,

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum habituros, &c, quatenus ad nos attinet, effectualiter Impleturos, quicquid per prædictum Nicholinum, vel Subſtitutum ſuum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Gandavum, octavo die Februarii, Anno Regni noſtri Franciæ Primo, Angliæ verò Quartodecimo.

Per Regem.

Super Regno Franciæ ad Regem hereditarie devoluto, Declaratio Regis.

EDward, par la Grace de Dieu, Roy de France & d'Angleterre, Seigneur d'Irlande, & Ducs d'Aquitaine, as touz Piers, Prelatz, Ducs, Countes, Barons, Nobles, & Communes, du Roialme de France, de quel Eſtat ou Condicion q'ils ſoient, coniſſance de verite. Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Franc. 14. E. 3. m. 1. * V. 164.

* Por ceo, que notoire choſe eſt, qe Monſieur Charles, de bone memoire, n'adgaires Roi de France, moruſt Seiſi Heritablement du Roialme de France,

Et que nous ſumes Fitz a la Soer Germeyne le dit Sire Charles, apres qi Mort le dit Roialme de France nous eſt notoirement par droit Heritage eſcheu, & devolut,

Et que Sire Philip de Valoys, Fitz al Uncle le dit Sire Charles, & enſi en plus loingtiſme Degree que nous ne ſumes, s'eſt abatuz, contre Dieu & Droiture, en dit Roialme par poair, tant come nous eſtoiems de Meindre Age, & le detient enſi Torcenouſement,

Si, avoms, par bone & grande deliberacion, en Affiance de Dieu, & des bones Gentz, empris le Noun & le Governement du dit Roialme, come nous devoms,

Et ſi ſumes en ferme Purpos de faire Gratiouſement & Debonoirement od ceux, que voillent faire devers nous lour Devoir,

Et n'eſt mye noſtre entencion de vous tollir non duement voz Droitures,

Mes penſons de faire droit a touz, & de reprendre les Bones Leis & les Cuſtumes, que furent au temps noſtre Aunceſtre Progenitour Saint Lowys Roi de France,

Et auxi n'eſt mye noſtre volentee de quere noſtre Gaigne, en veſtre Damage, par Eſchanges de Monois, ou par Exactions ou Maletoltes nient dues, Car (la Dieu merciz) aſſetz en avoms por noſtre Eſtat & noſtre honour maintener,

Einz voloms noz Subgitz, tant come nous purrons, eeſer, & les

Digitized by Google

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Ibid.

ROY as Rewardeur, Eskeuyns, Conſelx, & Communalte, de la Ville de Lyle, Coniſtance de Verite.

Por ceo que notoire choſe eſt *&c. ut ſupra uſque ibi*, par quoi Voloms & Grantoms, de noſtre Grace & Debonairete, que ſi vous voillietz vous Adreſcer a nous, en manere come, nous Chiers & Foialx, les Bones Gentz du Paiis de Flandres, ont fait en regard de Dieu & de noſtre Droit, & nous Reconoiſtre veſtre Droit

* V.765. Roi, & faire a nous veſtre devoir, entre cy & la * Feſte de Paſch, prochain avenir, ſoietz reſceivez a noſtre Pees, & en noſtre eſpeciale Protection & Defenſe, & que vous eietz pleinement voz Poſſeſſions & voz Biens Moebles & Nonmuebles, ſantz rien Pardre, ou eſtre Grevez, pur Choſe fait countre nous en Temps Paſſe, & vous voilloms ſauver & maintener par toutes les Voies, que nous pooms, come par reſon faire devons.

Don. &c.

Semblables Lettres ſount mandes as Villes ſouzeſcriptz, C'eſt aſſavoir,

Doyway, Betoyne, Aer, Aratz, Seint Omers, Terueye.

Quod Johannes de Sancto Paulo habeat cuſtodiam magni Sigilli ſolus.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 1. m. 42. d.

EDward, eiſnez Filz au Noble Roi d'Engleterre, Duc de Cornewaille, Count de Ceſtre, & Gardeyn d'Engleterre, a, noz Chiers & bien Amez, Sires Johan de Seint Pool, Michel de Wach, & Thomas de Bamburgh, Clers de la Chancellerie noſtre Treſchere Seigneur & Piere le Roy, Saluz.

Come n'adgaires, apres la mort —— l'Eveſque de Loundres, Chauncellor noſtre dit Treſchere Seigneur, par Avis & Aſſent, l'Onurable Piere en Dieu —— l'Erceveſque de Cantirbirs, & d'autres du Conſeil ceſtes parties, vous euſſienz mandez par noz Lettres, que vous receuſſez le Grant Seel noſtre dit Seigneur, quel le dit —— Eveſque avoit en garde, & le garduſſez bien & ſauvement, deliveraunt toutes les Communes Boloignes de la Terre, juſqes a tant que noſtre dit Treſchere Seigneur euſt ſur ceo mande ſa volunte,

Et ja noſtre dit Seigneur nous eit ſignifie par ſes Lettres, coment il ad Ordene, par aſſent de ſon Conſeil es parties de dela, qe vous, Sire Johan de Seint Pool, eiez la Garde du Grant Seel ſuſdit, juſques a tant q'il en eit autrement ordeine,

Mandans a nous que ſur ce vous faceons avoir Commiſſion, ſout le dit Grant Seal, en manere qe apertient,

Vous mandoms que, ſouz meſme le Grant Seal, facez faire ladite Commiſſion en due fourme; par quele vous, Sire Johan, avantdit eiez deſore la Garde du dit Seal, ſolone la volunte & ordenance noſtre treſchere Seigneur avantdit.

Don. ſouz noſtre Prive Seal, a noſtre Manoir de Kenyngton, le 13 jour de Feverer, l'An du Regne noſtre Treſchere Seigneur & Piere le Roy ſuſdit Quatorziſme.

Et MEMORANDUM *quòd prædictus Johannes, qui Sigillum prædictum prius habuit in Cuſtodiâ ſuâ, ſub ſigillis prædictorum Michaelis & Thomæ, decimo ſexto die Februarii, proximò ſequente,*

tus Dunolmenſis ibidem, juxta formam Regulæ ſuæ, pro præmiſſis Caſtigandus, rediens, & ſtatim poſt hujuſmodi Reditum ſuum de præmiſſis Allocutus, & inde Convictus, ac ab eodem Prioratu de Coldyngham per præfatum Priorem Dunolmenſem, Occaſione præmiſſâ, Amotus, ſpontaneâ voluntate ſuâ, poſt Amotionem hujuſmodi, dictum Prioratum de Coldyngham reſignavit, omni Juri, quod in eodem Prioratu de Coldyngham habuit, renunciaverit, ſicut per Inſtrumentum Publicum, inde confectum, liquere poterit evidenter,

Fraterque Alexander de Lameſleye, Monachus dictæ Domûs Dunolmenſis, ratione Reſignationis & Renunciationis prædictarum, per Priorem & Conventum Dunolmenſem ad prædictum Prioratum de Coldyngham, ſic vacantem, Præſentatus; & in eodem per præfatos Priorem Sancti Andreæ Capitulum loci illius Inſtitutus fuerit & Inductus, prout antea fieri ſolebat,

Prædictus tamen Willielmus, in Cuſtodiâ, ſecundum formam Regulæ ſuæ Caſtigandus, Detentus, ſe Juſtitiari & Caſtigari non permittens, ſet Malitiam ſuam, ſic inceptam, ſatagens continuare, Muros dicti Prioratûs Dunolmenſis noctanter ut Apoſtata transcendens, & ad nos ad partes Tranſmarinas ſe transferens, in tantum verſus Nos, tacitâ veritate, de præmiſſis fuit proſecutus, quòd per Breve, de Privato Sigillo noſtro, tibi extitit demandatum ut Baroniam de Coldyngham, cum Pertinentiis, quæ eſt parcella dicti Prioratûs de Coldyngham, in Manum noſtram ſeiſiri, & Exitus & Proficua, indè provenientia, de tempore in tempus, prout Levati eſſent, præfato Willielmo, pro Statu ſuo & Honore potius manutenendis, faceres deſtinari,

Prætextu cujus Mandati Baronia illa, cum Pertinentiis, per Te in Manum noſtram eſt Seiſita, ſicut tu nobis in Cancellariâ noſtrâ Angliæ, ad Mandatum noſtrum, tibi, ad Proſecutionem dictorum Prioris & Conventûs Dunolmenſium, indè nobis aliâs Conquerentium, directum retornaſti, eademque Baronia in Manu noſtrâ, occaſione præmiſſâ, adhuc exiſtat,

Velimus, præmiſſis debitè conſideratis, jubere Manum noſtram de eâdem Baroniâ amoveri, & Eam præfatis Priori & Conventui Dunolmenſibus Tenendam, prout eam tenuerunt ante Captionem ſupradictam, reſtitui jubere.

Et quia, per dictum Inſtrumentum, coram, Dilecto & Fideli noſtro, Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, Cuſtode Regni noſtri, ac Magnatibus de eodem Regno, & Concilio noſtro, in dicto Parliamento exiſtentibus, Exhibitum apparet quòd præfatus Willielmus dictum Prioratum de Coldyngham reſignavit, & omni Juri, quod ſibi in eodem competiit, renunciavit, ac per Homines Fidedignos, in eodem Parliamento, eſt Teſtificatum quòd dictæ Reſignatio & Renunciatio factæ fuerunt, ut eſt dictum,

Quódque dicti Prior & Conventus Dunolmenſes, virtute earumdem Reſignationis & Renunciationis, præfatum Alexandrum, jam defunctum, ad dictum Prioratum de Coldyngham, qui ad eundem Admiſſus, & in eodem Inſtitutus fuit & Inductu, ac Statum ſuum poſtmodùm per unum Annum & amplius continuavit, præſentaverunt,

Et quòd præfatus Willielmus, qui pro diverſis Tranſgreſſionibus, Incontinentiâ, & aliis Criminibus, & Exceſſibus, undè ſic Convictus extitit, Pœnitentiæ ſuæ mancipatus fuit, Cuſtodiam, in quâ detinebatur, fregit, & ſe noctanter ultra Muros dicti Prioratûs Dunolmenſis tranſtulit, & ad Nos ad dictas partes Tranſmarinas

E. 3. Scot. 14. E. 3. m. 15.

Quia, pro Salvatione & Defenſione Regni noſtri, contra Hoſtiles Scotorum Invaſiones, & ad ipſorum Inimicorum noſtrorum Nequitiam Repellendum, in præſenti Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium convocato, ordinatum exiſtit,

Quòd Homines ad Arma, Hobelarii, & Sagittarii, uſque ad certum Numerum (quem vobis duximus intimandum) de Comitatu Eborum, ad partes Marchiæ Scotiæ proficiſcantur, ita quòd ſint apud Novum Caſtrum ſuper Tynam die Dominicâ im medio Quadrageſimæ proximò futurâ, exindè ad Vadia noſtra, in Comitivâ, Magnifici Principis, Domini Edwardi, Regis Scotorum Illuſtris, Capitanei Excercitûs noſtri verſus partes illas, per Aviſamentum & Conſilium, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Henrici de Percy & Radulphi de Nevill, contra dictos Scotos in Obſequium noſtrum profecturi,

Nos,

Volentes præmiſſa Executioni demandari, ac de veſtrâ circumſpectâ Fidelitate pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad exponendum Prælatis, ac cæteris Abbatibus, Prioribus, Magnatibus, Militibus, & aliis Hominibus ad Arma, quos apud Eborum, die Lunæ, in primâ Septimanâ Quadrageſimæ, proximò futurâ, cum dierum continuatione, venire mandavimus, Ea quæ ſic in dicto Parliamento, ſuper Negotio prædicto, Tractata & Ordinata fuerunt,

Et ad Tractandum & Concordandum cum Magnatibus, Militibus, & aliis Hominibus ad Arma, de Comitatu prædicto (quorum Nomina in quâdam Cedulâ vobis fecimus liberari) ac cum aliis (ſi fortè aliqui, in dictâ Cedulâ nominati, Infirmitate detenti, vel aliâ legitimâ Causâ fuerint impediti, quominus in dictum Obſequium noſtrum poterunt proficiſci) Loco ipſorum, ſic Impeditorum, tàm pro Se, quàm Hominibus ad Arma, & Sagittariis, quos ſecum ad dictas partes Marchiæ ducent, ſuper Progreſſu ſuo hujuſmodi, & de Vadiis, ſive aliquibus Pecuniarum Summis, conjunctim, ſive ſingillatim, a tempore quo de dictâ Villâ Novi Caſtri verſus dictas partes ſe moverint, & in Obſequio noſtro in Marchiâ prædictâ fecerint, percepturis,

Et ad dictos Magnates, Milites, Homines ad Arma, & alios prædictos, ad hoc Excitandum & Inducendum, & etiam Compellendum, modis & viis quibus melius videritis expedire.

Et ad Deputandum & aſſignandum Alios, in ſingulis Trithingis, Wapentachiis, & Libertatibus, in Comitatu prædicto (quos idoneos noveritis in hac parte) ad Levandum de Hominibus Trithingorum, Wapentachiorum, & Libertatum eorumdem, ſumptus neceſſarios pro Expenſis illorum, in Obſequio noſtro ſic profecturorum, quouſque ad Villam Novi Caſtri venerint ſupradictam, prout ad minus Dampnum Populi noſtri partium illarum fuerit faciendum, ita quòd Profectio dictorum Hominum in Obſequium noſtrum (quos benè Arraiatos & Armatos, videlicet, quemlibet eorum juxta ſtatûs ſui decentiam, apud dictam Villam Novi Caſtri

* V.168. ſuper Tynam, in medio Quadrageſimæ * eſſe ordinavimus omnimodo) nullatenus prorogetur, nec aliqualiter retardetur,

Et ad omnia alia & ſingula, quæ præmiſſa contingunt, faciendum & explendum, prout pro fœliciori & maturiori Expeditione Negotii prædicti videritis faciendum:

Et ideò vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, diſtrictiùs injungendo, mandamus, quòd circa præmiſſa facienda & explenda, ſicut prædictum eſt, cum omni diligentiâ & ſolicitudine, quibus poteritis, omnibus aliis prætermiſſis, intendatis.

Damus autem Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, ac Ballivis, Miniſtris, & Fidelibus noſtris, tàm infra Libertates, quàm extra, tenore præſentium, firmiter in mandatis, quòd Vobis, Quatuor, Tribus, & Duobus veſtrum, & Deputandis a vobis, in præmiſſis omnibus & ſingulis faciendis & exequendis, Intendentes

Pro Comitiſſa de Mynteth.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, ſalutem. Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Liberat. 14. E. 3. m. 8.

Cùm nos,

Nuper compatientes Statui, Dilectæ nobis, Aliciæ Comitiſſæ de Mynteth, quæ ad Fidem noſtram exiſtit, & in Angliam moratur,

Conceſſerimus eidem Comitiſſæ Viginti & Sex Solidos & Octo Denarios, percipiendos ſingulis Septimanis ad Scaccarium noſtrum, pro Suſtentatione ſuâ, quamdiu noſtræ placeret Voluntati, vel quouſque de Statu ſuo aliter duceremus ordinandum,

Et Nos, volentes præfatæ Comitiſſæ Gratiam uberiorem facere in hac parte, Duodecimo die Julii, proximò præterito, conceſſerimus prædictam Summam Viginti & Sex Solidorum & Octo Denariorum, percipiendorum ſingulis Septimanis ad Scaccarium noſtrum, ad totam Vitam prædictæ Comitiſſæ, vel quouſque ſibi de eâdem Summâ, aut valore ejuſdem, alibi per nos quocumque modo fuerit proviſum, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus quòd eidem Comitiſſæ Id, quod Ei a retro eſt de prædictis Viginti & Sex Solidis & Octo Denariis, a prædicto Duodecimo die, & etiam hujuſmodi Viginti & Sex Solidos & Octo Denarios exnunc, ſingulis Septimanis, de Theſauro noſtro ſolvatis, juxta tenorem Litterarum noſtrarum prædictarum,

Teſte Cuſtode prædicto apud Kenyngton, viceſimo die Februarii.

* *Pro Hominibus Gandavenſibus, de diſtringendo.* * V.169.

REX Majori & Ballivis ſuis de Gippewico, Salutem. Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. p. 1. m. 41. d.

Querelam quorumdam Hominum Villæ de Gaunt in Flandriâ recepimus, continentem quòd, cùm Thomas Valiaunt, nuper Mercator Johannis de Whatfeld de Gippewico, defuncti, emiſſet de præfatis Hominibus, in dictâ Villâ de Gaunt, ad opus ipſius Johannis, quoſdam Pannos pro Quadringentis Florenis Auri, pretii cujuſlibet Floreni Sex Solidorum Sterlingorum, de quibus quidem Florenis vel eorum Pretio eiſdem Hominibus, vel Attornatis ſuis, nondum eſt ſatisfactum, prout ex parte Johannis de Matten & Henrici Allingdreſche, quos iidem Homines ad dictum Negotium proſequendum coram nobis deputârunt, intelligi nobis datur,

Per quod nobis ſupplicârunt ut Eis, ſuper Recuperatione Debiti prædicti, Juſtitiam fieri jubere velimus,

Nos,

Ad hoc quòd Homines dictæ Villæ de Gaunt, pro Juribus noſtris, in partibus Tranſmarinis recuperandis, erga nos & noſtros benè & laudabiliter ſe geſſerunt, & de Die in Diem ſe gerere non deſiſtunt, conſiderationem habentes, & volentes, eo prætextu, Negotium prædictum favorabiliùs & gratioſiùs expediri,

Vobis mandamus quòd, auditâ Querelâ ipſorum Hominum, vel Attornatorum ſuorum prædictorum, & vocatis coram vobis Hæredibus & Executoribus Teſtamenti prædicti Johannis, auditiſque tàm prædictorum Hominum, vel Attornatorum ſuorum prædictorum, quàm prædictorum Hæredum & Executorum, indè Rationibus,

Si mòdo legitimo vobis conſtare poterit Florenos prædictos eiſdem Hominibus ex causâ prædictâ deberi, ſicut prædictum eſt, tunc ulteriùs præfatis Hominibus, vel Attornatis ſuis prædictis, ſuper Recuperatione Florenorum prædictorum, vel Pretii eorumdem,

Digitized by Google

giam.

Teſte ut ſupra.

Item eodem modo mandatum eſt ſubſcripiis de publicando Impreſſiones Sigillorum prædictorum in locis ſubſcriptis; videlicet,

R. Epiſcopo Dunolm vel ejus Seneſcallo infra Libertatem Dunolmenſem, de publicando &c. infra eandem Libertatem.

Edwardo Duci Cornubiæ & Comiti Ceſtriæ, vel ejus Juſticiario Ceſtriæ, de publicando &c. in Comitatu Ceſtriæ.

Th. Epiſcopo Herefordenſi Cuſtodi Terræ Regis Hiberniæ, vel ejus Locum tenenti ibidem, de publicando, &c. in Terra prædicta.

Seneſcallo Regis Vaſconiæ, de publicando &c. in Ducatu prædicto.

Cuſtodi Villæ Berewici, de publicando &c. in Villa illa & in Terris Regis in Scotia.

Theſaurario & Baronibus de Scaccario, de publicando, &c. in Scaccario prædicto.

Juſticiariis Regis de Banco, de publicando, &c. in Banco illo.

Ricardo de Wylughby & Sociis ſuis Juſticiariis Regis ad Placita coram Rege tenenda, aſſignatis, de publicando &c. in locis ubi viderint expedire.

Memorandum de Reditu Regis in Angliam.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Clauſ.* 14. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 42. *dor.*

MEMORANDUM *quòd, viceſimo primo die Febrarii, Anno Regni Regis Edwardi, tertii poſt Conqueſtum, decimo quarto, idem Dominus Rex a Partibus Tranſmarinis rediit ad Regnum ſuum Angliæ, pro quibuſdam Arduis Negotiis ſuis, ibidem expediendis, & applicuit in Portu de Orewell quaſi Horâ Nonâ prædicti diei,*

Et, Venerabilis Pater, H. Lincolnienſis Epiſcopus, ac Henricus de Lancaſtria, Derbiæ, & Willielmus de Bohun, Northamptoniæ, Comites, Dominus Henricus de Feraris, & alii, a dictis partibus Tranſmarinis in Angliam ſimiliter redeuntes, in Comitiva ipſius Regis, dictis Anno, Die, & Hora, applicuerunt in Portu ſupradicto.

Qui quidem Dominus Rex, expeditis dictis Negotiis, ad prædictas partes Tranſmarinas celeriter ſe transferre proponit Domino diſponente.

Archiepiſcopo Cantuarienſi, de Parliamento ſummonito, & quod non miretur Regem ſtilum uſitatum mutaſſe.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Clauſ.* 14. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 33. *dor.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Quia, ſuper diverſis Arduiſſimis & Urgentiſſimis Negotiis, tàm Nos, & Statum, ac Defenſionem Regni noſtri Angliæ, quàm Expeditionem Guerræ noſtræ, ac Jura Coronæ noſtræ, Terraſque & Dominia noſtra, in partibus Tranſmarinis, multipliciter contingentibus, Parliamentum noſtrum, apud Weſtmonaſterium, die Mercurii, proximo poſt Diem Dominicam in medio Quadrageſimæ, proximò futuram, tenere, & ibidem vobiſcum, ac cum cæteris Prælatis, Magnatibus, ac Proceribus dicti Regni Angliæ, Colloquium habere volumus & Tractatum,

Vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus, quòd, conſideratis dictorum Negotiorum

MEMORANDUM *quòd, primo die Martii, Anno Regis Edwardi, tertii poſt Conqueſtum, videlicet, Regni ſui Angliæ Quartodecimo, Regni verò ſui Franciæ Primo, idem Dominus Rex in Palatio ſuo apud Weſtmonaſterium, videlicet, in quadam Camera ibidem, vocata la Cage-chaumbre, perſonaliter exiſtens, quoddam Magnum Sigillum, pro Regimine Regnorum, Terrarum, & Dominorum, ipſius Regis, de novo fabricatum, quod idem Dominus Rex ſecum a partibus Tranſmarinis ad partes Angliæ detulit, liberavit in præſentia Dominorum, Henrici de Feraris Camerarii dicti Domini Regis, Willielmi de Kildesby Cuſtodis Privati Sigilli ipſius Domini Regis, & Johannis Darcy le Coſyn Seneſcalli Hoſpitii præfati Domini Regis, & aliorum plurimorum, Domino Johanni de Sancto Paulo, Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, in quadam Burſa, Privato Sigillo dicti Domini Regis conſignatâ, per ipſum Johannem de Sancto Paulo cuſtodiendum, ad faciendum inde & expediendum ea quæ pro Rege & Populo ſuo requiruntur in hac parte:* Ann. D. 1340. *An.* 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 1. m. 35. d.

Qui quidem Johannes de Sancto Paulo Sigillum prædictum ab eodem Domino Rege recepit, & illud eodem die aperiri, & Brevia indè conſignari fecit.

De alio Sigillo Magno, Regi a præfato Johanne liberato.

MEMORANDUM *etiam quòd Die, Anno, & Loco prædictis, præfatus Johannes de Sancto Paulo, quoddam aliud Magnum Sigillum, pro Regimine dicti Regni Angliæ, in abſentia præfati Domini Regis, tempore quo ipſe agebat in dictis partibus Tranſmarinis, deputatum, in Cuſtodia ipſius, de Præcepto Domini Regis exiſtens, liberavit in præſentia Camerarii, Cuſtodis Privati Sigilli, & Seneſcalli, ac aliorum prædictorum, prædicto Domino Regi, in quadam Burſa, Sigillo ipſius Johannis de Sancto Paulo conſignata:* Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ibid.*

Qui quidem Dominus Rex Sigillum illud ibidem ab eodem Johanne recepit, & illud ſtatim præfato Willielmo de Kildesby liberavit, in garderoba ipſius Domini Regis cuſtodiendum.

De contrahendo Mutuum Nomine Regis.

REX Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat.* 14. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 34. * V. 171.

Noveritis quod,

Cùm Nos, pro Expeditione Guerræ noſtræ, & aliorum Negotiorum noſtrorum, in Tranſmarinis partibus, ac etiam pro Salvatione dicti Regni noſtri * Angliæ, & Anglicanæ Eccleſiæ, contra hoſtiles Alienigenarum Invaſiones, innumeras Pecuniarum Summas de Diebus in Die ſolvere coartemur,

Nos,

De circumſpectâ Fidelitate, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Henrici Lincolnienſis Epiſcopi, & Roberti de Sadyngton, pleniùs confidentes, aſſignavimus & Deputavimus Ipſos, conjunctim & diviſim, ad Contrahendum Mutuum, nomine noſtro, pro Expeditione prædictâ, cum diverſis Perſonis,

Quarum nomina, unà cum Quantitate Summarum, per ipſos

Digitized by Google

Pro Hugone de Gebennis.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 1. m. 29.

REX Collectoribus Cuſtumarum ſuarum in Portu Londoniæ, Salutem.

Cùm teneamur, Dilecto & Fideli noſtro, Hugoni de Gebennis, Baneretto de Burgundiâ, in quibuſdam Magnis Pecuniarum Summis, prout per Billas, Sigillo, Dilecti Clerici noſtri, Willielmi de Northwell, Cuſtodis Garderobæ noſtræ, ſignatas (quas idem Hugo penes ſe habet) pleniùs poterit apparere,

Nos, in Recompenſationem & Satisfactionem Ducentarum Librarum, de Summis prædictis, conceſſimus præfato Hugoni, quod Ipſe, vel Attornati ſui, Centum Saccos Lanæ in Portu prædicto Carcare, & eos uſque Brugges in Flandriâ Ducere posſint, abſque Subſidio & Cuſtumâ nobis indè ſolvendis,

Et ideo vobis mandamus quod ipſum Hugonem, vel Attornatos ſuos prædictos, dictos Centum Saccos Lanæ in Portu prædicto Carcare, & uſque prædictam Villam de Brugges, abſque Cuſtumâ & Subſidio nobis indè ſolvendis, ducere permittatis juxta Conceſſionem noſtram ſupradictam,

Recipientes a præfato Hugone, ſive ejus dictis Attornatis, Literas ipſius Hugonis Acquietantiæ, Receptionem dictarum Ducentarum Librarum Teſtificantes; & nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

*V. 173. * *Papæ ad Regem dehortatoria, ne utatur Nomine & Titulo Regis Franciæ.*

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Otho D. 11. infra Bibl. Cot.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Nuper Excellentiæ Regiæ Literis, noſtro Apoſtolatui præſentatis, & contentis in ipſis pleniùs intellectis, novus in eis deſcriptus Titulus, & Impreſſio Sigilli, Franciæ Armis & Angliæ ſculpti, ut primâ facie videbatur, Stuporis & Admirationis magnam nobis materiam miniſtrarunt.

Nempè, Fili cariſſime, quanto Te amplioris Dilectionis prærogativâ proſequimur, tanto graviùs in interioribus anxiamur, dùm perverſis & fraudulentis Conſiliis te trahi & induci percipimus ad ae, quæ non expediunt, neque decent; nec ea tacere vel diſſimulare nos intereà ſinit Affectio, quo minus ea (ut providere tibi ſuper illis conſultiùs & ſalubriùs valeas) ponamus ante oculos mentis tuæ.

Siquidem certum & indubitatum aſſeritur quædam Conſuetudo, hactenus inconcuſsè ſervata, Succeſſionem ad Regnum Franciæ, per Foemininam Lineam non admittat, Tibi (qui, ut Noſti, de Stirpe Domûs Franciæ deſcendiſti ex Foemininâ Lineâ) dicitur Succeſſio non deberi.

Etſi etiam Conſuetudo non prohiberet ad Coronam dicti Regni Succeſſorem ex Foemininâ Lineâ procedentem, ſunt profectò, claræ memoriæ, Regum Franciæ, qui gradatim, inclitæ Recordationis, Philippo Regi Franciæ, Avo tuo ſucceſſerunt, Filiæ ac Proles earum, quæ (quo ad Succeſſionem eandem) Proximiores, ut præfertur, exiſterent Regibus Patribus ſuis, quàm exiſtatis Tu & cariſſima Filia noſtra Iſabella Regina, Illuſtris Mater tua, Nata Philippi prædicti.

Sed adeò, ut præmittitur, obſervata eſt, præteritis temporibus, ipſa Conſuetudo irrefragabiliter, & etiam obſervatur, quod Succeſſionem ad Regnum prædictum ex Foemininâ Lineâ non admittit.

Cogitare autem quòd, per viam Potentiæ, Regnum poſſes oc-

Præterea æſtimamus tibi non minus diligentius advertendum, quot, quales, * & Quantos Reges, Principes, & Magnates, qui de Stirpe Domûs Franciæ proceſſerunt, aut habent Affinitatem, ſeu Confoederationem cum ipſâ, qui ſe tibi non opponebant ſuper tuis Negotiis anteà, ex Nominatione ſeu Intitulatione hujuſmodi contra Te provocares, & expreſſiùs, ſi eidem (quod abſit) inſiſteres, irritares; talemque ordiri Nominatio ipſa poſſet (quod avertat Dominus) Materiam, per quam Pacis reformatio inter Te dictumque Regem Franciæ impoſſibilis perpetuo, quantum ad humanum ſpectat judicium, redderetur. *V. 174.

Et etiam iidem Principes, & alii Regnicolæ dicti Regni, qui Se (ut vulgaris vox ſonat) priùs Mortis Periculis & perpetuis Bonorum ſuorum Perditionibus exponerent, quàm ſuſtinerent prædicta, Promptiores, Potentiores, Valentiores, & Animoſiores adverſus te, ad Defenſionem dictorum, Philippi Regis & Regni, per nominationem ſeu Intitulationem efficerentur eandem.

Nec eſt tibi (Amantiſſime Fili) ut aliàs tibi ſcripſiſſe meminimus, multum confidendum de Teutonicis & Flamingis; nam eos Affabiles & Propitios tibi reperies, quamdiu Facultates tuas poterunt exhaurire, aliàs autem de ipſorum Aſſiſtentiâ non confidas.

Et, ſi Geſta Progenitorum tuorum revolveris, qualiter erga eos ſe olim geſſerunt iidem Teutonici & Flamingi, quomodo de ipſis poſſis confidere, reperies manifeſte.

Itaque Celſitudinem Regiam rogamus, & attentè in Domino hortamur, quatinus præmiſſa, quæ de Benevolentiâ Paternâ & Affectione ſincerâ ſcribimus, benevolo ſuſcipias animo, eaque, unà cum aliis, quæ tibi circa hæc poſſunt occurrere, adducens in rectæ conſiderationis & diſcuſſionis Examen, omiſsâ Intitulatione prædictâ, Regium inclines Animum ad viam Pacis & Concordiæ, per quam, quæ tui Juris erunt, aſſequi & retinere pacificè valeas, mutuâ inter Te dictumque Regem Concordiâ reformata; ut, ſicut Nervis Sanguinis & Affinitatis jungimini, ſic ſitis perpetuo vinculo Fæderis & Amoris connexi.

Dat. Avinion. tertio Nonas Martii, Pontificatûs noſtri Anno Sexto.

Pro Willielmo de Monte Acuto, Comite Sarum, Mareſcallo Angliæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1340.

Sciatis quod, An. 14.

Cùm Nos, E. 3.

Attendentes Probitatem ſtrenuam, Dilecti & Fidelis noſtri, Pat. 14. Willielmi de Monte Acuto, Comitis Sarum, & Mareſcalli Angliæ, necnon locum magnum quem idem Comes in Negotiis, E. 3. Nos & Statum Regni noſtri contingentibus, diverſimodè præ cæteris nobis tenet, p. 1. m. 31.

Volenteſque eo prætextu, ac in Subſidium Miſſarum & Sumptuum, quos dictus Comes in Obſequiis noſtris, non abſque Statûs ſui depreſſione, indies ſuſtinet, ipſum gratioſiùs proſpicere in hac parte,

Per CARTAM noſtram DEDERIMUS & CONCESSERIMUS, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, præfato Comiti Manerium de Mertok, cum pertinentiis in Comitatu Somerſetiæ;

Quod fuit Johannis de Fienles, & quod per Foriſfactum ipſius Johannis ad Manus noſtras tanquam Eſcaeta noſtra devenit,

HABENDUM & TENENDUM eidem Comiti, & Hæredibus ſuis, unà cum Feodis Militum, Advocationibus Abbatiarum, Prioratuum, & Eccleſiarum, & omnibus aliis, ad idem Manerium qualitercumque & ubicumque ſpectantibus, de Nobis & Hæredibus noſtris, ac aliis Capitalibus Dominis Feodi illius, per eadem Servitia, per quæ dictum Manerium tenebatur, antequam ad

Digitized by Google

cum Alligatis partis adverſæ, ſuper reſumptione Tractatus hujuſmodi, ſi eis videretur expediens, loquerentur, &c, ſi de die Tractatus poſſent mutuo convenire, Nuncios noſtros ad dictum diem libentiſſimè mitteremus;

A quibus ſuper hoc Reſponſum indies expectamus, ita quòd nos nuſquam diffugiemus Tractatum Amicabilem & Conſentaneum Rationi; quod de nobis ſentire dignetur veſtra Benignitas, & de Diſcontinuatione dicti Tractatus excuſatos, ſi placuerit, nos habere.

Cæterùm, ut cum Pace Sanctitatis veſtræ loquamur, magna nobis ingeritur admirandi materia, quod Procuratores noſtros, ad proponendum contra Magiſtrum Willielmum la Zouche, qui Electum Eborum ſe prætendit, licet noſtrum notoriè verſetur Intereſſe, ex eo quod idem Williemus Electionis ſuæ Negotium, Aſſenſu noſtro Regio non petito nec optento, in enervationem Prærogativæ noſtræ Regiæ, ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam confirmatæ, proſequi nititur coram vobis, quique nobis fuit, Electionis ſuæ prætenſæ tempore, & adhuc eſt, ad reddenda Ratiocinia de multis & magnis Adminiſtrationibus Obligatus & multipliciter Criminoſus, veſtra Sanctitas non admiſit, prætenſo colore Scandali quod ex admiſſione Procuratorii noſtri, in quo Regem Franciæ nos ſcribimus, poſſet veriſimiliter exoriri; quod utique graviùs, quam exprimere poſſumus, nos conturbat, veſtræ Clementiæ referre potenmt.

Super hiis autem & aliis, cordi nobis inſidentibus, præſertim deſiderata nobis præ cæteris Promotione & Honoris augmento, Secretarii noſtri prædilecti, Willielmi de Kyldesby, Electi Eborum, Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Johannem Wawayn, &, Dilectum nobis in Chriſto, Fratrem Thomam de Inſulâ, Priorem Fratrum Ordinis Prædicatorum Wyntoniæ, ad Sanctitatis veſtræ Curiam tranſmittimus informatos, ut, Venerabilis Vir, Magiſter Willielmus de Norwico, Decanus Lincolnienſis (quem per ipſos ſuper hiis informari mandavimus) & illi Sanctitati veſtræ ſuper hiis aperiant pleniùs Mentem noſtram; quibus ſuper dicendis in hac parte dignetur (quæſumus) veſtra Benignitas dare fidem.

Conſervet, &c.

Dat. apud Langele, decimo quarto die Martii.

---

* V.176.

* *Ad Cardinales de Credentia.*

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Ibid.

PATER Reverende & Amice cariſſime,

Cùm nos, Dilectos & Fideles noſtros, Magiſtrum Johannem Wawayn, & Fratrem Thomam de Inſulâ, Priorem Ordinis Prædicatorum Wyntoniæ, Nuncios noſtros pro certis Negotiis, quæ multum inſident cordi noſtro, ad Sedem Apoſtolicam deſtinemus,

Amicitiam veſtram (de quâ fiduciam gerimus ſpecialem) requirimus, & rogamus Affectu pro poſſumus ampliori, quatinus præfatis Nupciis, & eorum alteri, Fidem, ſi libeat, Credulam adhibentes, ad promovenda dicta Negotia (præſertim, Secretarium noſtrum prædilectum, Willielmum de Kyldesby concernentia) per eoſdem veſtræ Paternitati latiùs exprimenda, dignemini efficaciter interponere partes veſtras; mandantes nobis fiducialiter veſtra Beneplacita, ad quorum Executionem promptam gerimus voluntatem.

Ad Papam, ſuper Diſpenſatione inter Hugonem le Deſpenſer & Filiam Comitis Sarum.

PAPÆ Rex, &c.

Redeuntes ad nos, Clerici noſtri quàm dilecti, Magiſtri, Johannes de Offord, Archidiaconus Elienſis, & Johannes de Thoresby, Canonicus Eccleſiæ Suwell, ad Sanctitatis veſtræ præſentiam in noſtro Nuncio nuper miſſis, nobis, inter alia, retulerunt qualiter Sanctitatem veſtram, juxta Injunctionem noſtram, ſuper hoc eis factam, pro optinendâ quadam Diſpenſatione ſuper Matrimonio inter, Dilectum & Fidelem noſtrum, Hugonem le Deſpenſer, & Elizabeth, Filiam ſpectabilis Comitis Sarum & Mareſcalli Angliæ prædicti noſtri (non obſtante * Affinitate, quâ mutuo ſe attinent) contrahendo humiliter inſtiterunt. Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Ibid. * V.177.

Et quod eis veſtra Sanctitas benignè reſpondit, quòd dictam Diſpenſationem adhuc duceret differendam, quia non videtur vobis forè tutum, ut ipſum in Regno noſtro nimium attollamus, qui libenter forſan, ſi poſſet, contra ipſos inſurgeret, qui in Necem Parentum ſuorum primitùs conſenſerunt: ſuper quo bonam Deliberationem voluit veſtra Clementia nos habere.

Et quidem (Pater Sanctiſſime) Paternalis Affectionis veſtræ dulcedinem in hoc merito contemplamur; & juxta Sacram Perſuaſionem veſtram ſuper hoc Deliberationem habuimus diligentem, & videtur Nobis, & Peritis, nobis aſſiſtentibus, quod, inſpecta qualitate temporum modernorum, ad fomentum Pacis & Dilectionis in Regno noſtro Angliæ, & præſertim in Walliâ, dicta Conjugalis Copula eſſet plurimùm oportuna,

Quinimmo jam nobis plus expediret habere Fideles noſtros unanimes, quàm alio tempore nocere poſſet eorum Diviſio, quam per Dei gratiam non credimus veriſimiliter evenire.

Quamobrem veſtræ Beatitudini multiplicatis Precibus ſupplicamus quatinus, ad magnum noſtri Solatium, & dicti Comitis Recreationis augmentum, dictæ Diſpenſationis Gratiam miſericorditer concedere dignemini, juxta formam Supplicationis noſtræ, præſentibus intercluſæ.

Nota namque verecundiæ non careret ſi poſt tot Precum congeriem dictæ Supplicationis pateremur Repulſam; quod dignetur (petimus) Paterna Benivolentia, ſi placuerit, ponderare, & propter hoc gratioſiùs condeſcendre votis noſtris.

Ad proſequendum autem dictæ Diſpenſationis negotium idem Comes, dilectum nobis in Chriſto Fratrem, Thomam de Inſula, Priorem Fratrum Ordinis Prædicatorum Wyntoniæ, duxit ſpecialiter tranſmittendum; quem conſideratione noſtri habere velitis, ſi placet, ſinceriùs commendatum, & ipſum remittere celeriùs & gratioſiùs expeditum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

De tractando ſuper Sponſalibus inter Primogenitum Domini de le Breto, & Filiam nuper Comitis Kantiæ.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3 Vaſc. 14. E. 3. m. 23.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De Fidelitate probatâ & Circumſpectione providâ, Dilectorum &

[illegible] Hill, unà cum omnibus & ſingulis aliis Terris & Tenementis, quæ fuerunt Johannis Stiward Militis infra Regnum noſtrum Scotiæ quocumque Jure ſeu Titulo, & quæ ad Manus noſtras per Foriſfacturam ejuſdem Johannis devenerunt.

Habendum & Tenendum eidem Thomæ, & Hæredibus ſuis, de Nobis, & Hæredibus noſtris, unà cum Feodis Militum, Wardis, Releviis, Eſchaetis, Foriſfacturis, ad prædicta Terras & Tenementa quoque modo ſpectantibus, Maritagiis, Advocationibus Eccleſiarum, Libertatibus, Aiſiamentis, Tol & Theine, Infangthef, Utfangthef, Commoditatibus, & Pertinentiis quibuſcumque, faciendo indè Nobis, & Hæredibus noſtris, Servitia indè debita & de jure conſueta,

Et, ſi contingat quòd Hæredes dicti Johannis, ſeu alii, cujuſcumque Conditionis, per conſiderationem Concilii noſtri, per Petitionem in Parliamento noſtro, ſeu alio quovis modo, dictum Manerium, cum aliis Terris & Tenementis, ut prædictum eſt, recuperent,

Volumus &, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Concedimus quòd idem Thomas eaſdem Terras pacificè poſſideat, quouſque idem Thomas habeat, de Dono, & Conceſſione noſtrâ, infra Regnum noſtrum Scotiæ, loco competenti, Valorem dictarum Terrarum & Tenementorum, & in eiidem pacificè ſeiſietur,

Habendas & Tenendas ſecundum formam Donationis noſtræ prædictæ.

In cujus rei Teſtimonium hanc Cartam noſtram eidem fieri fecimus, Sigillo noſtro ſignatam,

Hiis Teſtibus,

Henrico de Bello Monte, Comite Boghan,
David de Strabolgi, Comite Athholliæ,
Duncano, Comite de Fyf,
Gilberto de Umfrevill, Comite de Angous,
Richardo Tallebot,
Henrico de Ferrariis,
Alexandro de Montbray,
Euſtacio de Maxewell,
Militibus,
Et multis aliis.

Teſte meipſo apud Rokeſburgh, viceſimo die Octobris, Anno Regni noſtri primo.

Nos autem Donationem, Conceſſionem, & Confirmationem, prædictas Ratas habentes & Gratas, eas pro nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfato Thomæ, & Hæredibus ſuis, Concedimus & Confirmamus, ſicut Carta prædicta pleniùs Teſtatur.

Excepto tamen quòd Manerium prædictum, præfato Thomæ per ipſum Regem Scotiæ, ſic Datum & Conceſſum, de Nobis & Hæredibus noſtris, per Servitia indè debita, & de jure conſueta, juxta tenorem Cartarum, nobis per dictum Regem Scotiæ, de Terris & Dominiis, nobis per ipſum Datis, factarum, & non de præfato Rege Scotiæ, ſeu Hæredibus, aut Succeſſoribus ſuis, teneatur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, Octavo die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

E. 3. p. 1. m. 13.

ſulum, ac Communitatis Villarum de Gandavo, Brugges, & Ipre,

Suſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem univerſos & ſingulos Fideles Mercatores de partibus Iſpanniæ, Cantalauniæ, & Majoricarum, ac aliis partibus, veniendo, more pacifico & non guerrino, cum Navibus, Bonis, & Mercandiſis ſuis, verſus partes Brabantiæ & Flandriæ, necnon Mercandiſas ſuas excercendo, & ad propria, quando & prout eis placuerit, redeundo, pacificè ſicut prædictum eſt:

Ita tamen quòd præfati Mercatores inveniant Scabinis, Conſulibus, & Communitati, ſupradictis, ſufficientem Securitatem, quòd ipſi, & alii Homines, in dictis Navibus exiſtentes, Nobis, aut noſtris Subditis, vel Amicis, quocumque exquiſito colore, Dampnum non inferant aliqualiter vel Gravamen, & quòd Inimicis noſtris contra nos non præſtabunt Auxilium vel Favorem:

Et ideò vobis, & veſtrûm cuilibet, diſtrictiùs inhibemus nè, *&c. prout in Conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Aprilis.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Comite de Julers, de Penſione Annuâ Nongentarum Mercarum ſolvendâ.

Teſte Rege apud Wyndeſore, decimo octavo die Aprilis.

Ad Papam, de Credentia.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Rom. 14. E. 3. m. 6.

Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino ſuo, Domino B. Divinâ Providentiâ, Sacroſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, devota Pedum oſcula beatorum.

Sub innatæ vobis Bonitatis & Rectitudinis veſtræ fiduciâ quædam ardua, cordi nobis inſidentia, Perſuaſiones Sacras, per veſtram Clementiam nobis factas, concernentia commiſimus, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Richardo de Wyncle, Doctori Sacræ Theologiæ, Latori præſentium, veſtræ Beatitudini, ſi placuerit, ore tenus referenda,

Cujus Relationi in hac parte velitis (quæſumus) præbere Fidem Credulam & Auditum, & ipſum Richardum (virum utique magnæ Sufficientiæ & laudabilium Meritorum) habere, conſideratione noſtri, cum exhibitione Favoris & Gratiæ, propenſiùs commendatum.

Conſervet vos Altiſſimus, ad Regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Aprilis.

---

* *Memorandum de Magno Sigillo Archiepiſcopo Cantuarienſi liberato.*

* V. 180.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 1. m. 27. d.

Memorandum, *quòd die Veneris, proximo poſt Feſtum Sancti Marci Ewangeliſtæ, videlicet, viceſimo octavo die Menſis Aprilis, Anno Regni Regis nunc Angliæ decimo quarto, & Regni ſui Franciæ primo; Dominus Johannes de Sancto Paulo, Cuſtos Rotulorum Cancellariæ ipſius Domini Regis, Magnum Sigillum ejuſdem Domini Regis in quâdam Burſâ incluſum, & Sigillo præfati Johannis conſignatum.*

Quod in Cuſtodia ipſius Johannis, de Mandato dicti Domini Regis, remanſit, & quod idem Dominus Rex ad Se, per ipſum Johannem, in Cameram ejuſdem Domini Regis, vocatam La Blaunche

modum noſtrum expedire viderint, Conſentiendum, & ſuper hiis finaliter Concordandum,
Ac ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quatenus ad nos attinet, quâcumque firmitate vallandum,
Et ab ipſis Hominibus Securitatem, pro Nobis Sufficientem in hac parte, Recipiendum,
Et omnia alia & ſingula Faciendum & Excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint vel opportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,
Ipſis & Duobus eorum plenam concedimus & Committimus Poteſtatem;
Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum perpetuis temporibus habituros quicquid per præfatos, Comitem, Henricum, & Radulphum, vel Duos eorum, Tractatum & Concordatum, Vallatum & Factum, fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum.
In cujus &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, 28 die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Conſimilem Poteſtatem habent, Dilecti & Fideles Regis, Robertus de Clyfford, & Antonius de Lucy, & eorum alter, ſub eâdem Datâ.

Per alias Litteras Regis Patentes.

• V. 181.

* *De tractando ſuper finali Pace cum eiſdem.*

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ibid.*

REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*,
Dilectorum & Fidelium noſtrorum, *& tunc ſic*, Venerabilis Patris, Richardi Epiſcopi Dunolmenſis, Gilberti de Umframvill Comitis de Anegos, Henrici de Percy, Radulphi de Nevill, & Galfridi le Scrop, pleniùs confidentes,
Ad Tractandum pro Nobis, & noſtro nomine, cum quibuſcumque Hominibus Inimicis, ſeu Adverſariis noſtris de Scotiâ, de Treugis, ſeu Treugæ Sufferentiâ, ac etiam de Finali Pace, inter Nos & Ipſos, ſuper omnibus Diſſenſionibus, Demandis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, committimus Poteſtatem, *& tunc ſic*;
Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per præfatos, Epiſcopum, Comitem, Henricum, Radulphum, & Galfridum, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, Tractatum, *&c. ut ſupra.*
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De recipiendo Scotos ad Fidem & Pacem Regis.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ibid.*

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd nos,
De Fidelitate probatâ, & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Roberti de Clyfford, & Antonii de Lucy, plenariè confidentes,
Dedimus eis, & eorum alteri, plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, nomine noſtro, recipiendi ad Fidem & Pacem noſtram Homines de Scotiâ (ad Fidem & Pacem illam non exiſten-

Margaret, Cynkaunt Mille Livres d'Eſterlyngs,
Et ſur ceo Promis & Obligez Nous, & noz Heyrs, de paier la dite Somme Doublee; c'eſtaſſavoir, Cent Mille Livres d'Eſterlynges, a noſtre dit Couſyn, en cas que nous fuiſſoms en Defaute de faire & procurer les Choſes ſuſdites,
Et, a Greynure Surrete faire a noſtre dit Couſyn, aſcuns Prelatz, Contes, Barons, & autres Grantz de noſtre Roialme d'Engleterre, a noſtre priere eſpeciale, de lour Franche volente, eient Obligez eux, & lour Heirs, & cheſcun de eux en le tout, & ſoient devenuz Principales Dettours de paier la dite ſomme a noſtre dit Couſyn, & ſes Heirs, & de envoier Hoſtages a demorer, ſur certaine fourme, en Ville de Bruſſells, en cas que le dit Mariage ſe defailliſt en noſtre Defaute, & le dit paiement ne ſe feiſt as jours aſſignez,
Sicome es Lettres Patentes, enſealees de noſtre Grantz Seal, & des Seals des Prelatz, Contes, Barons, & autres Grantz Suſditz, eſt contenuz plus plein,
Nous,
Voillanz Aſſeurer & Garder des Damages, celle partie, meſmes les Prelatz, Countes, Barouns, & autres Grantz, qui ſont iſſint Obligez pur nous, a noſtre Requeſte,
Si les promettons, en bone foi, chargeantz Nous & noz Heyrs, que, ſi les choſes ſuſdites ne ſe facent (que Dieu ne voille) en la fourme avantdite, nous Garderoms, Sauveroms, & Acquiteroms les Prelatz, Contes, Barons, & autres Grantz avantditz, & lour Heirs, devers noſtre dit Couſin, & ſes Heirs de Damage, parde, & moleſte, en celle partie,
Et ſi (que Dieu defende) eux, ou nul de eux, ou lour Heirs, ſoient conſtreintz de riens paier de la dite Somme en noſtre Defaute, Nous, & noz Heirs, paieroms a eux, & cheſcun de eux, des Iſſues de noſtre Roialme d'Engleterre, quan que ils paieront pur nous, par la cauſe ſuſdite, enſemblement od Frees, Miſes, & Couſtes, s'ils nuls encourgent en celle partie,
Et, pour coo q'ils ſe ſont, a ceſt foitz, Obligez pur nous ſoulement de lour naturelle & bone volente, en regard de la Grande Neceſſite que nous avoms, ſi voloms & grantoms que ceſte choſe ne ſoit, autre foitz, treie en Exſample, ne q'ils ne ſoient, autre foitz, tenuz de ſe Obliger pur nous en autieu cas, & que Nous, & noz Heirs, ne les puiſſoms conſtreindre de faire le Paiement avantdite,
Einz voloms que ſi nul Paiement ſe deveroit faire par la cauſe ſuſdite, que ce ſoit fait pleinement par Nous, & noz Heirs, de noſtre Treſor propre.
En Teſmoignance de queu choſe, nous avoms fait faire ceſtes noz Lettres Patentes.
Don. a Weſtmonaſtier, le Tierz jour de May, l'An de noſtre Regne d'Engleterre Quatorziſme, & de France Primer.

Pro Maria Comitiſſa de Fyff.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat.* 14. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſimus, dilectæ nobis, Mariæ Cornitiſſæ de Fyff, in auxilium Suſtentationis ſuæ, Quadraginta Solidos, percipiendos ſingulis Septimanis ad Scaccarium noſtrum,
Et etiam Duas Robas per Annum, pro ſtatu ſuo competentes.

Digitized by Google

dria, & aliis Priſonibus, ac Redemptionibus, ſolvendis.

Ann D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ibid.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Walterus de Manny, nuper Guidonem de Flandriâ, & quoſdam alios Priſones, tàm in Flandriâ, quàm Franciæ partibus, de Guerrâ cepiſſet, & penes ſe, Sumptibus ſuis propriis, per aliqua tempora detinuiſſet,

Qui quidem Priſones præfato Waltero, pro Redemptionibus ſuis, Undecim Milia Librarum Sterlingorum inſtantiùs optulerunt,

Noſque poſtmodùm, ad ſolicitam Requiſitionem Burgimagiſtrorum, Scabinorum, & Conſulum, ac aliorum proborum Hominum, Flandriæ,

Quibus ob laudabilia Obſequia, quæ nobis, pro recuperandis noſtris Juribus Hæreditariis, indies impendere non deſiſtunt, Se & Sua in noſtris Obſequiis exponendo, & eiſdem Obſequiis noſtris abſque diſſimulatione fideliter inhærendo, ſumus propter ea ſpecialiter obligati,

Præfatum Guidonem, & quoſdam alios Priſones Flandriæ, per prædictum Walterum ſic de Guerrâ captos, necnon alios Priſones prædictos, ob certas, cauſas, a Cuſtodia ejuſdem Walteri capi feciſſemus, penes nos detinendos,

Et quia eſt conſonum rationi quòd prædicto Waltero (cui ſuper eo, quod a nobis percepturus eſſet pro Priſonibus prædictis, per quoſdam de Concilio noſtro tractari fecimus) Satisfactionem competentem a nobis habeat pro Priſonibus ſupradictis,

Conceſſimus præfato Waltero, juxta Tractatum prædictum, Octo Milia Librarum pro omni eo, quod ad ipſum Walterum pertinuit pro Priſonibus & Redemptionibus antedictis,

Quæ quidem Octo Milia Librarum ad Scaccarium noſtrum, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, proximò futura, per æquales Portiones, eidem Waltero, abſque ulteriori dilatione ſolvere promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro diverſis Burgenſibus Flandriæ, de Familia Regis retentis.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ibid.*

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus nobis, Johannes Strykerape, Conſiliarius Villæ Iprenſis (ſalvo Juramento prædictæ Villæ Iprenſi per ipſum præſtito) de noſtro Concilio ſit Juratus, & noſtris Obſequiis Alligatus,

Nos,

Conſideratione præmiſſâ, necnon contemplatione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, proborum Hominum dictæ Villæ Iprenſis (in quorum Nuncio idem Johannes in Angliam ad nos venit) volentes ſecum agere gratioſè,

Retinuimus ipſum de Familiâ intrinſecâ Domûs noſtræ,

Concedentes eidem Robas Annuas de Sectâ Vallettorum noſtrorum, percipiendas * de Garderobâ noſtrâ ad totam vitam ſuam. * V. 184.

Volentes etiam Johannem uberiùs reſpicere, conceſſimus eidem Viginti Libras, percipiendas annuatim, ad Scaccarium noſtrum, ad Duos Terminos per æquales Portiones,

Videlicet,

REX omnibus, ad quos &c. Salutem.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat.* 14. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 31.

Sciatis quòd,

Cùm nos,

Conſiderantes Claritatem Generis, Probitatem Strenuam; & Sapientiam Præcellentem, illuſtris Guillielmi Marchionis Juliacenſis, Affinis noſtri cariſſimi, & locum magnum quem nobis & dicto Regno noſtro tenuit & tenere poterit in futurum,

Ipſum in Comitem & Parem Regni noſtri ritè creaverimus, nomen Comitis Cantebrigiæ ſibi, & Hæredibus ſuis, ex eo legitimè Deſcendentibus, pro Titulo perpetuo concedentes,

Et eidem conceſſerimus, inter alia, quòd ſibi, & Hæredibus ſuis, ex eo legitimè Deſcendentibus, de Mille Libratis Terræ, vel Redditûs, per Annum, faciemus in loco congruo infra dictum Regnum noſtrum Angliæ provideri,

Et quòd interim Ipſe & Hæredes ſui habeant, & percipiant; Sexcentas Libras de Cuſtumis noſtris in Portu de Sancto Botulpho, & Quadringentas Libras ad Scaccarium noſtrum, Annis ſingulis, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

CONCEDIMUS & PROMITTIMUS pro Nobis, & Hæredibus noſtris, bonâ fide, quòd Nos, & Hæredes noſtri, dictas Mille Libratas Terræ, vel Redditûs, præfato Comiti, & Hæredibus ſuis, ex eo legitimè Deſcendentibus, de primis Terris & Redditibus, quos ad Manum noſtram, vel dictorum Hæredum noſtrorum, per Eſcaetam devenire contigerit, uſque ad plenam Satisfactionem dictarum Mille Libratarum Terræ, vel Redditûs, aſſignare & liberare faciemus,

HABENDAS & TENENDAS ſibi & Hæredibus ſuis, ex eo legitimè Deſcendentibus, per Servitia debita IMPERPETUUM, juxta verum valorem eorumdem;

Proviſo quòd ſemper, pro ratâ Portionis, de quâ præfato Comiti, vel Hæredibus ſuis, in Terris, & Redditibus, * ſic per Nos, vel Hæredes noſtros, proviſum fuerit, ceſſet ſolutio Mille Librarum prædictarum: Ita, videlicet, quòd primò defalcetur de dictis Quadringentis Libris ſolvendis ad Scaccarium noſtrum, & poſtmodùm de ſexcentis Libris ſolvendis, ut præmittitur, de Cuſtumis. * V. 185.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maii.

Super Magna Corona Regis, Archiepiſcopo Treverenſi, & Corona Philippæ Reginæ, Coloniæ, invadiatis.

REX, Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat.* 14. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 19.

Sciatis quòd,

Cùm teneamur, dilecto nobis, Antonio Bache, Mercatori, in Triginta & quatuor Milibus Florenorum de Florentia, quos idem Antonius pro Vadiis diverſorum Hominum, in Servitio noſtro in partibus Tranſmarinis nuper exiſtentium, Nobis ad Rogatum noſtrum mutuò liberavit,

Et in Viginti & quinque Milibus Florenorum de Florentia, quos prædictus Antonius, Venerabili Patri, Archiepiſcopo Treverenſi, pro Magnâ Coronâ noſtrâ Aureâ ſibi invadiatâ,

Et in Quinque Milibus & Quingentis Florenis de Scuto, quos pro Coronâ Philippæ Reginæ Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, apud Coloniam ſimiliter Invadiatâ,

Necnon in Quatuor Milibus, Ducentis, quinquaginta & ſex Flo-

Digitized by Google

ipſe uſque ad Summam Quinque Milium Librarum, *&c. ut ſupra.*

EOdem modo mandatum eſt Receptori, &c. in dicto Comitatu Rotelandiæ, quòd ipſe uſque ad Summam Mille ſeptingentarum & viginti Librarum & duorum Solidorum, *&c. ut ſupra.*

• V. 186. ET mandatum eſt, Dilectis & Fidelibus Regis,
Priori de Walyngford, Philippo de Engelfeld, Thomæ Huſcarll, Thomæ de Hunſtane, Ricardo Peynel, & Roberto Marie, in dicto Comitatu Berks:
Et Abbati de Noteley, Philippo de Aylesbury, Ricardo le Ward, & Adæ atte Glorie, in dicto Comitatu Bucks:
Et Abbati Sancti Jacobi de Norhamptoniâ, Willielmo Lovel, Thomæ de Bukton, Euſtachio de Brumeby, Johanni de Hegham, & Johanni de Waldegrave, in dicto Comitatu Rotelandiæ,
Aſſignatis,
Quòd ipſi omnes Denarios, de dicto Subſidio provenientes, præfatis Receptoribus liberent in formâ ſupradictâ.
Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Litera Regis miſſa Inſulæ de Gereſey.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 1. m. 13. d.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Ballivo, Juratis, & omnibus aliis, de Inſulâ noſtrâ de Gereſey, Salutem.
Fidelitatis veſtræ Conſtantiam, erga Nos, & noſtrorum conſervationem Jurium, nedùm Relatio, ſet Effectus Operis, dictis præponderans, clarè probant: nam ſemper in dilectione noſtrâ vos ferventiores invenimus, quo pro nobis graviora Diſpendia pertuliſtis.
Propter quod, ſicut Honori noſtro convenit, Communitatem veſtram, & ſingulares Perſonas ejuſdem, ſic curabimus (Deo dante) gratè reſpicere, quòd gaudebitis erga nos tam laudabiliter vos geſſiſſe.
Velitis igitur, Affectione ſolitâ, juxta firmam, quam de vobis optinemus, Fiduciam, circa Defenſionem dictorum Jurium, contra nobis Adverſantes, tam magnanimiter vos habere, ut, præter laudis præconium, quod ex hoc mirificè poteritis adipiſci, a nobis Retributionem uberem reportetis.
Super aliis verò, tàm Honorem noſtrum, quàm Commodum contingentibus, dilecto nobis, Thomæ de Cerſe, Clerico de Inſulâ noſtrâ prædictâ, præbere vos volumus plenam Fidem.
Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Pat. 14. E. 3. p. 2. m. 26.

Pro Rege Scotiæ, ſuper Expenſis Hoſpitii.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Juxta Ordinationem, per Nos & Concilium noſtrum nuper factam,
Conceſſimus, Magnifico Principi, Domino Edwardo de Ballio-

Tranſmarinis partibus moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum.
Damus autem Univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus noſtris, tenore præſentium, in mandatis, quòd præfato Duci, tanquam Cuſtodi noſtro dicti Regni Angliæ, & Locum tenenti in eodem, in hiis, quæ ad dictam Cuſtodiam pertinent, Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes & Auxiliantes.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſeptimo die Maii.

Per ipſum Regem.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Clynton, Comiti Huntyngdoniæ, Salutem.
Cùm Nos,
De Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum & Procerum, ac Communitatis, Regni noſtri Angliæ, pro Tuitione & Salvatione ejuſdem Regni, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* & ut noſtra & dicti Regni Angliæ, ac aliarum Terrarum & Locorum, Negotia conſultiùs deducantur, & ſalubriùs dirigantur, de Aviſamento Concilii noſtri, ordinavimus quòd vos, unà cum quibuſdam aliis Magnatibus & Fidelibus noſtris, cum præfato Duce, per partes dicti Regni noſtri Angliæ, ubi ipſe tranſiêrit, vel inibi moram fecerit, proficiſci, & eidem Conſiliis & Auxiliis aſſiſtere debeatis, nobis ſic agentibus in partibus Tranſmarinis,
Vos rogamus, vobis nichilominus diſtrictiùs injungendo, mandantes, quòd eidem Duci in formâ prædictâ intendatis, & ſibi, unà cum aliis de Concilio ſuo, tàm in hiis, quæ Directionem negotiorum prædictorum, & Conſervationem Pacis noſtræ, ac Punitionem Malefactorum, quàm Aliis, quæ Honorem noſtrum & commodum, ac Quietem & Tranquilitatem Populi, nobis ſubjecti, concernunt, & concernere poterunt, veſtrum Conſilium & Auxilium diligentiùs, ſicut de vobis confidimus, impendatis, quamdiù ſic abſentes fuerimus, vel donec aliud indè duxerimus demandandum.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Maii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literæ diriguntur,

J. Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, ſub eadem data.
Henrico de Percy,
Thomæ Wake de Lydel,
Radulpho de Nevill.

Teſte Rege apud Shottele, viceſimo primo die Junii.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

habet, ſi Hæredes ipſi plenæ Ætatis fuerint, vel Ætates ſuas proba-verint, liberari faciendi,

Necnon Juſticiarios, & alios Miniſtros noſtros, tàm in Angliâ & Walliâ, quàm in Hiberniâ, Scociâ, & Ducatu noſtro Aquitaniæ, qui Inſufficientes fuerint, Amovendi, & alios Idoneos in hujuſmodi Officiis Conſtituendi,

Ac etiam Cuſtodias & Maritagia, ad Manus noſtras devenientia, juxta providam Deliberationem & Aviſamentum Cancellarii, Theſaurarii, & aliorum de Concilio noſtro, & prout pro majori commodo noſtro fuerit faciendum, vendendi & dimittendi,

Et omnia alia & ſingula Minuta, quæ tàm pro noſtro Honore, quàm Commodo, in Angliâ, Walliâ, Hiberniâ, Scotiâ, & Ducatu noſtro, prædictis, facienda fuerint, vel quæ Reformationem Statûs eorumdem Terrarum & Locorum concernunt, vel concernere poterunt, Faciendi, & Exercendi, dum ſic in dictis partibus Tranſmarinis agere nos contingat, vel donec aliud indè duxerimus demandandum;

Promittentes Nos, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid per præfatum Cuſtodem, ut prætangitur, Actum vel Factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo nono die Maii.

Ad Papam, ſuper Nicholino de Fliſco, Ambaſſiatore in Curia Romana noctanter capto, & in Franciam abducto.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Rom. 14. E. 3. m. 6.

PAPÆ Rex, &c.

Pungit interiùs Mentem noſtram, & Cor noſtrum nimis exaſperat, Rumor Infauſtus, in noſtri notitiam jam perlatus.

Audivimus autem quòd,

Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Nicholinus de Fliſco, Romanam Curiam (quæ ſolet omnibus Tutum eſſe Receptaculum) in Ambaſſatâ noſtrâ pridem adveniens, Jus noſtrum in Regno Franciæ, ac Alia, juxta Injunctionem noſtram ſibi factam, propoſuiſſet fideliter & humiliter in veſtræ præſentiâ Sanctitatis,

Quidam Iniquitatis Alumpni, Detectionem noſtræ Juſtitiæ non

* V. 189. ferentes, nec veſtræ nec Sedis Apoſtolicæ Reverentiæ * deferentes, dictum Nicholinum, ſic pro nobis in Curiâ, ſub Protectionis veſtræ Fiduciâ, commorantem, noctanter (fractis Oſtiis Domûs ſuæ hoſtiliter) capere præſumpſerunt, & ipſum, Probris affectum miſerabiliter & inhumaniter, in Franciam abduxerunt, & ſic ipſum Captivatum detinent, utinam! non necatum.

Et, licet tanti Sceleris Enormitas principaliter in noſtri ſit Odium perpetrata, in Libertatis tamen Eccleſiæ Romanæ Diſpendium & Exempli Pravi perniciem noſcitur redundare.

Quis autem Locus Regiminis poterit eſſe tutus, ſi penes vos (qui Locum ſupremum tenetis in Terris) non pateat Proſecutoribus Juſtitiæ mora tuta?

Dignetur igitur (quæſumus) veſtra Clementia in hoc facto, nedùm noſtram & dicti Nicholini, ſet & veſtram & Apoſtolicæ Sedis, Injuriam debitè ponderare.

Et, cùm ſubjecerit vobis Populos Dominus, & Gentes ſub Pedibus veſtris, ad faciendum vindictam in Nationibus, & Increpationes in Populis, facere dignemini Judicium fieri de præmiſſis; & ſic dictam Præſumptionem Limâ Correctionis pungentis elidere, ut cedat Bonis in Gloriam, & Malefactoribus in Terrorem.

Et quamvis, juxta Sacras Perſuaſiones veſtras, pridem nobis factas, diſpoſuerimus ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, pro faciendo vobis Reſponſo congruo, ſollempnes Nuncios tranſmiſiſſe, jam tamen invenire non poſſumus qui dictam Nunciationem velint aſſu-

cima Biennali, nobis per Clerum veſtræ Cantuarienſis Provinciæ nuper conceſſâ, per Collectores ejuſdem in dicta veſtra Diœceſe, quantum de dictis Procurationibus in cauſâ prædictâ recepimus, retineri & ſalvo cuſtodiri ad opus ipſorum Cardinalium faciatis, ita quòd Denarii illi dictis Cardinalibus, cum eos habere voluerint, promptiùs perſolvantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Shuttele, decimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, R. eâdem gratiâ, Epiſcopo London. Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm, in magna & urgenti neceſſitate noſtra, *&c. ut ſupra uſque ibi* de Decima Biennali, nobis per Clerum Cantuarienſis Provinciæ nuper conceſſâ, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

* Eodem modo mandatum eſt Epiſcopis ſubſcriptis; videlicet, * V. 190.

H. Epiſcopo Roffen.	*H. Lincoln. Epiſcopo.*
A. Epiſcopo Wynton.	*Th. Epiſcopo Hereford.*
A. Epiſcopo Norwicen.	*S. Epiſcopo Elien.*
R. Epiſcopo Ciceſtrien.	*W. Epiſcopo Wygorn.*
J. Epiſcopo Exon.	*H. Epiſcopo Menev.*
R. Epiſcopo Sarum.	*M. Epiſcopo Bangoren.*
R. Epiſcopo Coventr. & Lich.	*Epiſcopo Aſſaven.*
R. Bathon. & Wellen. Epiſcopo.	*J. Epiſcopo Landav.*

REX Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatûs Eborum, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm, in magnâ & urgenti neceſſitate noſtrâ, *&c. ut ſupra uſque ibi* tenore præſentium in mandatis, *& tunc ſic*, quòd tantam Pecuniæ Summam, de Denariis de Decimâ Biennali, nobis per Clerum Eborum Provinciæ nuper conceſſâ, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Noveritis *&c. ut ſupra uſque ibi*, tenore præſentium in mandatis, *& tunc ſic*, quòd tantam Pecuniæ Summam, de Denariis de Decimâ Biennali, nobis per Clerum Eborum Provinciæ nuper conceſſâ, *&c. ut ſupra.*

Eodem modo mandatum eſt J. Karl. Epiſcopo.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Aſſignatio pro J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, de Vadiis ſuis.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd. Ann. D. 1340.

Cùm teneamur, Venerabili Patri, Johanni Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, in Tribus Milibus, Treſcentis, An. 14. Triginta, & Tribus Libris, ſex Solidis, & octo Denariis, pro E. 3. Vadiis ſuis de tempore, quo ſteterit in Obſequio noſtro in Partibus Ibid. Tranſmarinis, & pro Paſſagio ſuo verſus dictas partes, & Repaſſagio ſuo exindè ad partes Angliæ, ac aliis Expenſis per ipſum in dicto Servitio noſtro factis, prout per Compotum ipſius Archiepiſcopi, indè ad Scaccarium noſtrum redditum, pleniùs poterit apparere,

Quæ quidem Vadia & Expenſæ eidem Archiepiſcopo, pro Expedi-

natim in Perſona ſuâ propria, dum Sanus & Potens ſui fuerit, in Abbatiâ Sancti Petri Glouceſtriæ (ubi Corpus dicti Patris noſtri jacet Humatum) quamdiu vixerit celebrandum, & ſuper Celebratione hujuſmodi Literas ſuas Patentes facere promiſit,

Conceſſimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd præfatus Epiſcopus, pro toto tempore vitæ ſuæ, quotiens Infirmitate, aut per Acceſſum ſuum ad dictum Anniverſarium fuerit impeditus quo minus ad Parliamenta, ſeu Concilia noſtra, vel Hæredum noſtrorum, poſſit commodè declinare, tunc totiens, tàm coram nobis, quàm Hæredibus noſtris, ſuper hujuſmodi non Adventu ſuo ad Parliamenta & Concilia prædicta, licitè & impunè, per ſufficientem & idoneum Procuratorem ſuum, excuſetur de gratiâ noſtrâ ſpeciali.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Shutteleye, viceſimo primo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Popularibus Vaſconiæ, quod Adeptio Regni Franciæ non erit ipſis ad Dampnum.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1340. Sciatis quòd Nos,
An. 14. Gratâ memoriâ recenſentes Fidelitatem continuam & Dilectio-
E. 3. nem ſolidam, quas, dilecti & fideles noſtri, tàm Nobiles, quàm
Vaſc. 14. Populares, Ducatûs noſtri Aquitaniæ, nobis & Coronæ Anglica-
E. 3. næ, circa noſtrorum Conſervationem Jurium, ſemper conſtanter
m. 22. & magnanimiter oſtenderunt,

Et proindè volentes Jura ſua eis inviolabiliter obſervari,

Concedimus & Promittimus, bonâ fide, quòd, licet Poſſeſſionem Regni Franciæ, ad Nos Jure Succeſſorio jam delati, adipiſci nos contingat, Libertates tamen & Privilegia, Conſuetudines, Reſortum, Appellationes, ſeu alia Jura vel Deveria, eis competentia (quibus uſi ſunt hactenus rationabiliter & gaviſi) ab eis nullatenus auferemus, ſet Eos hiis omnibus uti more debito permittemus, ſine Moleſtatione vel Inquietatione qualicumque, eis vel eorum alicui per Nos, vel Miniſtros noſtros, occaſione præmiſſâ, quomodolibet inferendâ.

Concedimus etiam quòd prædictis Fidelibus noſtris Libertates, Privilegia, Conſuetudines, Reſortum, Appellationes, ac Jura & Deveria prædicta, cùm ſuper hiis requiſiti & informati fuerimus, faciemus per Litteras noſtras Patentes, prout juſtum fuerit, confirmari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Shottele, viceſimo primo die Junii.

Per ipſum Regem, & examinatur per Concilium in ultimo Parliamento.

Amſancio de Pinis Domino de Montraben,
Gaillardo de Bona Villa,
Petro de Monte Campi Domino de Mala Leiſa,
Bernardo de Serras Priori Sancti Campſii Domino de Lenynare,
Willielmo Galard,
Arnaldo Maſſe de Foſſato Domino de Azulbone,
Bernardo de Dureſort Domino de Capella Militis,
Domino Denſſyn Marcon Maſe in Aganaſio,
Petro Domino de Mon Caup,
Domino de Ferces,
Stephano Faryolli Domino de Taneuxs,
Arnaldo Domino de Monpeſat,
Guiſcardo de Cavo Monte Domino de Sancto Bartholomæo,
Petro de Galardo Domino Deſpinis,
Domino de Ganandano,
Veſiano de Lomanha Domino de Stafford,
Domino de Canquor,
Domino de Aſirut,
Conſulibus & Univerſitati Villæ de Penna in Agenneſio,
Conſulibus & Univerſitati Villæ de Miramont,
Univerſitati Villæ de Maiſmo,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Montis Flanquini,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Podii Guilhumi,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Portûs Sanctæ Mariæ,
Conſulibus & Univerſitati Villæ de Tonen.
Conſulibus & Univerſitati Civitatis Agenn.
Prudentibus Viris Conſulibus & Univerſitati Villæ Florenc.
Univerſitati Villæ Montis Regalis,
Conſulibus & Univerſitati Civitatis Condomenſ.
Univerſitati Villæ Leſom Poy,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Marmandæ,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Sanctæ Fidis,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Podii Miroilli,
Conſulibus & Univerſitati Villæ de Chaſtellonus,
Conſulibus & Univerſitati Villæ de Valencia,
Conſulibus & Univerſitati Villæ Montis Clari.
Conſulibus & Univerſitati Villæ Regalis.

Ad Eoſdem, ſuper ipſorum Conſtantia & Strenuitate, laudatoria.

REX Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, dilectis & Ann. D.
fidelibus ſuis, Conſulibus, & toti Communitati, Villæ Mon- 1340.
tis Fortis, Salutem. An. 14.
Conſiderantes Dilectionem & Conſtantiam, quibus in Fidelitate E. 3.
noſtrâ perſtitiſtis tàm magnanimiter in Adverſis, præſertim cùm à Vaſc. 14.
Nobis (quod * moleſtè ferimus) Congruum non receperitis So- E. 3.
latium vel Succurſum, in votis ſummè gerimus veſtram Gratitudi- m. 20.
nem, cum exuberantiâ quæ Regiam decet Munificentiam, præ- * V. 193.
miare.

Velitis igitur (petimus) juxta firmam, quam optinemus de veſtrâ Probitate fiduciam, ad noſtrorum Offenſionem Rebellium, & Defenſionem Devotorum, & Conſervationem noſtrorum Honoris & Jurium, Magnanimitate ſolitâ laborare, Et,

Digitized by Google

Domino de Tilio,
Seneburno Domino de Sparra,
Conſulibus & toti Communitati Villæ de Haſtyngues,
Domino de Deaſyt,
Guillielmo ſanz Domino de Ponceriis,
Conſulibus & Communitati Civitatis Regis Aquenſ.
Domino de Sort.
Andreæ Domino de Balbada,
Habitatoribus Præpoſituræ de Borno,
Domino de Sancto Paulo,
Domino de Podeuxs,
Habitatoribus Ballivæ de Braſſenco,
Gaillardo Domino de Agoſſato,
Domino de Sarath.
Domino de Caſalone,
Conſulibus & toti Communitati Villæ Montis Fortis,
Gaillardo Domino de Andenge,
Johanni de Malo Leone Domino de Seros,
Raymundo Gillermo Domino de Caupena,
Majori, Jurat. & Communitati Villæ Sancti Emeliani,
Amaneno de Foſſato,
Domino de Podio Alto,
Domino de Sancto Ornone,
Habitatoribus locorum de Morgans & de la Cabra,
Conſulibus & Communitati Villæ Sancti Macarii,
Vicecomiti de Orte,
Bernardo de Scoſſano Domino de Logoyrano,
Conſulibus & toti Communitati Villæ Sancti Severi,
Petro de Podio Alto Domino de Lana,
Johanni Columby,
Johanni Monetarii,
Guytardo Domino Darſak,
Petro Domino de Podio,
Conſulibus & toti Communitati Villæ de Polbon,
Bernardo de Albano,
Falqueto de Mompuy,
Petro Domino de Marſano & de Monte Galbardo,
Domino de Gaſaliis,
Amaldino de Monte Ferano,
Domino de Bretals,
Bertrando de Dureford Domino de Cadilias,
Johanni Dyn,
Habitatoribus Ballivæ de Labort,
Habitatoribus Præpoſituræ de Inter Duo Maria,
Raymundo Bernardi de Sancta Fide,
Domino de Poyaler,
Fortanerio de Leſculo Domino de Lonynber,
* V.194. * *Domino de Arzat,*
Arnaldo Garciæ Domino de Podio Gillerum,
Conſulibus & toti Communitati Villæ de Menuſano,
Habitatoribus loci de Mompelhano,
Bernardo Garciæ de Foſſato Domino de Tearcie.
Domino de Denhars,
Domino de Chetyn,
Conſulibus & toti Communitati Baſtidæ de Tolliſa,
Conſulibus & toti Communitati Baſtidæ Sancti Mauricii,
Guillielmo Rudy Domino de Cavo Monte,
Domino de Poyana,
Univerſitati Villæ Franceſcæ.

non poſſe diutius in dicto Cancellarii Officio laborare, Horâ quaſi veſperarum, reſtituit & liberavit:

Qui quidem Dominus Rex dictum Sigillum a manu ipſius Archiepiſcopi, in quadam Burſá, ſub Sigillo ejuſdem Archiepiſcopi incluſum, recepit, & illud a Burſá illâ, in præſentiâ Patrum, & Dominorum prædictorum, extrahi & frangi fecit,

Et præcepit quòd Quoddam Aliud Sigillum, pro Regimine hujuſmodi de novo fabricatum, Domino Johanni de Sancto Paulo, Cuſtodi Rotulorum præfati Domini Regis, liberaretur Cuſtodiendum, & ad faciendum indè quod ad Cuſtodiam pertinet, tàm pro Ipſo Domino Rege, quàm pro Subditis ſuis, uſque Adventum, Venerabilis Patris, Roberti Ciceſtrienſis Epiſcopi (quem dictus Dominus Rex Cancellarium ſuum conſtituit) Cui in Adventu ſuo Sigillum liberabatur ſupradictum,

Et dictus Dominus Rex dictum Sigillum ſuum, ſic de Novo Fabricatum, miſit, per Dominum Robertum de la Beche, ad præfatum Johannem, apud Chelmesford, xxij die dicti menſis Junii,

Qui quidem Robertus dictum Sigillum, in quadam Peciâ Telæ Lineæ involutum, & privato Sigillo dicti Domini Regis ac Sigillo præfati Domini Thomæ Wake conſignatum, in Hoſpitio ipſius Archiepiſcopi, in præſentiâ ejuſdem Archiepiſcopi, liberavit,

Et dictus Johannes idem Sigillum recepit, & in Craſtino apud Lambeth in Camera ejuſdem Archiepiſcopi, & in præſentia ſua, & plurimorum Clericorum de Cancellariâ, aperiri, & ibidem Literas Patentes, & Brevia de curſu, & alia, indè conſignari fecit.

De eodem, jam de novo fabricato, Epiſcopo Ciceſtrienſi liberato.

ET MEMORANDUM, *quod prædictus Johannes de Sancto* Ann. D.
Paulo, die Mercurii, proximo poſt Feſtum Tranſlationis beati 1340.
Thomæ Martiris, videlicet, xii die Julii, dicto Anno Regni Angliæ An. 14.
Quartodecimo, & Franciæ primo, * *Sigillum prædictum in Palatio* E. 3. Ibid.
Weſtmonaſterienſi, in Camerâ Depictâ, in quâdam Burſâ Albâ, * V.195.
Sigillo præfati Johannis de Sancto Paulo conſignatâ, in præſentiâ dicti Cuſtodis,

Ac, Venerabilium Patrum,
J. Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis,
Et R. Coventr. & Lich. Epiſcopi Theſaurarii Regis,

Et, dictorum Dominorum,
Thomæ de Wake,
Nicholai de la Beche,
Johannis de Molyns,

Et aliorum plurimorum,
Prædicto Epiſcopo Ciceſtr. liberavit;

Qui quidem Epiſcopus, præſtito Sacramento, prout moris eſt, de Officio Cancellarii fideliter faciendo, idem Sigillum manibus ſuis propriis a prædicto Johanne de Sancto Paulo recepit, & ad illud Hoſpitium, in Vico, qui vocatur Chauncelerlane, deportari, & in Craſtino, in Camerâ ſuâ, immediatè poſt Prandium, in Hoſpitio ſuo prædicto, aperiri, & ibidem Literas Patentes, & Brevia de curſu, & alia, indè conſignari fecit.

Memo-

Digitized by Google

[illegible] jam forent, & ſic,
ſub ſpe Cœleſtis Auxilii, & Juſtitiæ noſtræ fiducia, dictum Portum Navigio venientes, invenimus dictam Claſſem, & Hoſtes noſtros, ibidem paratiſſimos ad Prælium, in Multitudine copioſa,

Quibus, in Feſto Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò præterito, ipſe, Spes noſtra, Chriſtus Deus, per Conflictum Fortem & Validum, nos prævalere conceſſit, factâ Strage non modicâ dictorum Hoſtium, captâ etiam quodammodo totâ Claſſe, cum læſione Gentis noſtræ modicâ reſpectivè,

Sicque tutior, de cætero, patebit tranſitus noſtris Fidelibus ſupra Mare, & alia Bona plurima ſint ex hoc Nobis & noſtris Fidelibus veriſimiliter proventura, de quo ſpes pulcherrima jam arridet.

Nos autem,

Tantam Cœleſtem Gratiam devotiſſimè contemplantes, ipſi Sal-
* V.196. vatori noſtro * Laudes & Gratias humiliter exſolvimus, deprecantes ut, qui jam, & ſemper, in oportunitatibus, copioſis Gratiis nos prævenit, continuatis nos Auxiliis proſequatur, & nobis regere temporaliter ſic concedat in Terris, ut in Eo lætemur æternaliter in Excelſis,

Dilectionem veſtram attentè rogamus, & per Dei Miſericordiam obſecramus, quatinus ſoli Deo Vivo, qui tantum Signum fecit nobiſcum in bonum, in devotæ Laudis præconium aſſurgentes, nos, jam in Remotis agentes, & nedum Jura noſtra recuperare, ſet Sanctam Eccleſiam Catholicam attollere, & in Juſtitia Populum regere cupientes, ſibi devotis Orationum inſtantiis recommendare curetis, facientes pro nobis miſſas, & alia Piæ Placationis Officia, miſericorditer excerceri;

Et ad hoc Clerum & Populum veſtræ Diœceſis ſalutaribus Monitis inducatis, ut Deus ipſe, miſeratus nobis, Progreſſum fœlicem, & Exitum annuat gratioſum, detque Servo ſuo Cor Docile, ut rectè judicare poſſimus & regere, & ſic facere quod præcipit, ut mereamur aſſequi quod promittit.

Teſte Cuſtode prædicto apud Waltham Sanctæ Crucis, viceſimo octavo die Junii.

Eodem modo ſcribitur ſingulis Epiſcopis Angliæ & Walliæ, ſub eidem data.

De Cera Renovanda circa Corpus Edvardi Primi.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Clauſ.* 14. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 6.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quòd Ceram, circa Corpus, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ, Avi noſtri, in Monaſterio Weſtmonaſterienſi Humatum exiſtentem, de Denariis, de Theſauro noſtro, renovari faciatis, prout hactenus fieri conſuevit.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Waltham, ſecundo die Julii.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Ann. D. 1340.

Ad Literas de Credentia Reſponſio Papæ.

An 14. *E.* 3. *Ex Autogr.*

BEnedictis Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Tàm, Dilectum Filium, Richardum de Wyncle, Ordinis Fra-

nis Comitis de Murref, in Scotia nuper de Guerra capti, infra *p.* 1.
Regnum noſtrum Angliæ, ſub arcerali Cuſtodiâ ex præcepto noſtro detenti, ſuper Deliberatione ipſius Comitis de Murref a Cuſtodiâ prædictâ pro certo tempore, juxta Arbitrium ipſorum, Epiſcopi, Comitis de Anegos, Henrici & Radulphi, moderando, per ſufficientes Obſides de dicta Terra Scotiæ, pro eodem Comite de Murref in Cuſtodiâ hujuſmodi interim detinendos, *m.* 5.

Necnon ſuper Rehabitione, ſive Reſtitutione, Corporis ipſius Comitis de Murref, ad Cuſtodiam prædictam, a quâ ſic deliberatus fuerit, vel aliam ſi expedire videriter, in termino ſuper hoc ſtatuendo, niſi interim de eo aliter ordinaverimus, & Eis ſuper hoc noſtram intimaverimus voluntatem,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata forent, quatenus ad nos attinet, quacumque Firmitate Vallandum & Roborandum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum & exercendum quæ in præmiſſis, & circa ea, pro Honore & Commodo noſtro neceſſaria forent & oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam conceſſerimus & commiſſerimus Poteſtatem, prout in Literis noſtris patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Tibi præcipimus quòd Corpus prædicti Comitis de Murref, præfatis, Epiſcopo, Comiti de Anegos, Henrico, & Radulpho, Tribus, vel Duobus eorum, liberes ad faciendum de eo juxta tenorem Literarum noſtrarum prædictarum.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Kenyngton, decimo octavo die Julii.

Per ipſum Regem.

Qualiter, ſuperatis Inimicorum Claſſibus in Portu de Swine, proponunt tendere, ipſe Rex cum 100000 *Armatis verſus Tornacum, & Robertus de Artoys cum* 50000 *verſus Sanctum Audomarum; & de Pecunia levanda & celeriter tranſmittenda.*

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Ro. Parl.* 14. *E.* 3. *parte ſecunda. n.* 6.

EDward, par la Grace de Dieu, Roi d'Engleterre & de Fraunce, & Seignur de Irlaund, as Ducs, Erceveſques, Eveſques, Countes, Barons, & autres, qi ſerront aſſemblez a ceſte noſtre proſchein Parlement a Weſtmonaſter, Saluz.

Apres noſtre venue en Engleterre, noſtre Parlement ſomons, & a jour acordez aſſemblez en lieu ſuſdit, noz Beſoignez par decea, & le Grande Neceſſite que nous avions d'eſtre Eidez pur le bon compliſement d'ycelles, monſtres devant ceux, qi y eſtoient, Grantz & autres, nous les Trouaſmes de bone volente, qele ils nous monſtrerent bonement, en le Grant Subſide q'ils nous granterent.

Mes,

Pur ce que tiel Eide grantez ne poit mie al heure eſtre convertez en Deniers, & nous eſtoiens liez, & autres Grantz oveſque nous, de retourner devers Flaundres pur tenir noſtre Foi vers ceux, as queux nous avions Fiances en dit Pais, & aillours, a queu choſe tenir nous eſtoions tout ficchez de tenir, & auxint les Grauntz de noſtre Conſeil qui y eſtoient,

Nous doneront pur counſeill, que nous le teniſſions, nous priſmes point de paſſer, od certeine noumbre des Gentz d'Armes, a cele heure,

Et apres que autres Grantz deveroient venir a l'autre Flote, qui eſtoit

Digitized by Google

liez, & as ſoudiours que ount eſtre autre foitz retenuz devers nous, & que ſe retreront s'ils ne ſoient paiez, & auſſint ſi meiſme noz Alliez ne ſoient paiez, ils ſe dorront en aventure a noſtre Enemy, & ſa Malice, & le poair de eux vers lui recoillez, chargez que noſtre Terre, nous, noz enfauntz & tous les Grants & autres en point de perdicion.

Et ſi nous ſoiens haſtiement Eidez, nous eſperons de lui trover a meſchieſe, & nous a touz jours apres a noſtre deſur, que vous voilles ordeiner que nous ſoions haſtivment Socoures des Deniers, ou de Biens en manere de faire gree, par la ou nous Sommes tenuz, & de reteinir noſtre poair.

La Somme, que nous Buſoigne breifment, & as queux paier, & as queux jours, & plus pleinement, noſtre purpos priſe vous ſcievent monſtrer de bouche les Countes de Arundell, Huntingdon, & Glouceſtre, & Monſieur William Truſſell, qui ſe ont bien Loialment & Noblement portez envers nous en ceſte Buſoigne, & qui viegnent devers vous, par cauſe de monſtrer noſtre Eſtat & nous Buſoignes; as queux, & cheſcun de eux, voulez doner plein foi & credence de ce q'ils vous dirront de par nous.

Don. ſouz noſtre Privie Seale a Brugges, le 9 jour de Juyl, l'An de noſtre Regne d'Engleterre Quatorziſme, & de noſtre Regne de France primer.

Provocatio ad Pugnam (par Edward Roy de Fraunce & d'Engleterre, & Seigneur d'Irlaund) facta Philippo de Valeſio.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Infra Tur.

PHILIP DE VALEYS,

Par lonc temps avoms purſui par devers vous, par Meſſages & toutes autres voyes, que nous ſavilioms reſonables, au fyn que vous nous vouſiſſez avoir rendu noſtre DROIT HERITAGE DE FRAUNCE, le quel vous nous avez lonc temps Detenu, & a graunt tort Ocupee.

Et, pur ce que nous veoms bien, que vous eſtes en entent de perſeverer en voſtre injuriouſe Detenue, ſanz nous fayre rayſon de noſtre DEMAUNDE,

Sumes nous entrez en la Terre de Flandres, come Seigneur Sovereyn de ycele, & paſſe parmy le Pays,

Et vous ſignifioms que,

*V. 199. * Pris oveſque nous le Eyde de noſtre Seignur Jehu Criſt, & noſtre Droit, oveſqe le poer du dit Pays, & oveſqe noz Gentz & Alliez, regardauns le Droit que nous avoms al Heritage que vous nous detenez a voſtre tort,

Nous nous treoms vers vous, pur mettre bref fyn ſur noſtre DROITUR CHALAUNGE, ſi vous voillez approcher.

Et pur ce, que ſi Graunt poer des Gentz aſſemblez, que viegnent de noſtre part, & que bien quidoms que vous avierez de voſtre part, ne ſe purrount mie longement tenir Enſemble, ſanz faire gref Deſtruction au Poeple & au Pays, la quele choſe chaſcuns bons Criſtiens doit eſchuer, & eſpecialment Prince, & autre que ſe tignent Governeurs des Gentz, ſi deſiroms mout,

Que Brief Point ſe priſt, & pur eſchuer Mortalite des Criſtiens, enſi come la Querele eſt apparaunt a Nous & a Vous,

Que la DESCUSSION DE NOSTRE CHALAUNGE ſe feſiſt entre Nos Deux Corps, a la quele choſe nous nous offroms par les cauſes deſſuſdites, coment que nous penſoms bien le Graunt Nobeleſſe de voſtre Corps, de voſtre ſens, auxi & aviſement.

Et, en cas que vous ne vourriez cele voye, que adounqe fu mis noſtre CHALAUNGE pur affiner ycelle par Bataille de Corps

appeirt pluis clerement par vos Lettres Patentz, ſeales de voſtre Graunt Seale; les queles noz avomps de par devers noz, & de queles vous devez avoir a taunt devers vous:

Noſtre entent ſi eſt, quant bon nous ſemblera, de voz getter hors de noſtre Roialme, al Honure de nous, & de noſtre Roialme, & en profit de noſtre People, & a ceo faire avoms ferme eſperaunce en Jheſu Chriſt, dount tout puiſſance nous vient.

Quar par voſtre Entrepriſe, qu'eſte de volente, & noun reſonable, d'eſte Empeſchez la Saint Voiage d'outre Meer, & graunt quantite des Gentz Chriſtiens mis a Mort, le Service Divine apetiſez, & Seint Egliſe en meindre Reverence.

Et de ceo qu'Eſcript avoiez, que vous entendez avoir l'Oſt de Flemyngz, nous quidoms eſtre certeins que les bones Gentz, & les Comunes du Pais, ſe porteront, par tiel manere, par devers noſtre Coſin le Counte de Flaundres lor Seigneur ſaunt meine, & nos lor Seigneur * Soveraign, qu'ils garderont lor Honure & lor Loialte. *V. 200.

Et que ceo, qu'ils ount meſpris Juſques a cy ceo, a eſte par Malvais conſail des Gentz, que ne regardant Pas au Profit comune, ne al' honure de Pais, meas au Profit de eaux taunt ſoulment.

Done ſoutz les Campes, pres de la Priorie Saint Andreu, ſoutz le Seal de noſtre Secret, en l'abſence du Graunt, le 30 jour de Juyl, l'An de grace 1340.

Conventio, ſuper Deliberatione Comitis de Murref.

CESTE INDENTURE, Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Scot. 14. E. 3. m. 4.

Faite a Bilibrig le primer jour d'Augſt, l'An du Regne le Roi Edward, tiers puis le Conqueſt, 14, entre;

Les Seignurs, de Parcy, Moubray, & Nevill, d'une part,

Et Monſeur Patrik de Dumbarr Counte de la Marche, Monſeur Aliſandre de Seton, Monſeur Williame de Lemyngſton, Sire Williame Bullok, de Renaud More, d'autre part,

TESMOIGNE que, meſme le jour & lieu, fuſte Acorde que le dit Counte de la Marche, Monſeur Aliſandre de Seton, Monſeur Williame de Lemyngſton, Johan Stiward, fitz Monſeur Alein Stiward, & Patryk Heryng, demoerent Oſtages, deinz la Terre d'Engleterre, pur Monſeur, Johan Randolf Counte de Murreve, que ad conge d'aler en la Terre d'Eſcoce entre ſes Amys, illoeques d'aſſaier & raſter lour volentez touchant ſa Deliverance.

Et eſt la Demoere le dit Counte de Murreve en Eſcoce grante, tantque le jour Seint Michel, prochein ſuyant la feſaunce de ceſtes.

Et ſi le dit Counte de Murreve demoerge en Eſcoce outre le dit jour de Seint Michel, pour d'Eſcheate, ou autre cauſe covenable, & viegne pur ſon Corps entrer dedeinz Treis Siſmayns procheins apres la dite Feſte, ſoit reſceu, & les dit Oſtages quitment delivres.

Et, en cas que Dieu face ſa volente du dit Counte de Murreve dedeinz le temps ſuſdit, a donques ſoit le dit Counte de la Marche, & les autres Oſtages deſchargez & delivres.

Et vendra le dit Counte de la Marche, & les Oſtages ſuſditz, oue lui a Bilibrig, & ſei entreront Oſtages Marſdy le oytiſme jour d'Augſt, preſchein apres la Feſaunce de ceſtes, & illoeques ferra le dit Counte de Murreve menes meiſme le jour, & ſe ferra l'Eſchaunge ſanz fraude ou mal engyn.

Et le dit Counte de la Marche demoera en Chaſtell de Norham tut le dit temps, & les autres Oſtages, en lieu covenable, dedeinz la Terre d'Engleterre.

Et le dit Counte de Murreve ferra garnir le Coneſtable de Norham,

Digitized by Google

[illegible] pro Petro Sanctæ Praxedis Cardinali.

Ann. D. 1340. *An.* 14. E. 3. *Clauſ.* 14 E. 3. p. 2. m. 42.

REX Collectoribus Cuſtumarum ſuarum in Portu Londoniæ, Salutem.

Volentes, Venerabilem Patrem, Petrum Tituli Sanctæ Praxedis Presbiterum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, prætextu Laudabilis Geſtûs ſui erga nos, in Expeditione Negotiorum noſtrorum, in partibus Tranſmarinis, favore proſequi gratioſo,

Conceſſimus ei quòd Ipſe Sexaginta Saccos Lanæ in Portu prædicto carcare, & uſque Bruges in Flandriâ, pro Liberatione ſuâ inde ibidem faciendâ, abſque Cuſtumâ & Subſidio nobis indè ſolvendis, ducere poſſet,

Et ideò vobis mandamus quòd prædictum Cardinalem, vel Attornatos ſuos in hac parte, dictos Sexaginta Saccos Lanæ in Portu prædicto, carcare, & uſque dictas partes Flandriæ, abſque Cuſtumâ & Subſidio nobis indè ſolvendis, ducere permittatis in formâ prædictâ;

Et nos vobis indè in Compoto veſtro debitam Allocationem habere faciemus.

Volentes dilectis Mercatoribus noſtris, Henrico Muddepenyng, & Sociis ſuis Mercatoribus Alemanniæ,

Quibus omnia Cuſtumas & Subſidia, in ſingulis Portubus Regni noſtri, conceſſimus, Habenda quouſque ſibi de quibuſdam Pecuniarum Summis, in quibus eis tenemur, fuerit Satisfactum, & qui Conſenſum ſuum in præmiſſis præbuerunt,

Literas noſtras Obligatorias fieri, quòd ipſi dicta Cuſtumas & Subſidia habeant & teneant quouſque Centum & Viginti Libræ, pro Cuſtumâ & Subſidio prædictorum ſexaginta Saccorum, ultra prædictas Summas, ſibi per nos ſic debitas, perceperint, vel aliàs ſibi, per Nos de eiſdem Centum & Viginti Libris fuerit ſatisfactum.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Berhampſtede, viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Quod Flotæ adinvicem conjungantur contra Navigium Hoſtile.

Ann. D. 1340. *An.* 14. E. 3. *Aleman.* 14. E. 3. m. 7.

REX, Dilecto ſibi, Admirallo, ſive Capitaneo, Flotæ Navium Borealis, jam ſupra Mare congregatæ, ac Univerſis & ſingulis Magiſtris & Marinariis Navium earumdem, ac aliis in eidem Flotâ exiſtentibus, Salutem.

Propter quædam Nova, quæ jam noſtris recenter inſonuerunt Auribus, ex hoſtili Navigio, tàm de partibus Iſpanniæ, quàm Normanniæ, & aliundè, ſupra Mare congregato, ad Inſidiandum Navibus Regni noſtri Angliæ, & eas pro viribus deſtruendum, ac alia Mala & Facinora ſuper Nos & noſtros perpetrandum,

Advertentes Mala & Pericula, quæ Nobis, & Navibus dicti Regni noſtri Angliæ, & eidem Regno, poterunt evenire, niſi de ſecuro Progreſſu Flotæ noſtræ ſupra Mare circumſpectius provideatur,

Volentéſque hujuſmodi Periculis, favente Domino, præcavere,

Vobis, ſub Foriſfacturâ Omnium, quæ nobis foriſfacere poteritis, mandamus, diſtrictiùs injungendo, quòd vos, & dictam Flotam veſtram, Flotæ Navium Quinque Portuum noſtrorum, &

De Obſide recipiendo, pro Comite de Murref, loco Comitis Marchiæ.

Ann. D. 1340. *An.* 14. E. 3. *Scot.* 14. E. 3. m. 4.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Venerabili Patri, R. Epiſcopo Dunolmenſi, Gilberto de Umframvill Comiti de Anegos, Henrico de Percy, & Radulpho de Nevyll, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Johannes Comes de Murref, nuper de Guerrâ Captus, & infra Regnum noſtrum Angliæ Detentus ſub Cuſtodiâ Carcerali, per vos, juxta Poteſtatem vobis per nos traditam ſub certâ formâ, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum Deliberatus exiſtat,

Ita quod idem Comes tunc, vel infra Tres Septimanas proximò ſequentes, ſi propter Corporis ſui Invalitudinem, vel aliâ causâ legitimâ, ad vos ad dictum Feſtum redire nequiverit, vobis reſtituatur, modo quo priùs ſub Cuſtodiâ detinendus,

Et Patricius de Dunbar Comes Marchiæ, Alexander de Seton, Willielmus de Lemyngſton, Willielmus Bullok, & Reginaldus More, vobis in Obſides ſe reddiderint pro eodem, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ Cuſtodiendos,

Nos,

De Circumſpectione & Fidelitate veſtrâ probatâ pleniùs confidentes,

Vobis, Tribus, & Duobus veſtrûm, damus Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem recipiendi, loco præfati Comitis Marchiæ,

Si dictus Comes de Murref Prorogationem Redditionis ſuæ, ob aliquas certas Cauſas, à vobis, Tribus, vel Duobus veſtrûm habuerit, & prædictus Comes Marchiæ ultra dictum Feſtum Sancti Michaelis pro Obſide noluerit detineri,

Willielmum de Douglas, & alias perſonas de Scotiâ, quas noveritis aſſumendas, in Obſides ſub ſalvâ Cuſtodiâ infra dictum Regnum noſtrum Angliæ, prout expedire videritis, detinendas quouſque de dicto Comite de Murref fiat, ut prædicitur, Reſtitutio Perſonalis;

Promittentes nos Ratum & Firmum habituros quicquid per vos, Quatuor, Tres, vel Duos veſtrûm, Actum & Factum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Cuſtode prædicto apud Berkhamſted, viceſimo quinto die Auguſti.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

---

* *De Proclamatione facienda pro Mercatoribus Iſpanniæ.* * V. 203.

Ann. D. 1340. *An.* 14. E. 3. *Clauſ.* 14. E. 3. p. 2. m. 44. d.

LE Roi au Viſconte de Norffolc & Suffolc Salutz.

Come, noz cheres & foials, bones Gents de Flandres, eient empris de Garder, ſanz Damage, touz les Marchantz des parties d'Eſpayne, qi voudront venir a meſmes les parties de Flandres, ove lour Biens & Marchandiſes, a Guiſe de Marchant, deinz la Terre de Flandres, & le Strome de meſme la Terre,

Et ſe ſoyent obligez, a eux, en Reſtitution des Damages, ſi nuls y ſoyent faitz a meſmes les Marchants d'Eſpaigne, par Roberie,

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Pat. 14. E. 3. p. 1. m. 33.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ, Omnibus ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos pridem,

Intuitu Fidelis Obſequii, nobis per, dilectum & fidelem noſtrum, Robinum de Foreſta impenſi, & imposterùm impendendi, Conceſſerimus eidem Robino Centum Marcas Sterlingorum, percipiendas, ad totam vitam ipſius Robini, Annis ſingulis, de Cuſtumis noſtris in Portu de Sancto Botholpho, ad Duos Terminos, per æquales Portiones,

Unam, videlicet, Medietatem in Feſto Natalis Domini, & Aliam Medietatem, in Feſto Nativitatis Sancti Johannes Baptiſtæ,

Prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur:

Jamque idem Robinus nobis ſupplicaverit, ut dictas Centum Marcas Annuas in Perſonam, dilecti Mercatoris noſtri, Godekini de Revele ſenioris transferre dignaremur,

Nos,

De Conſilio & Aſſenſu Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Magnatum, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, ad diem Mercurii, proximi poſt diem Dominicam in medio Quadrageſimæ, proximò præteritam, tento, exiſtentium,

Tam conſideratione dicti Robini, qui, non obſtante Tranſlatione dictarum Centum Marcarum, ab eo in Perſonam dicti Godekini faciendâ, ad Serviendum nobis fideliter, ſicut prius, ſe per Litteras ſuas firmiter obligavit, quàm prætextu boni Servitii per dictum Godekinum, ſuper hoc nobis ſimiliter ſupplicantem, impenſi,

Volentes Supplicationi prædictæ annuere gratioſè,

* V. 204. * Dedimus & Conceſſimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, eidem Godekino Centum Marcas, quas præfato Robino aliàs conceſſimus, ut præfatur, Habendas & Percipiendas dicto Godekino, ad totam vitam ſuam annuatim, de Cuſtumis noſtris in Portu prædicto, ad quorumcumque Manus, & ex quacumque Causâ, imposterùm devenerint, vel quibuſcumque eaſdem Cuſtumas, & qualicumque Causâ aſſignari contigerit, per manus Collectorum dictarum Cuſtumarum, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, ad Feſta Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ & Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, per æquales Portiones,

Aliquâ Guerrâ motâ, vel imposterùm movendâ, ſeu aliquibus Statutis, Lege, aut Ordinationibus, jam factis, vel per Nos, aut Concilium noſtrum, ex quibuſcumque cauſis, faciendis, aut alio Impedimento quocumque, non obſtantibus.

In cujus rei Teſtimonium has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes,

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
Johanne Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primate,
Henrico Lincolnienſi,
Et Roberto Ceſtrienſi,
Epiſcopis:
Henrico de Lancaſtria Derbiæ,
Willielmo de Bohun Northamptoniæ,
Richardo Arundellæ,
Thoma de Bello Campo Warwiciæ,
Et Willielmo de Clynton Huntingdoniæ,
Comitibus:
Thoma Wake de Lydell,
Galfrido le Scrop,
Willielmo de Kildeſby,
Et aliis.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1340.

Quia ſuper aliquibus urgentibus Negotiis, Nos & Expeditionem noſtram intimè contingentibus, per Collectores Procurationum —— Cardinalium infra dictum Regnum noſtrum Angliæ, volumus celeriter informari, An. 14. E. 3. Claus. 14. E. 3. p. 2. m. 31. d.

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd venire faciatis coram Concilio noſtro, apud Weſtmonaſterium, à die Sancti Michaelis proximò futuro, in * Quindecim dies, Collectores Procurationum prædictarum in Diœceſe veſtrâ, * V. 205.

Ita quòd tunc ſint ibidem, abſque ulteriori dilatione, in Propriis Perſonis ſuis, ad informandum dictum Concilium noſtrum ſuper dictis Negotiis, & aliis quæ eis ex parte noſtrâ per idem Concilium pleniùs exponentur,

Et ad faciendum ulteriùs quod ordinari & concordari contigerit in præmiſſis,

Significantes eiſdem quòd hoc, ſub gravi incumbenti periculo, non omittant, & tunc dictum Concilium noſtrum, ſub Sigillo veſtro, certificantes de nominibus eorumdem.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Andovere, viceſimo die Septembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Epiſcopis per Angliam & Walliam.

De Corpore Comitis Murref recipiendo.

REX Vicecomiti Eborum Salutem. Ann. D. 1340.

Quia Johannes Comes de Murref,

Nuper de Guerrâ captus, & infra Regnum noſtrum Angliæ Detentus ſub Cuſtodiâ Carcerali, An. 14. E. 3. Scot. 14. E. 3. m. 3.

Et poſtmodùm, pro quibuſdam Obſidibus, de Terra Scotiæ, pro eodem Comite redditis, Deliberatus,

Ad inſtans Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum eſt ad dictam Cuſtodiam Rediturus, in eadem Detinendus,

Niſi tunc dictam Deliberationem ejuſdem Comitis per, dilectos & fideles noſtros, Venerabilem Patrem, R. Dunolmenſem Epiſcopum, Gilbertum de Umframvill Comitem de Anegos, Henricum de Percy, & Radulfum de Nevill, Tres, vel Duos eorum, juxta Poteſtatem ſibi à nobis traditam, ulterius contigerit prorogari,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd ad præfatos, Epiſcopum, Comitem de Anegos, Henricum, & Radulphum, Tres, vel Duos eorum, (qui Corpus præfati Comitis de Murref ſunt taliter recepturi) perſonaliter accedas, ita quòd ſis cum eiſdem, in dicto Feſto ad ultimum, ad Recipiendum Corpus ejuſdem Comitis de Murref, & ſalvò & ſecurè Cuſtodiendum quouſque de eo aliter duxerimus ordinandum,

Niſi Deliberatio ejuſdem fuerit, ut prædicitur, prorogata,

Et de Cuſtubus, quos in hac parte appoſueris, cùm illos ſciverimus, tibi in Compoto tuo debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Cuſtode apud Andovere, viceſimo quinto die Septembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Forma

Digitized by Google

3. ITEM, eſt Accorde que les ditz Seignieurs, lour Coadjutours, & Allies, quels q'ils ſoient, purront aler ſauvement de l'une pais en l'autre: & touz Marchantz, oue totes Marchandiſes; & tote manere des Gentz, & des Biens, & Purveaunces, taunt par Terre, com par Mier & par Ew, auxi Franchement, q'ils ſoleient aler & venir en temps devantiers les Armees des ditz Rois; en paiaunt les Paiages & Rovages, come acuſtome fuſt Auncienement (excepts les Baniz, qui ſont Baniz de ditz Roialmes, ou aſcun de yceux, pur autre Cauſe, qui pur le Guerre des ditz Rois) mes les Barons de Gaſcoigne, & de la Duchee de Guyenne, & autres Perſones de Gaſcoigne & de la dite Duche (ſoient Baniz ou autres) ſerront compriſe es ditz Trewes, & purront aller & venir de l'une pais en l'autre, duraunts les ditz Trewes.

* V.207. * 4. ITEM, eſt Accorde que les Deux Rois ne procurent, ne ſerront procurer par Eux, ne par Altres, que nulle Novelle ne Outrees le facent par la Egliſe de Rome, ou par autres de ſeinte Egliſe quels q'ils ſoient, ſur aſcun des ditz Rois, de ſes Adjutours, & Allies, quels q'ils ſoient, ne ſour lour Terres, ou de lour Suggitz, par encheſon de la ditte Guerre, ou par autre Cauſe, ne pur Service, que les dites Allies & Coadjutours eient faitz as ditz Rois, ou a aſcun de yceux; & ſi, noſtre Seinte Piere, le Pape, ou altres, les voilient faire, les Deux Rois les deſtourberont, a lour Poair, ſans mal engyn, les ditz Trewes durauntz.

5. ITEM, eſt Accordè, qe de meyntenant les Trewes ſoient criez en les Deux Hoſts; & ſoient tenuz de les tenir & garder touz les Perſones, preſentz & altres, quels q'ils ſont, qui ſavoir le pount & deyvont.

6. ITEM, eſt Accordè que, dedenz vingt jours acompte le jourdehuy, cheſcun des Rois les f'ra Crier en Gaſcoigne, & en la Duche d'Aquitain, en la Terre q'il tient, & poſſedient, auxint q'ils ſoient notoirmente ſcienz.

7. ITEM, eſt Accordè que, ſi par aſcun des ditz Rois, par lour Gentz, ou lour Allies, & Coadjutours, aſcun ſiege ſoit mys en Gaſcoigne, ou en la Duche d'Aquitaine, ou en altres Iles de Mier, en Gerneſeye, ou Jerſeye, ou Aillours, les Sieges ſe leveront ſi toſt com les Trewes vendront a lour coniſſaunce; & que Quatorz Perſones (c'eſt aſſavoir, ſepts Perſones de Partie cheſcun les ditz Rois) entrent en les Villes, Chaſtels, & Forteletz, qui ſerront Aſſiegez; &, les Trewes finiſſantz, deivoerent & ſoient myſes en tel Nombre & Quantite des Vivres & Perſones, com ils ſerront troves par les ditz Quatorz Perſones.

8. ITEM, eſt Accorde que les Baniz & Futyz du Pais de Flandres, qe ount eſte de le partie le Roi de Fraunce, ne purront, durantz les ditz Trewes, entrer ne venir en Flandres; &, ſi Trove fuſt que aſqun de yceux alaſt encontre les Trewes, dedenz le Roialme, oue ſon poair, homme freit de lui Juſtiſe; & ſerroient forfaitz tous ſes Biens, q'il avoit en Flandres.

9. ITEM, eſt Accorde que les Dettes, dues a Araz, Criſpineux, ou as altres Villes, en le Roialme de France, ne ſoient demandez, ne executz, les ditz Trewes durauntz.

* V.208. * 10. ITEM, eſt accorde que, durauntz les ditz Trewes, touz Perſons, pris en ceſt Guerre, ſerront relaxes ſi n'eſtoit qu'ils

3. ITEM, *Concordatum eſt quòd, durantibus dictis Treugis, dicti Domini Coadjutores, & Confœderati, quicumque ſint illi, poterunt pacificè ire de Terrâ ad Terram: & omnes Mercatores, cum Mercimoniis ipſorum; necnon & omnes Perſonæ, & omnia Bona, & omnes Providentiæ, tàm per Terram, quàm per Mare & Aquam, ire & venire liberè, ſicut facere ſolebant temporibus ante Exercitus Regum prædictorum; ſolvendo tamen Pedagia, & Roagia, cum Conſuetudinibus antiquitus aſſuetis (exceptis Bannitis, qui Banniti ſunt de dictis Regnis, vel aliquo ipſorum, pro aliquo Foreſacto, quàm pro Guerra Regum prædictorum) ſed Barones de Vaſconia, ac de Ducatu Aquitaniæ, cum aliis Perſonis, quæ ſunt de Vaſconia, ac de Ducatu eodem (qui ſunt Banniti, vel aliter) in prædictis Treugis comprehendentur, ac de uno Regno poterunt ad alium Regnum ſecurè, durantibus Treugis prædictis, Ire & Venire.*

4. ITEM, *Concordatum eſt quòd prædicti Duo Reges non poterunt procurare, nec procurari facere per Ipſos, nec per Alios, quòd aliqua Novitas ſeu Gravamen fiant per Curiam Romanam, vel per alias Perſonas Eccleſiaſticas, qualeſcumque ſint illæ, ſuper aliquo modò dictorum Regum, Coadjutorum, & Confœderatorum ipſorum, nec ſuper Terris ipſorum, vel Subditorum eorundem, occaſione dictæ Guerræ, vel pro alia causâ, ſeu etiam pro aliquo Servitio, impenſo ab ipſis Confœderatis, vel eorum Coadjutoribus, Regibus ſæpedictis, vel cuilibet ipſorum; & ſi, Pater Sanctus, Summus Pontifex, vel aliqua alia Perſona, hoc vellet facere, dicti Duo Reges hoc impedirent, pro poſſe ſuo ſine malo ingenio, durantibus dictis Treugis.*

5. ITEM, *Concordatum eſt, quòd ſtatim Treugæ in utroque Exercitu proclamentur; & teneantur eas ſervare & cuſtodire omnes Perſonæ, præſentes & aliæ, quæ eaſdem vel poſſent vel debeant deprehendere.*

6. ITEM, *Concordatum eſt quòd infra viginti dies, ab hodiernâ die computandos, quilibet dictorum Regum, in Vaſconiâ, & in Ducatu Aquitaniæ, in Terris quas tunc tenent & poſſident, facient dictas Treugas proclamari, ad iſtum Finem, ut pro ſcitis & notoriis habeantur.*

7. ITEM, *Concordatum eſt quòd, ſi per aliquem dictorum Regum, per Gentes ſuas, ſeu Confœderatos, vel Adjutores ipſorum, aliquæ Obſidiones poſitæ ſunt in Vaſconiâ, & in Ducatu Aquitaniæ, ſeu aliquibus Inſulis Maris, in Guerniſiaco, vel Gerneſiaco, vel alibi, Omnes iſtæ Obſidiones ſolventur ſimul ac prædictæ Treugæ ad notitiam Obſidentium devenient; & quatuordecim Perſonæ (viz. ſeptem pro quolibet dictorum Regum) intrabunt in Villis, Caſtris, ſeu Fortalitiis, Obſeſſis exnunc; &, finitis Treugis, provideantur per dictas quatuordecim Perſonas ſupradictas.*

8. ITEM, *Concordatum eſt quòd Banniti & Fugitivi de Terrâ Flandriæ, qui ſunt & fuerunt de parte Regis Franciæ, non poterunt, in Flandriam, dictis Treugis durantibus, intrare ſeu venire: &, ſi ita eſſet quòd aliqui prædictorum irent contra Treugas, infra Regnum fieret de eis Juſtitia; & omnia Bona, quæ haberent in Terrâ Flandriæ, eſſent confiſcata.*

9. ITEM, *Concordatum eſt quòd Debita apud Attrebatum, Creſpinetis, ſeu aliis quibuſcumque, Villis, infra Regnum Franciæ, non repetentur, nec exigentur, durantibus dictis Treugis.*

10. ITEM, *Concordatum eſt quòd omnes Captivi, ſeu Priſonarii, in iſtâ Guerrâ, durantibus dictis Treugis, relaxabuntur a Priſonis*

* V.209. * En Teimoignaunce de ceo nous avoms ſeales ceſtes Letres Patentes de noz Seales, Faites, & Accordes, & Donez, en la Egliſe de Eſpletin le Lundi le 25 jour de Septembre, l'An de Grace Mille, trois cent, & quarante.

In cujus rei Teſtimonium præſentes Literas noſtris Sigillis ſigillavimus, Factas, Concordatas, & Datas, in Eccleſia de Eſpechin, die Lunæ 25 Septembris, Anno Domini Milleſimo, Treceteſimo, Quadrageſimo.

De Treugis antedictis publicandis.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 2. m. 32. dor.

LE Roi au Viſconte de Kent, Salutz.
Come une Trewe, ou Reſpit, ſoit pris, entre Nous & Philip de Valoys,
Par Johan Roy de Boheme & Conte de Luxenberghe,'
Adulph Eveſque de Lieges,
Raouls Ducs de Lorheine,
Eymes Conte de Savoye,
Et Johan Conte d'Armenyak,
D'une part,
Et les Ducs de Brabant & de Gelre, le Markys de Julyers, & Monſeur Johan de Hannonia Sire de Beaumont,
D'autre part,
Pur Nous & le dit Philip, noz Aidantz, & Alliez, ſoient ils Prince, Prelat, Baron, ou autre manere de Gent, quel q'ils ſoient, de Seint Egliſe ou Seculer, a durer tanque a la Feſte de la Nativite Seint Johan le Bapuſtre, prechein avenir, & le jour tout, & lendemeyne jeſqes au ſolail levant,
Et ſoit Acordez, entre autres choſes, que, les dites Trewes durantes, nous & le dit Philip, & noz Coadjutors, & Alliez, quel q'ils ſoient, purront aler ſauvement de l'un Pais en l'autre, & toutz Merchantz, ove totes leur Marchandiſes, & tote manere de Gent, & de Biens & Purveances, tant per Terre, come per Mier & per Eawe, auxi Franchement come ils ſoloient venir & aler en temps de noz Devanciers Rois d'Engleterre & de France, en paiant les Payages & Voyages, que en ad acuſtumez avant ces heures (exceptes les Bannys que ſont banny des dites Royalmes, ou aſcun d'iceux, pur autre Cauſe, que pur la Guerre mue entre nous & le dit Philip) Mais les Barons de Gaſcoigne, & de la Duchie de Guyene, & autres Perſones de Gaſcoigne, & de la dite Duchie (ſoient Banniz ou autre) ſoient compris es dites Trewes, & purront aler & venir, des uns Pais es autres, durantes les dites Trewes,
Et ſoient auxint compris deinz les dites Trewes,
Ly Eſpaigniel,
Ly Catelayn,
Ly Geneneys,
Ly Provincial,
Ly Eveſque & les Chapitres de Caumbrey,
Ly Chaſteaux en Chaumbreſis, & tote ly Caumbreſyn,
Et auxint le Sire de le Bret le Viſconte de Fronſak,
Gaſton del Iſle & le Seigneur de Tyeubon,
Monſeur Johan de Veurny & le Seigneur de Roye,
Sicome en les dites Trewes eſt plus pleneyment contenuz,
Nous, depuis que les dites Trewes eſt Crie par Terre & par Mier devers les parties de Flandres, & ailleurs, ſi pleſt il a nous que elle ſoit Criez par Terre & par Mere devers les parties d'Engleterre, & ailleurs, es lieus buſoignables,
Par qoi vous mandons que, veues ceſtes, en les Port de Meer, & par aillours, deinz voſtre Baillie, ou vous verrez que ſoit affaire, auxibien deinz Franchiſe, come dehors, facez Crier & Overtement Puplier, & tant come en vous eſt fermement garder, l'Acord & choſes deſuſdites, tanque as jour & heure avantdit, & que rien ſoit fait ne attemptez encontre la forme de meſme l'Acord.
Don. a Loundres, le 6 jour d'Octobr.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Autiel Mandement eſt direct, ſouz meſme le Date, as Viſcontz deſuſeſcriptz, c'eſtaſſaver de,

Loudres, Northumbr. Everwyk, Lincoln. Norffolck. Suffolc. Eſſex, Kent, Suſſex, Suthampton. Somerſ. Dorſ. Devon. Cornwaillie, Lancaſtre, Cumbreland, Glouc. Hereford,

Et as toutz autres Viſcontz d'Engleterre.

Item ſemblable Mandement eſt direct a William de Clynton Counte de Huntyngdon, Gardein des Cynk Portz, & as Mairs & Baillifs des Villes deſouznomes, c'eſtaſſaver, * V.210.

As Mairs { *De Winchelſe,*
De la Rye,
De Haſtings,
De Faverſham,
De Porteſmuth, }
As Baillifs de Shorham,
As Baillifs &c.

Item autiel Mandement eſt direct as Seigneurs deſouzeſcriptz, ent changiez ce qeſt a changer, c'eſtaſſaver,

Al Eveſque de Dureſme,
Au Ducs de Cornwaille & Conte de Ceſtre,
A la Juſtice d'Irland ou a ſon Lieutenantz,
As Juſtices de Northgales & Suthgales, ou a leur Lieutenant ſeveralment,
Au Gardein des Iſles Jereſeye, Serke, & Aureneye, ou a ſon Lieutenant.

Ad Papam, pro Jo. de Gateſden, ſuper Servitio impenſo in Debellandis Gibelinis.

SAnctiſſimo ac Beatiſſimo Patri in Chriſto Domino Benedicto &c. Edwardus &c. devota pedum oſcula beatorum. Ann. D. 1340.
Sedis Apoſtolicæ circumſpecta Benignitas, etſi libenter erga Devotos in Donis Gratiarum exuberet, illos tamen ſolet prærogativâ favoris & gratiâ prævenire, quos in ipſius Obſequiis conſpexerit laudabilius ſe geſſiſſe. An. 14. E. 3. Pat. & Cart. in partibus Tranſmarinis 14. E. 3. m. 1. dor.
Sanè, cùm Conſiliarii & Communitas Civitatis veſtræ Spoletanæ, Pridem grata conſideratione penſantes Labores varios, quos, dilectus & fidelis noſter Johannes de Gateſdene Miles, de Regno noſtro Angliæ oriundus, in Ducatu Spoletano contra Gibilinos, Rebelles Eccleſiæ, diù ſuſtinuit, laudabiliter & ſtrenuè ſe gerendo,

Et

Digitized by Google

Advertenteſque idem Regnum poſſe ſecuriùs defenſari, ſi Naves dicti Regni noſtri in manibus Subditorum ejuſdem Regni cuſtoditæ fuerint & retentæ,

Tibi præcipimus, diſtrictiùs injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in ſingulis Portubus Maris Ballivæ tuæ, ubi Naves exiſtunt, & locis aliis, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi facias, nè qui Domini Navium, aut alii quicumque, Naves aliquas alicui, vel aliquibus Perſonis Extraneis, vendant, aut donent, ſeu a dicto Regno noſtro per hujuſmodi Venditiones aut Donationes, ſeu quovis alio colore, elongent, aut vendere, donare, ſeu elongare præſumant, clàm vel palàm, ſub Forisfacturâ Navium, cæterorumque Bonorum ſuorum quorumcumque.

Et de Numero Navium, tàm Majorum, quàm Minorum, ſingulorum Portuum dictæ Ballivæ tuæ, & de Nominibus illorum quorum fuerint dictæ Naves, Nos in Cancellariâ noſtrâ, citra Octabas Sancti Martini proximò futuras, abſque ulteriori dilatione certifices, ſub Periculo quod incumbit, & ſub Pœnâ Viginti Librarum, quas de Terris & Catallis tuis levari faciemus, ſi hoc præſens Mandatum noſtrum in formâ prædictâ non fueris Executus.

Et nihilominus quoſdam Fideles noſtros aſſignabimus ad Inquirendum, & ſe Informandum, de Diligentiâ, & Geſtu tuo in quolibet præmiſſorum.

Hoc Breve nobis remittens ad Octabas ſupradictas.

Teſte Cuſtode prædicto apud Andover, undecimo die Octobris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus Angliæ, quorum Ballivæ Mari ſe conjungunt ſub eâdem datâ, videlicet,

Vicecomiti Eſſex.	*Vic. Cornub.*
Vic. London.	*Vic. Glouc.*
Vic. Kanc.	*Vic. Lanc.*
Vic. Suſſex.	*Vic. Lincoln.*
Vic. Suthampton.	*Vic. Eborum.*
Vic. Somerſ. & Dorſ.	*Vic. Northumbr.*
Vic. Devon.	

Ad Papam, de Credentia.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Rom.* 14. *E.* 3. *m.* 1.

PAPÆ Rex, &c.

Sub Prægrandi Fiduciâ, quam de Fidelitate & Circumſpectione providâ, dilecti & fidelis noſtri, Reginaldi de Cobham, Militis Strenui & Honeſti, optinemus, Ipſum ad Pedes veſtræ Beatitudinis tranſmittimus, tàm ſuper Statu Negotiorum noſtrorum, quàm ſuper Intentione noſtrâ, & aliis nobis deſiderabilibus, pleniùs informatum;

Cui præbere velitis (ſi placet) Aditum & Auditum, & verbis ejus, tanquam ab Ore noſtro prolatis, Credulam dare Fidem.

Conſervet vos, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Octobris.

reſidenti nobis factæ, quendam Nuncium cum ſuis Litteris, per quas, Venerabilem Epiſcopum Coventriæ & Lichefeldiæ, & Robertum de Kildesby, Germanum, Willielmi de Kildesby, Clerici noſtri quàm dilecti, citari mandabat ut certo Termino coram eo, in dicto Palatio, comparerent, ad partes ipſius ſpecialiter deſtinâſſet,

Item Nuncius, cùm ad Civitatem Londoniæ venit, ſubitò Captus fuit, & de Mandato dictorum, Willielmi & Roberti, fuit, & eſt, diro carceri Mancipatus,

Et, ut dicti, Willielmus & Robertus, poſſent eorum Auſum Dampnabilem palliare, a Curiâ noſtrâ Regiâ Litteras impetrârunt, continentes dictum Nuncium propter Homicidium Commiſſum per eum in partibus, ut minus veraciter aſſeritur, ſic in Carcere detineri debere,

Propter quod veſtra Sanctitas certis Epiſcopis Regni noſtri Angliæ, per Apoſtolica ſcripta mandavit, de Citando prædictos, Willielmum & Robertum, ut infra certum Terminum Apoſtolico ſe Conſpectui repræſentent, veſtris ſuper præmiſſis Beneplacitis parituri.

Et quidem, ſi prædicti, Willielmus & Robertus, tantum Facinus tàm contemptibiliter commiſiſſent, eſſent meritò Urgentis Animadverſionis Acrimoniâ percellendi, nec ipſos, quantocumque nobis Familiares, in tanto (quod abſit) Flagitio faveremus, qui Sacroſanctam Romanam Eccleſiam revereri cupimus, ut debemus.

Set re verâ, Pater Sanctiſſime, qui talia ſuggeſſerunt, veſtræ circumvenerunt Conſcientiæ Puritatem; nam, ſicut tàm per Juramentum dicti Willielmi, corporaliter præſtitum coram nobis, quàm per alias Claras Evidentias, nobis conſtat quòd idem Willielmus Captioni dicti Nuncii, vel Detentioni ejus in Carcere, nuſquam conſenſit, nec eas fieri procuravit, nec ratas habuit, ſet pro Liberatione ſuâ inſtanter interpoſuit partes ſuas; undè in verbo Veritatis Regiæ conteſtamur, quòd in hoc Facto nichil eſt quod prædicto Willielmo debeat ad culpam rationabiliter imputari:

Et Credimus etiam quod dictus Germanus ſuus à ſibi ſic impoſitis ſimiliter ſit immunis:

Et, licet ſecundum Jura Regni noſtri Angliæ, dictus Nuncius ritè Delatus extiterat atque Captus, ob reverentiam tamen veſtram & Sedis Apoſtolicæ ipſum liberari mandavimus, Abolitionem impoſiti ſibi Criminis concedentes.

Cùm itaque dicti, Willielmus & Robertus, noſtrorum habeant notitiam præcipuam agendorum, & propter expertam eorum Fidelitatem, & Locum Magnum quem nobis tenere noſcuntur, eorum jam carere præſentiâ nobis, nedùm valdè Dampnoſum, ſet cordi noſtro foret admodum Tædioſum; quinimo cùm dicti, Willielmus & Robertus, ſint de Familiaribus noſtris præcipuis, & ſic Æmulis noſtris, de Franciâ & Alemanniâ, & aliis, plus exoſi, patens inſtaret eis Mortis vel Confuſionis extremæ periculum, ſi ad Sanctitatis veſtræ Curiam jam tranſirent: cùm, niſi per loca dictorum Æmulorum, eis Tranſitus non ſuperſit, & ſcriptum eſt eis per Fidedignos, quod eſt tàm Doloſa * Conſpiratio contra eos, quod, ſi veniant ad Curiam, eorumdem Interitus eſt paratus, * V. 213.

Nos,

Conſiderantes Timorem eorum juſtum & notorium, & quòd de Contemptu eis impoſito penitùs ſunt immunes,

Ac ſperantes quod præmiſſis, & qualiter ipſorum Obſequiis, præſertim iſtis temporibus, carere non poſſumus, clementer atten-

Digitized by Google

ipſum Comitem vobis liberent, ad dictum Caſtrum de Wyndeſore duci faciendum in formâ ſupradictâ,

Ac etiam Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Ballivis, & aliis Miniſtris noſtris, tàm infra Libertates, quàm extra, quòd illis, ad ipſum Comitem uſque ad idem Caſtrum de Wyndeſore ducendum Conductum, videlicet, quilibet eorum per Ballivam & Diſtrictus ſuos, habere faciant, quotiens & quando per ipſos Deputatos, vel eorum aliquem, ex parte noſtrâ fuerint præmuniti;

Mandavimus enim Vicecomiti noſtro Northumbriæ, quòd Miſas & Expenſas,

Quæ juxta Diſcretionem veſtram, pro Ductione ejuſdem Comitis, & Suſtentatione ſuâ, ac Aliorum ipſum ſic ducentium, rationabiliter apponendæ fuerint,

De Exitibus Ballivæ ſuæ ſolvat;

Necnon Vicecomiti noſtro Eborum, quòd ipſe, ſi dictus Vicecomes Northumbriæ non habeat undè ſolvere dictas Expenſas & Miſas, pro Ductione & Suſtentatione prædictis, inveniat de Ballivæ ſuæ Exitibus, in formâ antedictâ; ita quod, pro defectu non Solutionis Expenſarum & Miſarum illarum, præfati Comitis Ductio ad dictum Caſtrum nullatenus differatur.

Et nos ſibi indè, in Compoto ſuo, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Walyngford, viceſimo quinto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

• V. 214.

* *De recipiendo Comitem de Murref.*

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Clauſ.* 14. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 23.

REX Conſtabulario Caſtri ſui de Wyndeſore, Salutem.

Quia, ob certas cauſas, nos moventes, ordinavimus quòd Johannes Comes de Murref, *&c. ut ſupra uſque hæc verba; viz.*

Vobis mandamus quòd Corpus prædicti Comitis ab illis, qui ipſum ad dictum Caſtrum duxerint, recipiatis, & eundem Comitem in eodem Caſtro ſalvò & ſecurè cuſtodiri faciatis, quouſque de Deliberatione ſuâ aliter duxerimus ordinandum, ſicut prædictum eſt.

Et de Sumptibus, pro Suſtentatione ejuſdem Comitis, ac illorum per quos ad Caſtrum illud ſic ductus fuerit, pro tempore quo ipſos in Adventu ſuo penes vos morari contigerit, ordinabimus, & eos vobis ſolvi faciemus.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Walyngford, viceſimo quinto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Comite ſæpedicto, in Subſidium Deliberationis Comitis Sarum, conceſſo.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat.* 14. *E.* 3. *p.* 3. *m.* 14.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Dilectus & Fidelis noſter, Willielmus de Monte Acuto, Comes Sarum, & Mareſcallus Angliæ,

Nuper in Guerrâ noſtrâ, in partibus Tranſmarinis, & in Obſequio noſtro ibidem, contra Hoſtes noſtros de Franciâ, pro recuperatione & ſalvatione Jurium noſtrorum in eiſdem partibus, progrediens,

Per ipſos Hoſtes noſtros de Guerrâ captus fuiſſet, & Carcerali Cuſtodiæ Mancipatus,

Nos,

Ad laudabilem & fidelem Geſtum ipſius Comitis in hac parte,

ne Sedis Apoſtolicæ, quæ ſic Tractata ſunt, effectui mancipare,

Nos,

Conſiderantes qualiter, inter dictum Ducem Brabantiæ & ſuos Subditos, ac, Dilectos & Fideles noſtros, Homines de Flandriâ, Fœdus perpetuum eſt firmatum, & nedùm noſtrum, & Regni noſtri Angliæ, ſet Chriſti Fidelium, præcipuè Mercatorum, publicum vertitur intereſſe, ut inter Subditos noſtros ac Brabantinos & Flemmyngos Comunio pacifica vigeat & ſecura, quæ quidem Comunio pacifica ex dictâ Copulâ Maritali ſolidari poſſet multò perpenſius & firmari,

Sanctitati veſtræ, quæ ſecundum Qualitates Perſonarum, Locorum, & Temporum, providè diſpenſat Munera Gratiarum, votivis affectibus ſupplicamus, quatinùs, ex cauſis præmiſſis, cum dictis Filio & Filia, ut, impedimento Conſanguinitatis hujuſmodi non obſtante, licitè poſſint adinvicem Matrimonium contrahere, dignemini cum ipſis, juxta formam Supplicationis, ſuper hoc veſtræ Beatitudini porrigendæ, de Benignitate Sedis Apoſtolicæ miſericorditer diſpenſare.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Octobris.

Pro Petro (nuper Sanctæ Praxedis Presbytero) nunc Epiſcopo Sabinenſi.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Pat. & Cart. in partibus tranſmarinis* 14. *E.* 3. *m.* 2.

REX omnibus, &c. Salutem.

Attendentes magnum locum, quem, Venerabilis Pater, Petrus Epiſcopus Sabinenſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, nobis in noſtris agendis tenuit a jamdiu,

Nec non Benivolentiam continuam, quam ipſe penes Nos geſſit, & gerit jugiter, hiis diebus, ad ea, quæ noſtros Honores & Commoda concernunt, exhibendo pro viribus ſe paratum,

Ac volentes, eo prætextu, ipſius Precibus, nobis oblatis, favorabiliter inclinare,

Conceſſimus, & Licentiam Dedimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd idem Epiſcopus, vel Attornati ſui in hac parte, ſingulis Annis, Sexaginta Saccos Lanæ, pro Veſturis Familiarum ſuorum faciendis, infra Regnum noſtrum Angliæ, in locis ubi expedire viderint, Emere & Providere, & Eos in Portubus ejuſdem Regni, quos eligendos duxerint, carcare, & ad partes exteras ducere poſſint, abſque Cuſtumâ ſeu Subſidio, nobis indè ſolvendis, ad totam vitam ipſius Cardinalis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Gandanum, decimo quinto die Novembris, Anno ut ſupra.

De venire facias Epiſcopum de Man.

Ann. D. 1340. *An.* 14. *E.* 3. *Clauſ.* 14. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 20.

REX, Dilecto ſibi, Thomæ de Drayton, de Magnâ Jernemuthâ, Salutem.

Quibuſdam certis de cauſis vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd Epiſcopum de Man in Scotiâ, quem unà cum quibuſdam aliis Hominibus de Scotiâ, ac Bonis & Catallis ſuis, in quâdam Navi, in quâ idem Epiſcopus erat, apud Kerkele areſtari, & ſub Areſto detineri feciſtis, uſque Civitatem noſtram Londoniam ſub ſalvo Conductu, cum omni celeritate, quâ fieri poterit, venire faciatis, ibidem, ſuper aliquibus nos tangentibus, examinaturus, ulteriuſque facturus quod per Concilium noſtrum contigerit ordinari,

Et dictos alios Homines de Scotiâ, per vos ſic areſtatos, unà

cum

Digitized by Google

in quâdam Burſâ, Privato Sigillo ipſius Domini Regis conſignatâ, uſque Eccleſiam de Berkyng juxta Turrim prædictam deportari, & utrumque Sigillum ibidem, in præſentiâ Dominorum,

Reginaldi de Cobham,
Et Roberti de Sadyngton, Capitalis Baronis de Scaccario ipſius Domini Regis,
Thomæ de Eveſham,
Et Thomæ de Brayton,

Et aliorum Clericorum Cancellariæ ipſius Regis, aperiri, & Brevia de curſu, de datâ ante Adventum ipſius Regis apud Turrim prædictam ſcripta, cum dicto Sigillo, præfato Domino Regi per dictum Epiſcopum liberato, & Duas Cartas Regias factas in partibus Tranſmarinis, unum Patens cum dicto alio Sigillo à dictis partibus Tranſmarinis ſic delato, conſignari, & poſtmodum in Duabus Burſis, in quibus Sigilla prædicta prius poſita fuerant, includi, & utramque Burſam, Sigillis prædictorum Roberti, Thomæ & Thomæ conſignari, & eadem Sigilla dicti Domini Regis ad dictam Turrim ſecum afferri fecit,

Et etiam idem Dominus Rex præcepit quòd dicto Sigillo, quod ſic de prædictis partibus Tranſmarinis delatum fuit, extunc in Regno ſuo Angliæ uteretur.

Memorandum de Magno Sigillo liberato Domino Roberto Burghcher Militi.

Memorandum de Liberatione Rotulorum Cancellariæ Regis.

Ann. D. 1340. An. 14. E. 3. Clauſ. 14. E. 3. p. 2. m. 10. d.

MEMORANDUM, *quòd die Sabbati, ſecundo die Decembris, omnia, Rotuli, Bundellæ, & Memoranda, de Cancellariâ, quæ in Hoſpitio Domini Johannis de Sancto Paulo, tunc Cuſtodis Rotulorum ejuſdem Cancellariæ extiterunt, de Præcepto Domini Regis, uſque Turrim Londoniæ miſſa,*

Et ibidem Domino Willielmo de Kyldesby, Cuſtodi Privati Sigilli ejuſdem Domini Regis, per Willielmum de Emeldon, Clericum prædicti Domini Johannis, liberata fuerunt, & ſic in eadem Turri, in Cuſtodiâ ejuſdem Willielmi de Kyldesby, uſque ad diem Mercurii proximum poſt Feſtum Circumciſionis Domini, proximò ſequentem, detinebantur,

Quo die omnes Rotuli, Bundellæ, & Memoranda, quæ fuerunt in Quatuor Bagis, videlicet, de iſto Anno, de præcepto ejuſdem Willielmi, Domino Thomæ de Eveſham, qui coram Domino Roberto de Burghcher Cancellario, & præfato Willielmo de Kildesby, & aliis de Concilio dicti Domini Regis, apud Weſtmonaſterium Sacramentum
* V. 117.
*præſtitit, de Officio * Cuſtodis Rotulorum Cancellariæ prædictæ fideliter faciendo, liberata extiterunt,*

Et omnes alii Rotuli prædicti, adhuc in Cuſtodiâ ejuſdem Willielmi de Kildesby in Turri prædictâ morantur.

Et poſtmodum die Martis, proximò ſequenti, omnia dicta, Rotuli, Bundellæ, & Memoranda, quæ ſic in Cuſtodiâ prædicti Willielmi in dictâ Turri remanſerunt, videlicet, in decem & Octo Bagis de Canevace, & uno Saculo de Corio, unâ cum quodam Magno Hanaperio de diverſis Indenturis ac Clavibus Ciſtarum, in eadem Turri reſiden-

de Societatibus Bardorum & Peruch, infra Regnum noſtrum Angliæ Emptis & Proviſis, extra idem Regnum noſtrum ad partes Flandriæ ducere poſſint, ſolvendo nobis in portubus, ubi Lanæ illæ Carcandæ exiſtunt, Quadraginta Solidos pro Quolibet dictorum Mille Saccorum, pro Cuſtuma & Subſidio nobis indè debitis, & quòd iidem Matheus & Socii ſui de Quadraginta Denariis de Sacco, pro Novâ Cuſtumâ ſolvendis, penitùs ſint Quieti.

Et, ut dictæ Lanæ ad Portus prædictos citiùs ducantur & accelerentur, aſſignavimus, dilectos nobis, Willielmum Biſhop, & Franciſcum Forſet, Servientes noſtros ad Arma, conjunctim, & diviſim, ad omnes Lanas ipſorum Mercatorum, de dictis Societatibus Leopardorum, Bardorum, & Peruch, uſque ad ſummam dictorum Mille Saccorum, ubicumque inventæ ſive areſtatæ fuerint, tàm in Comitatu Suthamptoniæ, quàm infra Libertates, ſive extra, deareſtandum, & uſque ad Portus prædictos cum omni celeritate duci, & ibidem carcari, & præfatis Mercatoribus de dictâ Societate Leopardorum liberari faciendum, ad dictas partes Flandriæ ducendas ex cauſâ ſupradictâ.

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, mandamus, diſtrictiùs injungentes, quòd eiſdem, Willielmo & Franciſco, & eorum alteri, in præmiſſis omnibus & ſingulis faciendis & exequendis, Intendentes ſitis, Conſulentes & Auxiliantes, quotiens, & prout vobis, & cuilibet * veſtrûm ſcire facient, vel faciet ex parte noſtrâ. * V. 218.

Eiſdemque, Willielmo & Franciſco, aut alicui eorum, ſuper Deareſtatione, ſeu Deliberatione eorumdem Mille Saccorum, vel alicujus partis inde, de Lanis dictorum Mercatorum, de dictis Societatibus Leopardorum, Bardorum, & Peruch, Impedimentum aliquod, vel Quicquam per quod dictum negotium prorogari vel differri valeat, nullatenus faciatis, vel fieri permittatis, ſub periculo quod incumbit; Quibuſcumque Mandatis, Commiſſionibus, vel Inhibitionibus (vobis, ſub Magno vel Privato Sigillis noſtris, directis, vel dirigendis) non obſtantibus.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De inquirendo de Homicidiis contra Treugas Franciæ.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Hugoni de Courteneye, Comiti Devoniæ, Willielmo Truſſel Seniori, & Johanni l'Ercedekne, Salutem. Ann. D. 1341. An. 14. E. 3. Pat. 14. E. 3. p. 3. m. 3. d.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, initis Treugis inter Nos & Philippum de Valoys & alios Homines de Francia, Treugas illas per totum Regnum noſtrum Angliæ publicè proclamari fecerimus, omnibus & ſingulis ſubditis noſtris Inhibentes ne dicto Philippo vel Hominibus prædictis, durantibus Treugis prædictis, Dampnum aliquod inferrent, nec Quicquam, per quod Treugæ prædictæ infringi poterunt, facere præſumerent quovis modo.

Et jam intellexerimus quòd Quidam, tàm Marinarii, quàm alii, Homines de Comitatibus Suthamptoniæ, Somerſetiæ, Dorſetiæ, Devoniæ, & Cornubiæ, in Navibus & Barellis ſupra Mare, & in

Digitized by Google

E. 3. m. Inter cætera Credentia, dilectorum & fidelium noſtrorum, Jo-
7. hannis Dyeus Militis, Magiſtri Geraldi de Podio Judicis Majoris Vaſconiæ, ac Willielmi de Radenore, nobis Litteratoriè nuper miſſa, perpendimus contineri quòd vos,

* V. 219. * Si Treugam, ſeu Sufferentiam Guerræ, inter Nos pro Nobis, & Subditis noſtris, ex parte unâ, & quoſdam Inimicos noſtros de Franciâ ex parte alterâ, ſub certâ formâ & conditionibus nuper Initam & Concordatam, in caſu quo illi de Francia Treugam, ſeu Sufferentiam illam, in Toto vel in parte infringerent, vel Eam aut aliquos Articulos, in eâ contentos, tenere & obſervare renuerent, penes Vos & Subditos noſtros partium illarum teneri & obſervari faceretis,

Informare deberemus;

Super quibus ſcire vos volumus quòd Treugam & Sufferentiam illam, juxta Formam & Conditiones, in eadem contentas, penes Nos & dictos Subditos noſtros, durante termino ejuſdem, intendimus obſervare; dùm tamen dicti Inimici noſtri, Eam penes ſe obſervent & faciant obſervari.

Vobis igitur mandamus, Rogantes quòd Treugam illam, ſeu Sufferentiam, ex parte noſtrâ, & Subditorum noſtrorum partium illarum, conſimili modo teneri & obſervari faciatis, quo dicti Inimici noſtri Eam tenent & obſervant ex parte ſuâ;

Et pro Periculis iminentibus in hac parte volumus, & vobis injungimus & mandamus, quòd Homines, in partibus prædictis exiſtentes, ad Vadia noſtra teneri, & de Munitionibus Caſtrorum & locorum, in Manu noſtrâ & Fidelium noſtrorum exiſtentium, ordinari faciatis, prout juxta Diſcretiones veſtras meliùs & utiliùs fore videritis faciendum.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem & Conſilium, & per Breve de Privato Sigillo.

De Incurſibus Comitis Fuxi, obviandis & reprimendis.

Ann. D. 1341. An. 14. E. 3. Claſe. 14. E. 3. m. 6.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Hugoni de Geneva, Locum noſtrum tenenti in Ducatu noſtro Aquitaniæ, ac Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem.

Intelleximus quòd Comes Fuxi, ſuique Complices & Fautores, de mandato & voluntate Philippi de Valoys, Inimici & Rebellis noſtri, ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ in proximo divertere ſe proponunt, ad, Nobilem virum & dilectum & fidelem noſtrum, Bernardum Ezii Dominum de Lebreto, & quoſdam alios fideles noſtros, Parti noſtræ Adhærentes, expugnandum, & pro Poſſe ſuo deſtruendum, & ad alia Mala, Strages, & Incendia, in Terris ipſius Bernardi, ac alibi infra Ducatum noſtrum prædictum, perpetrandum,

Quod ſi permitteremus, non ſolùm in ipſius Bernardi & Aliorum Fidelium noſtrorum Partium illarum Deſtructionem, verùm etiam in noſtri Dedecus & Exhæredationem cedere poſſet manifeſtè,

Nos, Malitiæ prædicti Comitis, & aliorum Inimicorum noſtrorum, obviare volentes, vobis injungimus & mandamus quòd in Caſu, quo præfatus Comes, vel alii Inimici noſtri, verſus partes Ducatus prædicti ſe divertant, ad præfatum Bernardum ſeu Alios Fideles noſtros Expugnandum, ſeu Mala & Facinora hujuſmodi ibidem perpetrandum, tunc contra præfatum Comitem vos de Guerra viriliter opponatis, & Fideles noſtros partium illarum ad Malitiam dicti Comitis & aliorum Inimicorum noſtrorum præ-

bis meritò ſunt accepta. E. 3. m. 1.

Propter quod in votis gerimus ſic veſtram Gratitudinem cum affluentiâ, quæ Regiam decet Munificentiam, non ſolùm verbo, ſet Facto reſpicere, quòd alii Exemplo veſtri reddentur ad Conſimilia pro nobis facienda Promptiores.

Expertam igitur veſtræ Fidei puritatem attentè rogamus, firmiter exhortantes, quatinus circa Defenſionem Jurium noſtrorum, contra nobis Adverſantes, velitis intrepidè vos apponere, & pro viribus Opem ferre; benignè Continuantes, quod, diu eſt, incepiſtis tàm gratanter; quoniam confortabimini in proximo (Deo Duce) & veſtram Gratitudinem Remuneratione congruâ taliter proſequemur, quòd Aliis cedet in Exemplum fideliter Obſequendi.

Super Hiis & Aliis, Vos & Statum Ducatûs noſtri Aquitaniæ concernentibus, dilectis & fidelibus noſtris, Johanni Dyieus Militi, Magiſtro Geraldo de Podio Judici noſtro majori in Ducatu noſtro prædicto, & Willielmo de Radnore, vota noſtra apperuimus vivâ voce; quibus in exponendis velitis Fidem Credulam adhibere.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

Conſimiles Litteræ diriguntur ſubſcriptis, ſub eâdem Datâ; videlicet,

Probis Hominibus & Communitati Villæ Regis de Sancto Makario.
Majori, Juratis, & toti Communitati Villæ Sancti Emiliani.

Ad Capitaneos Regis in Ducatu Aquitaniæ.

REX, Nobilibus Viris, ac dilectis & fidelibus ſuis, Bernardo Ezii Domino de Lebreto & Hugoni de Genevâ, Domino de Vary de Hauton, Locum noſtrum tenentibus, & Capitaneis noſtris in Ducatu noſtro Aquitaniæ, ac Olivero de Ingham ejuſdem Ducatûs noſtri Seneſcallo, Salutem. Ann. D. 1341. An. 14. E. 3. Ibid.

Gratæ Dilectionis Affectus, quem ad Nos & noſtri Conſervationem Honoris intimè geritis & habetis, vos & veſtra multipliciter exponendo, non per auditum, ſet Operis effectum ſatis conſtat; undè Grates vobis referimus ſpeciales,

Vos intimè rogando, mandantes quatinus, juxta Fidelitatis veſtræ Conſtantiam, & expertam veſtræ Affectionis Gratitudinem, velitis magnanimiter continuare, quod tàm gratanter incepiſtis, & pro Defenſione Jurium noſtrorum, in Ducatu prædicto, pro viribus laborare, Periculis non cedentes.

Quoniam confortabimini (Deo Duce, & ſi Deus nobis proſperare conceſſerit) Tali Retributione veſtram Gratitudinem proſequemur, quòd vos gaudebitis pro Nobis talia ſubiiſſe.

Super Hiis & Aliis, Vos & Statum Ducatûs noſtri prædicti concernentibus, dilectis & Fidelibus noſtris, Johanni Dyeus Militi, Magiſtro Geraldo de Podio Judici noſtro Majori in Ducatu noſtro prædicto, & Willielmo de Radenore, vota noſtra aperuimus viva voce; Quibus in exponendis velitis Fidem Credulam adhibere

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

De

Digitized by Google

8. [illegible] ejus, Homines Ligeos noſtros, de inter Duo Maria, infra Ducatum Aquitaniæ (qui erga Nos, & Progenitores noſtros, quondam Reges Angliæ, benè & fideliter ſe geſſerunt temporibus retroactis) Regiis attolli Favoribus,

Conceſſimus eis, & per præſentes concedimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd ipſi, & eorum Hæredes, & Succeſſores, & alii, qui Arma ſua in præſenti gerunt, vel impoſterum portabunt, & qui de eorum Genere & Hoſpitio exierint, in Homagio & Fidelitate noſtris, & Hæredum noſtrorum, Regum Angliæ, perpetuis temporibus, & noſtrâ, vel Seneſcalli noſtri Vaſconiæ, Cognitione, & Juriſdictione, Altâ & Baſsâ, Mero & Mixto Imperio, immediatè, unà cum eorum Familiis remaneant,

Et quòd ipſos, nec eorum Progeniem, de Hoſpitiis ſuis procreatam ſeu procreandam, nec eorum Hoſpitia, Maneria, Homines, aut Tenentes ſuos, vel eorum Obedientiam, per Venditionem, Donationem, Permutationem, vel Alienationem, ſeu quovis alio Titulò, extra Manum noſtram non ponemus, niſi Futuro Hæredi Angliæ.

Quare volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd prædicti, Geraldus & Reymundus, Hæredes & Succeſſores ſui, & alii qui de eorum Hoſpitio & Progenie exierint, aut Homines ſeu Tenentes ſui prædicti, vel eorum Hoſpitia, vel Maneria ſua prædicta, aut eorum cujuſlibet, a Coronâ Regni noſtri Angliæ (niſi futuro Hæredi Angliæ, ut eſt dictum) per Venditionem, Donationem, Permutationem, Alienationem, ſeu quovis alio Titulo de cætero ſegregari non poſſint, vel transferri, aut inde diſtrahi quovis modo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

---

* V.222.

* *Ejuſmodi Conceſſio pro Communitate Villæ Sancti Emiliani.*

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Ibid.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Regiam decet Majeſtatem Illis Favorem & Gratiam impertiri, quos benè meritos noverit, & Regiis Obſequiis invenerit Promptiores.

Volentes igitur, dilectos & fideles noſtros, Majorem, Juratos, & Comunitatem Villæ Sancti Emiliani, infra Ducatum noſtrum Aquitaniæ, qui erga Nos, & Progenitores noſtros, quondam Reges Angliæ, benè & fideliter ſe geſſerunt, temporibus retroactis, Regiis attolli Favoribus,

Conceſſimus eis pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd Villam prædictam, per Venditionem, Donationem, Permutationem, ſeu quovis alio Titulo, extra Manum noſtram non ponemus, niſi futuro Hæredi Angliæ,

Quare volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Villa prædicta a Coronâ Regni Angliæ (niſi futuro Hæredi Angliæ, ut eſt dictum) per Venditionem, Donationem, Permutationem, ſeu quovis alio Titulo, de cætero ſegregari non poſſit, vel transferri, aut indè diſtrahi quoquo modo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Januarii, Anno Regni noſtri Angliæ Quintodecimo, Regni verò noſtri Franciæ Secundo.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *De Protectione pro Archiepiſcopo Cantuarienſi.* * V.223.

Ann. D. 1341. *An* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 48.

REX Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm pluries mandaverimus, Venerabili Patri, Johanni Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati, quòd ad Nos veniret, pro quibuſdam Arduis Negotiis noſtris, de quibus cum præfato Archiepiſcopo Colloquium habere volumus & Tractatum,

Ac idem Archiepiſcopus, ut accepimus, metuat ſibi, de Corpore ſuo, per quoſdam Æmulos ſuos, in veniendo ad nos, vel redeundo, periculum poſſe evenire,

Et eâ de causâ ad Nos hucuſque accedere diſtulerit,

Nos,

Volentes Securitati prædicti Archiepiſcopi in hac parte providere,

Suſcepimus ipſum Archiepiſcopum, ac Homines, & Servientes ſuos, & eorum Equos, Herneſia, & Bona ſua quæcumque, veniendo ad nos, ubicumque, infra Regnum noſtrum Angliæ fuerimus, ibidem morando, & exindè redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Archiepiſcopo, aut Hominibus, & Servientibus ſuis, *&c. ut in ſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Januarii.

Per ipſum Regem.

Super Maritagio Margaretæ de Monte Hermerii.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 46.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Venerabilis Pater, Johannes Exonienſis Epiſcopus, nuper poſt Mortem Thomæ de Monte Hermerii defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, dilectam nobis Margaretam, Filiam & Hæredem prædicti Thomæ, penes ipſum Epiſcopum cepiſſet, & per tempus aliquod detinuiſſet,

Et poſtmodùm præfatam Margaretam, dilecto & fideli noſtro, Willielmo de Monte Acuto, Comiti Sarum, de voluntate noſtrâ & Aſſenſu, dilecti & fidelis noſtri, Roberti de Ferrariis (Cui Maritagium ejuſdem Hæredis conceſſimus) liberaſſet,

Nos (Liberationem prædictam acceptantes) volumus & concedimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd prædictus Epiſcopus, prætextu Captionis & Detentionis Hæredis prædictæ, in formâ prædictâ, aut Liberationis ejuſdem, præfato Comiti ſic factæ, per Nos, vel Hæredes noſtros, ſeu Miniſtros quoſcumque, de cætero non occaſionetur, impetiatur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur.

M In

Digitized by Google

[illegible] ſuper [illegible], Salutem.

1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 43.

Cùm nuper,

Volentes, Dilecto & Fideli noſtro, Willielmo de Monte Acuto, Comiti Sarum, & Mareſcallo Angliæ (qui, in Obſequio noſtro, in partibus Tranſmarinis, nuper de Guerrâ Captus, & in Priſonâ ibidem detentus extitit) Gratiam facere ſpecialem,

Conceſſerimus præfato Comiti, in Auxilium Deliberationis ſuæ a Priſonâ prædicta, quòd Ipſe per Se, & Servientes ſuos, Ducentos & Quadraginta Saccos Lanæ in Portu Londoniæ carcare, & ad partes Flandriæ ducere poſſet, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Februarii.

De Protectione, pro Comite de Murref, ad partes Tranſmarinas profecturo.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Pat. 15. E. 3. p. 1. m. 46.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Cùm Johannes Comes de Murref, nuper de Guerrâ Captus, & infra Regnum noſtrum Angliæ Detentus ſub Cuſtodiâ Carcerali, & jam, pro quibuſdam Obſidibus de Terrâ Scotiæ, pro eodem Comite redditis, deliberatus, cum viginti Hominibus, Equitibus, & Herneſiis ſuis, ad partes Tranſmarinas, pro quibuſdam Negotiis, Deliberationem ſuam contingentibus, ibidem expediendis, de noſtrâ Licentiâ ſe divertat,

Suſcepimus ipſum Comitem, & Homines ſuos prædictos, eundo ad partes prædictas, ibidem morando, & exinde in Angliam redeundo, ac Naves, dictos, Comitem, Homines, ac Equos, & Herneſia ſua prædicta, ducentes, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, ac in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum;

Et ideo vos Amicos & Benivolos rogamus, vobis Fidelibus noſtris Mandantes, quod eidem Comiti aut Hominibus ſuis, *&c. ut in ſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Februarii.

Per ipſum Regem.

De Exitibus ad Scaccarium deferendis.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 42.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Quia per Nos & Concilium noſtrum ordinatum exiſtit jam de novo, quod omnes Denarii, provenientes de omnibus Firmis noſtris ſingularum Civitatum, & Burgorum ac Villarum noſtrorum, in Regno noſtro Angliæ, ac de Exitibus ſingulorum Comitatuum ejuſdem Regni, uſque Weſtmonaſterium ad Receptam noſtram celeriter deferantur, vobis (præfate Theſaurarie) & Camerariis noſtris ibidem liberandi; ita quod Solutiones aliquæ, de Firmis & Exitibus illis, alicui Perſonæ, cujuſcumque Statûs fuerit, prætextu alicujus Mandati noſtri, indè facti, per aliquem, præterquam per Manus veſtras (præfate Theſaurarie) & ipſorum Camerariorum, exnunc, abſque Mandato noſtro ſpeciali, nullatenus fiant,

Ac Intentionis noſtræ exiſtit quod omnibus illis, quibus aliquæ Pecuniarum Summæ de Firmis & Exitibus hujuſmodi aſſignatæ exiſtunt, de Summis illis ad dictam Receptam ſatisfiet, prout decet,

* V. 225. * Vobis mandamus quòd Ordinationem prædictam, quantum

[illegible] inhibitiones, vel alia quæcumque, per quæ Negotia noſtra prædicta impediri vel retardari poterunt, fieri faciatis, aut per alios fieri demandetis, vel procuretis quovis modo;

Scituri quòd Intentionis noſtræ non exiſtit, quod alicui de Clero de hiis, undè nobis hujuſmodi Nonam ſolverint, nobis Decimam ſolvant, vel dare compellantur, ratione Conceſſionis, nobis per dictum Clerum indè factæ.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt Johanni Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, & omnibus aliis Epiſcopis de Provinciâ ipſius Archiepiſcopi.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Malefactis Archiepiſcopi Cantuarienſis publicandis.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, R. eâdem gratiâ, Epiſcopo Londonienſi, Salutem. Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 46. d.

Veteribus probatur Hiſtoriis, & ex hiis, quæ cotidiè geruntur, clariùs eluceſcet, quomodo multi, Bonitate Principum & Honore, qui in eos collatus eſt, in ſuperbiam abutentes, nituntur interdùm, Malitiæ ſuæ Commentis, Regum Studia laudabilia depravare.

Et, ut manifeſtiùs, quod dicimus, cuntis Fidelibus noſtris innoteſcat, a veſtrâ & eorum memoriâ non credimus excidiſſe, quòd nos, dudùm, in annis Adoleſcentiæ, ad Regium Solium exaltati, in ejuſdem Suſcepto Regimine, ſanis Conſiliis dirigi cupientes, quia Johannem, tunc Wyntonienſem, nunc verò Cantuarienſem Archiepiſcopum, Fidelitatis & Diſcretionis Virtute credebamus aliis præminere, ejus Conſilio ſuper hiis, quæ Animæ noſtræ Saluti expediunt, & Regni noſtri Augmentum & Conſervationem reſpiciunt, ſpiritualiter & temporaliter uſi ſumus, & in tantam Familiaritatem eſt a nobis ſuſceptus, ac illam in ſe Humanitatem expertus, ut Pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt Regem ſecundus.

* Cùmque poſtmodùm Regnum Franciæ ad nos fuiſſet Jure ſucceſſorio devolutum, & a Domino Philippo de Valeſio de facto notoriè Occupatum, idem Archiepiſcopus nobis importunâ inſtantiâ perſuaſit, cum Principibus Alamanniæ & aliis, contra dictum Philippum Fœdus inire, & Guerrarum Diſpendiis exponere Nos & Noſtra; promittens & affirmans quòd Expenſas, ad hoc neceſſarias, de Terrarum noſtrarum proventibus, & aliundè quæſitis Subſidiis, habundanter faceret miniſtrari: adiciens inſuper quòd ſolummodò de Perſonis, ad Bella Doctis & Strenuis, ſoliciti eſſemus, quia ipſe Pecuniam neceſſariam pro noſtris Neceſſitatibus & ipſorum Stipendiis efficaciter procuraret. * V. 226.

Undè Nos, Mari tranſito, Manum ad ardua miſimus, & circa Bellicos Apparatus immenſas, ut oportet, Expenſas fecimus, & Confœderatis nobis in maximis Pecuniarum ſummis nos obligavimus, de Promiſſo nobis, ut præmittitur, Auxilio confidentes.

Sed heu! quoniam in Illuſoriis Baculo arundineo (Cui, juxta Sententiam Propheticam, ſi innixus fuerit Homo, intrabit in Manum ejus & perforabit eam) fiduciam poſuimus, & ſubtracto nobis, utinam! non fraudulenter, Sperato Subſidio, neceſſitate compulſi, ſub Uſuris Graviſſimis, quaſi importabilia contraximus Onera Debitorum, & ſic, retardatâ Expeditione ulteriori, coacti

ſumus

Digitized by Google

… Triumphandi ſuper Inimicos noſtros arrideret nobis gratioſiſſimè Spes, propinquâ prævalente Penuriâ, cogeremur inviti Treugis initis conſentire, cum verecundâ noſtræ Expeditionis Retardatione, & Exultatione non modicâ Æmulorum.

Reverſis igitur nobis in Flandriâ, cùm eſſemus Pecuniâ Vacui, & Æris Alieni Mole preſſi, nec ſupereſſet quicquam in noſtris, vel noſtrorum, Marſupiis, unde poſſemus Neceſſitatibus noſtris conſulere, & debita Stipendia noſtro Obſequio Militantibus erogare, compulſi ſumus Uſurarum Voragini nos immergere, & Humeros ſupponere cumulatis Oneribus Debitorum.

Tandem convenerunt ad nos Amici, Fideles Peregrinationis noſtræ Comites, & Tribulationis Participes, cum quibus Tractatum
* V. 227. habuimus diligentem * ſuper Optatis Remediis, quibus à tantâ Infortuniorum Tempeſtate poſſemus commodiùs reſpirare.

Viſum eſt omnibus præfatæ Retardationis Eventum Triſtabilem, & Ægeſtatis noſtræ Incommoda Multiplicia, Culpâ, vel Deſidiâ, ne dicamus Malitiâ, præfati Archiepiſcopi (de cujus Diſcretione tota Regni noſtri Diſpoſitio pendere videbatur) & cæterorum Officialium, quos ejus Conſilio ſuper Regni negotia conſtituimus, accidiſſe; &, vehementer Mirantes, ac contra nos tacite Murmurantes, ſuper eo quod dictorum Archiepiſcopi, & Officialium Inſolentiam, Regia Manſuetudo tanto tempore relinquere voluit incorrectam, ſunt publicè Proteſtati quòd, niſi ſuper his faceremus Congruum Remedium celeriùs adhiberi, oporteret Eos ſe noſtris Obſequiis ſubtrahere, & ab inito Fœdere retroire, & hoc utique in Regni noſtri Subverſionem, & noſtram perpetuam Ignominiam, & Nationis Anglicanæ ſempiternum Opprobrium, redundare; Quod avertat, temporibus noſtris, Clementiſſimi Patris Benignitas, in cujus Soliditate fixa eſt immobiliter Anchora Spei noſtræ.

Undè nos, ad Diſciplinam & Correctionem hujuſmodi noſtrorum Officialium mentis aciem dirigentes, Quoſdam ex eis, quos, ex Cauſis Probabilibus, de Malâ Adminiſtratione, Juſtitiæ Subverſione, ac Subditorum noſtrorum Oppreſſione, Acceptorum Munerum Corruptione, ac aliis Offenſis Gravibus, ſuſpectos habuimus, à ſuis fecimus Officiis, prout nobis licuit, amoveri; Alios quoque Inferioris Gradûs, in Præmiſſis Culpabiles, ſub Tutâ Cuſtodiâ detineri, nè, ſi Libertate ſolitâ potirentur, ſupplantaretur, eorum Aſtutiâ, Juſtitiæ Executio, & deluderetur callidè Inquiſitio Veritatis: quam cùm ex dicti Archiepiſcopi Animi Latebris eo certius & plenius elicere crederemus, quo nichil eorum quæ ad Informationem noſtram in hac parte conferre poterant, Ipſum veriſimiliter latere debuerat, Cui totius Reipublicæ noſtræ Adminiſtrationem & Summam Rerum gerendarum à multo tempore dùximus Committendam; ſibi per Fidelem noſtrum Nicholaum de Cantilupo, ad hoc ſpecialiter deſtinatum, mandavimus quòd ad noſtram præſentiam, qui ejus Perſonali Colloquio perfrui volebamus, Londoniæ venire maturiùs non tardaret.

Ipſe vero, ſemper tumidus in Proſperis, & timidus in Adverſis, trepidans timore ubi non erat Timor, Mortis ſibi Periculum, per Aliquos, nobis Aſſiſtentes, Intentatum & Comminatum, ſi ab Eccleſiâ Cantuarienſi recederet, iminere minus veraciter allegavit, quia hoc (teſte Deo & purâ Conſcientiâ) nunquam in mentem noſtram cecidit, nec alicujus nobis Aſſiſtentis (ut credimus) tetigit cogitatum, quamquam Clero & Populo Regni noſtri, Malignitatis ſuæ merito, ſe reddidit Odioſum

Nos autem, qui cuntos, ad noſtram præſentiam accedere vo-

… Fucatum Zelum Vulpinæ Calliditatis, Fuco Perizomate palliatum, ad liberationem Eccleſiæ,

Cujus Vexationes (ſi quas in Rebus vel Perſonis noſtro tempore ſuſtinuit) præfati Archiepiſcopi dumtaxat Remiſſioni, & Callidis Adinventionibus, ac Reprobis Conſiliis ſunt veraciter aſcribendæ,

Nequiter ſimulat ſe habere, & quaſdam Excommunicationum Sententias, in Libertatis Eccleſiaſticæ, & Magnæ Cartæ Violatores in genere, dudùm latas, ad ſugillandam Opinionem Regiam, & præfatos Miniſtros Regios diffamandos, ac Seditionem in Populo, nobis commiſſo, proditoriè ſuſcitandam, & Devotionem Comitum, Procerum, & Magnatum, Regni noſtri, Majeſtati Regiæ ſubtrahendam, Specificatis nonnullis Articulis, præter & contra ſolitum modum, in Concilio Provinciali traditum, mandavit per ſuas Literas in locis pluribus inſignibus Publicari.

Quamobrem nos,

Volentes, ut tenemur, Integritati, Famæ noſtræ proſpicere, & præfati Archiepiſcopi Malitiæ obviare, paratoſque Nobis & Noſtris ab ipſo Laqueos cautiùs declinare,

Providimus, præter Ea quæ ſuperiùs expreſſa ſunt, ut ad præſens de multis ejus Perverſis Actibus taceamus, aliqua deducere in publicam vocationem; nempè, ejus Improvido Conſilio & Suaſu, in minori ætate conſtituti, tot Donationes Prodigas, & Alienationes Prohibitas, ac Gratias fecimus Exceſſivas, quòd per eas Ærarium noſtrum totaliter eſt exhauſtum, & Fiſcales Redditus ſunt enormiter Diminuti; ipſúmque Munerum Acceptione Corruptum, magnas Pecuniarum ſummas, nobis debitas, quibuſdam ſine rationabili causâ, cùm id nulla neceſſitas vel utilitas expoſcebat, comperimus Remiſiſſe; & plurimos Proventus & Redditus, qui pro noſtris utilitatibus & neceſſitatibus conſervari debuerant, Suis ſuorúmque Uſibus applicâſſe, & aliis Perſonis malemeritis erogâſſe; qui etiam nedùm Munerum, ſet etiam Perſonarum Acceptor, contra Votum noſtrum, & præſtitum nobis Fidelitatis ſolitum Juramentum, ad Officia publica in Terris, noſtræ Ditioni ſubjectis, Dignis & Benemeritis poſtpoſitis & repulſis, Indignos admiſit; multaque alia animo infrœnato temerè attemptare præſumpſit, in Statûs noſtri Detrimentum, & Dignitatis Regiæ læſionem, ac Populi nobis Subditi Dampnum non modicum & Gravamen; Poteſtate ſibi traditâ, & commiſſo ſibi Officio, abutendo; quæ, ſi in Elatâ Obſtinatione, & Obſtinatâ Rebellione & contumaciâ perſtiterit, congruis loco & tempore intendimus apertiùs declarare,

Vobis, firmiter injungendo, mandamus quòd hæc omnia & ſingula, ſingillatim & clarè, in locis quibus expedire videritis, publiceris & faciatis per alios publicari; Piam Intentionem, quam habemus ad Subducenda Incommoda, & Promovenda Commoda Subditorum, ipſis, juxta datam vobis à Deo ſapientiam, efficaciter commendantes; & in hiis taliter vos habentes, quòd veſtram debeamus Sollicitudinem providam meritò commendare.

Teſte Rege apud Langele, decimo die Februarii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, ſub eadem datâ, videlicet,

Epiſcopo Ciceſtr.
Epiſcopo Wigorn.
Epiſcopo Sarum.
Epiſcopo Bath. & Wellen.
Epiſcopo Exon.
Epiſcopo Norwicen. &c.
Decano & Capitulo Eccleſiæ beati Petri Eborum.
Decano &c.

Ad

Digitized by Google

34. Majorem, Juratos, Centum Pares, & alios Cives & Communita-
tem, Civitatis noſtræ, Baionæ, Pacis & Amicitiæ Fœdus iniri & firmari,

Nè, occaſione præteritarum Tranſgreſſionum, Expeditio dictorum negotiorum noſtrorum, in noſtri, & veſtri, & aliorum Subditorum & Confœderatorum noſtrorum prædictorum, Dampnum & Jacturam aliqualiter retardetur,

Vobis, injungendo, mandamus, quatinus cum Civibus & Mercatoribus dictæ Civitatis noſtræ Baionæ,

Cùm ipſos ad partes veſtras, Causâ Mercandiſandi, vel aliàs in obſequium noſtrum proficiſcendi, ſeu aliàs qualitercumque declinare contigerit, tanquam nobis Utiles & Fideles,

Tam amicabiliter, noſtri contemplatione, inire ſtudeatis, quòd iidem Cives & Mercatores inter vos pacificè, & abſque Impedimento, vel Occaſione alicujus de præteritis Tranſgreſſionibus conquerentis, & Corporum, ac Rerum, & Bonorum ſuorum, dampnis & periculis morari, & de Mercimoniis ſuis negotiari, ac exindè, cùm voluerint, pacificè recedere valeant, cùm ſibi tempus viderint oportunum; taliter in hac parte vos habentes, nè dictorum Negotiorum noſtrorum Expeditio, ex cauſis Diſſenſionum ſeu Tranſgreſſionum præteritarum, Dampnoſam capiat Dilationem.

Dat. apud Turrim London. undecimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimiles litteræ diriguntur Burgimagiſtris, Scabinis, & Conſulibus, Villarum de Gandano, Ipra, & de Leſcluſes.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro dicta Civitate, ad Dominum de Lebreto.

Ann. D. 1341. *An.* 15. E. 3. *Vaſc.* 15. E. 3. *m.* 36.

REX, Nobili viro, & dilecto & fideli ſuo, Bernardo Ezii, Domino de Lebreto, Salutem.

Querelam, dilectorum & fidelium noſtrorum, Majoris, Juratorum, Centum Parium, & aliorum Civium ac Comunitatis, Civitatis noſtræ Baionæ recepimus,

Continentem quòd Petrus de la Bret, Frater veſter Baſtardus, ratione loci de Gynſen, prope dictam Civitatem Baionæ, & cujuſdam Fortalitii ibidem per ipſum conſtructi, quandam Naſſam, ſive Piſcariam, in Aquâ noſtrâ vocata la Dore,

Ubi Naves & Batellæ, victualibus & aliis Mercandiſis Carcatæ, verſus dictam Civitatem, pro Munitione ejuſdem, & Suſtentatione habitantium in eâ, * tranſire, & de eadem Civitate redire debeant, & hactenus ſolebant, * V.230.

Injuſte occupat, Naves, & Batellas hujuſmodi, ac Homines in eis exiſtentes, necnon Victualia & alias Mercandiſas prædicta areſtando & capiendo, ac Homines hujuſmodi, quouſque Graves Redemptiones pro Corporibus ſuis liberandis ſolverint, detinendo, & Victualia & Mercandiſas prædicta ſuis Uſibus applicando, ac alia Dampna & Gravamina intolerabilia eiſdem Hominibus inferendo,

Quódque Ballivi, & cæteri Cuſtodes veſtri loci de Duyre, Naves & Batellas, per Aquam prædictam, verſus dictam Civitatem, cum Victualibus & Mercimoniis hujuſmodi tranſeuntes, ſimul cum Hominibus in eiſdem Batellis inventis, capiunt, areſtant, & detinent ſub Areſto, quouſque iidem Homines Redemptiones hujuſmodi fecerint, & Cuſtumas & Pedagia inſolitâ ſolverint, aliter quàm hactenus fieri conſuevit, in noſtri Contemptum & Præjudi-

Querelam, dilectorum & fidelium noſtrorum, Majoris, Jura- E. 3. m.
torum, Centum Parium, & aliorum Civium, ac Comunitatis, 36.
Civitatis noſtræ Baionæ, accepimus quòd diverſi Nobiles in Ducatu prædicto, videlicet —— Dominus de Lebreto, Dominus de Laſpare, & Johannes de Gerly Capitaneus de Buch, ac diverſi Alii, Bona & Mercimonia Hominum & Mercatorum tàm Civitatis prædictæ, quàm aliundè ad Terras & Dominia ſua, in partibus illis, per Maris Intemperiem, multotiens Projecta, ad ipſos, tanquam Wreccum Maris & Bona per Infortunium deperdita, pertinere debere aſſerentes, Bona, & Mercimonia, ac Naves quorumdam Civium & Habitatorum Civitatis prædictæ, ac aliorum ad Littora Maris in Terris prædictis Applicantia, quamquam Mercatores & Marinarii, in Navibus hujuſmodi exiſtentes, Vivi evadant, capiunt, aſportant, & a quo voluerint abducunt minus juſtè, in ipſorum Civium & Habitatorum Dampnum & Præjudicium, & Libertatum, eis per Progenitores noſtros priùs conceſſarum, Læſionem manifeſtam;

Super quo nobis ſupplicàrunt ſibi Remedium adhiberi;

Nos,

Volentes Privilegia, præfatis Civibus & Habitatoribus in hac parte Conceſſa, manuteneri, & Tranſgreſſores eorumdem, juxta eorum demerita, puniri prout decet,

Vobis, & cuilibet veſtrûm injungimus & mandamus quod, viſis Privilegiis prædictis, prædictos, Majorem, Juratos, Centum Pares, & alios Cives, * ac Comunitatem, Civitatis prædictæ, in eiſdem Privilegiis, prout abſque Dampno noſtro fieri poterit, manuteneri, protegi, & defendi, & partibus Læſis emendas debitas in hac parte fieri faciatis. * V.231.

Teſte Rege apud Turrim London. undecimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Fœdere & Amicitia inter Quinque Portus & Civitatem Baionæ.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, necnon Majoribus, Ballivis, ac Probis Hominibus, ac Magiſtris, & Marinariis Navium Portuum eorumdem, ac ſingulorum Portuum per Coſteram Maris, infra Regnum noſtrum Angliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1341. *An.* 15. E. 3. *Pat.* 15. E. 3. *p.* 1. *m.* 44.

Advertentes Scandala & Pericula, Incendia & Facinora, ac alia Dampna & Gravamina inæſtimabilia, quæ Nobis, & Subditis noſtris, ac Terris Ditioni noſtræ ſubjectis, per frequentes Acceſſus, & Hoſtiles Aggreſſus, Piratarum, & aliorum Inimicorum noſtrorum, ſupra mare, hactenus evenerunt, & adhuc evenire (quod abſit) formidatur,

Penſanteſque quòd ex mutuâ Dilectione, Alligantiâ, & Confœderatione, inter vos, &, Dilectos & Fideles noſtros, Majorem, Juratos, Centum Pares, ac Magiſtros, & Marinarios Navium Civitatis noſtræ Baionæ, ineundis & firmandis, poſſet hujuſmodi Malis, Periculis, & Gravaminibus, faciliùs de cætero obviari, & Obſtinatam Malitiam dictorum Piratarum & cæterorum Inimicorum noſtrorum refrænari, Juraque noſtra, Honores & Commoda, ad Laudem Dei, & totius Populi nobis ſubditi Utilitatem & Quietem, potiùs conſervari,

Ac volentes, præmiſſorum conſideratione, Fœdus Amicitiæ inter vos & dictos Subditos noſtros de Baionâ ſuper hoc iniri, & Alligantias & Fœdera hujuſmodi firmari & inviolabiliter obſervari,

Et

Digitized by Google

[illegible]
præmuniri, & eis injungi faciatis, quòd omnes Naves, Bargeas, & Fluvos hujuſmodi, de Guerrâ parari & muniri faciant, & eas, ſic paratas & ſufficienter munitas, habeant in Portu prædicto in Octabis Paſchæ proximo futuris ad ultimum, ſub foriſfacturâ Corporum, ac Navium, Bargearum & Fluvorum ſuorum, ad proficiſcendum exindè, in obſequium noſtrum, ſupra Mare, pro defenſione Regni noſtri, & Jurium noſtrorum recuperatione, prout eis ex parte noſtrâ tunc pleniùs injungetur,

Et nichilominus Duos Homines de Villâ prædictâ, de Validioribus & Diſcretioribus Hominibus ejuſdem Villæ, mittatis ad nos uſque Weſtmonaſterium, ita quod ſint ibidem die Lunæ, proximo poſt diem Dominicam, in medio Quadrageſimæ proximo futuram, ad informandum Nos & Concilium noſtrum ſuper aliquibus Arraiationem Flotæ prædictæ & Profectionem ejuſdem tangentibus, & ad faciendum ulterius quod per Nos, & Concilium noſtrum, pro repulſione dictorum Inimicorum noſtrorum ibidem ordinabitur, Deo dante.

Et, ſi fortè aliquem Magiſtrorum Navium hujuſmodi, cum Navibus illis, ex aliquâ urgenti causâ, ad quaſcumque partes proficiſci contigerit, tunc ſufficientem Securitatem, de Navibus illis, ad Portum prædictum, citra dictas Octabas reducendis, de eiſdem capiatis.

Et Nos de Numero Navium, Bargearum, & Fluvorum hujuſmodi, infra Villam prædictam, ac de Nominibus illorum, quorum fuerint, nobis per dictos Homines & Literas veſtras diſtinctè & apertè certificetis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Februarii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur Majoribus, Ballivis, & Probis Hominibus Villarum ſubſcriptarum, mutatis mutandis, cum numero ſubſcripto, ſub eâdem datâ; videlicet,

Magnæ Jernemuth de Duobus Hominibus,
Goſeford de Duobus,
Lenn. de Duobus,
Gipperwicæ de Uno,
Winchelſe de Duobus,
Dovorr. de Uno,
Rye de Uno,
Haſtinges de Uno,
Suthampton de Duobus,
Plymouth de Duobus,
Dertmouth de Duobus,
Weymouth de Uno,
Briſtoll de Duobus,
De Sancto Botulpho de Uno,
Kingeſton ſuper Hull de Duobus,
De Villa Novi Caſtri ſuper Tynam de Duobus,
Falemuth de Uno,
Pevenſe de Uno,
Seford de Uno,
Shorham de Uno,
Hoke de Uno,
Pole de Uno,
Exmuth de Uno,
Tongemuth de Uno,
Fowy de Uno,
Ravenſere de Uno,
Parva Jernemuth de Uno.

Ann. D. 1341. *An.* 15. E. 3. *Aleman.* 15. E. 3. *m.* 29.

De Tractando ſuper Alligationibus cum Rege Caſtellæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De fidelitate & circumſpectione providâ, Nobilis Viri, Bernar-

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per prædictum Reymundum Actum, vel Geſtum, fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

Dat. apud Turrim London. duodecimo die Februarii.

Memorandum de Sigillo Regis.

Ann. D. 1341. *An.* 15. E. 3. *Clauſ.* 15. E. 3. *p.* 1. *m.* 44. *dor.*

MEMORANDUM *quòd, die Mercurii, in Feſto Sancti Valentini Martiris, videlicet, Quartodecimo die Februarii, Dominus Robertus de Burghcher, Cancellarius, receſſit de Londoniâ, verſus Dominum Regem, ad partes Norwici, de Mandato ipſius Regis,*

Et dimiſit Magnum Sigillum dicti Domini Regis in Hoſpitio Epiſcopi Wigornienſis, extra Barram Novi Templi Londoniæ, ubi idem Cancellarius hoſpitabatur, in Cuſtodiâ Thomæ de Pardiſhowe, Clerici ipſius Cancellariæ, in eodem Hoſpitio ſub Sigillis Dominorum, Thomæ de Eveſham Cuſtodis Rotulorum Cancellariæ ipſius Domini Regis, & Thomæ de Brayton Clerici ejuſdem Cancellariæ, uſque ad Reditum ipſius Cancellarii cuſtodiendum,

Idemque Thomas de Pardiſhowe dictum Sigillum in Burſâ, in quâ erat incluſum, Sigillo dicti Cancellarii conſignatâ, uſque Hoſpitium dicti Domini Thomæ de Eveſham, eodem die Mercurii poſt Prandium, detulit,

Et iidem, Thomas de Eveſham & Thomas de Brayton, Sigillum illud aperiri, & unum Breve tantùm pro Rege tunc ibidem, & poſtmodùm die Jovis, proximò ſequenti, omnia Brevia de Curſu, tunc conſignanda, indè apud Weſtmonaſterium conſignari fecerunt,

Et poſtmodùm die Sabbati in primâ Septimanâ Quadrageſimæ proximo ſequenti, videlicet, Tertio die Martii, circa Horam Novam, dictus Cancellarius apud Londoniam rediit,

Et ſtatim, poſt Prandium, dictum Sigillum in Magnam Cameram, in Hoſpitio prædicto, ad ſe per prædictum Thomam de Pardiſhowe deferri, & illud a Burſâ prædictâ, in quâ ſub Sigillis prædictorum, Thomæ de Eveſham & Thomæ de Brayton, incluſum erat, extrahi & aperiri, & Brevia indè ibidem conſignari fecit.

De Officio Cuſtodis Rotulorum Cancellariæ commiſſo.

Ann. D. 1341. *An.* 15. E. 3. *Clauſ.* 15. E. 3. *p.* 1. *m.* 34. *dorſ.*

MEMORANDUM *quòd, die Jovis, Viceſimo primo die Februarii, Dominus noſter Rex, apud Wodeſtok tunc exiſtens, in magnâ Camerâ ſuâ, juxta Capellam privatam, ubi Concilium ſuum tunc extitit, in præſentiâ Dominorum,*

Willielmi de Monte Acuto, Sarum,
Et Roberti de Ufford Suffolciæ,

Comitum:

Roberti de Burghcher, Cancellarii ipſius Domini Regis,
* Et Willielmi de Kildesby, Cuſtodis Privati Sigilli ejuſdem Domini Regis, * V. 234.

Ac aliorum quamplurium, tàm Nobilium, quàm aliorum, tunc ibidem exiſtentium,

Capto Sacramento a Magiſtro Johanne de Thoresby, de Officio Cuſtodis Rotulorum Cancellariæ fideliter faciendo & exercendo,

M 3 *Con-*

…liter & bene Collecta, ac providè Diſpenſata, finita fuiſſet per Dei gratiam dicta Guerra.

Et Officiarii & Miniſtri noſtri, quærentes in noſtri & Subditorum noſtrorum Diſpendio Lucrum ſuum, ſperatam, de dictis Subſidiis, & aliundè, Pecuniam nobis, ut debuerant, non miſerunt; de quorum Negligentiâ, nè dicamus Falſitate, obloquitur quodammodò totus Mundus.

Et cum jam Bis grandem Exercitum in Regnum Franciæ duxiſſemus, & utrâque vice, quando Triumphandi ſuper Inimicos noſtros, ſi habuiſſemus Pecuniam, arriſerat Spes propinqua, propter Carentiam Sumptuum compulſi fuimus retroire, ad Retardationem nimiam Guerræ noſtræ, & magnam Conſolationem partis adverſæ;

Super quo Alligati noſtri nos, in Reditu noſtro, aſperiùs convenerunt, Proteſtantes expreſsè quòd, niſi cum dictis Miniſtris cautiùs & rigidiùs ageremus, ſe prorſus ab Obſequiis noſtris retrahere proponebant; quod, ſi facerent, nimis eſſet (quod abſit) noſtrum Negotium deſperatum, immò totum Regnum noſtrum Angliæ foret quaſi extremæ Subverſionis periculo expoſitum & ſubjectum.

Propter quod, redeuntes in Angliam, quoſdam Miniſtros noſtros (quos ex cauſis evidentibus ſuſpectos habuimus in hac parte) capi fecimus, & ſub tutâ Cuſtodiâ conſervari, ut ſuper Geſtis per eos faciliùs poſſemus eruere veritatem: & aſſignavimus Juſticiarios noſtros, in diverſis locis & Comitatibus, ad inquirendum celeriter, prout res exigit, de Factis Miniſtrorum prædictorum, & aliorum.

Et, licet intentionis noſtræ non exiſtat Libertatem Eccleſiaſticam infringere, vel aliquem indebitè prægravare, vos tamen, neſcimus quo Spiritu, ſet ad Diffamandum Nos, & Noſtros, & ad Impediendum Expeditionem noſtram, ut videtur, & ad Concitandum contra Nos Clerum & Populum, miſiſtis, Dilectis & Fidelibus noſtris, Hugoni de Courtney, Comiti Devoniæ, & Sociis ſuis Juſticiariis ad inquirendum de Factis dictorum Miniſtrorum noſtrorum in certis Comitatibus aſſignatis, Literas veſtras Patentes, quaſdam Denunciationes & Publicationes * Sententiarum Excommunicationum, ac Monitiones injurioſas, ac Juri Coronæ & Regiæ Dignitatis noſtræ multùm præjudiciales,

* V. 235.

Cùm per eas in multis Articulis a nobis auferre nitamini Juriſdictionem nobis notoriè competentem, cujus, cùm ſimus Rex inunctus, Capaces eſſe dinoſcimur, & quâ Nos & Progenitores noſtri, ſcientibus & tolerantibus ſummis Pontificibus, ac Prælatis, & Clero Regni noſtri, uſi ſumus pacificè ab antiquo.

Et, licet propter accelerandum Præparationem Progreſſûs noſtri ultra Mare, quem ad evitandum inæſtimabile hujus Regni noſtri Periculum facere nos oportet, expediat, immò veriùs oporteat, quòd Inquiſitio, contra dictos Miniſtros facienda, cum omni celeritate procedat, Vos tamen, dicta Neceſſitatem & Periculum minus debitè ponderantes, nimis voluntariè inhibuiſtis dictis Juſticiariis, nè in inſtanti Quadrageſimâ aliquos jurare facerent ad dicendum Veritatem in præmiſſis, cum ex tantâ Cauſâ, & pro tanto vitando Periculo, omni tempore Meritorium ſit jurare & dicere Veritatem, præſertim cùm ex dilatione forent Inquiſitio & ejus Executio perituræ.

Nos igitur,

Volentes Periculis, quæ ex hoc provenire poterunt, pro viribus obviare,

Vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, & ſub Periculo quod incumbit, firmiter injungendo, mandamus quòd, conſideratis Qualitate Modernorum Temporum & Periculo, cui jam Regnum iſtud multipliciter eſt ſubjectum, Publicationes, Denunciationes, & Monitiones hujuſmodi, indebitas & nobis præjudiciales, & alia jam per vos facta, per quæ Progreſſus noſter tam neceſſarius, & dicta Inquiſitio, ſeu ejus Executio, impediri valeant

[illegible] volumus; & quòd Statuta illa in aliquo infringere, ſeu dictam Decimam Biennalem de illis, qui Nonam prædictam de Temporalibus ſuis, infra Taxam Decimæ contentis, ubi Nona illa dictam Decimam excedit, ſeu dictam Nonam de Temporalibus, quæ ſunt de Dotibus Eccleſiarum, a tempore Fundationis earumdem, & quæ per Brevia de Utrum ſi Perſona Eccleſiarum earumdem de eiſdem Dotibus eſſent Deforciati placitarentur, levare non intendimus quoquo modo;

Scire faciens omnibus & ſingulis Comitatûs tui, tàm infra Libertates, quàm extra, quod, ſi qui in aliquo præmiſſorum ſenſerint ſe Gravatos, ad * Cancellariam noſtram veniant, & Gravamina ſua ibidem oſtendant, & nos eis indè debitum & feſtinum Remedium fieri faciemus.

* V. 236.

Et hoc, ſub periculo quod incumbit, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Martii.

Per Concilium.

De Denariis ſolvendis, pro Procuratione Cardinalium.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 36.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Johanni de Ellirker, Receptori Decimæ Biennalis, nobis nuper per Clerum Eborum Provinciæ conceſſæ, Salutem.

Cùm nuper, in Auxilium Expeditionis quorumdam arduorum Negotiorum noſtrorum, pro Defenſione, tàm Sanctæ Eccleſiæ, quàm Regni noſtri Angliæ, Quingentas, Quaterviginti, & Sex Libras, in Diœceſe Eborum, de Procurationibus, Venerabilium Patrum, Petri Tituli Sanctæ Praxedis Presbiteri, & Bertrandi Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, mutuo recepimus, de quibus eis promptè ſatisfieri promiſimus,

Nos,

Promiſſionem noſtram prædictam adimplere volentes,

Vobis mandamus quòd Collectoribus Procurationum prædictarum dictas Quingentas, Quaterviginti, & Sex Libras, de Denariis, de Decimâ prædictâ provenientibus, ſolvatis, Recipientes ab eiſdem Collectoribus Literas ſuas Patentes, Receptionem Denariorum, quos eis ſic liberaveritis, Teſtificantes; Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Langele, undecimo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Mandatis ſub Secreto Sigillo vocato Griffoun.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Ibidem.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Quia volumus quòd Seneſcalli, Receptores, Ballivi, Miniſtri, ac Cuſtodes Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, ad Cameram noſtram reſervatorum, per Literas de Secreto Sigillo noſtro, vocato GRIFFOUN, de quibuſcumque liberationibus & ſolutionibus, per ipſos virtute Literarum earumdem factis vel faciendis, plenariam habent Allocationem, juxta tenorem, vim, & effectum, ac continentiam Literarum prædictarum, & quòd eædem Literæ pro ſufficientibus Warantis ſuper hoc habeantur,

Vobis mandamus quòd, cùm hujuſmodi Literæ, ſub Sigillo prædicto, per aliquem Seneſcallum, Receptorem, Ballivum, Miniſtrum, ſeu Cuſtodem Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum noſtrorum prædictorum, ad Cameram noſtram ſic reſervatorum, pro Allocationibus ſuper eiſdem Literis habendis, coram vobis ad Scaccarium prædictum delatæ ſeu præſentatæ fuerint,

eaſdem

Propter quod, Neceſſitate compulſi, quaſi Importabilia contraximus Onera Debitorum, fuitque Negotium noſtrum quodamodo Deſperatum; quod, ſi Promiſſam habuiſſemus Pecuniam, fuiſſet, ut creditur, per Dei gratiam, laudabiliter Conſummatum.

Propter quod remeantes in Angliam, convocato Parliamento noſtro Generali, pericula, quibus expoſiti fuimus, Prælatis, & Proceribus, ac cæteris Fidelibus noſtris, ibidem Convenientibus, fecimus intimari; qui nobis magnum conceſſere Subſidium; quod, ſi fideliter & tempore congruo Collectum extitiſſet, & in uſus deſtinatos debitè diſpenſatum, ad expeditionem dictæ Guerræ, & Debitorum noſtrorum Solutionem, magnum Adminiculum præſtitiſſet; immò veriſimiliter ſuffeciſſet; idem verò Archiepiſcopus, tàm ad feſtinam Collectionem dicti Subſidii, quàm aliorum Proventuum Regalium, promiſit efficaciter interponere partes ſuas, & quòd ea tranſmitti ad nos faceret indilatè;

Et ſic iterum ſub Promiſſione dicti Archiepiſcopi, & aliorum Miniſtrorum noſtrorum, Præceptis & Directioni ipſius Archiepiſcopi intendentium, transfretavimus in Flandriam; PRÆOPTENTA CÆLITUS DE NAVIGIO PARTIS ADVERSÆ VICTORIA gratioſâ.

Et, exindè progredientes, Caſtra metati ſumus propè Civitatem Tornacenſem, in cujus Obſidione diutiùs perſiſtentes, ſperabamus indies, Miniſterio dicti Archiepiſcopi, Succurſum habere Pecuniæ & Subſidii ſupradicti.

Set tandem, Spe conceptâ fruſtrati, licet per diverſos Nuncios, & Litteras, præfato Archiepiſcopo, & aliis Miniſtris noſtris, ſignificaverimus Indigentiam & Pericula, quibus ob Defectum Pecuniæ fuimus involuti, & Honorem quem ex adventu Pecuniæ ſperabamus, onerantes eos ut, ad ſuccurrendum nobis celeriter, omnem diligentiam poſſibilem adhiberent; Ipſi tamen, Fucatis Verbis & Vanis Promiſſionibus nos ducentes, immo veriùs Seducentes, nichil, vel Modicum, nobis realiter (licet hoc facere potuerunt) tranſmiſerunt; ita quòd per Eos non ſtetit quin Nos, Conſors noſtra, & noſtri Liberi, tunc in prædictis partibus exiſtentes, fuiſſemus periculo Confuſionis extremæ ſubjecti, ad quod (ut videtur) eorum intentio ferebatur.

Undè, quando Triumphandi ſuper Inimicos noſtros arrideret nobis gratioſiſſimè Spes propinqua, compulſi fuimus Treugis jam initis conſentire; quia, tunc ab Optato defecimus, oportuit iterum Humeros noſtros ſupponere Cumulatis Oneribus Debitorum.

Venientes verò ad Nos noſtri Fideles, Peregrinationis noſtræ Comites, & Laboris noſtri Participes, tractârunt nobiſcum ſuper Remediis quibus poſſemus commodius reſpirare.

Et viſum eſt omnibus Incommoda prædicta per Culpam, ne dicamus Malitiam, præfati Archiepiſcopi (ſub cujus Directione tota pendebat Regni Diſpoſitio) principaliter, ac per Culpam aliorum Miniſtrorum noſtrorum, quos per ejus Conſilium conſtituimus, accidiſſe.

Undè, volentes ab eis habere, ſicut decuit, Rationem, quoſdam ex ipſis, quos ex cauſis probabilibus de Malâ Adminiſtratione, Subverſione Juſtitiæ, Subditorum noſtrorum Oppreſſione, acceptatione Munerum, & aliis Offenſis gravibus ſuſpectos habuimus, a ſuis fecimus Officiis amoveri; & aliquos ſub tuta Cuſtodia detineri, quia, ſi in ſuis Officiis remanſiſſent, vix auſus fuiſſet aliquis contra eos Veritati Teſtimonium perhibere.

* V.238. * Et quia dictus Archiepiſcopus Negotiorum noſtrorum Notitiam habuit pleniorem, ſibi per, dilectum & fidelem noſtrum, & ſuorum Indignos & inutiles, per Sordes & Munera, noſtris publicis præfecit Officiis;

Et alia, non numeranda de facili, Mala fecit, commiſsâ ſibi Poteſtate prorſus Abutens in noſtri ac Subditorum noſtrorum inæſtimabile præjudicium & Gravamen, quæ contra eum probare confidimus ſatis clarè.

Et quia conjicimus, immò pro certo tenemus, quòd, quamdiù Eccleſiæ Cantuarienſi præſideat, inter Nos & Fideles noſtros ſeminare Zizannia & Diſſidium non ceſſabit, ſuper hiis & aliis, Regni noſtri Quietem & Statum Pacificum concernentibus, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro Johanni Wawayn, ac, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Thomæ de Inſula, Priori Fratrum Ordinis Prædicatorum Wyntoniæ, aperuimus pleniùs Mentem noſtram; Quos ad Sanctitatis veſtræ Curiam propter hoc providimus tranſmittendos; ut priùs hæc, Venerabili viro, Magiſtro Willielmo de Norwyco Decano Lincolnienſi inſinuent; & poſtmodùm idem Decanus & ipſi veſtræ Clementiæ (quæ Plenam habet in poteſtate Medelam) referant pleniùs & declarent,

Quibus, ſuper ſic dicendis coram Eminentiâ veſtræ Celſitudinis, dignetur veſtra Benignitas Exauditionem Benignam & Fidem Credulam adhibere: necnon Nobis, & Regno noſtro, nè, per ipſius Archiepiſcopi Moram longiorem in ipſo, ejus Tranquilitas perturbetur, & aliis (quod abſit) formidandis Periculis exponantur, providere celeriter de congruo Remedio & optato.

Conſervet, &c.

Dat. apud Langele, decimo quarto die Martii.

** Super Cuſtodia Margaretæ de Monte Hermerii.* * V.239.

REX, Dilectæ ſibi Margaretæ, quæ fuit Uxor Thomæ de Monte Hermerii, Salutem. Ann. D. 1341. An. 15. E. 3

Quia conceſſimus, dilecto & fideli noſtro, Willielmo de Monte Acuto, Comiti Sarum, & Mareſcallo Angliæ, Centum Marcas pro Suſtentatione Margaretæ, Filiæ & Hæredis Thomæ de Monte Hermerii defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, infra Ætatem & in Cuſtodiâ noſtra exiſtentis, & eidem Comiti, ſub certâ formâ, liberatæ, percipiendas ſingulis Annis uſque ad legitimam Ætatem Hæredis prædictæ, ſi penes ipſum Comitem per tantum tempus remaneat, de illis Ducentis & Viginti Libris, quas vos pro Cuſtodiâ Maneriorum de Eorleſtok in Comitatu Wilteſiæ, & de Stokenham in Comitatu Devoniæ, cum pertinentiis, quæ fuerunt ejuſdem Thomæ, & Quæ ratione Minoris Ætatis prædictæ Hæredis in Manu noſtrâ exiſtunt, vobis per Nos commiſſa, reddere tenemini annuatim, uſque ad Legitimam Ætatem ejuſdem Hæredis, Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 33.

Vobis mandamus quòd eidem Comiti dictas Centum Marcas, ſingulis Annis, pro Suſtentatione prædictæ Hæredis, pro tempore quo ipſam in Cuſtodiâ ejuſdem Comitis ſic morari contigerit, ſolvatis; & Nos vobis, in Solutione dictarum Ducentarum & Viginti Librarum, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Langele, decimo quinto die Martii.

Per ipſum Regem.

Pro

Digitized by Google

eidem Procuratori indè celeriter ſatisfiat, Recipientes ab eodem Procuratore Literas ſuas Patentes, Receptionem Denariorum, quos ei ſic ſolveritis, Teſtificantes.

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Langele, viceſimo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

* V. 240. * Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Epiſcopo Norwicenſi & Collectoribus ejuſdem Decimæ ibidem deputatis.
Epiſcopo Wynton. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Ciceſtr. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Coventr. & Lich. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Elien. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Hereford. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Landaven. & Collectoribus ibidem deputatis.
Epiſcopo Karliol. & Collectoribus ibidem deputatis.
Cuſtodi Spiritualitatis Archiepiſcopatûs Eborum, Sede vacante, & Collectoribus ibidem deputatis.
Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatûs Lincolnienſis, Sede vacante, & Collectoribus ibidem deputatis.
Collectoribus in Epiſcopatu Roffen.

Pro Comite Hanoniæ, ſuper Reſtauro Equorum.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 27.

REX, dilecto Clerico ſuo, Willielmo de Edyndon, Receptori Subſidii Nonæ, nobis per Communitatem Regni noſtri Angliæ conceſſæ, citra Trentam, Salutem.

Cùm teneamur, dilecto Fratri & Conſanguineo noſtro, —— Comiti Hanoniæ, in Viginti & Quinque Milibus Florenorum de Florentia, pro Reſtauro Equorum ſuorum, in obſequio & Comitivâ noſtris apud Burenfoſſe, & alibi in tranſmarinis partibus, perditorum,

Nos,

Volentes eidem Comiti indè ſatisfieri, ut eſt juſtum,

Vobis mandamus quòd Terrico Domino de Manny, & Magiſtro Claſio de Dordrech, Præpoſito de Oelderbergh, Nunciis & Attornatis ipſius Comitis, ad Nos in Angliam tranſmiſſis, Mille & Quingentas Libras, in ſubtractionem Viginti & Quinque Milium Florenorum prædictorum, de Exitibus Nonæ prædictæ perſolvatis, Ordinatione ſeu Aſſignatione, pro aliis ſuper dictis Exitibus factis, non obſtantibus; Recipientes ab eiſdem, Terrico & Claſio, Literas ſuas Patentes, Receptionem dictarum Mille & Quingentarum Librarum Teſtificantes, per quas vobis indè, in Compoto veſtro de Nonâ prædictâ, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Shene, viceſimo ſexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 29. dors.

Contra Archiepiſcopum Cantuarienſem.

REX, Venerabili in Chriſto Patri R. eadem gratiâ, Epiſcopo Londonienſi, Salutem.

Cicatrix Cordium Superbia, quæ ſemper aſcendit, plerumque generat Morbos ex Remediis, & ex Medicinâ Langorem.

tatis Juratæ, Fidem, Honorem, & Reverentiam debeant exhibere, ſolus Ipſe, pro Fide Perfidiam, pro Honore Contumeliam, & Contemptum pro Reverentiâ, reddere non veretur.

Undè, etſi parati ſimus, & ſemper fuerimus, Patres Spirituales, ut convenit, revereri, eorum tamen Offenſas (quas in noſtri & Regni noſtri periculum redundare conſpicimus) non debemus Conniventibus Oculis præterire.

Conqueritur autem idem Archiepiſcopus contra Se, Abſentem, Inauditum, & Indefenſum, Crimina quædam in præfatis Literis noſtris Excuſatoriis objecta fuiſſe, & ſe Reum Capitalium Scelerum Judicatum; ac ſi nos, ut falsò prætendit, proceſſerimus criminaliter ad Sententiam contra eum: quod utique non eſt verum, cùm ſolius Excuſatoris vices dumtaxat implevimus, neceſſitate compulſi, nè Famam noſtram negligere videremur.

Set videat Calumpnioſus Reprehenſor ſi in Capud ſuum hæc Querela juſtè valeat retorqueri, qui Nos, Regem ſuum, & Conſiliarios noſtros, Abſentes, Inauditos, & Indefenſos, nec Convictos, Oppreſſores & Tranſgreſſores Jurium, falsò & malitioſè, verbis aſſertivis deſcripſit; eum, nempe, meritò Culpa redarguit, qui, Reprobatum a ſe, Crimen incurrit, &, in quo alium judicat, ſe ipſum condempnat, dùm in eodem Ipſe Reprobus invenitur.

Ad hæc, licet non noſtris Utilitatibus, ſet Propriis Cupiditatibus ſtuduerit inſervire, improperat tamen, & jactitat ſe Regiis Negotiis (ut verbis ejus utamur) Laborum Faſtigio deſudâſſe; undè Dei & Hominum ſe timet graviſſimas Offenſas multipliciter incurriſſe; & hoc juſtè timere poterit, cùm in illorum ſorte cenſeatur, qui, juxta Propheticum improperium, docuerunt Linguas ſuas Mendacium, & ut iniquè agerent laborarunt.

Cæterùm, ad alia quædam Fabuloſa & Fucata Verba, in ipſius Archiepiſcopi Literis comprehenſa, licet ea poſſemus rationibus luce clarioribus confutare, nè Sermonem protrahamus, duximus ad præſens non dare Reſponſum.

Set, quia non decet cum Homine Contentioſo Funem trahere, nec ejus Perverſitatibus conſentire, Vobis in Fide & Dilectione, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, mandamus quòd, non obſtante quocunque Mandato ipſius Archiepiſcopi (Cui, in Derogationem Honoris & Juris Regii, contra Fidelitatis Juramentum, nobis præſtitum, obedire non debetis) ad Publicationem eorum, quæ in præfatis noſtris Literis excuſatoriis continentur, juxta ipſarum ſeriem, procedatis.

Et, quia de Conſervatione Jurium & Prærogativarum noſtrorum Regalium, quæ Progenitorum noſtrorum, Regum Angliæ, dignè recolenda Prioritas magnifice defenſavit, ſumus, ut debemus, ſummè ſoliciti,

Ac idem Archiepiſcopus ad concitandum contra Nos Clerum & Populum, & ad impediendum Expeditionem Guerræ noſtræ, quam per ejus Conſilium principaliter aſſumpſimus, quaſdam Denunciationes & Publicationes Sententiarum Excommunicationum, ac Monitiones Injurioſas, ac Juri Coronæ & Regiæ Dignitatis noſtræ præjudiciales,

Cùm per eas nitatur, in multis Articulis, a nobis auferre Juriſdictionem, nobis notoriè competentem, cujus (cùm ſimus Rex Inunctus) Capaces eſſe dinoſcimur, & quæ Nos & Progenitores noſtri, Scientibus & Tolerantibus Summis Pontificibus, ac Prælatis, & Clero Regni noſtri, uſi ſumus pacificè ab antiquo,

Fecit, & per alios fieri & publicari mandavit, in Majeſtatis noſtræ læſionem, & Jurium ac Prærogativarum noſtrorum Regalium Derogationem manifeſtam,

Vobis diſtrictè, & ſub incumbenti Periculo, Prohibemus nè Publicationes, Denunciationes, ſeu Monitiones hujuſmodi indebitas, & Juribus ac Prærogativis noſtris Regiis Derogatorias & Præ-

Digitized by Google

Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 12. d.

De quibus nobis,

Juxta Ordinationem, de Terris & Redditibus Religioſorum & aliorum Alienigenarum in Angliâ in manum noſtram capiendis, factam,

Reſponderi deberet,

Contra Proclamationem & Inhibitionem per Nos factas, nè qui Apportum aliquod extra Regnum noſtrum ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ ducerent, ſeu duci facerent,

Duci fecit in noſtri Præjudicium & Dampnum manifeſtum,

Nos,

Nolentes Talia, nobis ſic Præjudicialia & Dampnoſa, aliqualiter tolerare,

Vobis Mandamus quòd, vocato coram vobis præfato Priore, ipſum ſuper Apporto hujuſmodi examinari, & nobis de toto Apporto, quod idem Prior Superiori ſuo in partibus Tranſmarinis facere tenetur, à tempore quo eoſdem Terras & Redditus Alienigenarum capi fecimus in Manum noſtram, per præfatum Priorem reſponderi, & ulterius, quo ad punitionem ejuſdem Prioris pro Contemptibus & Tranſgreſſionibus, nobis, prætextu hujuſmodi Apporti, ſi quod ad dictas partes Tranſmarinas, contra Ordinationem, & Proclamationem, & Inhibitionem prædictas, delatum fuerit, factis, fieri faciatis quod de Jure fore videritis faciendum.

Teſte Rege apud Weſtm. primo die Aprilis.

De Commiſſariis ad tractandum ſuper Pace, cum Philippo de Valeſio ineunda, conſtitutis.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Aleman. 15. E. 3. m. 27. * V. 243.

REX Univerſis ad quos, &c. Salutem.

Noveritis quòd Nos,

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, Venerabilis Patris, R. Dunolmenſis Epiſcopi, &, dilectorum & fidelium noſtrorum, Hugonis d'Audele Comitis Glouceſtriæ, Willielmi Fitz Waryn, Nicholini de Fliſco, & Willielmi Truſſel, plenam fiduciam optinentes,

* Ipſos, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum alterum prædictorum Epiſcopi & Comitis unum eſſe volumus) Procuratores ſeu Commiſſarios noſtros Conſtituimus ſpeciales,

Ad Tractandum & Concordandum, Paciſcendum, Componendum, & Tranſigendum, pro Nobis & noſtro Nomine, cum Illuſtri Philippo de Valeſio, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, quæ, mutuò competunt, vel competere poterunt,

Ac etiam ſuper omnibus Dampnis & Injuriis, hinc indè, in Terrâ & in Mari factis & illatis,

Ac ſuper quarumcumque Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte vel aliâ ſuſcitatis, pacificandis amicabiliter, & finaliter Decidendis,

Ac ad Pacem plenam & perpetuam inter Nos, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, & dictum Philippum, pro Se & Hæredibus ſuis, ineundum,

Ac Treugas, & Guerræ Ceſſationem ſeu Sufferentiam, Concedendum,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Vobis mandamus quòd hujuſmodi Centum Naves vocatas, Peſſoners & Creyers, ac tot alias Minutas Naves, infra Pondus Triginta Doliorum, Bonas & Sufficientes, quot pro Paſſagio noſtro prædicto neceſſariæ fuerint, infra Ballivam veſtram provideri & areſtari faciatis, quouſque aliud indè duxerimus demandandum.

Teſte Rege apud Langele, decimo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

---

* *Ad Simonem Boccanegra, qui primus Dux Jannenſium, ſuper Fœdere perpetuo ineundo.* * V. 244.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 1. m. 23. d.

REX, Illuſtri Simoni Buccanigra, Duci Januenſium, Salutem.

Venientes pridem ad præſentiam noſtram, cum Literis veſtris Credentiæ, diſcreti Viri, Johannes Tarrigum, & Caſſanus de Mari, nobis, ex parte veſtrâ, & Communiæ Januæ, inter alia ſupplicarunt ut,

Cùm Sex Galeæ Januæ, Onuſtæ Mercibus, ſub fiduciâ Securitatis,

Tàm per, dilectos & fideles noſtros, Homines de Flandriâ, quàm per Nicholinum de Fliſco, & Nicholaum Uſus Maris, Conſtabularium noſtrum Burdegaliæ, ex parte noſtrâ, & per Literas noſtras Patentes promiſſæ,

Verſus Flandriam navigarent,

Ac quidam Marinarii, Regni noſtri Angliæ, ipſas Galeas hoſtiliter deprædaverint, & combuſſerint,

Vellemus eis de Dampnis, ſic illatis, Satisfactionem facere plenariam & feſtinam, adicientes quòd, ſi hoc facere curaremus, Vos & Gentes Communiæ illius non faveretis Adverſario noſtro Franciæ, ſet ab Offenſione Gentis & Terrarum noſtrarum curaretis penitùs abſtinere;

Nos autem ſuper hiis Deliberationem habuimus diligentem; &, licet ad Satisfactionem Dampnorum hujuſmodi de jure minimè teneamur (cùm ſolùm de Subditis noſtris, ſic Delinquentibus, Juſtitiam facere debeamus, & multorum Peritorum Judicio dicti Subditi noſtri minimè deliquerunt) quia ſatis notum eſt qualiter Galeæ Januenſes priùs Regnum & Gentes noſtra hoſtiliter invaſerunt, Dampna nobis & noſtris inæſtimabilia inferentes, & Adverſario noſtro totis viribus adhæſerunt, propter quod licebat illos perſequi, cum nulla Treuga in illis partibus tunc fuerat publicata, nec Homines, exiſtentes in Galeis ſic captis, Literas noſtras Protectionis, vel Signum aliud Reconciliationis factæ nobiſcum, ſet potiùs contrarium oſtenderunt,

Nec obſtat nobis prætenſa Promiſſio, quia ſolùm promiſimus quòd, in caſu quo placeret Hominibus dictæ Civitatis ab Offenſione noſtrâ penitùs abſtinere, ipſos, ut Amicos noſtros, benivolè tractaremus, qui Nos & noſtros poſtmodùm in pluribus offenderunt, & ſic noſtra Promiſſio nos ulterius non ligavit,

Conſideratione tamen, dilectorum & fidelium noſtrorum, Hominum de Flandriâ, nobis ſuper hoc ſupplicantium, ac etiam ad Renovandum Amoris ſinceritatem, quæ inter Domum noſtram Regiam & Homines dictæ Civitatis viguerat ab antiquo (quam noſtris temporibus cupimus adaugeri) tractari fecimus cum dictis Nunciis ſuper Satisfactione Dampnorum prædictorum, & Amicitiâ perpetuâ mutuò ineundâ,

eſt interlineata. uſque Portum de Orewell deferri facias; ita quod ſint ibidem in Feſto Pentecoſtes proximo futuro ad ultimum, Illis, quos ad Arcus & Sagittas hujuſmodi ibidem recipiendum deputaverimus, liberandi:

Et de Cuſtubus, quos circa Emptionem, Proviſionem, & Cariationem prædictas, rationabiliter appoſueris, tibi in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habere faciemus; Et hoc, ſub gravi Foriſfacturâ noſtrâ, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia (exceptâ Clauſulâ interlineatâ) diriguntur ſubſcriptis, in Comitatibus & Villis ſubſcriptis, de Arcubus & Sagittis providendis, & uſque Turrim Regis Londoniæ deferendis, ſub eadem datâ; videlicet,

Vicecomiti Wygorn. de Centum Arcubus & Quingentis Garbis Sagittarum.

Vic. Hereford. de Ducentis Arcubus & Sexcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Norff. & Suff. de Ducentis Arcubus & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Eſſex & Hertford de Treſcentis Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Cantebr. & Hunt. de Ducentis Arcubus.

Vic. War. & Leyc. de Treſcentis Arcubus & Sexcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Lincoln. de Mille Arcubus & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Lancaſtr. de Centum Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Bed. & Buk. de Centum Arcubus & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Kant. de Treſcentis Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Suſſex. & Surr. de Quingentis Arcubus & Duobus Milibus Garbis Sagittarum.

Vic. Suth. de Quingentis Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Oxon. & Berks de Centum Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vicecomitibus London. de Duobus Milibus & Quingentis Arcubus & Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Salop & Staff. de Mille Garbis Sagittarum.

Vic. Wiltes de Centum Arcubus & Ducentis Garbis Sagittarum.

Vic. Somerſ. & Dorſ. de Treſcentis Arcubus & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Norh. de Ducentis Arcubus & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Rotel. de Centum Arcubus & Ducentis Garbis Sagittarum.

Vic. Not. & Derb. de Ducentis Arcubus & Quingentis Garbis Sagittarum.

Edwardo Duci Cornubiæ & Comiti Ceſtriæ, &c. de Mille Garbis Sagittarum & Treſcentis Arcubus infra Comitatum Ceſtriæ.

Majori & Ballivis Villæ Briſtoll. infra Villam prædictam de Mille Arcubus Albis & Treſcentis Garbis Sagittarum.

Vic. Glouc. infra Balliviam ſuam (Villâ Briſtoll. exceptâ) de Mille Garbis Sagittarum & Quingentis Duodenis Cordarum pro Sagittis & Duobus Milibus Capitibus pro Sagittis.

Quòd Ipſi ſe Ipſos juvare & ſuſtinere non poterunt, niſi eis aliundè ſubveniatur,

Ac diverſi Homines, Civitatis prædictæ, ſtatui dictorum Cæcorum, Conſternatorum, & Oppreſſorum, compatientes, diverſa Tenementa & Redditus in eadem Civitate, uſque ad valorem Viginti Librarum per Annum, Hominibus de Comunitate Meſteri prædicti, in auxilium Suſtentationis dictorum Cæcorum, Conſternatorum, & Infirmorum, necnon cujuſdam Capellani, Miſſam eiſdem Infirmis, ſingulis diebus, pro Animabus omnium Defunctorum, juxta Ordinationem indè faciendam celebraturi, dare & concedere diſpoſuerint imperpetuùm Habenda,

Dùm tamen iidem Homines de dictâ Comunitate Licentiam a nobis habuerint competentem,

Velimus eis hujuſmodi Licentiam concedere gratiosè,

Nos, piam Intentionem dictorum Hominum de Civitate prædictâ commendantes, conceſſimus & Licentiam dedimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Hominibus de Comunitate prædictâ, quòd ipſi Tenementa & Redditus in eâdem Civitate, uſque ad valentiam Viginti Librarum per Annum, juxta verum valorem eorumdem, de Hominibus Civitatis illius, in auxilium Suſtentationis Cæcorum, Conſternatorum, Infirmorum, & Capellani, prædictorum, adquirere poſſint Sibi & Succeſſoribus ſuis de Comunitate Meſteri prædicti, ex cauſis ſupradictis, Habenda imperpetuùm,

Statuto de Terris & Tenementis, ad Manum mortuam non ponendis, edito, ſeu aliquo alio Statuto vel Ordinatione, in contrarium factis, non obſtantibus;

Dùm tamen per Inquiſitiones, indè in formâ debitâ capiendas, & in Cancellariâ noſtrâ, vel Hæredum noſtrorum, ritè retornandas, compertum ſit quòd id fieri poterit abſque Dampno & Præjudicio noſtri, & dictorum Hæredum noſtrorum, ac alterius cujuſcumque.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo, & per Finem Decem Marcarum, ſolutarum in Hanaperium.

Pro Abbate Sancti Auguſtini Briſtolliæ, de non veniendo ad Parliamentum.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Monſtravit nobis, dilectus nobis in Chriſto, Abbas Sancti 1341.

Auguſtini Briſtoll, quòd, licet ipſe non teneat per Baroniam, ſeu *An.* 15.

aliquo alio modo de nobis in Capite, nec Domus ſua prædicta de *E.* 3.

Fundatione Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, *Pat.* 15.

ſeu noſtrâ exiſtat, per quod de veniendo ad Parliamenta ſeu Con- *E.* 3.

cilia noſtra de Jure ſummoniri debeat, *p.* 1.

* Idemque Abbas, ſeu Prædeceſſores ſui ad veniendum ad Par- *m.* 13.

liamenta & Concilia hujuſmodi, ante Annum Regni noſtri Angliæ * V. 247.

Decimum, Summoniti non fuerint, ſicuti nec debebant,

Dicto tamen Anno Decimo, per Procurationem & Abettum quorumdam Æmulorum ſuorum, & poſtmodùm continuè, idem Abbas ad Parliamenta & Concilia noſtra voluntariè Summonitus fuit, & hucuſque, prætextu Summonitionis ad hujuſmodi Parliamenta & Concilia noſtra, multipliciter & indebitè Gravatus extitit, & indies exiſtit,

Super

Digitized by Google

apud ... Deo Duce.

In quâ Solutione, ſi (quod abſit) deficere nos contingat, & vos factum nobis Homagium propter hoc tunc volueritis reſignare eodem modo, quo nunc eidem Voltzoni poteſtatem reſignandi veſtris Patentibus Literis contuliſtis, vos habebimus ſine nota qualibet Ingratitudinis excuſatos.

Dat. apud Weſtmonaſterium, tertio die Maii.

Super Maritagio Leonelli Filii Regis cum Filia nuper Comitis Ultoniæ.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ex parte Prælatorum, Nobilium, & Popularium, Terræ noſtræ Hiberniæ, nobis ſit cum inſtantiâ Supplicatum, ut, ad magnam Conſolationem & Securitatem eorumdem, & ad Fomentum Devotionis, & Fidelitatis, Populi dictæ Terræ, erga Domum noſtram Regiam propenſiùs dilatandæ, velimus præclaram Elizabetham, Filiam & Hæredem Willielmi de Burgo, nuper Comitis Ultoniæ defuncti (qui de nobis tenuit in Capite) in Cuſtodiâ noſtrâ exiſtentem, Leonello Filio noſtro cariſſimo facere maritari,

Nos,

* V. 248. * Supplicationi prædictæ volentes ex cauſis prædictis, necnon ad Requiſitionem, dilectæ Conſanguineæ noſtræ, ——— Comitiſſæ Ultoniæ, Matris ipſius Elizabethæ, condeſcendere gratioſè,

Volumus & concedimus, quantum in nobis eſt, quòd præfata Elizabetha dicto Leonello, cùm Ætatem, ad hoc Aptam, attigerit, & non Alteri, ipſo Leonello vivente, maritetur,

Et ſi, quod Deus avertat, idem Leonellus, priuſquam Sponſalia, vel Matrimonium, cum dictâ Elizabethâ contraxerit, in fata decedat, ſalvum ſit nobis Maritagium ipſius Elizabethæ, ut ſuper eo poſſimus, prout ad nos pertinet, ordinare.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quinto die Maii.

Per ipſum Regem, & per Breve de Privato Sigillo.

Pro Abbate de Thornton, de non veniendo ad Parliamentum.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monſtravit nobis, dilectus nobis in Chriſto, Willielmus Abbas de Thornton quòd, licet ipſe non teneat per Barroniam, *&c. prout ſupra de ſecundo Maii, tunc ſic*, ante Annum Quintum Regni, celebris memoriæ, Domini E. Regis Angliæ, Patris noſtri, ſummoniti non fuerint, ſicuti nec debebant, *&c. prout ſupra mutatis competenter mutandis.*

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Maii.

Per Breve de privato Sigillo.

rari:

Mandavimus etiam præfato Vicecomiti, quòd Lanas illas a vobis in formâ * prædictâ recipiat, & eas uſque Portum prædictum duci & cariari faciat, ſicut prædictum eſt. * V. 249.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Mandata habent Captores, Proviſores, & Receptores Lanarum in Comitatibus ſubſcriptis, de Numero ſubſcripto liberando Vicecomitibus ſubſcriptis, ad ducendum ad dictum Portum; videlicet,

Captores &c. in Com. Suffolciæ de Duodecim Saccis.
Captores &c. in Com. Wygorn. de Quatuor Saccis.
Captores &c. in Com. Derb. de Quinque Saccis.
Captores &c. in Com. Hertf. de Octo Saccis & Duabus Petris.
Captores &c. in Com. Somerſ. de Uno Sacco, Sex Petris & Quatuor Clavis.
Captores &c. in Com. Dorſ. de Duodecim Saccis, & Viginti & Duabus Petris.
Captores &c. in Com. Leyc. de Triginta Quatuor Sarplar. Tribus Saccis & Viginti Duobus Petris.
Captores &c. in Com. Suth. de 22 Saccis & 23 Clavis Lanæ, necnon de Duobus Saccis & Quinque Clavis Lanæ de Lana Agnina Vic. Suth. liberandis uſque ad Portum Suth. ducendis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Cuſtodia Terrarum, quæ fuerunt Ducis Britanniæ defuncti, commiſſa.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Fin.* 15. *E.* 3. *m.* 16.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd commiſimus, Dilectis nobis, Thomæ de Fencotes & Petro de Richemundiâ Cuſtodiam omnium Caſtrorum, Honorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, ac Feodorum, & Libertatum, cum Pertinentiis, in quibuſcumque Comitatibus Angliæ, quæ fuerunt Johannis Ducis Britanniæ & Comitis Richemundiæ defuncti, qui de nobis tenuit in Capite, & quæ per Mortem ejuſdem Comitis capta ſunt in Manum noſtram,

Habenda, cum omnibus ad Cuſtodiam illam ſpectantibus, quamdiù noſtræ placuerit voluntati; ita quòd de Exitibus, indè provenientibus, nobis reſpondeant ad Scaccarium noſtrum:

Volumus etiam, & concedimus, quòd præfatus Thomas Ballivos & Miniſtros idoneos, quot & quos, pro Cuſtodiâ & Regimine Terrarum & Tenementorum prædictorum neceſſarii fuerint (pro quibus idem Thomas reſpondere voluerit) ſub ipſis, Thoma & Petro, deputare; & alios, qui Inſufficientes fuerint, ab Officiis ſuis amovere poſſit, prout eidem Thomæ pro majori commodo noſtro videbitur expedire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Maii.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

ſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum;

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, mandamus quòd ipſos, Charolum & Mathæum, *&c. prout ſupra in conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. per unum Menſem poſt Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro Comite de Murref.

Ann. D. REX eiſdem Salutem.
1341. Sciatis quod,
An. 15. Cùm Johannes Randolf, Comes de Murref, de partibus Fran-
E. 3. ciæ in Angliam, de Licentiâ noſtrâ, ſit venturus,
Ibid. Suſcepimus ipſum Comitem, ac Viginti Perſonas Equites, & Famulos ſuos, & eorum Herneſia, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſecurum Conductum noſtrum, *& tunc ſic*,

Et ideo vobis mandamus quòd ipſum Comitem, ac dictas Viginti Perſonas Equites, & Famulos ſuos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, morando, & exindè ad partes Franciæ vel Scotiæ tranſeundo manuteneatis, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Pro Maria Comitiſſa de Fif.

Ann. D. REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.
1341. Cùm, tertio die Maii, Anno Regni noſtri Angliæ Quar-
An. 15. todecimo, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſerimus, dilectæ nobis,
E. 3. Mariæ Comitiſſæ de Fif, in auxilium Suſtentationis ſuæ, Qua-
Aleman. draginta Solidos, percipiendos ſingulis Septimanis ad Scaccarium
15. E. 3. noſtrum, quouſque de Statu ejuſdem Comitiſſæ alio modo com-
p. 5. petenti duxerimus providendum, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus quòd eidem Comitiſſæ Id, quod ei a retro eſt de prædictis Quadraginta Solidis, a prædicto Tertio die, & etiam hujuſmodi Quadraginta Solidos, exnunc ſingulis Septimanis, de Theſauro noſtro ſolvi & habere faciatis, juxta tenorem Litterarum noſtrarum prædictarum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Maii.

De Robis pro dicta Comitiſſa.

Ann. D. REX, dilecto Clerico ſuo, Thomæ de Croſſe, Cuſtodi Mag-
1341. næ Garderobæ ſuæ, Salutem.
An. 15. Cùm, Tertio die Maii, Anno Regni noſtri Angliæ Quartode-
E. 3. cimo, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſerimus, dilectæ nobis,
Clauſ. 15. Mariæ Comitiſſæ de Fyf, in auxilium Suſtentationis ſuæ, Duas
E. 3. * Robas per Annum, pro ſtatu ſuo competentes,
p. 1. Unam, videlicet, pro tempore Æſtivali,
m. 2. Et aliam pro tempore Yemali,
* V.251. Percipiendas per manus Clerici magnæ Garderobæ noſtræ, qui pro tempore fuerit, quouſque de Statu ejuſdem Comitiſſæ alio modo competenti duxerimus providendum, prout in Literis noſtris Patentibus indè confectis, pleniùs continetur,

ad obedientiam unius partis & alterius, Ordinandum,

Et ea, quæ ſic Tractata, Concordata, & Ordinata fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Ac omnia alia & ſingula Faciendum & Excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem:

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Duces, Marchionem, Comitem, & Dominum, Quatuor, Tres & Duos eorum, Actum & Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. viceſimo quarto die Maii.

De Vadiis Nobilium Vaſconiæ & Hominum ad Arma ſolvendis.

REX Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro Ann. D.
tempore fuerit, ſeu ejus Locum tenenti, Salutem. 1341.
Supplicavit nobis, dilectus nobis, Garſias Arnaudi, ut, *An. 15.*
Cùm teneamur ei in diverſis Pecuniarum Summis pro Vadiis ſuis, *E. 3.*
& Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum, *Vaſc. 15.*
de tempore quo ipſe & dicti Homines ſui in Obſequio noſtro in *E. 3.*
partibus Ducatûs Aquitaniæ ſteterunt, *m. 30.*
Velimus ei de dictis Pecuniarum Summis Solutionem fieri jubere competentem;

Nos,

Hujuſmodi Supplicationi in hac parte favorabiliter annuentes,

Vobis mandamus quòd, Computato cum præfato Garſia, vel ejus in hac parte Attornato, de Vadiis prædictis (ſi nondum indè
Computatum fuerit) de * eo, quod per Compotum hujuſmodi * V.252.
factum, vel faciendum ſibi deberi inveniri contigerit, eidem Garſiæ, vel ejus Attornato prædicto, Solutionem, vel aliàs competentem Aſſignationem, ſuper Exitibus Ducatûs prædicti, fieri faciatis indilatè:

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtm. viceſimo octavo die Maii.

Per Petitionem de Concilio.

Conſimiles Litteras Regis habent ſubſcripti ſub eadem data; videlicet,

Vitalis Dominus de Caſtellar.
Petrus del Luc,
Petrus del Fau,
Arnaldus de Puyol, Burgenſis de Bonegarde.
Petrus de Maſco.
Arnaldus de Barran.
Bernardus de Paras.
Petrus de Caſalis, Burgenſis de Bonegarde.
Sanxcius Decoeruy, Burgenſis de Bonegarde.
Petrus de Sort de Sancto Severo.
Guillielmus filius Stephani Segyn, Burgenſ. Burdeg. & de Sancto Makar.
Arnaldus Guillielmi de Donacbic, Burgenſis de Bonegarde.
Petrus Arnaud de Vile Nove,
Angerus de la Vede.

Bonus

Digitized by Google

m. 28. Civitatis noſtræ Aquenſis, ſemper invenimus,
Qui ſemper in Fidelitate noſtrâ & Domûs noſtræ Regiæ magnanimiter perſtiterunt, Perſonarum Periculis & Rerum Diſpendiis non cedentes,

Et proindè volentes ipſos Prærogativâ Favoris & Honoris ſpecialiter communire,

Conceſſimus eis, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd dictam Civitatem Aquenſem, Altam & Baſſam Juſtitiam, Merum & Mixtum Imperium, Dominia, Homagia, & Feoda dictæ Civitatis, vel Juriſdictionem, ad ipſam Civitatem, & Præpoſituram Aquenſem, pertinentem, per Venditionem, Donationem, Permutationem, vel quemvis alium Titulum, extra Manum noſtram
* V.253. (niſi futuro Regi, Hæredi Angliæ) non ponemus, * nec in alium, quàm futurum Hæredem Angliæ transferemus, nec infra Juriſdictionem noſtræ Præpoſituræ Aquenſis altum Juſtitiarum alicui concedemus, ſet ipſam Civitatem, cum toto & integro ſuo Juſticiatu, nobis in ſpecialem Cameram Regiam duximus reſervandam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtm. triceſimo die Maii.

Per Petitionem de Concilio in Parliamento.

Pro Civitate Londoniæ, de Conſuetudinibus emendandis.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1341. Supplicârunt nobis Major & Aldermanni Civitatis noſtræ
An. 15. Londoniæ ut,
E. 3. Si aliquæ Conſuetudines, in dictâ Civitate hactenus optentæ &
Pat. 15. uſitatæ, in aliquâ parte Difficiles ſeu Defectivæ exiſtant, aut Ali-
E. 3. qua, in eadem Civitate de novo emergentia, ubi Remedium hac-
p. 2. tenus non extitit ordinatum, emendatione indigeant,
m. 46. Velimus eiſdem, Majori & Aldermannis, Licentiam concedere ſpecialem quod ipſi Remedium Congruum bonæ Fidei, & Rationi conſonum, pro utilitate Rei Publicæ, de Aſſenſu Comunitatis dictæ Civitatis, in præmiſſis apponere poſſint & ordinare;

Nos,

Ipſorum Supplicationi in hac parte, quatenus Commodum & Utilitatem Subditorum noſtrorum concernit, favorabiliter annuentes,

Conceſſimus eiſdem, Majori & Aldermannis, quòd ipſi Conſuetudines hujuſmodi, ſi Difficiles vel Defectivæ exiſtant, ac Alia, in eadem Civitate emergentia, ubi Remedium priùs appoſitum non fuerit, corrigere & emendare, ac ſuper eiſdem Conſuetudinibus & aliis, in dictâ Civitate emergentibus, Remedium Congruum bonæ Fidei, & Rationi Conſonum, de Aſſenſu Comunitatis prædictæ, apponere poſſint & ordinare, quotiens & quando eis videbitur expedire;

Dum tamen Ordinatio hujuſmodi Nobis & Populo noſtro utilis, ac bonæ Fidei exiſtat congrua, & conſona Rationi, ſicut prædictum eſt.

ficatur.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Civitate præfata, de non Moleſtando.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1341.
Cùm pridem, An. 15.
Diſponentes ad partes Tranſmarinas proficiſci, & volentes ſuper E. 3.
tutâ Cuſtodiâ Civitatis noſtræ Londoniæ, & conſervatione Pacis Pat. 15.
noſtræ ibidem, ſecuriùs, quo poterimus, ordinare, E. 3.
Rogaſſemus & oneraſſemus, dilectos nobis, Majorem, Viceco- p. 2.
mites, Aldermannos, & Communitatem, Civitatis prædictæ, m. 45.
quòd, nobis extra Regnum noſtrum Angliæ agentibus, dictam Civitatem & Pacem noſtram ibidem pro viribus cuſtodirent, & quòd in Malefactores, & dictæ Pacis noſtræ Perturbatores (ſi quos in dicta Civitate, nobis ſic agentibus in remotis, inveniri contingeret) Punitionem facerent debitam & feſtinam,

Iidémque, Major, Vicecomites, Aldermanni, & Comunitas, Cuſtodiam Civitatis, & Conſervationem Pacis, & Punitionem prædictas, ſic, ad rogatum & mandatum noſtrum, in ſe, ſuo periculo, ſuſcepiſſent,

Ac poſtmodùm iidem, Major & Vicecomites,

Audito quòd quædam Pugna, ſeu diſſenſio, inter Piſtenarios & Pellipanos Civitatis noſtræ prædictæ, in Perturbationem dictæ Pacis, ſubitò fuerat in dicta Civitate ſuſcitata,

Ad pacificandam dictam Pugnam ſeu diſſenſionem acceſſiſſent, & quoſdam Malefactores, & Pacis noſtræ Perturbatores, ibidem repertos, Attachiaſſent, prout ipſorum Officio incumbebat,

Ac Thomas Filius Johannis Hamiſard, & Johannes le Brewere, ac quidam alii Malefactores, & Pacis noſtræ Perturbatores, dictum Attachiamentum fieri minimè permittentes, in dictos, Majorem & Vicecomites, ac alios Miniſtros Civitatis prædictæ, tunc ibidem, pro conſervatione Pacis noſtræ, Officii ſui debitum exequentes, Inſultum feciſſent, & Malefactores, per dictos Majorem & Vicecomites Attachiatos, reſcuſſent,

Dictúſque Thomas, extracto Gladio, in, dilectum nobis, Andream Aubrey, tunc Majorem Civitatis ejuſdem, manus injeciſſet, in ipſum ad proſternendum eum irruens juxta vires,

Et præfatus Johannes Quendam de Servientibus ejuſdem Civitatis, tunc dicto Majori & Vicecomitibus Obſequentem, graviter vulneraſſet, in noſtri Contemptum & Commotionis dictæ Civitatis periculum manifeſtum,

Iidémque, Thomas & Johannes, propter hoc ſtatim Capti, & uſque ad Aulam Placitorum dictæ Civitatis, vocatam le Gihall, ducti,

Et ibidem coram præfatis, Majore & Vicecomitibus, ſuper prædictis Exceſſibus allocuti, & ibidem ſuper hiis per proprias Recognitiones ſuas convicti,

Digitized by Google

... bis factâ, videlicet,

De inveniendo nobis, pro præſenti Guerrâ noſtrâ, de Octo ad Decem Naves, Armatas & benè Munitas, ad Sumptus veſtros, per Duos Menſes, in Subventionem Flotæ, ſi quam nobis in dictâ Civitate, ad Sumptus ejuſdem, nos habere contingat,

Ita quòd, ſi alii homines dictæ Civitatis pro Navibus ſuis Succurſum vel Vadia de nobis reciperent, quòd vos pro veſtris ſimiliter caperetis,

Vobis ſcimus intimè grates bonas;

Specialiter vos rogantes quatinus dictas Naves ſic parare velitis, & ad Obſequia noſtra tranſmittere.

Et ſperamus quòd alii Fideles noſtri, dictæ Civitatis, alias Decem Naves, & tot Galeas, juxta Rogatum noſtrum, eis indè factum, nobis ſunt ſimiliter Tranſmiſſuri.

Et volumus quòd Unum Admirallum dictarum Navium (quem volueritis) Deputetis, & Marinarios ibidem habeatis oportunos.

Dat. apud Turrim London. quarto die Junii.

Per ipſum Regem in Parliamento.

Pro Comite Hanoniæ ſuper Reſtauro Equorum.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 2. m. 39.

REX, dilecto Clerico ſuo, Willielmo de Edyngton, Receptori ſubſidii Nonæ, nobis nuper per Communitatem Regni noſtri Angliæ, ac Decimæ Biennalis nobis per Clerum ejuſdem Regni, conceſſarum, citra Trentam, Salutem.

Cùm nuper teneremur, dilecto Fratri & Conſanguineo noſtro, Comiti Hanoniæ, in Viginti & Quinque Milibus Florenorum de Florentia, pro Reſtauro Equorum ſuorum, in Obſequio & Comitiva noſtris apud Burenfoſſe & alibi in Tranſmarinis partibus perditorum,

Et Nos,

Volentes eidem Comiti indè ſatisfieri,

Vobis mandaverimus quòd Terrico Domino de Manny, & Magiſtro Claſio de Dordreich Præpoſito de Coldebrergh, Nunciis & Attornatis ipſius Comitis, ad Nos in Angliam tranſmiſſis, Mille & Quingentas Libras, in ſubtractionem Viginti & Quinque Millium Florenorum prædictorum, de Exitibus Nonæ prædictæ perſolveretis,

Nos,

Volentes eidem Comiti, de Reſiduo eorumdem Viginti & Quinque Milium Florenorum, ſatisfieri,

Vobis mandamus, quòd prædictis Attornatis ipſius Comitis Mille Marcas, in ſubtractionem dicti Reſidui Viginti & Quinque Milium Florenorum prædictorum, de Denariis, de eiſdem Nonâ & Decimâ provenientibus, ſolvatis;

Recipientes a præfatis Attornatis Literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictarum Mille Marcarum Teſtificantes;

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Turrim London. quarto die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

... dos, & quatuor Denarios, in partem ſolutionis ... ſexaginta & quatuor Librarum, quinque Solidorum, & duorum Denariorum Burdegalenſium, in quibus Ei,

Fortenario de Leſcuno Centum Libras, in partem ſolutionis Quatuor Milium, quadringentarum, quadraginta & octo Librarum, & quinque Denariorum, in quibus Ei,

Pro Vadiis ſuis, & Hominum ſuorum, & Reſtauro Equorum, perditorum de tempore quo ſteterunt in Obſequio noſtro in Guerrâ Vaſconiæ, per Litteras Patentes, & Billas Seneſcalli & Conſtabularii Burdegaliæ;

Radulpho de Altâ Villâ Centum & undecim Libras, ſex Solidos, & octo Denarios, in partem ſolutionis Ducentarum quaterviginti, & decem & novem Librarum, decem & octo Solidorum, & novem Denariorum, in quibus Ei pro Vadiis ſuis, & Hominum ſuorum, nobiſcum nuper in Guerrâ noſtrâ Franciæ commorantium, & Reſtauro Equorum ſuorum, ibidem perditorum, per Billam, dilecti Clerici noſtri, Willielmi de Cuſance, Cuſtodis Garderobæ noſtræ,

Giletto de la Foreſte Quatuordecim Libras, in partem ſolutionis Triginta & duarum Librarum, in quibus Ei,

Suffrido de la Foreſte Quatuordecim Libras, in partem Solutionis Ducentorum & quadraginta Regalium Auri, in quibus Ei,

Willielmo Darenton Sex Libras, treſdecim Solidos, & quatuor Denarios, in partem ſolutionis Octo Librarum, in quibus Ei,

Pro Vadiis ſuis, & Sociorum ſuorum, nobiſcum in obſequio noſtro in partibus Tranſmarinis commorantium, per Billas prædicti Willielmi de Cuſance;

Barboni de la Foreſte Viginti & Octo Libras, in partem Solutionis Quinquaginta & Quinque Librarum, in quibus Ei,

Amedio, Domino de Aulâ novâ, Quatuordecim Libras, ſex Solidos, & octo Denarios, in partem Solutionis Triginta Librarum, & duodecim Solidorum, in quibus Ei, pro Vadiis ſuis, & Hominum ſuorum, nobiſcum nuper in Guerrâ noſtrâ Franciæ commorantium, tenemur,

Adomaro de Beanner Centum Libras, in recompenſationem Dampnorum & Jacturarum, quæ ſuſtinuit in Villâ Blaniæ, cum per inimicos noſtros Franciæ de Guerrâ capta fuerat,

Et Petro de Seint Joze Viginti & Octo Libras, in partem Recompenſationis hujuſmodi Dampnorum & Jacturarum per ipſum ſuſtentorum,

Willielmo Vaker Militi Centum Libras, & Johanni Dardeny Quatuordecim Libras, de eo quod eis a retro eſt, videlicet, præfato Willielmo de Centum Libris, & dicto Johanni Dardeny de Viginti Marcis Annuis, in quibus ſibi tenemur,

Et Johanni de Bekel & Centeno de Gaillard, Procuratoribus Guillielmi Reymundi, Viginti Libras pro Expenſis ſuis, proſequendo Negotia ipſius Guillielmi in Angliâ, de Dono noſtro:

Recipientes a ſingulis Hominibus prædictis, Litteras ſuas Acquietantiæ, Receptionem Summarum, quas ipſis ſic ſolveritis, Teſtificantes.

Teſte Rege apud Turrim London. octavo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ann. D. 1341. * V. 257. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 2. m. 38. dorſ.

** Ad Regem Caſtellæ, ſuper Victoria, contra Mauros ſub Rege Benemeren, memoratiſſima, congratulatoria.*

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ & Legionis Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & votivis ſemper ſucceſſibus habundare.

Venien-

Digitized by Google

bere poterimus Rationabilem, acceptare;

Et valdè placeret nobis, & multum, ut ſperamus, ad Pacem adiceret, ſi Nuncii veſtri illuc, ut Mediatores Amicabiles, intereſſent.

Pius etiam Sinceritatis Affectus, quem habetis ad fovendum inter veſtros & noſtros Subditos Dilectionis & Communionis pacificæ Firmamentum, nobis admodum eſt acceptus.

Nam novit Deus quòd, inter cætera, corditer appetimus ut fœcundæ Dilectionis integritas, quæ inter Domos noſtras Regias viguit ab antiquo, noſtris ſuſcipiat temporibus Incrementum; & valdè turbamur quando dampna vel injuriæ Subditis veſtris per noſtros Subditos inferuntur, cùm veſtros, velut noſtros, civiliter & amabiliter tractari velimus.

Undè decens foret & expediens, quòd, de ſic inferendis Dampnis & Injuriis, Pœnales & diſtrictæ Inhibitiones fierent dictis Subditis hinc & inde, cum adjectione Præcepti, quòd mutuo communicarent pacificè, & in opportunitatibus ſe mutuis Auxiliis prævenirent;

Quod libentiſſimè ex parte noſtrâ fieri faciemus, ſi vobis facere placuerit illud idem; ſuper quo veſtram feſtinam & amabilem nobis mitti petimus reſponſivam, & invenietis ad hæc, & alia veſtra Beneplacita, ex animo nos paratos.

Dat. &c. apud Turrim London. duodecimo die Junii.

---

* V.258. ** Ad Ducem Auſtriæ, ſuper Matrimonio contracto; & de Imperatore ad Adverſarium declinante.*

Ann. D. 1341. *An. 15. E. 3. Ibid.*

REX Illuſtri Alberto, eâdem gratiâ, Duci Auſtriæ, Tiroliæ, & Karinthiæ, Domino Carniolæ, Marchiæ, ac Portuſuaonis, Comiti in Habepurth, necnon Lantgrave Alſatiæ, Dominoque Phirretarum, Amico ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum.

Recepimus Nobilitatis veſtræ Literas, per, dilectum & fidelem noſtrum & veſtrum, Henricum Cetzler Militem, nobis miſſas, continentes, inter alia, vos velle Terminum Solutionis Conventæ Pecuniæ, pro Maritagio Johannæ Filiæ noſtræ cariſſimæ, illuſtri Duci Friderico Fratrueli veſtro matrimonialiter copulandæ, ad Quadriennium, vel Triennium, juxta Requiſitionem noſtram, ſuper hoc vobis factam, benivolè prorogare, ac de Aſſecuratione Procerum dicti Regni noſtri Angliæ contentari, &, quantum in vobis eſt, ad Complementum dicti Contractûs & Amicitiæ mutuæ intendere ſinceriùs & initi.

Et quidem Affectûs exuberantiam, quam ex hoc ad nos & condicti Contractûs Complementum habere vos conſpicimus, Gratam habemus plurimùm & acceptam; gerentes in votis ea, quæ ſic condicta ſunt, quatenus commodè poterimus, obſervare.

Set, cùm ſuper Aſſecuratione prædictâ, vobis faciendâ, inter Optimates & Nobiles Regni noſtri prædicti tractaretur, quidam inceperunt murmurari; dicentes jam in partibus Alemanniæ inſperatas fieri NOVITATES, & quòd ILLE PRÆCELLENS, de quo plus confidebamus, qui etiam fuit hujus Negotii præcipuus Mediator, diſſolutâ Ligâ nobiſcum factâ, contra Nos cum Adverſario noſtro Franciæ ſe ligavit, quod tamen adhuc, penſatâ Nobilitate ſuâ Cæſariâ, veriſimiliter credere non valemus.

Et, propter rumores Mutationum hujuſmodi, non videbatur eis fore tutum dictam Filiam noſtram jam ad partes illas tranſmittere,

alio, ut dicebant, intrantes Reveſticorium ipſius Eccleſiæ, & aperierunt quandam Archam Cordatam, Sigilloque, Periti Viri, Domini Johannis Rémbandi Presbyteri, Rectoris Eccleſiæ de Albarrez, Diœceſe Nann. nuper Argentarii deffuncti dum vivebat, ut dicebatur, ſigillatam; in quâ Archâ reperientes Monetas infraſcriptas, in Saccis Lineis ſeu Pochiis repoſitas, certiſque Cedulis ſuperſcriptas;

PRIMO, viz. Quindecies Centum & Treſdecim duplicis Auri.

ITEM, Novies Centum & Duo Scuta Auri in eodem Sacco, cum interſinio modico.

ITEM, Ducentum Viginti Paviliones Auri.

ITEM, Septies Viginti Octo Leones Auri.

ITEM, Ducentum Decem & Octo Regales Auri.

ITEM, Quinquaginta Tres Florenos Florentiæ Auri.

ITEM, Treſdecim Coronas Auri, & Duas Agnas Auri in eodem Sacco, cum Interſinio Ligaturarum.

ITEM, Octies Centum Quatringinti Decem Regales Auri.

ITEM, Viginti & Unum Parilienſis Auri in uno Sacco.

Quas quidem Monetas Auri præfatus Argentarius aliàs receperat, ut dicebatur, vice & Nomine Exequutorum prædictorum, a, Prudente Viro, Oliverio de Tune Nova, Cive Nann. Receptore pro dicto Duce, dum vivebat, in certis locis ad Ducatum Britaniæ ſpectantibus, ſpecialiter deputato; quaſque Monetas Auri, ſic receptas, dictus Argentarius in quâdam Beſaciâ Coriaceâ recludens, intra dictam Archam repoſuerat conſervandas, donec eas per Exequtores dicti Teſtamenti abinde deſſerri ad alium locum contingeret tutiorem.

INSUPER, in ipſamet Archâ reperientes Monetarum & Pecuniarum ſummas infraſcriptas Cedulis ſeu ciis ſuperſcriptis intitulatas, & in Saccis ſeu Pochiis repoſitas, quas per Manum Pagani de Cuſcha Valleti, de Receptâ Vicecomitatûs Lemovicenſis per ipſum factâ, Nannetis delatas receperat, quas dictus Argentarius in dictâ Archâ repoſuerat vice & nomine quibus ſupra;

PRIMO, videlicet, Ducentum Quatringinti Libras de Limogen.

ITEM, in eâdem Monetâ Ducentum Sexaginta Decem Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Ducentum Sexaginta Decem Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Ducentum Sexaginta Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Ducentum Quinquaginta Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Centum Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Centum Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Centum Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Ducentum Quatringenti Libras.

ITEM, in illâ Monetâ Septuaginta Libras.

ITEM, in Duplicibus Tricentum Triginta Libras.

ITEM, in Duplicibus Tricentum Quatringinti Decem Libras.

ITEM, in Duplicibus Quadraginta Tres Libras.

ITEM, in Duplicibus Octies Viginti Libras.

ITEM, in Obolis Albis, quolibet pro Decem Denariis, Quatuor Centum Quater Viginti Decem Libras.

ITEM, in eiſdem Obolis Quingentas Quatringinti Libras.

ITEM, in Obolis Albis Burdegaliæ Sexaginta Quatuor Libras.

ITEM, in Obolis Albis de Quindecim Denariis quolibet, Quatuor Centum Quatringinti Decem & Octo Libras.

ITEM,

Digitized by Google

Demum, dictam Theſaurariam exeuntes, interius Oſtium ejuſdem cum duabus Clavibus, & exterius ſimiliter cum aliis duabus Clavibus firmantes & ferantes, Duas ipſarum Quatuor Clavium ſub Sigillo Domini de Darnallo ſigillatas penes dictum Decanum dimiſerunt: alias verò Claves infra dictam Burſam repoſuerunt, ſub Sigillis ipſorum Domini de Darnallo Decani & Guillielmi ſigillatas, præfato Abbati denuò tranſmittendas.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis petierunt & requiſierunt dicti Exequtores, & Oliverius de Tune Novâ, & eorum quilibet, quatenus ſuâ intererat, intereſſe poterat & debebat, per Nos Notarios ſibi confici & fieri unum vel plura Publica Inſtrumenta, eorundem Petentium Sumptibus & Expenſis.

Acta ſunt hæc in locis quibus ſupra ſucceſſivè prout ſuperiùs exprimitur. Præſentibus, Exequtoribus antedictis, Nicholao Theſaurario, Oliverio de Tune Nova, Eudone de Bodegat, Roberto de Sancto Paſtano, Gaufrido Clavenrario, Johanne Strabonis Presbytero, Gregorio Darce, & Henrico le Kervent, Clericis, & nonnullis aliis ad hoc vocatis Teſtibus & rogatis.

Et ego Gaufridus——— Leovenſis Diœceſis Clericus, Imperiali auctoritate Publicus, & Curiæ Nannetenſis Juratus, Notarius, omnibus & ſingulis præmiſſis, quæ in mei & ſigacis Viri Guillielmi Mabile Clerici, Publici Notarii infraſcripti præſentiâ fieri referuntur, præſens pariter cum eodem Notario & prænominatis Teſtibus interfui, & huic Publico Inſtrumento, exinde confecto, me ſubſcribens, Signum meum appoſui conſuetum rogatus, ſub Anno, Menſe, Die, Horâ, Locis, Indictione & Pontificatu prædictis.

Quod Villa de Sancto Severo non ponatur extra Manus Regis.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Vaſc. 15. E. 3. m. 23.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Regiam decet Munificentiam illis Favorem & Gratiam impertiri, quos ſemper in Fidelitate ſuâ ſtabiles & in operibus invenerit præ cæteris efficaces.

Penſantes igitur Dilectionem ſolidam & Conſtantiam, quas in, dilectis & fidelibus noſtris, Juratis & Probis Hominibus, ac univerſitate Villæ de Sancto Severo in Ducatu Aquitaniæ ſemper invenimus, *&c. prout ſuperiore Anno de Dat. 20 Januar. mutatis competenter mutandis.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim. London. decimo ſexto die Junii.

Per Petitionem de Concilio in Parliamento.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 2. m. 38. d. * V. 261.

Ad Flandrenſes, de Aſſenſu præbendo Prorogationi Treugæ.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Burgimagiſtris, Scabinis, Conſulibus, & Probis Hominibus, Villæ de Brugges, Salutem.

Quia jam, inter quoſdam Alligatos noſtros & Alligatos Adverſarii noſtri de Franciâ, Tractatum eſt, & ſub Conditione, ſi nobis placuerit, Concordatum quòd Treuga, inter nos & dictum Adverſarium noſtrum pridem capta, uſque * ad Feſtum Decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum prorogetur, quo poterit, ordinari, & dictas Naves congregari & armari, ac Homines dictarum partium Maritimarum, quantum potentius poterit, arraiari faciat, ita quòd ſint prompti, & parati, ad Repellendum & Deſtruendum dictas Galeas & Inimicos noſtros, ſi ſic hoſtiliter venerint ad Invadendum & Deſtruendum Naves & Partes prædictas,

Tibi præcipimus quòd ſtatim, viſis præſentibus, Per totam Ballivam tuam, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè facias proclamari, quòd omnes & ſinguli, de eâdem Ballivâ tuâ Defenſabiles, & ad Arma Potentes, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poterunt, Armis competentibus, videlicet, quilibet eorum juxta ſtatum ſuum, muniantur & arraientur, ita quòd prompti ſint, & parati, cùm per nos, vel per prædictum Capitaneum, ſeu Deputandos ab eo, præmuniti fuerint, ad proficiſcendum contra dictos Hoſtes noſtros, ad eos, ac Galeas, & Naves ſuas, deſtruendum & expugnandum, ſi prædictum Regnum noſtrum vel Coſteras Maritimas ejuſdem invadere voluerint, ut eſt dictum.

Et hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Turrim London. viceſimo primo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

* Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Vicecomiti Suth.	*Vicecomiti Dorſ.*
Vicecomiti Suſſex.	*Vicecomiti Devon.*
Vicecomiti Wiltes.	*Vicecomiti Cornubiæ.*
Vicecomiti Somerſ.	

ET mandatum eſt Vicecomitibus ſubſcriptis, videlicet, Eſſex. Norff. Suff. Lincoln. Eborum & Northumbr. de intendendo Roberto de Morle, Admirallo Flotæ Navium, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, verſus partes Boreales, in formâ prædictâ, mutatis mutandis.

---

* V. 261. *Litera Imperatoria, ſuper Alligantiis cum Rege Franciæ, & de Vicariatu Revocando.*

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Otho D. 11. infra Bibl. Cot.

LUdovicus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Præclaro Edwardo, Regi Angliæ, Fratri ſuo cariſſimo, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Licet innumera grandiaque Negotia noſtris incumbant humeris, & circa illa multipliciter & aſſiduè diſtrahamur, tamen cùm Diſcordia inter Te & præclarum Philippum de Valois, Regem Franciæ, Affinem noſtrum prædilectum, ex qua Tibi & tuo Regno quamplurima Perſonarum & Rerum Diſpendia, ipsâ non ſedatâ, in futurum poterunt evenire, ſe noſtris repræſentat Obtutibus, mentem noſtram ſpecialiùs angit, & excitat ut ad tollendam illam ſtudium & operam noſtræ ſollicitudinis apponamus.

Propter quod, ſcire te volumus quòd præfatus Philippus dedit Nobis, ad Requiſitionem noſtram, ſuis Literis Poteſtatem Tractandi, inter Te & Ipſum, Concordiam ſuper Diſcordiis inter vos ſuſcitatis.

Quam etiam Tibi, & tuo Regno, penſatis diligenter omnibus Conditionibus tuis, & Obligatorum tuorum, multipliciter expedire credentes, Amicitiæ tuæ perſuademus, Téque cum diligentiâ exhortamur, ut ad Hoc tuum præbeas Aſſenſum, Quo Te & Ipſum

Digitized by Google

* V. 263. in Priſonam prædictam, in Scotiâ redeundo, * in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum;

Et ideò vobis mandamus, *&c. prout in conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Quindenam prædictam duraturas.

Teſte Rege apud Langele, primo die Julii.

Per ipſum Regem.

Pro Domino de Monte Calvi, de Indempnitate.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilecti & fideles noſtri, Bernardus Ezii Dominus de Lebreto, Hugo de Geneve Dominus de Varrai & de Anthon, Locum noſtrum tenentes in Ducatu noſtro Aquitaniæ, & Oliverus de Ingham Seneſcallus noſter Vaſconiæ, a Petro de Ronynham Domino de Monte Calvi, ad Pacem noſtram veniente, Homagium noſtro nomine ceperint,

Et ſibi promiſerint quòd nos Pacem, ſeu Treugam, cum Hoſtibus noſtris Franciæ non iniemus, nec faciemus, niſi idem Petrus, Sequaces, & Socii ſui, in eadem comprehendantur, & Securitate eorum quod non Banniantur, aut Exulent, aut Caſtra ſua Diruantur, provideatur expreſsè, prout per Litteras Patentes, ipſorum Locum noſtrum tenentium, & Seneſcalli, indè confectas, plenius poterit apparere,

Nos, ea, quæ per prædictos, Locum noſtrum tenentes, & Seneſcallum in hac parte facta ſunt, acceptantes, ea, quatenus ad nos attinet, confirmamus, prout Litteræ prædictæ pleniùs teſtantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Langele, primo die Julii.

Per Petitionem de Concilio.

Pro Civitate Burdegaliæ.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicàrunt nobis, dilecti & fideles noſtri, Major, Jurati, & tota Comunitas, Civitatis noſtræ Burdegaliæ, per Petitionem ſuam, coram nobis & Concilio noſtro exhibitam, ut omne Jus, quod ad nos pertinet, ſeu pertinere poterit, occaſione Vadiorum, Contentionum, Vulnerum, & Verberationum, infra Civitatem prædictam & Diſtrictum ejuſdem commiſſorum, vel exnunc committendorum, eis dare & concedere velimus gratiosè,

Nos,

Ad grata & utilia Obſequia, nobis per prædictos, Majorem, Juratos, & Comunitatem, Civitatis prædictæ, non ſine Labori-

Quòd Præclarus Philippus de Valeſio, ad Tractandum inter Nos & Ipſum Concordiam, dedit vobis, ad requiſitionem veſtram, ſuis Literis Poteſtatem: *p.* 2 *m.* 34. *d.*

Et (ſi placeret nobis Poteſtatem hujuſmodi vobis dare) libenti vacaretis animo ad dictam Concordiam reformandum:

Et quòd Amicitia inter vos & præfatum Philippum inita, minimè nos moveret: nam ex quo, ſine Scitu & Aſſenſu veſtro, Treugas ac Terminos ad tractandum de Pace inter Nos & dictum Philippum accepimus, dictam Amicitiam cum eo de Conſilio Principum veſtrorum (quibus viſum fuerit quòd hoc, ſalvo Honore veſtro, poſſetis facere) contraxiſtis:

VICARIATUM, per vos nobis conceſſum, propter hoc Revocantes:

Et quidem Zelum, quem habetis ad faciendum dictam Concordiam, plurimum commendamus; volentes veſtræ patere notitiæ quòd nos Pacem rationabilem habere cum dicto Philippo ſemper optamus; Quam, in quantum decuit, ſumus cum inſtantiâ proſecuti:

Et, re verâ, votivum nobis foret admodùm & acceptum, ſi poſſet fieri per tanti Mediatoris inſtantiam Pax optata; ſet quia ſcimus Jus noſtrum in Regno Franciæ ſatis Clarum, illud, Arbitrio dubio, non proponimus ducere Alicui per Literas noſtras committendum.

Verum, dùm attentâ Meditatione penſamus qualiter veſtra Conſideratio circumſpecta, videns patentem noſtram Juſtitiam, & dicti Philippi Duritiam obſtinatam & injuriam, nobiſcum contra dictum Philippum, veſtri gratiâ, Ligam fecit, velut in ſpecialem Adoptionis Filium, de dilectionis exuberantiâ, nos admittens, ut cum pace veſtra loquamur, mirari non ſufficimus quòd præpotens veſtra Sublimitas, quæ ad laudem Bonorum, & vindictam Malorum, eſt divinitus Inſtituta, contra Nos dicto Philippo, Injuriatori noſtro notorio, ſe ligavit.

Et id quod dicitur Nos, ſine Scitu & Aſſenſu veſtro, cum præfato Philippo Treugas, & Tractatum Pacis, iniviſſe; quia, dùm obſidebamus Civitatem Tornacenſem, oportuit Nos eorum ſequi Conſilia, qui nobis Comitivam & Auxilium tunc fecerunt, & iminens ſubita Neceſſitas ac locorum diſtantia veſtram ſuper hoc conſulere Celſitudinem minime permiſerunt; immo nobis aliàs (ſi recolitis) conceſſiſtis quòd, cùm Opportunitas arrideret, tractare poſſemus de Pace vobis inconſultis; ita tamen quòd, ſine Conſenſu veſtro, Pacem Finalem cum dicto Philippo nullatenus faceremus; quam nunquam facere propoſueramus, priuſquam veſtrum ſuper hoc habuiſſemus providum Conſilium & Aſſenſum.

Set ſemper in votis geſſimus vobis in omnibus facere quod debuimus juxta vires; ſperantes quòd Paternæ veſtræ plenitudo Benivolentiæ nos ad tempus benigniùs ſupportaſſet.

Videtur etiam aliquibus, quòd Revocatio VICARIATUS facta fuerat præmaturè; cùm, juxta Sponſionem, ſuper hoc per Imperiales Apices nobis factam, non debuiſſet fieri quouſque Regnum Franciæ, vel Majorem partem ejuſdem, pacificè fuiſſemus adepti.

Præmiſſa (quæſumus) velit innata vobis Nobilitas debitè ponderare,

[illegible]
Caſtellaniam de Mountandre, ac Bladagium quod habuimus in Villa & Caſtellania de Blaia, unà cum Terrâ quam nuper Domina de Blaya de nobis ibidem tenuit, ac etiam cum Manerio de Condaco, & Præpoſitura de Born, Meynuſan, Erbefaveira, & de Braſene, cum pertinentiis, Habenda dictæ Mathæ, & Hæredibus ſuis, de nobis, & Hæredibus noſtris, imperpetuùm, ſalvis nobis Homagiis, Fidelitatibus, Reſortis, & aliis Deveriis, nobis in aliis ſimilibus locis dicti Ducatûs debitis, prout hæc & alia in quadam Indenturâ, inter vos (præfate Seneſcalle, qui nunc eſtis) & prædictam Matham indè factâ, pleniùs dicebatur contineri,

Acceptaverimus, &, quatinus ad nos attinuit, approbaverimus, & per Litteras noſtras Patentes confirmaverimus, prout in Litteris noſtris prædictis vidimus pleniùs contineri,

Voſque (præfate Seneſcalle noſter, qui nunc eſtis) prætextu Conventionum, Concordiæ, & Confirmationis, prædictarum, dicta, Manerium de Condac, ac Præpoſituram de Born, Meynuſan, Erbefaverie, & de Braſenc, cum pertinentiis,

Et, in Recompenſationem prædictorum, Caſtri, Loci, Præpoſituræ, & Caſtellaniæ de Mountandre, ac Bladagii de Blaya, & Terræ quam Domina de Blaya tenuit dùm vivebat, per quoſdam Inimicos noſtros de Francia jam occupatorum, quominus, juxta formam Conventionis & Concordiæ hujuſmodi præfato Bernardo tradi & liberari poſſent, Loca, Ballivas, & Terras de Pontoſio, Aureæ Vallis de Goſſa, & de Senhas, ad nos pertinentes, præfato Bernardo, tanquàm Hæredi Univerſali præfatæ Mathæ, Tenenda per ipſum, & ejus Hæredes & Succeſſores imperpetuùm, quouſque Poſſeſſionem pacificam dictorum, Caſtri, Loci, & Præpoſituræ & Caſtellaniæ de Mountandre, ac Bladagii & Terræ, ſic occupatorum, fuerit aſſecutus, per Litteras ſub Sigillo noſtro, quo utimur in Ducatu prædicto, tradi & liberari mandaveritis,

Velimus Aſſignationem, Traditionem, & Liberationem, & alia prædicta, eidem Bernardo ſic factas, per Litteras noſtras acceptare & confirmare:

Nos,

Intellectis Commodo & Incommodo quæ ex præmiſſis nobis deveniant, & evenire ac contingere poſſunt, & Commodi & Incommodi certitudine habitâ,

Attendentes grata & utilia Obſequia per præfatum Bernardum nobis hactenus multipliciter impenſa, ac laudabilem geſtum ſuum in præſenti Guerrâ noſtrâ erga Nos & Gentes noſtras partium illarum oſtenſum, intime penſantes,

Volenteſque, præmiſſorum conſideratione, ipſius Supplicationi eo favorabiliùs annuere in hac parte, quo ipſum ad detentionem Jurium noſtrorum promptum ſe reddere conſpicimus & paratum,

* Aſſignationem, Traditionem, & Liberationem,

* V.166. Per vos (præfate Seneſcalle noſter, qui nunc eſtis) prædicto Bernardo de præmiſſis, & eorum pertinentiis, & prout idem Bernardus per ſe, & alios ſuos Officiales, ea tenet & poſſidet, factas,

Firmas & gratas habentes,

Ex certâ ſcientiâ, & deliberatione noſtri Concilii, Gratiâque ſpeciali, tenore præſentium, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus, ſicut Litteræ prædictæ teſtantur;

Supplentes, de plenitudine Poteſtatis, quatinùs ad nos attinet, & de Jure poſſumus, omnem Defectum (ſi quis in Formâ vel Materiâ adeſſet) Aſſignationis, Liberationis, & Traditionis, prædictarum;

Vobis, & cuilibet veſtrûm, Mandantes quatinus ipſum Bernardum in Corporalem Poſſeſſionem Terrarum & Locorum prædi-

Et Nicholaum de [illegible],

Plenam fiduciam optinentes,

Ipſos, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum præfatum Comitem unum eſſe volumus) Procuratores, ſeu Commiſſarios, noſtros conſtituimus ſpeciales,

Ad Tractandum & Concordandum, Pacificandum, Componendum, & Tranſigendum, pro Nobis, & noſtro nomine, cum illuſtri Philippo de Valeſio, ſeu Deputandis ab eo, tàm ſuper Regno & Coronâ Franciæ, quàm ſuper quibuſcumque aliis Quæſtionibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, quæ mutuò competere poterunt,

Ac etiam ſuper omnibus Dampnis & Injuriis, hinc indè, in Terrâ & in Mari, factis & illatis,

Ac ſuper quarumcumque Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte vel aliâ ſuſcitatis, Pacificandis amicabiliter, & finaliter Decidendis,

Ac Pacem Plenam & Perpetuam inter Nos, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, & dictum Philippum, pro Se & Hæredibus ſuis, Ineundum,

Ac Treugas, & Guerræ Ceſſationem, ſeu Sufferentiam, Concedendum,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Necnon Securitatem, quæ nobis ſuper hiis fieri debeat, Petendum, Stipulandem, & Recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis, & * circa ea neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale; * V.167.

Promittentes Nos pro nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Comitem, Bernardum, Bartholomæum, Johannem, & Nicholaum, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum præfatum Comitem unum eſſe volumus) Actum & Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. decimo quarto die Julii.

Per ipſum Regem.

De aliis Procuratoribus ad præmiſſa tractanda ſubſtitutis.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra prout uſque ibi*, pro nobis & noſtro nomine, *& tunc ſic*, Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Ibid.*

De Conſilio & Aviſamento, illuſtrium,

Johannis, Brabantiæ,
Et Reynoldiæ, Gelriæ, Ducum,
Guillielmi Comitis Hanoniæ,
Johannis de Hanonia, Domini de Bello Monte,

Et aliorum Confœderatorum & Fidelium noſtrorum de Flandriâ, cum illuſtri Philippo de Valeſio, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra

Per ipſum Regem.

De

Digitized by Google

[illegible],

Conceſſimus eis quòd Applicatio Navium de dictâ Civitate, vel

* V. 268. alibi, per aquam verſus partes illas venientium, * ſive Portus apud dictam Baſtidam de Haſtyngs, de cætero fiat & habeatur, quamdiu noſtræ placuerit voluntati:

Et ideò vobis mandamus quòd Applicationem Navium hujuſmodi, ſive Portum, apud dictam Baſtidam de Haſtyngs, de cætero fieri & habere faciatis in formâ prædictâ.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo quinto die Julii.

Per Concilium in Parliamento.

Pro Comite de Murref a partibus Scotiæ redituro.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Pat. 15. E. 3. p. 2. m. 34.

REX Univerſis & ſingulis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Cùm Johannes Randolf Comes de Murref, nuper de Guerrâ captus, & infra Regnum noſtrum Angliæ ſub Carcerali Cuſtodiâ detentus, & jam a Cuſtodiâ prædictâ ſub certâ formâ dimiſſus, & Willielmus de Lemyngſton Miles, cum Decem Hominibus Equitibus, a partibus Scotiæ in Angliam, ad Reintrandum Corpus prædicti Comitis in Priſonam, a quâ ſic dimiſſus extitit, citra Quindenam Decollationis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum ſint venturi,

Suſcepimus ipſum Comitem, Willielmum, & Decem Homines Equites veniendo infra Regnum noſtrum prædictum, *&c. prout in ſimilibus Literis, mutatis mutandis.*

In cujus, &c. uſque ad Quindenam prædictam duraturas.

Teſte Rege apud Turrim London. viceſimo die Julii.

Per ipſum Regem ad inſtantiam Comitis Sarum.

De Arcubus & Sagittis providendis.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 2. m. 21.

REX Vicecomiti Glouceſtriæ, Salutem.

Quia, pro expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, propter Paſſagium noſtrum, quod verſus partes illas in Manu forti arripiemus in proximo, Deo Duce, Arcus & Sagittas in Magno Numero oportet neceſſariò nos habere,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd Mille Arcus (quorum Ducenti & Quinquaginta Depicti, & reliqui Albi exiſtant) necnon Treſcentas Garbas Sagittarum, tàm infra Libertates, quàm alibi in Ballivâ tuâ, ubi celeriùs & commodiùs fieri poterit, emi & provideri,

Ac pro quolibet Arcu Albo Duodecim Denarios,

Et quolibet Arcu depicto Decem & Octo Denarios,

Ac pro qualibet Garba dictarum Sagittarum Duodecim Denarios,

De Exitibus Ballivæ tuæ, omni dilatione poſtpoſitâ, & excuſatione ceſſante ſolvi,

Per ipſum Regem & Concilium.

Super Deliberatione Comitis Suffolkiæ.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 2. m. 19.

Cùm nos,

Conſiderantes magnum Locum, quem, dilectus & fidelis noſter, Robertus de Ufford Comes Suffolciæ, ſi a Priſonâ, quâ in partibus Tranſmarinis detentus exiſtit, Deliberatus fuiſſet, nobis in noſtris agendis tenere poterit,

Ac volentes, eo prætextu, Deliberationem ejuſdem Comitis (ad quam, ſine magnæ Pecuniæ ſummæ Subventione, attingere non poteſt) in quantum poterimus maturare, & ſibi eo ſpecialiùs ſubvenire in hac parte,

Conceſſerimus & aſſignaverimus eidem Comiti Quingentas Libras de Denariis, exeuntibus tàm de Finibus & Amerciamentis, quàm de Exitibus, Foriſfactis, coram, Dilectis & Fidelibus noſtris, Nicholao de Cantilupo, & Sociis ſuis Juſticiariis, ad diverſa Oppreſſiones, Extortiones, Dampna, Gravamina, & Exceſſus, Nobis & Populo noſtro per Miniſtros & alios illata, in Comitatu Lincolniæ, audiendum & terminandum aſſignatis, factis & adjudicatis, percipiendas per Manus Vicecomitis Comitatûs prædicti, in partem ſolutionis illarum Pecuniæ Summarum, in quibus eidem Comiti, pro Vadiis ſuis, de tempore quo ſtetit in Obſequio noſtro, in partibus Tranſmarinis, per Billas de Garderobâ noſtrâ tenemur, in Auxilium Deliberationis ſuæ prædictæ,

Vobis mandamus quòd eidem Comiti, vel ejus in hac parte Attornato, dictas Quingentas Libras de Denariis, de dictis Finibus, Amerciamentis, & Exitibus, Provenientibus (quibuſcumque dilatione & excuſatione ceſſantibus) ſolvi faciatis, Aſſignationibus ſuper eiſdem Finibus, Amerciamentis, & Exitibus, aliis, & etiam pro Victualibus noſtris prius factis, ſemper ſalvis.

Teſte Rege apud Haveryng atte Boure viceſimo quinto die Julii.

Per Breve de privato Sigillo.

Super Deliberatione prætacta.

REX dilecto ſibi in Chriſto - - - Abbati beatæ Mariæ Eborum, Collectori Decimæ Biennalis, nobis nuper per Clerum Eborum Diœceſis conceſſæ, in Diœceſe Eborum, Salutem.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Ibid.

Conſiderantes magnum Locum, quem, *&c. ut ſupra uſque ibi* ſubvenire in hac parte, *& tunc ſic,*

Conceſſimus & aſſignavimus eidem Comiti Mille Libras, percipiendas de Decimâ prædictâ, in partem Solutionis illarum Pecuniæ Summarum, in quibus eidem Comiti, pro Vadiis ſuis, de tempore quo ſtetit in Obſequio noſtro, in partibus Tranſmarinis, per Billas de Garderobâ noſtrâ tenemur, in Auxilium Deliberati[illegible]nis ſuæ prædictæ,

Digitized by Google

catam in Cogge Johan, ſupra Mare,

Et, cùm dicta Navis, redeundo verſus Portum dictæ Villæ, Vinis & aliis Mercibus onerata, juxta Inſulam de Us ancoraſſet, Venti Proſperi Gratiam expectando,

Supervenerunt quidam Subditi veſtri in quadam Navi, vocatâ la Roſe Noef, de Caſtro de Iſpanniâ, cujus Johannes Martin Magiſter tunc erat, die Dominico, proximo poſt Feſtum Sancti Martini, ultimò præteritum, & irruerunt hoſtiliter in dictam Navem, & ipſam Navem, cum omnibus Bonis, exiſtentibus in eadem, ad valentiam Treſcentarum Librarum Sterlingorum, & amplius, ceperunt & abduxerunt,

Et Johannem Coppe, Magiſtrum dictæ Navis, ac Mercatores & Marinarios, exiſtentes in eadem, Viros Pacificos, interfecerunt, in dictorum, Willielmi, Stephani, & Willielmi, Depauperationem manifeſtam, quæ tàm in Anglia, quàm in Flandria, ac etiam nonnullis Mercatoribus Iſpanniæ, in Flandria venientibus, ſunt, ut audivimus, ſatis nota.

Quamobrem Serenitatem veſtram attente requirimus & rogamus quatenus, optentu pietatis & juſtitiæ, dictis Subditis noſtris, ſic dampnificatis, facere velitis, per dictos Dampnificantes, Dampna, quæ ſic incurrerant, debite reſarciri, adeò quòd, ob defectum Juſtitiæ, aliud quærere Remedium non ſit opus.

Dat. apud Turrim London. viceſimo ſexto die Julii.

Pro Rega Scotiæ ſuper Expenſis.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Clauſ.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 21.

REX, dilecto Clerico ſuo Willielmo de Edyngton Receptori *&c.*

Mandamus vobis quòd, dilecto Conſanguineo noſtro, Regi Scotiæ, Centum Libras, tàm ſuper Cuſtubus ſuis, per ipſum jam in partibus iſtis appoſitis, quàm per ipſum eundo verſus partes Boreales apponendis, de Exitibus Nonæ & Decimæ prædictarum ſolvatis; Recipientes a præfato Rege Literas ſuas Patentes, Receptionem dictæ Pecuniæ Summæ Teſtificantes:

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Haveryn atte Boure, viceſimo octavo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* V. 271.

**Pro dicto Rege, ſuper Defenſione Marchiarum.*

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Clauſ.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 20.

REX, Dilecto ſibi in Chriſto, Abbati beatæ Mariæ Eborum, Collectori Decimæ Biennalis, nobis nuper per Clerum Eborum Provinciæ conceſſæ, Salutem.

Quia aſſignavimus, Sereniſſimo Principi, Edwardo Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Treſcentas Libras, de Exitibus Decimæ prædictæ, per manus veſtras celeriter percipiendas, in auxilium defenſionis & ſalvationis Marchiarum noſtrarum Scotiæ indè dirigendas,

Vobis mandamus quòd eidem Regi, vel dilecto Clerico noſtro, Johanni de Elerker, Receptori Denariorum, pro Guerrâ Scotiæ ordinatorum, ad opus ipſius Regis, dictas Treſcentas Libras, de Denariis Decimæ illius, in Cuſtodiâ veſtrâ exiſtentibus, ſine dilatione ſolvatis; Recipientes ab eodem Rege Literas ſuas Patentes, Receptionem dictæ Pecuniæ Teſtificantes:

Et Nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Haveryng atte Bourne, triceſimo primo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Scotiæ, ac Cuſtodibus Caſtrorum noſtrorum in eadem Terrâ Scotiæ, tenore præſentium, in mandatis,

Quòd eidem Regi, tanquam Capitaneo & Ductori dicti Exercitûs noſtri, in præmiſſis omnibus & ſingulis pareant & intendant,

Et quòd præfati Vicecomites & Ballivi omnes illos, quos prædictus Rex, propter ipſorum Rebellionem, Injurias, ſeu Exceſſus, in præmiſſis, eis liberaverit, vel liberari fecerit, ſub Carcerali Cuſtodiâ cuſtodiendos, ab eodem Rege, vel aliàs ad mandatum ſuum, recipiant, & in Priſonis ſalvò cuſtodiri faciant, quouſque modo quo convenit deliberentur.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duratur as.

Teſte Rege apud Haveryng atte Boure, primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

** De intendendo Regi Scotiæ memorato.* • V. 272.

REX Vicecomiti Northumbriæ, ac univerſis & ſingulis Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, in eodem Comitatu, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Scot.* 15. *E.* 3. *m* 7.

Cùm nos, circa Guerram noſtram Franciæ, & alia negotia ardua, ſic occupemur in præſenti, quòd perſonaliter Guerræ noſtræ Scotiæ intendere non poſſumus,

Et nos,

De probitate ſtrenuâ & circumſpectione providâ, Magnifici Principis, Edwardi Regis Scotiæ, Fidelis & Conſanguinei noſtri cariſſimi, intimè confidentes,

Conſtituimus Eum Capitaneum & Locum noſtrum tenentem, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Vobis mandamus quod eidem Regi Scotiæ, tanquam Capitaneo & Ductori dicti Exercitûs noſtri, in præmiſſis omnibus & ſingulis pareatis & intendatis, quotiens & prout idem Rex vobis ſcire fecerit ex parte noſtrâ.

Et vos præfati (Vicecomes, Ballivi, & Miniſtri) omnes illos, quos prædictus Rex vobis, propter ipſorum Rebellionem, Injurias, ſeu Exceſſus in præmiſſis, liberaverit, vel liberari fecerit, ſub Carcerali Cuſtodiâ detinendos, ab eodem Rege, vel aliàs ad Mandatum ſuum, recipiatis, & in Priſonis noſtris ſalvo cuſtodiri faciatis, quouſque modo quo convenit deliberentur.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem & totum Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eadem datâ; videlicet,

Vicecomiti Eborum, ac univerſis & ſingulis Ballivis &c. in eodem Com. &c.

ET mandatum eſt Univerſis & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Hobelariis, Sagittariis, Peditibus, & omnibus aliis, qui ad dictas partes Scotiæ, vel Marchias ejuſdem ſunt venturi, vel ibidem morantur, necnon tam Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fidelibus Regis ultra Trentam, quòd eidem Regi Scotiæ, tanquam Capitaneo & Ductori dicti Excercitûs, in præmiſſis omnibus & ſingulis aſſiſtant, pareant *&c.*

EOdem modo mandatum eſt Univerſis & ſingulis Comitibus, Baronibus, Militibus, ac Cuſtodibus Caſtrorum Regis Angliæ, in Terrâ Scotiæ, ac Vicecomitibus, Ballivis, & aliis Miniſtris & Fidelibus Regis ibidem, &c.

Et

Digitized by Google

De Stapula, apud Bruges in Flandria, tenenda.

Ann. D. REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1341. Sciatis quòd,
An. 15. Cùm nonnulli, Mercatores & alii, tàm Alienigenæ, quàm Indi-
E. 3. genæ, quærentes in noſtro & Reipublicæ diſpendio Lucrum ſuum,
Pat. 15. Lanas & alias Mercandiſas (non ſolutis Cuſtumis & Subſidiis, no-
E. 3. bis indè debitis) quandoque furtim & occultè, quandoque per Mi-
p. 2. niſtrorum noſtrorum Coniventiam, extra Regnum noſtrum Angliæ
m. 15. eduxerint, & indies educere non deſiſtunt, Ipſas quo voluerint
traducentes, in noſtri Dampnum non modicum & Contemptum,

Nos,

Tantæ volentes obviare Nequitiæ, ac noſtris & Fidelium noſtrorum proſpicere Commodis, ut debemus,

Ad inſtantem requiſitionem, Fidelium noſtrorum, Mercatorum dicti Regni noſtri, de maturo Peritorum nobis aſſiſtentium Conſilio,

Volumus & concedimus quòd Stapula Lanarum, ac aliarum Mercandiſarum, ad hujuſmodi Stapulam traduci ſolitarum, exnunc extra dictum Regnum noſtrum educendarum, apud Villam de Brugges in Flandria teneatur, juxta Conventiones inter nos ac, dilectos & fideles noſtros, Homines de Flandriâ ſuper hoc initas, duratura,

Et quòd per Majorem & Conſtabularios, jam per nos deputandos, &, cum ipſi Mortui, vel ritè per Mercatores dicti Regni noſtri Amoti fuerint, per alios Idoneos, per Mercatores ejuſdem Regni noſtri Angliæ eligendos, dirigatur; ad quas Amotionem, ex causâ rationabili, cum expedire viderint, & Electionem faciendas, plenam eis concedimus Poteſtatem.

Volentes quòd per dictos, Majorem & Conſtabularios, fiant, ſine omni Acceptatione Perſonarum, Punitiones ſuper Tranſgreſſionibus & Delictis, in dictâ Stapulâ perpetratis, & omnia alia prout in hujuſmodi Stapulâ aliàs fieri conſuevit; & nos eos in his, quæ ſic ritè fecerint, fovere volumus & tueri.

Quibus etiam, Majori & Conſtabulariis, ac Mercatoribus & aliis, ad dictam Stapulam venientibus, omnes Libertates & Conſuetudines rationabiles, quas in hujuſmodi Stapulâ habere conſueverant, quatenus ad nos attinet, confirmamus,

Adicientes & concedentes quòd omnes Homines, Majores, & Minores, Alienigenæ & Indigenæ, cujuſcumque ſtatûs vel conditionis extiterint, Lanas ac Merces alias, ad Stapulam adduci ſolitas, volentes extra dictum Regnum noſtrum educere, illas ad dictam Stapulam tranſmittere, & Collectoribus Cuſtumatorum noſtrarum, in Portubus, ubi dictas Lanas & Mercandiſas carcari contigerit, jurare Securitatem facere teneantur, quòd ipſas ad dictam Stapulam, & non alibi, traducent, ibidem, juxta modum Stapulæ, venditioni exponendas.

Et ſuper hoc, ac ſuper Cuſtumâ debitâ, pro dictis Lanis & Mercandiſis ſolutâ, fiant Indenturæ inter dictos Collectores & Ductores Lanarum & Mercandiſarum prædictarum; quarum pars altera Sigillo noſtro (quod dicitur Coket) & altera Sigillo dictorum Ductorum conſignentur;

Ita quòd dicti Collectores partem Indenturæ, penes eos ſub Si-

contingentia, infra dictum Regnum noſtrum, vel Poteſtatem noſtram, in quorumcumque manibus inveniri contingat, ea prædictis Majori & Conſtabulariis, abſque omni difficultate vel contradictione, volumus liberari.

Ad hæc, volentes Securitati Mercatorum, & aliorum Contrahentium in dictâ Stapulâ, uberiùs providere, volumus & concedimus quòd omnes Mercatores ſuper Contractibus, factis in dictâ Stapulâ, ac Litteris Obligatoriis, & aliis inde factis ibidem, placitare poſſint infra dictum Regnum noſtrum, & illuc habere Juſtitiam & Juſtitiæ Executionem, ac ſi dicti Contractus & Litteræ infra dictum Regnum noſtrum initi fuiſſent & confectæ; quacumque Lege ſeu Conſuetudine contrariâ non obſtante.

Et, ut dicta Stapula meliùs continuari valeat & defendi, volumus & concedimus quòd Major, Conſtabularii, & Mercatores, dictæ Stapulæ, pro Communibus Negotiis dictæ Stapulæ, & Venientium ad eandem, proſequendis & defendendis, facere poſſint (cùm neceſſitas exegerit) rationabiles Impoſitiones, ſeu Tallagia, ſuper Mercandiſis, ad dictam Stapulam adductis, & adducendis; ita quòd non deferatur Uni plus quam Alteri; ſet quòd, juxta quantitatem Bonorum cujuſlibet, Æqualitas obſervetur.

Proviſo quòd illi, qui per dictos Majorem & Conſtabularios ad levandum dictas Impoſitiones vel Tallagia fuerint deputati, ibidem Compotum indè reddere teneantur, & per redditionem dicti Compoti ſint exonerati: ita quòd alibi propter hoc ulteriùs non vexentur; & idem fiat de Tranſgreſſionibus ibidem perpetratis & per dictos Majorem & Conſtabularios punitis & reformatis (videlicet) quòd alibi non inquiratur nec concedatur ulterius de eiſdem.

Item, volumus & concedimus quòd, in caſu quo Mercatores dictæ Stapulæ Platam Argenti, pro Monetâ cudendâ, ad Cuneos noſtros deferre voluerint, Cunei noſtri Londoniæ & Cantuariæ parati erunt & aperti ad recipiendum & cudendum dictam Platam; ita quod dicti Mercatores erunt in formâ debitâ celeriter expediti.

Volumus etiam quòd dicti, Major & Mercatores dicti Regni noſtri, poſſint, ſaltem ſemel, vel bis in Anno, cum melius vacare poterint, in Angliam convenire ad Tractandum & Ordinandum ibidem, prout pro ſtatu dictæ Stapulæ & Utilitate Communi atque ſuâ meliùs viderint expedire, ita tamen * quod alios dimittant * V. 175.
in dictâ Stapulâ loco ſui, nè per illorum abſentiam, dicta Stapula Detrimentum incurrat.

In cujus, &c,

Teſte Rege apud Turrim London. octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Officio Majoratus Stapulæ conceſſo.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1341.
Cùm, pro Communi Utilitate Mercatorum & aliorum, Lanas, An. 15.
Coria, Pelles Lanutas, & alia Mercimonia, extra Regnum no- E. 3.
ſtrum Angliæ educere volentium, conceſſerimus quòd Stapula La- Pat. 15.
narum & aliarum Mercandiſarum, ad Stapulam duci ſolitarum, E. 3.
extra dictum Regnum noſtrum educendarum, apud Villam de p. 1.
Brugges in Flandriâ teneatur, m. 18.

Digitized by Google

durante præſenti Guerrâ, Rector veſter & Vicarius Civitatis, gaudemus profecto; &, nè per hoc derogetur veſtris Privilegiis, Conſuetudinibus, vel Statutis, ſuper hoc Litteras noſtras Patentes fieri fecimus; quas Lator præſentium vobis defert.

Dat. apud Turrim London. duodecimo die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

Quod Electio Majoris Baionæ, facta ad inſtantiam Regis, in nullo derogat ejuſdem Civitatis Privilegiis.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Ibid.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm pridem, de bono Regimine Civitatis noſtræ Baionæ ſoliciti, & de expertâ Probitate ac Fidelitate, dilecti & fidelis noſtri, Petri de Puyano plurimùm confidentes, rogaverimus, dilectos & fideles noſtros, Juratos, Centum Pares, & Communitatem dictæ Civitatis, ut dictum Petrum in Majorem, ſeu Rectorem, ejuſdem Civitatis, * durante præſenti Guerrâ noſtrâ, præficere vellent & tenere, quocumque Statuto vel Conſuetudine contrario non obſtante,

Volumus & concedimus quòd Electio, ſeu Præfectio, dicti Petri, in Majorem, Vicarium, ſeu Rectorem, dictæ Civitatis, ſic facta ad rogatum noſtrum ex causâ Guerræ prædictæ, in nullo deroget Privilegiis, Statutis, vel Conſuetudinibus dictæ Civitatis; ſet quòd liceat Juratis, Paribus, & Comunitati, prædictis, Majorem, & alios Miniſtros Civitatis, prout ad eos prius pertinuit, eligere & facere, Præfectione ſeu Electione dicti Petri non obſtante.

In cujus &c.

Dat. apud Turrim London. decimo tertio die Auguſti.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Hominibus infra Regnum Franciæ in Obedientiam Regis admittendis.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De dilectione fidâ & circumſpectione providâ, Nobilis ac dilecti & fidelis noſtri, Bernardi Ezii Domini de Lebreto, pleniùs confidentes,

Ad Tractandum per ſe, & alios, pro Nobis, & noſtro Nomine, cum quibuſcumque Perſonis, tàm Nobilibus, quàm Popularibus & Comunitatibus Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & Locorum aliorum, in Obedientiâ Domini Philippi de Valeſio, infra Ducatum noſtrum Aquitaniæ, & alibi infra Regnum Franciæ, jam exiſtentibus, de veniendo in noſtra, Fidelitatem, Obedientiam, & Auxilium,

Et cum illis, & eorum ſingulis, ſuper hoc Concordandum,

Ipſoſque ad Pacem & Fidelitatem noſtram Admittendum,

Et quòd eos propter hoc Indempnes ſervabimus, & quòd Pacem vel Treugam cum dicto Philippo (niſi per illas eorum Securitati caveatur expreſſè) nullatenus iniemus Aſſecurandum,

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ pro Securitate & Indempnitate Hominum quorumcumque, ſic in Obedientiam & Auxilium noſtra venientium, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam eidem Domino de Lebreto, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Quadringentas Libras de Denariis, de Venditione Lanarum prædictarum provenientibus, ſolvant juxta tenorem Litterarum Regis prædictarum; Recipientes ab eo, vel dicto ſuo Attornato, Litteras ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictarum Quadringentarum librarum Teſtificantes. Et Rex indè, in Compoto ſuo, debitam Allocationem habere faciet.

Teſte ut ſupra.

De Denariis Regi Scotiæ ſolvendis.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Abbati beatæ Mariæ, Collectori Decimæ Biennalis, nobis nuper per Clerum Eborum Provinciæ conceſſæ, Salutem. Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Clauſ.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 18. *dors.*

Cùm aſſignaverimus, Sereniſſimo Principi, Edwardo Regi Scotiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo (quem Capitaneum & Ductorem totius Exercitûs noſtri, pro Guerrâ Scotiæ ordinati, conſtituimus) Treſcentas Libras, de Exitibus Decimæ prædictæ, per manus veſtras celeriter percipiendas, in Auxilium Defenſionis & Salvationis Marchiarum noſtrarum Scotiæ indè Dirigendas,

Et vobis mandaverimus quòd eidem Regi, vel, dilecto Clerico noſtro, Johanni de Ellerkir, Receptori Denariorum, pro Guerrâ Scotiæ ordinatorum, ad opus ipſius Regis, dictas Treſcentas Libras, de Denariis Decimæ illius, in Cuſtodiâ veſtrâ exiſtentibus, ſine dilatione ſolveretis,

Et, licet idem Rex, ſub ſpe Promptæ Solutionis Denariorum prædictorum, & aliorum ſibi Nos ex cauſâ prædictâ aſſignatorum, diverſos Homines pro Guerrâ prædictâ retinuerit, & Progreſſum ſuum cum Exercitu ſuo ad dictas partes Marchiæ Scotiæ ordinaverit, & vos per ſe, & ſuos, pluries requiſiverit ut dictas Treſcentas Libras (conſideratâ Neceſſitate Inſtanti) ſolvi faceretis,

Vos tamen Solutionem aliquam ei indè hactenus facere non curaſtis, in Noſtri, ac Mandati noſtri prædicti Contemptum, & totius Regni noſtri Periculum manifeſtum; indè plurimùm conturbamur:

Vobis igitur mandamus, ſub Foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, quòd ſtatim, viſis præſentibus, quacumque dilatione & excuſatione ceſſantibus, præfato Regi, vel ejus in hac parte Attornato, dictas Treſcentas Libras, de Denariis, de Decimâ prædictâ provenientibus, ſolvatis juxta tenorem Mandati noſtri, vobis priùs indè directi; ita quòd, pro defectu Solutionis prædictæ, Progreſſus dicti Regis ad dictas partes Marchiæ Scotiæ nullatenus (quod abſit) impediatur, nec Periculum aliquod dicto Regno noſtro ex hac cauſâ eveniat,

Vel vos ipſe ſitis coram Nobis & Concilio noſtro, apud Londoniam, die Lunæ, proximo poſt Feſtum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, proximo futurum, ad Reſpondendum nobis de Contemptu & Dampnis nobis per vos in hac parte factis, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod per Nos & dictum Concilium noſtrum ſuper præmiſſis contigerit ordinari:

Et habeatis ibi tunc hoc Breve.

Teſte Rege apud Turrim London. viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Super Deliberatione Comitis Derbienſis. Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Aleman.* 15. *E.* 3. *m.* 14. *d.*

REX Vicecomiti Lincolniæ Salutem.

Cùm, in auxilium Deliberationis, dilecti Conſanguinei & fidelis noſtri, Henrici de Lancaſtre Comitis Derbiæ, & quorumdam Aliorum Fidelium noſtrorum,

Quorum corpora, unà cum Corpore præfati Comitis, pro Debitis

Pro E. Rege Scotiæ, de Arraiatione facienda.

Ann. D. REX, dilectis & fidelibus ſuis, Johanni de Moubray, Radul-
1341. pho de Bulmere, & Johanni de Faucomberge, Salutem.
An. 15. Sciatis quòd aſſignaverimus vos, conjunctim, & diviſim, ad
E. 3. Eligendum & Arraiandum, vel eligi & arraiari faciendum, omnes
Scot. 15. Homines Comitatûs Eborum, tàm infra Libertates, quàm extra,
E. 3. Defenſabiles & ad arma Potentes,
m. 6. Et ad eos, Armis competentibus (videlicet) quemlibet eorum juxta ſtatum ſuum, muniri faciendum,

Ipſoſque ſic Electos, Arraiatos, & benè Munitos, ad, dilectum Conſanguineum & fidelem noſtrum, Magnificum Principem Edwardum de Balliolo (quem conſtituimus Capitaneum & Ductorem totius Exercitûs noſtri, pro Guerrâ Scotiæ ordinati) ducendum, quotiens, & quando, Periculum aliquod ex Scotorum, Hoſtium noſtrorum, Invaſionibus imineat, & per ipſum Regem, ſuper hoc, ex parte noſtra, fueritis præmuniti.

Et ad alium, vel alios, idoneum, vel idoneos, loco veſtri, in locis ubi vos ipſi ad hoc vacare non poteritis, Deputandum, ad præmiſſa faciendum & explendum:

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, mandamus, firmiter Injungentes, quod circa præmiſſa omnia & ſingula intendatis, & ea faciatis, & exequamini in formâ prædictâ.

Damus autem vobis, & cuilibet veſtrûm, Plenam, tenore præſentium, Poteſtatem capiendi, & areſtandi Omnes illos, quos in hac parte Contrarios inveneritis, ſeu Rebelles, & eos Priſonis noſtris committendi, in eiſdem moraturos quouſque de eis aliter duxerimus ordinandum.

Necnon Vicecomiti noſtro Comitatûs prædicti, ac univerſis & ſingulis Conſtabulariis, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus noſtris in Comitatu prædicto, tàm infra Libertates, quàm extra, ſimiliter in Mandatis, quòd vobis, & cuilibet veſtrûm, & Deputandis à vobis, & quolibet veſtrûm, in omnibus & ſingulis præmiſſis faciendis & exequendis pareant, obediant, & intendant,

Et quòd idem Vicecomes omnes illos, quos propter Rebellionem vel Contrarietatem ſuam in præmiſſis ſibi liberaveritis, à vobis & quolibet veſtrûm recipiat, & in Priſonâ noſtrâ ſalvò Cuſtodiri faciat in forma prædicta.

* V. 279. * In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Septembris.

Per ipſum Regem.

EOdem modo aſſignatur Radulphus de Nevill, ad Eligendum & Arraiandum omnes Homines Comitatûs Northumbriæ.

Conſimile Mandatum Epiſcopo Dunolmenſi.

Ann. D. REX Venerabili in Chriſto Patri R. eadem gratiâ, Dunolmen-
1341. ſi Epiſcopo, Salutem.
An. 15. Mandamus vobis quòd omnes Homines Libertatis veſtræ Du-
E. 3. nolmenſis, Defenſabiles & ad arma Potentes, cum omni celeritate
Ibid. eligi & arraiari, *&c. prout ſupra uſque hæc verba, viz.*

ctionis perpetuò eſt conſcripta, & votivum eſt nobis, præcipuum vobis, cum exuberantiâ, gratam facere Repenſivam

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Septembris.

Per ipſum Regem.

Pro Marchione Juliacenſi Comite Cantebrigiæ.

REX Vicecomiti Cantebrigiæ Salutem.

Cùm nuper,

Inter alia, quæ per Literas noſtras Patentes dedimus & conceſ- Ann. D.
ſimus, dilecto & fideli noſtro, Guillielmo Marchioni Juliacenſi, 1341.
tempore quo ipſum in Comitem Cantebrigiæ, per Cincturam *An.* 15.
Gladii, præfecerimus, *E.* 3.
* Septimo die Maii, Anno Regni noſtri Angliæ Quartodeci- *Clauſ.* 15.
mo, dederimus & conceſſerimus eidem Marchioni, nomine præ- *E.* 3.
dicti Comitis, Viginti Libras per Annum, Habendas & Percipien- *p.* 2.
das Sibi & Hæredibus ſuis, de Corpore ſuo legitimè procreatis, *m.* 8.
de Exitibus Comitatûs prædicti, per Manus Vicecomitis ejuſdem * V. 280.
Comitatûs, qui pro tempore fuerit, ad Feſti Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, imperpetuùm, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur,

Tibi præcipimus, ſicut aliàs præceperimus, quòd eidem Marchioni, vel ejus in hac parte Attornatis, id, quod eidem Marchioni a retro eſt de prædictis Viginti Libris Annuis, de terminis Sancti Michaelis & Paſchæ, proximò præteritis, & etiam eaſdem Viginti Libras extunc ſingulis Annis, quamdiu ibidem Vicecomes noſter fueris, de Exitibus Ballivæ tuæ, ſolvas juxta tenorem Literarum noſtrarum prædictarum;

Recipiens a præfato Marchione, vel dictis ſuis Attornatis, Literas ſuas Acquietantiæ, quæ pro Nobis & Te ſufficientes fuerint in hac parte: Et nos tibi inde, in Compoto tuo, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Turrim London. decimo die Septembris.

Pro Duce Gelriæ, de Annuitate ſolvenda.

REX Collectoribus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pel- Ann. D.
lium Lanutarum, in Portu Londoniæ, Salutem. 1341.
Cùm, Illuſtris Reginaldus, Dux Gelrenſis & Comes Zutphen- *An.* 15.
ſis, Sororius noſter cariſſimus, Homagium & omnia, quæ tene- *E.* 3.
bat de Domino Philippo de Valeſio (pro Rege Franciæ ſe gerente) Eidem Philippo, occaſione Adhærentiæ nobis factæ, reddi- *Clauſ.* 15.
derit, *E.* 3. *p.* 2.
Nobiſque fecerit Homagium & Fidelitatis Juramentum, *m.* 4.

Ac nos,

Attendentes oſtenſam nobis per præfatum Ducem Gratitudinem in hac parte, & proindè volentes tibi gratam facere Repenſivam,

Viceſimo primo die Septembris, Anno Regni noſtri Angliæ Tertiodecimo, conceſſerimus ei Mille Libras Sterlingorum, percipiendas, Annis ſingulis, ad totam Vitam ſuam, ad Feſta Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, de Cuſtumis noſtris in Portubus ſubſcriptis; videlicet, in Portu Civitatis prædictæ, Quingentas Libras,

In

Digitized by Google

proſpicere, ſicut decet,

Conceſſimus ei pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Comitatum Richemundiæ, Habendum & Tenendum, cum Caſtris, Villis, Hameletis, Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Capellarum, & aliarum Domorum Religioſarum, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Piſcariis, Parcis, Boſcis, Warennis, Feriis, Mercatis, Libertatibus, Liberis Conſuetudinibus, Servitiis, tàm Liberorum Tenentium, quàm Nativorum, & omnibus aliis ad dictum Comitatum Richemundiæ qualitercumque & ubicumque ſpectantibus ſive pertinentibus, eodem modo quo, claræ memoriæ, Johannes, nuper Dux Britanniæ, & Comes Richemundiæ, eundem tenuit Comitatum, quouſque idem Dux dictum Comitatum de Monte Forti recuperaverit, vel ſibi fuerit reſtitutus;

Ita quòd idem Dux dictum Comitatum Richemundiæ, cùm prædictus Comitatus de Monte Forti, ſic per eum Recuperatus, vel ei Reſtitutus fuerit, Nobis vel Hæredibus noſtris dimittere teneatur, niſi uberiorem Gratiam (quam, continuando cum augmento penes nos Geſtum laudabilem, de exuberantiâ Regiæ Munificentiæ ſperare poterit) ſibi fecerimus in hac parte.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Septembris.

Per ipſum Regem.

Pro Epiſcopo Karliolenſi de Vadiis propter Defenſionem Marchiæ Scotiæ ſolvendis.

Ann. D. REX, dilecto Clerico ſuo, Johanni de Thyngden, Receptori
1341. Denariorum, pro Guerrâ Scotiæ reſervatorum, Salutem.
An. 15. Cùm nuper tenemur, Venerabili Patri, Johanni Epiſcopo Kar-
E. 3. lioli in Quingentis & Viginti & novem Libris, & Quatuor Soli-
Clauſ 15. dis, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum, ſecum ſuper ſalvâ Cu-
E. 3. ſtodiâ Marchiæ Scotiæ nuper commorantium, prout per Duas
p. 2. Billas de Garderobâ noſtrâ pleniùs poterit apparere,
m. 2. Dictùſque Epiſcopus nobis ſupplicaverit ut,

Cùm ipſe in Obſequium noſtrum, quanto potentius poterit, ad partes Marchiæ prædictæ paratus ſit proficiſci, ad morandum ibidem in Auxilium Defenſionis partium earumdem, ita quòd ſibi jam de Ducentis Libris, de Summâ prædicta ſatisfieri faciamus,

Velimus ei dictas Ducentas Libras ſolvi jubere;

Nos, ex causâ prædictâ, volentes ejus Supplicationi gratioſiùs annuere in hac parte, vobis mandamus quòd eidem Epiſcopo dictas Ducentas Libras, de Denariis, de Nonâ, nuper nobis conceſſâ ultra Trentam, de Primo Anno Conceſſionis ejuſdem provenientibus, pro dictâ Guerrâ Scotiæ reſervatis, vel de Lanis, loco dictæ Nonæ, de Secundo Anno Conceſſionis ejuſdem, nobis conceſſis, pro eâdem Guerrâ ordinatis (ſi de dictâ Nonâ, de dicto Primo Anno, ſibi ſatisfieri non poterit) ſolvatis; aliquo Mandato noſtro, vobis in contrarium directo, non obſtante:

Et Billas prædictas de dictis Ducentis Libris Indorſetis; Recipientes ab eo Literas ſuas Acquietantiæ, Solutionem dictarum Ducentarum Librarum Teſtificantes;

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quinto die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Quindenâ Paſchæ, proximò præteritâ, tento, quidam Articuli, *An.* 15.
Legibus & Conſuetudinibus Regni noſtri Angliæ, ac Juribus & *E.* 3.
prærogativis noſtris Regiis, expreſsè contrarii, prætendantur per *Clauſ.* 15.
modum Statuti per nos fuiſſe conceſſi, *E.* 3.
Nos, *p.* 2.
Conſiderantes qualiter ad obſervationem & defenſionem Legum, *m.* 1. *d.*
Conſuetudinum, Jurium, & Prærogativarum hujuſmodi, aſtricti ſumus vinculo juramenti,

Et proinde volentes ea, quæ ſic fiunt improvidè, ad Statum debitum revocare,

Super hoc cum Comitibus & Baronibus, ac Peritis aliis dicti Regni noſtri, Conſilium habuimus & tractatum,

Et quia Editioni Statuti prætenſi nunquam conſenſimus, ſet, præmiſſis Proteſtationibus de revocando dictum Statutum (ſi de facto procederet) ad evitandum Pericula quæ ex ipſius denegatione tunc timebantur provenire (cùm dictum Parliamentum aliàs fuiſſet ſine Expeditione aliquâ in diſcordiâ diſſolutum, & ſic ardua Negotia noſtra fuiſſent (quod abſit) veriſimiliter in ruinâ) diſſimulavimus ſicut oportuit, & dictum prætenſum Statutum Sigillari permiſimus illâ vice,

Videbatur dictis Comitibus, Baronibus, & Peritis, quòd, ex quo dictum prætenſum Statutum de voluntate noſtrâ gratuitâ non proceſſit, nullum erat, & quod Nomen vel Vim Statuti habere non deberet,

Et ideò dictum Statutum, de ipſorum conſilio & aſſenſu, decrevimus eſſe nullum, & illud, quatenus de facto proceſſit, duximus adnullandum;

Volentes tamen quòd Articuli, in dicto prætenſo Statuto contenti, qui per alia Statuta noſtra vel Progenitorum noſtrorum Regum Angliæ ſunt prius approbati, juxta formam dictorum Statutorum, in omnibus, prout convenit, obſerventur; & hoc ſolum ad Conſervationem & Redintegrationem Jurium Coronæ noſtræ facimus ut tenemur, non autem ut Subditos noſtros (quos in Manſuetudine regere cupimus) opprimamus aliqualiter vel gravemus,

Et ideò tibi præcipimus quòd hæc omnia in locis, infra Ballivam tuam, ubi expedire videris, publicè facias proclamari.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De Navibus areſtandis, pro Paſſagio Magnatum ad partes Britanniæ.

REX Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Ann. D.
Miniſtris, & aliis Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm 1341.
extra, ad quos, &c. Salutem. *An.* 15.
Sciatis quòd aſſignavimus, dilectum * Servientem noſtrum ad *E.* 3.
Arma Robertum Chaumberleyn ad areſtandum omnes Naves, pro *Aleman.*
Paſſagio Magnatum & aliorum Fidelium noſtrorum (quos ad par- 12. *E.* 3.
tes Britanniæ in Obſequium noſtrum pro diverſis urgentiſſimis Ne- *m.* 5.
gotiis noſtris miſſuri ſumus) aptas in ſingulis Portubus Comitatuum * V. 283.
Somerſetiæ & Dorſetiæ, tàm infra Libertates, quàm extra,

Et ad eaſdem Naves de Guerrâ arraiari & muniri, & Eas, ſic benè Arraiatas & Munitas uſque Portum de Porteſmuth duci faciendum; ita quòd ſint ibidem, citra Octabas Sancti Martini proximò futuras ad ultimum, ad proficiſcendum exindè, ad Vadia noſtra, cum dictis Magnatibus, & aliis Fidelibus noſtris, in Obſequium noſtrum ſupradictum:

Dantes

Digitized by Google

Librarum, quod de nobis percipit annuatim, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, ad totam Vitam ſuam, ratione Moræ ſuæ nobiſcum,

Et in Ducentis & Quinquaginta Libris ejuſdem Monetæ, quæ ei a retro ſunt de Tribus Millibus Florenorum de Florentiâ (pretii cujuſlibet Floreni Trium Solidorum Sterlingorum) quæ ei, in Recompenſationem quorumdam Terrarum, Tenementorum, & Redditutum, quos præfatus Oto &, Nobilis Mulier, Domina Johanna Uxor ejus in Regno Franciæ, occaſione Guerræ, amittunt, conceſſimus percipiendas annuatim ad Terminos ſupradictos, quouſque Reſtitutionem habuerint Terrarum, Tenementorum, & Redditutum eorumdem,

Et in Centum Libris ejuſdem Monetæ, quæ ei a retrò ſunt de Septingentis Libris, quas ei, ſuper primo Progreſſu noſtro de Guerrâ ad partes Franciæ, ſimiliter conceſſimus, & quas ei nuper aſſignavimus percipiendas per Manus Antonii Bache, qui quidem Antonius præfato Otoni Sexcentas Libras indè tantum ſolvit,

Et in Ducentis Triginta & Tribus Libris, Sex Solidis, & Octo Denariis, Groſſorum Turonenſium, Monetæ Flandriæ, quas ſibi
* V.284. pro Morâ ſuâ nobiſcum, & pro Apparatu ſuo, proficiſcendo * nobiſcum in Guerrâ noſtra, in partibus Tranſmarinis, ſimiliter conceſſimus, habendas de Dono noſtro,

Nos,

Volentes præfato Otoni de prædictis Pecuniarum Summis ſatisfieri, prout decet,

Vobis mandamus quòd eidem Otoni, aut Attornatis ſuis in hac parte, dictas Pecuniarum Summas, ſine dilatione, ſolvi & habere faciatis; Recipientes ab eodem Otone, vel dictis Attornatis ſuis, Literas ſuas Acquietantiæ, Receptionem illarum Pecuniarum Summarum Teſtificantes:

Et Nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, ſexto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Homagio Domini de Lebreto Regi præſtito.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 5.

Cuntis patere volumus, tenore præſentium, & fatemur, quòd, Nobilis Baro, ac Fideſis & Dilectus noſter, Bernardus Ezii Dominus de Lebreto nobis, ut Duci Aquitaniæ, Homagium fecit Septimo Die Octobris, Anno Regni noſtri Franciæ Secundo, & Angliæ Quintodecimo, eo modo & formâ quibus Prædeceſſores ſui præſtare uſi fuerant, & quantum de Jure, Uſu, Conſuetudine, ſeu Statuto, dicti Ducatûs præſtare & facere tenebantur,

Aliàs, ſi ultra, vel contra, vel præter formam Prædeceſſorum ſuorum, ſive ultra, vel contra, vel præter Jus & Uſum dicti Ducatûs, Conſuetudinem, ſeu Statutum, in dicto Homagio incluſum aliquid fuerit, præſtitum, vel adjunctum, pro non incluſo & non adjuncto haberi voluit, ac ſi non eſſet Additum vel Adjunctum, ſic quòd nec Sibi, nec ſuis Hæredibus, ſeu Succeſſoribus univerſis, quo ad præſens, vel in futurum, præjudicare vel nocere habeat in Jure, habito vel habendo de Locis ac Caſtris de Lebreto,

minus de Lebreto nobis facere teneatur, volumus quòd illud nobis præſtare habeat, cùm per nos ad hoc extiterit requiſitus, ſicut de hoc ipſe coram nobis expreſſè fuit Proteſtatus.

Hoc autem Homagium, per ipſum nobis præſtitum, pro nobis & noſtris Succeſſoribus univerſis, valere volumus, etiam ſi peccet in materiâ vel in formâ; Remittentes eidem, ſi aliquod Jus, ratione Homagii non præſtiti, vel aliàs in præmiſſis, vel in aliquo præmiſſorum, nobis extiterit adquiſitum, ex noſtrâ certâ ſcientiâ hoc agentes; Promittentes nos eum, ut Vaſſalum noſtrum ſpecialem, gratis ſemper & debitis Auxiliis & Favoribus prævenire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Octobris.

Super Homagio Berardi de Lebreto.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cuntis patere volumus, tenore Præſentium, & fatemur quòd, dilectus & fidelis noſter Berardus de Lebreto Miles nobis ut Duci Aquitaniæ Homagium fecit eo modo & formâ *&c. prout ſupra uſque hæc verba.* Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 4.

De Locis & Caſtris Darrions, unà cum omnibus Terris, Rebus, Altis & Baſſis Juriſdictionibus, meris & mixtis Imperiis, & pertinentiis quibuſcumque,

Et de Terrâ & Dominio, Alto & Baſſo, mero & mixto Imperio, Loci de Vaires, cum pertinentiis univerſis,

Excepto Caſtro de Vaires, & quibuſcumque aliis Rebus in Juriſdictione ejuſdem, quod tenet a Vicecomite de Fronſaco, ſicut apparet per Inſtrumentum, confectum per manus cujuſdam Notarii Burdegalenſis, vocati Johamcot de Lombrere,

Ac de Loco de Marcanis, cum pertinentiis,

Et de loco Podii Normanni, cum Baſtida Villæ Franquæ, & pertinentiis univerſis,

Necnon de Loco Salvæ terræ, & de Blaſimont, cum Duabus Parochiis de Puch. & de Piis, cum omnibus prædictorum Baroniis, Caſtellaniis, Locis, Terris, ac Rebus, Altis & Baſſis Juriſdictionibus, meris & mixtis Imperiis, & pertinentiis univerſis,

Et in Burgeſiis & Parochiis quæ ſequuntur, videlicet, de Parochia de Marcanis, de Prinhac, & de Caſſeres, de Sancto Laurentio, Darſes, de Hoſpitali, de Magremba, de Sancto Germano, & de Cubſac, de Portu de Cubſac, & de Parochiis d'Aubrac & d'Eſpeſas, & de Podio Yſſam de Gauriagne, & de Marſas, & de Sancto Antonio, de Setzaco, de Camulzac, de Larruſcadi, cum earum & quarumlibet pertinentibus, ac Dominiis quibuſcumque,

Quod Homagium, ſub modo & formâ præmiſſis præſtitum perſonaliter, recepimus ab eodem ſponte, liberaliter, atque gratis, *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.*

Si verò aliquid, ultra Homagium ſuum, per ipſum, ut prædicitur, præſtitum, Homagii nomine, occaſione locorum, terrarum, & rerum prædictorum, vel alicujus eorumdem, prædictus Berardus nobis facere teneatur, volumus quòd illud nobis præſtare habeat cùm per nos de hoc extiterit requiſitus, ſicut de hoc ipſe coram nobis expreſſè fuit proteſtatus.

Hoc autem Homagium, per ipſum nobis præſtitum, pro nobis & noſtris Succeſſoribus univerſis valere volumus, etiam ſi peccet in materiâ vel in formâ; Remittentes eidem, ſi aliquod jus, ratione

P

Digitized by Google

teſtatem; Ratum habituri & Gratum quicquid idem Comes fecerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.
In cujus, &c. quamdiù nobis placuerit duraturas.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Pro Hominibus Regis Majoricarum.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 7.

REX Univerſis & ſingulis, Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Dominis, Magiſtris & Marinariis Navium, & aliis Fidelibus ſuis, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Attendentes Affectionem multam, quam, Princeps Magnificus —— Dominus, Majoricarum Rex Illuſtris, Conſanguineus noſter cariſſimus, Nobis & noſtris gratanter oſtendit,
Et proindè volentes Homines & Subditos dicti Regis ad Communionem amicabilem, inter ipſos & noſtros Subditos dilatandam, pronis Favoribus prævenire,
Vobis mandamus quòd Subditis dicti Regis, tàm in Terrâ, quàm in Mari, vos exhibeatis amicabiles & benignos,
Non inferentes eis, nec, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Moleſtiam, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen;
Set ipſos, quantum poteritis, protegatis:
Et, ſi quid eis foriſfactum fuerit, indilatè ſibi faciatis emendari.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Super Conventionibus cum Domino de Lebreto.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Supplicavit nobis, dilectus & fidelis noſter, Bernardus Ezii Dominus de Lebreto quòd,
Cùm nos, juxta formam cujuſdam Indenturæ, inter Nos & ipſum Bernardum confectæ, eundem Bernardum, & Omnes ſecum, & per eum, ad Obedientiam noſtram venientes, Indempnes conſervare teneamur;
Idemque Bernardus, ratione Adhærentiæ ſuæ nobis, contra Inimicos noſtros, in præſenti Guerrâ Vaſconiæ, Terras, Redditus, & Loca amiſerit infraſcripta; videlicet,
Locum de Genſaco, quem dictus Dominus de Lebreto Domino de Morchidano, in Recompenſationem eorum quæ dictus Dominus de Morchidano, occaſione Guerræ prædictæ, amiſit, noſtris Obſequiis adhærendo, tradidit & liberavit, ad valorem Octingentorum Regalium Auri, Annui & Perpetui Redditûs, quolibet, videlicet, Regali pro Quatuor Solidis Sterlingorum computato,
Ac Redditus ſuos, quos habeat in Terrâ Vaſatenſi, & quos Annis ſingulis ibidem percipiebat à diverſis Perſonis, ad valorem Centum Viginti & Quinque Regalium Auri & dimidii, quolibet Regali ut ſupra computato,
Necnon de Redditibus Annuis, quos habebat & percipiebat in
* V. 287. Loco de Sora * & de Lebreto, Annis ſingulis, ad valorem Nongentorum & Quinquaginta Regalium Auri, quolibet Regali, ut ſupra, computato,
Inſuper de Redditibus Annuis, quos habebat & percipiebat in &

Pro Elia de Sancto Cheſterio, de admittendo ad Obedientiam Regis.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Vaſc.* 15. *E.* 3. *m.* 5.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, Salutem.
Ex parte Eliæ de Sancto Cheſterio nobis eſt ſupplicatum quòd,
Cùm Caſtrum ſuum de Monte Regali, dùm, dilectus & fidelis noſter, Bernardus Ezii Dominus de Lebreto erat in Tractando cum eodem Elia de veniendo ad Obedientiam noſtram, per quoſdam Subditos noſtros de Ducatu prædicto Captum fuiſſet, ſicut præfatus Dominus de Lebreto nobis eſt Teſtificatus,
Idemque Elias ad Obedientiam noſtram venire ſit paratus,
Velimus ipſum ad Obedientiam noſtram admittere, & ei Caſtrum ſuum prædictum facere liberari;
Nos, ex cauſis præmiſſis, volentes ejus Supplicationi annuere in hac parte, vobis mandamus quòd, ſi idem Elias ad Obedientiam noſtram venire, & Parti noſtræ contra Inimicos noſtros de Franciâ adhærere voluerit, tunc ipſum ad Obedientiam illam admittatis, & ei Caſtrum prædictum liberari faciatis (ita ſemper quòd Deveria conſueta nobis faciat, ut debebit) omnes, quos ſuper Liberatione Caſtri prædicti reſiſtentes inveneritis, ab eodem ſine dilatione amoventes.
Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Littera Teſtimonialis, de pretio Redemptionis ſoluto.* * V. 288.

Ann. D. 1341. *An.* 15. *E.* 3. *Pat.* 15. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 5.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.
Supplicavit nobis Petrus Arnaud de Fytor, Dominus de Uniſſa, quòd,
Cùm ipſe per, dilectum & fidelem noſtrum, Johannem de Brocas, in Villa de Sancto Amando, de Guerrâ Captus,
Et Priſonæ Mancipatus,
Ac a Priſonâ (per Fidem ſuam de redeundo ad Priſonam in Anglia ad certum diem, ſibi per præfatum Johannem aſſignandum, aut Quadringentos Florenos de Scuto pro Redemptione ſuâ reportando) dimiſſus fuiſſet,
Ac idem Petrus Quadringentos Florenos prædictos Bernardo de Brocas Fratri, Olivero de Brocas Filio & Hæredi, & Willielmo de Campine Avunculo ipſius Johannis ſolverit, ſicut iidem, Bernardus, Oliverus, & Willielmus, coram, dilecto & fideli noſtro, Roberto de Burghcher, Cancellario noſtro recognoverunt perſonaliter conſtituti,
Velimus præmiſſa per Litteras noſtras teſtificari;
Nos, advertentes pium eſſe Teſtimonium Veritati perhibere, præmiſſa omnibus & ſingulis (quorum intereſt, vel intereſſe poterit) innoteſcimus per præſentes.
In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Octobris.

De

Digitized by Google

Teſte ut ſupra.

* V. 289. * *Pro Roberto de Artoys, de Aſſignationibus faciendis.*

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 3. m. 22. REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm, dilectus & fidelis noſter, Robertus d'Artoys, quaſdam Tallias, diverſas Summas Pecuniæ, ſibi per nos debitas, & in certis locis aſſignatas, continentes, vobis in Scaccario prædicto, pro eo quòd Aſſignationes illæ certis de cauſis Revocatæ exiſtunt, duxerit, ut accepimus, reſtituendas,

Nos,

Volentes eidem Roberto de Summis prædictis ſatisfieri, prout decet,

Vobis mandamus quòd, ſi ita eſt, tunc eidem Roberto Summas prædictas, de Theſauro noſtro, ſine dilatione, ſolvi, vel ei indè competentes Aſſignationes, in Locis, ubi ſibi indè celeriter ſatisfieri poterit, habere faciatis; Aſſignationibus, Philippæ Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, per Nos priùs factis, ſemper ſalvis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Octobris.

Per Concilium.

Super Liberatione Magni Sigilli.

Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 3. m. 22. d. MEMORANDUM *quod Robertus de Burghcher, Cancellarius Domini Regis, die Sabbati, in Vigiliâ Apoſtolorum Simonis & Judæ, circa horam Nonam, Magnum Sigillum ipſius Domini Regis, in quâdam Burſâ, Sigillo ipſius Roberti conſignatâ, in Albâ Camerâ dicti Domini Regis, in Palatio ſuo Weſtmonaſterienſi, eidem Domino Regi liberavit:*

Et idem Dominus Rex dictum Sigillum a præfato Roberto recepit, & illud Domino Johanni Darcy, Camerario ſuo, cuſtodiendum liberavit:

Et Nocte proximò ſequente, circiter horam Mediam ejuſdem, idem Dominus Rex, in Hoſpitio Epiſcopi Wyntonienſis, apud Suthwerk, in Magnâ Camerâ ibidem, idem Sigillum, in Burſa prædictâ, ſub dicto Sigillo præfati Roberti, incluſum,

In præſentiâ,

Iſabellæ Reginæ Angliæ, Matris ipſius Regis,
Et, Venerabilis Patris, R. Epiſcopi Sarum,
Bartholomæi de Burgherſh,

Et aliorum Magnatum, ibidem exiſtentium, ———

Roberto Parnyng Militi (quem Cancellarium ſuum conſtituit) tradidit, ad ea, quæ ad Officium Cancellarii pertinent, faciendum & excercendum;

Qui quidem Robertus Parnyng (præſtito Sacramento coram ipſo Rege de Officio Cancellarii fideliter faciendo) Sigillum prædictum a

ſicut ſcitis,

Et Nobiles & alii, qui nobiſcum jam ſint ibi, ultra inſtans Feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, juxta Conventionem cum eis ſuper hoc habitam, illuc morari non habent, Clauſ. 15. E. 3. p. 3. m. 9. d.

Oportet etiam, ad ordinandum ſuper negotio noſtro Franciæ, circa dictum Feſtum neceſſariò nos redire,

Et, niſi pro Defenſione partium Borealium dicti Regni noſtri Armatam illuc Potentiam dimittamus, invitentur Scoti, poſt Reditum noſtrum, dictum Regnum hoſtiliter ingredi, ad Mala quæ poterunt perpetranda, ſi non fuerit interim eorum Potentia decurtata,

Nos, Malis hujuſmodi volentes occurrere, ac de veſtris dilectione & ſtrenuitate intimè confidentes, ſpecialiùs quo poſſumus vos rogamus, quòd, in tanto Neceſſitatis Articulo, velitis eſſe laboris Noſtri Participes, & ad veniendum ad nos, cum Centum & Viginti Hominibus ad Arma & Sagittariis, celeriter vos parare; Ita quòd ſitis ad nos, apud novum Caſtrum ſuper Tynam, viceſimo quarto die Januarii proximò futuro, parati cum aliis Fidelibus noſtris ad Equitandum in Scotiâ, vel ad morandum ſuper Marchiam, prout tunc ſuper hoc contigerit ordinari:

Et hoc, ſicut de vobis confidimus, facietis modis omnibus iſtâ vice:

Certificantes ſtatim Cancellarium & Theſaurarium noſtros, & alios de Concilio noſtro Londoniæ, illud quod facere volueritis in hac parte: quibus mandavimus quòd vobiſcum, ſeu cum Mittendis per vos, ſuper Morâ veſtrâ, per unum Quarterium Anni, in dictis partibus faciendâ, tractent melius quo poterunt & concordent.

Et nos ad Gratitudinem veſtram, quæ ſemper in neceſſitate ſinceriùs comprobatur, talem Conſiderationem habebimus, quòd debebitis meritò contentari.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum Super Tynam, quarto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Eodem modo mandatum eſt Singulis Comitibus & Hominibus ſubſcriptis, ſub eadem datâ; videlicet,

Ricardo Comiti Arundelliæ pro Centum Hominibus ad arma.
Thomæ de Bello Campo Comiti Warwicæ pro Quaterviginti Hominibus ad arma.
Thomæ de Clynton Comiti Huntingdoniæ pro Sexaginta Hominibus ad arma.
Hugoni de Audelo Comiti Glouceſtriæ pro Octoginta Hominibus ad arma.
Hugoni de Courteney Comiti Devon. pro Sexaginta Hominibus ad arma.
Johanni de Veer Comiti Oxon. pro Quadraginta Hominibus ad arma.
Laurentio de Haſting Comiti Pembr. pro Quinquaginta Hominibus ad arma.
Radulpho Baſſet de Drayton pro Quinquaginta Hominibus ad arma.
Johanni de Cherleton pro Quadraginta Hominibus ad arma.
Nicolao de Cantilupo pro Quadraginta Hominibus ad arma.
Henrico de Ferrariis pro Quinquaginta Hominibus ad arma.

Digitized by Google

Teſte Rege apud Staunford, decimo die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Domino de Falco Monte.

Ann. D. REX, dilecto Clerico ſuo, Willielmo de Kelleſeye, Receptori Denariorum noſtrorum, de Lanis noſtris in Flandria proveni-
1341. entium, Salutem.
An. 15. Cum teneamur, dilecto & fideli noſtro, Domino de Falco
E. 3. Monte, in certis Pecuniarum Summis, prout in Literis noſtris
Clauſ. Obligatoriis, ei indè confectis, pleniùs continetur, & eidem Do-
15. E. 3. mino Duo Milia & Quadringentas Libras inde ſolvi fecerimus,
p. 3. m. Vobis mandamus quòd, ſolutis Aſſignationibus, ſuper Denariis
11. prædictis factis, & viſis dictis Literis noſtris Obligatoriis, eidem Domino Mille & Ducentas Libras (ſi tantum de dictis Summis, in Literis prædictis contentis, adhuc dictis Duobus Milibus & Quadringentis Libris computatis, debeatur) de primis Denariis de Lanis noſtris prædictis provenientibus, ſolvatis in partem Satisfactionis Summarum prædictarum, ſi Summæ illæ Solutiones prædictas excedant, vel in plenam Satisfactionem eorumdem, ſi eædem Summæ per hujuſmodi Solutiones fuerint plenariè perſolutæ,

Recipientes ab eo Literas ſuas patentes, Receptionem Denariorum, quos ei ſic ſolveritis, Teſtificantes:

Et dictas Literas noſtras, ſi dictas Solutiones excedant, de eiſdem indorſari faciatis:

Et, ſi eidem Domino de Summis prædictis per Solutiones illas plenariè ſatisfactum fuerit, tunc dictas Literas noſtras, ac Literas Acquietantiæ ipſius Domini, factas in hac parte, a præfato Domino, vel dicto ſuo Attornato, recipiatis; Et Nos vobis indè, in Compoto Veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Staunford, decimo quinto die Novembris.

Per ipſum Regem.

• V.292. * *Pro Guillardo de Mota, Cardinale, de non Moleſtando.*

Ann. D. REX, Dilectis & fidelibus ſuis, Willielmo de Bohun, Ricardo de Kelleſhull, & Sociis ſuis Juſticiariis noſtris, ad diverſa,
1341. Tranſgreſſiones, Extortiones, Oppreſſiones, Dampna & Grava-
An. 15. mina, Nobis & Populo noſtro in Comitatu Oxoniæ illata, Au-
E. 3. diendum & Terminandum aſſignatis, Salutem.
Clauſ. 15. Conſiderantes Affectionem gratam, quam, Reverendus Pater,
E. 3. p. 3. Dominus Guillardus de Mota, Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ
m. 12. Cardinalis, Archidiaconus Oxoniæ, erga nos & Domum noſtram
dorſ. Regiam totis temporibus habuit, & optinet in præſenti,

Ac proindè Volentes Miniſtris ipſius Cardinalis favoribus amplioribus prævenire in Regno noſtro Angliæ,

Vobis Mandamus quòd Officiarios aut alios Miniſtros prædicti Cardinalis in Archidiaconatu prædicto, pro aliquibus quæ ipſi in Cauſis vel Placitis, ad Cognitionem Eccleſiaſticam pervenientibus, juxta Officii ſui debitum, exercuerint, ſeu pro Executionibus, ſuper hiis factis, nullatenus occaſionetis, moleſtetis indebitè, ſeu gravetis; ſet ipſos, contemplatione prædicti Cardinalis, in agendis ſuis favorabiliter, in quantum de jure poteritis, pertractari faciatis.

Teſte Rege apud Staunford, viceſimo die Novembris.

fuerit, ad Inquirendum de Nominibus omnium & ſingulorum, qui hujuſmodi Victualia, Arma, Armaturas, ſeu alia Vitæ Neceſſaria, in dictâ Terrâ noſtrâ Hiberniæ providerunt, & ea abindè ad dictos Inimicos noſtros in Scotiam, in ipſorum Solatium & Succurſum ac Roborationem duxerunt, & duci fecerunt;

Ac etiam de Nominibus illorum, qui aliquos de Scotiâ, pro hujuſmodi Providentiis in dictam Terram faciendis venientes, receptaverunt, & eis conſilium, Favorem, vel Auxilium aliqua, in hac parte, præbuerunt,

Et ad ea omnia & ſingula Audiendum, & Terminandum, & ad plenam & celerem Juſtitiam, ſecundum Legem & Conſuetudinem Terræ prædictæ, Faciendum, aſſignari faciatis;

* Et tàm Vos (præfati, Juſticiarie & Cancellarie, quàm Theſaurarie) præmiſſa, ſub foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poteriteritis, diligentiùs exequamini. • V.293.

Teſte Rege apud Staunford. viceſimo die Novembris.

Per Concilium.

De Pardonatione, ſuper Exceſſibus in Aquitania.

OLiverus de Ingham Miles, Ducatûs Aquitaniæ Seneſcallus, Ann. D.
Nobilibus Viris, Seneſcallo Laudarum, Præpoſitis de Aquis, 1341.
Baionæ, & Bamlis, de Guoſſa & de Senhans, qui nunc ſunt, aut An. 15.
pro tempore erunt, vel eorum Loca tenentibus, cæteriſque Sene- E. 3.
ſcallis, Judicibus, Majoribus, Caſtellanis, Præpoſitis, Ballivis, Pat. 15.
Officialibus, & Servientibus Domini noſtri Regis Angliæ, Ducis E. 3. p.
Aquitaniæ, in dicto Ducatu conſtitutis, præſentes Literas inſpectu- 1. m. 2.
ris, Salutem & Præſentibus dare fidem.

Cùm, Nobilis Vir, Arnaldus R. Vicecomes de Anorta, per Procuratorem Regium partium Landarum Delatus fuerit coram Nobis ac Seneſcallo Landarum, ſuper Suppriſiis, Interfectionibus Hominum & Mulierum, Conbuſtionibus & Deſtructionibus Domorum, Bordarum, & Ædificiorum quorundam Hominum propriorum dicti Domini noſtri Regis & Ducis, Salvæ Gardiæ & Regiæ Fractionibus, & aliis diverſis Criminibus & Exceſſibus, per ipſum Vicecomitem, & nonnullos alios ejus Socios, & Homines, tàm Nobiles, quàm Innobiles, Habitatores Terræ prædictæ de Anorta, & aliorum locorum, ejus Conſortes, in Ballivâ Terræ, & Juriſdictione Ballivæ de Gouoſſa & de Senhans, ac quorumdam aliorum locorum, à die, citra quâ Vir Nobilis Amatus Dominus de Gairoſſa, Conſobrinus Germanus ipſius Vicecomitis, per aliquos Iniquitatis Filios fuit inhumaniter interfectus, commiſſis & perpetratis;

Dictúſque Vicecomes de Anorta diceret & aſſereret Se, & cæteros Conſortes ſuos, fore totaliter Innocentes de præmiſſis & etiam ſine culpâ:

Verumptamen Nolens Litem facere, nec Jurgium ducere contra dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, aut ſuum Procuratorem (Cùm contra ſuum Dominum Naturalem jurgare ſeu litigare periculoſum exiſtat) ſuper eiſdem Exceſſibus (quos feciſſe ſeu perpetraſſe nullatenus confitebatur) Ipſe Vicecomes pro Se, & aliis ejus Sociis, Hominibus & Conſortibus,

Quorum aliqui, occaſione dictorum Exceſſuum, per Seneſcallum Laudarum, qui nunc eſt, Baniti eſſe Dicuntur,

Noſtræ Ordinationi, Promulgationi, & Voluntati ſe gratis obmiſerit, ſub certâ pœnâ, ac Donatione Pecuniariâ, in Inſtrumento Submiſſionis prædictæ expreſſatâ,

Et nos,

Volentes ritè procedere ſuper præmiſſis, per dictum Seneſcallum Landarum, vocato ſecum Procuratore Regio partium illarum,

Digitized by Google

ex quoſcumque Officiales Regios,

Et etiam à quocumque Bannimento, eorumque Hæredes & Bona, ex certâ noſtrâ ſcientiâ, Quitaſſe & Pardonaſſe,

Ac etiam de Gratiâ noſtrâ ſpeciali Remiſiſſe, &, tenore præſentium, nunc & imperpetuùm Quietamus, Abſolvimus, Remittimus, & Pardonamus,

Ipſoſque ad Bonam Famam remittimus,

Et omnes Proceſſus, & Inſtrumenta, Defectus, & Bannimenta, Habitos, Factos, Latos, ac Pronunciatos contra ipſos, Vicecomitem & Homines ejus Conſortes, Socios aut alios, ipſorum præmiſſorum Exceſſuum occaſione, per vos, Seneſcallum Landarum & Præpoſitum de Aquis, aut alterum veſtrûm, vel quemvis alium Officialem Regium, Revocamus, Caſſamus, Annullamus & penitùs Irritamus:

Jure tamen Dampna Paſſis, ſuper præmiſſis competenti, in omnibus ſemper ſalvo.

Quocirca vobis, & veſtrûm ſingulis, diſtrictè præcipimus & mandamus ſub Pœna ac Donatione Mille Marcarum Argenti, dicto Domino noſtro Regi & Duci applicandarum, qualiter prædictam noſtram pronunciationem nunc & imperpetuùm teneatis, & inviolabiliter obſervetis.

Et dictum Vicecomitem, aut Alios Homines, Conſortes, Socios, & qui viderentur Culpabiles Criminum & Exceſſuum prædictorum, uſque ad diem Datæ præſentium, citra Commiſſorum & Perpetratorum quoviſmodo minimè citetis, adjornetis, vexetis, arreſtetis, ſeu capiatis, vel aliter contra ipſos, vel alterum ipſorum, ac eorum Bona, aliqualiter procedatis:

Inhibentes omnibus Officialibus, Miniſtris, & Subditis ipſius Domini noſtri Regis & Ducis, nè contra hanc præſentem noſtram Conceſſionem ſeu Sententiam, & contenta in eiſdem, aliqua innovent ſeu attemptent, ymò eam Sententiam & Conceſſionem, & contenta in eiſdem, firmiter cuſtodiant & obſervent.

Si quid verò in contrarium facere ſeu attemptare contigerit, illud tanquam nullum, per hanc præſentem Sententiam, decernimus & inane.

Mandantes nichilominus Magiſtris, Johanni de Ardirio, Johanni de Podio, ac Petro de Moiſſeto, Notariis Regis, & aliis quibuſcumque Notariis & Scriptoribus, præſentes Literas inſpecturis, & eorum cuilibet in ſolidum, qui ſuper præmiſſis contra dictum Vicecomitem, ejus Socios, Homines, & Conſortes, aliquos Proceſſus, Defectus, Bannimenta, Inſtrumenta publica, Inqueſtas, Informationes, aut alias Scripturas fecerunt, ſeu ſcripſerunt, ac receperunt in publicam formam, vel aliter, quòd illa omnia caſſent, irritent, annullent, & in eorum Regiſtris ac Papiris cancellent, ſatisfacto ipſis primitùs de eorum Salario moderatè.

In quorum omnium Teſtimonium Sigillum Curiæ Vaſconiæ præſentibus Literis duximus apponendum.

Dat. Burdegaliæ, ſub Sigillo Curiæ Vaſconiæ, ultimâ die Menſis Novembris, Anno Domini M. CCC. XLI.

Arnaldo de Dureſford, 15. E. 3. m. 1.
Guillielmo Reymondi de Dureſford,
Et Nicholino de Flyſk,

Qui pro quibuſdam Negotiis, nos & Statum Ducatûs Aquitaniæ tangentibus, ad nos in Angliam nuper acceſſerunt, & in Civitate noſtrâ Londoniæ Moram diutinam ex cauſis prædictis & aliis traxerunt,

De aliquibus competentibus Pecuniarum Summis, tàm in Subventionem Expenſarum ſuarum, quàm in partem Satisfactionis Debitorum, in quibus præfatis, Bernardo, Fortenerio, Vitali, Arnaldo, Guillielmo, & Nicholino, ex certis cauſis tenemur, Solutionem fieri prout decet,

Vobis mandamus quòd,

Præfato Epiſcopo, in Subventionem Expenſarum hujuſmodi Centum Libras,

Et præfato Bernardo, in Perſolutionem illarum Centum Librarum, quas ei per, dilectum Clericum noſtrum, Willielmum de Edyngton, Receptorem Denariorum de Nonâ & Quintadecimâ, per Magnates & alios citra Trentam, ac Decimâ Biennali, per Clerum Cantuariæ Provinciæ, nobis nuper conceſſis provenientium, de Dono noſtro mandavimus liberari Sexaginta Libras, ſi Tantum inde adhuc reſtet ſolvendum,

Ac eidem Bernardo, Ducentas Libras,
Et præfato Fortenerio Ducentas Libras,
Et præfato Vitali, Quadraginta Libras,
Et præfato Arnaldo, Centum Libras,
Et præfato Guillielmo Centum Marcas,
Et præfato Nicholino Centum Libras,

In partem ſatisfactionis Debitorum, in quibus eis pro Vadiis ſuis & aliis cauſis tenemur, de Theſauro noſtro ſolvatis, & ulteriùs indè fieri faciatis, Quod in noſtri Exonerationem in hac parte fore videritis faciendum.

Teſte Rege apud Novum Caſtrum ſuper Tynam, tertio die Decembris.

Per Billam de Theſauraria.

Pro Epiſcopo Dunolmenſi, de Indempnitate.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1341. An. 15. E. 3. Pat. 15. E. 3. p. 3. m. 6.

Sciatis quòd,

Cùm, Venerabilis Pater, R. Dunolmenſis Epiſcopus, in inſtanti Profectione noſtrâ verſus partes Scotiæ, nobis grataniter conceſſerit invenire, in Auxilium Guerræ noſtræ ibidem, Viginti Homines ad arma, & totidem Sagittarios Equites, ad Cultus ipſius Epiſcopi proprios, uſque ad Feſtum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum, ſuper eadem Guerrâ moraturos,

Nos,

Volentes Indempnitati ipſius Epiſcopi, nè ipſe, aut Succeſſores ſui, de * hujuſmodi Onere inveniendo contra Libertatem dicti Epiſcopatûs, indebitè onerentur, * V. 296.

Et nè eadem Libertas (eo quòd Miniſtri Hoſpitii noſtri, tranſeundo in Comitivâ noſtra verſus partes prædictas, Officia ſua infra Epiſcopatum prædictum & Libertatem ejuſdem excercuerunt) lædatur, aut aliqualiter violetur, providere,

Volumus & Concedimus quòd id, quod dictus Epiſcopus, ſic ex

Digitized by Google

nerari.

Teſte ut ſupra.

Per eandem Literam.

Ad Ducem Januenſium de priſca Amicitia excolenda, & de Auxilio adverſario non praſtando.

Ann. D. 1342. An. 15. E. 3. Clauſ. 15. E. 3. p. 3. m. 1. d.

REX, Illuſtri Simoni Buccanigra, Duci Januenſium, Populi Defenſori, ſuo & Comunitatis Januenſis Concilio, Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Delectat Regiam mentem noſtram, Illuſtrium ſequelâ Majorum, & noſtrum majus debitum extimamus, ut, qui illis Succeſſimus in grandi Jurium Regalium poteſtate, ſuccedamus eis etiam in virtute; ſpecialiter, ut qui Novos Amicos quærere cupimus, de Amicis, à noſtris Prædeceſſoribus antiquitùs adquiſitis, quantum in nobis eſt, aliquem non perdamus; ſet Regiâ illos Gratiâ & Munificentiâ conſervemus.

Novimus ſiquidem quòd noſtri Prædeceſſores, laudandæ memoriæ, in partibus Tranſmarinis Cauſam Chriſti proſequentes & Crucis, Anteceſſores veſtros, Homines Terræ veſtræ, habuerunt, in ſuâ Comitivâ, ut Obſequia ſibi unitos, Viros Amabiles, Strenuos, & Fideles.

Sumus etiam memores de recenti, a præteritorum (videlicet) tempore Sex Annorum, cùm ad Terræ Sanctæ Paſſagium per Romanam Eccleſiam videretur intendi (ad quod intentio tota noſtra, juxta debitum, aſpirabat) quòd Rectores qui erant, & Univerſitas Terræ veſtræ, tunc nobis, in Scotia conſtitutis, expreſsè per ſuas Literas optulerunt, & per Nuncium, ſpecialiter ad nos miſſum, ad Paſſagii præfati Negotium aggregare ſe nobis, & cum Galeis & Nauticis Vaſis ſuis ſe noſtris Obſequiis in dicto Paſſagio

* V. 297. conſentire, ut in * Paſſagii præfati negotio, ſicut ſui fecerant Prædeceſſores, cum noſtris nobiſcum agerent grata Deo;

Quod Excellentia noſtra, adhuc hodiè in ſinu tenens, certè tunc gratum habuit & acceptum.

Sicut enim finis eſt & exuberans plenitudo noſtrorum Affectuum in hoc Mundo, quamcitò gratia Divina conceſſerit, in Terrâ, per infinitam miſericordiam Jeſu Chriſti, pro noſtra Redemptione, ſuæ Mortis Supplicio conſecratâ, ſuique Sanguinis effuſione conſperſâ, Perſonam noſtram videbitis, & habebitis opum, vobis communicandarum, & virium præparatione Regalem, Fraternâ tamen in Chriſto Manſuetudine Socialem; ut, ubi Chriſti Vitam pro nobis poſitam eſſe cognoſcimus, noſtram pro illo ponere, ſuæ cum eo gloriæ participium, gaudeamus.

Demùm autem, cùm pro noſtris Juribus proſequendis, noſtriſque Injuriis propulſandis, tempora occupaverint nos Guerrarum, aliqui de Diſtrictualibus veſtris & Subditis, præteritæ veteris caritatis immemores, Hoſti noſtro in noſtris Injuriis ſe junxerunt.

Nos verò, Regio more noſtro, meliùs memorantes Antiquam veſtrorum Benivolentiam Prædeceſſorum, quàm novam aliquorum de veſtris Injuriam ſubſequentem, tunc putavimus, ſicut & nunc putamus, quòd per Servitium aliquorum veſtratum noſtro Adverſario datus Favor, non ab Univerſitatis veſtræ Culpâ Communi, ſet ab aliquorum Culpâ venerat ſingulari;

Propter quod vobis Duci, & veſtro & Communitatis Januenſis Concilio ſcripſiſſe recolimus & miſiſſe, quòd, ubi per vos fieret Proviſio oportuna, per Veſtrates contra Nos talia de cætero non præſumi; quòd (non obſtantibus taliter Attemptatis) nos, ſemper antiquam veſtram Benivolentiam intuentes, veſtros Mercatores Diſtrictuales & Cives, ſicut Amicos ſpeciales & caros, in locis noſtræ Potentiæ tractaremus.

Cumque poſteà, non eſt Annus, veſtri Ambaſſiatores & Nun-

ſtra datur injuria, cohercere; iſto præſertim tempore quo, novo Dei Dono, Juſtitiæ aratro culta dicitur Terra veſtra.

Licet autem Regiam Potentiam Dominus conceſſerit nobis magnam, nos non de Potentiâ, ſet de Juſtitiâ, fecimus Fundamentum; & ex eo confidere poſſumus, pro Juſtitiâ quam habemus, quòd Deus noſtræ Juſtitiæ ſit Adjutor, non timemus quid faciat, vel facere queat Homo, qui, ſicut Mundus novit, notoriè nobis Hoſtis & Adverſarius eſt injuſtè.

Nos Amicitiam veſtram volumus; quòd noſtram velitis optamus.

Nec ſcimus pro Amicitiâ quis eligat odium; cum ſit Amicitiæ fructus, * Obſequium; ſet odii, nocumentum. * V. 298.

Hanc autem Literam ſequetur Perſona, per nos ad vos ſine dilatione mittenda; Cui noſtræ voluntatis conſciæ, ac oportunâ poteſtate ſuffultæ, plenam ex parte noſtrâ poteritis Credentiæ Fidem dare.

Dat. apud Mortpath. viceſimo ſecundo die Januarii.

De Benevolentia Civitatis Coloniæ.

REX, Prudentibus viris, & Amicis ſuis dilectis, Judicibus, Scabinis, Conſulibus, & Univerſitati, Civitatis Coloniæ, Salutem. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 1. m. 38. d.

De profuſâ Benivolentiâ, quam nobis pluriès oſtendiſtis, & jam ultimò, ſicut Literæ veſtræ nobis miſſæ commemorant, inducendo Creditores noſtros, Concives veſtros, nè Pignora noſtra, ibi, pro quibuſdam Pecuniarum Summis (quarum Solutionis Terminus præterit) Obligata, venditioni ducerent exponenda, vobis gratias referimus ſpeciales:

Reputantes nos ex hoc & aliis vobis multipliciter obligatos, & deſiderantes vobis reddere vices gratas.

Et dolemus nimis, nè dicamus erubeſcimus, quòd dicta Solutio ſuo tempore, ſicut credidimus, non eſt facta.

Et ideò, redeuntes nuper de Scotiâ, audito quòd Nuncii veſtri diu propter hoc expectaverant in Angliâ, turbari fuimus; & ſtatim ſcribi fecimus Magiſtro Paulo de Monte Florum, & quibuſdam Mercatoribus noſtris in Flandria, ut, Computato cum dictis Creditoribus noſtris de eo quod nos eis debere conſtiterit, Solutionem habere faciant celerem & completam.

Quamobrem ſpecialiùs, quo poſſumus, vos rogamus quatenus dictos Concives veſtros adhuc velitis (ſi placet) inducere, ut a Monitionibus & querelosis Clamoribus, contra nos & noſtros faciendis, & à Diſtractione dictorum Pignorum velint ad tempus modicum gratioſè deſiſtere, & Solutionem a dictis Mercatoribus acceptare.

Et Patientia, quam in nobis habuerint, ſi Deus nobis proſperari dederit, non erit eis Sterilis, ſet Fœcunda.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Februarii.

Ad Regem Majoricarum, ſuper Matrimonio & Liga.

MAgnifico Principi, Domino Jacobo, Dei gratiâ, Regi Majoricarum, Comiti Roſſilionis & Ceritaniæ, ac Domino Montiſpeſſulani, Conſanguineo ſuo Cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem, & votivis ſemper Succeſſibus gloriari. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Ibid.

Serenitatis veſtræ Literas recepimus, inter alia continentes quòd, licet gratum vobis fuiſſet, quòd Matrimonium inter Filios noſtros ſortitum fuiſſet effectum, nè tamen Dotis ſolutio pro Filiâ noſtrâ nobis videatur nimiùm oneroſa, placeret vobis ut, prætermiſſo

Tracta-

Ibidem. [illegible] Juſtitiæ, tam magnanimiter & amicabiliter opitulaſtis: in quo Militarem Animum benè diſpoſitum oſtenditis vos habere, & propter hoc Familiaris veſtri notitia nobis eſt valdè deſiderabilis & votiva.

Nobilitatem igitur veſtram ex corde rogamus quatenus nobiſcum Fœdus & Amicitiam inire velitis; & penes, Magnificum Principem, Dominum Regem Aragoniæ, interponere partes veſtras, cum efficaciâ, nè contra nos Adverſario noſtro Franciæ faveat vel ſuccurrat; immò, conſideratione Notoriæ Juſtitiæ, quam habemus, nobis velit facere quod decebit; & nos vobis propter hæc gratam repromittimus Repenſivam, Ita quòd, exemplo veſtri, plus animabantur alii ad defendendum Juſtitiam, & Injuriam repellendum.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Februarii.

Ad Dominum Glaſco de Alagon.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Ibidem.

REX, Nobili Glaſco d'Alegon, Domino de Pina, Amico ſuo dilecto, Salutem.

De Literis veſtris amicabilibus nobis miſſis, & de Manſuetudinis gratiâ, quam Willielmo de Pulcro Monte Militi, & Sociis ſuis, propter quoddam Homicidium in loco veſtro de Pina commiſſum, Carceri mancipatis, pro eo quod Ambaſſiatores noſtros ſe dicebant, noſtri conſideratione feciſtis, Grates vobis referimus ſpeciales.

Affectionem veſtram plurimùm acceptantes; pro quâ faceremus libentiſſimè quæ Sciverimus vobis grata.

Ipſos igitur incarceratos, cùm ſint Anglici, veſtræ recommendamus Propitiationis manibus ex affectu; cum quibus, prout licitum fuerit, velitis (petimus) agere gratiosè.

Data apud Weſtmonaſterium, decimo quarto die Februarii.

Pro Johanne Duce Britanniæ, de Comitatu Richmundiæ Conceſſo.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 35.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Ob Affectionem gratam, quam, illuſtris Johannes, Dux Britanniæ, & Comes de Monte Forti, Conſanguineus noſter Cariſſimus, Nobis oſtendit, Nobis contra Philippum de Valeſio, Adverſarium noſtrum, adhærendo,

Dedimus & Conceſſimus eidem Comiti pro nobis, & Hæredibus noſtris, Comitatum Richemundiæ, Habendum & Tenendum,

Cum Caſtris, Villis, Hamelettis, Feodis Militum, Advocationibus Eccleſiarum, Abbatiarum, Hoſpitalium, Cappellarum, & aliarum Domorum Religioſorum, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Piſcariis, Parcis, Boſcis, Warrennis, Feriis, Mercatis, Libertatibus, liberis Conſuetudinibus, Servitiis, tàm Liberorum Tenentium, quam Nativorum, & omnibus aliis ad dictum Comitatum Richemundiæ qualitercumque & ubicumque Spectantibus ſive pertinentibus,

* V. 300. * Eodem modo quo, claræ memoriæ, Johannes, nuper Dux Britanniæ & Comes Richemundiæ, eundem tenuit Comitatum,

ciendis & exequendis, intendentes ſitis, conſulentes, & auxiliantes, quotiens iidem, Walterus, Rogerus, & Thomas, vel eorum aliquis, vobis, vel alicui veſtrûm, ſcire fecerint, vel fecerit, ex parte noſtrâ:

Et vos, præfati Vicecomites, omnes illos, quos per dictos, Walterum, Rogerum, & Thomam, vel aliquem eorum, propter Contrarietatem vel Rebellionem, capi contigerit, & vobis liberari, ab eiſdem, Waltero, Rogero, & Thomâ, vel eorum aliquo, recipiatis, & eos Priſonis noſtris ſalvò cuſtodiri faciatis in formâ antedictâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Februarii.

Per ipſum Regem.

EOdem modo aſſignantur Walterus de Betele Serviens Regis ad Arma, & Thomas de Urſewyk, ad Sexaginta Naves in ſingulis Portubus in locis, ab Ore Aquæ Thamiſiæ, uſque Portum Magnæ Jernemuthæ, & in eodem Portu areſtandum, & uſque dictum Portum de Orewell venire faciendum in formâ prædictâ.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Protectione, pro Comite de Murref.

REX Omnibus Ballivis, & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 35.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in Salvum & ſecurum Conductum noſtrum, Johannem Comitem de Murref de Scotiâ, veniendo, cum Decem * Hominibus Equitibus, & eorum Garcionibus, & Herneſiis, infra Regnum noſtrum Angliæ, ibidem morando, & verſus partes Franciæ tranſeundo, & exindè pro voluntate ſuâ redeundo; * V. 301.

Et ideò vobis mandamus, *&c. prout in cæteris de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Burgenſibus Civitatis de Vaſateſio, de non Alienando a Corona Angliæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16. E. 3. m. 32.

Regiam decet Majeſtatem illis Favorem & Gratiam impertiri, quos Benemeritos noverit & Obſequiis invenerit promptiores.

Volentes igitur, dilectos & fideles noſtros, Burgenſes & Communitatem Civitatis noſtræ de Vaſateſio, infra Ducatum noſtrum Aquitaniæ, qui erga Nos, & Progenitores noſtros, quondam Reges Angliæ, benè & fideliter ſe geſſerunt, temporibus retroactis, regiis attolli Favoribus,

Conceſſimus eis pro nobis, *&c. prout in conſimilibus de non ponendo extra Manum Regis, Literis.*

In

Digitized by Google

1342. An. 16. E. 3. Franc. 16. E. 3. m. 44.

Cùm inter Nos, & Almaricum de Cluzon, Tutorem & Cuſtodem Johannis Filii & Hæredis Johannis Ducis Britanniæ & Comitis de Monte Forti, inter alia ſit Concordatum, quòd omnia, Villæ, Burgi, Caſtra, Fortalitia, & Portus Maris, in Ducatu Britanniæ, nobis tradantur & liberentur, cuſtodienda per nos & noſtros, pro Receptamento & Securitate noſtri, & Hominum noſtrorum, ac ſalvatione partium illarum, durante Guerrâ in partibus illis morâ, prout in quadam Indenturâ, indè inter Nos & prædictum Almaricum confectâ, pleniùs continetur,

Nos,

De fidelitate, dilecti & fidelis noſtri, Walteri de Manny, pleniùs confidentes,

* V.302. * Aſſignavimus & deputavimus ipſum ad omnia, Villas, Burgos, Caſtra, Fortalitia, & Portus Maris, nobis in eodem Ducatu, juxta Conventiones prædictas, liberanda (quæ pro Nobis & Noſtris oportuna & neceſſaria viderit) nomine noſtro Recipiendum, & ſalvò & ſecurè Cuſtodiendum, & cuſtodiri faciendum quouſque aliud indè duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Per ipſum Regem.

De Theſauro Regi per Duciſſam Britanniæ Mutuando.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Franc. 16. E. 3. m. 44.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Noveritis nos recepiſſe de Johannâ Duciſsâ Britanniæ & Comitiſsâ de Monte Forti, & Almarico de Cluzon Tutore & Cuſtode Johannis Filii & Hæredis Johannis Ducis Britanniæ & Comitis de Monte Forti, de Moneta Currente in Ducatu Britanniæ, ad valentiam Mille Librarum Sterlingorum, per manus, dilecti & fidelis noſtri, Walteri de Manny, in partem Solutionis Theſauri, nobis per ipſos, Duciſſam & Almaricum, juxta Conventiones inter nos & ipſum Almaricum initas, mutuandi;

Ad quas quidem Mille Libras, præfatis Duciſſæ & Almarico, vel eorum alteri, fideliter ſolvendas, Obligamus Nos, & Hæredes noſtros, per Præſentes; quibus Sigillum noſtrum apponi fecimus in Teſtimonium præmiſſorum.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Per ipſum Regem.

De Monetariis in Britanniam mittendis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. ibidem.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nos, de aſſenſu Nunciorum Britanniæ, ad nos in Angliam deſtinatorum, mittamus quoſdam Monetarios ad eaſdem partes Britanniæ, pro Monetâ in eodem Ducatu, pro ſuſtentatione hominum noſtrorum ibidem, in Obſequium noſtrum venturorum, Cudendâ,

Volumus & concedimus pro nobis & Hæredibus noſtris, quòd Cuſſio hujuſmodi, Duci ſeu Duciſſæ, aut hominibus dicti Ducatûs Britanniæ, non cedat in præjudicium, nec ab aliis trahatur in Conſequentiam in futurum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Martii.

Per ipſum Regem.

dictum, nec trahatur in conſequentiam in futurum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Martii.

Ad Cardinalem, pro E. Rege Scotiæ, ſuper Epiſcopis promovendis.

PAter Reverende & Amice cariſſime. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Rom. 16. E. 3. m. 3.

Quia, conſideratione, Magnifici Principis, Fidelis & Conſanguinei noſtri cariſſimi, Edwardi, Regis Scotiæ (ſuper hoc ſpecialiter Nos rogantis) Domino Summo Pontifici per noſtras jam mittimus Supplicatorias ſpeciales,

Ut, Venerabilibus Viris, Magiſtro Maculmo de Inrepeffery, Dunkelidenſis, & Fratri Martino de Ergaill, Ergialenſis, Eccleſiarum Electis,

Negotium Electionum ſuarum in Romanâ Curiâ, ut dicitur, proſequentibus, qui pro nobis & parte noſtrâ, ſicut ex laudabili Teſtimonio dicti Regis accepimus, zelarunt hactenus, juxta vires, ſe exhibere,

Dignetur miſericorditer gratioſam Amicitiam veſtram ex corde rogamus, quatinus dictos Electos, noſtri conſideratione, recomendatos habere velitis, & Electionum ſuarum Negotium penes dictum Dominum Summum Pontificem efficaciter (ſi placuerit) promovere.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

De Nunciis, ad Tractandum ex parte David de Brus.

REX Juſtitiariis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis univerſis Fidelibus ſuis, per Regna Angliæ & Scotiæ conſtitutis, infra Libertates, & extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Scot. 16. E. 3. m. 15.

Quia, Venerabilem Patrem,

Adam Epiſcopum Breghinenſem,	*Thomam de Carnoto*,
Patricium Comitem Marchiæ,	Milites,
Willielmum de Douglas,	*Willielmum Bullok*,

Et eorum Tres, vel Quatuor, quos adeſſe contigerit, ad quæcumque Loca Angliæ vel Scotiæ, noſtræ Ditioni ſeu Poteſtati ſubjecta, unà cum Centum Equitibus, & Ducentis Perſonis aliis, & eorum Equis, & Herneſiis, cujuſcumque conditionis vel ſtatûs extiterint, ſecum venientibus,

Ad Tractandum Nobiſcum, ſeu cum Deputatis, vel Deputandis, à Nobis in hac parte, ex parte David de Brus, & aliorum ſibi Adhærentium, Adverſariorum noſtrorum de Scotiâ, ſuper Pace Finali ſeu Treugâ,

Recepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in Salvum & ſecurum Conductum noſtrum, liberè veniendo infra dicta Loca, ibidemque morando, ac exindè redeundo;

Vobis & cuilibet veſtrûm, in fide & fidelitate, quibus nobis tenemini, & ſub Pœnâ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum, quæ foriſfacere poteritis erga noſtram Regiam Dignitatem, firmiter injungimus & mandamus, *&c. prout in conſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, uſque ad Feſtum Pentecoſtes proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

Per ipſum Regem.

* REX

Digitized by Google

E. 3. Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd de Portu in Por-
Franc.16. tum, in locis ubi meliùs expedire videritis, vos transferatis, &
E. 3 m. omnes Naves, Quadraginta Dolia & ultra portantes, quas in Por-
42. tubus & locis prædictis inveniri contigerit, ſine dilatione areſtari, Magiſtris & Marinariis muniri faciatis, & ſufficientem Securitatem, de Dominis & Magiſtris Navium earumdem, capiatis, quòd Naves illas in Portu de Porteſmuth die Mercurii proximo poſt Craſtinum Clauſi Paſchæ, proximò futurum, ſub foriſfacturâ earumdem, habebunt Promptas & Paratas pro Paſſagio, dilecti & fidelis noſtri, Willielmi de Bohun Comitis Norhamptoniæ, & aliorum Magnatum, ad partes Britanniæ profecturorum:

Et vos ipſi omnem diligentiam quam poteritis apponatis, quòd omnes Naves prædictæ dicto Craſtino apud dictum Portum de Porteſmuth ducentur in formâ prædictâ;

Et hoc, ſicut gravem Indignationem noſtram evitare, & vos ipſos erga nos Indempnes ſervare volueritis, modis omnibus faciatis.

Teſte Rege apud Eltham, viceſimo ſeptimo die Martii.

Conſimilia Brevia diriguntur Richardo de Cortenhale Servienti Regis ad Arma.

De Curialiter pertractando Nuncium Regis Caſtellæ.

Ann. D. REX omnibus Amicis & Subditis ſuis, ad quos, &c. Salu-
1342. tem.
An. 16. Sciatis quòd Nos,
E. 3. Volentes Securitati, dilecti Nobis, Benedicti Fernandi, qui
Pat. 16. nuper in placido nobis Nuncio, Magnifici Principis, Domini
E. 3. p. Regis Iſpanniæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ad Nos venit,
2. m. 27. prout convenit, providere,
* V. 305. * Suſcepimus Eum, Servientes, & Bona ſua, in Protectionem, Defenſionem, & Salvam Gardiam noſtram:

Et ideò vos Amicos rogamus, vobiſque Subditis injungimus & mandamus, quod eundem Benedictum, tàm in Terrâ, quàm in Mari, cùm per vos tranſierit, amicabiliter pertractetis, ſibique velud Fideli noſtro, Humanitatis Debitum impendatis, non inferentes, nec, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittentes eidem in Perſona, in Familiâ, vel in Bonis ſuis, Dampnum, Injuriam, Moleſtiam, aut Gravamen; &, ſi quid ſibi foriſfactum fuerit, id faciatis celeriter & debitè reformari.

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futurum, duraturas.

Dat. apud. apud Eltham, viceſimo octavo die Martii.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper Pace cum Adverſario de Francia.

Ann. D. SEreniſſimo Principi, Domino Alphonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ,
1342. Legionis, &c. [Regi] Conſanguineo ſuo Cariſſimo, Edwar-
An. 16. dus, &c. votivis ſemper & victorioſis gloriari Succeſſibus, cum
E. 3. Salute.
Clauſ.16. Serenitatis veſtræ Literas lætâ manu recepimus, per quas, inter
E. 3. p. 1. alia, Reformationem Pacis cum Adverſario noſtro de Franciâ mul-
m. 28. d. tùm amicabiliter ſuaſiſtis: & de ordinando celeri Remedio, ſuper
faciendâ Reſtitutione quorundam Bonorum, de Subditis veſtris per

REX Univerſis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salu- Ann. D.
tem. 1342.
Noveritis quòd Nos, An. 16.
De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum E. 3 Rot.
& fidelium noſtrorum, Scot. 16.
Venerabilis Patris, E. 3. m.
14.

* *R. Dunelmenſis Epiſcopi,* * V. 306.
Henrici de Lancaſtria, Comitis Derbiæ, Conſanguinei noſtri,
Radulphi de Nevill,
Johannis de Stryvelyn,
Willielmi de Careſwell, Cuſtodis Villæ noſtræ Berewici ſuper Twedam,
Walteri de Creyk,
Et Roberti de Maners.

Pleniùs confidentes:

Ipſis, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum (Quorum præfatum Comitem Unum eſſe volumus) ad Tractandum, Concordandum, Componendum, Tranſigendum, & Pacificandum, pro nobis & noſtro nomine, cum David de Brus, & aliis Hominibus de Scotia, ſibi adhærentibus, Adverſariis noſtris, ſuper Finali Pace, inter nos & ipſos Adverſarios noſtros ineundâ,

Ac ſuper quibuſcumque Debatis, inter nos & ipſos dependentibus, Sedandis & amicabiliter Pacificandis,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate Firmandum & Vallandum,

Tenore præſentium Plenam concedimus & Committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Epiſcopum, Comitem, Radulphum, Johannem, Willielmum, Walterum, & Robertum, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorum (Quorum præfatum Comitem unum eſſe volumus) Actum & Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eltham, tertio die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Tractandis per prædictos Regi referendis.

REX eiſdem, Salutem. Ann. D.
Noveritis quòd Nos, 1342.
De fidelitate, *ut ſupra uſque ibi*, unum eſſe Volumus, *& tunc* An. 16.
ſic, ad Tractandum pro nobis & noſtro nomine, *&c. ut ſupra* E. 3.
uſque ibi, ac ſuper quibuſcumque Debatis, *& tunc ſic*, inter nos Ibid.
& ipſos habitis, Sedandis & amicabiliter Pacificandis,

Et ad ea, quæ ſic Tractata fuerint, nobis Intimandum & Referendum, ut ſic Tractatis poſſimus, prout expedire viderimus, conſentire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Eltham, tertio die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

* Ad Tractandum & Concordandum, Pacificandum, Componendum & Tranſigendum, pro nobis & noſtro nomine, cum Illuſtri Philippo de Valeſio, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, quæ mutuò competunt, vel competere poterunt,

Ac etiam ſuper omnibus Dampnis & Injuriis, hinc indè, in Terra & in Mari factis & illatis,

Ac ſuper quarumcumque Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte vel aliâ ſuſcitatis,

Pacificandis amicabiliter, & finaliter Decidendis,

Ad Pacem Plenam & Perpetuam inter nos, pro nobis & Hæredibus noſtris, & dictum Philippum, pro ſe & Hæredibus ſuis, ineundum,

Ac Treugas, & Guerræ Ceſſationem, ſeu Sufferentiam, Concedendum,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Necnon Securitatem, quæ nobis ſuper hiis fieri debeat, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum & Excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiamſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes nos, pro nobis & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Bernardum, Archidiaconum, Willielmum, & Nicholinum, Tres & Duos eorum (Quorum prædictus Archidiaconus ſit unus) Actum & Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, Quinto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

Pro Prædictis Procuratoribus, ad tractandum cum Eodem de Conſilio Ducum Brabantiæ & Gelriæ, & aliorum Confœderatorum.

Ann. D. REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Tranſigendum, *&*
1342. *tunc ſic*, pro nobis & noſtro nomine, de Conſilio & Aviſa-
An. 16. mento Illuſtrium, Johannis Brabantiæ, & Reynaldi Gelrenſis,
E. 3. Ducum, Guillielmi Marchionis Juliacenſis, Guillielmi Comitis
Ibidem. Hanoniæ, Johannis de Hanonia, Domini de Bello Monte, & aliorum Confœderatorum & Fidelium noſtrorum de Flandria, cum Illuſtri Philippo, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Tractandis per dictos Procuratores, Regi intimandis.

Ann. D. REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ad Tractandum, *&*
1342. *tunc ſic*, pro Nobis & noſtro nomine, cum Illuſtri Philippo
An. 16. de Valeſio, ſeu Deputandis ab eo, ſuper quibuſcumque Quæſtio-
E. 3. nibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, Pacificandis ami-
Ibid. cabiliter, & finaliter decidendis,

Necnon ſuper Pace perpetuâ, ſeu Treugis, vel Guerræ Sufferentiâ, inter nos & dictum Philippum ineundis:

Et ad Intimandum & Referendum nobis ea, quæ ſic Tractata fuerint, in hac parte, ut ſic Tractatis poſſimus, prout expedire viderimus, conſentire.

In cujus, &c.

dictam Terram de Blenleneny, ut prædictum eſt, eligi & arraiari faciatis:

Ita quòd vos, & ipſi, benè Electi, Arraiati, & Muniti, Prompti ſitis & Parati, in prædicto Feſto Aſcenſionis, ad ultimum, ad proficiſcendum, in Obſequium noſtrum prædictum, verſus partes prædictas, juxta tenorem Litterarum noſtrarum prædictarum:

Et hoc, ſub periculo quod incumbit, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Ditton, decimo die Aprilis.

Per ipſum Regem.

De Arraiatione prædicta.

REX, dilecto & fideli ſuo, Humfrido de Bohun, Comiti He- Ann. D.
refordiæ & Eſſexiæ, & Domino Terrarum de Breighennok, 1342.
Penkethly, & Brunles, vel ejus Locum tenenti, aut Seneſcallo, An. 16.
& Ballivis ſuis, ibidem, Salutem. E. 3.

Licet nuper aſſignaverimus, dilectos & fideles noſtros, Philip- Franc. 16.
pum ap Rees, & Milonem Pichard, conjunctim, & diviſim, ad E. 3.
Ducentos homines, *&c. ut ſupra uſque ibi*, fecerimus præmuniri, m. 46.
& tunc ſic:

Quia tamen poſtmodùm intelleximus quod prædictæ Terræ de Penkethly & Brunles fuerunt de Dominio veſtro (præfate Comes,) Mandavimus eiſdem, Philippo & Miloni, quod Electioni & Arraiationi, de aliquibus hominibus, infra dictas Terras veſtras de Penkethly & Brunles, prætextu Aſſignationis noſtræ prædictæ, eis ſic factæ, faciendis, omnino ſuperſedeant,

Et quòd ipſi Sexaginta Homines Wallenſes Sagittarios, infra dictam Terram de Blenleneny, eligi & arraiari faciant in formâ ſupradictâ,

Vobis mandamus quod reſiduos Centum & Quadraginta homines Wallenſes, de dictis Ducentis hominibus Wallenſibus Sagittariis, infra dictas Terras veſtras (præfate Comes) de Penkethly & Brunles, de Melioribus, Validioribus, & Fortioribus hominibus Wallenſibus Sagittariis Terrarum earumdem, eligi & arraiari,

Et tàm eos, quàm Ducentos Sagittarios, quos infra dictam Terram veſtram (præfate Comes) de Breighennok priùs eligi & arraiari mandavimus, per Aliquos, vel Aliquem, de quo, vel de quibus, confiditis, ad nos & loca, ubi vos ſuper hoc præmuniri fecerimus, quibuſcumque dilatione & excuſatione ceſſantibus, in Comitivâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Reſi ap Griffith & Edmundi Hakelut (quos, conjunctim, & diviſim, ad certum numerum Wallenſium in Terrâ noſtrâ Suthwalliæ, Eligendum, Arraiandum, & ad Nos Ducendum, aſſignavimus) duci vel mitti faciatis, exindè nobiſcum, & cum aliis Fidelibus noſtris, in dictum Obſequium noſtrum, ad Vadia noſtra, profecturos, juxta tenorem Mandati noſtri, vobis priùs indè directi:

Et hoc, ſicut nos, & honorem, ac ſalvationem dicti Regni noſtri, diligitis, modis omnibus faciatis.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

---

* *Pro Reymundo de Farges Cardinale.* *V. 309.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salu- Ann. D.
tem. 1342.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem no- An. 16.
ſtram Procuratores, Ballivos, & alios Homines, Venerabilis Pa- E. 3.
tris, Reymundi de Farges, Sanctæ Mariæ Novæ Diaconi Cardi- Pat. 16.
nalis, E. 3. p. 1. m. 18.

Digitized by Google

nous ont monſtre bien & aviſement l'Eſtat de noſtre dite Terre, & moltz preiſe veſtre bon Port devers nous; de quoi nous nous tenoms a content, & vous en ſavoms tres bon Gre.

Et ſi nous eſt il molt au cuer, de bien ordeiner ſur le bon Governement de la dite Terre, al honour de Dieu, & maintenance de la Leye, & Profit & Aiſe de nous & de vous.

A quele choſe voillez en, quantque à Vous attient, & cheſcun de vous, mettre veſtre Eid & Conſeil, ſolonc voz ſens & poers, & faire tourdys devers nous par Encres veſtre devoir, & par tant vous nous troverez ſi gracious devers vous, que vous vous agrerez par reſon.

Et ſi avoms euz ſur voz dites Requeſtes bone deliberation, &, par bone Avys des Sages de noſtre Conſeil, fait covenables Reſpons diſtinctment a cheſcun d'icelles.

Queles Petitions, enſemblement od les dites Reſpons, avoms fait bailler au dit Priour, noſtre Chaunceller, & au dit Monſieur Thomas, enſeales ſouz noſtre Grant Seal, de reporter en noſtre dite Terre, au fin q'eles ſoient illoeques publiez, & gardes, ſolonc purport des ditz Reſpons, en touz pointz.

Et pur ceo que nous penſons, ad l'eide de Dieu, paſſer novellement, en Fort Main, devers France, pur noz Droitures recoverir: & avons ordine d'avoir adonques partie de noz bone gentz
* V. 310. d'Irland en noſtre compaigne, * ſicome en noz Mandementz, faitz a noz Miniſtres celles parties (queux ils vous pount monſtrer) eſt contenu plus au plein.

Si vous prioms & chargeoms, que, au bone & haſtif accompliſſement de noz ditz Mandementz, vollez enſi eider, que nous puiſſons le meutz ſentir veſtre natureſce, la quele ſe monſtre toute voies meutz au buſoigne.

Et coment q'aſcuns Articles furent ordinez, come Eſtatut, a noſtre Parlement, tenuz a Weſtmonaſtier a la Quinzeine de Paſche, l'An de noſtre Regne Quinziſme,

Si eſt le dit Eſtatut, par bone & juſt cauſe, duement, & de tout repelle, &, ſur ceo, noz briefs envoiez, par my noſtre Roialme d'Engleterre, de publier de dit Repelle,

Si ne volons mie que home face en noſtre dite Terre d'Irland publier, ne tenir le dit Eſtatut; einz q'il ſoit tenu pur nul, & de tout anienti.

Don. a Weſtm. le xiv. jour de Averyll.

Pro Wolſtano Epiſcopo Wygorniæ, de non veniendo ad Parliamentum excuſatoria.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 5.

REX Omnibus, ad quos, &c.

Supplicavit nobis, Venerabilis Pater, Wolſtanus Epiſcopus Wygorniæ ut,

Cùm ipſe tantæ Ætatis & ſui ipſius tàm impotens exiſtat, quòd, abſque periculo & corporis ſui Dampno non modico, multum laborare non poſſit,

Idemque Epiſcopus Anniverſario Domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, Patris noſtri, ſingulis annis, apud Glouceſtriam, pro Solempnitate ejuſdem Anniverſarii, ibidem perſonaliter facienda ad rogatum noſtrum, conceſſerit intereſſe,

Abſentiam ipſius Epiſcopi in Parliamentis, Conſiliis, & aliis Congregationibus (quæ per Nos, extra Diœceſem ipſius Epiſcopi,

& ad dirigendos pedes Catholicorum in Viâ Pacis ſit fervidus & votivus.

Et, licet videatur ſupervacuum vos, Patres Conſcriptos, qui Altiora ſapitis, ac donis bonitatis & ſapientiæ eminentiùs habundatis, ſuper hoc excitare, cùm veriſimiliter inſideat, præ cæteris, vobis cordi,

Ex quadam tamen exuberantiâ votivi deſiderii, quod ad procurandum Honorem univerſalis Eccleſiæ & Commodum Publicum optinemus,

Sinceritatem veſtram attentè rogamus, quatinus ad Electionem futuri Summi Pontificis, ſinceris mentibus, cum celeritate accomodâ, procedatis; Talem eligentes in Patrem Apoſtolicum, qui, Deo Gratus, Juſtus, & Rectus, dignè Præeſſe poſſit ſanctæ Univerſali Eccleſiæ pariter & Prodeſſe.

Dat. &c.

Literæ Cardinalium, ſuper Papa Electo.

SErenissimo Principi, Domino Edwardo, Dei gratiâ, Regi Angliæ Illuſtri, Amico eorum cariſſimo, miſeratione Divina, Annibaldus Epiſcopus Tuſculanenſis, & Reymundus Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in Eo per quem Reges regnant & Principes dominantur.

Ann D. 1342. An. 16. E. 3. Otho D. 11 infra Bibl. Cot. f. 15. a.

Ad Regiæ Serenitatis notitiam, tenore præſentium, deducimus quòd, die Martis, ante Feſtum Aſcenſionis Dominicæ, die ſeptimo menſis Maii præſentis, nullo præcedente Tractatu, ſet ſolâ inſpiratione Divinâ, Sanctiſſimus Pater & Dominus, Dominus Clemens vi. dudum tituli Sanctorum Nerei & Achillei Presbiter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, de Concordiâ totius Collegii fuit ad Apicem totius Apoſtolatûs aſſumptus.

Qui, ſciens nos veſtræ Serenitati ſtrictâ Amicitiâ fore conjunctos, & ſpeciales Honoris Regii Zelatores, nos ad ſe vocavit, in præſentiâ, Reverendorum Patrum, Dei gratiâ, Gaillardi de Mota, Sanctæ Luciæ in Silice, & Johannis de Columpnâ, Sancti Angeli, Diaconorum Cardinalium, nobiſque dixit quòd veſtræ Serenitati ſcribere deberemus quòd gaudeatis, & gaudere debeatis de ejus Promotione, quia de veſtro Ducatu Natus fuit, & vobis Juramentum aliàs Fidelitatis fecit pro Eccleſiâ Rotomagenti, & pro certo vos dilexit & diligit, & bonam ac honorabilem Pacem vobis dare diſponit:

Et ideò nobis mandavit quòd vos rogaremus, voſque induceremus quòd ad Treugas, ad minus pro nunc, condeſcenderetis propter Amorem & Honorem ſuum & Eccleſiæ.

Quare nobis videtur quòd habeatis lætum & ſincerè gaudere, quia pro certo percepimus, & ante ejus Promotionem percipiebamus, quòd ipſe vos diligebat, & de Guerra veſtra dolebat, & Pacem bonam vos habituros & vobis Proficuam deſiderabat, quia inſuper, in præſentiâ Collegii Dominorum Cardinalium, ſuam Voluntatem prædictam declaravit, & ſe ſcripturum vobis ſuper prædictis, de conſilio Dominorum Cardinalium, determinavit:

Et inſuper, ſecundum Tempora quæ currebant, & Diſpoſitiones quæ eminebant, credimus veſtram Serenitatem non potuiſſe pro nunc meliorem habere & minus intendentem ad Actus Partiales faciendum.

Conſulimus etiam & nobis penitus videtur expedire, quòd ſtatim ad ipſum Dominum Papam Nuncios deſtinetis cum Literis Gaudii

Digitized by Google

De Confirmatione Pardonationum ſuper Exceſſibus in Aquitania perpetratis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inſpeximus quaſdam Literas, Sigillo Curiæ noſtræ Vaſconiæ ſignatas, in hæc verba; videlicet,

Oliverus de Ingham Miles, Ducatûs Aquitaniæ Seneſcallus, Nobilibus viris Seneſcallo Landarum, Præpoſitis de Aquis, &c. *prout de Dat. de ultimo die Novembris ultimò præterito.*

Inſpeximus etiam quaſdam Literas Sigillo, dilecti & fidelis noſtri, Antonii Uſuſmaris, Locum tenentis Nicholai Uſuſmaris, Conſtabularii noſtri Burdegaliæ, in hæc verba; videlicet,

Univerſis pateat per præſentes quòd Nos Antonius Uſuſmaris, *&c. prout de Dat. Tertio die Decembris ultimo præterito, & tunc ſic:*

Nos autem omnia & ſingula prædicta per præfatos, Seneſcallum noſtrum, ac Locum tenentem dicti Conſtabularii noſtri, facta in hac parte, quatinùs rationabiliter facta ſunt, acceptantes, ea pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum ad nos attinet, Approbamus, Ratificamus, &, tenore præſentium, Confirmamus,

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo Octavo die Maii.

De parando ad proficiſcendum cum Rege in Bellum.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 1. m. 20. dor.

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quòd per totam Ballivam tuam, in locis ubi expedire videris, publicè proclamari facias, quòd omnes Homines ad Arma, Armati, & Sagittarii, qui nobiſcum, in Guerrâ noſtrâ, ad Vadia noſtra, proficiſci voluerint, ſe de Armis competentibus, & aliis neceſſariis ſuis, citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò futurum, parari faciant; ita quod tunc Prompti ſint & Parati ad proficiſcendum Nobiſcum, in Obſequium noſtrum, ad Vadia noſtra, ubi ipſos fecerimus præmuniri:

Et hoc nullatenùs omittas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam; exceptis Vicecomitibus Eborum, Northumbriæ, Cumberlandiæ, & Weſtmerlandiæ.

---

* V. 313. * *Pro Comite Sarum, qui captus de Guerra, de Licentia Jurandi, quod contra Philippum de Valeſio, infra Regnum Franciæ, ſe nunquam armabit.*

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 1. m. 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicavit nobis, dilectus & fidelis noſter, Willielmus de Monte Acuto, Comes Sarum, quòd,

Cùm pridem, occaſione noſtri Servitii, per Inimicos noſtros de Francia captus fuiſſet de Guerra, & Priſonæ Domini Philippi de Valeſio mancipatus,

Inter alia continentes qualiter, Septimo die præſentis menſis Maii, nullo præcedente Tractatu, ſet ſolâ Inſpiratione divinâ, fuiſtis ad Apicem totius Apoſtolatûs aſſumpti,

Et qualiter, poſt gratioſam Aſſumptionem hujuſmodi, ipſis, velud Amicis noſtris præcipuis, pium & ordinatum Affectum, quem & ad perſonam noſtram, & ad faciendum pro nobis Pacem bonam & honorabilem optinetis, & quòd Partialis non eritis, ſet Rectus inter Deum & Homines Mediator, veſtræ placuit Clementiæ ſpecialiter aperire, & quòd ſuper hoc nobis in proximo ſcribere decreviſtis.

Et quidem, de tàm felicis veſtræ Creationis Auſpiciis plenis in Domino gaudiis exultantes, Illi,

Qui Vobiſcum fecit Signum in bonum, & Virum, habentem Zelum perfectum, & Affectum rectè diſpoſitum, ad procurandum Pacis Bonum, & Salutem Animarum, ad univerſalis Eccleſiæ Regimen inter Filios Hominum prælegit,

Laudes & gratias humiliter exſolvimus, & Veſtræ Clementiæ, de factâ nobis oſtenſione tantæ Benevolentiæ, grates referimus quas Valemus; Continuationem Conceptæ Dilectionis, ſemper per Dei gratiam excreſcentis, ſuppliciter implorantes.

Et, ſub Bonitatis veſtræ fiduciâ, Nos, Domum noſtram Regiam, & Agenda noſtra, veſtræ Propitiationis Manibus votivo recommendamus affectu; Offerentes, ex animo, nos paratos ad ea quæ Decus Eccleſiæ, & favorem concernere poterunt Eccleſiaſticæ Libertatis.

Et, cùm receperimus ſanctitatis veſtræ Literas (quarum adventum, juxta ſcripturas dictorum Dominorum Cardinalium, præſtolamur) Nuncios, ſuper * Intentione noſtrâ pleniùs informatos, ad veſtram diſpoſuimus præſentiam celeriter deſtinare. * V. 314.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Maii.

Ad Cardinalium Literas, ſuper Electione Papæ, Reſponſio Regis.

REverende Pater & Amice Cariſſime. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Ibid.

De Placidis Rumoribus, quos vos, &c, reverendus in Chriſto Pater, Dominus A. Epiſcopus Tuſculani, de Creatione Domini ſummi Pontificis, & ipſius Affectione, quam Vobis, velud amicis noſtris præcipuis, grataner oſtendit, nobis tàm celeriter nunciaſtis, vobis Grates referimus, ut poſſumus, cordiales.

Et, juxta veſtri conſilium, noſtras ſibi mittimus Literas ſpeciales, quarum Copiam vobis mittimus hiis incluſam.

Amicitiam veſtram (de quâ præ cæteris ſincerè confidimus) ex corde rogantes, quatinus penes eundem Dominum ſummum Pontificem, ut, Conceptam penes nos, Benivolentiam ſemper cum augmento continuet, velitis (ſi placeat) interponere cum efficacia partes veſtras.

Nam ſi, juxta ſpem conceptam, non ſit Partialis, nec perſonarum Acceptor, ſet Juſtus & Miſericors Mediator, nos inveniet, inter cæteros mundi Principes, Filium humilem & devotum, & ad ſancta ſua Beneplacita præparatum.

Dat. ut ſupra.

Et diriguntur illæ Literæ Domino A. Epiſcopo Tuſculani, & Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ, Diacono, Cardinalibus,

Digitized by Google

E. 3. m. 39. R. Londonienſem Epiſcopum,

* V. 315. Ac, dilectos & fideles noſtros, *Thomam de Bello Campo Comitem Warwicæ*,

Nicholaum de Cantilupo,

Et Bartholomæum de Burghersh,

Barones,

Ac Magiſtrum Johannem de Offord Archidiaconum Elienſem,

Ad Tractandum & Ordinandum cum Alligatis, & Amicis, ac Fidelibus noſtris, ibidem ſuper Expeditione felici Guerræ noſtræ Franciæ,

Nè nobis impungi poſſit quòd Tractatum Pacis diffugimus, ſet ut publicæ pateat Notitiæ ordinatus Affectus, quem ad Pacem rationabilem ſemper habuimus & habemus,

Præfatis, Epiſcopo, Comiti, Baronibus & Archidiacono, Quatuor, & Tribus eorum (de quorum fidâ circumſpectione ſincerè confidimus) ad Tractandum pro nobis, & noſtro nomine,

De Conſilio & aviſamento Illuſtrium, Johannis Brabantiæ, & Reynaldi Gelriæ, Ducum, Guillielmi Marchionis Juliacenſis, Guillielmi Comitis Hanoniæ, Johannis de Hanoniâ Domini de Bello Monte, & aliorum Confœderatorum & Fidelium noſtrorum de Flandria,

Cum Illuſtri Philippo de Valeſio, ſeu Deputatis ab eo,

Super quibuſcumque Quæſtionibus, Controverſiis, Demandis, & Debatis, quæ mutuò competunt, ſeu competere poſſunt,

Ac etiam ſuper Dampnis & Injuriis, hinc indè in Terrâ & in Mari factis & illatis,

Ac ſuper quibuſcumque Guerrarum & Diſſenſionum Commotionibus, ex unâ parte & aliâ ſuſcitatis,

Pacificandis & amicabiliter decidendis,

Ac ad Referendum & Renunciandum nobis ea, quæ ſic Tractata fuerint, ut ea, prout expedire viderimus, acceptare & firmare valeamus,

Necnon (in caſu quo, per Tractatum hujuſmodi, arrideat probabilis ſpes de Pace) ad Tractandum & Concordandum de Treugâ, & Guerræ ſufferentiâ, ad certum tempus, inter Nos & dictum Philippum, ſub bonis Conditionibus, ineundâ, infra quod dicta Pax Tractari valeat & firmari,

Et dictam Treugam, ſeu Sufferentiam, quacumque Securitate Firmandum,

Et ad omnia alia faciendum & exercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiamſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem;

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Epiſcopum, Comitem, Barones, & Archidiaconum, Quatuor, & Tres eorum, factum vel geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Maii.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 1. m. 19.

De Moneta vocata LENGLISH.

REX, dilectis ſibi, Hugoni de Ulſeby, & Sociis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quòd, de Lanis noſtris Comitatuum Wygor-

tem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Recolentes Amoris inſignia, quæ inter Progenitores noſtros, Reges Angliæ, & homines Civatis Januenſis vigebant antiquitùs, & deſiderantes ut noſtris temporibus gratum reciperent incrementum, vobis pluries ſcripſiſſe meminimus ſuper Contractu Amicitiæ Perpetuæ, vobiſcum ad commodum mutuum ineundo; volentes Homines dictæ Civitatis infra dictum Regnum noſtrum Privilegiis & Immunitatibus tueri ſpecialiter & Libertatibus prærogare. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 1. m. 10. d.

Et quia pridem Sex Galeæ hominum dictæ Civitatis, onuſtæ Mercibus, per Subditos noſtros deprædati dicebantur, de quo Nuncii veſtri a nobis petiverunt Emendam,

Et nos, licet ſolùm ad faciendum de dictis Subditis noſtris Juſtitiam teneremur, ex Liberalitatis tamen noſtræ gratiâ, pro Refuſione Dampnorum hujuſmodi, Dampnificatis optulimus Summam magnam, parati ſuper Solutione Securitatem facere competentem, ſicut aliàs vobis ſcripſimus magis planè,

Nos, qui vobiſcum & cum communitate prædictâ Fœdus amoris perpetui contrahere deſiderabiliter affectamus, Parati ſuper dictis Dampnis & aliis vobis & veſtris Diſtrictualibus facere libenti animo quod decebit, ſpecialiter vos rogamus quatenus, ſi nobiſcum habere volueritis Ligam talem, nobis ſuper hoc, unà cum Libertatibus, quas infra dictum Regnum noſtrum habere, & Requeſtis aliis, quas facere volueritis, nobis ſignificare velitis in omnibus Velle veſtrum; & Reſponſum tale facere curabimus, quòd debebitis meritò contentari.

Et, cùm Injuria notoria per Hoſtem noſtrum Franciæ nobis facta ſit, vobis veriſimiliter ſatis nota, velitis, & noſtri conſideratione, & optentu juſtitiæ, Diſtrictuales veſtros ab offenſione noſtra, & dicti Hoſtis noſtri Adhæſione & Obſequio, cohercere:

Super hiis, dilecto nobis, diſcreto viro, Franciſco Drizacorne, Concivi veſtro, aperuimus plenius mentem noſtram; cui, ſuper dicendis in hac parte, velitis, petimus, dare fidem.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Maii.

Pro Hominibus Villæ de Medicino, de ipſorum Bono Geſtu.

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore erunt, ſeu eorum Loca tenentibus, Salutem. Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16. E. 3. m. 14.

Supplicârunt nobis Probi Homines & Communitas Villæ noſtræ de Medicino, per Petitionem ſuam, coram nobis & Concilio noſtro exhibitam, ut,

Cùm ipſi Sexcentas Domos ſuas, ex Petrâ & Calce conſtructas, per Ordinationem & Præceptum quorundam Miniſtrorum noſtrorum, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, tempore quo ad Obedientiam & Ligeantiam noſtram venerunt, & poſtmodùm proſtraverunt,

Et Villam illam, de Petrâ Domorum prædictarum,

Quæ ad ſummam Quatuor Milium Treſcentarum Quaterviginti & Duarum Librarum, & Quindecim Solidorum, Turonenſium parvorum, de Mandato dictorum Miniſtrorum noſtrorum, Æſtimata & Appretiata exiſtit, prout per Literas veſtras (præfate Seneſcalle) poterit pleniùs apparere,

Muro claudi fecerint & firmari,

Velimus eis de dictâ Pecuniæ ſummâ Solutionem, ſeu aliàs Satiſfactionem fieri jubere competentem, præſertim * cum dicta Com- * V. 317.

Digitized by Google

morum Delationem per Nos, ex certâ cauſâ, dictis Probis Hominibus & Communitati contigerit prohiberi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Junii.

Per ipſum Regem & per Petitionem de Concilio.

De Donationibus, factis per Philippum de Valeſio, pro nullo habendis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16. E. 3. m. 14.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicârunt nobis Probi Homines & Communitas Villæ noſtræ de Medicino, per Petitionem ſuam coram nobis & Conſilio noſtro exhibitam, ut Donationes, ſeu Alienationes, per Philippum de Valeſio, in Villâ prædictâ, & alibi, de Bonis & Rebus Hominum ejuſdem Villæ, in Poteſtate ipſius Philippi exiſtentibus, factæ, pro nullo penitùs habeantur,

Quodque Procurator noſter in Ducatu prædicto, Querelas omnium & ſingulorum, ſuper reſtitutione Bonorum ſuorum prædictorum, conqueri volentium, audire, & Detentores hujuſmodi ad Reſtitutionem eorumdem Bonorum compellere valeat in hac parte,

Nos, eorum Supplicationi annuentes in hac parte, tenore præſentium, conceſſimus quòd omnes Donationes, ac Alienationes, per dictum Philippum in locis prædictis factæ, revocentur, adnullentur, & pro nullo penitùs habeantur.

Conceſſimus etiam quòd, ſi fortè Contentionem, ſuper Reſtitutione Rerum & Bonorum prædictorum, per Detentores eorumdem moveri contigerit, Procurator noſter partium illarum, ad requiſitionem Petentis hujuſmodi Reſtitutionem, Cauſam illam deducat & exequatur, prout de jure, & ſecundum Fores & Conſuetudines partium prædictarum, fuerit faciendum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Junii.

Per ipſum Regem & per Petitionem de Concilio.

---

* V. 318. * *Pro Juratis & univerſitate Villæ de Sancto Makario, Confirmatio de non Alienando a Corona Angliæ.*

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16. E. 3. m. 29.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicârunt nobis, dilecti & fideles noſtri, Jurati & Univerſitas Villæ noſtræ de Sancto Makario, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, per Petitionem ſuam, coram Nobis & Concilio noſtro exhibitam, ut,

Cùm ipſi, per Cartam, celebris memoriæ, Domini E. nuper Regis Angliæ, Genitoris noſtri, & noſtram, talem habeant Libertatem, quòd à Coronâ Regni noſtri Angliæ, per Donationem, Conceſſionem, ſeu Permutationem, aliqualiter ſegregari non valeant ſeu transferri,

Velimus Literas illas per noſtras Literas Patentes acceptare, & eis Libertatem prædictam de novo concedere, ſibi & Hæredibus ſuis imperpetuùm poſſidendam;

Nos,

Advertentes gratam Benivolentiam & Auxilii promptitudinem, per prædictos Juratos & Univerſitatem Nobis & Progenitoribus noſtris multipliciter oſtenſas, temporibus retroactis,

Sperantéſque ipſos Juratos, & Univerſitatem, ac eorum Hæredes & Succeſſores, ad noſtra, & Hæredum noſtrorum, Obſe-

Per ipſum Regem & per Petitionem de Concilio.

Ejuſmodi Conceſſio pro Villa de Burgo. Dat. ut ſupra.

---

* *De Compoſitione facta qualiter Vicecomes de Fronceaco venit ad Obedientiam Regis.* * V. 319.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16. E. 3. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm in quadam Compoſitione,

Inter, dilectos & fideles noſtros, Oliverum de Ingham, Seneſcallum noſtrum Vaſconiæ, & Antonium Uſuſmaris, Locum tenentem Nicholai Uſuſmaris, Conſtabularii noſtri Burdegaliæ, noſtro nomine, ex parte unâ, &, dilectum & fidelem noſtrum, Reymundum Vicecomitem de Fronceaco Militem ex alterâ, tempore quo idem Vicecomes ad Obedientiam, Ligeantiam, & Fidelitatem noſtras pervenit, factâ,

Inter cætera continеatur quòd,

Si Pacem, ſeu Treugam, inter Nos & Philippum de Valeſio, pro Rege Franciæ ſe gerentem, iniri & firmari contigerit,

Præfatus Vicecomes & ejus Socii, Subditi, & Sequaces, ac ſibi adhærentes, unà cum Locis, Caſtris, & aliis Terris & Tenementis ſuis, in eâdem Pace, vel Treugâ, debeant comprehendi,

Et quòd Nos dictum Vicecomitem, cum dictis ſuis Sociis, Subditis, & Sequacibus, ac eorum Locis, Caſtris, & Terris, retinebimus & acceptabimus de & ſub noſtris fidelitate & Homagio, abſque omni medio, imperpetuùm,

Et eidem Vicecomiti Caſtrum & Locum de Fronceaco, unà cum Vicecomitatu ejuſdem Loci, contra quaſcumque Perſonas Warantizabimus noſtris Sumptubus propriis & expenſis, prout in Compoſitione prædictâ plenius continetur,

Nos,

Volentes omnia & ſingula in eadem Compoſitione contenta, quatinùs ritè & juſtè facta fuerit, firmiter obſervari,

Volumus, & eidem Comiti Conceſſimus,

Si Pax, ſive Treuga, inter Nos & dictum Philippum de Valeſio inita fuerit & firmata,

Idem Vicecomes, Socii, Subditi, & Sequaces ſui prædicti, ac eorum Loca, Terræ, & Caſtra, ſub Pace, ſive Treugâ, hujuſmodi ſpecialiter comprehendantur;

Conceſſimus etiam pro Nobis, & Hæredibus noſtris, eidem Vicecomiti, quòd ipſe, & Hæredes ſui, ac Socii, Subditi, & Sequaces ſui prædicti, ac eorum Loca, Terræ, & Caſtra, & ſpecialiter Caſtrum & Locus de Fronceaco, & Vicecomitatus ejuſdem Loci in Homagio, Juramento, & Fidelitate noſtris, & Hæredum noſtrorum, abſque aliquo medio, perſiſtant & permaneant imperpetuùm; Eo non obſtante, quòd idem Vicecomes Homagium, Juramentum, ſeu Fidelitatem, hujuſmodi, aliquo tempore, præfato Philippo, vel Comiti Petragoricenſi, aut alicui alii, de facto fecerit temporibus retroactis;

Et dicta, Caſtrum, & Locum, unà cum Vicecomitatu, præfato Vicecomiti, contra omnes Gentes, warantizare, promiſimus ſumptubus noſtris propriis & expenſis,

Nolentes quòd dictus Vicecomes, ſeu Hæredes ſui prædicti, Homagium, Juramentum, ſeu Fidelitatem, cuicumque alii, quàm Nobis, & Hæredibus noſtris, de cætero facere teneantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Junii.

Per ipſum Regem & per Petitionem de Concilio.

Pro

Digitized by Google

Bernardus de Berne, dictus Aſpes, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, &c.

Guarſias Arnaldi Dominus de Cirico, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, &c.

Bernardus de Ramis Cruis Aquenſis, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, &c.

Arnaldus de Leſcunbo, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, &c.

Petrus de Campana, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum.

Petrus de Bidones, dictus de Carco, de Sancto Severo, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum.

Reymundus de Berne, Dominus de Bone, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum.

Alexander de Caumont, Dominus de Sancto Baſſeth, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, ac Reſtauro Equorum ſuorum, in Servitio Regis in Guerra Vaſconiæ perditorum, de tempore, &c.

Petrus de Villenau, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Gaillardus de Raus, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Reymundus de Farges, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Pontius de Sancto Chriſtoforo, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum.

Amanenus de Balbard, Dominus de Mota, pro Vadiis ſuis & Sociorum ſuorum, ac Reſtauro Equorum ſuorum, in Servitio Regis in Guerra Vaſconiæ perditorum.

Senebrunus Dominus de Leſpera, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Bernardus de Folgairs, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Gailardus Dominus de Garſak, pro Vadiis ſuis, de tempore, &c.

Garcias Arnaldi, Dominus de Oſſeranno, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Magiſter Reymundus Arnaldi, de Spiſaco, tàm pro Feodo ſuo, quàm pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad arma, tàm Equitum, quàm Peditum, ac pro Reſtauro Equorum ſuorum.

Reymundus Vicecomes de Frounteak, tàm pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad arma, Equitum & Peditum, de tempore, &c. quàm pro Reſtauro Equorum ſuorum.

Johannes Monadier, Burgenſis Civitatis Regis Burdegaliæ, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Bernardus de Scoſſano, Dominus de Logoirano, tàm pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, Equitum & Peditum de tempore, &c. quàm pro Reſtauro Equorum, &c.

Johannes de Maulyon Miles, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Bergundus de Lya, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad Arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Guillielmus Emerici, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum, tàm Equitum, quàm Peditum.

Gullielmus Sans, Dominus de Pomeriis, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad arma, tàm Equitum, quàm Peditum.

Petrus de Sancto Jolio, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum.

Gasbertus de Marrok, Dominus de Twibon, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum, tàm Equitum, quàm Peditum.

* V.321. * *Gerardus de Taſtes, pro Vadiis ſuis & Hominum ſuorum ad arma, tàm Equitum, quàm Peditum.*

Pro Nunciis Literas de Creatione Papæ deferentibus.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D.
Liberate, de Theſauro noſtro, Duobus Nunciis, Venerabi- 1342.
lium Patrum, A. Tuſculani Epiſcopi, & R. Sanctæ Mariæ No- An. 16.
væ, Diaconi, Cardinalium, cum Litteris, Creationem Domini E. 3.
Summi Pontificis contingentibus, deſtinatis ad nos, Decem Li- Liberat.
bras, videlicet, cuilibet eorumdem Nunciorum Centum Solidos, 16. E. 3.
Et etiam Ameneno, Valetto Domini de Pounte & Dominæ de m. 7.
Brigerak, ad nos de partibus Ducatûs noſtri Aquitaniæ in Nuncium noſtrum miſſo, & cum Reſponſione noſtrâ redeunti ad eoſdem, Centum Solidos pro Expenſis ſuis, de dono noſtro.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, tertio die Junii.

Per ipſum Regem.

Super Nunciis & Literis a Papa & Cardinalibus, de Trenga concedenda.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1342.
Cùm nuper Solempnes Nuncios, ad Tractandum & Ordinan- An. 16.
dum cum Alligatis noſtris ſuper Progreſſu & Expeditione Guerræ E. 3.
noſtræ Franciæ, verſus partes Brabantiæ miſiſſemus, Franc. 16.
* Ac, Venerabilis Vir, Magiſter Willielmus de Norwico, De- E. 3. m.
canus Lincolnienſis, & Apoſtolicæ Sedis Nuncius, dictis Nunciis 39.
noſtris occurriſſet in Itinere prope Mare, * V.322.

Dicens eis ſe tàm cum Litteris ſpecialibus Domini Summi Pontificis, quàm reverendi Collegii Dominorum Cardinalium, pro Treugarum & Pacis negotio, ad noſtram præſentiam properantem,

Dictos Nuncios noſtros inſtanter ſolicitans, & requirens, ut modicum, quouſque nobis ſuum expoſuiſſet Nuncium, prout expedire credebat, expectare curarent,

Et, ipſis propter hoc ſic expectantibus, accedens ad nos idem Decanus, nobis dictas Litteras præſentavit, Exhortationes ſacras & Rogatus attentos continentes, ut a Guerrâ ceſſare, & Treugas uſque ad oportuni temporis ſpatium, infra quod tractari poſſet ſuper ipsâ Pace, commodiùs prorogare vellemus,

Dictúſque Decanus, juxta ſibi commiſſam in hac parte Credentiam, zelum perfectum & votivum deſiderium,

Quæ dicti, Dominus Summus Pontifex & Cardinales, ad procurandum, & pro viribus laborandum, ſine Partialitate qualibet, optinent pro Concordiâ inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ reformandâ, expoſuiſſet laudabiliter coram nobis ex parte dictæ Sedis,

Cum votivâ inſtantiâ Nos requirens ut, ſub ſpe Tractatûs Pacis, Prorogationi Treugarum condeſcendere curaremus,

Adiciens Nuncium conſimilem per dictam Sedem ad noſtrum Adverſarium fore miſſum,

Nos,

Tantas Preces & tam ſalutaria Monita, præſertim cùm ſint Primaria, per prædictos, Patrem ſanctiſſimum & venerandum Collegium, nobis facta, & tantâ pietate ſubnixa, merito contemplantes,

Ob

Digitized by Google

…iarii, Conſtabularii Burdegaliæ, in remotis agentis, Vice, Loco, & Nomine, dicti Domini noſtri Regis & Ducis, ex unâ parte, &, Nobilem Virum, Gausbertum de Mayraco, Dominum de Tenbone, ex alterâ; videlicet,

Quòd idem Dominus de Tenbone, gratìs veniens ad Servitium & Obedientiam dicti Domini noſtri Regis & Ducis, ratione Loci ſeu Caſtri prædicti de Tenbone, & alterius Terræ, quam habet in Ducatu Aquitaniæ, fecit prædicto Domino Seneſcallo Vaſconiæ (vice & nominibus quibus ſupra) Fidelitatis & Obedientiæ Juramentum,

V.313. Et, pro dicto Loco, & alterius Terræ ſuæ, promiſit & debet facere Homagium, quale ipſe Dominus de Tenbone, & ſui Prædeceſſores, facere conſueverunt eidem Domino noſtro Regi & Duci, aut ejus Prædeceſſoribus, ſeu Cuivis alii, habenti Poteſtatem ſuper hoc ab eodem; dum tamen ſuper hoc fuerit requiſitus.

Et Dominus noſter Rex & Dux ad Homagium & Fidem eundem Dominum de Tenbone recipiet, cùm optulerit ſe Facultas.

Et dictus Dominus Seneſcallus ibidem fecit eidem Domino de Tenbone Juramentum, quale ſui Prædeceſſores, Vaſconiæ Seneſcalli, in ſimilibus facere ſunt conſueti & debent.

Et dictus Dominus de Tenbone promiſit, debet & tenetur fideliter ſervire dicto Domino noſtro Regi & Duci, & ſuo Vaſconiæ Seneſcallo, durante præſenti Guerrâ Vaſconiæ, cum Decem Hominibus armatis Equitibus, & Viginti Quinque Servientibus Peditibus, percipientibus diurna Vadia regia conſueta; &, ſi plures adducat, pro pluribus, juxta ſtatum tamen Perſonarum.

Et dictus Dominus Seneſcallus promiſit eidem Domino de Tenbone quòd, ſi contingat dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem Pacem, aut Treugas facere, ſeu Acordum, cum Rege Franciæ, quòd idem Dominus noſter Rex & Dux ponet & manutenebit in eiſdem dictum Dominum de Tenbone, & ejus Socios & Familiares quoſcumque, cum dicto ſuo Loco & aliis Terris & Tenementis, nec Ipſos ſeu aliquem eorundem extra Pacem modo aliquo non dimittet, nec exulere nec Caſtrum diruere quoquo modo.

Et dictus Dominus de Tenbone promiſit fideliter, cum dictis Hominibus & aliis, quos habere poterit, & etiam cum dicto ſuo Loco, facere Guerram, cum dicto Domino noſtro Rege & Duce, & ſuo Vaſconiæ Seneſcallo, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, contra dictum Regem Franciæ, & ejus Gentes, & quaſcumque alias Perſonas, Guerram habentes, aut facientes, in Ducatu Aquitaniæ, contra dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, & ſuum Ducatum prædictum, pro Salvatione & Defenſione, & Reſtauro, Ducatûs prædicti, cum requiſitus fuerit, & Contenta in præſenti Indenturâ ſibi complebuntur, modo & formâ prætactis.

Et dicti Domini, Seneſcallus & Locum tenens, ibidem dicto Domino de Tenbone, pro ſe, & dictis Hominibus Equitibus & Peditibus parandis, tradiderunt Ducentas Quinquaginta Libras Burdegaliæ, & alias Ducentas Quinquaginta Libras Burdegaliæ eidem tradere promiſerunt hinc ad inſtans Feſtum Pentecoſtes, vel ante ſi poſſunt, ſi & dum ipſe Dominus de Tenbone de Guerrâ publicè ſe oſtendat, & apertè partem faciat, cum dicto Domino Vaſconiæ Seneſcallo, contra dictum Regem Franciæ & ejus Gentes.

Et nichilominus promiſerunt ipſi Domini, Seneſcallus & Locum tenens, quòd ipſi ſcribent, & rogabunt dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, ut eidem Domino de Tenbone Quinque Parochiæ, propinquiores Loci ſeu Caſtri de Tenbone (ſcilicet) Parochia vocata Margayron, Parochia de ſancto Nazario, de ſancto Cheſtier, Parochia de Furc & de Bremato, cum earum pertinentiis, pro ſe & ſuis Hæredibus univerſis, concedantur & dentur.

…ſenti, ad Vitam, ſuper Cuſtuma Burdegaliæ, aſſignabuntur, quouſque in alio loco ydoneo, per dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, ſibi & ſuis Hæredibus fuerit imperpetuum ſcituatæ, vel ſaltim ad Vitam, niſi imperpetuùm poſſent obtineri.

Et quòd, ſi ipſe Dominus de Tenbone, quia venit ad dictum Servitium, per Gentes Regis Franciæ amodò, & a tempore, & die, ultra quo ſe publicè oſtendet de Guerrâ contra dictum Regem Franciæ, & ejus Gentes, condempnaretur, & ejus Socii, in aliquâ pœnâ, corporali vel Pecuniariâ, pro Exceſſibus, eiſdem impoſitis per Gallicos, præfati Domini, Seneſcallus & Locum tenens, conſtanter facient Poſſe eorum quòd præfatus Dominus noſter Rex & Dux, ſi & dùm Pacem faciet cum dicto Franciæ Rege, in eadem Pace abſtrahat liberum & quietum dictum Dominum de Tenbone, & Socios ſuos, a quacumque Pœnâ & Condempnatione Officialium ipſius Regis Franciæ, a die prædictâ ultra, contra eum latis & pronunciatis, Jure Partis ſalvo; & nichilominus ſcribent, & procurabunt, quòd eidem Domino de Tenbone concedantur & dentur, per dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem, Quingentæ Libræ Turonenſes, de Dono Regio, & ſibi illæ exſolvantur quamcitiùs bono modo fieri poterit.

ITEM, promiſerunt prædicti Domini, Seneſcallus & Locum tenens, quòd ipſi facient taliter & optinebunt, quòd dictus Dominus noſter Rex & Dux dictum Dominum de Tenbone, cum ſuis Sociis, Terrâ & Caſtro, acceptabit de & ſub ejus Fidelitate, & Homagio, nunc & imperpetuum, abſque omni medio.

ITEM, promiſerunt ipſi Domini, Seneſcallus & Locum tenens, quòd ipſi, infra inſtans Feſtum Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ, infra quem Terminum, ſi per Gallicos dampnificaretur, vel Guerra eidem moveretur, dictus Dominus Seneſcallus tenetur eum juvare juxta Poſſe, prædicta Omnia notificabunt & ſcribent dicto Domino noſtro Regi & Duci, & cum eodem facient & procurabunt, fideli & bono animo, illis viis & modis, quibus poterunt, quòd omnia & ſingula ſupradicta, modis & formis quibus ſupraſcripta, declarata, & promiſſa ſunt, per dictum Dominum noſtrum Regem & Ducem concedantur, & ſub ejus Magno Sigillo cerâ viridi imperpetuùm confirmentur.

In quorum omnium præmiſſorum Teſtimonium, Sigilla Curiæ Vaſconiæ, Locum tenentis Conſtabularii, & Gausberti de Mayraco, prædictorum, huic præſenti Indenturæ alternatim ſunt appenſa.

Dat. in Parochiâ de Hyſon, Viceſimâ Nonâ die Martii, anno Domini Mileſimo CCC. Quadrageſimo.

INSPEXIMUS etiam quaſdam alias Literas, Sigillo Curiæ noſtræ Vaſconiæ ſignatas, in hæc verba,

Oliverus de Ingham Miles, Ducatûs Aquitaniæ Seneſcallus, pro Domino noſtro Rege Angliæ, & Duce Aquitaniæ, Nobili Viro, Gausberto de Mairaco, Domino de Thenibone, Salutem.

Certis ex Cauſis Vobis præcipimus, & committendo mandamus, quatenus, Treugis finitis, captis inter Dominum noſtrum Regem Angliæ, & Ducem Aquitaniæ ex parte unâ, & Regem Franciæ ex alterâ (quæ finiri debent in Craſtino inſtantis Feſti beati Johannis Baptiſtæ) Bona, Redditus, & Deveria univerſa Parochiarum de Monte Talhaco & de Mala Romex, ac aliarum Parochiarum circumvicinarum, necnon & quarumcumque aliarum Parochiarum & Locorum partium illarum, exiſtentia in Terrâ Obedientiæ dicti Regis Franciæ, ad Manum Regiam & noſtram ponatis,

Et illa ſub Manu Regiâ & noſtrâ levetis, colligatis, & percipiatis,

Ac illas Parochias & Gentes illarum Regatis & Gubernetis, dicti Domini noſtri Regis & Ducis nomine, quamdiu ipſius, aut Do-

Digitized by Google

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 32.

REX Collectoribus, &c.

Quia, Dilectus & Fidelis noſter, Radulphus de Stafford aſſumpſit, coram nobis & Conſilio noſtro, proficiſci, in Obſequium noſtrum, ad partes Britanniæ, cum quinquaginta Hominibus ad arma (undè idem Radulphus unus, & duo alii Baneretti, ſexdecim Milites, & triginta & unus Scutiferi erunt) & quinquaginta Sagittariis Equitibus, ad Vadia noſtra,

Quolibet eorundem capiente per diem (videlicet) Baneretto, quatuor Solidos: Milite, duos Solidos: Scutifero, duodecim Denarios: & Saggitario, ſex Denarios, dùm in Obſequio noſtro ſteterint ſupradicto,

Nos,

Volentes præfato Radulpho pro ſe, & Hominibus ſuis prædictis, de vadiis ſuis hujuſmodi per unum Quarterium Anni, (quæ ad quadringentas, quinquaginta, & quinque Libras, ſe extendunt) ſatisfieri,

De aviſamento dicti Concilii noſtri aſſignavimus eidem Radulpho quinquaginta & ſeptem Saccos Lanæ, de Lanis noſtris prædictis, quemlibet (videlicet) Saccum in pretio octo Librarum,

Qui quidem quinquaginta & ſeptem Sacci Lanæ, juxta idem pretium, ad quadringentas, quinquaginta, & ſex Libras, ſe extendunt,

Habendos & percipiendos per manus veſtras ſuper vadiis ſuis prædictis;

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Radulpho, vel ejus in hac parte Attornato, dictos quinquaginta & ſeptem Saccos Lanæ, de Lanis noſtris prædictis, per vos in dicto Comitatu ſic colligendis, per Indenturam, indè inter vos & ipſum modo debito conficiendam, liberetis ſuper vadiis ſuis prædictis, ſicut prædictum eſt;

Et nos vobis indè, in Compoto veſtro, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Wodeſtok, viceſimo quinto die Junii.

Per Billam Theſaurariæ.

---

* V. 326.

* *Pro Roberto de Artoys ad partes Britanniæ profecturo.*

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 32.

REX Collectoribus & Receptoribus Lanarum noſtrarum in Comitatu Suffolciæ, juxta Apportionationem decem milium Saccorum Lanæ, infra Regnum noſtrum Angliæ, pro anno præſenti, Salutem.

Quia, de aviſamento Concilii noſtri, aſſignavimus, dilecto & fideli noſtro, Roberto de Artoys,

Qui cum centum & viginti Hominibus ad Arma (undè idem Robertus & quatuor alii Baneretti, viginti & novem Milites, quaterviginti & ſex Scutiferi erunt) & centum & viginti Sagittariis, ad partes Britanniæ, in Obſequium noſtrum, juxta Ordinationem indè factam, ad Vadia noſtra eſt profecturus,

Centum & quinquaginta & octo Saccos Lanæ, de Lanis noſtris prædictis, per vos in Comitatu prædicto colligendis, quemlibet, videlicet, Saccum in pretio ſex Librarum, pro Sorte & Subſidio ejuſdem, ultra Cuſtumam Dimidiæ Marcæ indè debitam, percipiendos per manus veſtras, ſuper Vadiis ipſius Roberti, & Hominum ſuorum prædictorum; capiente (videlicet) dicto Roberto octo Solidos: & quolibet aliorum (videlicet) Baneretto, quatuor Solidos: Milite, duos Solidos: Scutifero, duodecim Denarios: & Sagittario, quatuor Denarios, per diem;

Vobis mandamus quòd eidem Roberto, vel ejus in hac parte

Teſte Rege apud Turrim London. tertio die Julii.

Per Billam Theſaurariæ.

De Coronis Philippæ Reginæ invadiatis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 32. * V. 327.

REX Univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Captoribus, & Aſſeſſoribus Lanarum, ac omnibus aliis Ballivis, Miniſtris & Fidelibus ſuis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, in partem Solutionis duorum * Milium & quingentarum Librarum,

Quas, dilecto nobis, Johanni de Portevare, pro ſalvatione duarum Coronarum Philippæ Reginæ Angliæ Conſortis noſtræ cariſſimæ, in partibus tranſmarinis invadiatarum, ac quorumdam Debitorum, in quibus præfato Johanni tenemur, ſolvi ordinaverimus,

Aſſignaverimus eidem Johanni treſcentas triginta & quatuor Saccos & dimidium, & quatuor Clavos Lanæ, de Lanis noſtris, de Comitatu Eſſex, pro anno præſenti levandis,

Et mandaverimus Collectoribus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pellium lanutarum, in Portu Londoniæ, quòd ipſi præfatum Johannem centum & quinquaginta Saccos, de Lanis prædictis, in eodem Portu,

Et Collectoribus Cuſtumarum noſtrarum in Portu de Gippewyco, quòd ipſi eundem Johannem reſiduos centum quaterviginti & quatuor Saccos & Dimidium, & quatuor Clavos Lanæ, in Portu illo carcare,

Et, ſolutâ dimidiâ Marcâ pro quolibet Saccorum eorumdem, pro cuſtumâ indè debitâ, ad partes tranſmarinas ducere permittant,

Nos,

Volentes Securitati ipſius Johannis, & Lanarum prædictarum, providere,

Suſcepimus ipſum Johannem, ac Homines & Servientes ſuos, Lanas prædictas colligendo & ad Portus prædictos cariando, & exindè ad dictas partes tranſmarinas ducendo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, nolentes quòd quicquam de Lanis prædictis ad opus noſtrum, aut aliorum, capiatur ſeu areſtetur;

Et ideo vobis mandamus *&c. prout in Literis de Protectione.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Turrim London. quinto die Julii.

Per ipſum Regem.

De Vadiis illorum ad partes tranſmarinas in obſequium Regis profecturorum.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 32.

REX Collectoribus & Receptoribus Lanarum noſtrarum, in Comitatu Norffolciæ, juxta Apportionationem decem milium Saccorum Lanæ, infra Regnum noſtrum Angliæ, pro anno præſenti, in Comitatu prædicto factam, colligendarum, Salutem.

Quia, de Aviſamento Concilii noſtri, aſſignavimus, dilecto & fideli noſtro, Roberto de Ufford Comiti Suffolciæ,

Qui cum quinquaginta & uno Hominibus ad Arma (undè idem Comes unus, unus Banerettus, quatuordecim Milites, & triginta & quinque Scutiferi erunt) & cum quinquaginta Sagittariis ad Equos,

Digitized by Google

Thomas de Halſeld, de viginti & ſeptem Saccis, de Comitatu Kantiæ, in pretio ſex Librarum ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro viginti Hominibus ad arma; undè idem Thomas ut Banerettus, tres Milites &c. ut ſupra.

Thomas de Bello Campo, Comes Warwicæ, de centum & viginti Saccis Lanæ, de Comitatu Norffolciæ, in pretio ſex Librarum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro quaterviginti Hominibus ad arma (undè idem Comes unus, unus Banerettus, Decem & octo Milites, & ſexaginta Scutiferi erunt) & pro centum Sagittariis Equitibus, ad partes tranſmarinas &c.

Johannes de Veer, Comes Oxoniæ, de quinquaginta & ſex Saccis Lanæ, de Comitatu Norffolciæ, in pretio ſex Librarum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro quadraginta Hominibus ad Arma (undè idem Comes unus, unus Banerettus, novem Milites, & viginti & novem Scutiferi erunt) & pro triginta Sagittariis Equitibus ad partes Tranſmarinas &c.

Michael de Poynynges, de viginti & uno Saccis in Comitatu Suſſexiæ, in pretio ſex Librarum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro quindecim Hominibus ad Arma (undè idem Michael Banerettus, quatuor Milites, & decem Scutiferi erunt) & pro duodecim Sagittariis Equitibus, ad partes &c.

Thomas de Bradeſton, de viginti & octo Saccis, de Comitatu Suſſexiæ, in pretio Sex Librarum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro viginti Hominibus ad arma (undè Thomas Banerettus, quatuor Milites, & quindecim Scutiferi erunt) & pro viginti Sagittariis Equitibus, ad partes tranſmarinas &c.

Mauritius de Berkele, de viginti & octo Saccis, de Comitatu Suſſexiæ, in pretio ſex Librarum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi, pro viginti Hominibus ad arma (undè idem Mauritius Banerettus, quatuor Milites, & quindecim Scutiferi erunt) & pro viginti Sagittariis Equitibus, ad partes tranſmarinas &c.

Hugo de Courteneye, Comes Devoniæ, de quaterviginti & ſeptem Saccis, de Comitatu Devoniæ, in pretio centum & ſex Solidorum, & octo Denariorum, ultra Cuſtumam &c. ſuper Vadiis hujuſmodi pro quinquaginta hominibus ad arma (undè idem Comes unus, unus Banerettus, duodecim Milites, & triginta & ſex Scutiferi erunt) & pro ſexaginta Sagittariis Equitibus, ad partes tranſmarinas &c.

Hugo de Audele Com. Glouc. de 136. Saccis & dimid. in Com. Kanc. &c. pro centum Hominibus, &c.

De Poteſtate data Regi Scotiæ capiendi Homines, vocatos Grithmen, ad Pacem Regis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Scot. 16. E. 3. m. 12.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd aſſignavimus, Magnificum Principem, & dilectum Conſanguineum, & fidelem noſtrum, Edwardum de Balliolo, Regem Scotiæ ad omnes Homines, vocatos Grithmen,

Apud Beverlacum, Riponiam, Tynemuth, Hextildeſham, & Werdehale, & alibi, in libertate Eccleſiaſticâ, pro immunitate ibidem, ratione Feloniarum, per ipſos factarum, optinendâ, exiſtentes,

Qui ad ipſum Regem venire, &, ad Cuſtus ſuos proprios, cum ipſo ad partes Scotiæ, in Obſequium noſtrum proficiſci voluerint, ibidem, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, moraturi,

Ad Pacem noſtram recipiendum, & ad eos Arraiandum, & in Comitivâ ſuâ ad eaſdem partes ducendum,

• V. 329. * Et ad ſufficientem Securitatem de eis ſuper hoc capiendum,

Et ad Cartas noſtras de Pardonatione quarumcumque Feloniarum, per ipſos ante Feſtum Sanctæ Trinitatis, proximò præteritum, perpetratarum, eis noſtro nomine concedendum,

rum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Wyndeſore, viceſimo die Julii.

Conſimiles Literas Regis habent iidem, Capitaneus, Seneſcallus, & Theſaurarius, ad tractandum & concordandum, cum Hominibus ſubſcriptis, ſub eadem datâ; videlicet,

Gaillardo de Duro Forti Archidiacono,

Gaſtono Comite Fuxi.

De quibuſcumque Perſonis Regni Franciæ ad Homagium Regis admittendis.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, de Fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum, Capitanei ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ *&c. prout ſupra uſque hæc verba; viz.* 1342. An. 16. E. 3. Ibid.

Ad tractandum & concordandum cum quibuſcumque, Nobilibus, & Potentibus, ac etiam Popularibus, & Communitatibus, Regni noſtri Franciæ, de veniendo in noſtram Obedientiam *&c. prout ſupra.*

Teſte ut ſupra.

De concordando ſuper Terris, venientibus ad Obedientiam Regis, concedendis.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi* conveniendum, *& tunc ſic*, Libertates, Exemptiones, Immunitates, & Privilegia, Juriſdictionem Altam & * Baſſam, merum & mixtum Imperium, Terras, Poſſeſſiones, & Redditus, ſuper Inimicos noſtros conquæſtanda, prout pro noſtro Honore & Commodo expedire viderint, dandum & concedendum, 1342. An. 16. E. 3. Ibid. • V. 330.

Et Donatarios de ſic datis & conceſſis inveſtiendum, & Poſſeſſiones eorundem eis liberandum,

Et ea, quæ ſic Data, Conceſſa, Tractata, Concordata, Conventa, & Acta fuerint, quatenus ad nos attinet, pro nobis & noſtro nomine quacumque Securitate firmandum, *&c. ut ſupra uſque ibi* Poteſtatem, *& tunc ſic*,

Ita tamen quòd Juri, quod nobis ad Coronam & Regnum Franciæ Jure hæreditario competit, non renuncient, vel præjudicent; ad quod prædictis, Capitaneo, Seneſcallo, & Theſaurario, & duobus eorum omnem adimimus Poteſtatem:

Promittentes, &c. Actum vel Geſtum fuerit, &c. præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

De ſupervidendo numerum Armatorum: De Equis Appretiandis & ſignandis; & de Donationibus exceſſivis.

Ann. D.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Olivero de Ingham, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, & Magiſtro Waltero de Weſton, Theſaurario noſtro pro Excercitu noſtro, ad partes Ducatûs noſtri Aquitaniæ mittendo, Salutem. 1342. An. 16. E. 3. Vaſc. 16.

Quia, ſicut aſſeritur a quibuſdam, Pecunia noſtra in dictis partibus E. 3. m.
exti- 2.

Digitized by Google

m. 35. [illegible] quàm de bono Regimine dicti Regni, ſummè ſoliciti, ac de veſtris probitate, fidelitate, & induſtriâ, intimè confidentes,

Vos in Regno prædicto, Reſorto, & pertinentiis ſuis univerſis, Locum noſtrum tenentem & Capitaneum facimus & præficimus per præſentes,

• V. 331. * Concedentes & committentes vobis Merum & Mixtum Imperium, Gladii Poteſtatem, ac Juriſdictionem omnimodam Altam & Baſſam, Cognitionem & Deciſionem omnium Cauſarum, tam Criminalium, quàm Civilium,

Cum Poteſtate Locum tenentes, Capitaneos, Judices, & Miniſtros quoſcumque, prout expedire videritis, deputandi & amovendi,

Ac Jus, quod nobis in dicto Regno competit, vendicandi, petendi, & proſequendi, & eidem Regno vos immittendi, ac Corporalem Poſſeſſionem ipſius, & pertinentiarum ejuſdem, etiam in Manu forti, ſi oporteat, apprehendendi,

Exercitum congregandi & ducendi, de Guerra equitandi, & Contrarios & Rebelles expugnandi & puniendi,

Ac omnes & ſingulos, qui ad Pacem & Obedientiam noſtras venire voluerint, ad hujuſmodi Pacem & Fidelitatem noſtras admittendi, & eis Pardonationis & Remiſſionis Gratiam faciendi, & eos ſuper hoc aſſecurandi,

Ac omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ ad Officium hujuſmodi Locum noſtrum tenentis & Capitanei pertinere noſcuntur, & quæ pro Recuperatione & Conſervatione Jurium noſtrorum ibidem, & bono Regimine dicti Regni neceſſaria vel opportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale, & quæ nos facere poſſemus & debemus ſi præſentes illuc eſſemus;

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid, nomine noſtro, feceritis in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

Et ideò dilectionem & fidelitatem veſtras attentè rogamus, quatinus, Onus & Honorem hujuſmodi magnanimiter aſſumentes, circa Recuperationem & Conſervationem Jurium noſtrorum prædictorum, & bonum Regimen dicti Regni, ſic prudenter & ſtrenuè laboretis, ut veſtram Fidelitatem & Geſtum laudabilem debeamus meritò commendare, & repenſivâ Retributionis uberis præmiare.

Mandavimus enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & perſonis aliis quibuſcumque, in & de dicto Regno exiſtentibus, ut vobis, & deputandis per vos, in præmiſſis pareant humiliter & intendant.

In cujus &c. pro noſtro beneplacito duraturas &c.

Dat. apud Wyndeſore, viceſimo die Julii.

ET mandatum eſt omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & perſonis aliis quibuſcumque, in & de Regno Franciæ exiſtentibus, quòd præfatum Comitem ad præmiſſa facienda libenter & devotè recipiant, & ſibi tanquam perſonæ Regis pareant & intendant humiliter in præmiſſis, taliter ſe habentes quòd ſuæ debeamus Devotionis pulchritudinem meritò commendare; Scituri pro certo quòd eſt Intentionis noſtræ humiliare Superbos, & Humilibus gratiam impartiri.

Dat. ut ſupra.

[illegible] Redditus & Proventus dicti Ducatus pro Defenſione ejuſdem colligendi & recipiendi,

Fideles noſtros ibidem defendendi,

Et in Hoſtes & Rebelles noſtros ibidem inſurgendi,

Juriſdictionem omnem, nobis ibi competentem, excercendi,

Tutores & Curatores dandi, Decreta interponendi,

Et omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ ad officium Capitanei & Locum noſtrum tenentis ibidem pertinere noſcuntur, & poſſemus facere ſi illuc perſonaliter præſens eſſemus.

Promittentes *&c. ut ſupra, mutatis mutandis uſque ibi*, præmiſſorum, *& tunc ſic*,

Et ideò Dilectionem & Fidelitatem veſtram attentè rogamus, quatinus, Onus & Honorem hujuſmodi magnanimiter aſſumentes, circa Præmiſſa omnia & ſingula, ut præmittitur, facienda & exequenda prudenter & ſtrenuè laboretis, ut Veſtram Fidelitatem & Geſtum laudabilem debeamus meritò commendare, & repenſivâ Retributionis uberis præmiare.

Mandavimus enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & perſonis aliis quibuſcumque, in & de dicto Ducatu exiſtentibus, ut Vobis, & Deputandis per Vos, in præmiſſis pareant humiliter & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Wyndeſore, viceſimo die Julii.

Et Mandatum eſt omnibus & ſingulis Archiepiſcopis *&c. prout ſupra, mutatis mutandis.*

De Poteſtate concedendi Honores infra Regnum Franciæ.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd nos, 1342.

De fidelitate probatâ & circumſpectione providâ, fidelis noſtri, *An. 16.*

Willielmi de Bohun Comitis Northamptoniæ, Conſanguinei noſtri Cariſſimi, intimè confidentes, *E. 3.* *Franc.*

Eidem Comiti plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem dandi & concedendi Perſonis, quæ in præſenti Guerrâ noſtrâ Franciæ in noſtram Obedientiam venire voluerint, *16. E. 3. m. 35.*

Honores, Dominia, Caſtra, Villas, Maneria, Terras, Tenementa, Poſſeſſiones, & Redditus, Juriſdictiones, Libertates, & alia Bona, ad nos in re vel in ſpe in Regno Franciæ pertinentia,

Habenda & Tenenda eiſdem perſonis, de nobis, & Hæredibus noſtris, ut de Regibus Franciæ, in Feodum, ad Terminum Vitæ & Annorum, prout pro noſtro Honore & Commodo viderit expedire,

Inveſtituram & Poſſeſſionem ſic datorum & conceſſorum faciendi & liberandi,

Ac omnia alia & ſingula faciendi & excercendi, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale; Ita tamen quòd Juri, quod nobis ad Coronam & Regnum Franciæ Jure Hæreditario competit, non renunciet vel præjudicet; ad quod prædicto Comiti omnem adimimus poteſtatem:

Promittentes pro nobis *&c. ut ſupra uſque ibi* præmiſſorum, *& tunc ſic*,

Et quod Donationes & Conceſſiones, per dictum Comitem factas in hac parte, faciemus per Litteras noſtras Patentes, ſub Mag-

De Poteſtate Mutuum Nomine Regis contrahendi.

Ann. D. REX, Univerſis &c. Salutem.
1342. Sciatis quòd,
An. 16. Cùm nos,
E. 3. De fidelitate *&c. ut ſupra uſque ibi* confidentes, *& tunc ſic*, ip-
Ibid. ſum in Locum noſtrum tenentem & Capitaneum in dicto Regno Franciæ præfecerimus, & cum propter hoc ad dictas partes duxerimus tranſmittendum,

Damus & concedimus eidem Comiti plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, ad contrahendum pro nobis, & nomine noſtro, pro proſecutione Negotiorum, ſibi per nos injunctorum, mutuum a quibuſcumque perſonis, uſque ad ſummam Quadr. milium Librarum Sterlingorum, vel valorem tantæ ſummæ in aliis Monetis & Rebus, prout melius viderit expedire,

Dictumque Mutuum ad opus noſtrum petendum & recipiendum, Terminum & Loca Solutionis ſtatuendum, & ad Solutionem hujuſmodi faciendum, nos & Hæredes noſtros firmiter obligandum, & omnia alia faciendum *&c. ut ſupra*;

Promittentes, *&c.*

In cujus, &c.

Dat. &c. ut ſupra.

De tractando cum Magnatibus de Hibernia, ſuper Auxilio ad partes Britanniæ mittendo.

Ann. D. REX, dilectis & fidelibus ſuis, Tenenti Locum Juſticiarii no-
1342. ſtri Hiberniæ, Cancellario, & Theſaurario, noſtris ibidem,
An. 16. ac Simoni fitz Richard, Salutem.
E. 3. Sciatis quòd,
Ibid. m. Cùm, dilectus Conſanguineus & fidelis noſter, Willielmus de
36. Bohun Comes Northamptoniæ ad partes Britanniæ, pro diverſis negotiis, nos intimè ibidem tangentibus, inibi (Deo dante) expediendis, cum Armatâ Potentiâ de Mandato noſtro ſe divertat,

Et nos Paſſagium noſtrum ad partes Tranſmarinas cum Exercitu noſtro, Adverſantes nobis ibidem (cum Dei adjutorio) expugnaturi, & Jura noſtra recuperaturi, in proximò arripere ordinaverimus,

Per quod certos Magnates & alios Terræ noſtræ Hiberniæ, in quibuſdam Litteris noſtris, quas vobis mittimus, nominatos, per eaſdem Litteras rogavimus, ut nobis de certo Numero hominum
* V.334. * Armatorum & aliorum, in Subventionem & Fulcimentum dicti Exercitûs noſtri, ſubveniant, & eos, pro Guerrâ benè munitos, & arraiatos, præfato Conſanguineo noſtro ad dictas partes Britanniæ, vel ad nos, ſi tranſfretaverimus, cum celeritate tranſmittant in Obſequio noſtro in eiſdem partibus moraturos,

Nos, de circumſpectione & fidelitate veſtris plenius confidentes, aſſignavimus & deputavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad tractandum, nomine noſtro, cum præfatis Magnatibus & aliis ſuper Auxilio & Subventione ſupradictis, ac modo, formâ, & tempore, eorundem,

Et ad ipſos Magnates & alios, & eorum quemlibet, ad hujuſmodi Auxilium & Fulcimentum, juxta ſtatûs ſui decentiam, habitâ conſideratione ad dictorum negotiorum noſtrorum arduitatem, nobis concedendum, omnibus viis & modis, quibus meliùs & commodiùs poteritis, Inducendum,

Et ideò vobis mandamus firmiter injungentes, quòd præmiſſa omnia & ſingula cum omni feſtinatione & diligentiâ, quibus poteritis, faciatis & exequamini in formâ ſupradictâ:

Promittentes pro nobis, & Hæredibus noſtris, nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos Dominos, de Lebreto, de Bleyyades, de Courcon, & Gerardum, Tres & Duos eorum, Actum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus &c.

Dat. apud Wyndeſore, viceſimo tertio die Julii.

Ad dictum Regem ſuper Alligantiis & Sponſalibus præfatis.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Ann. D.
Legionis, Toleti, Galiciæ, Cordubiæ, Murciæ, Gienii, 1342.
& Algarbiæ Regi Illuſtri, ac Comitatûs Molinæ Domino, Con- An. 16.
ſanguineo ſuo Cariſſimo, Edwardus &c. Fœlicem regnandi Glo- E. 3.
riam, cum Salute. Clauſ.

Cùm Amoris exuberantiam, qui inter Domos noſtras Regias 16. E. 3.
viguit ab antiquo, & oportuna Subſidia, quibus Progenitores no- p. 1. m.
ſtri ſe mutuò prævenerunt, attentâ conſideratione recolimus, deſi- 3. d.
deranter appetimus ut, qui proximâ * Conſanguinitatis Lineâ ex * V.335.
Parentum propagatione conjungimur, in Amicitiâ & Alligantiâ firmiùs ſolidemur.

Sanè, cùm pridem inter Vos & Nos Tractatus, ſuper Ligâ tali, ac ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, inter Primogenitum veſtrum ac Filiam noſtram contrahendis, fuiſſet, ſi recolitis, inchoatus, & Reſumptio & Completio dicti Tractatûs ex cauſis præmiſſis nobis admodum ſit votiva, dilecto & fideli noſtro Bernardo Ezii Domino de Lebreto, & aliis, ad tractandum & concordandum vobiſcum ſuper præmiſſis, per Litteras noſtras Patentes plenam commiſimus Poteſtatem.

Quamobrem Excellentiam Regiam attentè rogamus, quatinùs cum dicto Domino de Lebreto (cui ſuper hoc aperuimus Velle noſtrum) ſeu cum aliis, in dictis Literis nominatis, per dictum Dominum de Lebreto ad vos tranſmittendis, ſuper hiis tractare velitis; & ad Completionem eorum, quæ ſic concordata fuerint, invenietis ex animo nos paratos.

In votivis & victorioſis Succeſſibus valeat diutiſſimè veſtra Regia Celſitudo.

Data apud Wyndeſore, viceſimo tertio die Julii.

Pro Comite Pembrochiæ ſuper Vadiis de Guerra.

REX Collectoribus, &c. Ann. D.
Quia, de aviſamento Concilii noſtri, aſſignavimus, dilecto 1342.
& fideli noſtro, Laurentio de Haſtynges, Comiti Pembrochiæ, An. 16.
qui cum ſexaginta Hominibus ad arma (undè idem Comes unus, E. 3.
duo Baneretti, duodecim Milites, & quadraginta & quinque Scu- Clauſ. 16.
tiferi erunt) & cum centum Sagittariis Equitibus, ad partes Trans- E. 3 p. 2.
marinas, in Obſequium noſtrum, ad Vadia noſtra, eſt profecturus m. 32.
&c. prout ſupra de Dat. 13. Jul.

Dat. apud Turrim London. viceſimo tertio die Julii.

Pro Nuncio deferente Litteras de Creatione Papæ.

Ann. D.
REX Omnibus, ad quos &c. Salutem. 1342.
Sciatis quòd, An. 16.
Cùm, dilectus nobis, Petrus de Sancto Marcello, per, Sanctiſ- E. 3.
ſimum in Chriſto Patrem, Dominum Clementem, Divinâ pro- Pat. 16.
videntiâ, Papam Sextum, cum Novis & Literis Apoſtolicis de E. 3. p. 3.
Crea- m. 22.

Digitized by Google

niate, vel quovis quocumque, ut tranſeat per modum Acceſſorii, ſet per ſe, ſicut Terras & Temporalia Spiritualibus non annexa, licitè poteſt vendere & donare, & alio quocumque Titulo Civili concedere & alienare; & Venditio, Donatio, & Alienatio, ſic factæ, validæ cenſeri debent atque firmæ.

Ad hæc, ſi quis Mulierem, habentem Jus Patronatûs in aliquâ Eccleſiâ ſeu Beneficio Eccleſiaſtico, in dicto Regno duxerit in Uxorem, & Prolem ex eâ procreaverit, & dicta Uxor ſua præmoriatur, habebit & tenebit idem Maritus, poſt mortem dictæ Uxoris ſuæ, quoad vixerit, totam Hæreditatem ipſius Uxoris, & ad Beneficia vacantia, quæ ſunt de Patronatu ipſius Uxoris, ſi ipſo vivente, vacaverint, præſentabit, & Præſentati per tales, ſi aliud eis non obſtet, ad Præſentationem hujuſmodi per Diœceſanos, ſeu alios, ad quos pertinet Inſtitutio, in hujuſmodi Beneficiis inſtitui debent, & Inſtituti ſunt & admiſſi ad dicta Beneficia, ſine Reclamatione quacumque, à tempore cujus contrarii memoria non exiſtit.

Præterea, ſi aliquis teneat de Rege Angliæ, qui pro tempore fuerit, in Capite Terras, vel Tenementa, ſeu Res alias, ſive fuerint merè Temporalia, ſive Temporalia Spiritualibus annexa, quibus Jus Patronatûs Beneficiorum hujuſmodi eſt annexum, dicta Temporalia, poſt mortem ſic Tenentis, capi debent & ſeiſiri in Manum Regis; &, ſi aliquod Beneficium, annexum dictis Temporalibus, poſt mortem Tenentis hujuſmodi, vacaverit, priuſquam dicta Temporalia fuerint per Curiam Regiam illi, qui ſuccedet dicto Mortuo, reſtituta, idem Rex ad hujuſmodi Beneficium Jure ſuo Regio præſentabit, ſeu illud conferet, ſicut feciſſet ille Mortuus, ſi vixiſſet.

Quæ omnia in dicto Regno notoriè ſunt pro Lege ſervata, ſcientibus, tollerantibus, & approbantibus Prælatis, & Proceribus, ac Communitatibus dicti Regni; quæ etiam, dictorum Progenitorum noſtrorum, Regum Angliæ dignè recolenda Prioritas, ſuis temporibus, magnificè defenſavit; & Nos, per Dei gratiam, id continuabimus ut debemus.

Undè, cùm vos deceat Jura ſingulorum illibata ſervare, ſi ſuper hiis incidat Quæſtio coram vobis, velitis dicta Jura noſtra debitè ponderare; nichil in præjudicium Curiæ noſtræ Regiæ, vel Jurium Regni noſtri, in hac parte, aliqualiter attemptantes.

Dat. apud Turrim London. viceſimo octavo die Julii.

De Poteſtate data Regi Scotiæ ad Arraiandum Homines ad Arma.

Ann. D. 1342. *An.* 16. *E.* 3. *Rot. Scot.* 16. *E.* 3. *m.* 9.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, Communitatibus Civitatum & Villarum, & omnibus aliis Fidelibus ſuis, ſingulorum Comitatuum ultra Trentam, tàm infra Libertates, quàm extra, Salutem.

Sciatis quòd,

De fidelitate & circumſpectione, dilecti Conſanguinei & fidelis noſtri, Magnifici Principis, Edwardi de Balliolo, Regis Scotiæ,

Quem Capitaneum & Ductorem totius Exercitûs noſtri (ad partes Scotiæ, pro Defenſione Regni noſtri Angliæ, & expugnatione & deſtructione Scotorum Hoſtium noſtrorum, profecturi) conſtituimus,

Pleniùs confidentes,

Aſſignavimus & Deputavimus ipſum Regem Scotiæ ad Arraiandum, & arraiari faciendum, omnes Homines ad arma, & alios

Nos hactenus novimus habuiſſe, necnon Magnum Locum quem idem Cardinalis in Curiâ Romanâ nobis tenuit, & indies tenet, *E.* 3. *Clauſ.* 16. *E.* 3.

Ac volentes proindè ipſum Cardinalem Favore proſequi gratioſo, *p.* 2. *m.*

Dedimus ei Reſpectum de omnibus Demandis & Denariis, quæ ab ipſo, ratione Nonæ, ſeu Lanarum, nobis ante hæc tempora conceſſarum, de Eccleſiaſticis Præbendis & aliis Beneficiis ſuis ſolvendarum, per ſummonitionem Scaccarii noſtri exiguntur, uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum proximò futurum: 30. *d.*

Et ideò tibi præcipimus, quòd ipſum Cardinalem Reſpectum illum habere permittas in formâ prædictâ, & Diſtrictionem, ſi quam ei eâ occaſione feceris, interim relaxes eidem.

Teſte Rege apud Turrim London. Quinto die Auguſti.

Per Concilium.

Preces Papæ Primarias audiri: Regem per ſimulatos Tractatus deludi; & Treugas per Adverſarium de Francia violari.

Ann. D. 1342. *An.* 16. *E.* 3. *Rom.* 16. *E.* 3. *m.* 2.

REverende Pater & Amice cariſſime,

Quia propter eminentem veſtri ſcientiam, & zelum rectè diſpoſitum, quem habere dicimini, miſſi jam eſtis, a Latere Domini ſummi Pontificis, cum poteſtate magnâ, pro Pace bonâ inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ reformandâ,

Veſtræ volumus patere notitiæ, quòd Nos, ut pacis Filius, Pacem cum eo ſemper habere deſideravimus, &, quantum decuit, Pacem ab eo quæſivimus, & quærere volumus in futurum.

Et licet, tàm ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ, & Nunciorum ejuſdem, quàm Mediatorum aliorum, diverſis Tractatibus, ſuper Pace & Treugis inter Nos ineundis, conſenſerimus, mittentes propter hoc pluriès Nuncios varios & ſolempnes, ac facientes facta noſtra, prout decuit, bonâ fide;

Ipſe tamen, per Tractatus hujuſmodi Nos diu protrahens ſub incerto, & Magnis Sumptibus nos exponens, finaliter nichil nobis facere voluit in effectum;

Set, pendentibus Dilationibus, ſeu Sufferentiis, ob reverentiam dictæ Sedis, * & aliorum, per Nos quandocunque conceſſis, Injurias Injuriis accumulans, & Dampna nobis irrogans irreparabilia, nos & noſtros niſus eſt ſubvertere juxta vires, ut ſic Hæreditatem noſtram præclaram, quam injuſtè detinet occupatam; poſſit, contra Phas & Licitum, juxta Libitum retinere. *V. 338.

Et noviſſimè (ut de aliis Dampnis & Deluſionibus taceamus) cùm nuper,

Præſentatis nobis per, venerabilem virum, Magiſtrum Willielmum de Norwico, Decanum Lincolnienſem, Sedis Apoſtolicæ Nuncium, tàm Literis Apoſtolicis, quàm venerandi Collegii Dominorum Cardinalium, preces & exhortationes ſacras continentibus, ut cum dicto Adverſario noſtro Treugas inire, & de Pace tractare curaremus,

Nos,

Volentes tantis precibus, cum fuerint primariæ, per Dominum ſummum Pontificem, poſt Aſſumptionem ſuam ad Apicem Dignitatis Apoſtolicæ, nobis factæ, applauſu benivolo conſentire,

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Johannem de Offord, Archidiaconum Elienſem, ad Alligatos noſtros tranſmiſimus, cum

 Po-

Digitized by Google

De Excercitu ad partes tranſmarinas jam tranſmiſſo, & de Paſſagio Regis ordinato.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 34. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſco Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Volentes pridem condeſcendere Precibus & Perſuaſionibus, ex parte, ſanctiſſimi Patris, Domini Clementis Papæ Sexti, per Literas & Nuncios nobis factis, de Pace, ſeu Treugis, cum Adverſario noſtro Franciæ ineundis: paratos nos optulimus ad Tractandum cum Deputandis per dictum Adverſarium de præmiſſis; & propter hoc Alligatis noſtris Literas & Nuncios tranſmiſimus ſpeciales:

Set dictus Adverſarius noſter, qui, violatis Treugis, priùs initis, Fideles noſtros deprædari fecerat, & interfici, Tractatum pacis declinavit, in noſtri & noſtrorum Subverſionem conjurans * pro viribus & conſpirans.

* V. 339.

Propter quod, deſiderantes tàm diſcriminoſis periculis, nobis, ac Regno noſtro Angliæ, & Eccleſiæ Anglicanæ (niſi Deus avertat) obviare, Magnum Exercitum Armatorum, ad reprimendum ipſius Adverſarii noſtri Malitiam, & pro Defenſione Regni noſtri & Eccleſiæ prædictorum neceſſaria, jam ad partes tranſmarinas tranſmiſimus: Nos etiam Paſſagium noſtrum verſus partes illas propter hoc ordinavimus, ſicut oportet, validum & feſtinum:

Et quia ſuper hiis & aliis, Nos, ac Statum, & Regimen dicti Regni, defenſionem & honorem dictæ Eccleſiæ, & utilitatem Reipublicæ, ſummè tangentibus, ut Communibus Periculis per Communia Conſilia obvietur, Auxilium & Aviſamentum veſtrum & Suffraganeorum veſtrorum, ac Cleri, veſtrarum Diœceſis & Provinciæ, habere volumus,

Ideò ſpecialiter vos rogamus, & in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, vobis injungimus & mandamus, quòd ad Sextum diem, poſt Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, dictos Suffraganeos veſtros, & Clerum, in Eccleſiâ Sancti Pauli Londoniæ, convocari faciatis, ita quòd vos & ipſi ſitis tunc ibidem ſuper præmiſſis, cum Deputandis per nos, ſi præſentes non fuerimus, tractaturi, & veſtrum Conſilium & Auxilium impenſuri, ulteriùſque facturi quod tunc ibidem contigerit ordinari; & hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, diligitis, nullatenùs omittatis.

Teſte Rege agud Turrim London. decimo quinto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Conſimile Breve dirigitur Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati. Vid. M. 14. de Dat. 30 die Sept.

Super Paſſagio Regis verſus partes Franciæ, & altero Exercitu ad partes Scotiæ tranſmittendo.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 28. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eadem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Terribilis in Judiciis, & inſcrutabilis in Conſiliis, Rex Cœleſtis, qui dignè flagellat Filios quos diligit, oſtendit plerumque peccanti Populo ſuo Dura, Peccantes propter Iniquitates ſuas humilians, ut, ſic ad ſe reverſi, quærant humilius nomen ejus.

Penſantes itaque quantis Guerrarum Incommodis & Adverſitatibus Nos & ſubjectus nobis Populus, peccatis noſtris, vel ipſius Populi, ſeu utriuſque forſitan exigentibus, fuimus, à longè retro tem-

[illegible]	[illegible]
Epiſcopo Sarum.	*Epiſcopo Bangor.*
Epiſcopo Coventr. & Lich.	*Epiſcopo Wynton.*
Epiſcopo Karliol.	*Epiſcopo Dunelm.*
Epiſcopo Landaven.	*Epiſcopo Hereford.*
Epiſcopo Ciceſtr.	*Epiſcopo London.*
Epiſcopo Bath. & Well.	*Epiſcopo Meneven.*
Epiſcopo Wigorn.	*Epiſcopo Aſſaven.*

Pro Nuncio qui venerat cum Literis de Creatione Papæ.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 19.

REX, univerſis & ſingulis Admirallis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, Dominis, Magiſtris & Marinariis Navium, ac aliis Fidelibus ſuis, necnon Amicis, & aliis, de benivolentia ſua exiſtentibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Petrus de Marcello nuper ad nos venerit, cum Literis & Novis placidis de creatione, ſanctiſſimi Patris, Domini Clementis Papæ Sexti, & jam ſit verſus dictum Dominum Summum Pontificem rediturus,

Nos (ob reverentiam dictæ Sedis) ſuſcepimus ipſum Petrum, Homines, Equos, Herneſia, & Theſaurum ſuum, quæcumque, in redeundo verſus dictum Dominum Summum Pontificem, tàm in Terrâ, quàm in Mari, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum;

Et ideò vos amicos rogamus, vobis Fidelibus noſtris firmiter inhibentes nè *&c. prout in ſimilibus de Protectione Literis.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Ledes, viceſimo nono die Auguſti.

Per Breve de privato Sigillo.

Pro Archiepiſcopo Eborum, de non moleſtando.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 30. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, Willielmus la Zouche, in Archiepiſcopum Eborum, ut dicitur, Conſecratus, qui, de Curiâ Romanâ veniens, infra Regnum noſtrum Angliæ, applicuit, ex certis cauſis, ſuper quibus ſecum ante Paſſagium noſtrum ad partes tranſmarinas tractare volumus, ad noſtram præſentiam ſit venturus,

Nos, volentes & ſecuritati ſuæ providere, & etiam periculoſæ Commotioni, quam inter Nobiles Regni noſtri, nobiſcum in dicto Paſſagio tranſituros, ex violentiâ ſeu injuriâ ſibi factâ, in diſpendioſam retardationem dicti Paſſagii, quod abſit, timetur poſſe veriſimiliter provenire, pro viribus obviare,

Vobis præcipimus quòd, per totam Civitatem prædictam, in locis ubi expedire videritis, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi faciatis, ne quis, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poterit, eidem Willielmo, aut Hominibus, ſeu Rebus quibuſcumque ſecum delatis, in veniendo ad nos, ibidem morando, & ad propria redeundo, inferat, ſeu, quantum in eo eſt, ab aliis inferri permittat Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Turbationem, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen; ſet ipſum Willielmum, cum Hominibus & Rebus ſuis quibuſcumque, ad nos, abſque violentia, debato, ſeu impedimento quocumque, liberè tranſire permittat.

Et, ſi aliquos contraria facientes inveneritis, tunc ipſos per Corpora

Digitized by Google

[illegible] quòd ipſi cum Inimicis noſtris de Scotia,
Scot. 16. ſuper Treugis & Sufferentiis Guerræ, inter Homines ejuſdem Inſulæ & præfatos Inimicos noſtros, per tempus rationabile duraturis,
E. 3. m. 7.
ineundis, tractare poſſint & concordare, quotiens hoc pro commodo & ſalvatione dictæ Inſulæ fore viderint faciendum.

Conceſſimus etiam & Licentiam dedimus præfatis Hominibus, & Communitati ejuſdem Inſulæ, quòd ipſi cum quibuſcumque Voluerint, tàm Inimicis noſtris, quàm aliis, Mercandiſare poſſint, ex cauſis ſupradictis, abſque Impedimento noſtri, vel Ballivorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum; Ita tamen quòd dictis Inimicis noſtris, de Armaturis aut Victualibus ſuis, Auxilium ſeu Succurſum non faciant ullo modo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Caſtry, viceſimo quarto die Septembris.

Per Breve de privato Sigillo.

Ad Ducem Januenſem, de non adhærendo Inimicis Regis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 25. d.

REX, Illuſtri Simoni Buccanigri Duci Januenſium, Populi Defenſori, ac ſuo, & Communitatis Civitatis Januenſis, Conſilio, Salutem.

Penſantes Amoris Inſignia, quæ inter Progenitores noſtros & homines Civitatis Januenſis vigebant antiquitùs, & deſiderantes ut noſtris temporibus gratum reciperent Incrementum, vobis pluries Scripſiſſe meminimus ſuper Tractatu Amicitiæ Perpetuæ, vobiſcum ad commodum mutuum ineundæ, volentes homines ipſius Civitatis, infra Poteſtatem noſtram, Libertatibus & Immunitatibus prærogare.

Et, quia pridem Sex Galeæ Mercatorum dictæ Civitatis per Subditos noſtros deprædatæ dicebantur, ac per alios Januenſes nobis & noſtris Dampna gravia ſunt illata, vellemus libenter quòd attemptata ſingula hinc & indè forent amicabiliter reformata,

Et propter hoc, dilectum Mercatorem noſtrum & Concivem veſtrum, Franciſcum Dizacorne ad vos tranſmittimus, ad exponendum vobis facta nobis per Veſtrates gravamina,

Et ad audiendum prætenſa, per partem veſtram, Veſtratibus per noſtrates illata diſpendia,

Necnon ad Tractandum ſuper amicabili Reformatione Attemptatorum hujuſmodi, & ſuper Ligâ perpetuâ, inter Nos & dictam Civitatem ineunda,

Et ad referendum nobis ea quæ facere poterit in hac parte, ut ea, quæ ſic Tractata fuerint, quatenus ad nos attinet, firmemus & teneri inviolabiliter faciamus.

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus, quatenus, præfatum Fran-
* V. 342. ciſcum, in * expoſitione & proſecutione præmiſſorum, recommendatum habentes, ſecum ſuper hiis tractare velitis, & nobis per eum veſtra remittere Beneplacita voluntatis;

Cohibentes (ſi placet) optentu Juſtitiæ Diſtrictuales veſtros, nè contra nos Adverſario noſtro Franciæ adhæreant vel ſuccurrant; & ſperamus (per Dei gratiam) quòd, in hoc Caſu Communi, noſtrum & eorum proſequi poteritis intereſſe.

Dat. apud Caſtry, 20 die Octobris.

tis Animum habere Pacificum & ſubditum Rationi, quòd per Nos non ſtabit quin, per Veſtram Mediationem, ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ, Pax, ſeu Concordia, bona fiat.

Et, rebus, ut nunc, ſe habentibus, non videmus quòd Adventus veſter in Angliam foret in aliquo fructuoſus; immò plus obeſſet Pacis Negotio, quàm prodeſſet.

Moram autem dicti Fratris Galfridi, cùm per eum non ſteterit, habere velitis petimus excuſatam.

Dat. apud Caſtry, Primo die Octobris.

Super Magno Sigillo, & de Paſſagio Regis.

MEMORANDUM, *quòd Robertus Parnyng, Cancellarius Domini Regis, die Veneris, videlicet, quarto die Octobris, anno præſenti, venit ad Regem in quadam Navi, vocatâ la George, in portu Sandwici, ipſo Rege tunc ſuper Paſſagio ſuo verſus partes Tranſmarinas exiſtente, & ibidem,* Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 23.

In præſentiâ Henrici de Lancaſtria, Comitis Derbiæ,
Willielmi de Cuſantia Theſaurarii ipſius Regis,
Willielmi Truſſell Senioris,
* Magiſtri Johannis de Thoresby, Cuſtodis Rotulorum Cancellariæ ipſius Domini Regis, * V. 343.
Et Michaelis de Ponynges,

Liberavit eidem Domino Regi Magnum Sigillum ſuum, quod idem Cancellarius habuit in cuſtodiâ ſuâ, in quadam Burſâ ſub Sigillo ſuo incluſum:

Et idem Rex, recepto eodem Sigillo, tradidit illud Sigillum Magiſtro Johanni de Offord, Cuſtodi Privati Sigilli ſui, cuſtodiendum; & quoddam aliud Magnum Sigillum, pro Regimine Regni Angliæ, ipſo Rege extra idem Regnum exiſtente, ordinatum, præfato Cancellario, in quadam Burſâ aliâ, Privato Sigillo conſignatâ, incluſum, pro Regimine dicti Regni, in abſentiâ ipſius Regis, utendum & cuſtodiendum liberavit:

Quod quidem Sigillum idem Cancellarius, in præſentiâ Dominorum prædictorum, a dicto Domino Rege recepit, & apud Dertford, tranſeundo verſus Londoniam, die Dominicâ proximò ſequenti, idem Sigillum aperiri, & quandam Commiſſionem, de Navibus areſtandis, pro Comite Warwyk, conſignari fecit.

De Cuſtode Angliæ, abſente Rege, Conſtituto.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro Salvatione & Defenſione Regni noſtri Angliæ, ac Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, ſimus ad partes Tranſmarinas, in proximo, perſonaliter profecturi, Ann. D. 1342. An. 16. E. 3.

Et inſideat intimè nobis cordi, quòd Pax noſtra, præſertim dùm ſic abſentes fuerimus, inviolabiliter obſervetur, & quòd agenda dicti regni proindè dirigantur, & Singulis Juſtitiæ Debitum impendatur, Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 6.

Nos,

De

Digitized by Google

runt celebratæ, & Perſonæ electæ per Literas dictorum Capitulorum Nobis, vel ſibi, noſtro nomine, præſentatæ, Aſſenſum & Favorem Regium Electioni, factæ de minoribus Prælatis, niſi rationabilis cauſa ſubfuerit quare dictis Electionibus hujuſmodi Aſſenſum denegare debeat, Adhibendi, & ulterius pro confirmatione Electorum, quibus ſic perhibetur Aſſenſus, illis, ad quos pertinet, more ſolito Tranſcribendi,

* V.344. * Et, cùm Electi, vel Electæ, hujuſmodi confirmari fuerint, Fidelitates in hac parte debitas Recipiendi,

Ac Temporalia Eccleſiarum illarum dictis Electis Reſtituendi;

Ita quòd idem Cuſtos Aſſenſum Regium Electionibus, factis de Majoribus Prælatis, non adhibeat, nec Fidelitatem ab eis recipiat, nec Temporalia Eccleſiarum illarum, ad quarum regimen eliguntur ſeu poſtulantur, liberet ſeu reſtituat, quouſque Nos ſuper hoc duxerit conſulendum, Vel aliud a nobis indè habuerit in mandatis.

Quaſcumque etiam Fidelitates, pro quibuſcumque Terris, Tenementis, ſeu Hæreditatibus, nobis debitas, Recipiendi, ac Terras, Tenementa, & Hæreditates, hujuſmodi illis, ad quos pertinent, prout juſtum fuerit, Liberandi & Reſtituendi;

Homagiis nobis, pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus, debitis, reſervatis, quæ uſque ad Reditum noſtrum in Angliam Volumus per dictum Cuſtodem reſpectuari.

Necnon ad omnes Eccleſias, ad noſtram Donationem, ſeu quamcumque Diſpoſitionem noſtram, ſpectantes, Taxam Viginti Marcarum excedentes, cùm vacaverint, Præſentandi;

Reſervantes nobis Præſentationes, Donationes, & Collationes, omnium aliarum Eccleſiarum, Dignitatum, Præbendarum, Decanatuum, Liberarum Capellarum, Hoſpitalium, & omnium aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ad Præſentationem, Donationem, ſeu Collationem, noſtram Spectantium, cum vacaverint; Eccleſiis Taxationis Viginti Marcarum & infra, ad quas Cancellarius noſter præſentet, prout hactenus eſt fieri conſuetum, dumtaxat Exceptis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Sandwicum, quinto die Octobris.

Per ipſum Regem.

Pro Roberto de Artoys, ad partes Britanniæ profecto.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 3. m. 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper conceſſerimus, dilecto & fideli noſtro, Roberto de Artoys Octingentas Libras, percipiendas Annis ſingulis ſub certâ formâ, videlicet,

Mille Marcas de Priore de Okeburn,

Centum & quinquaginta Marcas de Priore Sancti Andreæ Northamptoniæ,

Et quinquaginta Marcas de Priore de Aveburi,

Ad terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales portiones, prout in litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos,

Pro eo quòd idem Robertus, in Obſequium noſtrum, ad partes Britanniæ potenter eſt profectus, & ibidem moratur Sumptubus Oneroſis,

Pro cujus quidem diſpoſitione Progreſſus ſui, penes quamplures Creditores debitis magnis eſt multipliciter involutus,

Volumus & concedimus quòd idem Robertus habeat, & percipiat Quadringentas Libras, de dictis Octingentis Libris, pro terminis Denariorum, ad opus noſtrum faciendis, ac de Impignoratione Magnæ Coronæ noſtræ, & aliorum Jocalium noſtrorum, ibidem factâ, de noſtro Præcepto, ſe immiſcuit,

E. 3. Pat. 16. E. 3. p. 2. m. 4.

Quia tamen dicta Jocalia, aut Denarii, de Chevanciis illis provenientes, penes præfatum Bartholomæum nunquam remanſerunt, ſicut per Teſtimonium Miniſtrorum noſtrorum, qui de Negotiis illis ſe intromiſerunt, ſumus pleniùs informati,

Nos (volentes eo prætextu cum dicto Bartholomæo gratioſè agere) volumus & concedimus quòd idem Bartholomæus, tàm de Jocalibus prædictis, ſic Impignoratis, quàm de Denariis, de Chevanciis prædictis provenientibus, penes nos tenore præſentium, exoneratus ſit & quietus, cæterique, qui Jocalia & Denarios prædicta ad opus noſtrum receperunt, indè, prout juſtum fuerit, onerentur.

In cujus, &c.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Kenyngton, duodecimo die Octobris.

Per Breve de privato Sigillo.

ET mandatum eſt Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, quòd ipſum Bartholomæum, tàm de Jocalibus prædictis, ſic impignoratis, quàm de Denariis, de Chevanciis prædictis provenientibus, exonerari, & quietum eſſe facient, juxta tenorem Litterarum Regis prædictarum.

Teſte ut ſupra.

Per idem Breve.

Litera ad Hoſpitalarios.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Claus. 16. E 3. p. 2. m. 17. d.

REX, Viris providis & diſcretis, Fratribus, Berengario Deuerofe, Priori de Barlet, & Gerardo de Monte Acuto, Mareſcallo Conventûs de Rhodes, Viſitatoribus Generalibus Hoſpitalis Sancti Jeruſalem circa Mare Græcum, Salutem.

Licet præſentiâ, dilecti nobis in Chriſto, Fratris Philippi de Thame, Prioris ipſius Hoſpitalis in Anglia, ibidem, hiis turbationis temporibus, præſertim cùm de ipſius expertâ fidelitate & circumſpectione providâ intimè confidamus, carere commodè nequemus,

Ad importunam tamen ipſius Inſtantiam, & Supplicationem votivam quorumdam Prælatorum & aliorum Fidelium noſtrorum, ſuper hoc nobis factam, & ne per Superiores ſuos poſſit ſuper Inobedientiâ impetiri,

Licentiam ſibi conceſſimus, extra Regnum noſtrum Angliæ, ad vos, juxta mandata, ſuper hoc ſibi directa, ut dicitur, tranſeundi; ita tamen quòd citra certum diem, ſub incumbenti periculo, redeat, ad defenſionem & directionem ejuſdem Regni Conſilium & Auxilium, prout requirit temporis qualitas, impenſurus.

Nam, cùm dictum Hoſpitale, infra dictum Regnum, in Cenſu Temporalitatis exuberet, volumus ut, dùm dictum Regnum, per Guerrarum amfractus colliditur, talis ſit Prior ibidem, de quo confidimus, & quòd ipſe, dùm in remotis agimus, a dicto Regno ſe diù non abſentet.

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus quatenùs, dictum Priorem habentes, conſideratione noſtri, ſpecialiùs commendatum, ipſum remittere velitis cum honore celeriter & feliciter expeditum; oſtendentes, in Recommendato, quem ad Recommendantem geritis ſinceritatis affectum, & vobis & veſtris Gratam * propter hoc facere volumus Repenſivam. * V.346.

Et, quia per quoſdam veritatis æmulos, prædicatur, ut dicitur, dictum Priorem impedimentum Paſſagii ſui aliàs procuraſſe, & propter hoc magnam nobis dediſſe pecuniæ quantitatem, ſciat veſtra

Digitized by Google

la date; ceſtaſſavoir,

Au Conte de Garenne,
Au Conte d'Anegos,
Au Monſieur Johan de Moubray Seigneur del Iſle de Axibolme,
A Monſieur William de Roos de Hamelak,
A Monſieur Roger de Gray,
A Monſieur Henr. de Gray,
A Monſieur Rauf Baſſet de Drayton,
A Monſieur Adam de Well.
A Monſieur Johan de Wylughby,
A Monſieur Johan de Cherleton,
A Monſieur William la Zouſche Harygworth,
A Monſieur Henr. de Ferers,
A Monſieur Piers de Mountford,
A Monſieur Thomas de Haſtang,
A Monſieur Hen. Huſe,
A Monſieur Johan de Cobham,
A Monſieur Thomas de Brewes,
A Monſieur Johan Kyriel,
A Monſieur Johan de Segrave.

De Pecunia mutuanda, pro Expenſis Regis in præſenti Progreſſis ſuo.

Ann. D. 1342. *An.* 16. *E.* 3. *Ibid.* • V. 347.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, A. eâdem gratiâ, Epiſcopo Wyntonienſi, Salutem.

Quia, pro defenſione Regni noſtri Angliæ, & Jurium noſtrorum recuperatione, jam in partibus applicuimus Britanniæ, ubi, favente Domino, felicis Expeditionis nobis arridet ſpes propinqua, * & ſolus nobis ſupereſt Pecuniæ jam defectus,

Specialius, quo poſſumus, vos rogamus quatenus Ducentas Libras nobis, in Suventionem Expenſarum, nobis in præſenti Progreſſu noſtro imminentium, mutuare velitis;

Quas de primis Denariis, levandis de Decimâ Annuali, per vos & alios Prælatos Provinciæ Cantuarienſis, veſtri gratiâ, gratanter conceſsâ, volumus integraliter vobis ſolvi,

Sicut, Dilectus Clericus noſter, Johannes Cory, Lator præſentium (quem ad vos mittimus ex hac causâ) vobis oſtenuet plenius viva voce:

Cui ſuper hoc credere, & petitis per eum in hac parte, velitis, petimus, condeſcendere gratioſe, & nobis ſuper hoc citò remittere veſtra beneplacita per eundem.

Teſte Edwardo Duce Cornubiæ & Comite Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Kenyngton, decimo ſexto die Novembris.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis: videlicet,

Abbati de Rameſeye de 200 Marcis,
Abbati de Burgo Sancti Petri de 100 L.
Abbati de Croyland de 40 L.
Abbati de Thorney de 100 Marc.
} *quibus Thomas de Sybthorp* } *mittitur.*

Tom. II. P. IV.

Epiſcopo Covent. & Lich. de 100 L.
Capitulo Lich. de 100 L.
Abbati Ceſtr. de 100 L.
Priori de Covent. de 100 Marc.
} *quibus Robertus de Watford*

• V. 348.

* *Abbati de Oſeneye de 40 L.*
Abbati de Redyng de 200 L.
Abbati de Eyneſham de 100 Marc.
Abbati de Abyndon de 100 L.
} *quibus Henr. de Greyſtok*

Magiſtro Hugoni de Walmesford de 100 L.
Capitulo Lincoln. de 100 L.
Abbati de Thornton. de 100 Marc.
} *quibus Nicholaus de Bokeland*

Abbati de Eveſham de 200 L.
Abbati de Glouceſtr. de 100 L.
Epiſcopo Wigorn. de 100 Marc.
Priori & Convent. Wygorn. de 100 L.
Abbati de Perſhore de 40 L.
Abbati de Tukesbury de 40 L.
Abbati de Cirenceſt. de 100 Mar.
Epiſcopo Hereford de 200 L.
Capitulo Hereford de 200 L.
} *quibus Will. de Newenham*

Epiſcopo London. de 100 L.
Decano & Capitulo Sancti Pauli London de 100 L.
Abbati & Convent. Weſtm. de 100 L.
Magiſtro Bernardo de Cyceſtr. de 200 L.
Abbati de Waltham de 100 Marc.
Epiſcopo Menevn. de 100 L.
} *quibus Henr. de Greyſtoke.*

Pro Philippa Regina, ſuper Cuſtodia Comitatus Richmundiæ, Johanni de Gandavo conceſſi.

REX omnibus, ad quos &c. Salutem. — Ann. D. 1342. *An.* 16. *E.* 3. *Pat.* 16. *E.* 3. *p.* 3. *m.* 28.

Dùm veriſimilia, tam Decoris corporalis, quàm Moralis, Præſagia, quæ in Johanne de Gandavo, filio noſtro cariſſimo, claris relucent Hauſpiciis, læto corde conſpicimus, & Tronum noſtrum Regium, & ſubditum nobis Populum, per Propagationem Sobolis de Thoro Regio prodeuntis, firmatum, advertimus fortius & armatum, gaudemus in Domino, qui nos & Domum noſtram Regiam viſitavit ſic ex alto,

Et, cùm Manus Regia ſe libenter exhibeat Perſonis non conjunctis munifice liberalem, quanto magis Filium noſtrum proprium attollere non convenit Donis Munificentiæ potioris.

S

Volen-

Digitized by Google

[illegible]
rarum & Tenementorum, Bonorum, Rerum, & Poſſeſſionum, ſuorum, quàm de ipſius Comitis, ac Leonis, & Edmundi, Fratrum ſuorum, necnon Iſabellæ & Johannæ, Sororum ſuarum, ſuſtentatione providere, ut tenemur,

Volumus, & de deliberato Conſilio noſtro ordinavimus, ac, tenore præſentium, concedimus quòd Philippa Regina Angliæ, Conſors noſtra cariſſima, Mater prædictorum, Comitis, Leonis, Edmundi, Iſabellæ & Johannæ, habeat & teneat Cuſtodiam eorumdem, Comitis, Leonis, Edmundi, Iſabellæ & Johannæ, & Cuſtodiam Comitatûs prædicti, necnon Caſtrorum, Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum, ac omnium aliorum Locorum, ad eundem Comitatum pertinentium, unà cum Feodis, Advocationibus, Libertatibus, & Prærogativis prædictis, quouſque præfatus Comes ad talem ætatem pervenerit, quod ſe ipſum, ac Terras, Tenementa, Bona, Res, & Poſſeſſiones, ſua regere poterit & gubernare, vel aliud indè duxerimus ordinandum, in Subventionem Suſtentationis præfati Comitis, ac aliorum Liberorum noſtrorum prædictorum,

Et quòd ipſa Conſors noſtra omnes Exitus, Emolumenta, & alia Proficua, de dictis, Comitatu, Caſtris, & Maneriis, Terris, & Tenementis, ac omnibus aliis Locis, Feodis, Libertatibus, & Prærogativis prædictis, qualitercumque provenientia, per ſe & Miniſtros ſuos interim percipiat & habeat; & ad Eccleſias, ac alia Beneficia, ad Præſentationem ſeu Collationem præfati Comitis, ratione Comitatûs Caſtrorum, Manerriorum, Terrarum, Tenementorum, & aliorum Locorum prædictorum, ſpectantia, nomine ejuſdem Comitis, præſentet durante Cuſtodiâ ſupradictâ.

Damus autem, noſtro & prædicti Comitis nomine, præfatæ Conſorti noſtræ plenam, tenore præſentium, Poteſtatem, tàm Ballivos & alios Miniſtros, quoſcumque in Comitatu, ac Terris & Locis prædictis, in Officiis hujuſmodi conſtituere, quàm Miniſtros & alios Servientes prædictorum, Comitis, Leonis, Edmundi, Iſabellæ & Johannæ, in Hoſpitio ſuo, pro voluntate ejuſdem Conſortis noſtræ, amovere, & alios loco ipſorum ſic amovendorum aſſignare & deputare, quotiens opus fuerit, & ſibi videbitur expedire, durante Cuſtodiâ ſupradictâ.

In cujus, &c.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Kenyngton, viceſimo die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Roberto de Artoys (ut dicitur) defuncto.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16 E. 3. p. 2. m. 21.

REX, Collectoribus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pellium Lanutarum, in Portu Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd Henrico Galeys, Attornato Roberti de Artoys defuncti, ut dicitur, undecim Saccos & unum Quartronum Lanæ, de illis Centum Quinquaginta & octo Saccis Lanæ, quos eidem Roberto pro Vadiis ſuis, & quorumdam Hominum ad Arma, & Sagittariorum, ſecum ad partes Britanniæ in Obſequium noſtrum profectorum, in Portu prædicto carcari, & ad partes Tranſmarinas, ſoluta Dimidiâ Marcâ pro quolibet dictorum undecim Saccorum, & pro dicto Quartrono, juxta ratam Dimidiæ Marcæ de Sacco, abſque ſecuritate, de plata Argenti, de quolibet Saccorum eorumdem, juxta ordinationem, indè factam in Angliâ, reportandorum, duci permittatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Kenyngton, viceſimo die Novembris.

Litera Flandrenſium, in pleno Parliamento, Gandavi, ſuper Fidelitate ſua, ad Edwardum Franciæ & Angliæ Regem, ipſorum Dominum ſuperiorem.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 6. d.

A Treſhonure home, Nobil & diſcrete, en tout bienz pourveu, noſtre treſchere & trez ame Monſeur Willame Truſſell, Conſeiller le Roy no Seigneur, li veſtre Borghmeeſter Advoez Eſcheuin Capitaluz Gouverneurz Conzuls & Communautes de troie bones Villes de Flandre, Gand, Bruges & Ipre, Salutz, avec toutes honoures & reverence & eiyo appareillez a touz voz pleſiers..

Treſcheres & Treſames Sires, come nove Recheumes les Letres de Creance, que vous portaſtez depar, Treſexcellent & Treſpoiſant Prince, noſtre Treſchere & Treſredoute Seign. Souverain, Monſ. Ed. par la grace de Dieu, Roy de France & d'Engleterre, & Seigneur d'Irland.

Ei bien oy & entendu le Creance, que vous nous par bouche monſtraſtes de par no dit Seigneur le Roy, en la Ville de Danz, quant darreinement en ycelle fuimes aſſamblez, ſur le quelle creance vous deſiraſtes a avoir noſtre reſponſe.

Si eſt, treſcheres Sirs, que ſur ceo eu conſeil, & avys, & meure deliberation, aveuc les bones gentz communaument des autres Villes, & commun pays de Flandre, vous ſignifyons que nous ſumes acord aveuc le dit Pays de Flandres tout entierment, de tenir & accomplir, a toutz jours mais les Alliances faites entre noſtre dit Seigneur le Roy & ſes Aydans d'une part, & le dit Pays de Flandres d'autre; & ſur ceo avoms renoveleit no ſerement, & faire renoveller par tutes Villes & Chaſtelleries de Flandres, par le conſent & l'ottroy de noſtre Treſchere & Treſredoubte Prince & Seigneur, ſans moyen, le Counte de Flandres, ainſi que bien poes ſavoir,

Et que james ni trouvera en nous le contraire, ains feroms vers no dit Seigneur le Roi, come boins & loials Subgitz faire deveroient, en toutz cas, vers lour bon & Droiturier Seigneur Souverain; & ceo poes vous bien conſiderer, puis que vous avez veu que les boins Gentz * de Flandres furent ſi eſmeus, quant darnierement fumes au Dam, pour aucunes novelletez, que furent attemptez ou contraires des dites Alliances. * V. 354.

Et pour ceo que ſur toutes choſes deſiroms a ſavoir le bon eſtat de noſtre dit Seigneur le Roi, ſi eſt come nous vous prioms & requeroms affectueuſement, & de cuer entier, que au plus brief, que vous poez, ne ne veulliez laiſſer a ſavoir ſon eſtat.

Treſcherez Sires, recommande nous au Roi noſtre Seigneur deſſuſdit; li ſains eſpiris vous veulle garder en Corps & en Ame.

Don. a Gand, ou plein Parlement des Trois boines Villes, & Commun Pays de Flandres, deſous le Seal de la dite Ville de Gand, en abſence des autres Seels de Bruges & d'Ipre, le Vigile St. Andreu.

Super Retinentia, & ſuper Chevanciis.

Ann. D. 1342. An. 16. E. 3. Clauſ. 16. E. 3. p. 2. m. 10.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Willielmo de Northwell, nuper Cuſtodi Garderobæ ſuæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd, Computato cum, Dilecto & Fideli noſtro, Bartholomæo de Burgherſſh,

Nuper per Nos & Concilium noſtrum ordinato ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum, tàm cum Imperatore, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, & aliis Magnatibus,

Ad

Digitized by Google

[illegible], ac totiùs Chriſtianitatis non ſolùm utilitatem, ſed evidentem neceſſitatem,

Præſertim cum Hoſtes Catholicæ Fidei, Perſecutores & Blaſphemi nominis Chriſtiani, ex tuis & ejuſdem Regis Guerris contemplantes Chriſtianitatem turbatam, ad extinguendum Fidem ipſam, & Profeſſores ipſius Chriſticolas, de Tranſmarinis & aliis diverſis partibus, totaliter extirpandos, audacius & præſumptuoſiùs ſe nimis crudeliter diſpoſuerit, & diſponant,

Eadem Reformatio ferventiùs inſidet cordi noſtro, adhuc Exhor-
* V. 352. tationes * & Preces hujuſmodi affectuoſiùs iteramus,

Tuam Magnificentiam Regiam exhortantes, monentes attentiùs & rogantes, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri obnixiùs obſecrantes, quatinus, quot & quanta Mala irreparabilia ex prædictis Guerris, quibus Deus Pacis graviter offenditur, provenerint hactenus, & proveniant inceſſanter, ac quot & quanta Bona, Deo placabilia, & accepta, ex Concordiâ mutuâ (ſi daret eam Dominus) ſuccederent, cogitans intra præcordia Regia & recogitans diligenter, ad viam Pacis hujuſmodi, &, propter eam melius aſſequendam, Treugas, uſque ad longi temporis ſpatium incundas, tanquam Rex pacificus & benivolus, te coaptans; præfatorum Cardinalium (qui, ſicut tenemus indubiè, tui ſunt Honoris & Commodi zelatores) Monitis, Exhortationibus, & Perſuaſionibus in hac parte ſalubribus effectualiter acquieſcas.

Nobis ſuper hiis tuæ voluntatis & intentionis propoſitum (quæſumus) reſcripturus.

Dat. Avinion. ſecundo Id. Decembris, Pontificatûs noſtri Anno Primo.

Pro Hominibus ad Arma & Sagittariis, de feſtinando ad Regem.

Ann. D. 1342. *An.* 16. *E.* 3. *Fran.* 16. *E.* 3. *m.* 11.

LE Roi a, noſtre chier & foial, Monſieur Johan de Gareyne, Conte de Surrei, Salutz.

Por ce que nous eſperons (oue l'eide de Dieu) de faire bon, honourable, & final Eſploit, ſur noſtre Guerre de France, ſi nous ſoions bien Afforciez de noz Gentz propres d'Engleterre,

Et ſur ce mandaſmes nos Lettres eſpeciales, ſouz noſtre grant Seal, a vous, & autres Grantz, demorantz en noſtre dit Roialme d'Engleterre, de venir a nous Afforciement & haſtiement, od Gentz d'Armes & Archers,

Et vous mandaſmes auxi, par Brief du dit Seal, d'eſtre a Londres, lendemayn de Seint Lucie d'arrein paſſe, pur avoir veſtre Conſeil & Aviſement ſur ceſtes choſes, & autres tocheantes nous & l'eſtat de noz buſoignes,

Au queu jour & lieu les Contes d'Arundell & de Huntyngdon, & autres Grantz, granterent bonement (lour mercis) de venir a nous molt Afforciement,

Et ſi eſt acorde que le Paſſage ſe face, le primer jour de Marz, preſchein a venir, a Porteſmuth,

Si vous prions eſpecialment, en l'amur que vous nous deuez, que, conſidereez noſtre neceſſite & l'Onur & Profit q'en avendra (od l'eide de Dieu) nous volez envoier au dit Paſſage Quarante Hommes d'Armes, & Cent Archers, bons & bien Apparaillez,

Et, ſi vous viegnez en propre Parſone, ſi en ſerrions molt plus leez,

mes 20 Archers.

A Monſ. Johan de Grey de Retherfeld pur 20 Hommes d'Armes 20 Archers.

A Monſ. Thomas de Grey pur 6 Hommes d'Armes 6 Archers.

De Wallenſibus ad Lanceas, ad partes Britanniæ, in fulcimentum Excercitus Regis, parandis & ducendis.

Ann. D. 1343. *An.* 16. *E.* 3. *Franc.* 16. *E.* 3. *m.* 12. *dor.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Ricardo Comiti Arundellæ, Juſticiario ſuo Northwalliæ, vel ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm nuper vobis mandaverimus, quòd ccccxcviii Homines Wallenſes ad Lanceas, in Dominio & Terris noſtris, Northwalliæ (videlicet ccxlix in Comitatu de Kaernervan,

Clxvi in Comitatu de Angleſeye,

Et lxxxiii in Comitatu Merionyth,

Et quod vos (præfate Comes) in Terris & Dominiis veſtris de Clone, Chirk & Oſwaldeſtre, ccxlix Homines Wallenſes ad Lanceas,

De melioribus & fortioribus Hominibus Wallenſibus Comitatuum prædictorum, tàm infra Libertates, quàm extra, eligeretis & arraiaretis, & eos Lanceis & aliis Armis competentibus muniri, & de unâ Sectâ veſtiri, & uſque Portum, quem vobis duxerimus certificandum, ad Cuſtus Comitatuum eorundem duci faceretis,

Ita quòd dicti ccccxcviii Wallenſes, benè arraiati & muniti, ſint ibidem, primo die Martii, proximò futuro, ad ultimum, parati ad veniendum ad nos in Britanniam, ad Vadia noſtra,

Ut ipſi, ibidem applicati, abinde in Comitivâ veſtrâ (Præfate Comes) &, Dilecti & Fidelis noſtri, Willielmi Comitis Huntingdoniæ, & aliorum Fidelium noſtrorum, qui ad nos venturi eſtis, ad nos valeant proficiſci, nobiſcum in Fulcimentum Excercitûs noſtri moraturi,

Mandaverimus etiam, Dilectis & Fidelibus noſtris, Johanni de Warenna Comiti Surriæ, quòd ipſe cccxxxii in Dominio & Terris ſuis de Brumfeld, Yale, Maylork, & Kymeryk,

Johanni de Cherleton quòd ipſe ccccxv in Dominio & Terris ſuis de Powys,

Rogero de Grey quòd ipſe clxvi in Dominio & Terris ſuis de Differencloit,

Rogero de Mortuomari de Wygemore quòd ipſe lxxxiii in Dominio & Terris ſuis de Wygemor,

Epiſcopo Herefordiæ quòd ipſe xl de Dominio & Terris ſuis de Biſhopes Caſtel,

Willielmo de Monte Acuto Comiti Sarum quòd ipſe in Dominio & Terris ſuis de Dynbe[illegible]h ccxix Homines Wallenſes ad Lanceas,

Et Edwardo Duci Cornubiæ & Comiti Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, quòd ipſe cccxxxii in Comitatu Ceſtriæ, ac Dominio & Terris ſuis de Dengleſeld, Hoop, Marlorieſſeneк & Morhaut, & ccvi, tàm Sagittarios, quàm Homines ad Lanceas, in Comitatu de Flynt & Rothelan, in Northwallia,

Ac Gilberto Talbot, Juſticiario noſtro Suthwalliæ, vel ejus Locum tenenti, quòd ipſe Dccclxvii Homines Wallenſes, tàm Sagittarios, quàm ad Lanceas, in Dominio & Terris noſtris Suthwalliæ, videlicet,

Digitized by Google

ſupradictis, ut ipſi, cùm ibidem applicati fuerint, vobis obviare, & in Comitivâ veſtrâ ulteriùs ad nos venire poſſint, prout per vos ordinari contigerit in hac parte,

Vobis mandamus, quòd certos dies & loca præfatis Dominis, pro prædictis Wallenſibus, coram vobis venire faciendis, præfigatis, & de dictis quinque Milibus cxxxii Wallenſibus, cùm coram vobis ſic venerint, III M. Wallenſium de Sagittariis & ad Lanceas, de Melioribus, Fortioribus & Validioribus Hominibus Wallenſibus prædictis, eligi, triari, & arraiari, & ipſos Lanceis, Arcubus & Sagittis & aliis Armis competentibus benè munitos, ad Portum prædictum per vos ſic faciendos duci, & idoneos Ductores, pro ductione eorumdem ad nos, aſſignari & deputari faciatis, ita quòd ſint ibidem, dicto primo die Martii, ad ultimum, vel citra, ſi expedire videritis, ad nos, ad Vadia noſtra, transfretaturi, ſicut prædictum eſt.

Mandavimus enim Camerariis noſtris Northwalliæ & Suthwalliæ, quòd ipſi (videlicet) dictus Camerarius Northwalliæ, Hominibus Wallenſibus, quos in eâdem Terrâ Northwalliæ, & dictus Camerarius Suthwalliæ, Hominibus Wallenſibus, quos in eâdem Terrâ Suthwalliæ, per vos de dictis III M. Wallenſibus eligi & triari contigerit, Vadia ſua rationabilia, a tempore quo a partibus ſuis moverint, & ad dictum Portum venerint, & exinde ad nos, necnon Expenſas pro Magiſtris & Marinariis Navium, pro Paſſagio dictorum Wallenſium ordinatarum, ſolvant de Exitibus Camerarum prædictarum.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, & Expeditionem noſtram, diligitis, modis omnibus faciatis.

Teſte præfato Cuſtode apud Wynton. tertio die Januarii.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Ibid. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Johanni de Warenna Comiti Surriæ, Domino de Bromfeld, Yale, Maylork, & Kymeryk, vel ejus Locum tenenti, aut Seneſcallo, ſeu Ballivis ſuis ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd illos cccxxxii Homines Wallenſes ad Lanceas, quos in Dominio & Terris veſtris (præfate Comes) per vos jam de Novo, pro Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, eligi, triari, & arraiari, & ipſos Lanceis, Arcubus & Sagittis, & aliis Armis competentibus muniri, & de unâ Sectâ veſtiri, & ad partes Britanniæ, a certo Portu, quem vobis duxerimus certificandum, duci mandavimus, ad obviandum ibidem, dilectis & fidelibus noſtris, Richardo Comiti Arundellæ, & Willielmo de Clynton Comiti Huntingdoniæ, qui ad nos, cum magnâ armatorum Sagittariorum & Wallenſium Potentiâ, intra breve ſunt venturi, coram præfato Comite Arundellæ, ad certos dies & loca, ad hoc per ipſum ſtatuenda, venire faciatis, per ipſum Comitem Arundellæ, vel Deputandos ab eo, uſque ad Portum in partibus illis, ubi Paſſagium eorumdem Wallenſium ad nos ad partes prædictas competentiùs, juxta Ordinationem ipſius Comitis Arundellæ fieri poterit ducendos,

* V.355. * ad transfretandum abinde ad partes ſupradictas, ut ipſi, cum ibidem applicati fuerint, præfatis Comitibus obviare, & in Comitivâ ſuâ ulterius ad nos venire poſſint, prout per ipſum Comitem Arundellæ ordinari contigerit in hac parte.

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Expeditionem noſtram diligitis, modis omnibus faciatis; ita quòd Paſſagium ipſorum Comitum, quod apud Portelmuth, primo die Martii, proximò futuro, ad ultimum, ordinavimus, pro defectu eorumdem Wallenſium nullatenus impediatur ſeu prorogetur.

Teſte præfato Cuſtode apud Wynton. tertio die Januarii.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium,

Henrico de Lancaſtria Comiti Derbiæ, Domino de Kedewelly, Karne, Wathelan, & Iskynyn, de cxxiii Wallenſibus in Dominio & Terris ſuis de Kedewally, Karnewathelan & Iskynyn.

Johanni de Moubray Domino de Gower, de cxxiii. Wallenſibus; de Dominio & Terris ſuis de Gower.

Hugoni le Deſpenſer, Domino de Morgan & Morgannou, de cccxxxii. Wallenſibus in Dominio & Terris ſuis de Morgan & Morgannou.

Hugoni de Audele Comiti Gloucestriæ, Domino de Neuport de clxi. Wallenſibus, de Dominio & Terris ſuis de Neuport.

Mariæ Comitiſſæ Norffolciæ, Dominæ de Strogoyll & Nithewent, de cxxiii. Wallenſibus, de Dominio & Terris ſuis de Strogoill & Nethewent.

Elizabethæ de Burgo, Dominæ de Usk & Karleon, de clxvi. Wallenſibus, de Dominio & Terris ſuis de Usk & Karleon.

Laurentio de Haſtynges, Comiti Pembrochiæ, Domino de Bergeveny & Went. de clxvi. Wallenſibus, de Dominio & Terris ſuis de Bergeveny & Went.

Humfrido de Bohun, Comiti Eſſexiæ & Hertfordiæ, Domino de Breghenok, Penkethely, & Brummeleſſe, de cclxxx Wallenſibus, de Dominio & Terris ſuis de Breghenok, Penkethely, & Brummeleſſe.

Jacobo de Audele, Domino de Kymmeys de xl. Wallenſibus, in Dominio & Terris ſuis de Kymmeys.

** Henrico Comiti Lancaſtriæ, Domino de Monemuth, Groſſemont, & Whitchaſtel, de clxvi Wallenſibus, de Dominio & terris ſuis de Monemuth, Groſſemount & Whitchaſtel.* * V.356.

Willielmo de Clynton, Comiti Huntingtoniæ, Domino de Nerbere & Gilgaran, de xxx Wallenſibus, de Dominio & teris ſuis de Nerbere & Gilgaran.

Pro Cardinalibus Beneficiatis.

REX Vicecomiti Leyceſtriæ Salutem. Ann. D.

Conſiderantes ſpecialem affectionem, quam, Venerabiles Patres, Eccleſiæ Romanæ Cardinales, in Regno noſtro Angliæ Beneficiati, ad Coronam Angliæ habuerunt, & Bonum Locum quem nobis & Progenitoribus noſtris tenuerunt, & nobis & Hæredibus noſtris tenere poterunt in futurum, 1343. An. 17. E. 3. Claus. 17. E. 3.

Pardonavimus eiſdem Cardinalibus omnia Debita, quæ nobis debent in Beneficiis ſuis, ratione Decimarum & Auxiliorum, per Dominum Summum Pontificem, & ejus Prædeceſſores, Clero dicti Regni noſtri impoſitorum, & nobis ſeu Progenitoribus noſtris per ipſum Dominum Summum Pontificem conceſſorum, & quæ ab eis, per Summonitionem Scaccarii noſtri, exiguntur, p. 1. m. 24. dor

Tibi præcipimus quòd Demandæ,

Quam, Venerabili Patri, J. Epiſcopo Portuenſi, dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Præbendario Præbendæ beatæ Margaretæ Leyceſtriæ, in Eccleſiâ beatæ Mariæ Lincolnienſis, pro aliquibus Decimis ſeu Auxiliis, per dictum Dominum Summum Pontificem, vel ejus Prædeceſſores, Clero Regni noſtri impoſitis, & nobis ſeu Progenitoribus noſtris per ipſum Dominum Summum Pontificem, vel Prædeceſſores ſuos, aut etiam per Prælatos & Clerum dicti Regni noſtri, nobis conceſſis, ratione Præbendæ ſuæ prædictæ, aut Eccleſiarum ad eandem Præbendam ſpectantium, nobis ſolvendis, per Summonitionem Scaccarii prædicti, facis,

Superſedeas omnino,

Et Diſtrictionem, ſi quam ei eâ occaſione feceris, ſine dilatione relaxes eidem.

Teſte Cuſtode prædicto apud Kenyngton, vicesimo ſeptimo die Januarii. *Per ipſum Cuſtodem.*

Pro

Clauſ. Entre nous, pour nous, noz Suggitz, & noz Alliez,
17. E. 3. Et noz Adverſaires de France, pour lour Suggitz, & noz Al-
p. 1. m. liez,
31. d. A durer tanque a la Feſt de Seint Michel preſchein avenir,

Et de tel Feſt tanque a la fin de Trois Anns preſcheins enſuants,

Iſſint que noz Suggitz, & noz Alliez, & les Suggitz, & les Allies noz Adverſairs, puiſſent entrecommuner, & ſauvement venir toutes partes, deinz l'un poer & l'autre, ſaunz empeſchement ou deſturbance:

Si vous mandoms que maintenant, vieues ceſtes, en les ports de Meer, & par aillours deinz veſtre Baillie, ou vous verrez q'il ſoit affaire, auſſi bien deinz Franchiſes, come dehors, facez Crier & Overtement publier, & tant come en vous eſt fermement garder & tenir la Trewe avantdite; iſſint que ele ne ſoit mie Enfreint par defaute de Nous, ou de noz Suggitz, tant que au fin du Terme ſuſdit:

Et ceo ne leſſez en nulle manere.

Don. ſouz noſtre Grant Seel a Loundres, le xx. jour de Feverer.

Per ipſum Regem.

En meſme le manere eſt mandez a touz les Viſcountes d'Engleterre, ſouz meſme la date, & as ſouz eſcriptz; c'eſt aſſavoir,

A l'Eveſque de Dureſme.
A l'Juſtice de Ceſtre, ou a ſon Lieutenant.
A l'Gardein de cinque Portz, ou a ſon Lieutenant.
A l'Juſtice d'Irland, ou a ſon Lieutenant.
A l'Juſtice de Suthgales, ou a ſon Lieutenant.
A l'Juſtice de Northgales, ou a ſon Lieutenant.

De Reditu Regis de partibus Britanniæ, & de Magno Sigillo.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Clauſ. 17. E. 3. p. 1. m. 23. d.

MEMORANDUM, *quòd die Dominicâ (videlicet) ſecundo die Martii, anno præſenti, Dominus Rex, rediens de partibus Britanniæ, applicuit in Portu de Weymuth horâ Matutinâ,*

Et die Martis proximo ſequente, horâ quaſi Galli Cantûs, venit apud Weſtmonaſterium,

Ubi Robertus Parvyng, Cancellarius Regis, eodem die Martis, horâ quaſi Primâ, veniens, Magnum Sigillum Regis, pro regimine Regni ſui Angliæ, dum idem Rex agebat in remotis, deputatum (Quod dictus Cancellarius habuit in cuſtodiâ) prædicto Regi in Camerâ ſuâ, vocatâ LA CAGE CHAUMBRE, *in præſentiâ*

Willielmi de Monte Acuto, Sarum,

Et Roberti de Ufford, Suffolciæ,

Comitum,

Et Roberti de Ferariis, *Militis,*

Liberavit:

Et idem Rex aliud Magnum Sigillum ſuum, ſecum ad dictas partes Britanniæ delatum, in quâdam Burſâ de Corio, Privato Sigillo ipſius Regis conſignatâ, præfato Cancellario ibidem tradidit cuſtodiendum:

Quod quidem Sigillum dictus Cancellarius recepit, & uſque ad Hoſpitium - - - Epiſcopi Wigornienſis (in quo idem Cancellarius hoſpitabatur) deportavit, & Burſam illam, in Camerâ ſuâ ibidem,

cellentiam noſtram decet, pro hiis, quæ ſibi noſtri contemplatione ſic fient, Gratitudinem habere nos debitam, quandocumque ſe oportunitas offerat, liberaliter oſtendemus,

Dat. apud Weſtm. decimo quarto die Martii, anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo.

Ad Papam, pro dicto Willielmo benigne audiendo.

PAPÆ Rex &c. Ann. D.

Firmam de Liberalitatis veſtræ dulcedine fiduciam optinemus, 1343.
quòd, Dilectos noſtros, noſtri conſideratione, promptioribus præ- An. 17.
veniet Favoribus in agendis. E. 3.

Sane, cùm, Secretarius & Clericus noſter cariſſimus, Willielmus Rom. 17.
de Kildesby (qui diù nobis laudabiliter deſervivit, propter quod ſibi E. 3. m.
reputamus præ cæteris nos teneri) ſanctæ Devotionis fervore ſuc- 4.
cenſus, diſponat, de noſtrâ Licentiâ, quædam Loca Sancta & Sanctorum Limina viſitare, Ipſum & ſanctum ipſius Propoſitum veſtræ Clementiæ votivo recommendamus affectu:

Suppliciter exorantes quatinùs ſibi ad Sanctitatis veſtræ præſentiam concedere velitis, ſi placet, gratioſum Aditum & Auditum; ſibi Literas Apoſtolicas, tàm Protectionis & Conductûs, quàm alias, pro dictâ Peregrinatione ſuâ & agendis ſuis aliis oportunas, cum ſuperinfuſione gratiæ, concedentes.

Foret autem nobis complacitum & acceptum, ſi tàm dilectus Clericus noſter, optentu noſtri, in conſpectu veſtro ſperatam Gratiam inveniret.

Conſervet &c.

Dat. apud Weſtmon. decimo quarto die Martii.

---

* *Ad Cardinales de præfato Willielmo benevole recipiendo.* * V. 359.

REverende Pater & Amice cariſſime. Ann. D.

Sub certâ dilectionis veſtræ fiduciâ, Secretarium noſtrum, 1343.
Willielmum de Kildesby, virum utique magnæ probitatis & ſuffi- An. 17.
cientiæ, qui, ſanctæ Devotionis fervore ſuccenſus, diſponit, de E. 3.
noſtrâ Licentiâ, quædam Loca ſancta & Sanctorum Limina pere- Ibid.
grè viſitare, Amicitiæ veſtræ ſpeciali recommendamus affectu;

Cui (ſi placet) conſideratione noſtri, ſic vos exhibere velitis Benivolos & Benignos, & Valitores (prout qualitas Agendorum ſuorum exegerit) efficaces; ut, in Recommendato, factam ſibi Gratiam ſentiat recommendans.

Dat. ut ſupra.

Sub iſtâ formâ ſcribitur Cardinalibus ſubſcriptis; videlicet,

Domino G. Epiſcopo Albanen.
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
Domino A. Epiſcopo Tuſculan.
Domino P. Epiſcopo Peneſtrin.
Domino P. Epiſcopo Sabinen.
Domino G. Sanctæ Luciæ in Silice Diacono Cardinali.

Digitized by Google

Regi Ermeniæ.
Magiſtro Generali Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem.

Ad Martinum de Caſtro, de Anglicis amicabiliter in partibus Orientalibus tractatis, & de dicto Gulielmo favoribus dirigendo.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

REX, Nobili Viro, Martino Zachariæ de Caſtro, Amico noſtro cariſſimo, Regiam benivolentiam & ſalutem.

Habuit frequens informatio, facta nobis, quòd in partibus Orientalibus, inter omnes Chriſticolas, pro Chriſti & Crucis honore, contra, Crucis Blaſphemos, Saracenos & Thurcos, a Juventute veſtrâ, fideliter & ſtrenue laboraſtis; & quòd inſuper de Gentibus noſtris & Subditis gratioſè in dictis Orientalibus partibus vidiſtis, & amicabiliter tractaſtis;

P.V.360. * Quæ Duo (quatinus Unum tantum ſufficeret) licet vos non viderimus, faciant ut rationabiliter vos amemus.

Volumus enim vos ſcire, quod, ſicut Debitores ſumus, nichil amplius affectamus quàm Vitam pro Chriſto ponere, ubi pro nobis poſuit Vitam Chriſtus; ad Quæ vos habere ſperamus (concedente ſe tempore) cum veſtro honore & commodo Socium & Amicum.

Quia verò, ſine eo quod vobis unquam ſcripſerimus, exhibuiſtis vos Gentibus noſtris utiliter & benivolè gratioſum, ſufficere credimus, ſine prece, vos ſcire, Latorem præſentium, Willielmum de Kildeſby, Secretarium noſtrum quàm dilectum, ad partes ſanctæ Civitatis Jeruſalem accedentem, eſſe & fuiſſe fidelem noſtrum Secretarium & dilectum, ut per vos Eundo & Redeundo juvetur, & oportunis, conſideratione noſtri, Favoribus dirigatur.

Dat. apud Weſtm. decimo ſeptimo die Martii, Anno Domini M. CCC. XLII.

Pro Willielmo de Northwode, Conſanguineo Comitis Sarum, in Militem Ordinis Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, promovendo.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Rom. 17. E. 3. m. 4.

REverende Pater & Amice cariſſime.

Quia, Religioſo Viro, Fratri Berengario de Auroſio, Priori Baroli, Ordinis Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, Generalis Magiſtri ejuſdem Ordinis Commiſſario, & Viſitatori in partibus ciſmarinis, noſtras mittimus Rogatorias ſpeciales, (quarum Tranſcriptum vobis mittimus hiis incluſum) ſpecialiter vos rogamus quatinus apud eundem Priorem procurare velitis, ut ſuper hoc annuat votis noſtris;

Et in caſu, quo præmiſſa per dictum Priorem contingeret non impleri, illa per vos, pro nobis & noſtro nomine, a, Sanctiſſimo Patre & Domino noſtro, Domino Summo Pontifice, de gratiâ ſpeciali, petimus impetrari.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Martii.

Literarum Tranſcriptum ſuperiore Litera incluſum.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Berengario de Auroſio, Priori Baroli, Ordinis Sancti Johannis Jeruſalem, Generalis Magiſtri ejuſdem Ordinis Commiſſario, & Viſitatori in partibus ciſmarinis, Salutem.

Pridem, per Literas noſtras ſpeciales, recolimus vos rogâſſe ut,

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Claus. 17. E. 3. p. 1. m. 18. d.

REX, dilecto ſibi, Petro de Sancto Marcello, Salutem.

Pro, dilecto Valetto noſtro, Willielmo de Northwode, Domicello Reginæ Conſortis noſtræ cariſſimæ, & ſpectabilis Comitis Sarum & Mareſcalli Angliæ Conſanguineo, ſpecialiter vos rogamus, quatinus agenda ſua penes Dominum Summum Pontificem velitis, noſtri conſideratione, cum efficaciâ promovere, & ipſum alias oportunis Conſiliis & Auxiliis prævenire, ut has preces noſtras ſibi ſentiat efficaces.

Dat. ut ſupra.

Pro Epiſcopo Sabinenſi Cardinali, ſuper Lanis pro Veſtura ad Vitam, conceſſis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Claus. 17. E. 3. p. 1. m. 22.

REX dilectis ſibi, &c. ———

Cùm nuper,

Attendentes magnum Locum quem, Venerabilis Pater, Epiſcopus Sabinenſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, nobis in noſtris agendis tenuit a jam diu, necnon benivolentiam continuam, quam ipſe penes nos geſſit, & gerit jugiter hiis diebus, ad ea, quæ noſtros Honores & Commoda concernunt, exhibendo pro viribus ſe paratum,

Ac volentes, eo prætextu, ipſius precibus, nobis oblatis, favorabiliter inclinari,

Conceſſerimus & Licentiam dederimus pro nobis, & Hæredibus noſtris, quòd idem Epiſcopus, vel Attornati ſui in hac parte, ſingulis Annis ſexaginta Saccos Lanarum, pro Veſturâ Familiarium ſuorum faciendâ, infra Regnum noſtrum Angliæ, in locis ubi expedire viderint, emere & providere, & eos in Portubus ejuſdem Regni, quos eligendos duxerint, Carcare, & ad partes Exteras ducere poſſint, abſque Cuſtumâ, debita nobis, indè ſolvendâ, ad totam vitam ipſius Cardinalis, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Et, per Breve noſtrum, mandaverimus Collectoribus Cuſtumæ Lanarum, Coriorum, & Pellium lanutarum, in Portu Londoniæ, quòd ipſum Cardinalem, vel Attornatos ſuos, dictos ſexaginta Saccos in dicto Portu Londoniæ Carcare, & ad partes Flandriæ, ad Stapulam noſtram ibidem, abſque Cuſtumâ, debitâ nobis indè, ſolvendâ, ducere permitterent, aliquo Mandato noſtro, eis in contrarium directo, non obſtante,

Et, licet dicti Collectores ad Mandatum noſtrum exequendum, ut præmittitur, ſint parati, vos nichilominus Paſſagium dictarum Lanarum, quouſque viginti Solidi vobis, de quolibet Sacco dictorum ſexaginta Saccorum, pro parte dicti Subſidii vobis, ut prædicitur, conceſſi, ſint ſoluti, fieri omnino impeditis,

Super quo, ex parte ipſius Cardinalis, nobis eſt ſupplicatum ſibi provideri de Remedio oportuno,

Et quia, tempore Conceſſionis & Licentiæ noſtrarum prædictarum, dicto Cardinali ſic factarum, intentionis noſtræ non extitit, nec adhuc exiſtit, quod idem Cardinalis de aliquâ Cuſtumâ aut Subſidio, quæ ad nos pertinere deberent, percipiendis aliqualiter oneretur,

Vobis mandamus quòd Demandæ, quam dicto Cardinali facitis pro dictis viginti Solidis de Sacco, pro parte Subſidii prædicti, vobis per nos ſic conceſſi, ſuperſedeatis, & ipſum Cardinalem, vel Attornatos ſuos in hac parte, dictos ſexaginta Saccos Lanæ ad Stapulam prædictam, abſque Impetitione, per vos in hâc parte interponenda, ducere permittatis, juxta tenorem Mandati noſtri ſupradicti.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Aprilis.

Con-

Digitized by Google

Executorem Teſtamenti ſui, dum vixit, diſpoſuit & conſtituit) ad tranſigendum & concordandum cum Creditoribus prædictis,

Et ad Pecuniam, ſic conventam, cuilibet Creditorum eorumdem, quatinus dictæ quadringentæ Libræ ſufficere poterunt (per modum Deputationis noſtræ, & non Executionis dicti Teſtamenti faciendæ) ſolvendum,

Et ad id (ſi quod ultra Solutionem, eiſdem Creditoribus ſic factam, remanſerit) Familiaribus ipſius Roberti, prout majus opus fuerit, & juxta Diſcretionem ipſius Johannis, diſtribuendum;

Et hoc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Maii.

Pro Willielmo de Kildesby, de Protectione, pro Eccleſia, Hoſpitali, Capellis & Præbendis ſuis bene multis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid. m. 31. REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Dilectus Clericus noſter, Willielmus de Kildesby ad partes Exteras, de Licentiâ noſtra, peregrè ſit profectus,

Nos,

Prætextu laudabilis Obſequii, nobis per ipſum Willielmum multipliciter impenſi, volentes ipſum Willielmum, dùm ſic in Remotis agit, favore proſequi gratioſo,

Suſcepimus ipſum Willielmum, & Præbendam ſuam de Weteweng, cum Membris de Fynmere, Frydaythorp, Holme, Kirkeby, & Elghton, ad Præbendam illam ſpectantibus, necnon Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas ibidem, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem;

Et ideò vobis mandamus quod ipſum Willielmum, & Præbendam, ac Membra prædicta, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas prædictas, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes, Injuriam, Moleſtiam, * Dampnum aliquod, ſeu Gravamen; &, ſi quid eis foriſfactum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari. * V. 363.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, primo die Maii.

Per ipſum Regem.

Conſimiles Literas Regis de Protectione habet idem Willielmus pro Præbendis & Capellis, cum Membris ſubſcriptis, per idem tempus duraturas, ſub eâdem datâ; videlicet,

Pro Præbendâ de Sancto Andrea in Eccleſia Sancti Johannis de Beverlaco.

Pro Præbendâ de Cank in libera Capella Regis de Penerich.

Pro Præbendâ de Saltemerſſh in Eccleſia Sancti Johannis de Howden.

Pro Præbendâ de Kynges Suton in Eccleſia Beatæ Mariæ Lincolnienſis, cum Membris de Horleye & Bukyngham, ad Præbendam illam ſpectantibus.

Pro Præbendâ quam idem Willielmus habet in Eccleſia de Derlyngton.

Pro Libera Capella de Tykhull, quam idem Willielmus jam tenet ex

ſupplicamus quatinus,

& Conventui, ac omnibus aliis & ſingulis, ſuper hiis & aliis, ad cognitionem noſtram ſpectantibus, in Curiis noſtris plenum juſtitiæ facere complementum, dignetur veſtra Clementia Commiſſionem prædictam, ſic in deluſionem cognitionis noſtræ, a Sanctitate veſtrâ per doloſam, ut ſupponimus, Potentium ſubtilitatem extortam, penitùs revocare, & nos Avitis Prærogativis & Legibus gaudere permittere prout ad nos competere dinoſcitur in hac parte; ut ſic, præcluſâ viâ periculis, quæ per Uſurpationem hujuſmodi (quod abſit) exoriri poterit, creſcat, ut optamus, in nobis & noſtris erga Sanctitatem veſtram, * & Sacroſanctam Sedem Apoſtolicam, humilis Devotio Filialis, per veſtræ Manſuetudinis & Juſtitiæ dulcedinem recreata. * V. 364.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Maii.

Ad Cardinales conſimilis Argumenti Litera.

REverende Pater & Amice cariſſime. Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

Licet cauſæ, *&c. ut ſupra uſque ibi* de eiſdem, *& tunc ſic,*

Sanctiſſimus tamen in Chriſto Pater, Dominus Clemens, Papa Sextus, de dicto Jure noſtro, ut connicimus, non conſultus, ad Procurationem *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi* manifeſtum, *& tunc ſic,*

Super quo eidem Domino Summo Pontifici per noſtras ſupplicavimus Literas ſpeciales, quatinus, cum parati ſimus, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis, uſque ibi* in hac parte, *& tunc ſic,*

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus quatinus, pro revocatione dictæ Commiſſionis, penes dictum Dominum Summum Pontifficem velitis interponere cum efficaciâ partes veſtras, nè nos oporteat aliud Remedium quærere, cùm non debeamus, nec velimus, Jura Coronæ noſtræ (quæ Prædeceſſorum noſtrorum, Regum Angliæ, dignè recolenda Prioritas magnificè defenſavit) quod abſit, permittere ſic perire.

Dat. &c. ut ſupra.

Sub iſtâ formâ ſcribitur Cardinalibus ſubſcriptis; videlicet,

Domino P. Epiſcopo Peneſtrinenſi,
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali,
Domino A. Epiſcopo Tuſculanenſi.

Pro Epiſcopo Albanenſi, Cardinali, de non diſtringendo.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem. Ann. D.

Conſiderantes ſpecialem Affectionem, quam, Venerabilis Pa- 1343.

ter, Gaucelinus Johannis, Epiſcopus Albanenſis, Sanctæ Romanæ An. 17.

Eccleſiæ Cardinalis, & Præbendarius Præbendarum de Driffeld in E. 3.

Eccleſiâ beati Petri Eborum, de Lude in Eccleſiâ beatæ Mariæ Clauſ.

Lincolniæ, & de Sallowe in Eccleſiâ Sanctæ Ceddæ Lichfeldiæ, 17. E. 3.

& Perſona Eccleſiarum de Hakeneye & Stebenhuth, Londoniæ p. 1. m.

Diœceſi, Pageham Ciceſtrienſi Diœceſi, Holyngbourn & Le- 9.

myng Cantuarienſi Diœceſi, & Hemmyngburgh Eborum Diœceſi, ad Coronam Angliæ hactenus habuit,

Et

vitatis Beati Johannis Baptiſtæ proximo inſtantis,

Quo tui, cariſſime Fili, & cariſſimi in Chriſto Filii noſtri Philippi, Regis Franciæ Illuſtris, Nuncii, ſuper Tractatu reformandæ Pacis inter vos mutuæ, coram nobis intereſſe debebant,

Uſque ad inſtans Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis menſis Septembris, faciendâ directis.

Nos ſuper hiis, & aliis in eiſdem contentis Litteris, Regi præfato ſcripſimus, ſicut vidimus expedire: a quo quidem jam Litteras recepimus reſponſales; per quas nobis intimare curavit, quod propter cauſas in Litteris noſtris, eidem, ut præfertur, tranſmiſſis, expreſſas, placebat ſibi Prorogatio ſupradicta, & quod Nuncios, quos ad nos mittere in dicto primo Termino diſpoſuerat, in prorogato, ſicut præmiſſum eſt, deſtinabit.

Super aliis verò, factum Treugarum tangentibus, de quibus eidem fecimus in noſtris Litteris mentionem, favorabiliter & benignè reſpondit, quòd Treugas ipſas, quantum erit in eo, inviolabiliter obſervabit, & a ſuis faciet obſervari, & adimplere quæ per ipſum, vel ex parte ſuâ, promiſſa fuerunt Cardinalibus antedictis; expreſsè nichilominus adiciens, quòd, licet a, cariſſimo in Chriſto Filio noſtro, David Rege Scotiæ Illuſtri (Cui ſuper obſervatione Treugarum ipſarum ſcripſerat) Litteras, per quas ſe illas per ſe, ac ſuos ſervaturum deſcripſit, receperit reſponſales, adhuc tamen ei ſuper eodem intendebat ſcribere iterato.

De Comite autem Montisfortis, ad ea, quæ indè ſibi ſcripſimus, reſpondendo ſubjunxit quòd, ſicut, & prout prolocutum *fuit*, *intendit* & vult, cum Cautionibus de redeundo ad Carcerem, *niſi* aliud ordinaretur interim ſuper hoc, liberare; ſed quanquam *Rex* ipſe non petat, quòd Fidejuſſores, per Comitem ipſum dandi, *obligarentur* propter hoc, ſed ſolùm efficaciter bona ſua quæ habe*bant in* Regno; nondum tamen idem Comes Fidejuſſores hujuſmodi potuit reperire; quamobrem per Regem ipſum non ſtetit *quin Comes* præfatus modis & formis, quibus prolocutum, ut præfertur, extitit, liberetur; nichilominus ſubjungendo, quòd factum dicti Comitis Te, Fili dilectiſſime, tangere non videtur, cùm *propter Publicas* nequaquam, ſed propter privatas & particulares Cauſas aliàs fuerit Captivatus, & tamen ipſe Rex, quæ promiſſa fuerunt circa hæc, fuit, & erit, ſicut nobis reſcripſit, paratus complere *libenter*.

Rogamus itaque Regiam Magnificentiam, & in Domino attentiùs exhortamur quatinùs,

Præmiſſis conſ*ideratis &* prudenter attentis, prædictas Treugas, Pacis *præ*ſentantes ymaginem, obſervans ſine *dolo*, *& a tuis* faciens inviolabiliter obſervari *& adimpleri*,

Pro Tractatu Pacis prædictæ, tales *Viros*, *qui*, maturitatis & probitatis diſcretione pollentes, & ydoneâ poteſtate ſuffulti, ejuſdem Pacis & Concordiæ Zelatores exiſtant, tua curet Regalis Cir*cumſpectio* deſtinare; pro certo ſciturus, Fili Amantiſſime, *quod* Nos, ſicut aliàs ſæpe ſcripſimus, omni affectione privatâ depoſitâ penitus & rejectâ, ſed ſolum Deum, Veritatem, & Juſtitiam, habendo præ oculis, circa negotium reformationis Pacis ejuſdem, Deo placibilis, & utrique parti perutilis, intentis Vigiliis, & ſtudioſis Solicitudinibus intendimus, Divinâ nobis aſſiſtente gratiâ, laborare.

Datum Avinion. Quarto-decimo Kal. Junii, Pontificatûs noſtri Anno ſecundo.

Gasbertus.
Sub filis cannabaceis.

Domino Summo Pontifice,

Non ut Judice, ſet ut privatâ Perſonâ, & Tractatore, & Mediatore communi,

Non in formâ nec Figurâ Judicii, ſet extrajudicialiter & amicabiliter,

Cum dicto Conſanguineo noſtro, Procuratoribus ſuis, & Nunciis ſuper Jure quod habemus, vel habere poterimus, in & ad Regnum & Coronam Franciæ,

Necnon ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, Honoribus, Terris, Poſſeſſionibus, Locis & Juribus, ad nos quocumque Jure, Titulo, vel Colore, pertinentibus, de quibus inter Nos & dictum Philippum Diſſenſionis vel Controverſiæ materia eſt ſuborta, vel poterit ſuboriri,

Ac etiam ſuper univerſis & ſingulis Quæſtionibus, Querelis, Controverſiis, Arestis, Demandis, & Debatis, Actionibus, Realibus, Perſonalibus, atque mixtis, ac Litibus, ac Proceſſibus, ſuper his dependentibus, quæ mutuò competunt, vel competere poterunt,

Necnon ſuper omnibus Dampnis & Injuriis, hinc indè, tàm in Terrâ, quàm in Mari, datis & illatis,

Ac Expenſis & Intereſſe, quæ exigi poterunt hinc indè,

Et generaliter ſuper omnibus Diſſenſionibus, & Guerrarum Commotionibus, inter Nos & Ipſum exortis,

Et tàm ſuper prædicto Regno, & Jure nobis ad dictum Regnum & Coronam Franciæ competente, quàm ſuper prædictis aliis univerſis & ſingulis, concordandum, paciſcendum, & componendum, tranſigendum, & Pacem perpetuam & finalem Concordiam ineundum,

Et quæ ſic Tractata, Concordata, Pacta, Compoſita, Tranſacta & Inita fuerint, quacumque ſecuritate firmandum,

Ac Securitatem, quæ nobis fieri debeat in hac parte, ſtipulandum & recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum & excercendum, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos Procuratores & Nuncios, Quatuor, & Tres eorum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

---

* *De excuſando Regem, ſuper Tractatu antedicto.* * V.367.

UNiverſis *&c. prout ſupra uſque ibi* inita ſit & firmata, *& tunc ſic*, Et licet, inter alia, ſit concordatum quòd, citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum, mittantur ex utraque parte ad Curiam Romanam Solempnes Nuncii, cum Poteſtate ſufficienti ad tractandum coram dicto Domino Pontifice, non ut Papa, vel ut Judice, ſet ut Perſonâ privatâ & Amico communi, de Pace finali & Concordiâ, inter Nos & dictum Philippum, per Dei gratiam, reformandâ,

Ann. D. 1343. *An.* 17. *E.* 3. *Franc.* 17. *E.* 3. *m.* 12.

Quia tamen aliqua, quæ in Captione dictæ Treugæ nobis promiſſa fuerant, non ſunt nobis, ut decuit, obſervata, immò potiùs, non ſine magno noſtro Dedecore, violata,

Nos,

Volentes ea, quæ in hac parte condicta fuerint & promiſſa, quatenus tenemur, & ad nos attinet, in omnibus obſervare, cùm ea, quæ ſic erant nobis promiſſa, fuerint adimpleta,

Dilectos & Fideles noſtros, Magiſtrum Willielmum de Norwico

Et ad ea, quæ contra formam Treugarum illarum per Subditos noſtros attemptata fuerint, debitè reformandum & puniendum,

Et ad Reformationem & Punitionem hujuſmodi a dictis Scotis, ſuper attemptatis per eos contra eaſdem Treugas, petendum & proſequendum,

Et ad omnia alia, quæ pro conſervatione Treugarum illarum neceſſaria vel oportuna fuerint, faciendum, prout meliùs & utiliùs pro Honore noſtro in hac parte conſervando videritis expedire:

Et ideò vobis mandamus, quòd circa præmiſſa intendatis in formâ prædictâ.

Damus autem Vicecomiti noſtro dicti Comitatûs, & locorum prædictorum Conſtabulariis, & Cuſtodibus Caſtrorum, & Villarum

* V. 368. Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus noſtris, tàm * in Angliâ, quàm in Scotiâ, verſus dictas partes Orientales, quòd vobis in præmiſſis faciendis Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes, quotiens & prout eis, vel eorum alicui, ſcire feceritis ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo aſſignantur,

Venerabilis Pater,
J. Epiſcopus Karliolenſis,
Antonius de Lucy,
Thomas de Lucy,
Richardus de Denton,
Petrus Tilliol,
Hugo de Moriceby,
Clemens de Skelton,
Et Richardus Bruyn,

Ad præmiſſa in Comitatibus Cumbriæ & Weſtmerlandiæ, & in aliis Locis, in Dominio & Terris Regis in Scotiâ, verſus partes Occidentales, Cuſtodiendum, Reformandum, & Faciendum.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Pro Epiſcopo Dunolmenſi, ſuper Balenis & Sturionibus infra Dominium captis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Pat. 17. E. 3. p. 1. m. 16. d.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Ricardo de Aldeburgh, Alexandro de Nevill, Willielmo Baſſet, Thomæ de Metham, & Thomæ de Fencotes, Salutem.

Ex gravi Querelâ, Venerabilis Patris, Ricardi Epiſcopi Dunolmenſis accepimus quòd,

Cùm nos nuper ſuſceperimus in Protectionem & Defenſionem noſtram ipſum Epiſcopum, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas, omnibus & ſingulis Inhibentes nè quis eis, in Perſonis, aut Rebus ſuis, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum inferret aut Gravamen,

Idemque Epiſcopus habeat, & habere debeat, ipſeque & Prædeceſſores ſui, quondam Epiſcopi loci prædicti, a tempore quo non extat memoria, habere conſueverint Wreccum Maris infra

Lanas aliquas emat infra Pretium de Lanis in Comitatu prædicto ordinatum, Saccum (videlicet) Lanæ infra quatuordecim Marcas (Lanis de Hollandia & de Mariſco duntaxat exceptis, quæ infra undecim Marcas non emantur) ſub foriſfacturâ Lanarum ſic emptarum (quam quidem Foriſfacturam Emptores dumtaxat incurrant) videlicet, citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum, & ab eodem Feſto per Tres Annos proximò ſequentes plenariè completos, 17. E. 3. p. 1. m. 21. d.

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd tàm in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, & Portubus Maris, quàm aliis locis, infra Ballivam tuam, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videris, publicè proclamari & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi facias, nè quis, Indigena, ſeu Alienigena, Lanas aliquas de Lanis, in Comitatu prædicto creſcentibus, infra Sortem & Pretium prædicta, citra dictum Feſtum & finem dictorum trium annorum, emat, ſub Foriſfacturâ Lanarum prædictarum, contra formam Ordinationis & Concordiæ prædictarum; quam quidem Foriſfacturam Emptores hujuſmodi Lanarum incurrere volumus, & non Venditores eorumdem.

Intentionis etiam noſtræ, & dictorum Prælatorum & Procerum, extitit & exiſtit, quòd quilibet Lanas ſuas pro cariori Pretio vendere poſſit, prout cum Mercatoribus indè poterit convenire.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus ſubſcriptis, de Lanis, in Comitatibus ſubſcriptis, pro pretio ſubſcripto vendendis (mutatis mutandis) ſub eâdem datâ; videlicet,

Vic. Eborum pro melioribus Lanis pro xi. Marc.
Lanis de Craven & aliis locis concordantibus pro x. Marc.
Vic. Kanc. pro melioribus Lanis pro ix. Marc.
Lanis de Mariſco pro c. S.
Vic. Suſſex. pro melioribus Lanis pro ix. Marc.
Lanis de Mariſco pro c. S.
Vic. Middleſex. pro melioribus Lanis pro ix. Marc.
Lanis de Mariſco pro c. S.
Vic. Surr. de Lanis per totum Com. pro vi. Marc.
Vic. Salop. de Lanis per totum Com. pro xiv. Marc.
Vic. Oxon. pro melioribus Lanis pro xiii. Marc.
Lanis de Chilterne pro x. Marc.
Vic. Berks. de Lanis per totum Com. pro ix. Marc.
Vic. Notingh. de Lanis per totum Com. pro x. Marc. & dimid.
Vic. Northt. de Lanis per totum Com. pro xi. Marc.
Vic. Stafford. de melioribus Lanis pro xiii. Marc.
Et aliis locis pro xii. Marc.
Vic. Derb. de Lanis per totum Com. pro ix. Marc. & dimid.
Vic. Leiceſtr. de Lanis per totum Com. pro xii. Marc.
Vic. Warw. de melioribus Lanis pro x. Marc. & dimid.
Vic. Cantebr. de Lanis per totum Com. pro ix. Marc.
Vic. Hunt. de Lanis per totum Com. pro ix. Marc.
Vic. Bucks. de Lanis per totum Com. pro xi. Marc.
Vic. Bedf. de Lanis per totum Com. pro xi. Marc.
Vic. Wilteſ. de Lanis per totum Com. pro viii. Marc. & dimid.
Vic. Somerſ. de Lanis per totum Com. pro xi. Marc.
Vic. Sutht. de melioribus Lanis pro ix. Marc.

T La-

Supervenit quidam, Laurentius de Vilart, & quamplures alii Malefactores, cum quadam Navi de Dominio veſtro, vocatâ la Mule de Caſtro, de Guerra munitâ, & dictæ Navi Regni noſtri, ante locum, vocatum Colone, ſupra Mare velanti, Vi Armatâ inſultantes,

Et, eam ingredientes, interfectis & in mari ſubmerſis Marinariis dictæ Navis, eandem Navem cum Attilio ejuſdem, pretii quaterviginti Librarum,

Dicta quinquaginta & ſex Dolia & unam pipam Vini, pretii centum & ſexaginta & novem Librarum & decem Solidorum,

Ac Ciſtas, Lectos, Robas, pretii treſdecim Librarum & ſex Solidorum,

Tres Pecias Argenti, pretii xl. s.

Necnon xl. s. in Pecuniâ numeratâ,

Ac alia Bona & Catalla, ad valentiam xlviii. l. & x. s. in eâdem Navi inventa,

Vi & Armis ceperunt, & abduxerunt, & voluntatem ſuam de Bonis & Mercibus illis fecerunt, abſque aliquâ aliâ reſtitutione noſtratibus, Dampna Paſſis, hactenus factâ, ſicut, dilectus & fidelis noſter, Oliverus de Ingham, Seneſcallus noſter Vaſconiæ, habitâ per ipſum ſuper hoc Informatione pleniori, per Literas ſuas Patentes, in Cancellariâ noſtrâ exhibitas, eſt teſtificatus:

Super quo dictus Robertus pro ſe, & aliis, quorum Bona & Merces illa fuerint, nobis ſupplicavit ut ſibi de Remedio oportuno providere velimus in hac parte:

Nos, qui univerſis & ſingulis Subditis noſtris ſumus Juſtitiæ Debitores, volentes præfatis Roberto & aliis dampnificatis, ſuper Reſtitutione Bonorum & Mercium ſuorum prædictorum, de congruo Remedio providere, vos requirimus & rogamus quatenus dicto Roberto pro ſe & aliis, qui Dampna prædicta ſuſtinuerunt, ut præmittitur, ſuper reſtitutione Bonorum & Mercimoniorum ſuorum prædictorum, aut veri valoris eorumdem, debitum & feſtinum faciatis Juſtitiæ Complementum, prout veſtris Subditis in caſu conſimili velletis nos facturos.

Dat. apud Weſtmonaſterium, quarto die Junii.

De Navibus, quæ contra Defenſionem Regis receſſerunt, arreſtandis.

Ann. D. 1343. *An.* 17. E. 3. *Clauſ.* 17. E. 3 p. 1. m. 4. d. * V. 371.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ Salutem.

Quia Naves, vocatæ la Clement & la Nandieu de Londonia, unde Johannes Blakſon & Johannes Richardſon ſunt Magiſtri, quæ, inter alias Naves Regni noſtri Angliæ, nobiſcum ad partes Britanniæ * pro Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ tranſierunt, a Portu de Breſt, in Britanniâ, ubi applicuimus, contra Defenſionem noſtram, receſſerunt in noſtri contemptum, noſtrique & totius Exercitûs noſtri, tunc in dictis partibus Britanniæ exiſtentium, grave Periculum & Dampnum manifeſtum, ſicut per Certificationem Admirallorum noſtrorum, nobis indè factam, ſumus pleniùs informati,

Nos, nolentes hujuſmodi Contemptum, Dampnum, & Inobedientiam, tranſire impunita, vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd dictas duas Naves, tanquam nobis ex cauſis prædictis forisfactas, ac Magiſtros & Marinarios earumdem, unà cum omnibus Bonis & Rebus in dictis duabus Navibus exiſtentibus, ſine dilatione areſtetis,

Et dicta, Naves, Bona, & Res, ſalvò abſque diſtractione aliquâ cuſtodiri, & Corpora dictorum Magiſtrorum & Marinariorum in Priſonâ noſtrâ de Neugate detineri faciatis, quouſque aliud a nobis indè habueritis in mandatis.

&c. Salutem.

An. 17. E. 3. *Pat.* 17. E. 3. p. 1. m. 13. d.

Sciatis quòd,

Cùm plures Procuratores Cardinalium, & aliorum, tàm Alienigenæ, quàm Indigenæ,

Ad acceptandum Beneficia Eccleſiaſtica in Regno noſtro Angliæ, ad Nos de Jure pertinentia, per Bullas Papales, nomine dictorum Cardinalium, & aliorum, conſtituti in Comitatu Eborum, & alibi,

Idem Regnum noſtrum Angliæ ſunt ingreſſi, & diverſos Proceſſus ſuper hoc, nobis præjudiciales, faciunt, & indies fieri procurant, in noſtri contemptum, ac noſtri & Coronæ noſtræ exhæredationem manifeſtam,

Nos (talia tolerare non valentes) aſſignavimus, dilectos & Fideles noſtros, Thomam de Rokeby, Rogerum de Blakeſton, & Hamonem de Seſſeye de Eborum, conjunctim, & diviſim, ad omnes hujuſmodi Procuratores, ubicumqae inventi fuerint, in Comitatu prædicto, ſive alibi, infra dictum Regnum noſtrum Angliæ, ſive fuerint infra Libertates, ſive extra, inſequendum, areſtandum, & capiendum, & ad ipſos coram nobis & Concilio noſtro, ubicumque fuerit, ducendum indilatè, Juſtitiam ſuper hoc ibidem recepturos:

Et ideò vobis omnibus & ſingulis, firmiter injungendo mandamus quòd eiſdem, Thomæ, Rogero, & Hamoni, & eorum cuilibet, in præmiſſis, omnibus & ſingulis, faciendis, & exequendis, conſulentes, auxiliantes ſitis & intendentes, quotiens & prout per ipſos, vel eorum aliquem, fueritis præmuniti ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Junii.

Per Concilium.

** De Cera renovanda.*

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis, quòd Ceram, circa Corpus, celebris memoriæ, Domini E. quondam Regis Angliæ Avi noſtri, in Monaſterio Weſtmonaſterienſi Humatum, exiſtentem, de Denariis, de Theſauro noſtro, renovari faciatis, prout hactenus fieri conſuevit.

Teſte Rege apud Wyndeſore, viceſimo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Ann. D. 1343. *An.* 17. E. 3. *Clauſ.* 17. E. 3. p. 1. m 3.

Litera miſſa Regi Portugaliæ.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Portugaliæ & Algarbiæ Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, votivis gloriari Succeſſibus cum Salute.

Ann. D. 1343. *An.* 17. E 3. *Clauſ.* 17. E. 3. p. 2. m. 27. d.

Magnificentiæ veſtræ Literas pridem recepimus, continentes quòd, cùm quædam Navis, in Portu Bormand, cum Pannis Mercatorum Civitatis veſtræ Portugaliæ onerata, in Portu de Dertmuth, infra Dominium noſtrum, applicaret, quidam Subditi noſtri dictam Navem de Pannis, ad valorem triginta & ſex milium Groſſorum Turonenſium (quæſito colore, oppoſito veritati, quòd homines, in eâ exiſtentes, de inimicitiâ noſtrâ extiterant) deprædârunt; ſuper quo petiviſtis dictis Subditis veſtris per nos de Remedio provideri.

Et quidem moleſtè ferimus Injurias dictis Subditis veſtris ſic illatas, cùm ipſos reputemus noſtros Benivolos & Amicos.

Et propter hoc, necnon ut exſolvamus debitum Juſtitiæ, mandavi-

ſtum, fuerint oportuna,

Plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

• V. 373. * Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Seneſcallum noſtrum, Willielmum, Philippum, & Johannem, Tres & Duos eorum (quorum præfatum Seneſcallum unum eſſe volumus) Tractatum, & Concordatum, vel factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte Rege apud Wyndeſore, primo die Julii.

Ad tractandum cum Principibus Alemaniæ.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. ibid.

REX Univerſis *&c. ut ſupra uſque ibi* ad Tractandum, *& tunc ſic*,

Concordandum cum Illuſtribus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & aliis Nobilibus & Popularibus, Alemanniæ, & aliarum partium, prout viderint expedire, ſuper Ligis & Amicitiis, inter nos & ipſos ineundis, & Auxiliis mutuis, hinc indè præſtandis,

Dictaſque Ligas & Amicitias, quatenus ad nos pertinet, quacumque Securitate firmandum,

Et Securitatem, quæ nobis in hac parte fieri debeat, ſtipulandum & recipiendum,

Et ad omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & circa ea oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Seneſcallum, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

De Tractatis cum prædictis Regi impertiendis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. ibid.

REX Univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi* ad tractandum, *& tunc ſic*,

Cum Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, *&c. ut ſupra uſque ibi* præſtandum, *& tunc ſic*,

Et ad referendum & renunciandum nobis ea, quæ Tractata fuerint in hac parte, ut ulterius ſuper hiis, prout expoſcerit negotii qualitas, ordinemus,

Plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Promittentes *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Pro Epiſcopo Tuſculanenſi Cardinali.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Liberat. 17. E. 3. m. 5.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm, de gratiâ noſtrâ ſpeciali, conceſſerimus, Venerabili Patri, Epiſcopo Tuſculanenſi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Paſſagium centum Saccorum Lanæ ad partes Tranſmarinas, de Subſidio, nobis indè debito, Quietatorum,

Thomam, Warr.

Robertum, Suffolciæ,

Willielmum, Huntyngdoniæ,

Comites;

Hugonem le Deſpenſer, Dominum de Glomergan, Conſanguineum noſtrum,

Radulphum de Nevill,

Bartholomæum de Burghersſh,

Reignaldum de Cobham,

Thomam de Bradeſton,

Barones:

Magiſtros, Willielmum de Norwico, Decanum Lincolnienſem;

Johannem de Offord, Elienſem,

Henricum de Chaddeſden, Stowenſem,

Et Robertum Herward, Tantonienſem,

Archidiaconos;

Et alios ad id paratos,

Ad Sanctitatis veſtræ præſentiam providimus deſtinandos.

Verùm quia, dilectus & fidelis noſter, Nicholinus de Fliſco, nuper in Romanâ Curiâ, ubi vigere deberet omnis ſecuritas, in Nuncio noſtro moram trahens, per quoſdam, Perditionis Filios, Inimicos noſtros, Auſu Nephario captus fuit & abductus,

Ac jam publicè ſit vulgatum, quòd Viris nephandis hujuſmodi,

Qui pro Captione & Abductione præmiſſis, majorum Excommunicationum Sententiis, & aliis Cenſuris gravibus, per Sedem Apoſtolicam providâ deliberatione promulgatis, fuerunt Innodati,

Abſolutionis beneficium, Illis, quorum intererat, non vocatis nec auditis, abſque Satisfactione congruâ (de quo mirantur quamplurimi) noviter eſt impenſum,

Regni noſtri Proceres & Communitas, ex hiis commoti plurimùm & Turbati, attendentes præmiſſa, & advertentes quòd talis Veniæ facilitas, & hujuſmodi facinoroſorum Hominum Impunitas, aliis ſimilia & graviora perpetrandi præbere veriſimiliter poterunt Incentivum, nè prædictis noſtris Nunciis propterea transfretandi, & ad dictam Curiam accedendi, facultas pateat, niſi prius eorum Securitati caveatur uberius, difficultatem obiciunt, & nimirum immo quòd extra Regnum noſtrum iidem noſtri Nuncii transeant, niſi taliter Cautum fuerit, non permittent.

Quamobrem Sanctitatem veſtram votivis affectibus ſupplicamus, quatinus Literas Apoſtolicas ſpeciales Protectionis & Defenſionis veſtræ & Sedis Apoſtolicæ, ac ſalvi & ſecuri Conductûs,

Tàm pro dictis Nunciis noſtris, Familiis, & Rebus ſuis, quàm pro Alligatis, Amicis, & Fidelibus noſtris, eorum Nunciis, & Rebus ſuis, ad Sanctitatis veſtræ Curiam, occaſione dicti Tractatûs, ſimul, vel ſeparatim, venientibus, ibidem morantibus, & exindè redeuntibus,

Et quòd nec dicti Nuncii, Alligati, Amici, & Fideles noſtri, nec aliquis eorum, vel Familiarium ſuorum, in quacumque causâ, Beneficiali, Civili, vel Criminali, Perſonali, Reali, ſive Mixtâ, ſeu aliâ qualicumque, ſeu quovis colore, ex Officio, ſeu ad Partis inſtantiam, occaſione cujuſcumque Obligationis, ex Debiti causâ qualicumque, ſeu cujuſcumque Contractûs, vel quaſi, Delicti, vel quaſi, ortæ vel prætenſæ, aliave quacumque de Causâ, Citentur, Conveniantur, Moneantur, Areſtentur, Capiantur, Excommunicentur, Suſpendantur, aut Interdicantur, nec alio quocumque modo graventur, ſet ab omni Vexatione & Moleſtatione, in ſic eundo,

 mo-

Digitized by Google

bono in melius proſperentur, ac tibi exindè a Deo perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Avinion. ſeptimo Id. Julii, Pontificatûs noſtri Anno ſecundo.

M. Paſchalis.

P. Vill.

Sub filis cannabaceis.

Pro Ambaſſiatoribus Regis Armeniæ.

Ann. D. 1343. *An.* 17. *E.* 3. *Ex Autogr.* CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Ad noſtram nuper accedentes præſentiam, dilecti Filii, Antonius de Valentia, Ordinis Fratrum Minorum, &, Nobilis Vir, Gregorius de Sogio Miles, Ambaſſiatores & Nuncii, cariſſimi in Chriſto Filii noſtri, Guidonis, Regis Armeniæ Illuſtris, nobiſque Regis ejuſdem Litteras præſentantes, Statum partium illarum miſerabilem, ac diras & immaniſſimas Afflictiones & Perſecutiones, quas Seracenica Rabies, ad extinguendum de partibus illis nomen Chriſtianitatis & gloriam, & ſanguinem Chriſtianorum effundendum, aſpirans, intulit hactenus, & inferre Chriſticolis, ibidem degentibus, continuè non deſiſtit, compaſſivis & doloroſis admodùm explicare Relatibus curaverunt.

Cùm autem præfati Ambaſſiatores & Nuncii ad tuam (Fili Cariſſime) ſe conferant præſentiam, eadem serioſiùs relaturi, Excellentiam Regiam deprecamur quatinus eos favorabiliter & benignè recipiat, & celeriter expediat Affectibus & Effectibus, Divini Amoris obtentu, zeloque Fidei Catholicæ, compaſſivis.

Dat. Avinion. ſeptimo Id. Julii, Pontificatûs noſtri Anno Secundo.

Franciſcus.

Sigillum deeſt.

De Magna Corona deliberanda.

Ann. D. 1343. *An.* 17. *E.* 3. *Pat.* 17. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 8. REX Univerſis, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De fidelitate & circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Philippi de Weſton, & Hugonis de Ulſeby, pleniùs confidentes,

Conſtituimus ipſos, conjunctim, & * diviſim, Procuratores & Attornatos noſtros, ad proſequendum Deliberationem Magnæ Co- * V.376. ronæ noſtræ, & aliorum Jocalium noſtrorum, in partibus Tranſmarinis Invadiatorum,

Et ad ſupervidendum id quod ſuper ſalvâ Cuſtodiâ dictorum Coronæ & Jocalium ordinari, & etiam id quod pro deliberatione eorumdem ſolvi debeat,

Et ad omnia alia faciendum, quæ in hac parte pro commodo noſtro viderint oportuna.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, nono die Julii.

Per ipſum Regem.

Dampna paſſis, & eorum cuilibet, pro Dampnis & Intereſſe, ſicut prædicitur, æſtimatis, ſatisfieri faciamus, aliàs dictis Subditis veſtris in Juſtitiâ deeſſe non poteritis, pignorandi & merchandi Licentiam concedendo,

Quod, ſicut multum amicabiliter ſcribitis, attento Nexu Dilectionis antiquæ, quâ Progenitores utriuſque noſtrûm amoris conſtantiam & pacem adinvicem ſervaverunt, propter quod Subditos noſtros tanquam proprios veſtros benignè tractare & fovere diſponitis, multum invitè faceretis.

Et quidem de Affectione gratâ, quam ad nos & noſtros vos habere conſpicimus, grates vobis referimus ſpeciales, votivè deſiderantes Dilectionis ſinceritatem, quæ inter dictos Progenitores noſtros viguit ab antiquo, noſtris temporibus adaugeri,

Propter quod graviùs nos turbaret ſi quid per Diſtrictuales noſtros in veſtri Diſplicentiam & Subditorum veſtrorum injuriam contingeret attemptari;

Set, ut iſtius Facti Veritas vobis pleniùs innoteſcat,

Scire velit veſtra Magnificentia quòd, cùm pridem eſſemus in Procinctu ad transfretandum cum Exercitu noſtro in Britanniâ, ſupervenerunt nobis Nova de Captione Cocharum prædictarum, &, quia cauſa Captionis ipſarum nobis non innotuit, nec tunc, propter feſtinum noſtrum Tranſitum, potuimus ſuper hoc informari, mandavimus Cancellario, & aliis de Concilio noſtro, in Angliâ, ut, vocatis partibus, ſe ſuper dicto Facto diligenter informarent, & facerent ipſis partibus celeris Juſtitiæ Complementum,

Et comparentibus coram dicto Concilio noſtro tàm dictis, Petro Bernardi & Raymundo, quàm aliis, pro parte dictorum Subditorum veſtrorum, & Auditâ Querelâ eorumdem, præfati, Petrus Bernardi, & Raymundus, reſponderunt quòd ipſi propter Guerram apertam, quæ tunc erat inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ tàm in Terrâ, quàm in Mari, venerant, ut fideles noſtri, in Succurſum noſtrum & Offenſionem Inimicorum noſtrorum,

* Et, cùm darent obviam dictis Cochis ſupra Mare, ſignificabant * V.377. illis ſe fore Fideles noſtros, petentes ab eis Qui & Quales eſſent,

Et propter hoc miſerunt ad eos pacificè quoſdam de ſuis in quâdam Naviculâ, ad rogandum eos ut indicarent eis ſi eſſent Pacifici vel Guerrini, Amici vel Inimici noſtri, & Signa Pacis omnia, in caſu tali fieri ſolita, eis oſtenderunt,

Set, dicti veſtri Subditi, ipſis reſpondere penitus dedignantes, eos, qui ſic in Nuncio venerant, hoſtiliter occidebant, ſic ſe, de Facto, patentes Inimicos noſtros oſtendentes,

Quod videntes dicti Subditi noſtri, & meritò provocati, cum ipſis, ut Æmulis noſtris, fortiter ſunt Congreſſi, & poſt longum Conflictum ipſos (per Dei gratiam) ſuperârunt, & propter hoc Cochas & Bona, ut ab Æmulis ſupra Mare ſic capta, vendicabant juxta Legem Maritimam eſſe ſua,

Quæ omnia affirmabant fore vera, offerentes ad probationem eorum ſe paratos,

Super quo coram dicto Concilio noſtro fuit diutiùs Altercatum;

Et demùm,

Quia ex Teſtimonio compertum fuerat fidedigno quòd Aſſertio dictorum, Petri Bernardi & Raymundi, continet veritatem, & per partem aliam nichil probatum fuit quod eis valere poſſet in hac parte,

Areſtum, in dictis Bonis, ſic captis, & Bonis ipſorum, Petri Bernardi & Raymundi, interpoſitum, extitit Relaxatum: nam quod Gentes veſtræ ex culpâ ſuâ ſenſerunt, non debent aliis imputare.

Propter quod Regiam veſtram Manſuetudinem attente rogamus, quatinus præmiſſis in examine recti Judicii debitè ponderantes, de concedendo Marcham ſeu Impignorationem, ſuper Bonis ſubditorum noſtrorum, occaſione præmiſsâ, ſuperſedere velitis (ſi placuerit) ut eſt juſtum;

Et,

Digitized by Google

ipſus Alienigenis, & eorum Procuratoribus, & Nunciis, & ipſorum Subſtitutis, ac Notariis Publicis, & omnibus aliis Fidelibus noſtris, ſub omni eo quod nobis foriſfacere poterunt, nè prædicti Delegati, Subdelegati, Executores, Subexecutores, & Commiſſarii hujuſmodi, Gratias per ipſos aut per alios exequantur,

* Nec quòd dicti Alienigenæ, vel eorum Procuratores, Subſti-
*V. 378. tuti, aut Nuncii, ipſas Gratias proſequantur,

Nec quòd dicti Notarii ſuper ipſis Gratiis, vel aliquibus factis, ipſas Proviſiones ſeu Proceſſum earum concernentibus, Inſtrumenta Publica vel Protocolla faciant,

Nec quòd dicti alii Fideles noſtri dictis Alienigenis, vel eorum Procuratoribus, Nunciis, aut eorum Subſtitutis, Delegatis, Subdelegatis, Executoribus, Subexecutoribus, Commiſſariis, Notariis in hac parte pareant, nec aliqualiter intendant,

Nos (volentes præmiſſa Univerſorum notitiæ patefieri) tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd præmiſſa, omnia & ſingula, in Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, Portubus Maris, & aliis locis, in Ballivâ tuâ, ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè proclamari facias,

Et, ſi quos, poſt Proclamationem illam, contraria facientes inveneris, capias, & in Priſonis noſtris ſalvò cuſtodiri facias, quouſque aliter de eis duxerimus ordinandum,

Et de nominibus illorum, quos ſic areſtaveris, Nos, in Cancellariâ noſtrâ, ſub Sigillo tuo, de tempore in tempus, & qualiter hoc Præceptum noſtrum fueris executus, citra Feſtum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, proximò futurum, reddas diſtinctè & apertè certiores.

Teſte Rege apud Claryndon, viceſimo tertio die Julii.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eâdem datâ.

Pro Edwardo de Balliolo Rege Scotiæ.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Liberat. 17. E. 3. m. 5.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Mandamus vobis quòd, dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Edwardo de Balliolo, Regi Scotiæ, Centum Marcas ſolvatis, in partem ſolutionis Debitorum in quibus ei tenemur, & in Auxilium Suſtentationis ſuæ, uſque ad diem Dominicam, proximam poſt Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, proximò futurum,

Quo die apud Weſtmonaſterium, cum Concilio noſtro eſſe proponimus, ad ordinandum ulteriùs pro eodem Rege, & de aliis Negotiis noſtris, prout nobis & dicto Concilio noſtro melius videbitur faciendum:

Et hoc nullo modo omittatis.

Teſte Rege apud Claryndon, viceſimo ſexto die Julii.

Per ipſum Regem.

De tractando cum Willielmo Douglas.

Ann. D. 1343. An. 17. E 3. Scot. 17. E. 3. m. 4.

REX Univerſis, a dquos &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De fidelitate & circumſpectione, dilectorum & fidelium noſtrorum, Henrici de Percy, Mauritii de Berkeley, & Thomæ de Lucy, confidentes,

Ad Tractandum & Conveniendum cum, Nobili Viro, Willielmo de Douglas, ſuper Ligâ, inter Nos & ipſum Willielmum incundâ,

Et ad ipſum ad Fidem, Pacem, & Amicitiam, noſtras, Recipiendum,

Et de Remuneratione eidem Willielmo faciendâ Conſentiendum,

Ipſumque Willielmum ſuper hoc nomine noſtro Securandum,

Et ad omnia alia, quæ pro Securitate ipſius Willielmi in præmiſſis neceſſaria fuerint, faciendum,

Ipſis, & Duobus eorum, plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Ratum & Gratum habituri quicquid per ipſos, Henricum, Mauritium, & Thomam, & Duos eorum, Actum & Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

De tractando ſuper Conſervatione Treugarum cum Scotis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Venerabilibus Patribus, R. Dunolmenſi, & J. Karliolenſi, Epiſcopis, Gilberto de Umframvill Comiti de Anegos, Henrico de Percy, Radulpho de Nevill, Mauritio de Berkele, Thomæ de Lucy, Johanni de Stryvelyn, Waltero de Creyk, & Adæ de Bowes, Salutem.

Cùm nuper, ad Reverentiam Domini Summi Pontificis, & ad Requiſitionem Cardinalium, ad nos per ipſum tunc miſſorum, quædam Treugæ, inter nos, pro nobis, & Alligatis, ac Subditis noſtris, & Adverſarium noſtrum Franciæ, pro ipſo, ac Scotis, & aliis Alligatis ſuis (uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futurum, & extunc per Tres Annos, proximò ſequentes, duraturæ) initæ fuerint & firmatæ,

Nos,

Volentes Treugas prædictas, quatenus ad nos attinet, firmiter obſervari,

Ac de fidelitate & circumſpectione veſtris pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad dictas Treugas, pro nobis & Subditis noſtris, in partibus Marchiarum Regni noſtri Angliæ, & aliis Locis, in Dominio & Terris noſtris in Scotiâ, Firmandum & Cuſtodiendum,

Et ad Tractandum & Conſentiendum ulterius cum Hominibus de Scotiâ, Adverſarus noſtris, de Modis, Formis, & Conditionibus, in Treugis illis apponendis, & de mutuâ Communione Subditorum noſtrorum, & ipſorum Scotorum, in ſingulis locis, præterquam in Caſtris & Villis Muratis, faciendâ,

T 3 Et

Digitized by Google

An. 17. E. 3. Clauſ. 17. E. 3. p. 1. m. 23.

Qui tunc ad partes Britanniæ in Obſequium noſtrum proficiſcebatur, ibidem commorans quouſque de eo humanitùs contigit, non abſque Sumptibus oneroſis, qui etiam, pro diſpoſitione Progreſsûs ſui ad partes illas, penes quamplures Creditores Debitis magnis ſe multipliciter involvebat,

Conceſſerimus eidem Roberto quòd ipſe haberet & perciperet Quadringentas Libras, quas Priores de Okeburn, Sancti Andreæ Northamptoniæ, & de Avebury, nobis, pro Termino Paſchæ, proximò præterito, de Firmis ſuis ſolvere deberent, pro Debitis ipſiûs Roberti indè acquietandis, quamquam ipſe ante dictum Feſtum moreretur:

Et, licet, dilectus Clericus noſter, Magiſter Johannes de Thoresby,

Quem ad tranſigendum & concordandum cum Creditoribus prædictis, pro eo quod Summa prædicta ad eadem Debita acquietanda ſufficere non poterat, deputavimus,

Quingentas Marcas de præfato Priore de Okeburn de Firmâ ſuâ de Termino Paſchæ prædicto receperit, & quibuſdam Creditorum prædictorum ſolverit,

Reſiduæ tamen Centum Marcæ, de dictis Prioribus de Norhamptoniâ, & Avebury, pro eodem Termino debitæ, per, dilectum Clericum noſtrum, Willielmum de Cuſancia, Theſaurarium noſtrum, alibi aſſignantur contra formam Conceſſionis noſtræ antedictæ, in dicti Roberti Animæ periculum valdè grave,

Nos, pro exoneratione Animæ ſuæ prædictæ, volentes dicto Johanni de parte dictarum Centum Marcarum ſolvi iſtâ vice, vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd eidem Johanni Viginti Libras de diverſis Foriſfacturis, nuper per vos areſtatis, & de mandato noſtro venditis, ſine dilatione liberari faciatis, in partem ſolutionis Centum Marcarum prædictarum, alibi, ut præmittitur, aſſignatarum; Recipientes a præfato Johanne Litteras ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictarum Viginti Librarum Teſtificantes: Et nos vobis indè debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſecundo die Auguſti.

Per Billam Theſaurariæ.

De Sigillo Cancellariæ recipiendo.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Clauſ. 17. E. 3. p. 2. m. 24. d.

LE Roi a, ſes cheres Clercs, Maiſtre Johan de Theresby, Johan de S. Poul, & Thomas de Brayton, Salutz.

Come Monſieur Robert Parnyng, n'adgaires noſtre Chanceller, ſoit a Dieu commandez, nous, aſſeurantz de vos Sens & Loialte, vous mandons que vous recevez noſtre Grant Seel en la preſence de noſtre Conſeil a Londres, & facez ceo que a l'Office du dit Seal appent, come Gardeins d'icel, tanq; nous ent eoms autrement ordenez.

Don. ſous noſtre Secrè Seal a Weſtm. le xxvi. jour d'Augſt, l'An de noſtre Regne Angl. Diſſeptiſme, & de France Quart.

---

* V. 381.

* *De Liberatione & Receptione ejuſdem Sigilli.*

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

MEMORANDUM, *quòd, poſt mortem dicti Domini Roberti Parnyng (qui obiit apud Londoniam, in Hoſpitio Wigornienſis Epiſcopi, extra Barram Novi Templi London. xxvi. die Auguſti, horâ Matutinâ) Ricardus de Kirkebrid & Adam Parnyng, Valetti prædicti Roberti, qui cum dicto magno Sigillo (quod prædictus Robertus, dum vixit, habuit in cuſtodiâ) die Mercurii, tunc proximò ſequente, poſt horam Veſperarum, venerunt ad Eccleſiam Prioris & Fratrum de Ordine Prædicatorum infra Portam de Lodgate London. Sigillum prædictum in quâdam Burſâ, Sigillis Magiſtri Johan-*

Hiberniæ, Salutem.

An. 17. E. 3. Franc. 17. E. 3. m. 12.

Noveritis quòd,

Cùm,

Ob Reverentiam, ſanctiſſimi in Chriſto Patris, Clementis, Diviná Providentiâ, Papæ Sexti, & Sedis Apoſtolicæ, ac laborioſam Inſtantiam, reverendorum Patrum P. Peneſtrinenſis, & A. Tuſculanenſis, Epiſcoporum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ad Nos nuper, dùm eramus in Britanniâ, pro reformatione Pacis inter Nos & Conſanguineum noſtrum Dominum Philippum de Valeſio, per Dominum Summum Pontificem ſpecialiter tranſmiſſorum,

Quædam Treuga, inter Nos & dictum Philippum, ſub certâ formâ, inita ſit & firmata, ac, juxta ejuſdem Treugæ continentiam, quoſdam noſtros Nuncios, cum Poteſtate ſufficienti in eâ parte deſignatos, ad Romanam Curiam mittere debeamus,

Nos,

Volentes ea, quæ in ipſis Treugis continentur, quatenus ad Nos attinet, obſervare,

Ac de fidelitate & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum,

Henrici de Lancaſtriâ, Conſanguinei noſtri, Darbiæ,
Thomæ de Bello Campo, Warwicæ,
Roberti de Ufford, Suffolciæ,
Comitum:
Hugonis le Deſpenſer, Domini de Glamorgan, Conſanguinei noſtri,
Radulphi de Nevill,
Bartholomæi de Burghersh,
Johannis le Grey de Ruffyn, Conſanguinei noſtri,
* *Reginaldi de Cobham, & Thomæ de Bradeſton,* * V. 382.
Baronum:
Magiſtrorum, Willielmi de Norwico Decani Lincolniæ, Johannis de Offord, Elienſis, Roberti Herward, Tantonenſis, Archidiaconorum, & Andreæ de Ufford, Juris Civilis Profeſſorum;

Plenam fiduciam optinentes,

Ipſos noſtros Nuncios & Procuratores facimus & conſtituimus ſpeciales;

Dantes & concedentes eiſdem omnibus, Duodecim, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor & Tribus eorum in ſolidum, plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale,

Ad Tractandum, coram dicto Domino Summo Pontifice, non ut Judice, ſet ut Privatâ Perſonâ, & Tractatore & Mediatore communi, non in formâ nec figurâ Judicii, ſet extrajudicialiter & amicabiliter, cum dicto Conſanguineo noſtro Domino Philippo de Valeſio, Procuratoribus ſuis & Nunciis, ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, Honoribus, Terris, Poſſeſſionibus, Locis, & Juribus, de quibus inter Nos & dictum Dominum Philippum Diſſenſionis vel Controverſiæ materia eſt ſuborta,

Necnon ſuper Jure quod habemus, vel habere poterimus, in Regno & Coronâ Franciæ, & ad illa,

Ac, generaliter, ſuper omnibus Diſſenſionibus & Guerrarum Commotionibus, Quæſtionibus, Querelis, & Controverſiis, inter Nos & ipſum exortis,

Necnon ſuper Dampnis & Injuriis, datis & illatis, ubilibet hinc & indè, & tàm ſuper prædicto Regno & Jure nobis, ad dictum Regnum & Coronam Franciæ, & in eis, competente, quàm ſuper præmiſſis aliis univerſis & ſingulis, ac eorum Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, Concordandum, Paciſcendum, Componendum, Tranſigendum, & Pacem perpetuam & finalem Concordiam Ineundum,

Et quæ ſic Tractata, Concordata, Pacta, Compoſita, Tranſacta, & Inita fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Ac

Digitized by Google

Veſtram igitur Clementiam votivis affectibus ſupplicamus ut, veris dictis noſtris præſentibus fide datâ, eidem Archiepiſcopo, Conſilii noſtri fideli & utili Directori, penes veſtram Beatitudinem Gratiæ veſtræ nil pereat, quin potiùs, noſtri conſideratione, & pro meritorum ſuorum cumulo, augeatur & creſcat.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Auguſti.

Ad Regem Caſtellæ, de mutua Amicitia confovenda.

Ann. D. 1343. *An.* 17. E. 3. *Clauſ.* 17. E. 3. *p.* 2. *m.* 24. *d.*

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toletæ, Galetiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Giennii, & Algarbii, Regi, ac Comitatûs Molinæ Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, & ſuper Inimicos Chriſtiani nominis feliciter triumphare.

Recolentes Amicitiam ſolidam, quæ inter veſtram & noſtram Domos Regias viguit ab antiquo, ac Sanguinis neceſſitudinem, quâ invicem attinemus, necnon probitatem & gratiam, quibus Altiſſimus vos dotavit, de Proſperis veſtris gaudemus Succeſſibus; deſiderantes inter Nos & noſtros Subditos augeri Amicitiæ mutuæ firmitatem, & Impedimenta ſubducere quæ poſſent materiam contrariam miniſtrare.

Sanè,

Cùm inter quoſdam Subditos veſtros, præſertim Marinarios, & alios, & noſtros Subditos, tàm Baionenſes, quàm Anglicos, ac alios, pro Dampnis & Injuriis, hinc indè, præter & contra veſtram (ut confidimus) & noſtram voluntatem datis & illatis, Commotionis materia ſit exorta,

Nos,

Ad fomentum dictæ Dilectionis inter nos, & Communionis Pacificæ inter noſtros Subditos, deſiderantes omnem hujuſmodi Commotionis materiam amicabiliter abolere,

Serenitatem veſtram attentè rogamus quatenus cum, dilectis & fidelibus noſtris, Henrico Derbiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, & Willielmo de Monte Acuto, Sarum, Comitibus, vobiſcum in Expeditione veſtrâ jam agentibus,

Quibus, & eorum alteri, per alias Literas noſtras, ad Tractandum & Concordandum ſuper hoc vobiſcum, & cum dictis Subditis veſtris, commiſimus & tranſmiſimus Poteſtatem, velitis, ſuper Reformatione Pacis & Amicitiæ firmitate, inter veſtros & noſtros Subditos ineundis, Benivolè pertractare, &, ad mutuum veſtrum & noſtrum Commodum & Solatium, ſuper pacificandâ dictâ Commotione, cum dictis Comitibus, vel eorum altero, celeriter ordinare; Ratum enim & Gratum habebimus quicquid dicti Comites, vel eorum alter, fecerint, vel fecerit, in hac parte.

Dat. apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Auguſti.

inventis, ceperunt & abduxerunt, & Mercimoniis illis fecerunt, abſque Reſtitutione aliquâ inde præfato Garſio hactenus factâ, ſicut per Litteras Patentes Caſtellanorum & Locum tenentium Dominorum de Rays, & de Machecoul, ac Milonis de Toars, Domini de Ponſanges, in partibus de Beyng, in dicto Ducatu, coram nobis, in Cancellariâ noſtrâ Angliæ, oſtenſas pleniùs apparet,

Super quo prædictus Garſius nobis ſupplicavit, ut ſibi de Remedio oportuno providere velimus in hac parte;

Nos, qui univerſis & ſingulis Subditis noſtris ſumus in exhibitione Juſtitiæ Debitores, volentes præfato Garſio ſuper Reſtitutione & Recuperatione Dampnorum, ſibi ſic illatorum, ſubvenire, ut tenemur; vos requirimus & rogamus quòd eidem Garſio, ſuper Recuperatione Navis, ac Bonorum, & Mercimoniorum ſuorum prædictorum, aut veri Valoris eorumdem, necnon ſuper Reſtitutione Dampnorum, quæ idem Garſius eâ occaſione ſuſtinuit, debitum & feſtinum fieri facere velitis Juſtitiæ Complementum, prout Nos Subditis veſtris in Caſu Conſimili fore velletis facturos.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Septembris.

De Poteſtate ad Tractandum cum præfato Rege Caſtellæ.

Ann. D. 1343. *An.* 17. E. 3. *Franc.* 17 E. 3. *m.* 12.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumſpectione providâ, dilectorum & fidelium noſtrorum Henrici de Lancaſtriâ, Derbiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Willielmi de Monte Acuto, Sarum, Comitum, confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum pro nobis, & Subditis noſtris, cum Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Rege Caſtellæ, ac Deputandis ab ipſo, ſuper Diſcordiis & Diſſenſionum Materiis, exortis inter quoſdam Subditos ipſius Regis, præſertim Marinarios, ac noſtros Subditos tàm Regni noſtri Angliæ, quàm aliarum Terrarum de Dominio & Poteſtate noſtris, & præſertim Civitatis noſtræ Baionæ, occaſione Dampnorum & Injuriarum, hinc indè datorum & illatorum, amicabiliter Decidendis,

Et ſuper ipſis Dampnis & Injuriis paciſcendis, tranſigendis & componendis,

Necnon ad Ligam & perpetuam Amicitiam, inter ipſum Regem & ſuos Subditos, & Nos & noſtros Subditos, Ineundum,

Et ad ea, quæ ſic Tractata, Concordata, Pacificata, Tranſacta, Compoſita, & Inita, fuerint, quacumque Securitate Firmandum,

Et ad alios fideles noſtros, loco ſui, ad præmiſſa faciendum, prout expedire viderint Subſtituendum, & Subſtitutionem hujuſmodi Revocandum,

Et ad omnia alia & ſingula facienda, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Præfatis Comitibus, & eorum alteri, ac Subſtituto, & Subſtitutis, ab ipſis, & eorum altero, plenam, tenore præſentium, Committimus & Concedimus Poteſtatem;

* Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid iidem Comites, vel eorum alter, ac Subſtituti vel Subſtitutus, ab ipſis, & co- * V. 385.

Digitized by Google

neficiis, et vultus Communitatum eis Rectorum non agnoſcunt, Linguam non intelligunt, ſet, Animarum curâ neglectâ, velud Mercenarii, ſolumodò Temporalia Lucra quærunt; & ſic diminuitur Chriſti Cultus, Animarum Cura negligitur, ſubtrahitur Hoſpitalitas, Eccleſiarum Jura deperiunt, ruunt Ædificia, Clericorum attenuatur Devotio Populi, Clerici dicti Regni, Viri Magnæ Literaturæ & Converſationis Honeſtæ, qui Curam & Regimen Animarum poſſent ibi ſalubriter peragere, & forent pro noſtris & publicis Conſiliis oportuni, Studium deſerunt propter Promotionis congruæ ſpem ablatam, quæ Divinæ ſcimus non eſſe placita voluntati;

Quinimmo grave noſtrum & Fidelium noſtrorum verſatur præjudicium & inæſtimabile periculum, niſi ſuper hoc citiùs & conſultiùs caveamus.

Nam Jus Patronatûs, quod Nos & Fideles noſtri in talibus optinemus Beneficiis, enervatur, Curia noſtra, in qua duntaxat Cauſæ ſuper Jure Patronatûs dictorum Beneficiorum tractari debent, deluditur, & ſic Jura Coronæ noſtræ Regiæ, tùm probroſè, quàm dampnoſè, deperiunt, Regni Theſaurus ad Extraneos, ne dicamus noſtros malivolos, aſportatur, ſubtili fortitan Conjecturâ ut, Regni Depreſſo Sacerdotio, & ejus exhauſto Theſauro, reddatur Regnum debilius in Adverſis.

Quæ ſingula, & alia, quæ ex præmiſſis ſequuntur, Incomoda fuerunt nuper coram nobis in Parliamento noſtro generali, per Communitatem dicti Regni, palam expoſita, unanimi & ferventi Petitione ſubjuncta ut prædictis Diſpendiis, quæ dictæ Communitati videntur intolerabilia, celeriter occurramus.

Nos autem, Anglicanæ Depreſſionem Eccleſiæ, & Exhæredationem Coronæ Regiæ, & Mala prædicta, quæ, Diſſimulata diutius, adicerent veriſimiliter graviora, patulo cernentes intuitu, ad vos, Succeſſorem Apoſtolorum Principis, qui ad Paſcendum, non ad Tondendum, Oves Dominicas, ac ad Confirmandum, & non Deprimendum, Fratres ſuos, Mandatum a Chriſto ſuſcipit, iſta deferimus,

Votivis Affectibus, ſupplicantes quatinus,

Præmiſſis debitè ponderatis, ac conſiderato quòd de Jure creandi ſunt de Vico Populi Magiſtratus, &, juxta dictum Prophetæ, dandi ſunt de eodem loco Populi Vinitores, quod per Beatos Apoſtolos legitur eſſe factum, dùm Gentibus Viros, Linguarum ſuarum habentes notitiam, tranſmiſerunt,

* V. 386. * Penſatâ etiam Devotionis plenitudine, quâ Domus noſtra Regia, & Clerus, & Populus dicti Regni, perſtiterunt hactenus in Obedientiâ dictæ Sedis, propter quod non haberet Paternus Affectus eis Onera & Gravamina cumulare,

Velitis, ut Pater Filiis Theſaurariis, alienare dictarum Impoſitionum & Proviſionum ac Onerum, jam per Sedem Apoſtolicam invaleſcentium, gravitatem,

Permittentes ulterius ut Patroni Patronatûs ſui Solatium non amittant, Eccleſiæque Cathedrales, & aliæ, dicti Regni, Liberas Electiones & earum effectum habeant,

Quas quidem Eccleſias dicti Progenitores noſtri dudùm, in ſingulis Vacationibus earumdem, Perſonis idoneis jure ſuo regio liberè conferebant,

Et poſtmodum, ad Rogatum & Inſtantiam dictæ Sedis, ſub certis modis & conditionibus, conceſſerunt quòd Electiones fierent in dictis Eccleſiis per Capitula earumdem, quæ Conceſſio fuit per Sedem ipſam ex certâ ſcientiâ confirmata,

Set, contra formam Conceſſionis & Confirmationis prædictarum, dicta Sedes, per Reſervationes & Proviſiones ſuas, à dictis Capitulis Electiones adimit ſupradictas, & nobis Jus & Prærogativam, quæ, juxta formam dictæ Conceſſionis, nobis competunt in hac parte,

Propter quod juxta Legem Regni noſtri, ex quo Lex, in Conceſſione poſita, non ſervatur, Conceſſio reſolvitur, & Res Sta-

lendum,

Et omnia alia & ſingula Faciendum & Excercendum, quæ pro commodo noſtro, & bono regimine dicti Ducatûs, & Conſervatione Pacis noſtræ ibidem, fuerint oportuna,

Præfato Seneſcallo, plenam, tenore præſentium, Committimus & Concedimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid idem Seneſcallus, nomine noſtro, fecerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Septembris.

Per ipſum Regem.

---

* *Pro Peneſtrinenſi & Tuſculanenſi Cardinalibus.* * V. 387.

REX omnibus, ad quos, &c. Ann. D.
Sciatis quòd, 1343.
Cùm nuper conceſſerimus, Venerabilibus Patribus, Peneſtrinen- *An.* 17.
ſi, & Tuſculanenſi, Cardinalibus, Paſſagium Ducentorum Sacco- E. 3.
rum Lanæ, extra Regnum noſtrum ad partes exteras, abſque Sub- *Pat.* 17.
ſidio & Cuſtumâ, nobis indè debitis, ſolvendis, E. 3. p.
Nos, 2. m. 26.

Pro eo quod hujuſmodi Conceſſio noſtra, prætextu aliquarum Ordinationum, in ultimo Parliamento noſtro ſuper hujuſmodi Paſſagio factarum, effectum ſortiri non poteſt,

Conceſſimus eiſdem Cardinalibus, in Recompenſationem Paſſagii ſupradicti, Quadringentas Libras, ad Scaccarium noſtrum percipiendas, videlicet, utrique eorum Ducentas Libras, de Dono noſtro.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Septembris.

Per Breve de privato Sigillo.

Litera miſſa Regi Armeniæ.

MAgnifico Principi, Domino Leoni, Dei gratiâ, Armeniæ Re- Ann. D.
gi, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem, 1343.
& ſuper Blaſphemos Chriſtiani nominis triumphare. *An.* 17.
Serenitatis veſtræ Literæ, nobis per Ambaſſatores, & Nuncios E. 3.
veſtros præſentatæ, ipſorumque circumſpecta relatio, cui Fidem *Claus.*
petiviſtis adhiberi, cordi noſtro Dolorem & Lætitiam intule- 17. E. 3.
runt, p. 2. m.
Turbat quidem nos intimè gravis Infidelium Perſecutio, cui Re- 19. d.
gnum veſtrum ſubicitur, hoſtiliter, hiis diebus,

Set gaudemus quòd contra prophanæ Gentis perfidiam vos opponitis juxta vires,

Et re verâ pungit interius mentem noſtram, quòd ſic Chriſtianorum Fines, in Chriſti contumeliam, non ſine verecundiâ Catholicorum Principum, invaduntur,

Et ad relevandum tanta Diſcrimina noſter valdè ſuſpirat affectus; ſet Guerræ graves & notoriæ, quas habemus, affectum in effectum producere non permittunt; ipſis tamen ceſſantibus faciemus, per Dei gratiam, quod decebit, ſicut dictis Nunciis veſtris dici fecimus vivâ voce;

Quibus ſuper hoc, nota vobis, ſua Fidelitas fidem adhibere credulam, ut credimus, impetrabit.

In victorioſis & longævis Succeſſibus Altiſſimus vos conſervet.

Dat. apud London. viceſimo ſecundo Sept.

Bulla,

Digitized by Google

E. 3. m. 10. Et eſt rationi conſentaneum ut, cùm in hoc verſetur ipſorum Fidelium Intereſſe, nobis de Lucris eorum ſuccurratur,

Et propter hoc volumus quòd, in Relevationem Debitorum noſtrorum, & faciliorem ſupportationem onerum, nobis incumbentium, Duodecim Denarii de Librâ, de Mercibus, & Mercimoniis, & aliis rebus quibuſcumque, in Civitatibus, Villis, & aliis Locis Mercatoriis, infra Ducatum noſtrum Aquitaniæ vendendis, & emendis (videlicet) Sex Denarii de Emptore, & Sex de Venditore, per Tres Annos immediatè ſequentes, ad opus noſtrum, ex cauſis prædictis, leventur & colligantur,

Nos (de Fidelitate & Circumſpectione veſtrâ confidentes) aſſignavimus vos ad Tractandum cum Nobilibus, & aliis Fidelibus noſtris, dicti Ducatûs de Præſtatione hujuſmodi Duodecim Denariorum, nobis ibidem concedendâ,

Et dictam Præſtationem ex dictis cauſis Imponendum,

Et ad Denarios, indè provenientes, ad opus noſtrum colligi & levari faciendum,

Et Contrarios & Rebelles, in hac parte, debitè Puniendum & Cohercendum,

Ad quæ, tenore præſentium, vobis plenam concedimus & committimus Poteſtatem.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Septembris.

De Querelis & Appellationibus ad Regem, ut ad Regem Franciæ, in Aquitania recipiendis & audiendis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid.

REX, Dilecto & Fideli ſuo Johanni de Sordich, Salutem.

Quia, juxta debitum ſuſcepti Regiminis, omnibus & ſingulis ad nos, ut ad Regem Franciæ, & Superiorem Dominum Ducatûs Aquitaniæ, & partium adjacentium, Querelantibus, Provocantibus, & Apellantibus, deſideramus fieri plenè Juſtitiæ Complementum,

Nos (de veſtris Fidelitate & Circumſpectione providâ confidentes) ad Recipiendum & Audiendum omnes Querelas, Provocationes, & Appellationes ad nos, ut Regem Franciæ, in dictis Ducatu & partibus ſic factas & interpoſitas, & impoſterùm faciendas & interponendas,

Et in omnibus cauſis Querelarum, Provocationum, & Appellationum hujuſmodi, tàm Criminalibus, quàm Civilibus, cum Emergentibus, Incidentibus, & Dependentibus, in & ab eiſdem procedendis, Citandum, Cognoſcendum, Inhibendum, Interloquendum, Diffiniendum, Exequendum, & ipſas, ſecundum Leges, Foros, & Conſuetudines, dictarum partium, ac ſtilum & curſum Curiæ noſtræ Franciæ, Fine debito Terminandum,

Et omnia alia & ſingula Faciendum & Excercendum, quæ in præmiſſis, & ea contingentibus, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale, vobis, cum Punitionis & Cohertionis debitæ Poteſtate, Vices noſtras committimus, donec eas duxerimus revocandas.

Et ideò vobis mandamus, quòd circa præmiſſa facienda diligenter, ſolertèr & fideliter, intendatis.

Damus autem omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus,

* V. 389. Comitibus, Vicecomitibus, Marchionibus, Baronibus, * Seneſ-

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1343.

Sciatis quòd, An. 17. E. 3.

Licet Nos, per Literas noſtras Patentes, conceſſerimus, Dilectis & Fidelibus noſtris, Petro de Greyly, Vicecomiti Benangiarum, & Johanni de Greyly, Capitaneo de Buche, quòd ipſi, in auxilium Reparationis, Defenſionis, & Munitionis, Caſtrorum, & Fortalitiorum, ac aliorum Locorum, ſuorum, quæ in Frontera Inimicorum noſtrorum ſituantur, capere poſſint de quibuſlibet Rebus Venalibus & Mercimoniis, ad eorum Loca & Diſtrictus venientibus, ſeu per eadem, causâ negotiandi, tranſeuntibus, ſex Denarios de Librâ ab Emptore, & ſex Denarios de Venditore, juxta æſtimationem ſeu Valorem Rerum & Mercimoniorum prædictorum, Vaſc. 17. E. 3. m. 9.

Veſtræ tamen volumus patere Notitiæ, quòd Nos, prætextu Conceſſionis noſtræ prædictæ, nolumus, nec intendimus, Dilectos & Fideles noſtros, Majorem, Juratos, & Communitatem, Villæ noſtræ Liborniæ, ſeu eorum aliquem, onerare, nec Privilegiis, aut Libertatibus, quibus, ante Conceſſionem noſtram prædictam præfato Petro ſic factam, rationabiliter uſi fuerunt, in aliquo derogare, ſet omnes Libertates, Francheſias, & Privilegia, ipſorum, Majoris, Juratorum, Communitatis, & Habitatorum, Villæ prædictæ, volumus perpetuò in ſuo robore permanere.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Octobris.

Per Petitionem de Concilio.

* *De Captis, durante Sufferentia, reſtituendis.* * V. 390.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Pridem expoſitum extitit coram nobis quòd dudùm,

Tractantibus, & mediantibus, Venerabilibus Fratribus noſtris, Petro, Peneſtrinenſi, & Anibaldo, Tuſculanenſi, Epiſcopis, Apoſtolicæ Sedis Nunciis, inter te, Cariſſime Fili, & Cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Philippum, Regem Franciæ illuſtrem, receptis ſuper Guerris veſtris Sufferentiis, ſeu initis Treugis hinc & indè, illiſque pendentibus & durantibus,

Cùm, Dilectus Filius, Nobilis Vir, Radulphus de Monteforti, & quidam alii Nobiles, qui cum ipſo in Exercitu præfati Regis Franciæ fuerant, in Lectis de nocte quieſcerent, poſſe morari ſecurè ſub confidentia Sufferentiarum ſeu Treugarum hujuſmodi veriſimiliter extimantes,

Quidam, vocatus Hugo de Wroceleſſe, cum nonnullis aliis armatis, de Comitivâ, dilecti Filii, Nobilis Viri, Comitis de Narantone, latenter & ſubitò venientes, præfatos, Radulphum, & Nobiles cum eo, ut præmittitur, exiſtentes, nudos & inhermes violenter ceperunt, ipſoſque, ſecum ductos, Captivos memorato Comiti tradiderunt, qui eos, variis dampnis Perſonarum, & Rerum affectos, &, quanquam etiam ab eodem Radulpho non modicam ſummam Aureæ Pecuniæ habuiſſe ac recepiſſe dicatur, adhuc detinet miſerabiliter captivatos.

Cùm autem præmiſſa, ſi eis ſuffragetur veritas, per Regalem Excel-

V

Digitized by Google

* V. 391. * *Bulla, ſuper Redditibus Eccleſiæ de Hongton, infra Dunolmenſem Diæceſin, diſponendis.*

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri, Ricardo, Epiſcopo Dunolmenſi, & dilectis Filiis, Priori, & Archidiacono Eccleſiæ Dunolmenſis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Solicitat nos cura continua, quâ ſumus Univerſis Orbis Eccleſiis, ex debito ſervitutis Apoſtolicæ, obligati, ut circa ſtatum Eccleſiarum ipſarum ſalubriter dirigendum totis ſtudiis intendamus, & annuamus favorabiliter piis deſideriis Devotorum, per quæ Divini Cultûs augmentum, & Scientiarum fructus, conſpicimus provenire.

Exhibita ſiquidem nobis tua (Frater Epiſcope) nuper Petitio continebat, quòd in tuâ Diœceſe Dunolmenſi eſt quædam Parochialis Eccleſia, in Redditibus fertilis & habundans, & ad Collationem Epiſcopi Dunolmenſis, qui eſt pro tempore, pertinens, quæ vocatur Eccleſia de Hoghton,

Quæ, cùm vacavit hactenus, ad importunam inſtantiam Principum & Magnatum Regni Angliæ, qui fuerunt, Perſonis Curialibus, inſufficientibus & levibus, qui Redditus ipſius in Laſcivos & prophanos uſus converterunt hactenus & convertunt, per Epiſcopos Dunolmenſes, Prædeceſſores tuos, ad vitandum Turbationem Rogantium, retroactis temporibus eſt Collata,

Quódque, ſi Eccleſiam ipſam tempore tuo vacare contingeret, te id idem facere oporteret,

Propter quæ deſideras quòd Redditus ipſius ejuſdem Eccleſiæ, ad Divini Cultûs augmentum & profectum Reipublicæ, ac præſertim ipſarum partium, quæ viris litteratis plurimùm indigent, diſponantur, videlicet,

Quòd inſtituatur & ordinetur in ipsâ Parrochiali Eccleſiâ perpetua Vicaria, Cui pro Portione, de ipſius Eccleſiæ Redditibus, Septuaginta Marchæ Sterlingorum Annuæ aſſignentur, & quòd perpetuus Vicarius ipſius Eccleſiæ habeat Curam gerere Animarum, Jura Epiſcopalia ſolvere, & omnia alia Onera ſupportare,

Quòdque de Reſiduis Redditibus Eccleſiæ memoratæ, Quinque Præbendæ ordinentur,

Quarum una ſit majoris valoris aliis, & ipſam habeat unus, qui ſit Rector Eccleſiæ memoratæ, Cui etiam Manſum Rectoris, qui nunc eſt, ejuſdem Eccleſiæ aſſignetur, & qui ad aliquem ſuſcipiendum Sacrum Ordinem minimè aſtringatur,

Quique, de Fructibus & Redditibus Præbendæ ſuæ hujuſmodi Majoris, debeat Quatuor Capellanis perpetuis, celebraturis perpetuò in Eccleſiâ memoratâ, pro incolumitate noſtrâ & tuâ, & pro Salute Animarum omnium Fidelium Defunctorum, cuilibet, videlicet, ipſorum de Centum Solidis, dictæ monetæ, Annis ſingulis, providere, & ad hoc faciendum, & complendum teneatur ſe aſtringere proprio Juramento,

Quòdque ipſe Rector, in caſu in quo hujuſmodi Juramenti Tranſgreſſor extiterit, ſit a ſuâ Præbendâ ipſo facto Privatus,

Qui Quatuor Capellani præfato Rectori teneantur in omnibus, quæ ad Divinum Officium pertinent, humiliter obedire.

Aliæ verò Quatuor Præbendæ (quarum quælibet annuatim valebit Viginti Quinque Marchas hujuſmodi Sterlingorum) Quatuor Clericis & Scolaribus, ydoneis, aptis, & ſtudioſis, debeant aſſignari, quorum Duo in Theologiâ, & alii Duo in Jure Canonico vel Civili, ſtudebunt,

Et quilibet eorum, in aſſecutione Præbendæ quæ ſibi aſſignabi-

per hoc eis, quoad aſſecutionem Eccleſiarum & Beneficiorum aliorum, præjudicium generari,

Et quibuſlibet Privilegiis, Indulgentiis, & Litteris Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri,

Et de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, in præſentibus ſpecialis mentio ſit habenda,

Seu ſi aliquibus, communiter vel diviſim, a præfatâ ſit Sede Indultum, quòd Interdici, Suſpendi, vel Excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. Avinion. IX Kalend. Novembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Sigillo avulſo.

Bulla, de Proviſione.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Decano Lichefeldenſis, & Magiſtro Matheo de Trevaur, ac Emyon Vap Jerwerth, Canonicis Aſſavenſis, Eccleſiarum, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ex Autogr.

Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas penſans providè Merita ſingulorum, illos conſuevit Eccleſiaſticis Beneficiis potiùs honorare, quos Litterarum Scientia, Vitæ ac Morum honeſtas, & alia multiplicia virtutum merita, fidedignis Teſtimoniis affirmata, Sedis ejuſdem gratiâ dignos reddunt.

Volentes itaque, dilecto Filio, Johanni de Trevaur, Canonico Bangorenſi, Magiſtro in Artibus, & Bacalario, ut aſſeritur, in Theologiâ, de præmiſſis, aliiſque multiplicium virtutum donis, apud nos laudabili Teſtimonio commendato, horum intuitu, Gratiam facere ſpecialem, Canonicatum Eccleſiæ Bangorenſis, cum plenitudine Juris Canonici, Apoſtolicâ dicto Johanni Auctoritate contulimus, & de illo etiam duximus providendum.

Præbendam vero, ſiqua in dictâ Eccleſiâ tunc vacabat, vel cùm vacaret, quam idem Johannes per ſe, vel Procuratorem ſuum, ad hoc legitimè Conſtitutum, infra unius Menſis ſpatium, poſtquam ſibi, vel eidem Procuratori, de illius Vacatione conſtaret, duceret acceptandam, conferendam ſibi, poſt acceptationem hujuſmodi, cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis, Donationi Apoſtolicæ reſervavimus;

Diſtrictiùs inhibentes, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo, &, dilectis Filiis, Capitulo Bangorenſi, ſeu Illi, vel Illis, ad Quem, vel ad Quos, in eadem Eccleſiâ Præbendarum Collatio, Proviſio, ſeu quævis alia Diſpoſitio pertinent, communiter, vel diviſim, nè de illâ interim, etiam ante Acceptationem hujuſmodi, niſi poſtquam eis conſtaret quòd, Johannes, vel Procurator, prædicti illam nollent acceptare, diſponere quoquomodo præſumerent;

Ac Decernentes extunc Irritum & Inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, * quâvis Auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contingeret attemptari, * V. 393.

Non obſtantibus de certo Canonicorum numero, & quibuſlibet aliis ejuſdem Eccleſiæ Statutis, & Conſuetudinibus contrariis, Juramento, Confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quâcunque firmitate aliâ roboratis,

Aut ſi aliqui Apoſtolicâ, vel aliâ quavis Auctoritate, in eâdem Eccleſiâ in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant,

Seu ſi ſuper Proviſionibus, ſibi faciendis, de Canonicatibus & Præbendis, in dictâ Eccleſiâ ſpeciales, vel de Beneficiis Eccleſiaſticis

Digitized by Google

Inducentes eum, vel Procuratorem ſuum prædictum pro eo, in Corporalem Poſſeſſionem hujuſmodi Præbendæ, ac Jurium, & Pertinentium ejus, & defendentes Inductum, ſibique facientes de ipſorum Canonicatûs & Præbendæ Fructibus, Redditibus, Proventibus, Juribus & Obventionibus univerſis, integrè reſponderi:

Non obſtantibus omnibus ſupradictis, ſeu ſi eiſdem, Epiſcopo & Capitulo vel quibuſvis aliis, comuniter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quòd Interdici, Suſpendi, vel Excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem; Contradictores Auctoritate noſtrâ, Apellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Dat. Avinion. xii Kal. Decembr. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

R. Boer. *Lambt.*

Sub filis cannabaceis.

---

* V.394. *Ad Papam, de Termino, ad Tractandum de Pace, prorogato: de Trenga violata; & contra Proviſiones.*

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Rom. 17. E. 3. m. 2.

PAPÆ Rex, &c.

Receptis, cum omni Reverentiâ, Sanctitatis veſtræ Literis, per, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Andream de Offord, nobis miſſis, ſuper contentis in eis deliberationem habuimus diligentem.

Et quia Tractatus Pacis, inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ, juxta formam Treugæ fiendus, coram vobis non poteſt infra Statutum Terminum, videlicet, inſtans Feſtum Natalis Domini, commodè terminari, ad veſtri Reverentiam & Rogatum, dictum Tractandi Terminum, uſque ad unum Annum continuum, quantum ad Nos attinet, duximus Prorogandum,

Et, ſub Bonitatis & Rectitudinis veſtræ fiducia, ſolempnes Nuncios (videlicet) dilectos & fideles noſtros,

Henricum de Lancaſtriâ, Conſanguineum noſtrum, Darbiæ,
Thomam de Bello Campo, Warwicæ,
Robertum de Ufford, Suffolciæ,
Willielmum de Clynton, Huntyngdoniæ,
Comites:
Bartholomæum de Burghersh,
Et Thomam de Bradeſton,
Barones:
Magiſtros, Willielmum de Norwico, Decanum Lincolniæ,
Johannem de Offord, Archidiaconum Elienſem,
Et alios,

Propter hoc, cum Poteſtate Sufficienti, ad Sanctitatis veſtræ præſentiam providimus deſtinandos,

Qui, in Vigiliâ diei Dominicæ in Ramis Palmarum, inſtantis Quadrageſimæ, per Dei gratiam, illuc erunt,

Dùm tamen Pars Adverſa dictæ Prorogationi conſenſerit, & illuc ad dictum Terminum ſuos ſolemnes Nuncios, cum Sufficienti Poteſtate, quæ requiritur, duxerit tranſmittendos, ac Literæ Im-

Volentes tàm Securitati, venerabilis Patris, Johannis Cantuarienſis Archiepiſcopi, totius Angliæ Primatis, Pat. 17. E. 3. p. 2. m. 15. d.

Ad Diœceſim Norwicenſem, causâ Viſitationis ſuæ ibidem jure Metropolitico excercendæ, profecturi, & exindè ad nos, pro magnis & arduis noſtris & Regni noſtri Negotiis, reverſuri,

Quàm Conſervationi Pacis noſtræ providere,

Suſcepperimus Eum, Homines, & Res ſuas, in Protectionem & Defenſionem noſtras ſpeciales, firmiter Inhibentes nè quis eidem Archiepiſcopo, vel ſuis, in Perſonis, vel Rebus, inferrent Impedimentum aliquod vel Gravamen:

Et quia datum fuit nobis intelligi, quòd ad impediendum indebitè Progreſſum ſuum, in Viſitatione ſuâ prædicta, parata fuit Armata Potentia, in diverſis locis, in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, contra eum, in perturbationem Pacis noſtræ, & contra Statuta & Ordinationes noſtra, & Progenitorum noſtrorum, ac Proclamationes & Inhibitiones noſtras, in hac parte factas,

Et præcepperimus Vicecomiti noſtro Comitatuum prædictorum, quod in locis prædictis, & alibi in Ballivâ ſuâ, tam infra Libertates, quàm extra, ubi expedire videret, ex parte noſtra publicè proclamari faceret, & firmiter inhiberi nè qui, cujuſcumque Status vel Conditionis exiſterent, Congregationes Hominum Armatorum aut aliorum ſuſpectorum, ſeu Conventicula illicita in dictis locis, ſeu alibi in Ballivâ ſuâ, facerent vel fieri procurarent, nec quicquam in Læſionem Pacis noſtræ, contra Statuta, Ordinationes, Proclamationes, & Inhibitiones, prædicta præſumerent attemptare, & quos, poſt Proclamationes & Inhibitiones prædictas, ſic factas, inveniret contrarium facientes, caperet, & in Priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri faceret, quouſque de eis duceremus aliter ordinandum:

Ac jam, non ſine gravi turbatione, intellexerimus quòd, non obſtantibus Statutis, Ordinationibus, Proclamationibus, & Inhibitionibus, ſupradictis, quidam Rebelles hujuſmodi Congregationes & Conventicula illicita, adhuc in dictis partibus, præſertim in Locis ad quæ dictus Archiepiſcopus ex causâ prædictâ ſe divertit, ad impediendum Armatâ Potentia dictum Proceſſum ſuum, indies faciunt, & facere comminantur in noſtri contemptum & retardationem negotiorum noſtrorum prædictorum, & Violationem dicti Mandati noſtri manifeſtam;

Nos,

Præſumptuoſam eorum Audaciam, ſic in noſtri Dedecus & Contemptum, & pernicioſum aliorum Exemplum, attemptatam, tranſire nolentes, ſicut nec convenit, impunitam,

Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad Proclamationes & Inhibitiones prædictas, ex parte noſtrâ, in quibuſcumque Locis Comitatuum prædictorum, ubi expedire videritis, tàm infra Libertates, quàm extra, in formâ prædictâ iteratò publicè fieri faciendum,

Necnon ad Inquirendum, per Sacramentum proborum & legalium Hominum de Comitatibus prædictis, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos rei veritas meliùs ſciri poterit, de nominibus illorum qui hujuſmodi Congregationes, Alligantias, & Conventicula illicita, poſt dictas primas Proclamationes & Inhibitiones, ſic factas, fecerunt,

Et tàm ad eos, qui Culpabiles inventi fuerint, quàm alios, quos exnunc in læſionem Pacis noſtræ, & Populi noſtri Commotionem, contrarium inveneritis facientes, Attachiandum, Inſequendum, & Areſtandum, & Priſonæ noſtræ Committendum, prout Delicti

Qua-

Digitized by Google

Salutem.

Sciatis quòd,

Cum, per Litteras noſtras Patentes, aſſignaverimus, Venerabilem in Chriſto Patrem, R. Dunolmenſem Epiſcopum, & vos (præfati, Comes, Henrice, Radulphe, Maurici, Thomas, Johannes de Stryvelyn, Waltere, & Adam) Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad Treugas, inter Nos & Homines de Scotiâ, Adverſarios noſtros, initas & firmatas, pro Nobis & Subditis noſtris, in partibus Marchiarum Regni noſtri Angliæ, & aliis locis, in Terris, in Dominio noſtro in Scotiâ, Cuſtodiendum,

Et ad ea, quæ contra formam Treugarum illarum per Subditos noſtros attemptata fuerint, Emendandum & Reformandum,

Et ad Tranſgreſſores Puniendum,

Et poſtmodùm, ob certas cauſas, aſſignaverimus vos (præfati, Roberte, Gerarde, Roberte, Johannes de Fenwyk, Roberte, Wilhelme, Johannes de Coupland, Roberte, & Hugo) Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, Duos, & Unum veſtrûm, ad Treugas prædictas in Marchiis prædictis, unà cum præfato Epiſcopo, & vobis (præfati, Gilberte, Henrice, Radulphe, Maurici, Thoma, Johannes de Stryvelyn, Waltere, & Adam) Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, Duobus, & Uno veſtrûm, Cuſtodiendum, & ad omnia alia, quæ pro Conſervatione Treugarum illarum, & Punitione dictorum Tranſgreſſorum neceſſaria fuerint vel opportuna, faciendum,

Jamque intellexerimus quòd diverſi Malefactores, ſe adinvicem de novo confœderantes, & Treugas illas Callidis Machinationibus infringere nitentes, in Marchiis & Terris prædictis, Nocte Dieque, vagantur & diſcurrunt, Tranſgreſſiones, Murdra, Homicidia, Roberias, Latrocinia, Deprædationes, Incendia, & alia mala & facinora innumera, perpetrantes,

Et, factis Facinoribus prædictis, Dominium & Libertatem Philippæ Reginæ Angliæ de Tyndale, & Dominium & Libertatem, Venerabilis Patris, W. Archiepiſcopi Eborum, Angliæ Primatis, de Extildeſham, & Villam noſtram Berewici ſuper Twedam, ingredientes, ibidem receptantur, Moram ad voluntatem ſuam faciendo, &, exindè redeundo ad Marchias & Terras prædictas, conſimilia Mala ibidem, & locis adjacentibus, perpetrando, & indies perpetrare non deſiſtendo, in Pacis noſtræ læſionem, & populi noſtri terrorem & commotionem manifeſtam, & contra formam Treugarum prædictarum,

Nos (Treugas illas inviolabiliter obſervari, & malitiæ dictorum Tranſgreſſorum obviare, & Punitiones Debitas ſuper hoc fieri, volentes) aſſignavimus vos, Sexdecim, Quindecim, Quatuordecim, Treſdecim, Duodecim, Undecim, Decem, Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres & Duos veſtrûm, Juſticiarios noſtros ad inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum de partibus prædictis, tàm infra Libertates, quàm extra, per quos Rei Veritas in præmiſſis meliùs ſciri poterit, de Tranſgreſſionibus, Murdris, Homicidiis, Roberiis, Latrociniis, Deprædationibus, Incendiis, & Facinoribus prædictis, & de eorum Fautoribus, & eis Adhærentibus, & de aliis Circumſtantiis, præmiſſa tangentibus, pleniùs veritatem,

Et ad omnes, quos indè Indictari contigerit, & alios, quos Mala prædicta inveneritis perpetrantes, Inſequendum, & per Corpora ſua Areſtandum & Capiendum, & ſtatim in Judicium ducendum, indè Allocuturos, & ad debitas Punitiones & Caſtigationes, & ad celeris Juſtitiæ Complementum, tàm pro nobis, quàm pro aliis, in hac parte conqueri ſeu proſequi volentibus, indè Faciendum ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri Angliæ:

* V.397. * Et ideò vobis mandamus, quod præmiſſa omnia & ſingula faciatis & expleatis in formâ prædictâ, facturi, &c. ſalvis, &c.

Mandavimus enim Ballivis prædictæ Reginæ de Tyndale, prælatis, necnon Vicecomitibus, Præpoſitis, Cuſtodibus, & aliis, ad Fidem noſtram & de Amicitiâ noſtrâ, in eiſdem partibus, exiſtentibus, tenore præſentium, in mandatis quòd vobis, tanquam Capitaneo & Cuſtodi, Caſtri, Villæ, & Vicecomitatûs, prædictorum, in omnibus, quæ ad ſalvam & ſecuram Cuſtodiam Caſtri, Villæ, & Vicecomitatûs, prædictorum, ac Terrarum noſtrarum ibidem, pertinent, Intendentes, Conſulentes, Reſpondentes ſint & Auxiliantes, quotiens & prout ipſis, & eorum alicui, ſcire feceritis ex parte noſtra.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Decembris.

Per Teſtimonium Comitis Norht.

De Cuſtumis Burdegaliæ, Duci Britanniæ ſolvi conſuetis, ſolvendis.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Majori & Juratis Civitatis ſuæ Burdegaliæ, Salutem. Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Vaſc. 17. E. 3. m. 3.

Quia intelleximus quòd Duces Britanniæ, qui fuerunt pro tempore, ſolebant & debent percipere certam Cuſtumam Burdegaliæ de Mercatoribus, exindè Vina vel alia Mercimonia ducentibus, & ibidem habere Receptores ſuos pro dictâ Cuſtumâ petenda & recipienda, & ad Brevia Teſtimonialia, ibidem conſueta, tradenda, per quorum Oſtentionem Naves, venientes juxta Coſteram Britanniæ ibidem, tueri debent & ſalvari:

Nos (volentes jura dicti Ducatûs Britanniæ, præſertim dùm idem Ducatus ſub noſtrâ directione conſiſtit, illæſa ſervare) vobis mandamus quòd in Civitate prædictâ faciatis publicè proclamari, quòd omnes Mercatores & alii, qui ſolent & debent dictam Cuſtumam præſtare, ipſam Receptori dictæ Cuſtumæ, noſtro, & Johannis Ducis Britanniæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, nomine Deputato, vel Deputando, ſicut hactenus * conſuetum eſt, ſub periculo quod incumbit, plenè ſolvant, ipſos ad hoc, prout juſtum fuerit, compellentes; Ita quòd idem Receptor de Exitibus dictæ Cuſtumæ reſpondeat, ſicut decet. * V.398.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Decembris.

De Procuratoribus ad Tractandum cum Rege Caſtellæ aſſignatis.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, 1343.

De Fidelitate & Diſcretione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Epiſcopi Baionæ, Nicholai de la Beche, Seneſcalli noſtri Vaſconiæ, Johannis de Shordich, Bernardi de Bearne, dicti Leſpes, Præpoſiti noſtri Baionæ, Magiſtri Dominici de Sancto Johanne Presbiteri, & Johannis de Giltede Procuratoris & Conſiliarii noſtri in Vaſconiâ, pleniùs confidentes, An. 17. E. 3. Vaſc. 17. E. 3. m. 6.

Ad Tractandum & Concordandum pro Nobis, & Subditis noſtris, cum, Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Rege Caſtellæ, ac Deputandis ab eo, ſuper Diſcordiis & Diſſenſionum Materiis, exortis inter Subditos ipſius Regis, præſertim Homines Maritimos ſive Marinarios, ac noſtros Subditos, ſaltim Homines Civitatis noſtræ Baionæ, occaſione Dampnorum & Injuriarum, hinc indè datorum & illatorum, amicabiliter decidendis,

Et ſuper ipſis Dampnis & Injuriis Paciſcendis, Tranſigendis, & Componendis,

Necnon ad Ligam & perpetuam Amicitiam, & etiam Treugas & Guerræ Sufferentiam, ſeu Ceſſationem, inter ipſum Regem

Digitized by Google

• V.399. * *Conſimiles Literæ ad Bernardum le Berne, Procuratorum alterum.*

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Bernardo le Berne, dicto l'Eſpes, Salutem.

Quia, ex ſincerâ fiduciâ, quam de probatâ veſtrâ fidelitate & circumſpectione providâ reportamus, vos ad Tractandum &c. *ut ſupra.*

Litera miſſa in Britanniam de Geſtu laudabili continuando.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Franc. 17. E. 3. m. 4. dor. REX, Venerabili in Chriſto Patri, - - - - Epiſcopo de Cornewaille, Salutem.

Fidelitatis veſtræ Conſtantiam, quam pro noſtrorum, & Illuſtris Johannis Ducis Britanniæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Jurium & Honorum Conſervatione, ac Defenſione Ducatûs Britanniæ, Nobis & dicto Duci magnanimiter & laudabiliter oſtenditis, Perſonæ veſtræ Periculis & Rerum Diſpendiis non cedendo, gratam habuimus plurimùm & acceptam; gerentes in votis vobis uberem facere Repenſivam.

Et ideò corditer vos rogamus quòd continuare velitis ſemper, cum excreſcentiâ, laudabilem Geſtum veſtrum, & mittemus vobis in proximo Solatium & Succurſum, ſicut, Dilectus & Fidelis noſter, Almericus de Cliczon, quem ex hac causâ in Angliâ morari fecimus, plenius, cùm venerit, vobis dicet, & vobis ſemper, cum res exegerit, ſuccurremus, ita quòd vos, & alii Fideles noſtri dictarum partium, gaudebitis, per Dei gratiam, ſic pro nobis vos geſſiſſe.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo tertio die Decembris.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Domino de Lobeak.
Domino de Pount.
Johanni de Pount.
Willielmo de Cornewall.
Juoni de Trezguidy.
Capitaneo & Communitati de Kempercorentyn.
Capitaneo & Communitati de Kemperele.
Capitaneo & Communitati de Henebond.
Capitaneo & Communitati de Vanes.
Capitaneo & Communitati de Reedoun.
Capitaneo & Communitati de Garaunde.

De Impoſitionibus, in Ducatu Britanniæ, pro bono publico permittendis.

Ann. D. 1343. An. 17. E. 3. Ibid. REX, Venerabili in Chriſto Patri, - - - - Epiſcopo de Kempercorentyn Salutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

Quia bona Directio Ducatûs Britanniæ, & ejus Defenſio contra Inimicos noſtros, & Illuſtris Johannis Ducis Britanniæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, atque veſtros Inimicos, nobis admodum ſunt votivæ, quas etiam vos & alios, faventes Parti noſtræ & dicti Ducis, cordi confidimus optinere,

Fidelitatem & Dilectionem veſtram attentè rogamus quatinus,

die Lunæ proximo poſt Feſtum Sancti Hilarii, proximo futurum, Nos,

Volentes Securitati omnium & ſingulorum, cujuſcumque Regionis ſive Nationis fuerint, illuc ex hac causâ tunc venire volentium, providere,

Suſcepimus omnes & ſingulos, tàm Milites, Domicellos, ac Scutiferos, cujuſcumque Regionis vel loci fuerint, ſic venire volentes, Servientes & Bona eorum quæcumque, illuc veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, in Salvum & Securum Conductum noſtrum, ac Protectionem & Defenſiones noſtras ſpeciales:

Et ideò vobis mandamus quòd omnibus & ſingulis, ſic venientibus, &c. *prout in cæteris de Conductu Literis.*

In cujus &c. uſque ad Octabas Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, proximò futuras, duraturas.

Teſte Rege apud Ditton, primo die Januarii.

Ad Papam, pro Epiſcopo Ciceſtrenſi, de non gravando contra Jura Coronæ.

PAPÆ Rex &c. Ann. D. 1344. An. 17. E. 3. Rom. 17. E. 3. m. 1.

Inter Solicitudines alias, quibus indies occupamur, illud eſt nobis cordi præcipuum, ut Jura noſtra Regalia conſervemus illæſa, & Fideles noſtros, præſertim in his quæ noſtrum contingunt Regimen, à noxiis præſervemus.

Sanè,

Cùm omnis & omnimoda cognitio cauſarum, Civilium & Criminalium, inter quaſcumque Perſonas Regni noſtri Angliæ, ad Forum & Examen noſtra notoriè pertineat & pertinuerit ab antiquo,

Noſque Perturbantes & Violantes Pacem noſtram, & Procedentes ad Arma, cujuſcumque Conditionis fuerint, debeamus Jure noſtro Regio cohercere,

Et propter hoc, ad nos pridem delatâ Querelâ quòd nonnulli, tàm Clerici, quàm Laici, contra, Venerabilem Patrem, Robertum Ciceſtrenſem Epiſcopum, verſus Eccleſiam ſuam Ciceſtriæ modo pacifico venientem, temerè conſpirantes, eidem Epiſcopo Vi & Armis reſtiterunt, & graves & probroſas Injurias intulerunt, & quoſdam ex ſuis verberârunt, vulnerârunt, & alios enormiter pertractârunt, & Literas ipſius Epiſcopi, ad Rogatum noſtrum, Decano & Capitulo ipſius Eccleſiæ, de Orando Deum pro Nobis & Expeditione noſtrâ, tranſmiſſas, dedignanter recipere recuſârunt in noſtri contemptum, & Perturbationem Pacis noſtræ manifeſtam, & aliorum pernicioſum Exemplum,

Nos (nolentes, ſicuti nec debuimus, tantæ Temeritatis Audaciam, contra Nos & Pacem noſtram ſic præſumptam, conniventibus oculis pertranſire) miſimus illuc Juſtitiarios noſtros ad inquirendum de præmiſſis, & ad dictum Negotium ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri Angliæ Fine debito terminandum,

Qui, ſervato Proceſſu debito, contra Præſumptores prædictos, tàm abſentes, quàm præſentes, ritè per omnia proceſſerunt,

* Ac jam diſplicenter audivimus quòd quidam Conſpirantium prædictorum, • V.401

Ad Sanctam Romanam Curiam accedentes, & molientes veſtram illudere Sanctitatem, & eam contra dictum Epiſcopum per Commenta callida provocare,

Veſtræ Clementiæ ſuggeſſerunt dictum Epiſcopum eos ad Examen traxiſſe Vetitum, & contra eos, in Curia noſtrâ, in præjudicium Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, Proceſſus fieri procuraſſe:

Super quo ſcire velit veſtra Benignitas, quòd prætatus Epiſcopus ipſos

Digitized by Google

ta callida provocare, eidem Domino Summo Pontifici ſuggeſſerunt dictum Epiſcopum eos ad Examen traxiſſe Vetitum, & contra eos in Curiâ noſtrâ, in præjudicium Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, fieri procuraſſe,

Super quo eidem Domino Summo Pontifici, pro eodem Epiſcopo, noſtras miſimus Literas excuſatorias ſpeciales, quia (reverà) idem Epiſcopus nichil fecit in hac parte quod ad Culpam ſibi debeat rationabiliter imputari, ſet, ſecutus morem Majorum, a tempore cujus contrarii non exiſtit memoria obſervatum, pro verberatione & vulneratione Servientum ſuorum conſuetam Juſtitiam fieri poſtulavit.

Quamobrem ſpecialiter vos rogamus quatinus penes dictum Dominum Summum Pontificem, pro excuſatione ipſius Epiſcopi, velitis, conſideratione noſtri, interponere cum efficaciâ partes veſtras, &, nè occaſione præmiſſâ procedatur contra eum, quam poteritis opem ferre, præſertim cùm idem Proceſſus Juri noſtro Regio & Cognitioni Curiæ noſtræ manifeſtiſſimè derogaret, quod nedùm nos, ſet totam Communitatem Regni noſtri Angliæ nimis periculosè forſitan commoveret, cùm Conſervationem Pacis noſtræ nobis videatur auferre.

Dat. ut ſupra.

Conſimiles Literæ diriguntur Cardinalibus ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.
P. Sabinen. Epiſcopo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali.

---

* V. 402.

* *Litera miſſa Regi Portugaliæ.*

Ann. D. 1344. An. 17. E. 3. Clauſ. 17. E. 3. p. 2. m. 7. d.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Portugaliæ & Algarbiæ Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eadem gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem, & felicibus ſemper Succeſſibus habundare

Lætâ manu recepimus Serenitatis Regiæ Literas nobis miſſas, recitantes primò Reſponſionem noſtram, aliàs vobis factam, ſuper Complemento Juſtitiæ, veſtris Subditis faciendo de Pannis & Bonis, ab eis per Subditos noſtros in Portu de Breſt (ut prætenditur) deprædatis; Requiſitione ſubjunctâ ut, quod tunc ſuper reſtitutione Dampnorum hujuſmodi fieri mandavimus, compleri & exequi effectualiter faceremus; adjecto quoque qualiter vos, per Dominium veſtrum, publicè præconizare feciſtis nè qui, de Poteſtate veſtrâ, ſub Pœnâ Capitis, Subditis noſtris inferre præſumerent Injuriam ſive Dampnum, ſet eos, velut Fratres, amicabiliter pertractarent, de facienda Subditis noſtris Præconizatione Conſimili nos rogantes.

Et quidem Affectionem gratam, quam ad nos & noſtros in hoc vos habere conſpicimus, plenè proſequimur actionibus gratiarum, votivi perficere quæ vobis fuerint placitura, & fomentum Dilectionis ac Communionem pacificam inter veſtros & noſtros Subditos poterunt adaugere.

Et ſuper hoc mandavimus Conſiliariis & Miniſtris noſtris, ut dictis Dampnificatis veſtris plenam & feſtinam facerent fieri Juſtitiam cum effectu: & quòd in ſingulis locis, infra Diſtrictus noſtros, ubi expedire viderint, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi nè quis, ſub gravi forisfactura noſtra, Subditis veſtris, quocumque loco, Dampnum inferat vel Gravamen, ſet ipſos, velut Amicos & benivolos noſtros ſpeciales, omninò pertractent, & ab Injuriis & Violentiis eiſdem inferendis, pro viribus tueantur, &, ſi quid eis forisfactum fuerit, id debitè faciant reformari.

---

* *Pro Johanne Duce Brabantiæ, de Feodo ſuo ſolvendo.* * V. 403.

REX Theſaurario, & Baronibus de Scaccario, ac Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D. 1344. An. 17. E. 3. Clauſ. 17. E. 3. p. 2. m. 7.

Mandamus vobis quòd, dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Johanni Duci Brabantiæ id, quod ei a retro eſt, de Feodo ſuo mille & quingentarum Librarum, quod ratione Homagii ſui, nobis nuper præſtiti, a nobis percipit annuatim, vel ipſius Ducis Attornato in hac parte, de Theſauro noſtro ſine dilatione ſolvatis, vel ei aliàs competentem Aſſignationem indè fieri faciatis.

Et, factâ Solutione vel Aſſignatione hujuſmodi, recipiatis à præfato Duce vel ejus Attornato prædictis, Litteras ſuas Acquietantiæ, quæ pro nobis & vobis ſufficientes fuerint in hac parte.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Januarii.

Per Concilium.

De Proclamatione ſuper Auro cudendo.

LE Roi as Viſcounts de Londres Salutz. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 1. m. 28. d.

Come, par nous Prelatz & autres Grantz de noſtre Roialme d'Engleterre, pur Comune Profit de nous & de noſtre Poeple du dit Roialme, ſoit Acorde & Aſſentu que trois Monoies d'Or ſoient faites en noſtre Tour de Londres, c'eſt aſſavoir,

Une Monoie od Deux Leopertz, currante la piece pur ſis Soldz, que ſerra du Pois de Deuz petitz Florins de Florence, de bons Pois,

Et une autre Monoie d'Or od une Leopert, poiſante la moite de l'autre ſuſdite Monoie, currante la piece pur Trois Soldz,

Et une autre Monoie d'Or od un Heaume, poiſante la Quarte parte de la ſuſdite primere Monoie, currante la piece pur dis & oet Deners,

Les queles Monoies d'Or deivent avoir cours entre totes maneres des gentz deinz le dit Roialme d'Engleterre,

Vous mandoms que en la dite Citee, & es lieus, ou vous verrez que ſoit affaire, deinz veſtre Baillie, facez Crier & publier les choſes ſuſdites, & que cheſcun Homme, de quele condicion q'il ſoit, Prive ou Eſtraunge, les dites Monoies d'Or receive en cheſcune manere du Paiement, & que meſme les Monoies ne ſoient refuſez de nully ſur peril q'appent.

Et ceo ne leſſez en null manere.

Don. a Weſtm. le xxvii jour de Janever.

Bulla, de Proviſione ante memorata, executoria.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati Monaſterii de Vallecrucis, Aſſavenſis Diœceſis, & - - - - Lichefeldenſis, ac - - - Ciceſtrenſis Eccleſiarum Decanis, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ex Autogr.

Sedis Apoſtolicæ circumſpecta prudentia, providè penſans merita ſingulorum, illos nimirum uberioribus conſuevit Favoribus proſequi, quos Litterarum ſcientiâ præditos, vitæ morumque venuſtate conſpicuos, ac aliis probitatis & virtutum potioribus titulis conſpicit inſignitos.

Volentes itaque perſonam, Dilecti Filii, Johannis de Trevaur, Canonici Aſſavenſis, Bacallarii in Theologiâ, qui etiam in Artibus

Digitized by Google

quolibet aliâ dictæ Sedis Indulgentiâ generali, vel ſpeciali, cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam noſtris Litteris non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus hujuſmodi noſtræ Gratiæ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quâ, cujuſque toto tenore habenda ſit in eiſdem noſtris litteris mentio ſpecialis:

Aut ſi dictus Johannes præſens non fuerit ad præſtandum de obſervandis Statutis, & Conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ, ratione hujuſmodi Dignitatis, vel Perſonatûs, aut Officii ſolitum Juramentum, dummodo in abſentiâ ſuâ per Procuratorem ydoneum, & cùm ad Eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud præſtet:

Seu quod, in eâdem Aſſavenſi & in Bangorenſi Eccleſiis, Canonicatus ſub expectatione Præbendarum auctoritate Apoſtolicâ ipſe Johannes noſcitur obtinere. Quocirca Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinùs vos, vel Duo, aut Unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, hujuſmodi Dignitatem, vel Perſonatum, aut Officium, per nos, ut præmittitur, reſervatam, vel reſervatum, ſi tempore hujuſmodi noſtræ Reſervationis in eâdem Eccleſiâ vacabat, vel extunc vacavit, aut cum inibi vacare contigerit, eidem Johanni poſt acceptationem hujuſmodi, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, auctoritate noſtrâ conferre, & aſſignare curetis, inducentes eum, vel Procuratorem ſuum, ejus nomine, in corporalem poſſeſſionen Dignitatis, vel Perſonatûs, aut Officii, ac Jurium, & Pertinentiarum, prædictorum, & defendentes Inductum, ac facientes eum, vel dictum Procuratorem pro eo, ad hujuſmodi Dignitatem, vel Perſonatum, aut Officium in ipsâ Eccleſiâ, ut eſt moris, admitti, ſibique de hujuſmodi Dignitatis, vel Perſonatûs, aut Officii Fructibus, Redditibus, Proventibus, Juribus, & Obventionibus univerſis integrè reſponderi, non obſtantibus omnibus ſupradictis; ſeu ſi eiſdem Epiſcopo & Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim, à dictâ ſit Sede indultum, quod Interdici, Suſpendi, vel Excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, Contradictores auctoritatè noſtrâ, Appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo.

Datum Avinion. iv. Kal. Februarii, Pontific. noſtri anno ſecundo.

Super Plicam, N. *Mauri*.

R. Boer.

Sub filis cannabaceis.

• V. 405.

* *Super Mareſcalcia Angliæ, de Inquirendo.*

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Pat. 18. E. 3. p. 1. m. 18. d.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Houton, & Nicholao de Rook, Salutem.

Quia Thomas, nuper Comes Norffolciæ & Mareſcallus Angliæ, qui dictum Officium Mareſcalciæ tenuit de nobis in Capite, diem clauſit extremum, ut accepimus,

Aſſignavimus vos ad dictum Officium Mareſcalciæ, cum pertinentiis, in Manum noſtram capiendum,

Et ad inquirendum, per Sacramentum proborum & legalium

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Februarii.

Per Teſtimonium ipſius Johannis.

De veniendo ad Regem informandum ſuper Statu Navigii.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 1. m. 24. d.

REX Ballivis ſuis Villæ Magnæ Jernemuth Salutem.

Quibuſdam certis de cauſis vobis mandamus, diſtrictiùs quo poterimus injungentes, quòd quatuor homines de Villâ prædictâ, de magis ſufficientibus hominibus ejuſdem Villæ, & majorem notitiam ſtatûs Navigii Regni noſtri Angliæ habentibus, venire faciatis uſque Londoniam,

Ita quòd ſint ibidem, ſub incumbenti periculo, die Lunæ proximo poſt medium Quadrageſimæ, proximò futurum, Nos, & Concilium noſtrum tunc ibidem ſuper aliquibus, dictum Navigium tangentibus, informaturi, ulteriuſque * facturi quod, Deo dante, tunc ibidem ſuper hoc contigerit ordinari: • V. 406.

Et hoc nullatenùs omittatis; & habeatis ibi nomina prædictorum quatuor hominum, & hoc Breve.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Februarii.

Per ipſum Regem.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, de Numero hominum ſubſcriptorum, ad diem prædictum, uſque Londoniam venire faciendorum, ſub eadem data; viz.

Majori & Ballivis Villæ Novi Caſtri ſuper Tynam de duobus hominibus.

Ballivis Villæ de Scardeburgh de uno homine.

Majori & Ballivis Villæ de Kyngeſton ſuper Hull de duobus hominibus.

Ballivis Villæ de Raveneſrode de uno homine.

Ballivis Villæ de Grymesby de uno homine.

Ballivis Villæ de Sancto Botolpho de duobus hominibus.

Ballivis Villæ de Lenn. de duobus hominibus.

Ballivis Villæ de Donewico de uno homine.

Ballivis Villæ de Gippewico de duobus hominibus.

Ballivis Villæ Colceſtr. de uno homine.

Ballivis Villæ de Herewico de uno homine.

Ballivis Villæ de Orford. de uno homine.

Ballivis Villæ de Maldon. de uno homine.

Majori & Ballivis Villæ de Sandewico de duobus hominibus.

Ballivis Villæ Doverr. de duobus hominibus.

Majori & Ballivis Villæ de Wynchelſe de duobus hominibus.

Ballivis Villæ de Rye de uno homine.

Ballivis Villæ Haſtyng. de uno homine.

Ballivis Villæ de Goſeford de uno homine.

Ballivis Villæ de Waynflet de uno homine.

Ballivis Villæ de Lyme de uno homine.

Ballivis Villæ de Seford de uno homine.

Majori & Ballivis Civitatis ſuæ Ciceſtr. de duobus hominibus.

Bal-

Digitized by Google

* V 407. * *De Licentia Juſtas apud Lincolniam, ſingulis Annis in perpetuum, faciendi, & Capitaneum eligendi.*

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Pat. 18. E. 3. p. 1. m. 44.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Oblata nobis quorumdam, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Comitatûs Lincolniæ Petitio continebat ut (ad ſolatium Virorum Militarium, & uſum Armorum meliùs optinendum) velimus eis concedere quòd, ſingulis Annis in perpetuum, die Lunæ proximo poſt Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, convenire poſſit apud Lincolniam certus numerus Militum, ad hoc electorum, qui tunc ibidem teneant Haſtiludia ſive Juſtas,

Et quòd, Conſanguineus & Fidelis noſter cariſſimus, Henricus de Lancaſtriâ Comes Derbiæ, qui in Actibus Militaribus delectatur, fiat Capitaneus eorumdem,

Nos itaque,

Recenſitis Geſtis Antiquorum, attendentes quantum extulit Nomen & Gloriam Hominum Militarium uſus & amor Armorum, quantumque per numeroſitatem Hominum expertorum in Armis Regale Solium roboretur, necnon Confuſionum pericula quæ pluries ex otio provenerunt,

Et proindè volentes annuere gratiùs Petitioni prædictæ,

Conceſſimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd certus numerus Militum, ad hoc electorum, amicabiliter & pacificè convenire poſſit apud Lincolniam ſingulis Annis, die Lunæ proximo poſt Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, & tunc ibidem, civili modo, ſine oppreſſione Populi dictarum partium, vel Conventiculis illicitis faciendis, Haſtiludia ſive Juſtas, tàm Pacis quàm Guerræ temporibus, cum omnibus, illuc tunc pacificè venire volentibus, ad Excercitationem Armorum, facere & tenere,

Et quòd dictus, Conſanguineus noſter, Comes Derbiæ, ad totam vitam ſuam, ſit Capitaneus eorumdem,

Et quòd, poſt mortem ejus, Milites, ſic electi, alium Capitaneum idoneum eligere valeant, & ſic deinceps, poſt Mortem cujuſlibet Capitanei, imperpetuum.

Nolentes quòd dicti, Capitaneus, Milites, ſeu alii quicumque, ex hac causâ ibidem tunc venientes, per Nos, vel Hæredes noſtros, Juſticiarios, Vicecomites, aut alios Ballivos, ſeu Miniſtros noſtros quoſcumque, indè occaſionentur, impetiantur in aliquo, ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Februarii.

Per ipſum Regem.

Super Cartis de Pardonatione per ipſum Regem Sigillatis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 1. m. 25. d.

MEMORANDUM *quòd, die Jovis, tertiodecimo die Februarii, Anno præſenti, circa horam tertiam, Robertus de Sadyngton, Cancellarius, miſit Magnum Sigillum Domini Regis, in Cuſtodiâ dicti Cancellarii tunc exiſtens, cum Willielmo de Emeldon Clerico ſuo, eidem Regi:*

Et idem Willielmus dictum Sigillum in quadam Camerâ, vocatâ la Oriole, prope novam Capellam, in Palatio Weſtmonaſterienſi, dicto Regi liberavit:

Et idem Rex ibidem cum eodem Sigillo quatuor cartas, de Pardonatione Feloniarum & Tranſgreſſionum, Galfrido State de Gippewico, Rogero de Sbribbe, Johanni Filio Richardi Haltebe de Gippewico, & Willielmo de Porklee Clerico, per dictum Regem factâ, in præſentiâ ipſius Regis, Magiſtri Johannis de Thoresby Cuſtodis Ro-

An. 18. E. 3. Ibid.

Literas veſtras, per Fidelem noſtrum & veſtrum Henricum Corzeleyn Militem, Pincernam veſtrum, nobis exhibitas, & ea, quæ idem Henricus ex parte veſtrâ, ſub commiſſâ ſibi Credentiâ, nobis expoſuit (Matrimonium, inter vos & Johannam Filiam noſtram cariſſimam, juxta Conventiones indè pridem initas, contrahendum concernentia) pleno collegimus intellectu.

Et quidem votivum deſiderium, quod habetis ad complendum Contractum prædictum, gratum habemus plurimùm & acceptum.

Et licet ſperatum & promiſſum Auxilium, per Amicos & Parentes veſtros nobis factum, nec Pactiones, inter nos & ipſos initæ, ſtatutis fuerint temporibus obſervatæ, ſicut eſt publicè ſatis notum, nos tamen vobis gratanter & benivolè facere volumus quod debemus.

Set, ſicut veſtra Nobilitas benè novit, dicta Filia noſtra eſt adhuc infra Annos Nubiles conſtituta, & ſic nec poteſt de jure Matrimonium contrahere, nec dicto Contractui irrevocabiliter conſentire, Aſſenſum ejus, cùm pervenerit ad Ætatem quâ conſentire poterit, requiremus, & vos tunc ſuper hoc, abſque dilationis incommodo, reddemus pleniùs certiores.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Martii.

Bulla, de Fratre recipiendo.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Archidiacono Londonienſi, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1344. An. 18.

Cùm olim, Dilectis Filiis, * Priori & Conventui Prioratûs de Dunmowe-parvâ, Ordinis Sancti Auguſtini, Londonienſi Diœceſe, noſtris dederimus Litteris in mandatis, ut, dilectum Filium, Johannem de Dunmowe-magnâ, Clericum, cupientem unà cum eis in dicto Prioratu ſub Regulari habitu Domino famulari, reciperent in Canonicum, & in Fratrem, ac ſincerâ in Domino caritate tractarent: E. 3. Ex Autogr.

Iidem tamen Prior & Conventus, Mandatis hujuſmodi obaudi- tis, id efficere hactenus non curârunt, prout ipſius Clerici labor ad nos indicat iteratus;

Nos igitur, volentes eundem Clericum in hujuſmodi ſuo laudabili Propoſito confovere, Diſcretioni tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, quatinus, * ſi eſt ita, eoſdem Priorem & Conventum ex parte noſtrâ moneas & inducas, ut eundem Clericum in prædicto Prioratu recipiant in Canonicum, & in Fratrem, ac ſincerâ in Domino caritate pertractent, juxta priorum continentiam Litterarum; Alioquin reſcribas nobis Cauſam rationabilem, ſiqua ſubſit, quare id fieri non debeat, vel non poſſit. * V 409.

Dat. Avinion. Non. Martii, Pontificatûs noſtri Anno ſecundo.

Sub filis cannabaceis.

De Magna Corona Angliæ, Mercatoribus Alemanniæ impignorata, recipienda, & Regi ſecrete deferenda.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Pat. 18. E. 3. p. 1. m. 32.

REX, Dilectis Mercatoribus ſuis, Thomæ de Melcheburn & Willielmo Fratri ejus, Salutem.

Sciatis quòd (de fidelitate & circumſpectione veſtris pleniùs confidentes) aſſignavimus vos conjunctim, & diviſim, ad recipiendum, vice & nomine noſtro, de, Dilectis nobis, Conrado Clippyng, Tiro del Wolde, Alberto Clippyng, Tidemanno de Lymbergh, & Sociis ſuis Mercatoribus Alemanniæ, Magnam Coronam noſtram, in Cuſtodiâ ſuâ, pro quibuſdam Pecuniarum ſummis,

Digitized by Google

tum habituri quicquid per ipſos Comites, & eorum alterum, Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Actum fuerit in præmiſſis.

Ad Quæ firmiter obſervanda Nos, & Hæredes noſtros, ſpecialiter obligamus;

Et hoc vobis, & omnibus aliis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

* V. 410. ** Conſimilis Poteſtas ad tractandum ſuper Retinentiis.*

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

De Fidelitate &c. *ut ſupra uſque ibi* hinc indè præſtandis, *& tunc ſic*,

Et ad ipſos nobiſcum contra omnes Homines retinendum,

Et de Feodis, Vadiis, & Remunerationibus, Hominibus, ſic retentis, faciendis, conveniendum,

Et Securitatem ab ipſis, congruam in hac parte, ſtipulandum & recipiendum,

Et ad ea quæ ſic tractata &c. *ut ſupra*.

Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Ad Tractandum ſuper Alligantiis cum Rege Caſtellæ.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Vaſc. 18. E. 3. m. 9.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Henrici de Lancaſtriâ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Derbiæ, & Ricardi Arundellæ, Comitum, confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum, Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galeciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Gyennii, & Algarbii, Rege Illuſtri, ac Comitatûs Molinæ Domino, Conſanguineo noſtro cariſſimo, de Amicitiis & Alligantiis ſolidis, inter nos & ipſum ineundis, & mutuis Auxiliis hinc indè præſtandis,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate firmandum & roborandum,

Et ad alios Fideles noſtros, loco ſui, ad præmiſſa facienda, prout expedire viderint, Subſtituendum, & Subſtitutionem hujuſmodi revocandum,

Dictis Comitibus, & eorum cuilibet in ſolidum, ac Subſtituto, vel Subſtitutis ab ipſis, vel eorum altero, plenam, tenore præſentium, damus & concedimus Poteſtatem,

Ratum & Gratum habituri quicquid per ipſos Comites, & eorum alterum, aut Subſtitutum, vel Subſtitutos ab ipſis, vel eorum altero, Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Actum fuerit in præmiſſis,

Ad quæ firmiter obſervanda Nos, & Hæredes noſtros, ſpecialiter obligamus;

Et hoc vobis, & omnibus aliis, quorum intereſt, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

Et omnia alia & ſingula facienda quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Præfatis Comitibus, & eorum alteri, ac Subſtituto, vel Subſtitutis ab ipſis, & eorum altero, plenam, tenore præſentium, committimus & concedimus Poteſtatem:

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid iidem Comites, & eorum alter, Subſtituti, vel Subſtitutus ab ipſis, & eorum altero, nomine noſtro, fecerint, vel fecerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Turrim London. viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

Super Regimine Ducatus Aquitaniæ, Comitibus Lancaſtriæ & Arundellæ commiſſo.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Henrico de Lancaſtriâ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Derbiæ, & Ricardo Arundellæ, Comitibus, Salutem. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Vaſc. 18. E. 3. m. 9.

Sciatis quòd Nos,

De Reformatione Statûs & Regiminis Ducatûs noſtri Aquitaniæ, & aliorum Terrarum & Locorum noſtrorum Vicinorum, & recuperatione Terrarum & Jurium noſtrorum, quæ ſunt per Rebelles noſtros perperàm occupata, ſummè ſoliciti,

Ac de veſtris Fidelitate & Circumſpectione providâ confidentes,

Ad dictos Ducatum, Terras, & Loca noſtra, Defendendum, Regendum, & Dirigendum,

Et plenam Juſtitiam ſingulis, ſecundum Foros & Conſuetudines dictarum partium, fieri faciendum,

Ac Poſſeſſionem Caſtrorum, Locorum, Jurium, & aliorum Deveriorum quorumcumque, quæ a nobis injuſtè detinentur, Petendum & Recipiendum, etiam in Manu forti, prout opus fuerit, Recuperandum, Nanciſcendum & Retinendum,

Et propter hoc Calvacatum & Exercitum convocandum, congregandum, & ducendum,

Contrarios & Rebelles inſequendum, capiendum, &, prout juſtum fuerit, puniendum & cohercendum,

Et illos, qui ad Gratiam & Obedientiam noſtram venire vel redire voluerint, ad Gratiam & Pacem noſtram admittendum, & eis Remiſſionem & Pardonationem, quatinus ad nos attinet, tàm Pœnarum Corporalium, quàm Foriſfacturæ Bonorum ſuorum, concedendum, & Securitatem plenam eis inde faciendum,

Ac Terras & Bona Rebellium, quæcumque nobis Confiſcata, Commiſſa, vel Foriſfacta, aut quocumque alio Jure ad Nos ſpectantia, in Manum noſtram capiendum, & partem inde Perſonis aliis, benè meritis, qui nobis, circa Recuperationem Jurium noſtrorum in dictis partibus, Auxilium præſtiterint & Succurſum, juxta Meritorum ſuorum exigentiam, dandum & concedendum, de Nobis & Hæredibus noſtris Tenendum per Servitia debita & conſueta, & ipſos Donatarios de ſic Datis inveſtiendum & ſeiſiendum, & ſic ſeiſitos in Poſſeſſione ſuâ defendendum & tuendum, prout vobis, & Commodo noſtro, fore videritis faciendum,

Geſtum etiam Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque ſupervidendum, & eos, quos nobis Inutiles inveneritis, ab Officiis ſuis amovendum, & Utiles in Locis & Officiis noſtris ordinandum & ponendum,

Homagia etiam & Fidelitates a quibuſcumque in dictis partibus, &

Digitized by Google

decet Regiam Munificentiam, præmiare.
Dat. ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Donationibus, in dicto Ducatu exceſſivis, ſine aliqua Perſonarum acceptione, Revocandis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Henrico de Lancaſtriâ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Derbiæ, & Ricardo Arundelliæ, Comitibus, Salutem.

Quia, per importunam Petentium inſtantiam, & aliorum Suggeſtionem minus veridicam, Donationes in Ducatu noſtro Aquitaniæ fecimus exceſſivas, in quibus, ut intelleximus, Decepti ſumus nimiùm & probroſè,

Nos,

Conſiderantes juſtum fore quòd Mendax Precator carere debeat Impetratis,

Ac volentes ea, quæ ſic per ſuppreſſionem veritatis, & expreſſionem falſitatis, a liberalitate Regiâ ſunt extorta, prout Juſtum fuerit, revocari,

Ac de veſtris fidelitate & circumſpectione providâ, pleniùs confidentes,

Vobis committimus & mandamus quòd omnia Caſtra, Terras, & Tenementa, Libertates, & Proficua, per nos in dicto Ducatu noſtro, ad Suggeſtionem Petentium, vel in Recompenſationem impenſorum nobis Servitiorum, vel Deperditorum & Damnporum, data vel conceſſa, in Manum noſtram, ſine qualibet Acceptione Perſonarum, capi faciatis,

Et de Meritis Donatariorum, & veritate Suggeſtorum in hac parte per eoſdem, & vero valore rerum Donatarum, ac aliis circumſtantiis, quæ movere debent animum Donatoris, vos diligentiùs informetis,

Et Donationes illas, in quibus per informationem hujuſmodi nos inveneritis ſic deceptos, revocetis & penitùs adnulletis, retineri facientes in Manu noſtrâ, abſque aliqua Reſtitutione faciendâ, Res per Deceptionem hujuſmodi ſic Donatas,

Set Donationes alias, quas per veram Suggeſtionem & Condignis Meritis inveneritis fore factas, in ſuo ſtare robore permittatis,

Res captas in Manum noſtram a talibus Donatariis, eis unà cum Exitibus indè * perceptis, integrè, prout juſtum fuerit, reſtituere facientes; * V. 413.

Taliter ſuper hoc vos habentes, quòd veſtram debeamus circumſpectionem providam meritò commendare.

Dat. apud Turrim London. viceſimo quarto die Martii.

Per ipſum Regem.

De intendendo Commiſſariis, in dictis Donationibus adnullandis.

Super Obſervatione Treugæ cum Adverſario de Franciâ.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Vaſc. 18. E. 3. m. 9.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Henrico de Lancaſtriâ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Derbiæ, & Ricardo Arundelliæ, Comitibus, Salutem.

Quia deſiderantes Treugam, ob reverentiam Domini Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, & inſtantiam Cardinalium, ad Nos in Britanniam propter hoc ſpecialiter tranſmiſſorum, inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ pridem captam, quatenus ad nos attinet, in omnibus obſervare,

ſto tenetis, Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 27. d.

Scire vos volumus quòd non eſt, nec unquam fuit Intentionis noſtræ, quòd, virtute alicujus Mandati noſtri, vobis directi, areſtare poſſetis aliquem in Ordinem Epiſcopalem conſtitutum;

Et ideò vobis mandamus quòd ſtatim ipſos Epiſcopos, cum Servientibus ſuis, ſi ſic areſtati ſint, deareſtetis, & ipſos, quo voluerint, abire liberè permittatis;

Literas tamen hujuſmodi, nobis præjudiciales, quas per ipſos, vel ſuos, infra Regnum noſtrum delatas inveneritis, ſanas & integras coram Concilio noſtro Londoniæ tranſmittatis.

Teſte Rege apud Marleberg, quinto die Aprilis.

---

* *De Magna Corona Angliæ, à Mercatoribus Alemanniæ receptâ, Theſaurario Regis liberandâ.* * V. 414.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 1. m. 15.

REX, dilectis ſibi, Thomæ de Melchebourn & Willielmo de Melchebourn, Salutem.

Mandamus vobis quòd Magnam Coronam noſtram, in Cuſtodiâ veſtra exiſtentem, Theſaurario & Camerariis noſtris, per Indenturas, inde inter vos & ipſos modo debito conficiendas, liberetis in Theſaurariâ noſtrâ cuſtodiendam:

Mandavimus enim præfatis, Theſaurario & Camerariis, quod Coronam prædictam a vobis, per Indenturas hujuſmodi recipiant, & ſalvò in Theſaurariâ noſtrâ cuſtodiri faciant, prout decet.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Aprilis.

Per ipſum Regem.

ET mandatum eſt Theſaurario, & Camerariis Regis, quòd Coronam prædictam à præfatis Thomâ & Willielmo, per Indenturas, inter ipſos modo debito conficiendas, recipiant, & ſalvò in Theſaurariâ Regis cuſtodiri faciant, prout decet.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Super Diſſenſionibus inter Subditos Regis, & homines de Poteſtate Regis Caſtellæ & Comitis de Biſcay pacificandis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Vaſc. 18. E. 3. m. 8.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Cùm, Magnificus Princeps, Dominus Rex Caſtellæ, Conſanguineus noſter cariſſimus (moleſtè ferens Diſſenſionem & Debatum, inter ſuos & noſtros Subditos ſuſcitata) pridem miſerit Nuncios ſuos ad procurandum Pacem, ſive Treugam, inter dictos ſuos Subditos, & Homines noſtros de Baionâ,

Et,

Ad dictorum Nunciorum inſtantiam,

Inter Procuratores, ſeu Nuncios, nonnullorum, Civitatum, Villarum, & Locorum, de Poteſtate dicti Regis, & illuſtris Comitis de Biskaye, pro ſe & aliis Hominibus dictarum partium, ex parte unâ,

Ac Procuratores & Nuncios Subditorum noſtrorum Majoris, Centum Parium, & Communitatis dictæ Civitatis noſtræ Baionæ, & Loci noſtri de Beyarritz, ex aliâ,

Super ſedandis amicabiliter Diſſenſionibus & Debatis, occaſione Damnporum, hinc & inde per Homines Maritimos illatorum,

Inchoatus ſit Tractatus,

Et, ut ſuper hoc poſſit tractari ſecuriùs, una Treuga inter dictos Procuratores, nomine procuratorio, à quinto die Januarii, ulti-

Digitized by Google

Plenè confidentes,
Ad comparendum, audiendum, cognoſcendum, decernendum, & exequendum, juxta formam in dictâ Treugâ contentam,
Necnon ad componendum, paciſcendum, & tranſigendum ſuper Damnis & Injuriis, hinc indè datis & illatis,
Et de Pace & Amicitiâ perpetuâ, inter dictos Regem, & Comitem, & ſuos Subditos, & Nos, & dictos noſtros Subditos ineundis, tractandum & concordandum,
Et ad ea, quæ ſic Tractata, Concordata, & Facta fuerint, quacumque Securitate firmandum,
Et ad omnia alia & ſingula faciendum & exercendum, quæ in præmiſſis neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,
Prædictis, Epiſcopo, Johanni, Bernardo, Petro, Bartholomæo, & Petro, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, pro nobis, & dictis Subditis noſtris, Plenam, tenore præſentium, Committimus & Concedimus Poteſtatem;
Promittentes pro nobis, & Subditis noſtris prædictis, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per ipſos, Epiſcopum, Johannem, Bernardum, Petrum, Bartholomæum, & Petrum, Quinque, Quatuor, Tres, vel Duos eorum Actum fuerit in præmiſſis.
In cujus, &c.
Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo octavo die Aprilis.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti, ſub eâdem datâ: videlicet,

Petrus de Sancto Johanne, Epiſcopus Baionæ,
Johannes de Villar Sacriſta Eccleſiæ Baionæ,
Prior de Sancto Salvatore,
Petrus de Purnuyt,
Et *Bido de Lobart*,
Quatuor, Tres, & Duo eorum.

Petrus de Sancto Johanne, Epiſcopus Baionæ,
Johannes de Villar Sacriſta Eccleſiæ Baionæ,
Johannes de Liſtowe,
Petrus de Wyncawe,
Paſcaſius de Sancto Johanne,
Sanbaſtus de Villar.
Et *Domicellus de Hoſpitali*,
Quinque, Quatuor, Tres, & Duo eorum.

Conſimiles Literas habent ſubſcripti, ſub Datâ 26 Aprilis; viz.
Nicholaus de Beche Seneſcallus Vaſconiæ,
Johannes de Shordich Miles,
Et *Magiſter Johannes Wawayn Conſtabularius Burdegaliæ, & Duo eorum.*

Ann. D. 1344. *Ad Regem Caſtellæ, ſuper Algezira Conquiſitâ, Gratulatoria.*

An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 1. m. 7. d.

SEreniſſime Princeps & Conſanguinee cariſſime, votivâ Salutatione præmiſſâ, Regalis Excellentiæ veſtræ Literas, ſuper Redditione Villæ de Algeſira, & proſperis veſtris Succeſſibus in hac parte, per Latorem præſentium nobis miſſas, lætâ manu recepimus, & cum ingenti gaudio nimirum audivimus continentiam earumdem,

ſtrâ, conſtare facias ante Feſtum ſupradictum;
Et hoc nullatenùs omittas.
Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, triceſimo die Junii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

De Curſu Monetæ Auri proclamando.

LE Roi as Viſcounts de Londres Salutz.
Come, par avis de noſtre Conſeil, pur commune profit de tot noſtre Roialme d'Engletterre, eons ordine de faire Trois maneres de Monoies d'Or. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 23. d.
Une Monoie, currant la piece pur Sys Soldz & Oyt Deners d'Eſterlings, que ſerra appelle Noble d'Or,
Et une autre Monoie d'Or, Currante la piece pur Qarante Deners d'Eſterlings, que ſerra appelle Maille Noble,
Et la Tierce Monoie d'Or, Currante la piece pur Vynt Deners d'Eſterlings, que ſerra appelle Ferlyng Noble,
Et que crie ſoit & defendut, par tot noſtre Roialme & poair, que nul home ne porte hors de noſtre dit Roialme d'Engleterre Monoie d'Or, ne d'Argent, ne nule autre Monoie d'Or ne d'Argent (ſauve cele novele Monoie d'Or) ſur peyne de perdre tot l'Or, & tot l'Argent, & lour Corps a noſtre volunte, ſi ce ne ſoit par eſpeciale Congie de nous,
Et que Crie ſoit fait que nul home Reſceive, ne Diſpende, nul manere Monoie d'Or, ne d'Argent, de null autre Coigne que de noz Coignes, ſur le peril d'appent,
Et que la bone Monoie d'Argent, q'ore court, tiegne ſon cours,
Et que nulle refuſe la dite noſtre Monoie d'Or ne d'Argent, pur le pris ſuſdit, ſur le peril ſuſdit (c'eſtaſſaver) la Monoie d'Or pur la ſomme de Vynt Soldz d'Eſterlings ou paſſante, & que* nul ſoit conſtreint de la receiure deinz la dite ſomme de Vynt Soldz contre ſon gree, * V. 417.
Et que cheſcun puiſſe eſpier & accuſer toutes gentz que ferront al encontre, & ſuire pur nous en celle partie,
Et de celle Monoie, que ſerra trove iſſint porte, Reſceu, ou Deſpendu, la tierce partie ſerra a celuy qi eſpiera ou trouvera la choſe, & les deux parties a nous,
Et, pur ce que, avant ces heures, gentz ount eſte deſceeuz par cauſe qu'il n'aveit nulle Eſchange outere, ne null certein Ordine que home devereit doner pur l'eſchange, ſi avons ordine noſtre Eſchange overte en la Rue jouſte Servates-tour de Londres,
Et celui, que vorra illoeqes chaunger Or pur Eſterlings, preinge, pur le Noble d'Or, un Dener meyns de dim Marc,
Et, pur le Maille d'Or, une Maille meyns de Qarante Deners;
Et pur le ferling d'Or un Ferling meyns de Vynt Deners,
Et celui, que vorra achatre le Noble d'Or pur Eſterlings, paie une Maille d'Argent outre le pris,
Et pur le Maille d'Or un Ferling d'Argent,
Et pur Deux Ferlings d'Or un Ferling d'Argent outre le dit pris;
Et volons que toutes Gentz, que vorrent faire eſchange en noſtre Citee de Londres, vignent a noſtre dite Eſchange, ou as autres lieux ou nous ordinerons noſtre Eſchange, & que nul autre,

Digitized by Google

Et quia, pro urgenti defenſione neceſſaria Regni noſtri Angliæ, & aliorum Locorum & Terrarum noſtrorum in partibus Tranſmarinis, ac Subditi nobis Populi, ordinavimus, de conſenſu Parliamenti noſtri, in proximo, in Manu Forti, per Dei gratiam, transfretare, ad quod faciendum veſtro & aliorum fidelium noſtrorum auxilio plurimùm indigemus,

Specialiter vos rogamus quòd ad nos, in propriâ Perſonâ veſtrâ, cum Hominibus prædictis, benè de Guerrâ parati, uſque Porteſmuth, ad Sumptus veſtros proprios, venire velitis, vel, ſi perſonaliter commodè venire non poteritis, dilectum & fidelem noſtrum, Thomam filium Gilberti, vel Johannem filium Gerardi, Capitaneum dictorum hominum ad Arma & Hobelariorum facere, & eos ad nos, ad dictum locum de Porteſmuth, ad Sumptus veſtros, mittere curetis,

Ita quòd vos, vel prædicti, Thomas & Johannes, cum hominibus prædictis, ſitis ibidem in Octabis Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, proximò futuris, ad ultimum, ad proficiſcendum exindè
* V. 418. nobiſcum, in obſequium noſtrum, ad Vadia * noſtra, ubi tunc duxerimus ordinandum.

Et de Expenſis prædictis, cùm ibidem veneritis, taliter vos reſpicere faciemus, quòd debebitis meritò contentari.

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, nullo modo omittatis.

Mandavimus etiam Theſaurario noſtro Hiberniæ, quòd Naves, competentes pro Paſſagio veſtro, & hominum prædictorum, Sumptibus noſtris habere faciet.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Julii.

Per ipſum Regem.

Ibid. REX, dilecto & fideli ſuo, Mauritio Fitz-Thomas, Comiti de Kildare, Salutem.

Cùm nuper,

Pro eo quòd Philippus de Valeſio *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſit votivus, *& tunc ſic*, velletis magnanimiter vos parare ad veniendum ad nos, ſaltem cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis, nobiſcum ad Vadia noſtra *&c. ut ſupra uſque ibi*, venire velitis;

Ita quòd Vos cum hominibus prædictis ſitis ibidem in Octabis, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

Eodem modo ſcribitur ſubſcriptis, de veniendo ad Regem cum numero Hominum ad Arma & Hobelariorum ſubſcripto, ſub eâdem datâ; videlicet,

Fulconi de la Freigne, de veniendo cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis.

Waltero de Birmyngham, de veniendo cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis.

Gerardo de Rocheſ, de veniendo cum Decem hominibus ad Arma, & Triginta Hobelariis.

Euſtacio Power, de veniendo cum Decem hominibus ad Arma, & Triginta Hobelariis.

Edmundo de Burgh, de veniendo cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis.

Richardo Tuyt, de veniendo cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis.

David de Barry, de veniendo cum Viginti hominibus ad Arma, & Quinquaginta Hobelariis.

Miloni de Coucy, de veniendo cum Decem hominibus ad Arma, & Triginta Hobelariis.

moderatâ Familia, ac Expenſis ſuis in Auro, in Portu dictæ Villæ m. 25. d.
Dovorriæ, abſque impedimento aliquo, tranſire permittatis. * V. 419.

Teſte Rege apud Merewell, xxx die Julii.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, pro Litteris de non moleſtando Nuncios Regis.

PAPÆ Rex &c.

Cùm ſub Bonitatis ſincerâ veſtræ fiduciâ, dilectos & fideles Ann. D.
noſtros, Magiſtrum Johannem de Offord, Decanum Lincolniæ, 1344.
& Cuſtodem Privati Sigilli noſtri, Hugonem de Nevyll, & Ni- An. 18.
cholinum de Fliſco, pro Tractatu Pacis finalis inter Nos & Adver- E. 3.
ſarium noſtrum Franciæ, ad Sanctitatis veſtræ præſentiam tranſ- Rom. 18.
mittamus, E. 3. m.
2.

Nos, de dictorum Nunciorum noſtrorum ſecuritate & quiete ſoliciti, Sanctitati veſtræ votivis affectibus ſupplicamus, quatinus Litteras Apoſtolicas ſpecialis Protectionis & Defenſionis veſtræ, & Sedis Apoſtolicæ, ac ſalvi & ſecuri Conductûs pro ipſis ſimul, vel ſeparatim, venientibus, Familiis & Rebus ſuis, veniendo, morando, & redeundo, & quòd nec ipſi, nec eorum aliquis, vel Familiares ſui, in quacumque causâ Beneficiali, Civili, Criminali, Perſonali, Reali, ſive Mixtâ, ſeu aliâ quâcumque, ex Officio, ſeu ad Partis inſtantiam, occaſione alicujus Obligationis, ſeu cujuſcumque Contractûs, vel quaſi, delicti, vel quaſi, aliâve Causâ quâcumque, citentur, conveniantur, ſeu quoquomodo graventur, ſet ab omni Vexatione & Moleſtatione in ſic eundo, morando, & redeundo, liberi ſint penitùs & quieti, dignemini miſericorditer concedere, & dictas Litteras præfatis Nunciis, priuſquam Sanctitatis veſtræ Curiam intraverint, ſi placuerit, deſtinare.

Conſervet &c.

Dat. apud Ryſyng, tertio die Auguſti.

Ad Papam, ſuper Tractatu, cum ipſo, habendo.

PAPÆ Rex, &c.

Pridem, Pater Sanctiſſime,

Ponderantes Zelum perfectum, quem ad accelerandum Tracta- Ann. D.
tum Pacis inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ, corde ge- 1344.
ritis, ſicut tàm Nunciorum noſtrorum, ad Sanctitatem veſtram An. 18.
tranſmiſſorum, relatio, quàm ipſa rei experientia videtur oſtendere E. 3.
luculenter, *Ibid.*

Et, ut veſtris complaceremus Deſideriis, & pericula gravia, quæ moroſa Protractio dicti Tractatûs poſſet inducere, vitaremus,

Certos Nuncios ad Sanctitatis veſtræ Præſentiam, ad Tractandum & Concordandum de Pace finali, ordinavimus deſtinandos, ſperantes quòd, infra Viginti Dies, a Feſto Sanctæ Trinitatis, proximò præterito, continuè numerandos, præſentes fuiſſent in Sanctitatis veſtræ Curiâ, ex hac causâ, ſicut Sanctitati veſtræ ſuper hoc meminimus plenius nos ſcripſiſſe; ſet dicta Miſſio quibuſdam de cauſis legitimis dilata extitit & protracta, ſicut, Clericus noſter quàm dilectus, Magiſter Johannes de Offord, Decanus Lincolniæ, Cuſtos Privati Sigilli noſtri, & alii Nuncii noſtri, quos ad Sanctitatis veſtræ præſentiam pro Tractatu prædicto mittimus in præſenti, qui in Vigiliâ Sancti Laurentii, proximò futurâ, ad ultimum erunt, in Litore Maris, transfretare parati, quibus injunximus ut, Mari tranſito, ad Sanctitatis veſtræ Curiæ propter hoc, quantum plus poterunt, ſe feſtinent, eidem Sanctitati veſtræ referent, ſi placuerit, vivâ voce,

Et quia, ſub umbrâ præſentis Treugæ, Dampna ſunt inæſtimabilia

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid. REX, Dilecto Clerico ſuo, Magiſtro Andreæ de Offord, Salutem.

Quia, Dilecti & Fideles noſtri, Magiſter Johannes de Offord, Decanus Lincolniæ, Cuſtos Privati Sigilli noſtri, Germanus veſter, & alii, quos, unà vobiſcum, ad tractandum & concordandum, *&c. ut ſupra uſque ibi* feſtinabunt,

Super quo Domino Summo Pontifici noſtras Litteras ſcribimus ſpeciales, quarum Copiam vobis tranſmiſimus hiis incluſam,

Volumus quod adventum dictorum Nunciorum noſtrorum ad Curiam expectetis, & vos, vel Epiſcopus Norwicenſis (cui ſuper hoc ſcribimus) ipſas eidem Domino Summo Pontifici præſentetis, inſiſtentes penes eum, prout decuerit & expedierit, ut Partem adverſam de mittendo Nuncios conſimiles faciat præmuniri.

Dat. ut ſupra.

Super Tractatu memorato, & de Attemptatis contra Treugam Reformandis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Fr. 18. E. 3. m. 4. UNiverſis, ad quorum notitiam præſentes Litteræ pervenerint, Ewardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm,

Ob reverentiam, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, Domini Clementis, divinâ Providentiâ, Papæ Sexti, & Sedis Apoſtolicæ, ac laborioſam inſtantiam, reverendorum Petrum, P. Peneſtrinenſis & A. Tuſculanenſis, Epiſcoporum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ad nos nuper, dùm eramus in Britanniâ, pro Reformatione Pacis inter nos, & Conſanguineum noſtrum, Dominum Philippum de Valeſio, per Dominum Summum Pontificem ſpecialiter tranſmiſſorum,

Quædam Treuga inter Nos, & dictum Philippum, ſub certâ formâ inita ſit & firmata,

Multaque ſint, per partem dicti Adverſarii noſtri, contra formam dictæ Treugæ, perperàm attemptata,

Nos,

De fidelitate, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Venerabilis Patris, Willielmi Norwicenſis Epiſcopi, Magiſtri Johannis de Offord, Decani Lincolniæ, & Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, Magiſtri Thomæ Faſtolf, Archidiaconi Norwicenſis, Hugonis de Nevill Militis, ac Nicholini de Fliſco, & Magiſtri Andreæ de Offord, Juris Civilis Profeſſorum, confidentes,

Ipſos noſtros Nuncios & Procuratores facimus & conſtituimus ſpeciales;

Dantes & concedentes eiſdem omnibus, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum * (quorum præfatos Epiſcopum & Decanum Duos eſſe volumus) plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale ad Petendum & Recipiendum Reformationem Attemptatorum prædictorum, * V. 421.

Necnon ad Tractandum, coram dicto Domino Summo Pontifice, non ut Judice, ſet ut privatâ Perſonâ, & Mediatore Comuni, non in formâ nec figurâ Judicii, ſet extrajudicialiter & amicabiliter, cum dicto, Conſanguineo noſtro, Domino Philippo de Valeſio, Procuratoribus ſuis & Nunciis, ſuper quibuſcumque Dominiis, Dignitatibus, Honoribus, Terris, Poſſeſſionibus, Locis & Juribus, de quibus inter Nos & dictum Dominum Philippum Diſſenſionis vel Controverſiæ materia eſt ſuborta,

Quia Dilectio non ſemper a Beneficio cauſatur accepto, ſet quoque provenire noſcitur a laudis præconio divulgato, ſcire velitis quòd, pro virtuoſis & Magnificis Geſtis veſtris (de quibus laudabile Teſtimonium & Famam celebrem audivimus) vos, licet nobis viſione non cognitos, ſinceris affectibus contemplamur, Claus. 18. E. 3. p. 2. m. 25. d.

Deſiderantes quòd affectum, quem ad vos animo gerimus, cognoſcatis a facto, & quòd inter Nos & Vos aliquid condicatur, & per modum qui mutuis Honoribus & Commodis ſe coaptet,

Et propter hoc, Dilectum & Fidelem noſtrum, Nicolinum de Fliſco, intentionis noſtræ conſcium, ad vos ſpecialiter deſtinamus, verbum ſibi credentiæ committentes, cui dari fidem ſuper hiis indubiam poſtulamus.

Dat. apud Ryſyng, quarto die Auguſti.

De Credentia ad Andream Regem Siciliæ.

MAgnifico Principi, Domino Andreæ, Dei gratiâ, Jeruſalem & Siciliæ Regi Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, felicem regnandi gloriam & Salutem. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid.

Penſantes ſanguinis neceſſitudinem, quâ Nos invicem attinemus, & Famam celebrem, quæ de Geſtis veſtris magnificis * laudabiliter ſe diffundit, vos, licet nobis Viſione non cognitos, ſinceris affectibus contemplamur, & ad ea, quæ votis veſtris Regiis ſe coaptent, voluntarios nos offerimus ex affectu, qui penes vos id optamus pro mutuis commodis invenire, * V. 422.

Et propter hoc, Dilectum & Fidelem noſtrum, Nicolinum de Fliſco, intentionis noſtræ conſcium, ad vos ſpecialiter deſtinamus, verbum ſibi credentiæ committentes; cui dari fidem ſuper hiis indubiam poſtulamus.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto die Auguſti.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper Redditione Algeziræ, & de Tractatu Sponſalium.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Tolleti, Galetiæ, Sibilliæ, Cordubæ, Murciæ, Gienii, Algarbiæ, & Algeziræ Regi, ac Comitatûs Molinæ Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, eâdem gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem, & votivis ſemper Succeſſibus habundare. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 23. d.

De ſinceræ Dilectionis affectu, quem ad perſonam noſtram veſtra gerit Regia Sublimitas, ac de profuſis Honoribus, quibus Nos, ſi Sanctum Jacobum, prout diſpoſuimus, peregrè veniſſemus, veſtra nos diſpoſuit Regalis Munificentia præveniſſe, ſicut ex relatione, dilecti & fidelis noſtri, Johannis de Brokaſiis Militis lætanter accepimus, grates & gratias vobis referimus cordiales,

Et reverâ, inter cætera deſiderabilia cordis noſtri, votivum foret nobis admodum veſtram videre Perſonam: & illam, ſi duràſſet Obſidio Algeziræ, per Dei gratiam vidiſſemus, deſiderantes vobiſcum proſequi Cauſam Chriſti.

Set, quando parati fuimus ad proficiſcendum, ſupervenerunt Nova de glorioſâ Expeditione veſtrâ in Redditione tantæ Civitatis vobis factâ,

Et, quia tunc ceſſavit cauſa quæ principaliter nos movebat, Peregrinationem noſtram ad Sanctum Jacobum, præſertim propter No-

Digitized by Google

E. 3. & Guillielmum Dominum de Pomeriis, noſtros Nuncios, * ad
Ibid. vos miſſos, velle unum Equum Genetum ad uſum noſtrum com-
* V.423. paraſſe,

Veſtra Munificentia, dictam Emptionem fieri non permittens, Duos Equos Genettos nobis miſit per eoſdem; de quo grates vobis referimus ſpeciales: Nam tàm grata & ordinata Liberalitas intimè nos refecit.

Dat. ut ſupra.

Super Sponſalibus inter Primogenitum Regis Caſtellæ, & Filiam Regis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 18. dor.

REX, Nobili Viro, Ferando Zancii de Vailhédolit Militi, Salutem.

De Affectione gratâ, quam ad nos & noſtros geritis ex affectu, ſicut, dilectus & fidelis noſter, Johannes de Brokaſiis nobis retulit, vobis grates referimus ſpeciales,

Corditer vos rogantes quatenus, Affectionem continuantes inceptam, penes, Magnificum Principem, Dominum veſtrum, Dominum Regem Caſtellæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, ut Tractatus inter ipſum & nos ſuper Matrimonio, inter Filium ſuum Primogenitum & Filiam noſtram Primogenitam contrahendo (pro quo Nuncios noſtros cum Poteſtate ſufficienti jam diſpoſuimus tranſmittendos) procedat, & effectualiter proſperetur, velitis interponere cum efficaciâ partes veſtras, & vobis gratam faciemus, ut convenit, Repenſivam.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Auguſti.

Eodem modo mandatum eſt ſubſcriptis, ſub eâdem datâ, videlicet,

Johanni Alfonſo de Broket,
Johanni Martyn de Lene,
Militibus:
Magiſtro Johanni Stephani Cancellario Regis Caſtellæ,
Alkar. Genettorum, Regis Caſtellæ Illuſtris, Magiſtro.

Super Munitione Caſtrorum in partibus Britanniæ.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Franc. 18. E. 3. m. 4.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Petro del Serayn, & Sociis ſuis, ſuper Munitione Caſtrorum noſtrorum & Johannis Ducis Britanniæ, in partibus Britanniæ comorantibus, Salutem.

De Morâ veſtrâ, ſuper Munitione Caſtrorum prædictorum hactenus continuatâ, ſcimus vobis grates bonas.

Et quia quidam, contra formam Treugæ, inter nos & Adverſarium noſtrum Franciæ, in dictis partibus Britanniæ, pridem initæ, Caſtra & Loca noſtra in eiſdem partibus ſibi nituntur attrahere, & fideles noſtros ibidem pro viribus expugnare (propter quod Mora veſtra illic, ſuper Munitione Caſtrorum prædictorum, nobis eſt adhuc admodùm oportuna) vos rogamus, firmiter nichilominus injungentes, quòd, ſuper Munitione prædictâ, in dictis partibus Britanniæ moremini, quouſque aliud vobis duxerimus demandandum, aliquibus Mandatis, per Seneſcallum noſtrum Vaſconiæ aut Majorem Civitatis noſtræ Baionæ priùs vobis directis, non obſtantibus:

Scientes quòd, cum Dei adjutorio, ad dictas partes Britanniæ Armatam Potentiam mittemus infra Breve, in veſtri & Fidelium noſtrorum partium earumdem ſolatium & juvamen.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

ſore, ne ſoit reſceu en paiement en noſtre dit Roialme, ſaunz le gree des Receivours, einz ſoit entierment defendue & reporte au Billion, pur la value d'Icelle illoeqes prendre,

Vous mandoms que totes les choſes ſuſdites, par tote veſtre Baillie, auxibien deinz franchiſe, come dehors, es lieux ou vous verrez qil ſoit affaire, facez Crier & Publier, & que nul, de quele eſtat ou condicion q'il ſoit, Prive ou eſtrange, ne face riens, encontre le Ordinances avantdites, ſur la peine avantdite.

Don. a Weſtm. le xx jour d'Auſt.

Par le Roi & ſon Conſeil.

As tieux Briefs ſont directz as touz les Viſcountes d'Engleterre, & auxint as ſouheſcriptes; ceſtaſſaver,

Le Prince de Gales & Counte de Ceſtre.
Au Eveſque de Dureſme.
Au Juſtice d'Irlaund, ou a ſon Lieutenant.
Au Gardein de Cinque Portz.
Au Gardein & Viſcont de Berewyk.

De E. Rege Scotiæ Capitaneo conſtituto, & de intendendo.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Scot. 18. E. 3. m. 5.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, Communitatibus Civitatum & Villarum, & omnibus aliis Fidelibus ſuis ſingulorum Comitatuum ultra Trentam, tàm infra Libertates, quàm extra, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Rebelles & Inimici noſtri de Scotiâ plura contra Treugam, inter Nos & Ipſos initam, palàm attemptaverint, Regnum noſtrum Angliæ pluries hoſtiliter ingrediendo, deprædando, & Mala quæ poterunt perpetrando, & pejora comminentur & conentur pro viribus perpetrare,

Nos,

Volentes eorum Malitiæ, prout convenit, obviare, & Securitati Fidelium & Terrarum noſtrorum ibidem conſulere,

Conſtituimus & aſſignavimus, dilectum Conſanguineum & Fidelem noſtrum, Magnificum Principem, Edwardum de Balliolo, Regem Scotiæ, Capitaneum & Ductorem Hominum ad Arma, & aliorum quorumcumque Fidelium noſtrorum, pro Defenſione dictarum partium ibidem exiſtentium, & illuc propter hoc profecturorum,

Ad ſalvandum & defendendum dictas Marchias contra Invaſiones & Aggreſſiones dictorum Inimicorum noſtrorum, & ad ipſorum Malitiam & Proterviam reprimendum:

Et eos, prout res exegerit & licuerit, inſequendum,

* Ac ea, quæ indebitè contra dictam Treugam jam attemptata ſunt, vel impoſterùm contigerit attemptari, reformandum, & in ſtatum debitum reducendum, * V.425.

Et ad omnes Subditos noſtros dictarum partium, ad proficiſcendum cum eo verſus dictas Marchias ordinatos, quos in hac parte ſibi contrarios invenerit ſeu Rebelles, de Conſilio & Aviſamento Magnatum & Nobilium, ad partes illas ex causâ prædictâ profecturorum, punire & caſtigare faciendum,

Et ad omnia alia faciendum & exercendum, quæ pro Defenſione dictarum partium & reformatione Attemptatorum hujuſmodi fuerint oportuna.

Et ideò vobis mandamus quòd eidem Regi in præmiſſis, omnibus & ſingulis, faciendis & exequendis, tanquam nobiſmet ipſis, ſi præſentes eſſemus, pareatis & intendatis, & conſulentes ſitis & auxiliantes, quotiens & prout vobis, vel alicui veſtrûm, ſcire fecerit ex parte noſtrâ.

In

Digitized by Google

eo, quod indè Celſitudo veſtra facere decreverit, præſtolantes;

Quibus ſuper Tempore & Loco tractandi, ac ſuper aliis faciendis in hac parte, ſignificari velit veſtra Serenitas (petimus) velle veſtrum.

Ad quam Ligam ineundam, immò potius innovandam, Regiam habet movere conſcientiam Liga, dudum per, celebris memoriæ, Regem Caſtellæ, Progenitorem veſtrum, cum, felicis memoriæ, Henrico Rege Angliæ, Proavo noſtro, inita & jurata, & Sigillo aureo dicti Progenitoris veſtri ſignata; cujus Tranſumptum dictis Nunciis tradi fecimus, vobis, ſi placuerit, oſtendendum.

In Votivis & Victorioſis Succeſſibus adaugeat Altiſſimus dies veſtros.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Septembris.

V. 426. * *Litera miſſa eidem Regi, ſuper Diſſenſionibus cum Hominibus de Baiona.*

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, &c. Salutem, & felices ad vota ſucceſſus.

Quia, deſiderantes omnis Diſſenſionis materiam inter veſtros & noſtros Subditos de Baionâ pro viribus abolere, ad tractandum, componendum, & tranſigendum, ſuper Diſſenſionibus hujuſmodi noſtros deputavimus Procuratores ſeu Nuncios ſpeciales,

Dicti Tractatûs Negotium Serenitati veſtræ votivo recommendamus affectu, corditer vos rogantes quatenus Deputatis per vos, ſeu per partem Subditorum veſtrorum, ad Tractandum de præmiſſis, jubere velit veſtra Regia Sublimitas ut Tractatum prædictum expediant rationabiliter, celeriter, & benignè.

Majeſtati veſtræ Regiæ annuat Altiſſimus votivæ felicitatis augmenta.

Dat. ut ſupra.

Ad Conſiliarios Regis Caſtellæ, de Sponſalibus ſupradictis.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 16. d.

REX, Nobili Viro, Ferando Zancii de Vailhedolit, Militi, Salutem.

Cùm pro Tractatu,

Super Sponſalibus & Matrimonio, inter Primogenitum Domini veſtri Illuſtris Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Johannam Filiam noſtram cariſſimam contrahendis, ac Ligâ, inter dictum Conſanguineum noſtrum & Nos ineunda, cum præfato Domino veſtro Rege, vel Deputatis ſuis, habendo,

Dilectos & Fideles noſtros, Willielmum Truſſell & Willielmum Stury, ac alios, ad Civitatem noſtram Baionæ prævidimus tranſmittendos,

Qui, citra inſtans Feſtum Omnium Sanctorum, propter hoc, per Dei gratiam, illic erunt, dicti Regis beneplacitum præſtolantes,

Dictos Nuncios noſtros, & ipſius Tractatûs negotium, votivo vobis recommendamus affectu, corditer vos rogantes quatenus, ut idem Negotium pro Commodo mutuo felicem & optatam Expe-

Ad Fratrem Ducis prædicti ſuper Galeis conducendis.

REX, Nobili Viro, Egidio Buccanigræ, Fratri Ducis Januenſium, & illuſtris Regis Caſtellæ Admirato, Salutem, & ſinceræ Dilectionis affectum. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ibid.

Rediens ad nos, de partibus Iſpanniæ, Henricus de Lancaſtriâ, Comes Derbiæ, Conſanguineus noſter cariſſimus, nobis, inter alia, nunciavit quòd vos, noſtram Benivolentiam affectantes, eundem Comitem, & alios Nobiles Fideles noſtros, tunc ibidem exiſtentes, in Galeis veſtris recepiſtis, & Honore magno prævenitis, & quòd ad Servitia noſtra, cum Galeis Armatis, vos curialiter optuliſtis:

Et quidem, Oblationem tàm gratam plurimùm acceptantes, ipſam cupimus cum exuberanti, quæ Reges decet, Viciſſitudine compenſare.

Et ad intentionem noſtram vobis pleniùs exponendum, ac ad Tractandum vobiſcum, dilectum & fidelem noſtrum, Nicholinum de Fliſco, cum ſufficienti Poteſtate, ad vos prævidimus deſtinandum; cui, ſuper dicendis, in hac parte, placeat vobis Credentiæ fidem dare.

Dat. apud Weſtmonaſterium, primo die Septembris.

Pro Nicholino de Fliſco, ſuper ſolutione Arreragiorum.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Pat. 18. E. 3. p. 2. m. 10.

Supplicavit nobis, dilectus & fidelis noſter, Nicholinus de Fliſco ut,

Cùm teneamur ſibi in diverſis Pecuniarum Summis pro Vadiis ſuis, de tempore quo noſtris ſtetit Obſequiis, prout tàm per diverſas Billas Theſaurariorum de Garderoba noſtrâ, qui fuerunt pro tempore, quàm per Compotum ad Scaccarium noſtrum redditum, plenius poterit apparere,

Et ipſe jam ſit ad partes Tranſmarinas in noſtris negotiis profecturus,

Velimus ei de dictis Summis, vel ſaltim parte earumdem, Solutionem ſeu Aſſignationem facere,

Et pro tempore futuro pro ipſo, juxta ſtatûs ſui decentiam, ordinare;

Nos,

Penſantes Geſtum laudabilem & fidelem, quem in dicto Nicholino ſemper invenimus,

Et proindè volentes ſupplicationi ſuæ gratiùs annuere, ſicut decet,

Volumus & concedimus quod idem Nicholinus habeat Aſſignationem, in loco competenti, de Ducentis Libris Sterlingorum, ſolvendis ſibi, vel Attornatis ſuis, in Feſto Paſchæ proximo futuro, in partem ſolutionis Arreragiorum Vadiorum ſuorum prædictorum, & quod ulteriùs fiat ſibi Aſſignatio prompta Centum Librarum Annuarum, percipiendarum in loco certo, quouſque meliùs de Statu ſuo duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Septembris.

In-

Digitized by Google

cheme avenir, ſanz delaie.

Et, ewe ceſte Information, les ditz Meſſages, ore Envoiez, ſont chargez de Treter, *Primerement*, de Marriage entre l'Eiſne Filz le dit Roi de Caſtelle & Dame Johanne Fille notre Seignur le Roi,

Et ſur ce enquergent de l'autre partie queux Terres le Roi de Caſtelle voudra aſſigner a la Dame, en Noun de Dowaire, & ſelonc la quantite du Dowaire devient le l'argent plus ou moyns;

Et ſemble q'ils poont Primerement tendre, pour le Mariage, Dys Mil Livres d'Eſterlings,

Et puiſſe, ſi celle ſome ne puiſſe ſuffire, ils poont tendre Vint Mille Martz,

Et puis Quinze Mil Livres, quele ſomme amonte a Cent Mil Florins de Florence,

Et, avant que le Tretee ſoit leſſee, ils tendront Vint Mil Livres,

Et en cas que le Roi de Caſtelle ne ſe voille a ce aſſentir, ſanz plus grant ſomme, adonqes ils ront caſteront, ſi avant come ils purront, a quele ſome il ſe voet finalment tenir, & ſur ſe prendront terme d'aviſer notre Seignur le Roi, & qil ent puiſſe recertifier ſa volente deinz certain jour.

Et ils parleront outre d'autre Alliance entre les Rois, & ſur ce monſtreront l'Alliance que feuſt fait entre, notre Seigneur, Henri, n'adgaires Roi d'Engleterre, & Sire Alfonſe, adonqes Roi de Caſtelle, pour eux, lour Heirs, & Succeſſours, perpetuelment a durer, & monſtreront ſoux mein publike le tranſcrit des Lettres du dit Roi de Caſtelle, Sealleez d'Or, queles notre Seignurs le Roi ad devers lui; par queles Lettres piert que le dit Roi de Caſtelle jura ſur ſeintz Ewangilles, pur lui, ſes Heirs, & Succeſſours, de tenir & garder la dite Alliance Perpetuelment,

Et ſur ce manderont & requeront les ditz Meſſages, de par notre Seignur le Roi, que la dite Alliance ſoit tenue & affermee de novel.

Et, outre, ils poont purler & treter, ſelonc ce, qils verront que meutz ſoit affaire, de mettre en certein quel Eide des Gentz, de Navie, & d'autres choſes, cheſcun des ditz Rois ſerra tenuz de faire a autre, en cas que aucun de eux eit guerre deinz ſa Terre demeigne; &, par certein forme, ſelonc ce q'ils purront, acorder ſur le Tretee; & auſſint quel Eide ils ferront cheſcun a autre en cas que aucun de eux eit Guerre hors de ſa Juriſdiction & Poair.

* V. 429. * En teimoignance de queu choſe a ceſte partie de l'endenture, demorante devers noſtre dit Seignur le Roi, les avantditz Monſeur William & Monſeur William ont fait mettre leur ſealz.

Don. a Londres, le x jour de Septembr. l'an du Regne notre Seignur le Roi d'Engleterre Dyſoptime, & de Franſe Quint.

Sigillis avulſis.

Pro Operariis Pannorum de Protectione.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ Salutem. Ann. D.

Cùm, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, an- 1344.

no Regni noſtri Angliæ undecimo, tento, inter cætera, pro com- An. 18.

muni utilitate dicti Regni, concordatum fuiſſet quòd omnes Ope- E. 3.

rarii Pannorum, de partibus Extraneis, de quacumque Terrâ fue- Clauſ.

rint, qui infra dictum Regnum noſtrum, aut Terras noſtras Hi- 18. E. 3.

berniæ & Walliæ, venire, & ibidem morari vellent, in eiſdem p. 3. m.

Regno & Terris ſalvò & ſecurè ſub Protectione & ſalvo Condu- 4. d.

ctu noſtris venirent,

Et, ubi in dictis Regno & Terris vellent, morarentur;

* Et quòd Nos eiſdem Operariis, ut libentiùs ibidem venirent, * V. 430. tot & tales Libertates, quot eis ſufficerent, concederemus.

Quam quidem Concordiam in Civitate prædictâ, & in ſingulis Comitatibus dicti Regni noſtri, fecerimus proclamari,

Ac jam intellexerimus quòd quidam, Malefactores de Civitate prædictâ, diverſis hujuſmodi Operariis Pannorum, qui, juxta proclamationem prædictam, ſub Protectione noſtrâ, jam diu eſt, venerunt, & in dictâ Civitate, per tempus non modicum, Meſteras ſuas excercendo, ſunt morati, diverſa Dampna & Gravamina intulerunt, & indies inferunt, ipſiſque de Vitâ & Membris in tantum comminantur, quòd ibidem ulterius morari non audent, niſi eis per nos ſubveniatur in hac parte,

Nos,

Volentes omnes & ſingulos hujuſmodi Operarios, de partibus Extraneis, in Regnum noſtrum prædictum ex cauſa prædicta venientes, & ibidem morantes, à Violentiis & Injuriis quibuſcumque præſervari,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in ſingulis Locis, in Civitate prædictâ, ubi expedire videritis, publicè proclamari, & ex parte noſtrâ firmiter inhiberi, faciatis nè qui, ſub gravi foriſfacturâ noſtrâ, dictis Operariis Extraneis, in dictâ Civitate Commorantibus, quos in Protectionem noſtram ſpecialem ſuſcepimus, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, ſeu Gravamen inferant, ſeu facere præſumant,

Et, ſi quos, poſt Proclamationem & Inhibitionem hujuſmodi, inveneritis contraria facientes, capiatis & in Priſonâ noſtrâ de Newgate ſalvò cuſtodiri faciatis, quouſque aliud à nobis habueritis in mandatis,

Et de Nominibus illorum, quos ſic areſtaveritis, ac de toto facto veſtro in hac parte nos, ſub Sigillis veſtris, in Cancellariâ noſtrâ, ſine dilatione reddatis certiores.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Octobris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Super Diſſenſionibus in Vaſconia ſedandis.

Ann. D. REX, Dilecto & Fideli ſuo, Nicholao de la Beche, Seneſcallo

1344. ſuo Vaſconiæ, Salutem.

An. 18. Ex inſinuatione quorundam Fidelium noſtrorum accepimus quòd

E. 3. jam, in partibus Vaſconiæ, quædam invaluit periculoſa Diſſenſio

Vaſc. 18. inter Homines & Habitatores Civitatis noſtræ Baionæ ex unâ par-

E. 3. m. te, & Subditos noſtros Baſculos de Labourde & partium adjacen-

3. tium ex aliâ,

Qui quidem Baſculi Homines dictæ Civitatis hoſtiliter perſecuntur, quoſdam Interficiendo, quoſdam bonis ſuis ſpoliando, & Redemptiones ab ei capiendo, & alia Enormia eis inferendo, ita quòd vix audet aliquis ex eis egredi Civitatem, & ſic Terræ ſuæ jacent incultæ, & ipſa Civitas eſt deſolata nimis & depreſſa, præſertim

---

De Domo, pro Denariis Regis reponendis, liberanda.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Abbati beati Petri Glouceſtriæ Ann. D.

Salutem. 1344.

Quia, in ultimo Parliamento noſtro, ordinatum fuit quòd De- An. 18.

narii, de Decimâ & Quintadecimâ, nobis in eodem Parliamento E. 3.

per Communitatem Regni noſtri Angliæ conceſſis, provenientes Clauſ.

in aliquâ Eccleſiâ Cathedrali, vel Monaſterio, in quolibet Comita- 18. E. 3.

tu, ubi meliùs cuſtodiri poſſent, ponerentur, & ibidem pro Ex- p. 2. m.

penſis, Guerras noſtras contingentibus, ſalvò cuſtodirentur, 11.

Per Quod mandavimus, dilectis & fidelibus noſtris, Thomæ de la Mare de Ryndecombe, & Johanni de Weſton (quos ad dictas Decimam & Quintamdecimam in Comitatu Glouceſtriæ colligendum, aſſignavimus) quòd omnes Denarii, de eiſdem Decimâ & Quin-

Digitized by Google

pro Denar. Regis in Com. Hertford.

Priori Sancti Swithini Wynton. de quadam Domo in eodem Prioratu pro Denariis Regis in Com. Sutht.

Priori ſanctæ Trinitatis Norwici pro quadam Domo in eodem Prioratu pro Denariis Regis in Com. Norff

Abbati de Sancto Edmundo de quadam Domo in eadem Abbatia pro Denar. Regis in Com. Suff.

Abbati de Oſeneye de quadam Domo in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Oxon.

Abbati de Redynges de quadam Domo in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Berk.

Priori Wygorn. de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Wygorn.

Abbati Leyceſtr. de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Leyceſtr.

Priori de Coventr. de quadam Domo, &c. in eodem Prioratu pro Denariis Regis in Com. Warr.

Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Lincoln. de quadam Domo, &c. pro Denariis Regis in Comitatu Lincolniæ.

Abbati Weſtm. de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Midds.

Priori de Dunſtaple de quadam Domo, &c. in Prioratu prædicto pro Denariis Regis in Com. Bed. & Buck.

Priori de Thurgerton de quadam Domo, &c. in eodem Prioratu pro Denariis Regis in Com. Notingh.

Abbati de Derbeye de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Derb.

Abbati de Furneux de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Lanc.

Abbati beatæ Mariæ Eborum de quadam Domo, &c. in eadem Abbatia pro Denariis Regis in Com. Eborum

Decano & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Karliol. de quadam Domo, &c. pro Denariis Regis in Com. Cumberland.

Priori Dunolm. de quadam Domo, &c. in eodem Prioratu pro Denariis Regis in Com. Northumbr.

---

*V.432. * *Litera miſſa Conſulibus & Scabinis Civitatis Coloniæ, pro diverſis Jocalibus Regis & Reginæ.*

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 9. d.

REX, dilectis ſibi, Conſulibus & Scabinis Civitatis Coloniæ Salutem.

De Geſtu veſtro gratuito & fideli, curioſitate etiam diligenti, quam veſtra appoſuit circumſpecta Dilectio circa ſalvam & ſecuram cuſtodiam quorumdam noſtrorum, & cariſſimæ Conſortis noſtræ Philippæ Reginæ Angliæ, Jocalium penes Johannem de Spegel, Righwinum Gryn, & Willielmum de Kowolt, & Socios ſuos Mercatores Coloniæ, depoſitorum, veſtræ prudentiæ multiplices Gratiarum exſolvimus Actiones,

Vobis ſignificantes quòd, ſi Mercatores præfati Jocalia ipſa apud Brugges in Flandriâ, ad Quindenam Sancti Michaelis jam præteritam, ſicut Conventum erat, detuliſſent, promptam, Pecuniæ indè debitæ Solutionem proculdubiò habuiſſent,

Et præfatum Decanum, ac, dilectos & fideles noſtros, Johannem de Thoresby Canonicum Lincolniæ, & Radulphum Spigornel Militem, Latores præſentium, in dicti Proſecutione Negotii, favore, ſi placet, proſequi gratioſè.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Octobris.

---

* *Memorandum de Bullis & Proceſſibus Curiæ Romanæ areſtatis.* *V.433.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Clauſ. 18. E. 3. p. 2. m. 11. dorſ.

MEMORANDUM, *quòd Robertus de Sadyngton, Cancellarius Domini Regis, quarto die Novembris, Anno præſenti, novem Bullas & Proceſſus per ſe, & quamplures Literas & Proceſſus, in quâdam Lineâ Telâ ceratâ incluſos,*

Qui, de Curiâ Romanâ infra Regnum Regis apud Sandewicum delati, & ibidem per Majorem & Ballivos Villæ illius, juxta quandam Ordinationem indè factam, & mandatum ſuper hoc eiſdem Majori & Ballivis directum, areſtati, & apud Londoniam dicto Cancellario liberati fuerunt,

Liberavit, in plenâ Cancellariâ apud Weſtmonaſterium, Johanni de Houton & Johanni de Etton, Camerariis Receptæ Scaccarii dicti Regis, in Theſaurariâ Regis cuſtodiendos.

Super Tractatu coram Papa habendo, & Termino prorogando.

Ann. D. 1344. An. 18. E. 3. Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Ut ea, quæ ſuper Tractatu Pacis mutuæ, inter Te, &, cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum, Philippum, Regem Franciæ Illuſtrem, ſuffragante divinâ gratiâ, invicem reformandæ acta ſunt, tuæ Regiæ Celſitudini, & Regi præfato Franciæ plenius innoteſcant, & præparetur Aditus ad ulterius utiliter, & proſperè, ſuper hiis procedendum, deliberatione providâ ordinatum extitit,

Quòd unus ex tuis ad Te, & alius ex ipſius Regis Nunciis ad eum, pro præmiſſis notificandis, & aliis, eis impoſitis, proſequendis accedant, cæteris utriuſque partis Nunciis apud Nos & Sedem Apoſtolicam remanentibus, nè vulgaris Oppinio ruptum Tractatum Pacis hujuſmodi forſitan æſtimaret:

Ideoque, dilectus Filius, Nobilis Vir, Hugo de Neywillâ, Conſiliarius & Nuncius regius (cujus, necnon & aliorum Nunciorum prædictorum, fidelem & circumſpectam diligentiam commendamus) ad tuæ Magnitudinis præſentiam ſe de noſtro Beneplacito conferens præmiſſa omnia, quæ in Scolâ experientiæ didicit, plenius & ſerioſius eidem Celſitudini vivæ vocis oraculo explicabit.

Rogamus igitur Magnificentiam Regiam, & per Dei miſericordiam obſecramus, quatinus quot bona, Deo placibilia, tibique meritoria, & utilia, ex mutuâ Concordiâ, ſi eam Rex excelſus &

paci-

Digitized by Google

E. 3. p. 2. m. 6. d. Inter cætera continentes, qualiter veſtræ Serenitati admodùm complaceret nos verſus partes veſtras peregrè divertiſſe, & qualiter Milites veſtros uſque Civitatem noſtram Baionæ, ad expectandum ibidem Adventum noſtrum, & ad veniendum nobiſcum ad partes veſtras, benivole tranſmiſiſtis, ulteriuſque Subditis veſtris univerſis dedittis in mandatis quòd nos, & noſtros, tranſeundo per veſtrum Dominium, reciperent honorificè & tractarent,

Undè veſtræ Magnificentiæ Grates & Gratias referimus infinitas.

Et ſcire velit veſtra Serenitas, quòd nos pridem Nuncios noſtros, cum ſufficienti Poteſtate, ad dictas partes veſtras miſimus, vobiſcum, ſeu Deputatis a vobis, tractaturos ſuper Matrimonio, inter veſtrum Primogenitum & Filiam noſtram contrahendo,

Qui, in Adventu ſuo apud dictam Civitatem Baionæ, Rumorem implacidum audiverunt quòd quidam Sociorum ſuorum, cum Literis de Commiſſionibus noſtris hujuſmodi Poteſtatis, tranſeundo per Mare verſus dictam Civitatem Baionæ, pro periculis, quæ, in caſu quo Commiſſiones illæ per Regnum Franciæ deferentur, evenire poſſent, evitandis, tempeſtate maritimâ ſubmerſus fuit, & ſuper hoc, nec mirum, perturbati ad veſtri præſentiam, pro Tractatu hujuſmodi tenendo, venire diſtulerunt, ſicut, dilectus & fidelis noſter, Nicholaus de la Beche, Seneſchallus noſter Vaſconiæ, vobis per Literas ſuas, ut audivimus, ſignificavit.

Et nos, hujuſmodi Rumore concepto, Caſum illum moleſtè gerentes, ſtatim dictas Commiſſiones noſtras innovari fecimus, & eas præfatis Nunciis noſtris uſque dictam Civitatem Baionæ duximus tranſmittendas; Injungentes eiſdem ut penes Magnificentiam veſtram, ubicumque infra loca Ditionis veſtræ fueritis, adeuntis quo poterunt, arripiant Iter ſuum, ad Tractandum & Concordandum vobiſcum, aut dictis Deputatis veſtris, tàm ſuper dicto Matrimonio contrahendo, quàm ſuper aliis Alligantiis, de quibus ipſos oneravimus, pro Commodo mutuo ineundis.

Quamobrem veſtram Regalem Magnificentiam votivè rogamus quatinus Propoſitum veſtrum, quo ad dictum Matrimonium contrahendum, & Alligantias prædictas ineundum, uſque Adventum dictorum Nunciorum noſtrorum, qui penes vos, in quantum poterunt, ſe feſtinant, firmum & immutabile habere, & eidem Matrimonio & Alligantiis velitis, ſi placeat, cum efficaciâ conſentire.

Nam, reverà, dictas Alligantias, pro mutuis honore & placentiâ, quatenus rationabiliter fieri poterit, ſummè cupimus adimplere.

Ad vitandum autem conſimilia viarum Diſcrimina; has Literas noſtras fieri fecimus duplicari, & per diverſos Nuncios deſtinari.

Dat. apud Civitatem noſtram Norwicenſem, viceſimo ſeptimo die Decembris.

De Tractando ſuper Sponſalibus & Ligis perpetuis inter Regem & Regem Caſtellæ.

Ann. D. 1345. An. 18. E. 3. Vaſc. 18. E. 3. m. 2.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Noveritis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, reverendi Patris, Petri Epiſcopi Baionæ, ac, Venerabilis Viri, Fratris Johannis Prioris Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſoris, Willielmi Truſſel Militis, Gullielmi Domini de Pomeriis, & Magiſtri Gerardi de Podio Judicis Burdegaliæ, pleniùs confidentes,

Ipſos, Quatuor, Tres, & Duos eorum, Nuncios & Procuratores, ſeu Commiſſarios, noſtros conſtituimus ſpeciales,

* V. 435. * Ad Tractandum & Concordandum pro nobis, & noſtro nomine, cum, Magnifico Principe, Domino Alfonſo, Dei gratiâ,

gâ, inter dictum Conſanguineum noſtrum & Nos ineundâ, cum præfato Domino veſtro Rege vel Deputatis ſuis habendo, m. 1. d.

Dilectos & Fideles noſtros, Reverendum Patrem, Petrum Epiſc. Baionen. ac, Venerabilem Virum, Johannem Priorem Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, Gulielmum Dominum de Pomeriis, Willielmum Truſſell, & Magiſtrum Gerardum de Podio Judicem de Burdegaliâ,

Ad Serenitatem dicti Regis prævidimus tranſmittendos,

Quos, & ipſius Tractatus Negotium, votivo vobis recommendamus affectu,

Corditer vos rogantes quatenus, ut idem Negotium, pro commodo mutuo, fœlicem & optatam Expeditionem inveniat, velitis cum efficaciâ, ſi placuerit, interponere partes veſtras.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Januarii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcriptis ſub eadem data; videlicet;

Nobili Viro Ferando Zancii de Vailbedolit Militi,
Nobili Viro Johanni Alfonſo del Broket Militi.

Super dictis Sponſalibus & Ligis.

REX, Nobili Viro, Johanni Alfonſo del Broket Militi, Salutem. Ann. D. 1345. An. 18. E. 3. Ibidem. m. 6. dor.

Cùm pridem pro Tractatu, ſuper Sponſalibus & Matrimonio, inter Primogenitum Domini veſtri, Illuſtris Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, & Filiam noſtram prædilectam contrahendis, ac Ligâ, inter dictum Conſanguineum noſtrum & Nos ineundâ, cum præfato Domino Rege, vel Deputandis ſuis, habendo, certos Nuncios noſtros ad præſentiam dicti Regis duxerimus deſtinandum,

Qui apud Civitatem noſtram Baionæ, tranſeundo in dictum Nuncium noſtrum, verſus prædictum Dominum Regem venientes, ob quoſdam Rumores implacidos, quos ibidem audierant, quòd quidam Sociorum ſuorum, cum Commiſſionibus noſtris, de Poteſtate ſuper Tractatu prædicto factis, in Mari * ſubmerſus fuit, prout præfato Domino veſtro Regi pleniùs per Literas noſtras ſignificavimus, ulteriùs in hujuſmodi Nuncium non proceſſerunt, * V. 436.

Per quod nos, hujuſmodi Rumoribus auditis, exindè plurimùm condolentes, ſtatim dictas Commiſſiones noſtras innovari fecimus, & eas præfatis Nunciis noſtris duximus tranſmittendas, injungentes eiſdem Nunciis quòd ad præſentiam dicti Domini Regis, ubicumque infra Loca Ditionis ſuæ ipſum inveniri contigerit, adcitiùs quo poterunt, accedant ad tractandum & concordandum ſuper Sponſalibus, Matrimonio, & Ligâ, prædictis,

Quamobrem attentè vos rogamus quatinus, ut idem Negotium, pro commodo mutuo, fœlicem & optatam Expeditionem inveniat, velitis interponere, ſi placuerit, Solicitudinis veſtræ partes, & de magnâ diligentiâ veſtrâ, quam penes præfatum Dominum veſtrum Regem, pro Expeditione Negotii prædicti, ut concepimus, appoſuiſtis, & de Literis & novis veſtris, nobis ſuper hoc tranſmiſiſtis, vobis grates & gratias referimus quas valemus.

Ad vitandum autem conſimilia viarum diſcrimina, has Literas noſtras fecimus dupplicari, & per diverſos Nuncios deſtinari.

Dat. apud Civitatem noſtram Norwic. quinto die Januarii.

Conſimiles Literæ diriguntur ſubſcripts; videlicet,

Magiſtro Johanni Stephani, Cancellario Regis Caſtellæ, &
Nobili Viro Ferando Zancii de Vailbedolit Militi.

Pro

Digitized by Google

de eiſdem, Caſtro, Caſtellaniâ, & Terrâ, provenientia, habeat & percipiat, & de Exitibus & Emolumentis illis inveniat quod neceſſarium fuerit pro Munitione & ſalvâ Cuſtodiâ Caſtri memorati, & de Reſiduo nobis per manus Conſtabularii prædicti, qui pro tempore fuerit, reſpondeat, prout decet, donec aliud indè fecerimus demandari.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtm. xiv die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

* V. 437. * ET mandatum eſt Seneſcallo Regis Vaſconiæ, vel ejus Locum Tenenti, quòd eidem Senebruno, Caſtrum, Caſtellaniam, & Terram, prædicta, cum ſuis Juribus & Pertinentiis univerſis, liberet cuſtodienda in formâ prædictâ.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſeptimo die Januarii.

Per idem Breve.

Pro eodem Cardinali.

Ann. D. 1345. *An.* 18. *E.* 3. *Ibidem.*

REX Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, vel ejus Locum Tenenti, & Conſtabulario ſuo Burdegaliæ, Salutem.

Quia, ut accepimus, Venerabilis Pater Dominus Taillerandus, *&c. ut ſupra uſque ibi*, fuit ſæpiùs proſecutus, *& tunc ſic*,

Volentes ſuper præmiſſis pleniùs informari,

Vobis mandamus quòd, per Inquiſitionem, & aliis modis, quibus meliùs expedire videritis, de Jure præfati Cardinalis in, Caſtro, Caſtellaniâ, & Terrâ, prædictis, & per quæ Servitia teneantur de nobis, & Qualiter, & Quo modo, & Utrum in Manu noſtrâ exiſtant, & an præfatus Cardinalis ſit Hæres ejuſdem Johannæ, ſicut prædictum eſt, an Alius, & ſi Alius, tunc Quis, & cujus Ætatis,

Necnon de Valore, Caſtri, Caſtellaniæ, & Terræ, prædictorum, ac de aliis Cicumſtantiis, præmiſſa contingentibus, vos diligentiùs informetis, ac Informationem hujuſmodi, ſive Inquiſitionem, ſic factam, ſub Sigillo noſtro, quo utimur in Ducatu prædicto, unà cum præſenti Mandato noſtro, in Cancellariâ noſtrâ Angliæ mittatis, ut, indè certificati, præfato Cardinali in hac parte, faciamus quod Juſtititia exiget in præmiſſis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo octavo die Januarii.

Per idem Breve.

Ad Reginam Caſtellæ de Credentia.

Ann. D. 1345. *An.* 18. *E.* 3. *Clauſ.* 18. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 1. *d.*

SEreniſſima Domina, & Conſanguinea cariſſima.

Cùm ad præſentiam, Magnifici Principis, Domini Regis Caſtellæ, Conthoralis veſtri, & Conſanguinei noſtri cariſſimi, Dilectos & Fideles noſtros, Fratrem Johannem Priorem Eccleſiæ Cathedralis Roffenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, & Willielmum Truſſell Militem,

cios noſtros habentes, ſi placet, ſpecialiter, conſideratione noſtri, recommendatos, dicto Tractatui ad mutuum Commodum & Solatium conſentire, & ſuper dicendis in hac parte præfatis Priori & Willielmo velitis Credulam dare Fidem.

Regalem veſtram Magnificentiam diù conſervet in Proſperis Clementia Salvatoris.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

Ad Papam, ſuper malitioſè Suggeſtis contra Epiſcopum Wigornienſem.

PAPÆ Rex, &c. Ann. D. 1345. *An.* 18. *E.* 3. *Rom.* 18. *E.* 3. *m.* 1.

Sincera nos movet Affectio, quam ad perſonam, reverendi Patris, Wolſtani Wygornienſis Epiſcopi, propter vitæ munditiam, & alia Meritorum inſignia, quibus ipſum novimus laudabiliter inſignitum, corditer optinemus, ut Sinceritatem ſuam veſtræ Clementiæ commendemus.

Audivimus equidem quòd quidam, Johannes Bodemon & Thomas Dunclent, & ſui Complices, in Statûs ipſius Epiſcopi Subverſionem nequiter conſpirantes, & veſtram nitentes illudere Sanctitatem, ſibi Sermonibus Odii detraxerunt, deſcribentes eum Inobedientem & Rebellem veſtris, & Sedis Apoſtolicæ, Proceſſibus, Monitis, & Mandatis, & ut, propter hoc, ad Sanctitatis veſtræ Curiam vocetur perſonaliter, pro viribus inſiſtentes.

Quæ quidem, ſibi ſic impoſita, confidimus fore veritati contraria, & de ipſo, in Senium jam vergente, malitioſè Suggeſta, cum, inter alios Prælatos Regni noſtri Angliæ, Juſtus, Pius, & Honeſtus, ac Deo, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Devotus & Obediens ſit, & ſemper fuerit reputatus.

Quamobrem Sanctitati veſtræ, quæ clementer intelligit ſuper Senes, votivis affectibus ſupplicamus quatinùs, cùm idem Epiſcopus jam ſit quaſi in Senectâ & Senio conſtitutus, dignetur veſtra Benignitas ſibi, quoad Vocationem Perſonalem, præſertim propter Impotentiam Corporis, cum veriſimiliter in viâ deficeret, miſericorditer ignoſcere, ac Reſponſiones & Excuſationes ſuas, ſuper ſibi ſic impoſitis, per Procuratores ſuos & Nuncios clementer audire; motum Indignationis veſtræ contra eum (ſi placuerit) cohibendo, donec Suggeſta percurrerit celebris Diſcuſſio veritatis.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Januarii.

Super Suggeſtionibus prælibatis.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Epiſcopo Norwicenſi, Salutem. Ann. D. 1345. *An.* 18. *E.* 3. *Ibid.*

Quia Johannes Bodemon & Thomas Dunclent, & ſui Complices, in Statûs, Venerabilis Patris, Wolſtani Wygornienſis Epiſcopi ſubverſionem, ut dicitur, nequiter conſpirantes, ipſum Domino Summo Pontifici, ſuper diverſis Contemptibus & Rebellionibus, minùs veraciter, ut credimus, detulerunt, cùm, inter alios Prælatos Regni noſtri Angliæ, ipſum reputemus Sincerum Hominem & Devotum, ut propter hoc vocetur perſonaliter ad Curiam pro viribus inſiſtentes:

Digitized by Google

Per Breve de Privato Sigillo.

Ad Cardinales, de nullo ſuper Pace Tractatu, niſi cum aſſenſu & aviſamento Alligatorum, accipiendo.

Ann. D. 1345. An. 18. E. 3. Clauſ. 19. E. 3. p. 2. m. 1. d.

REVERENTZ PIERES,

Nous receumes voz Lettres, le xxvi. jour de Januer, eſcritez a Lyons le trezifme jour de Decembre;

Par les queles vous nous ſignifiez coment, noſtre Seint Piere, le Pape qi ad treſgrant deſir de mettre bon Pees entre nous & noz Adverſairs, & coment il vous envoit par devers nous pur treiter de la Reformation de la Pees, entre nous & noz Adverſaires,

Si nous ſuppliez que nous envoioms a Vous, par veſtre Meſſage Mateot, noſtre Sauf Conduyt, coment vous & voz Meigniez puiſſetz ſalvement paſſer devers nous en Engleterre, ou la ou nous ſerroms.

CHERES AMYS,

Nous vous ſignifioms, par reſponſe, que, coment que nous ſoioms deſirantz bone Pees avoir od noz avantditz Adverſaires, nyent meins nous ne poomes, ne voloms, entrer en Tiel Treit, ſi noun del' aſſent, & par le avis, de noz Allietz des parties de dela, & de noz autres foialx illoeqes eſteantz; devers les quels Parties nous nous adreſſeoms de y eſtre, a plus toſt que Dieu nous vorra ottroier bon & covenable paſſage par ſe grace.

Et toutes foitz nous ſerroms trovez enclyns & propirz, quant nous ſeroms par dela, par le Avis de noz avantditz Allietz & Foialx, a la Reformation de bone Pees & reſonable:

Et meiſmes ceſte reſponſe avoms n'adgairs, par le Avis & le Acord de noz Grantz & de noſtre Grant Conſeil, done a, le honurable Piere, l'Erceveſque de Ravenn. Meſſage du dit Seint Piere; de quele Reſponſe nous ne poums ne ne voloms departir.

Don. en noſtre Palais de Weſtm. le xxviii jour de Janever.

Papa ad Regem, quod inclinet animum ad Pacem, adjiciens ſimiliter nova tangentia Turcas.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ex Autogr. * V. 440.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Dudùm afflictionibus variis, & diris * oppreſſionibus, quibus, illi hoſtes ferociſſimi, Turchi, viz. Perſecutores & Blaſfemi nominis Chriſtiani, perſecuti fuerant immaniter, & perſequi continuè non ceſſabant Fideles Chriſti, ejus pretioſo redemptos ſanguine, in Romania ac partibus aliis tranſmarinis circumadjacentium Regionum degentes, anxiis relatibus ſæpiùs repetitis, non ſine vehementi dolore Cordis auditis, paternæ pietatis & compaſſionis viſcera nequivimus continere, quominus eiſdem Chriſticolis, qui ab eiſdem Turchis tàm per Terram, quàm per Mare hoſtiliter agrediebantur, quaſi continuè, ſpoliabantur, vulnerabantur, interficiebantur, & nonnulli utriuſque ſexûs ſub Captivitate Turchorum ipſorum miſerabili vendebantur ut pecudes, & ad abnegationem Fidei Catholicæ, pro dolor! cogebantur, providere de Succurſu aliquo & defenſione contra tam abhominabilem, & ignominioſam toti Chriſtianitati, ſæviciam curâ curaremus.

Quamobrem manus ſub divinæ miſerationis auxilio ponentes ad fortia, tàm per vos, quàm per cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Regem Cipri Illuſtrem, ac, dilectos Filios Magiſtrum & Fratres Hoſpitalis Sancti Johannis Jerolominari, Ducem & Comune Venatiarum, & quoſdam Fideles alios

ipſius applicandi ſolidum & optimum valeant Reclinatorium reperire.

Nos autem, tàm per Litteras ejuſdem Patriarchæ, quàm aliorum Fidedignorum, necnon & quorundam exindè venientium relatibus, hujuſmodi Victoriâ Triumphali, quam de Sede ſuæ Magnitudinis dedit Altiſſimus, cum ingenti lætitiâ pleniùs intellectâ, tantorum Collatori donorum in humilitate ſpiritûs exolvere curavimus Vitulum Labiorum, & tàm per Proceſſiones, quàm Sermones ad Clerum & Populum, laudes fecimus ſolempniter Domino decantari.

Porro de hujuſmodi Victoriâ, Dilectus Filius, Nobilis Vir, Johannes Bonde Domicellus, de partibus illis veniens, & ad tuæ Regalis Excellentiæ præſentiam ſe conferens, qui præſens in eâ extitit, & ſuper geſtis per eum inibi laudabilibus multipliciter commendatur, eandem Excellentiam *facere*, vivâ voce, poterit pleniùs certiorem.

Rogamus itaque Serenitatem Regiam, & attentiùs in Domino exhortamur, Quatinus Quæ, Quanta, & Qualia Principes Catholici, ad ejuſdem dilatationem Fidei, ac ſuæ ſalutis & honoris augmentum, poſſent agere hiis temporibus, ſi, Guerris & Diſſenſionibus ſuis ceſſantibus, intendere circa talia procurarent, conſideranter attendens, tu (Fili cariſſime) quem ad talia & ſimilia, * inter cæteros Principes Catholicos Orbis Terræ, aptum, convenientem, & ydoneum reputamus, ad vias pacificas, ſuper Guerris tuis, animum regium dirigas, abilites, effectualiter & inclines; ut in hiis, quæ Dei ſunt, tuiſque honori & ſaluti congruunt, intendere, ſicut deſideranter affectamus, ſicque vires tuæ fortitudinis valeas exercere, quod, poſt curſum vitæ præſentis, de Regno temporali, quod obtines, Coronam Regni merearis accipere ſempiterni. * V. 441.

Dat. Avinion. Kal. Februarii, Pontificatûs noſtri Anno tertio.

G. de Aula.

Sub filis cannabaceis.

De Conductu, pro Cardinalibus ſupradictis.

EDwardus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, Admirallis, Magiſtris & Marinariis Navium, ac univerſis & ſingulis Portuum, Traverſorum, Pedagiorum, aliorumque Locorum, Terræ Mariſque, Cuſtodibus, & pro Nobis in Terrâ Marique quomodolibet exiſtentibus, cæteriſque Juſticiariis, Officialibus, & Commiſſoribus Regni noſtri, vel eorum loca Tenentibus, Subditis noſtris, Stipendiariis & Conductis, ac etiam non Subditis, ad quos Literæ præſentes pervenerint, Salutem.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 35.

Cùm, Venerabiles Patres, & dilecti nobis in Domino, Nicholaus Archiepiſcopus Ravennas, & Petrus Archiepiſcopus Aſtoricenſis, de mandato & Auctoritate Apoſtolicæ Sedis, pro certis Negotiis, in Angliam dirigant greſſus ſuos,

Nos,

Eiſdem Archiepiſcopo & Epiſcopo, & eorum cuilibet, necnon Sociis, Servitoribus, Conſortibus, Familiaribus, Valletis, Nunciis, Meſſageriis, & Miniſtris eorum, & cuilibet eorumdem, de pleno, vero, ſalvo & ſecuro Conductu, ſine fraude quâcumque, prout meliùs dici poterit & ſaniùs intelligi, providere volentes,

Eiſdem Archiepiſcopo & Epiſcopo, & eorum cuilibet, necnon Sociis, Servitoribus, Conſortibus, Familiaribus, Valletis, Nunciis, Meſſageriis, & Miniſtris eorum, & cujuſlibet eorumdem, necnon illis, qui de Regno Franciæ & extra ad Regnum Angliæ, & de ipſo Regno Angliæ & extra ad Regnum Franciæ, per ipſos Ar-

Digitized by Google

ca, Poteſtatem, ſeu Diſtrictus tranſibunt, requiſitis, ac eos & eorum quemlibet requirimus per præſentes, ut dictos Archiepiſcopum & Epiſcopum, Servitores, Conſortes, Familiares, Valletos, Nuncios, Meſſagerios, Miniſtros, & Familiares, ac omnes alios & ſingulos ſupradictos, habeant ſpecialiter commendatos, & ipſos, ut præmittitur, tranſire permittant, & Auxilium & Conſilium præbeant eiſdem, & eorum cuilibet, ſicut dicti, noſtri non Subditi, vellent nos facturos in Caſu Conſimili vel Majori,

Et Subditi noſtri erga ipſos & eorum quemlibet, ſi requiſiti fueritis, taliter vos habentes, quòd debeamus de vobis meritò contentari.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, octavo die Februarii.

Pro Cardinalibus Beneficiatis, de non diſtringendo.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Clauſ. 19. E. 3. p. 1. m. 25.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Volentes Venerabiles Patres,

Dominum Gaucelinum Johannis, Perſonam Eccleſiarum de Hemmyngburgh Eborum, de Stebenheth & Hakeneye Londonienſis, de Lymyng & Holyngbourn Cantuarienſis, de Pegeham Ciceſtrienſis, Diœceſium, & Præbendarium Præbendarum de Driffeld in Eccleſiâ Eborum, de Ludâ in Eccleſiâ Lincolnienſi, & de Sallowe in Eccleſiâ Lichfeldenſi,

Dominum Peneſtrinenſem Archidiaconum Eborum, & Præbendarium Præbendæ de Wiſtowe in Eccleſiâ Eborum,

Dominum Tallerandum, Decanum Eborum, Perſonam Eccleſiæ de Whitchirch Cantuarienſis Diœceſis, & Præbendarium Præbendæ de Thame in Eccleſiâ Lincolnienſi,

Dominum Johannem Connenarum, Archidiaconum Northamptoniæ, Perſonam Eccleſiæ de Blokkeleye Wygornienſis Diœceſis, & Præbendarium Præbendæ beatæ Margaretæ de Leyceſtriâ in Eccleſiâ Lincolnienſi,

Dominum Hiſpanum, Archidiaconum Ceſtriæ,

Dominum Adomarum Roberti, Archidiaconum Eſtridyng, & Præbendarium in Eccleſiâ Eborum,

Dominum de Mota, Archidiaconum Oxoniæ, & Archidiaconum Elienſem, Præcentorem Ciceſtriæ, & Præbendarium Præbendæ de Milton in Eccleſiâ Lincolnienſi,

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, favore proſequi gratioſo, vobis mandamus quòd eoſdem Cardinales de Decimâ Triennali, nobis per Clerum Regni noſtri Angliæ ultimò conceſſâ, ipſos ratione Beneficiorum ſuorum prædictorum contingente, ad dictum Scaccarium exonerari & quietos eſſe, ac Exactionibus (ſi quas Collectores Decimæ prædictæ eiſdem Cardinalibus, ſeu eorum alicui, occaſione Decimæ illius, fecerint) ſuperſederi, & Diſtrictiones ſive Sequeſtra, eâ de cauſâ, in Beneficiis ſuis prædictis, ſeu Bonis ſuis Eccleſiaſticis, facta & appoſita, eiſdem ſine dilatione relaxari faciatis hac vice de gratiâ noſtrâ ſpeciali.

Teſte Rege apud Tenham, viceſimo die Februarii.

Per ipſum Regem.

ſint in ſic contracto Matrimonio licitè perſiſtere, ſi placuerit, diſpenſare, ac Prolem, ex dicto Thoro prodeuntem, legitimam declarare, juxta formam Supplicationis, ſuper hoc Sanctitatis veſtræ manibus porrigenda per, dilectos & fideles noſtros, Venerabilem Patrem, W. Norwicenſem Epiſcopum, Magiſtros, Johannem de Offord Decanum Lincolnienſem, & Michaelem de Northburgh, Legum Doctorem, ad proſequendum penes Sanctitatem veſtram dictæ Diſpenſationis Negotium per nos ſpecialiter oneratos, quibus propter hoc velit (quæſumus) annuere veſtra Benignitas oportunum aditum & auditum, Fidem ipſis, & eorum cuilibet, ſuper dicendis, in hac parte (ſi placuerit) adhibendo.

Conſervet, &c.

Dat. apud Tenham, viceſimo ſecundo die Februarii.

Ad Papam, ſuper expoſitis per Cardinales, Nuncios antedictos, reſponſio Regis.

PAPÆ Rex, &c. — Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibid.

Reverendi Patres, Domini, Nicholaus Archiepiſcopus Ravenn. & Petrus Epiſcopus Aſtoricen. veſtri & Sedis Apoſtolicæ Nuncii, ad præſentiam noſtram cum Litteris veſtris Credentiæ venientes (quos hilariter recepimus ut decebat) gratum & ordinatum affectum, quem ad perſonam noſtram & noſtri conſervationem honoris Clementia veſtra gerit, nobis expoſuerunt laudabiliter & diſcretè, ſubjungentes quædam, in præjudicium Sanctæ Primatiæ veſtræ, contra Libertatem Eccleſiaſticam, per Nos, ſeu Miniſtros noſtros, attemptata fore; quæ reformari petebant, & exnunc a talibus abſtineri.

Et quidem (Pater Sanctiſſime) de gratâ affectione veſtrâ, quam ad nos, ſicut ſemper ſuppoſuimus, optinetis, veſtræ Beatitudini grates referimus ſpeciales, gerentes in votis præcipuis (novit Deus) Perſonam veſtram Sanctiſſimam, & Sacroſanctam Romanam Eccleſiam, debitè revereri, &, ut Filius Catholicus, facere quantum poterimus, ſalvis Juribus noſtris Regiis, quæ honorem & decus Eccleſiæ provehere poterunt, & Sanctitati veſtræ ſciverimus complacere; nec eſt (quod abſit) nec unquam fuit, intentionis noſtræ quicquam in præjudicium Libertatis Eccleſiaſticæ attemptare, quam vellemus potius dilatare; ſet, ſiqua per Miniſtros noſtros ſic (quod nollemus) fuerint attemptata, illa mandabimus celeriter, & faciemus effectualiter, ut convenit, reformari.

Et cum quædam Statuta in Parliamento noſtro, in præjudicium Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut habet dictorum Nunciorum relatio, facta ſeu edita prætendantur, videlicet;

Quòd, ſi Abbates & Priores, vel alii Viri Eccleſiaſtici, Patroni Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ad dicta Beneficia, cum vacaverint, non præſentaverint, vel ea non contulerint infra tempus debitum, devolvatur Collatio ad Epiſcopum vel Capitulum, * V. 444.

* Et per eorum negligentiam ad Archiepiſcopum,

Et ultimò, ſi Archiepiſcopi negligentes fuerint, Collatio dictorum Beneficiorum non ad Dominum Summum Pontificem, Superiorem ſuum, ſet ad Nos & Hæredes noſtros devolvatur.

Item, ſi Archiepiſcopi Beneficia, in quibus jus optinent Patronatûs, infra tempus debitum conferre neglexerint, eorum Collatio ad Nos & Hæredes noſtros ſimiliter devolvatur.

Item, ſi Dominus Summus Pontifex Electiones, factas in Eccleſiis Anglicanis, propter defectum repertum in eiſdem, ritè caſſaverit, & ſic, Jure devoluto, Eccleſiis illis providerit de perſonis

Digitized by Google

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibidem.

SAnctiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino Clementi, Divinâ Providentiâ, Sacroſanctæ Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici, Edwardus, ejuſdem gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, devota Pedum oſcula beatorum.

Pater Sanctissime,

Licet nuper, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, Henricum de Lancaſtriâ Comitem Derbiæ, ac, dilectum & fidelem noſtrum, Bartholomæum de Burgherſſh, ſuper intentione noſtrâ ſecretâ pleniùs informatos, ad Sanctitatis veſtræ præſentiam ordinaverimus deſtinandos,

Ex certis tamen cauſis,

Sanctitati veſtræ per, dilectos & fideles noſtros, Magiſtrum Michaelem de Northburgh Juris Civilis Profeſſorem, Lichfeldenſis & Herefordenſis Eccleſiarum Canonicum, & Nigellum de Loryng Militem (quos ad veſtram Beatitudinem mittimus ex hac causâ) vivæ vocis oraculo ſi placuerit exponendis,

Quibus, necnon, Venerabili in Chriſto Patri, W. Epiſcopo Norwicenſi, &, Clerico noſtro Familiari, Magiſtro Johanni de Offord Decano Lincolnienſi, in Sanctitatis veſtræ Curia jam morantibus, quos ſuper hiis fecimus plenius informari, Tribus, & Duobus eorum, ſuper dicendis in hac parte, dignetur (quæſumus) veſtra Benignitas fidem credulam adhibere,

Miſſionem prædictam diſtulimus in præſenti; ſuper quo nos habere dignetur veſtra Clementia (ſi placuerit) excuſatos.

Ad hoc, deſideratum nobis præ cæteris, Diſpenſationis illius negotium, ſuper Matrimonio, inter Primogenitum noſtrum cariſſimum Principem Walliæ, Ducem Cornubiæ, & Comitem

* V. 445. Ceſtriæ, * & præclaram ——— Filiam Illuſtris Ducis Brabantiæ contrahendo, non obſtante quòd in Tertio Gradu Conſanguinitatis ſe attingunt, pro quâ pluries & ſpecialiter Sanctitati veſtræ nos meminimus ſupplicaſſe, adhuc veſtræ Apoſtolicæ Munificentiæ votivo recommendamus affectu;

Totis affectibus ſupplicantes quatinus, cùm Filia, celebris memoriæ, Domini Karoli, Regis Franciæ, Avunculi noſtri, jam ſit tradita nuptui, & ſic ſpes contrahendi Matrimonii inter dictum Primogenitum noſtrum & illam penitùs ſit adempta (quæ quidem ſpes Diſpenſationem petitam dicebatur aliqualiter impedire) placeat veſtræ Clementiæ dictum Diſpenſationis Negotium ex cauſis, in Prioribus noſtris ſupplicatoriis comprehenſis, miſericorditer expedire; quæ propter magnam, quam habemus de paternâ veſtrâ dilectione, fiduciam nobis, in tàm votivâ Supplicatione, ulteriorem nobis non faciat (ſi placuerit) negativam.

Conſervet vos Altiſſimus ad Regimen Eccleſiæ ſuæ Sanctæ per tempora proſpera & longæva.

Dat. apud Tenham, viceſimo tertio die Februarii, Anno Regni noſtri Franciæ Sexto, Regni verò noſtri Angliæ Decimo nono.

De tractando cum Lodowico Rege Romanorum.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 35.

REX Univerſis, præſentes Literas inſpecturis, Salutem.

Sciatis quòd nos,

De Fidelitate & Circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Nobilis Viri, Ottonis Domini de Cuyk, & Philippi de Weſton Canonici Eborum, Secretarii noſtri, pleniùs confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum pro Nobis, & noſtro nomine, cum, Sereniſſimo Principe, Domino Lodowico, Rege Romanorum, ſemper Auguſto, ſuper Ligis & Amicitiis perpetuis, inter Nos & Ipſum contra omnes Homines ineundis, & de mutuis Auxiliis hinc indè præſtandis,

nalis, in Diœceſibus ſubſcriptis, pro eodem Cardinale, pro Beneficiis ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Collectoribus Decimæ prædictæ in Diœceſe Eborum, pro Eccleſia de Horneſe.

** Collectoribus Decimæ prædictæ in Diœceſe Sarum, pro Decanatu Eccleſiæ beatæ Mariæ Sarum, Præbendâ de Sunnyng, in Eccleſiâ prædictâ, cum Capellis ejuſdem Præbendæ.* * V. 446.

Collectoribus Decimæ prædictæ, in dictâ Diœceſe Sarum, pro Eccleſiis de Mere & Heghtredebury.

Collectoribus Decimæ prædictæ, in Diœceſe Wyntoniæ, pro Eccleſiâ Godalmyng.

Super Conceſſionibus Exceſſivis in Vaſconia factis.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Radulpho Baroni de Stafford, Seneſcallo ſuo Vaſconiæ, Salutem. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Vaſc. 19. E. 3. m. 7.

Cùm, ut accepimus, quamplures Donationes exceſſivæ a nobis, per Importunitates Petentium, & Suggeſtiones minùs veridicas & ſubdolas, in Ducatu noſtro prædicto ſunt per nos factæ, immò potiùs a nobis extortæ, undè decepti ſumus graviter & deluſi,

Nos,

Volentes ſuper hiis pleniùs informari,

Vobis mandamus quòd, vocatis Procuratoribus noſtris, & aliis de Concilio noſtro, ſuper dictis Donationibus omnibus, in dictis partibus per nos factis, & cauſis earumdem, ac meritis Donatariorum, & de valore rerum ſic donatarum, videlicet, an plus? & Quanto plus valeant quam valere ſuggerebantur? & Qualiter? & in Quanto ſic decepti eramus? vos viis & modis, quibus meliùs poteritis, diligentiùs informetis, & Informationes hujuſmodi nobis, de tempore in tempus, cùm eas habueritis, unà cum bono Aviſamento veſtro in hac parte, in Angliam tranſmittatis.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo ſexto die Martii.

Per ipſum Regem.

Literæ deprecatoria Papæ ad Regem pro Concordia & Pace.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ex Autogr.

Miſſæ nobis, hiis diebus, Litteræ, dilecti Filii, Nobilis Viri ——— Ducis Venetorum, & aliorum quorundam, exiſtentium in partibus Tranſmarinis, Rumores infeſtos & flebiles de ipſis partibus nunciantes, reſperſerunt amaritudine mentem noſtram, &, ut contenta in eiſdem Litteris tua Excellentia Regia non ignoret, cedula, intercluſa præſentibus Litterarum ipſarum ſeriem continens, ea tibi, Fili cariſſime, pleniùs indicabit.

Licet autem caſus, bonæ memoriæ, ——— Patriarchæ Conſtantinopolitani, Apoſtolicæ Sedis Legati, & aliorum virorum, de quibus in ipſis Litteris fit mentio, ſit gravis, & mentes Fidelium, ibidem in Proſecutione negotii Redemptoris noſtri exiſtentium, terrore aliquo concuſſerit, ut probabiliter extimamus, noſque, dictis auditis Rumoribus, dolore nimio fuerimus conturbati;

Quia tamen audivimus quod Fideles ipſi, qui Terram, acquiſitam & ereptam de manibus Paganorum, cuſtodiunt, & alii, circa dictum negotium in eiſdem partibus laborantes, tanquam Viri prudentes & ſtrenui, non demiſſis, ſed elevatis cordibus, loco illorum, qui (neſcitur quo Dei occulto judicio) ceciderant, quantum potuerunt, & in eis fuit, aliis ordinatis, ſe adverſus Hoſtes fortiter muniverunt, quodque multi Fideles de diverſis partibus,

zelo

Digitized by Google

Magnificentiam tuam Regiam rogamus & deprecamur attentè per aſperſionem pretioſi Sanguinis Jeſu Chriſti, quatinus,

Præmiſſa inter præcordia Regia piâ conſideratione revolvens,

Et conſiderans diligenter quòd mundani Honores & Pompæ, pro quibus ſæpè Diſſenſiones & Guerræ foventur, non ſunt niſi quidam vapor ad modicum parens, cùm potentia humana, quantacunque ſit, in pulverem brevi tempore, ut ſcriptura teſtatur, & rei manifeſtavit hactenus, & manifeſtat evidentia, redigatur,

Quódque illa, quæ ob amorem divinum rectâ intentione aguntur, perpetuas præparant Manſiones in Cœlis,

Circa reformandam cum eodem Rege pacis & unitatis Concordiam, mentem Regiam emollias, habilites, & inclines, ut, eâ, Deo multum placibili, Mundo deſiderabili, & neceſſariâ valdè Chriſtianitati, obtentâ de manu Domini, poſſis, ſicut ferventer optamus, intendere circa defenſionem & dilationem ejuſdem Fidei, vindicando tui Redemptoris opprobria, qui pro tuâ Redemptione Paſſionis ignominiam ſuſtinuit, & mortem ſubiit temporalem.

Et, utinam! Fili dilectiſſime, tuorum Nunciorum, quos ad noſtram præſentiam deſtinare diſpoſueras, Miſſio dilata vel impedita nullatenus extitiſſet, quia nos, omni excuſatione poſtpoſita & rejectâ, parati eramus, ſicut condictum extiterat, ſuper Negotio Pacis mutuæ fideliter & ſedulè laborare.

Dat. Avinion. decimo quinto Kal. Aprilis, Pontificatûs noſtri Anno tertio.

Sub filis cannabaceis.
A. de Lavat.

Super deliberatione Magnæ Coronæ Regis.

Ann. D. REX Collectoribus Cuſtumarum ſuarum in Portu Villæ de
1345. Sancto Bothol. Salutem.
An. 19. Cùm nos nuper,
E. 3. Pro bono Servitio quod, dilectus Mercator noſter, Willielmus
*Clauſ.*19. de Melchebourn nobis impendit, & impendet in futurum, & in
*E.*3.*p.*1. Recompenſationem magnorum auxilii, laboris, & diligentiæ, quos
m. 19. circa deliberationem Magnæ Coronæ noſtræ, quam idem Willielmus de partibus Flandriæ, ad nos in Angliam detulit, appoſuit,

Conceſſerimus pro nobis, & Hæredibus noſtris, eidem Willielmo Viginti Libras, percipiendas ſingulis Annis ad totam vitam ſuam de Exitibus, tàm Magnarum, quàm Parvarum Cuſtumarum noſtrarum, in Portu Villæ prædictæ, per manus Collectorum Cuſtumarum earumdem qui pro tempore fuerint, ad terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus quòd eidem Willielmo Decem Libras, de prædictis Viginti Libris, de termino Paſchæ, proximò præterito, de Exitibus Cuſtumarum prædictarum, ſolvatis juxta tenorem Litterarum noſtrarum prædictarum; recipientes ab eodem Willielmo
* IV. Litteras * ſuas Acquietantiæ, Receptionem dictarum Decem Li-
448. brarum teſtificantes; & nos vobis indè, in Compoto veſtro ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Aprilis.

dicendis, in hac parte velit (quæſumus) veſtra Sanctitas Credentiæ dare fidem.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Aprilis.

De Treugis notorie violatis, & de poteſtate ad Philippum de Valeſio diffidandum.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Willielmo de Bohun, Comiti Ann. D.
Northamptoniæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem. 1345.
Sciatis quòd, *An.* 19.
Cùm Dominus Philippus de Valeſio, *E.* 3.
Qui Regnum noſtrum Franciæ, & Jura noſtra hæreditaria, *Franc.*19.
contra Deum & Juſtitiam, detinet occupata, *E.*3.*p.*1.
Nullâ Diffidatione præmiſsâ, Treugam, inter Nos & ipſum, *m.* 24.
ob reverentiam Domini Summi Pontificis, in Britanniâ pridem captam, contra formam ejuſdem, & juramentum in animam ſuam præſtitum, fregerit & notorie violaverit,

Et, quæ ſic per ipſum & partem ſuam attemptata ſunt, omninò reformare recuſans,

Nos, (de Magnanimitate & Circumſpectione veſtris pleniùs confidentes) ad præfatum Philippum, tanquam Violatorem Treugæ prædictæ, & dicti Regni noſtri Franciæ, & Jurium noſtrorum hæreditariorum, Occupatorem Injuſtum, & Inimicum noſtrum capitalem, Diffidandum, & Ipſum & ſibi Adhærentes in hac parte, tàm in Terrâ, quàm in Mari, pro recuperatione Regni & Jurium noſtrorum prædictorum, viis quibus poteritis proſequendum,
plenam vobis, * tenore præſentium, concedimus & committimus * V.440.
Poteſtatem:

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid, nomine noſtro, feceritis in hac parte.

In cujus, &c. pro noſtro beneplacito duraturas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Aprilis.

De Capitaneo & Locum Tenente Regis in Regno Franciæ & Ducatu Britanniæ conſtituto.

REX, dilecto & fideli ſuo, Willielmo de Bohun, Comiti Nor- Ann. D.
hamptoniæ, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem. 1345.
Sciatis quòd, *An.* 19.
Cùm Regnum Franciæ ad Nos ſit Jure Succeſſorio devolutum, *E.* 3.
Nos, *Franc.*19.
Tàm de adipiſcendâ Poſſeſſione, quàm de bono Regimine dicti *19. E. 3.*
Regni Franciæ, ſoliciti, ac de veſtris Fidelitate, Probitate, & In- *p.* 1. *m.*
duſtriâ pleniùs confidentes, 24.

Vos in Regno prædicto, & pertinentiis ſuis univerſis, Locum noſtrum tenentem, & Capitaneum facimus per præſentes;

Dantes & Concedentes vobis plenam Poteſtatem, & Mandatum ſpeciale pro Nobis, & noſtro nomine, Jus, quod Nobis in dicto Regno competit, vendicandi, petendi, & proſequendi, & eidem Regno vos immiſcendi, ac corporalem Poſſeſſionem ipſius & pertinentiarum ejuſdem apprehendendi,

Excercitum congregandi & ducendi,

Caſtra, Fortalitia, & Villas, prout meliùs expedire videritis, diruendi & proſternendi,

Contrarios & Rebelles, tàm in Terrâ, quàm in Mari, etiam more Guerrino, ſi oporteat, perſequendi,

Me-

Digitized by Google

laboreris, ut veſtram Fidelitatem & Geſtum laudabilem debeamus meritò commendare, & vos repenſiva retributionis uberis præmiare.

Mandavimus enim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, & perſonis aliis quibuſcumque, in & de dicto Regno exiſtentibus, quòd vobis, & Deputandis per vos, in præmiſſis pareant humiliter & intendant.

In cujus, &c. pro noſtro beneplacito duraturas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, vicesimo quarto die Aprilis.

• IV. 450. • *ET memorandum quòd conſimilis Commiſſio fit de verbo in verbum, in Ducatu Britanniæ ſub eadem datâ.*

Et alia conſimilis Commiſſio in Regno Franciæ, omiſsâ illâ clauſulâ, prout pro Commodo noſtro videritis faciendum.

Et alia conſimilis Commiſſio in Ducatu Britanniæ, omiſsâ clauſulâ prædictâ.

Indentura Capitanei ſupradicti, de Conditionibus ſuper Servitio Guerræ in partibus Britanniæ.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ex Origine ſupra Com. Pellium.

CE'ST ENDENTURE,

Fait entre noſtre Seigneur le Roy d'une part, & le Conte de Northampton d'aultre part,

TESMOIGNE que le dit Conte eſt demoere devers noſtre Seigneur le Roy pour aler a les parties de Bretaigne; & le Conte avera Commiſſion d'eſtre Chevetain & Gardein des ditz parties tant par Mere come par Terre; & avera poair des Juſtices, Haut & Baſſe, d'avoir cognoiſſance des toutes maneres des Querelles celles parties & Droitures.

ITEM, de chivaucher de Guerre es dites parties ſur les Ennemys, tant par Terre, come par Meer; de prendre & abatre Villes, Chaſteux, Forteresſes, ſelonc ce le dit Conte verra que ſoit affaire: & de retenir gentz a la pees: Pardone faire de Vie & de Membre: de doner ſure & ſauf Conduit: de prendre & mettre gentz a rancoon: de Trewe doner & prendre pour lui & pour les ſoens & Saufgardes & conditions granter & faire: & d'ordener Terres, dedenz ſon temps ſur les Ennemys acquiſes, ſelon ce quil verra que ſoit au profit du Roy: de remuer & punir Officers, & autres mettre en leur lieux: & que le Roy eit firme & eſtable quantque le dit Counte ferra, des choſes ſuſdites, pour le profit du Roi, come ſon Fait propre.

ITEM, une autre Commiſſion ſur les pointes ſuſditz, ove la parole *de profit le Roy* miſe.

ITEM, une autre Commiſſion general, ſelonc la forme de la Chancellerie;

ITEM, tantes & telles Commiſſions, es parties de France, par Meer & par Terre.

ITEM, ſi le dit Count face covenant ove Ville, ou Chaſtell, ou a Seigneurie, ou a nul home de quele condicion qil ſoit, ou de novelle face reparailler, ou autre Couſtage mette en Villes, Chaſtelles, ou Forteresſes, & ce par aviz des Grantz que ſont es parties ſuſditz ove le dit Count, que le Roy ſoit tenu de parfaire les Covenances & les Couſtages, & le dit Count de ce eſtre quite.

ITEM, que le Roi eit une Clerc, ove deniers en , parfaire & fournir les Condicions queles ſerront faites, ſelonc le Title Paramainte & les Coſtages, ſi eles ſe facent & par avis des Seigneurs que y ſont, ou d'un que le Roi voudra ordenner

eit de quel paier les Engleis que ſont hors de Retenu de Bretaigne, a plus de ceſt qil verra pour le profit le Roi, & par aviz de Seigneurs avantditz.

partir ſenz chalenge de Roy, ou de nully, hors de parties avantdites, as Couſtages le Roi.

EN TESMOIGNANCE de quelle choſe, a ceſte partie de l'Endenture, demeurant devers noſtre dit Seigneur le Roi, le dite Count ad mis ſon ſeal.

Don a Weſtm. le 27 jour d'Auvrill, l'an du Regne noſtre Seignur le Roi d'Engleterre Dys & Noefieme.

Litera Procuratoria ad Tractandum cum Regibus Jeruſalem, Siciliæ & Ungariæ.

UNiverſis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 19.

Conſiderantes quòd, inter cætera, per quæ Regum & Regnorum exaltatio procuratur, fovetur pacis amœnitas, propulſantur injuriæ, & quieti populi providetur, caritatis & amicitiæ fœdera inter Reges & Principes, ut, ad Honorem Dei, pro defenſione Fidei Catholicæ & Juſtitiæ, ad auxilia mutua ſint ligati, ſunt non mediocriter oportuna, & proindè ligas hujuſmodi affectantes, ac de fidelitate & circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Fratris Johannis Prioris Lewenſis, Ottonis de Grandiſono Militis, & Thomæ de Baddeby Clerici, confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum pro nobis, Hæredibus, & Alligatis noſtris, cum, Magnificis Principibus, Dominis Jeruſalem & Siciliæ ac etiam Ungariæ Regibus, aut Commiſſariis ſeu Procuratoribus eorumdem,

Necnon cum quibuſcumque Principibus, Nobilibus & aliis, cum quibus viderint expedire,

De Ligis & Amicitiis, perpetuis vel temporalibus, inter ipſos & Nos contra omnes Homines ineundis, & mutuis Auxiliis hinc indè præſtandis,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, per Stipulationes & Obligationes Literarum, & traditionem Obſidum, ac aliam quamcumque licitam Securitatem, firmandum & vallandum,

Et ſuper hiis in animam noſtram jurandum,

Et Nos & Hæredes noſtros ad obſervationem præmiſſorum firmiter obligandum,

Ac omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Præfatos Priorem, Ottonem & Thomam, aut Duos eorum (quorum præfatus Otto ſit unus) ac etiam præfatum Ottonem per ſe, Procuratores & Nuncios ac Commiſſarios, necnon Procuratorem & Nuncium ac Commiſſarium, facimus & conſtituimus ſpeciales, & ſpecialem,

Promittentes pro nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid præfati, Prior, Otto, & Thomas, vel Duo eorum (quorum præfatus Otto ſit unus) vel etiam dictus Otto per ſe, nomine noſtro fecerint, vel fecerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

Promittimus etiam quòd Literas ipſorum, Prioris, Ottonis, & Thomæ, vel Duorum eorum (quorum prædictus Otto ſit unus) ac ipſius Ottonis per ſe, ſuper Ligis & Conventionibus factis in hac parte, cùm ad noſtri notitiam pervenerint, faciemus per Literas noſtras ſpeciales, & ex certâ ſcientiâ, confirmari, & in omnibus ſuis articulis, quatinus ad nos attinet, obſervari.

In cujus rei Teſtimonium Literas noſtras fieri fecimus has Patentes.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo tertio die Maii.

De

Digitized by Google

[illegible]

Et ideò vobis mandamus quòd, captâ Fidelitate prædictâ, Cuſtodes Temporalium Epiſcopatûs prædicti ac Eſcaetores noſtros, in Comitatibus Northumbriæ & Eborum, de eadem Fidelitate, per vos ſic receptâ, certificetis, ut ulterius, ſuper Reſtitutione & Liberatione Temporalium prædictorum eidem Electo, ad Mandata noſtra, fieri faciant quod eis ex parte noſtrâ injungetur:

Noſque indè, ac de toto facto veſtro in hac parte, reddatis in Cancellariâ noſtrâ, ſub Sigillis veſtris, diſtinctè & apertè certiores, dictas Literas Patentes præfati Archiepiſcopi, de Confirmatione Electionis prædictæ, nobis, ut præmittitur, directas (quæ per vos recipi volumus) nobis mittentes cum hoc Brevi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Maii.

Per ipſum Regem.

Pro Comitiſſa de Fif de Protectione.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Pat.* 19. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 11.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilecta Conſanguinea noſtra, Maria de Monte Hermerii, Comitiſſa de Fif, quæ diù in Regno noſtro Angliæ ad Fidem & Pacem noſtram ſtetit, jam ſit ad partes Scotiæ de Licentiâ noſtrâ reverſura,

Suſcepimus ipſam Comitiſſam, Homines & Familiares ſuos, ac Equos, Res, & Herneſia, & Bona ſua, eundo verſus partes prædictas, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum:

* V. 453. Et ideò vobis mandamus quòd eidem * Comitiſſæ, *&c. prout in cæteris de Protectione Literis.*

In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Petri ad vincula proximò futurum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Maii.

Per ipſum Regem.

Ad Papam, ſuper Treugis in Britannia notorie violatis, & Philippo de Valeſio diffidando.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Rom.* 19. *E.* 3. *m.* 2.

PAPÆ Rex, &c.

In publicam non ambigimus notitiam deveniſſe, qualiter,

Celebris memoriæ, Carolo Rege Franciæ, Fratre, Sereniſſimæ Dominæ, Iſabellæ Reginæ Angliæ, Matris noſtræ, viam univerſæ Carnis ingreſſo, dictoque Regno ſic ad nos, ut ad proximum Hæredem Maſculum dicti Regis, tunc in humanis agentem, incommutabiliter devoluto,

Dominus Philippus de Valeſio, Filius Avunculi dicti Regis, & ſic ipſum in Gradu remotiori Conſanguinitatis attingens, dictum Regnum, dùm eramus in Annis minoribus conſtituti, ſibi per Potentiam, contra Deum & Juſtitiam, uſurpavit, & ſic illud detinet occupatum, invadens ulterius, vaſtans & occupans Terras noſtras in Ducatu noſtro Aquitaniæ, & contra nos Scotis, Rebellibus

Et cùm ſic, ſpe Pacis arridente, ſub dictarum Treugarum fiduciâ redeuntes in Angliam, dimiſſis paucis Miniſtris noſtris in Britannia pro regimine dictarum Partium & Coadjutorum noſtrorum ibidem, ordinâſſemus Nuncios noſtros ad Sanctitatis veſtræ præſentiam pro Tractatu Pacis, prout Condictum fuerat, tranſmittendos, ſupervenerunt nobis nova certa, non leviter pungentia mentem noſtram, de morte (videlicet) quorumdam nobilium, nobis Adhærentium, captorum in Britanniâ, & de ſpeciali Præcepto dicti Philippi Pariſius ignominioſæ morti, contra formam dictarum Treugarum, tirannicè traditorum; * necnon de Strage & Depopulatione magnâ Fidelium & locorum noſtrorum in Britanniâ, Vaſconiâ, & alibi, ac Tractatibus ſubdolis & occultis cum Alligatis & Subditis noſtris habitis, quos ſic a nobis auferre & ſibi attrahere nitebatur, ac aliis, de facili non numerandis, Injuriis & Flagitiis, contra dictas Treugas, per partem præfati Philippi, tàm in Terrâ, quàm in Mari, factis & attemptatis; per quæ dictæ Treugæ noſcuntur, per partem dicti Philippi, notoriè diſſolutæ. * V. 454.

Et licet, Treugis per culpam dicti Philippi ſic diſſolutis, potuiſſemus, ſicut adhuc de Jure poſſumus, Guerram contra eum ſtatim licitè reſumpſiſſe, ad vitandum tamen Guerrarum diſcrimina, volentes primitùs experiri ſi poſſemus reformationem Attemptatorum hujuſmodi amicabiliter optinere, miſimus, diverſis vicibus, diverſos Nuncios noſtros ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, tàm ad tractandum de Pace prædictâ, quàm ad petendum reformationem Attemptatorum prædictorum, ſtatutos Terminos ad ſic tractandum pluries prorogando; reſervatâ ſemper nobis libertate reſumendi Guerram, per culpam præfati Philippi nobis, ut prædicitur, adquiſitâ.

Et quia jam elapſi ſunt ſtatuti Termini ad Tractandum: & nulla via Pacis rationabilis adhuc nobis, ſeu dictis noſtris Nunciis, eſt aperta: nec idem Philippus attemptata prædicta in aliquo reformare curavit, licet per Sanctitatis veſtræ Litteras, ſuper hoc ſibi miſſas, rogatus fuiſſet & monitus, ſicut eadem Sanctitas per alias ejuſdem Sanctitatis Litteras nobis ſcripſit; ſet ſemper multiplicantur contra nos Tirannides, Conſpirationes, & Alligantiæ, in ſubverſionem noſtram, per præfatum Philippum, contra formam dictarum Treugarum, ſubdolè machinatæ, ut taceamus de Exceſſibus per Nuncium Sanctitatis veſtræ, pridem pro conſervatione Treugarum prædictarum miſſum in Britanniam, perpetratis; qui quod ſedâſſe debuit Diſſidium propenſiùs excitavit, non Conſervatorem Treugarum ſet partem contra nos & noſtros potiùs ſe oſtendens; ſuper quo Sanctitas veſtra (ſalvâ Pace ſuâ) remedium non adhibuit, licet ſuper hoc fuiſſet, ut decuit, requiſita, penes Deum, & Sanctitatem veſtram, Eccleſiam, & Seculum, excuſari debemus ſi illatas nobis Vim & Injuriam (cùm aliud non reperiamus Remedium) propulſemus; præſertim cum cauſam Juſtiſſimam & Mundo notiſſimam habeamus.

Et ideò, reputantes, ſicut ſunt, Treugas prædictas, ex cauſis prædictis, quas ſcimus, & pro loco & tempore probare volumus eſſe veras, per præfatum Philippum, & Adhærentes ſibi, maximè in dicto Ducatu Britanniæ prætendentes ſe Jus habere, fore diſſolutas,

Noſque ab earum obſervatione liberos & exutos, ut cum pace & reverentiâ Sanctitatis veſtræ loquamur,

Præfatum Philippum, ut Violatorem dictarum Treugarum, ac Inimicum & Perſecutorem noſtrum Capitalem, & Regni noſtri Franciæ Occupatorem Injuſtum, & aliorum Jurium noſtrorum teme-

Digitized by Google

Dat. ut ſupra.

Et diriguntur Litteræ prædictæ ſubſcriptis; videlicet,

Domino P. Epiſcopo Peneſtrin.
Domino A. Epiſcopo Tuſculan.

Item Conſimiles Litteræ diriguntur ſubſcriptis, exceptis hiis verbis, *ac veſtri ſolicitam inſtantiam*, ſub eâdem datâ; videlicet,

Domino T. Tituli Sancti Petri ad vincula Presbitero Cardinali.
Domino R. Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali.

De Literis prædictis, Papæ & Cardinalibus præſentandis.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Ibid.*

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Fratri Johanni de Reppes, Salutem.

Mittimus vobis quaſdam Litteras, Sigillo noſtro Magno ſignatas, Domino Summo Pontifici, & Quatuor Cardinalibus, Amicis noſtris, intitulatas,

Quas eidem Domino Summo Pontifici, dictis Cardinalibus, die Lunæ proximo poſt inſtans Feſtum Sancti Barnabæ Apoſtoli, ſi tunc illas receperitis, vel aliàs, quamcitiùs poſtmodùm ad vos venerint, præſentetis, vel præſentari faciatis:

Et hoc nullatenus omittatis.

Dat. ut ſupra.

De feſtinando ad partes Britanniæ.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Clauſ.* 19. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 14. *d.*

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Quia Terræ & Dominia noſtra in Britannia magno ſubjaceant amiſſionis periculo, niſi homines, ad dictas partes, pro ſalvatione & defenſione earumdem, profecturi, ad eaſdem partes celeriùs ſe feſtinent,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Civitate prædicta, in locis ubi melius expedire videritis, faciatis publicè proclamari,

Quòd omnes & ſinguli, tàm Homines ad Arma, quàm Sagittarii & alii, qui cum, dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Willielmo de Bohun, Comite Northamptoniæ, & aliis Fidelibus noſtris (ad dictas partes Britanniæ proficiſci ordinatis) ſunt ituri, ſine dilatione verſus Porteſmuth dirigant greſſus ſuos; ita quod ſint ibidem, ſub foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poterunt, die Lunæ vel Martis proximo futuro ad ultimum, prompti & parati ad exindè velandum verſus partes ſupradictas.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, quarto die Junii.

Per ipſum Regem.

Ad Literas Marchioni de Brandenburg, ſuper Liga, cum Patre ſuo (viz. Imperatore) renovanda, Reſponſio Regis.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *m.* 12. *dorſ.*

REX, Illuſtri Lodovico, Marchioni Brandeburgenſi, Ducique Bavariæ, Amico ſuo cariſſimo, Salutem & ſinceræ dilectionis affectum.

Veniens ad præſentiam noſtram, diſcretus Vir, Magiſter Simon Brenner de Vynſtynge, cum Literis veſtris de Credentiâ, ſince-

ineundis,

Et de Ligis, pridem hinc indè contractis, innovandis,

Ac de mutuis Auxiliis, contra omnes Homines faciendis & præſtandis,

Et ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque ſecuritate firmandum,

Et Nos, & Hæredes noſtros, ad eorum obſervationem, quatenus ad nos attinet, obligandum,

Et Securitatem, quæ nobis fieri debeat in hac parte, ſtipulandum & recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum, quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Philippum & Willielmum, & eorum alterum, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, ſexto die Junii.

Pro Abbate de Oſneye, de exonerando, quamvis Nomen in Rotulo ad Parliamentum ſummonitorum ſit inſertum.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Clauſ.* 19. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 6.

REX Theſaurario, & Baronibus ſuis de Scaccario, Salutem.

Cùm nos nuper,

Pro eo quòd, per inſpectionem Cartarum Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, nobis conſtabat quòd Abbatia de Oſeney eſt de Fundatione Roberti de Olleio, & non de fundatione aliquorum Progenitorum noſtrorum,

Et quòd Abbas ejuſdem loci tenet omnia Terras & Tenementa ſua, Abbatiæ prædictæ annexa, in liberam, puram, & perpetuam Eleemoſinam,

Et pro eo quòd, per certificationem veſtram, de mandato noſtro factam, & in Cancellariâ noſtrâ retornatam, non inveniebatur quòd idem Abbas tenet aliqua Terras ſeu Tenementa per Baroniam, ſeu aliàs, de nobis in Capite,

Conceſſerimus pro Nobis, & Hæredibus noſtris, præfato Abbati quòd ipſe, & Succeſſores ſui, Abbates loci prædicti, de veniendo ad Parliamenta, ſeu Concilia noſtra, vel Hæredum noſtrorum, imperpetuùm exonerentur, & quòd ad eadem nullatenus ſummoneantur, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Ac jam, ex parte ipſius Abbatis, nobis ſit oſtenſum quòd,

Licet Brevia aliqua eidem Abbati,

Ad veniendum ad Parliamentum noſtrum, apud Weſtmonaſterium, Anno * Regni noſtri Angliæ Duodecimo, convocatum,   * V. 457.
in quo Parliamento Archiepiſcopi, Epiſcopi, & cæteri Prælati, Magnates, & Communitas dicti Regni noſtri Angliæ, nobis Medietatem Lanarum ſuarum, uſque ad ſummam Viginti Milium Saccorum Lanæ conceſſerunt,

Aut ad Concilium noſtrum apud Norhamptoniam poſtmodùm dicto Anno Duodecimo tentum, ubi ordinandum fuit qualiter id, quod tunc de dictis viginti Milibus Saccorum Lanæ defuit, levaretur,

Præſentata non fuerunt, nec idem Abbas eiſdem, Parliamento & Concilio, perſonaliter, vel per Procuratorem, interfuerit, ſet, credens ipſum ad dicta Parliamentum & Concilium ſummonitum non fuiſſe,

Quandam Decimam Annalem, unà cum aliis Religioſis & Viris Eccleſiaſticis Cantuarienſis Diœceſis, qui ad Parliamentum & Con-

Digitized by Google

cleſiaſtici dictæ Cantuarienſis Diœceſis, qui ad Parliamentum & Concilium prædicta ſummoniti non fuerunt, nobis, ultra dictam Decimam Triennalem, in Convocatione prædictâ, ut a ſolutione & præſtatione dictarum Lanarum quietarentur & exonerarentur, ut præmittitur, conceſſerunt, contingentem,

Solviſſe, & terminos ſolutionis ſecundi Anni dictæ Decimæ Triennalis anticipaſſe, ſicut prædictum eſt, tunc demandæ (quam eidem Abbati, pro dictis Lanis, juxta Conceſſionem & Ordinationem prædictas, inde factas, ſolvendis, fieri facitis) ſuperſederi, & ipſum inde ad dictum Scaccarium exonerari & quietum eſſe faciatis; eo non obſtante quòd nomen dicti Abbatis inter nomina aliorum Prælatorum, qui ad dicta Parliamentum & Concilium ſummoniti fuerunt, in Rotulo prædicto eſt inſertum, ſicut prædictum eſt.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſeptimo die Junii.

V. 458. * *De requirendo Alligatos, ut Regi ſubveniant juxta Conventiones.*

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 13.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos auxilio Alligatorum & Confœderatorum noſtrorum, pro Expeditione Guerræ noſtræ, indigeamus in præſenti,

Nos,

De fidelitate & circumſpectione dilectorum & fidelium noſtrorum, Philippi de Weſton, Eborum, & Petri de Gildesburgh, Lincolnienſis, Eccleſiarum Canonicorum, ac Willielmi Stury Militis, confidentes,

Ad rogandum, interpellandum, requirendum cum inſtantiâ debitâ, & ſummoniendum, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, illuſtrem Johannem Ducem Brabantiæ, Willielmum Dunort, & omnes alios & ſingulos, tàm Communitates, quàm Perſonas ſingulares, qui Pecuniam noſtram receperunt, ut, juxta formam Ligarum & Conventionum, inter Nos & ipſos ſuper hoc habitarum, nobis jam ſubveniant & ſuccurrant,

Et ad inſinuandum eiſdem, & eorum ſingulis, quòd parati ſumus eis propter hoc facere quod debemus,

Et, in caſu quo nobis ſic non ſubveniant, ut præmittitur, requiſiti, Nos a Ligis prædictis per culpam eorum exoneratos reputamus penitùs & exutos,

Prædictis, Philippo, Petro, & Willielmo, & eorum cuilibet, plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Philippum, Petrum, & Willielmum, & eorum quemlibet, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. apud Weſtm. octavo die Junii.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Pat. 19. E. 3. p. 2. m. 8.

De Licentia querendi Corpus Joſephi ab Arimathia.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicavit nobis Johannes Blome de Londonia, ut,

Cùm ſibi, ſicut aſſerit, divinitùs ſit injunctum, ut venerandum

terunt, omnibus aliis prætermiſſis, ſe feſtinent, ad proficiſcendum cum eodem Comite verſus dictas partes, nè ex eorum dilatione Paſſagium ſuum feſtinum, quod intimè inſidet cordi noſtro (quod abſit) aliqualiter prorogetur.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, undecimo die Junii.

Pro Godefrido de Harecourt, de Homagio Regi facto, quatenus vero Regi Franciæ.

LE Roi as touz ceux, qui ceſtes Lettres verront, ou orront, Saluz. Ann. D. 1345.

Sachez que, An. 19.

Come, le Nob'es Homme, Monſieur Godefrey de Harecourt, E. 3. conſiderant que le Roialme de France eſt a nous devolut de Droit, Franc. 19. ſoit venuz en noſtre Obeiſſance, & nouz eit fait Homage, & nous E. 3. p. 1. reconuz pur ſon Seignur lige, come droiturel Roi de France, m. 18.

Nous,

Veuillantz par tant faire gratiouſement oue lui come affiert,

Grantons, & promettons, que nous maintendrons & defendrons le dit Monſieur Godefrey encontre totes Gentz,

Et que Nous ne prendrons Trewe ne Pees, oueſque noſtre Adverſaire de France, ſi le dit Godefrey ne ſoit aſſeure par ycele,

Et, en cas que le dit Godefrey perde ſes Terres, qil ad en Brabant, par cauſe de ſon venir en noſtre Obeiſſance, Nos lui troverons ſufficeantement pur ſa Suſtinence, tant q'il eit recovere ſes dites Terres,

Et ſi Dieu nous doint grace de recoverir noſtre Heritage en Normandie, Nous lui ferrons liverer ſes Terres q'il ad perdu celles parties.

En Teſmoignance, &c.

Don. a Weſtmonſter, le xiii Jour de Juyn.

Per ipſum Regem.

Super Injuriis Philippi de Valeſio, & Innocentia Regis Declaratoria.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

In publicam non ambigimus notitiam deveniſſe qualiter, 1345.

Celebris memoriæ, Carolo Rege Franciæ, Fratre, Sereniſſimæ An. 19. Dominæ, Iſabellæ Reginæ Angliæ, Matris noſtræ, viam univer- E. 3. ſæ carnis ingreſſo, dictoque Regno ſic ad Nos, ut ad proximum Franc. 19. Hæredem Maſculum dicti Regis, tunc in humanis agentem, in- E. 3. p. 1. commutabiliter devoluto, m. 10.

Dominus Philippus de Valeſio, Filius Avunculi dicti Regis, & ſic ipſum in gradu remotiori Conſanguinitatis attingens, dictum Regnum, dùm eramus in annis minoribus conſtituti, ſibi per Potentiam, contra Deum & Juſtitiam, uſurpavit, *&c. prout ſupra de Dat. 26 Maii, mutatis competenter mutandis, uſque hæc verba, viz.*

Et tamen ſemper intentionis noſtræ fuerit Pacem rationabilem amicabiliter admittere, cùm eam habere poterimus bono modo,

Hæc autem, quæ propter defectum Remedii facimus inviti, dicto Domino Summo Pontifici, præfatiſque Cardinalibus (per quorum

Digitized by Google

en ceſte partie;

Et promettons d'aver ferme & eſtable quantque les ditz, Thomas & William, & cheſcun de eux, ferront, ou f'ra, es choſes ſuſdites, & cheſcun d'ycelles.

En Teſmoignance, &c.

Don. a noſtre Tour de Loundres, le xiiii jour de Juyn.

De manutenendo venientes ad Obedientiam, & regendo ſecundum Leges Sancti Ludovici.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibidem.

LE Roi as touz ceux, qi ceſtes Lettres verront ou orront, Saluz.

Sauer vous feſons que,

Come le Roialme de France ſoit notoirement devolut a nous, come a preſchien Heir male Sire Charles de bone memoire, Roi de France noſtre Uncle,

En aiſeurance de l'eide de Dieu, & de noſtre Droit, Nous nous adreiceons vers celles parties pur noſtre dit Heritage recouerir,

Si eſt noſtre entent & volunte de faire graciouſement od touz ceuz, qi veullent venir de lour bon gree en noſtre Obeiſſance, & faire a nous lour devoir, & les maintenir & defendre, come appent,

Et penſons de reprendre, & faire garder, les bones Leis qui furent au temps, noſtre Anceſtre, Seint Lewys, Roi de France, ſanz Impoſicions ou Charges, nient dues, mettre ſur noz bones Gentz du dit Roialme, & les Governer a la pleſance de Dieu, & eiſe & comfort du People.

En Teſmoignance, &c.

Don. a noſtre Tour de Loundres, le xiv jour de Juyn.

De orando pro Rege.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Clauſ. 19. E. 3. p. 1. m. 2. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm ſit Militia vita hominis ſuper Terram, nimirùm ſi Militantes in hujus Mundi miſeria, incertis agitentur eventibus, nunc proſperis, nunc adverſis, & licet omnipotens Dominus, interdum quos diligit laceſſiri permittat Injuriis, facit tamen cum temptatione proventum, ut Servus humilis ex perſecutione in juſtitia proficiat, & Hoſtis iniquus in ſuâ perverſitate ſuccumbat.

* V. 461. * Quantis autem Nos, & Fideles noſtri, noſtris temporibus, Guerrarum Incommodis involuti fuerimus, licet Cauſas juſtiſſimas & Mundo notiſſimas foveamus, eſt publicè ſatis notum.

Set cum pridem Treugis, inter Nos & Philippum de Valeſio, Adverſarium noſtrum Franciæ, ad reverentiam & rogatum Domini Summi Pontificis, ad certum tempus captis in Britanniâ, dùm interim ſperaretur Pacis tranquillitas provenire; ecce! Tranquillitatis applauſus in ſubitam tranſiit Tempeſtatem; nam idem Philippus multa contra formam dictarum Treugarum attemptavit, per quæ dictæ Treugæ per culpam ſuam noſcuntur notoriè violatæ.

Et licet, ſuper reformandis attemptatis prædictis, fuiſſet, ad noſtri proſecutionem, per dictum Dominum Summum Pontificem congrue requiſitus, ea tamen non curavit in aliquo reformare, dedignans omnino viæ Pacis rationabilis conſentire, ſet ſemper accumulavit Mala Malis, in totalem noſtri & noſtrorum Subverſionem machinans pro viribus & intens.

Propter quod, impellente neceſſitate, tàm pro defenſione Regni noſtri Angliæ, quàm ad recuperanda Jura noſtra, nos, qui pondus Incudis patienter diù portavimus, Mallei officium aſſumere compellimur, non de Terrenâ confiſi Potentiâ, ſet ſub Divinæ

W. Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati,
Th. Electo Dunolm. confirmato.
J. Epiſcop. Karliol.

Ad Regem Caſtellæ, ſuper Ligis, Sponſalibus, & Arris; reſponſoria.

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, Gienn, Algarbiæ, & Algeziræ Regi, ac Comitatûs Molinæ Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. Salutem & votivis ſemper ſucceſſibus gratulari. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 10.

Redeuntes ad Nos, cum amicabilibus Serenitatis veſtræ Literis, fideles noſtri dilecti, Frater Johannes Prior Eccleſiæ Roffenſis Doctor Sacræ Theologiæ, & Wilhelmus Truſſel Miles,

Ad tractandum de Ligis inter Domos noſtras Regias ineundis, ac ſuper Sponſalibus & Matrimonio inter Primogenitum veſtrum & Johannam Filiam noſtram cariſſimam contrahendis, ad Celſitudinis veſtræ præſentiam pridem miſſi,

Præmiſſâ commendatione multâ de profuſis Honoribus, quibus eos Regia liberalitas prævenire curavit, ac affectione magnâ, quam ad Nos Excellentia veſtra gerit (de quibus eidem * Excellentiæ grates referimus, ut poſſumus, ſpeciales) ſuper gratioſo reſponſo veſtro relationem fecerunt, placidam nobis admodum & acceptam; videlicet, * V. 462.

Quòd, licet Dominus Philippus de Valeſio, & alii, penes veſtram Sublimitatem, pro Maritagio dicti Primogeniti veſtri inſtarent, & magna vobis offerrent, ex prærogativâ tamen dilectionis, quâ nobis & Domui noſtræ afficimini, præeligitis ut, præ aliis, eidem Filiæ noſtræ, etiam pro Arris minoribus, maritetur.

Et adjecerunt, quòd Nuncii præfati Philippi, pro dicto Maritagio, nomine Arrarum, optulerant Quadraginta Milia Florenorum de Scuto, & quòd illud pro tanto præ aliis haberemus; ſpem promittentes & gratiam de remiſſione partis dictæ Summæ, & de Terminis Solutionis accomodis, in caſu quo placeret nobis tali Summæ conſentire.

Et ad vos, citra Feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ, proximò futurum, noſtros remittere Nuncios ad ea, quæ ſic condicta ſunt, finaliter terminanda.

Super quo ſcire velit Regia veſtra Magnificentia, quòd,

Licet attentis gravibus expenſarum oneribus, quas circa Guerras noſtras effundere nos oportet, tantam Pecuniæ Summam ſtatim, abſque detrimento graviſſimo, ſolvere non poſſumus,

Ex intenſo tamen deſiderio, quod habemus ad renovandum & firmandum antiquas Ligas & Amicitias, inter Domos noſtras Regias dudum factas, præſertim propter dilectionem quam ad perſonam veſtram, quæ, præ cæteris mundi Principibus, glorioſis fulget ſtrenuitatis & nobilitatis Titulis, hiis diebus, ſingulariter optinemus,

Ligam ipſam habere volumus, & Solutioni dictæ Summæ, Arrarum nomine, conſentimus; ſperantes ſemper quòd, innata vobis Liberalitatis affluentia, quoad remiſſionem partis & Solutionis Terminos, faciet ex gratiâ, quod noſtra Deprecatio non præſumit.

Ad hæc autem proſequenda finaliter & firmanda, Fideles noſtros, Venerabilem Patrem, Petrum Epiſcopum Baionæ, &, diſcretum Virum, Magiſtrum Gerardum de Podio, cum Poteſtate ſufficienti, ad Serenitatis veſtræ præſentiam prævidimus deſtinandos; quos affectione conſuetâ recommendatos habere velitis, & ad fælix utriuſque noſtrûm deſiderii complementum dicto Negotio finem imponere felicem, utinam! & feſtinum.

Ad-

Digitized by Google

[illegible]
Dat. in Portu Sandwici, ſuper Progreſſu noſtro ſupra Mare, decimo octavo die Junii.

Ad Cancellarium prædicti Regis, ſuper præfatis Negotiis feſtinandis.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibid. REX, Nobili Viro, Johanni Stephani de Caſtellanis Militi, Illuſtris Regis Caſtellæ Cancellario, Amico ſuo dilecto, Salutem & Dilectionem ſinceram.

De Conſiliis, Auxiliis, & Honoribus,

Quibus Ambaſſatores noſtros,

Ad præſentiam dicti Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, pro Tractatu Matrimonii, inter Primogenitum ſuum & Johannam Filiam noſtram cariſſimam contrahendi, pridem miſſos,

Tàm benivolè prævenistis,

Vobis ſcimus intimè grates bonas, & in votis gerimus propter hoc gratam vobis facere repenſivam.

Et quia, auditâ relatione dictorum Ambaſſatorum, petitis per dictum veſtrum Regem (licet, hiis Guerrarum noſtrarum temporibus, nobis ſint plurimùm onerosa) ſub ſpe uberioris gratiæ, duximus annuendum,

Et ad complendum & firmandum ea, quæ ſic condicta ſunt, Fideles noſtros dilectos, Venerabilem Patrem, Petrum Epiſcopum Baionæ, &, diſcretum Virum, Magiſtrum Gerardum de Podio, ad ipſius Regis præſentiam, cum Poteſtate ſufficienti, prævidimus deſtinandos,

Velitis ipſos ſpecialiter recommendatos habere, &, ut dictum Negotium finem felicem & feſtinum inveniat, opem ferre.

Dat. in Portu Sandwici, ſuper Paſſagio noſtro ſupra Mare, decimo octavo die Junii.

Ad Johannem Alfonſi, ſuper Succurſu oblato.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibidem. REX, Nobili Viro, Johanni Alfonſi de Bona Vita, Amico ſuo dilecto, Salutem & Dilectionem ſinceram.

Redeuntes ad nos Ambaſſatores noſtri,

Ad præſentiam, Magnifici Principis, Domini Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, pridem miſſi,

Sincerum affectum, quem ad nos Nobilitas veſtra gerit, & qualiter adveniendum, in Succurſum noſtrum, cum Armatorum multitudine copioſâ, optuliſtis tàm benivolè vos paratos, nobis, inter alia, retulerunt; de quo vobis grates referimus ſpeciales.

Et reverâ libenti faceremus animo quæ vobis ſciverimus placitura, in quibus nos velitis fiducialiter experiri, &, per Dei gratiam, habebitis in proximo de Progreſſu noſtro Nova placentia, ad magnum veſtri & Amicorum noſtrorum gaudium & ſolamen.

Dat. in Portu Sandwici, ſuper Progreſſu noſtro ſupra Mare, decimo octavo die Junii.

Ad Ambaſſatores in Negotio prætacto, de Inſtructionibus.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, P. eâdem gratiâ, Epiſcopo Baionæ, ac, Fideli noſtro dilecto, Magiſtro Gerardo de Podio, Salutem. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibidem.

Relationem, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Fratris Johannis Prioris Roffenſis, & Wilhelmi Truſſel Militis, ſuper Tractatu, per vos & eos, cum, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Rege Caſtellæ inchoato, ſicut ſcitis, audivimus & attendimus diligenter; & primo de bono Geſtu veſtro in Tractatu prædicto & Laboribus, quos ſubiiſtis in hac parte, vobis ſcimus intimè grates bonas; & quia, habitâ ſuper dictâ Relatione deliberatione pleniori, licet ſumma Petita, nomine Arrarum, pro Johannâ Filiâ noſtrâ, tradendâ nuptui Primogenito dicti Regis, videatur nobis plurimùm oneroſa, ſub ſpe tamen gratioſæ remiſſionis partis dictæ Summæ, & Terminorum Solutionis prolixorum, & propter affectionem quam ad perſonam dicti Regis habemus, Fœdus omninò habere volumus cum eodem, & ſuper hoc, noſtras ſibi ſcribimus Litteras ſpeciales, quarum Copiam, unà cum Copiis Literarum noſtrarum, Dominæ —— Reginæ Caſtellæ, Dominæ Alianoræ Gyſman, ac, Nobilibus Viris Dominis, Johanni Alfonſi de Allaguera, Johanni Alfonſi de Bonâ Vitâ, & Johanni Stephani de Caſtellanis, dicti Regis Cancellario, tranſmiſſarum, vobis mittimus hiis incluſam; de veſtris Dilectione & Circumſpectione providâ confidentes, mittimus vobis Commiſſionem noſtram, ad dictum Tractatum terminandum, prout meliùs expedire videritis, & firmandum;

Quamobrem, ſpecialiter vos rogamus, quatinus, cùm alios ſolempnes Nuncios, jam extra Regnum noſtrum Angliæ, mittere commodè non poſſimus, velitis, ſicut de vobis confidimus, abſque cujuſquam excuſationis obice, onus & laborem hujuſmodi verſus dictum Regem ſtatim aſſumere, ita quòd, ad eum omnimodo, citra Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum, ad Finem deſideratum, dicto Negotio, per Dei gratiam, feliciter imponendum, quos vos facere velimus meliori modo, quo poteritis, iſtâ vice, & pro minoratione dictæ Summæ, & prolixis dictæ Solutionis Terminis, & pro Dote bonâ, eidem Filiæ noſtræ, & ſub bonis conditionibus, & locis accommodis, aſſignandâ, quantum poteritis laboretis; & eſt ſemper intentionis noſtræ, quòd, per præſentem Tractatum, inter dictum Regem & Nos, & Domos noſtras Regias perpetuò, vel ad tempus, de præſtandis mutuis Auxiliis, Ligæ fiant;

Volumus etiam quòd, cùm dictâ Dominâ Reginâ loquamini, quod, conſideratione ſui, libenter tractare volumus cum Domino, Patre ſuo Illuſtri, Rege Portugalliæ, ſuper Matrimonio, inter Johannem Filium noſtrum, & Filiam dicti Regis, contrahendo, ſi ſuper hoc idem Rex nos requirat; poteritis etiam dicere, dictæ Dominæ Alianoræ, quòd, ob affectionem quam ad nos habet, ut audivimus, faceremus libenter quæ ſibi ſciverimus placitura; &, ſi nobis mitteret aliquem de Filiis, dicti Regis & ſuis, Conſanguineis noſtris, illum læte recipiemus, cum Primogenito noſtro, Principe Walliæ, Duce Cornubiæ, & Comite Ceſtriæ, honorificè moraturum; laborem iſtum nullatenus recuſetis, gratam * ſperantes de noſtrâ Munificentiâ repenſivam. * V. 465.

Scribimus autem, Seneſcallo noſtro Vaſconiæ, & Conſtabulario noſtro Burdegaliæ, quòd vobiſcum tractent & concordent, de Honorificis Vadiis & Expenſis, & dicto Conſtabulario, ut vobis

Digitized by Google

gis, & de Attemptatis contra Treugas, ac ſuper variis, hinc inde Tractatis, Pacem Bellumque tangentibus.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio Edwardo, Regi Angliæ Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Præſentatas pridem Apoſtolatui noſtro Celſitudinis tuæ Litteras recepimus, quarum ſerie per nos intellectâ ipſæ nobis Litteræ admirationis, nè dicamus turbationis, Materiam præbuerunt.

Quæ quidem Literæ effectualiter continebant quòd,

Licet ſuper Diſſenſionibus & Guerris inter Te, Fili cariſſime, ac, cariſſimum in Chriſto Filium noſtrum, Philippum Regem Franciæ Illuſtrem, ſuſcitatis, tu, pro vitandis dampnis & periculis procedentibus ex eiſdem, plures vias pacis obtuleris Regi prædicto, ut poſſes, ſicut affectabas, in Paſſagio Tranſmarino noſtro obſequiis intendere Redemptoris,

Ipſe tamen, te per verba protrahens, nichil facere voluit in effectu; ſed, pendentibus ſimulatis Tractatibus, tibi procuraverat multa Dampna,

Propter quod tu, volens Jus tuum proſequi, ad partes Britanniæ te conferre cum Armatâ Potentiâ, ut aſſeris, curaviſti, ubi, te Guerram contra Regem faciente prædictum, ſupervenerunt, Venerabiles Fratres noſtri, Petrus, Peneſtrinenſis, & Ambaldus, Tuſculanenſis, Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Nuncii, per nos miſſi,

Quibus tractantibus & mediantibus inter Te ac Regem eundem initæ fuerunt invicem Treugæ ac firmatæ, duraturæ uſque ad certum tempus, infra quod, coram nobis, de Pacis Concordia mutua, cum Nunciis, hinc indè deſtinandis, interim tractaretur,

Ita quòd Treugæ ipſæ ubique infra Poteſtatem Partium, & ſpecialiter in Ducatu Britanniæ, inter Te ac Regem ipſum, & utriuſque veſtrûm Adhærentes, etiam ſi Jus in eodem Ducatu Britanniæ ſe habere prætenderent, ſervarentur,

Quodque omnes Coadjutores & Alligati utriuſque partis in tali
• V. 466. Poſſeſſione * Rerum & Bonorum ſuorum, qua erant tempore quo initæ fuerunt Treugæ, ipſis durantibus remanerent; certis aliis Modis & Conditionibus appoſitis in eiſdem Treugis pleniùs & expreſſis.

Et ſubjungitur, præterea, in eiſdem quòd,

Cùm ſic, ſub ſpe Treugarum hujuſmodi, Pacis arridente fiduciâ, tu, dimiſſis paucis aliquibus in Britanniâ, in Angliam rediſſes, tuoſque, ſuper Tractatu Pacis prædictæ, Nuncios ad noſtram præſentiam deſtinâſſes,

Supervenerunt tibi Nova, non parùm pungentia mentem tuam, de morte (videlicet) quorumdam Nobilium, captorum in Britanniâ de mandato ſpeciali dicti Regis, & ultimo ſupplicio Pariſius traditorum: necnon de Strage ac Depopulatione magna Fidelium & Subditorum tuorum in Britanniâ, Vaſconia, & Locis aliis, Tractatibuſque ſubdolis & occultis cum Alligatis & Subditis tuis habitis (quos tibi auferre, ſibique nitebatur attrahere Rex prædictus) & aliis Injuriis & Novitatibus, per Terram & Mare contra dictas Treugas attemptatis; per quæ Treugas ipſas per partem Regis ejuſdem reputabas penitùs diſſolutas.

Et quamvis, ſic ipſis Treugis diſſolutis, Guerram potuiſſes per culpam Partis alterius reſumiſſe, ad vitanda tamen Guerrarum ipſarum Diſcrimina, ſi poſſes reformationem obtinere Attemptatorum hujuſmodi cupiens experiri, diverſis vicibus diverſos tuos Nuncios, tàm ad tractandum ſuper Pace prædictâ, quàm ad petendum reformationem Attemptatorum prædictorum, ad noſtram deſtinâſti præſentiam, & Statutos ſuper hoc Terminos prorogâſti, reſumendi Guerram poteſtate tibi nichilominus reſervatâ.

Et quia jam Statuti elapſi ſunt Termini ad tractandum, & nulla via Pacis rationabilis tibi in eiſdem Nunciis fuit aperta, nec Rex prædictus Attemptata hujuſmodi, licet per noſtras Litteras requiſitus pluries, revocare, ſed multiplicare curavit contra te Injurias quæ Regem, quæ nobis gaudium non modicum attulerant, ſperantes ex ipſis Pacis Reformationem perpetuam poſtmodùm provenire, noſtro fruſtrati ſumus deſiderio uſque quaque; confidimus tamen in Domino quòd illud, quod nondum factum extitit, donante ejus gratiâ, poterit impoſterum proſperari.

Porrò quia illi, qui dictas tuas, nobis miſſas, Litteras *dictitarunt*, rei veritatem forſitan ignorabant, multa poſuerunt in eis, & aliqua tacuerunt, in quibus erraverunt notabiliter, factum taliter recitando.

Novit enim tua Sublimitas quòd,

Licet Tractatum & Ordinatum in eiſdem Treugis extitiſſet, ut, pro Pace tractandâ, ſolennes Nuncii (quorum * eſſent aliqui de • V. 467.
Proſapiâ Regalis generis) ad noſtram præſentiam mitterentur hinc indè, prælibatuſque Rex Franciæ ſuos Nuncios ſolennes,

Inter quos erant, dilecti Filii, Nobiles Viri, Petrus Dux Borbonelii, & Humbertus Dalphinus Viennenſis, de genere Regio, & multi alii Prælati, & magnæ auctoritatis Viri,

Prout ordinatum extiterat, cum Mandatis ſufficientibus deſtinavit, qui ſe ad procedendum in Tractatu Pacis hujuſmodi multùm voluntarios exhibebant,

Tu tamen (Fili amantiſſime) quamvis aliquos (inter quos non erat aliquis de Proſapiâ Regali, niſi, Dilectus Filius, Nobilis Vir, duntaxat, Johannes de Criliaco) miſeris; idem tamen Nobilis, ſine aliis Nunciis Majoribus, tàm de genere tuo Regio, quàm aliis, quos ad noſtram præſentiam venturos dicebat, nec procedere nec expectare voluit, ſed potius de Curiâ Romanâ receſſit, Qui nec redit, nec alii, de genere tuo prædicto, tui poſtmodùm Nuncii advenerunt.

Conſideret igitur tua Regalis Prudentia, ſi per Nos, aut partem dicti Regis, vel tuam, ſteterit quo minus ad Tractatum proceſſum fuerit dictæ Pacis.

Rurſus, ſuper eo quòd, propter Captionem & Punitionem illorum Nobilium, in eiſdem Litteris aſſeruntur prædictæ Treugæ violatæ, aliàs tuæ Magnificentiæ ſcripſiſſe, & tuis Nunciis dixiſſe, meminimus, quod præfatus Rex ad invectivas Litteras noſtras, miſſas ſibi ſuper hoc, ſic reſpondit, quòd illi Nobiles, violando ipſas Treugas manifeſtè, in partibus Britanniæ, ac Homicidia, Depopulationes, Incendia, & alia horrenda Maleficia committendo ibidem, flagrantibus hujuſmodi & aliis Criminibus capti, propter præmiſſa & alia ſua Facinoroſa ſcelera, & deindè puniti, exigente Juſtitiâ, extiterunt; quodque dicti Nobiles aſſerebant ſe non tecum, ſed cum, Dilecto Filio, Nobili Viro, Johanne de Britanniâ, Comite Montisfortis, Confœderationes habere.

Qui quidem Comes, tunc exiſtens Pariſius, ſe etiam tecum Colligatum nullis Confœderationibus aſſerebat.

Nec tuam etiam Excellentiam latere credimus quòd, ſicut Pars Tua conquerebatur de Attemptatis per Partem dicti Regis, tàm in prædictis Britanniæ, quàm Vaſconiæ, & aliis partibus, contra prædictas Treugas; ita etiam, ex adverſo, Pars Regis prædicti aſſerebat quamplurima per tuos & partem tuam Attemptata fuiſſe in eiſdem, & aliis partibus, & in Mari, etiam contra formam & tenorem Treugarum ipſarum, ſuper Attemptatis hujuſmodi diverſis Articulis exhibitis hinc & inde.

Directis autem per Nos Litteris noſtris Regi præfato, ſuper reparatione Attemptatorum ipſorum pro Parte tuâ traditorum, Rex idem, ſuper hoc reſpondendo, nobis per ſuas Litteras intimavit ſe velle inviolabiliter obſervare dictas Treugas, & facere Attemptata quæcunque per Partem ſuam (ſiqua eſſent) dùm tamen tu idem de Attemptatis per Partem tuam fieri faceres, penitùs revocari.

Et nichilominus, Litteris noſtris, ſuper eo Regi præfato directis, quòd ipſe, Dilectum Filium, Nobilem Virum, Carolum de Bleſis, ſe aſſerentem Ducem Britanniæ, juvare ſuper hiis, quæ per eum (audiebamus) in Britanniâ fieri, dicebatur, per ſuas alias Litteras nobis ſæpe reſpondit, quòd ipſi Carolo, nec in Gente, nec in Pecuniâ, nec in aliis quibuſcunque, aliquale Auxilium præbuerat

tit, ſe, quantum poterat cum Juſtitiâ, & reperiebat obedientiam, reddebat favorabilem Parti tuæ, de quo dictus Carolus per Litteras & Nuncios nobis graviter eſt conqueſtus.

Si verò aliqua Injuſta vel Injurioſa fecerit idem Nuncius, ignoramus; ſed ſtatim, auditâ de ipſo Querelâ tuarum Gentium, ipſum revocavimus, quamvis ſe per ſuas Litteras multùm ſuper hoc excuſaverit; & deindè rediens ad Sedem Apoſtolicam verbo tenùs ſe excuſet; &, ſi nobis innotuiſſent aliqua de prædictis, ipſum correxiſſemus, & adhuc, ſi nobis de illis conſtaret, corrigeremus, Juſtitiâ exigente;

Sed de Civitate Venetenſi,

Quæ, ſecundum tenorem Treugarum ipſarum, in manibus Nunciorum noſtrorum prædictorum, nomine noſtro & Eccleſiæ Romanæ, remanſit, & toto tempore Treugarum eodem Nomine teneri debuit & etiam gubernari, & de quâ, in fine Treugarum, ſuam poterant iidem Nuncii facere voluntatem,

Quam, illi de parte tuâ, expulſis de ipsâ illis qui eam, noſtro & Eccleſiæ Romanæ nomine, tenebant & regebant, violenter & turpiter, in noſtrum & ejuſdem Eccleſiæ contemptum & opprobrium, veniendo contra Treugas notoriè, occupârunt,

Mentionem eædem tuæ Litteræ non fecerunt prædictæ;

Attendat autem tua Regalis Circumſpectio, ſi hæc debeamus & poſſimus ſub diſſimulatione conniventibus oculis pertranſire.

Denique, Dilecto Filio, Nobili Viro, Henrico Comite Derbeyæ, causâ devotionis, ſuiſque aliis opportunitatibus, ad Sedem veniente Apoſtolicam, ac a nobis lætanter & benignè recepto, ſuper modis & viis quibus meliùs, utiliùs, & faciliùs poſſet attingi ad Pacis reformationem prædictæ, cum ipſo Tractatus habuimus familiariter & ſecretè;

Et attendentes diligentiùs quod Tu (Fili dilectiſſime) quem Diſtributor gratiarum omnium multis virtutibus decoravit, ad proſequendum Dei Negotium adverſus Hoſtes Fidei Chriſtianæ, inter cæteros Principes Catholicos Orbis Terræ, valdè ydoneus exiſtebas,

Perpendimus, & in Tractatibus familiaribus & ſecretis hujuſmodi revolvimus, Nos & Comes prædictus, quòd per viam Paſſagii, ad liberandam de manibus Infidelium Terram Sanctam, defendendamque & dilatandam in partibus Tranſmarinis Fidem Catholicam, ad Pacis reformationem prædictæ, via facilior & honorabilior videbatur, quòdque contemplatione ipſius Negotii Tranſmarini, ob honorem Divini Nominis, multa, quæ aliàs eſſent difficilia, facilia, largiente Domino, redderentur.

Hiis autem, & aliis multis utilibus, inter Nos & Comitem ſupradictum, ſub familiari & ſecreto Tractatu hujuſmodi, collocutis, idem Comes, de Romanâ Curiâ cum gratiâ noſtræ Benedictionis recedens, & ad partes Angliæ tuamque præſentiam ſe conferens, præmiſſa, per nos & ipſum tractata & collocuta, ut præmittitur, tuæ Celſitudini expoſuit ſeriosè, ſicut nobis per ſuas Litteras &, Dilectum Filium, Johannem de Ripis, Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, Pœnitentiarium noſtrum, tunc Confeſſorem ſuum & Nuncium, ſtuduit intimare.

Verùm quia idem Nuncius ſe habere aſſeruit in mandatis ut, Dilecto Filio, Johanni de Offorde, Decano Eccleſiæ Lincolnienſis, tunc in Romanâ Curiâ exiſtenti, aperiret præmiſſa, & ſuper hoc, tàm tuas Regias, quàm ipſius Comitis, Litteras directas Decano præſentâſſet prædicto,

Nos eiſdem, Decano & Nuncio, ad noſtram præſentiam evo-

Poſt receſſum autem Nunciorum tuorum prædictorum de Curiâ, intellecto & nobis intimato quòd, factâ tibi relatione de hiis quæ reſponderamus ipſis Nunciis, & perceptis per te quæ noſtræ, indè tibi & dicto Comiti directæ, Litteræ continebant, ſalubri & ſano ductus Conſilio, eundem Comitem &, Dilectum Filium, Nobilem Virum, Bartholomæum de Burgaſh, Nuncios tuos ydoneo Mandato ſuffultos, ac de intentione tuâ hujuſmodi pleniùs informatos, ad noſtram pro præmiſſis ordinaveras præſentiam deſtinare,

Nos, volentes veritatem & æquitatem in omnibus obſervare, præfato Regi, cui anteà nichil de præmiſſis per nos detectum fuerat, ſcripſimus ſuper hiis, ſicut vidimus expedire; & nichilominus, ut ſecretiùs ſibi aperirentur prædicta, Venerabilem Fratrem noſtrum, Guidonem Epiſcopum Edven. propterea providimus ſpecialiter ad ejus præſentiam deſtinandum;

A quo quidem Rege Reſponſum recepimus nobis gratum (videlicet) quòd mox, dùm ipſe audiret tuos prædictos Nuncios, Mare veniendo ad eandem noſtram præſentiam tranſmiſiſſe, ſuos ſolennes Nuncios, ſufficienti Poteſtate munitos, & de ſuâ intentione plenè inſtructos, ad eandem noſtram præſentiam mittere non tardaret.

Cùmque, conceſſis per Nos & Regem præfatum Litteris de Conductu ſecuro pro tuis prædictis Nunciis, eorumque Familiis & Rebus juxta formam quam alii tui Nuncii, qui tunc erant in Curiâ, dictaverunt, Nunciorum tuorum prædictorum cum gaudio & ingenti deſiderio præſtolaremur adventum, ſupervenerunt Rumores diſplicibiles, Citharam exultationis in luctum triſtitiæ, pro dolor! convertentes, (ſcilicet) quòd prædicti non venirent Nuncii, nec illos vel alios mittere intendebas; & nichilominus alii tui Nuncii, qui tunc erant, ut præmittitur, in Curiâ, receſſerunt ab inde.

Ponderet igitur Circumſpectio Regia, cogitet & recogitet diligenter, cui, ſi ad præmiſſa, utique Sancta, ſalubria, honorabilia, & valde utilia, Proceſſum non extitit, meritò debeat imputari:

Etſi, attentis hiis quæ ſuperiùs narrata ſunt, veritate utique fultis & ſubſiſtentibus, ſicut tua Prudentia Regia * plenè novit, Treu- * V. 470.
gæ prædictæ per partem Regis ejuſdem dici poſſint, prout in prædictis tuis Litteris ſcribitur, violatæ, nobiſque impingi valeat quod negligentes vel remiſſi fuerimus ſuper Remediis apponendis:

Et ſi etiam tui Conſiliarii ſano tibi Conſilio ſuaſerint, quod contra eaſdem Treugas, per te juratas, ſic inconſultè venires, Teque Judicem faceres, per Regem præfatum ruptas ipſas Treugas, in eiſdem tuis Litteris aſſerendo; præſertim cùm, ſicut præmiſſum eſt, utraque Pars conquereretur, & exhiberet Articulos, ſuper Attemptatis & Reformatione ipſorum.

Et ſi nobis, qui, licet inſufficientibus meritis, Locum tenentes in Terris Regis pacifici & excelſi, prædicare, procurare, fovere, ac nutrire Pacem debemus inter cunctos Chriſticolas, ac Guerras, Diſſenſiones, & Odia tenemur quantum poſſumus extinguere, ac de medio Fidelium removere, quique pro Pace tuâ & dicti Regis, ſicut præmiſſum eſt, cordialiter & fideliter laboravimus, & laborare intendimus, ſcribi debuit Diffidatio ſupradicta;

Et nichilominus, ſi attendebant Litterarum compoſitores prædictarum, ponendo dictam Diffidationem in eis, quòd Nos, qui Pacem evangelizare cupimus & debemus, & ſpecialiter ad Pacem prædictam cordialiter afficimur, ut præfertur, Guerrarum & Diſſen-

Digitized by Google

ſerunt hactenus & accingunt.

Nec, quod ulterius eadem Relatio ad Nos lætanter perduxit, prætermittendum vel ſilendum, quòd, poſt fœlicem Tranſitum, bonæ memoriæ, Henrici Patriarchæ Conſtantinopolitani, Apoſtolicæ Sedis Legati, occiſi ab Infidelibus, ſupra Turrem Civitatis Smirnenſis, quam, dùm viveret, inhabitabat Patriarcha prædictus, & quæ Turris Patriarchæ vulgariter dicitur, Lux magna viſa eſt pluries, ad proſecutionem operis Dei ſtrenuam corda Fidelium excitans & inflammans.

Agere namque Bella talia decet Principes Catholicos & devotos; non ad effundendum Redemptorum pretioſo cruore Dominico Sanguinem inhiare.

Rogamus itaque Celſitudinem tuam Regiam, & in Domino attentiùs exhortamur, tibi nichilominus, ſub virtute Juramenti præſtiti ſuper eiſdem Treugis, injungentes, quatinus Civitatem prædictam Venetenſem, in manibus Nunciorum noſtrorum prædictorum Nomine noſtro regendam, in Statu quo erat tempore Occupationis & Dejectionis illorum, qui eodem Nomine, ut præfertur, regebant, eandem reduci facias, tenendam pro toto tempore

* V. 471. Treugarum ipſarum, & regendam modo & formâ * expreſſis in Treugis ſupradictis.

Et nichilominus ad obſervationem Treugarum earumdem, omiſſis hoſtilibus & bellicis Aggreſſionibus & Inſultibus, redeas, eaſque pro toto tempore ipſarum, videlicet, uſque ad inſtans Feſtum Beati Michaelis, & abindè uſque ad unum Annum continuum, pro parte tuâ obſerves inviolabiliter, & facias obſervari; cùm per eundem Regem idem velimus fieri, & indè ſibi ſcribamus per Literas oportunas.

Pro certo ſciturus (Fili præcariſſime) quòd negligere nequibimus quo minus, attentis Treugarum ipſarum Utilitatibus, & tam Juramenti, quàm aliis firmitatibus, quibus roboratæ fore noſcuntur, contra Fractores & Violatores earum, prout rationis fuerit, & ad noſtrum pertinebit Officium, procedamus.

Poſtremò, Precibus & Exhortationibus eiſdem affectu Paterno adicimus, tuam Excellentiam per Dei miſericordiam obſecrantes, ut ad dictæ Pacis Tractatum redeas, & piâ mentis affectione intendas, tuos ydoneos Nuncios, plenâ Poteſtate ſuffultos, Paciſque prædictæ voluntarios, ac ipſius zelatores fideles & fervidos, ad noſtram præſentiam propterea deſtinando; quia pro certo, ſicut ſæpe diximus, Nos, cum rectâ intentione ſolum Deum habendo præ oculis, modos & vias, ad Laudem Dei, commodum Negotii Fidei, ac utriuſque partis Honorem & Utilitatem, non dirigendo, quo ad hoc, effectum noſtrum ad unam partem plus quam aliam, ſed librando dumtaxat Stateram Veritatis & Juſtitiæ, perquirere, tractare, ac proſequi ſtudebimus, quantum cum Deo expedire videbimus, aliis poſtpoſitis Negotiis, & Laboribus non vitatis; & ſuper his dicto Regi ſcribere intendimus, ipſumque (Pacis faciente Auctore) reperire cupimus ſuper his benivolum & benignum.

Sic te (Fili cariſſime) ſuper præmiſſis & eorum ſingulis (quæſumus) habiturus quòd Deum tibi conſtituas propitium, &, aſſecutâ Pacis dulcedine, Redemptoris ejuſdem obſequiis intendere valeas, ſicut te votivè appetere audivimus, & nos etiam affectamus; exindè Coronam Regni perpetui, præter laudis Humanæ præconium, feliciter percepturus.

Rurſus (Fili amantiſſime) quia tuæ voluntatis propoſitum, utinam! favorabile & benignum, ſcire ſuper his affectamus, quæſumus ut de illo Nos certiores efficere quantociùs non poſtponas.

Dat. Avinion. duodecimo Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri Anno quarto.

A. de Lavac.

Sub filis cannabaceis.

Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, liberis Hominibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus noſtris, tenore præſentium, in mandatis, quòd præfato Leonello, tanquam Cuſtodi dicti Regni, & locum noſtrum Tenenti in eodem Regno, Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes.

In cujus, &c. pro noſtro beneplacito duraturas.

Teſte Rege apud Sandwicum, primo die Julii.

Per ipſum Regem.

De intendendo Cuſtodi Angliæ.

Teſte ut ſupra.

Memorandum de Magno Sigillo, & de Paſſagio Regis.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Claus. 19. E. 3. p. 1. m. 23. d.

MEMORANDUM *quòd Dominus Robertus de Sadyngton, Cancellarius Domini noſtri Regis, venit ad ipſum Regem ſuper Paſſagio ſuo apud Sandwicum exiſtentem, videlicet, die Dominicâ, tertio die Julii, Anno præſenti,*

Et ibidem, in Camerâ Philippæ Reginæ Angliæ, ubi ipſa hoſpitabatur, horâ diei primâ, liberavit dicto Domino noſtro Regi quoddam Magnum Sigillum ſuum, quod idem Cancellarius tunc habuit in Cuſtodia ſua pro regimine Regni Angliæ,

Et idem Dominus noſter Rex illud ab eodem Cancellario in præſentia Bartholomæi de Burgherſh, & Johannis Darcy le Fitz, & aliorum tunc in eadem Camera exiſtentium, ſtatim recepit; & ei quoddam aliud Sigillum, pro regimine dicti Regni, dum idem Dominus Rex extra idem Regnum fuerat, ordinatum, tradidit,

Qui quidem Cancellarius Sigillum illud a dicto Domino noſtro Rege, in dictâ Camerâ Reginæ recepit, & illud ſecum exindè uſque London detulit, & ibidem, die Mercurii, tunc proximò ſequente, apud Weſtmonaſterium Cartas, Literas Patentes, & Brevia indè conſignari fecit,

Dictuſque Dominus Rex, dictâ die Dominicâ; cum Magnatibus & aliis, in Comitiva ſua tunc exiſtentibus, cum Flota ſua Navium, immediate, poſt Horam nonam, a Portu dictæ Villæ de Sandwico, ipſo Domino noſtro Rege in quodam Fluno ſuo, vocato le Swalewe, exiſtente, uſque ad Mare velavit.

De transfretando cum Rege.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. m. 4.

REX, dilecto & fideli ſuo, Hugoni de Courteneye, Comiti Devoniæ, Salutem.

Cùm, in ultimo Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium tento, Prælati, Comites, Barones, & Communitas, Regni noſtri Angliæ nobis cum inſtantia ſupplicaverint ut,

Cùm Guerra noſtra Franciæ, quæ occaſione Treugarum indè initarum, & ex parte Adverſarii noſtri Franciæ non obſervatarum, per tempora non modica perduravit, eis multum oneroſa extiterit & dampnoſa,

Finem eidem Guerræ, per viam Pacis honorabilis, aut per Bellum, facere curaremus, & hujuſmodi Treugis, ad Mandata vel Literas Apoſtolica, ſeu alicujus alterius inſtantiam, nequaquam ulterius conſentire,

Et Nos (Supplicationi prædictæ annuentes) eidem Adverſario noſtro rationabiles vias Pacis offerri fecerimus, qui dictæ Paci aliqualiter conſentire, ſeu Reformationem aliquam ſuper Attemptatis per eum contra Treugas, inter Nos & Illum nuper in Britanniâ

initas

Digitized by Google

Johanni Botreaux le piere, } *de Cornub.*
Roberto Fitz Payn,
Ricardo Cogan, } *de Com. Somerſ.*
Radulpho de Welyngton de Com. Glouc.
Johanni de Haulo,
Edwardo de Cornewaill. } *de Com. Oxon.*
Petro de Grandiſſono,
Reginaldo de Grey,
Rogero Chaundos, } *de Com. Hereford.*
Johanni Dengayne de Com. Hunt.
Johanni Leſtraunge,
Johanni de Leybourne,
Rogero Corbet,
Johanni de Cherleton. } *de Com. Salop.*
Nicholao de Cantilupo,
Willielmo de Deyncourt, } *de Com. Linc.*
Johanni Bardolf de Com. Norff.
Johanni de Verdon,
Willielmo la Zouche de Haryngworth,
Warino le Latymer, } *de Com. Northt.*

} Banerettis.

REX, dilecto & fideli ſuo, Johanni de Heyling, Salutem.

Cùm in ultimo Parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium tento Prælati, *&c. ut ſupra uſque ibi*, intimè confidentes, *& tunc ſic*,

Vobis in Fide & Ligeantiâ quibus nobis tenemini mandamus, firmiter injungentes, quòd vos de Equis, & Armis, & Hominibus ad Arma, & aliis, quanto potentiùs & decentiùs poteritis, vos paretis, ita quod vos, Equis & Armis, & Hominibus prædictis benè muniti, prompti ſitis & parati in Feſto Sancti Laurentii proximo futuro, *&c. ut ſupra.*

Per Breve de Privato Sigillo.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis; ſub eâdem datâ, videlicet,

Philippo de Nevill,
Willielmo Dyſny,
Richardo Byron, &c.
Militibus de Com. Lincoln.
Richardo Byron le Fitz,
Johanni Haunſard de Northkelleſeye,
Richardo Daumpere, &c.
Armigeris de Com. Lincoln.

---

* V. 474.
Ann. D. 1345.
An. 19.
E. 3.
Clauſ. 19.
E. 3. p. 2.
m. 21. d.

* *De Reditu Regis, a partibus Flandriæ.*

MEMORANDUM, *quòd Dominus Rex, a partibus Flandriæ in Angliam rediens, viceſimo ſexto die Julii, Anno præſenti, apud Sandwicum horâ primâ applicuit, & triceſimo die Julii, tunc proximò ſequente, Magiſter Johannes de Thoresby, Cuſtos Privati Sigilli dicti Domini Regis, quoddam Magnum Sigillum Regis, pro re-*

ſentium, cum gratia noſtræ Benedictionis, accedat, Nos ipſum & ſuam Eccleſiam tuæ circumſpectionis benivolentiæ commendantes, eam rogamus attentè quatinus ſuper certis, per nos eidem impoſitis, ſicut ipſe tibi ea explicare pro parte noſtrâ pleniùs poterit, ipſum velis audire favorabiliter, ſibique Fidem Credulam adhibere.

Dat. Avinion. ſecundo Kal. Auguſti, Pontificatûs noſtri Anno Quarto.

G. de Aula.

Sigillo avulſo.

De Periculo perdendæ Flandriæ obviato: Et Rebus ibidem feliciter ſtabilitis, ac de parando ad proficiſcendum cum Rege.

REX Vicecomiti Lancaſtriæ, Salutem. Ann. D.

Cùm quædam Subſidia per Clerum & Communitatem Regni noſtri Angliæ (ita quòd, ad faciendum, per Dei gratiam, finem Guerræ noſtræ, Mare perſonaliter tranſeamus) nobis ſint conceſſa: 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 2. m. 12. d.

* Et, ordinato nuper propter hoc Paſſagio noſtro ſupra Mare, propter aliqua Nova ſubita, quæ venerunt nobis, ſuper procinctu dicti Paſſagii, de Perditione Terræ noſtræ Flandriæ, & quorumdam Alligatorum noſtrorum, niſi illuc ſtatim perſonaliter veniremus, illuc cum Excercitu noſtro, ſicut neceſſitas exigebat, tranſivimus, & dictam Terram Flandriæ (laudetur Deus) ſtabilivimus, ita quòd nunquam fuit in Fidelitate noſtrâ magis firma: * V. 475.

Cúmque, de dictis partibus feſtinantes, juxta primum Propoſitum, ad partes Inimicorum noſtrorum, pro Expeditione Guerræ noſtræ, tranſire diſponeremus, irruit ſuper nos Ventus contrarius & Tempeſtas, & ſic ad Cotteram Angliæ cum magno periculo projecti fuimus & inviti, progreſſu dicti Paſſagii pro tunc (quòd moleſtè ferimus) impedito:

Super quibus, habitâ cum Prælatis, Comitibus, & aliis Nobilibus, ac aliis nobis aſſiſtentibus, deliberatione pleniori, extitit unanimiter concordatum quòd, ad tranſeundum Mare, pro faciendo fine dictæ Guerræ noſtræ, cum totâ Potentiâ, quam colligere poſſemus, nos celeriter paremus:

Ac dicti Comites & Nobiles, nobis tunc aſſiſtentes, ad ſic transeundum nobiſcum benivolè conceſſerunt;

Nos,

Tàm pro defenſione neceſſariâ dicti Regni noſtri, & Eccleſiæ Sanctæ, & ſuccurſu Conſanguineorum & aliorum Fidelium noſtrorum in Vaſconiâ & Britanniâ, ſuper Expeditione dictæ Guerræ noſtræ exiſtentium, quàm pro faciendo fine eidem Guerræ,

Volentes celeriùs & potentiùs quo poterimus transfretare,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd, per totam Ballivam tuam in ſingulis locis ubi expedire videris, tàm infra Libertates, quàm extra, publicè proclamari facias, quòd omnes Barones, Baneretti, Milites, & Armigeri, in dictâ Ballivâ tuâ, infra Ætates ſexdecim & ſexaginta Annorum exiſtentes, de Equis & Armis, meliùs & decentiùs quo poterunt, juxta Statum ſuum, ſine dilatione ſe parent;

Ita quòd, omnibus aliis prætermiſſis, & quibuſcumque Excuſationi-

ter Ipſum & Nos, ac Domos noſtras Regias, ineundis, & mutuis Auxiliis hinc indè præſtandis,

Necnon ſuper Sponſalibus & Matrimonio, inter Conſanguineum noſtrum, primogenitum dicti Regis, & Johannam Filiam noſtram cariſſimam contrahendis,

Ac ſuper Dote, Dotalitio, & Donatione, propter Nuptias, ac Arris in hac parte conſtituendis, & de Terminis ſolutionis, in hac parte faciendæ, conſentiendum,

Ad concordandum etiam de tempore, quo dicta Johanna verſus
V.476. partes * Iſpanniæ, & ad quem locum, per nos mitti, & qualiter in Domum dictis Regis traduci debeat.

Et ea, quæ ſic tractata, concordata, & conſenſa, fuerunt, quacumque ſecuritate firmandum,

Noſque, & Hæredes noſtros, ad obſervationem omnium præmiſſorum firmiter obligandum, & ſuper hiis in Animam noſtram jurandum,

Et Securitatem, quæ nobis in hac parte fieri debeat, ſtipulandum & recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid iidem, Epiſcopus, Abbas, Johannes, Gerardus, Bertrandus, & Johannes, Quinque, Quatuor, Tres, Duo, vel Unus eorum, nomine noſtro fecerint, vel fecerit, in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum,

Aliis Mandatis, ſeu Procuratoriis, noſtris, priùs factis, in hac parte, in ſuo nichilominus robore duraturis.

Dat. in Pallatio Regis Weſtmonaſt triceſimo die Auguſti.

Conſimiles Literas Regis habet Magiſter Andreas de Offord Clericus, Juris Civilis Profeſſor, ſub eadem datâ.

Super dicto Matrimonio, Litera Procuratoria.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 11.

UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm Johanna, Filia noſtra cariſſima, tàm de noſtris, quàm Philippæ Reginæ Franciæ & Angliæ, Conſortis noſtræ cariſſimæ, licentia & conſenſu expreſſo,

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Andream de Offord, Juris Civilis Profeſſorem, Procuratorem ſuum & Nuncium ſpecialem conſtituit, fecit, & ordinavit ad contrahendum in formâ Eccleſiæ, pro ſe, & nomine ſuo, Matrimonium, per verba de præſenti, cum inclito Petro, Primogenito, Magnifici Principis, Domini Alfonſi, Regis Caſtellæ Illuſtris, & in ipſum, tanquam in Virum & Maritum ſuum conſentiendi, & ſuper hoc ipſum affidandi, & omnia alia & ſingula dicendi, faciendi, & excercendi quæ in Contractu Matrimoniali per Procuratorem ritè fieri poterunt, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Et ſpondemus & promittimus pro Nobis, & Conſorte noſtrâ prædictâ, Nos & dictam Conſortem noſtram, quantum ad Nos attinet, Ratum & Gratum perpetuò habituros quicquid per dictum Andream factum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in præmiſſis, ſeu aliquo præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. in Pallatio Regis Weſtm. triceſimo die Auguſti.

Et, propter hoc, præfato Militi, & Ambaſſatori veſtro, coram nobis, fecimus reſponderi quòd ea, quæ inter vos & priores Nuncios noſtros tractata fuerant & condicta, libenter tenere volumus & complere; videlicet,

Quòd dicta Filia noſtra dicto veſtro Primogenito matrimonialiter copuletur,

Et quòd ſolutioni Summæ Quadringentorum Milium Florenorum de Scuto, vobis pro dicto Maritagio faciendo, ſub ſpe tamen remiſſionis partis, & prolixorum Terminorum dictæ Solutionis, ex veſtræ liberalitatis gratiâ habendorum, conſentimus, cùm tantum ſtatim, propter Guerras quas habemus, ſolvere commodè non poſſemus, ſet hoc totum duximus arbitrio veſtræ Munificentiæ committendum,

Et, ex habundanti, ſi forſitan alii Nuncii noſtri, quibus pridem ſcripſimus, non venerint, vel forſan non compleverint ſic Tractata, mittimus jam, cum præfato Milite, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Andream de Offord, Juris Civilis Profeſſorem, ad veſtram Excellentiam, cum plenâ Poteſtate,

Ad Obligandum Nos, & Hæredes noſtros, ad Solutionem Summæ quam habere volueritis in hac parte, & de Terminis Solutionis faciendæ,

Ac etiam de Matrimonio cum dicto Filio veſtro, nomine Procuratorio dictæ Filiæ noſtræ, contrahendo,

Et de tempore, quo in Domum veſtram Regiam traducetur,

Ac de concordando de Dotalitio, eidem Filiæ noſtræ aſſignando,

Necnon de Ligis & Amicitiis, inter Nos & Domos noſtras Regias ineundis, & mutuis Auxiliis hinc inde præſtandis,

Cui, ſuper dicendis in hac parte, velit veſtra Sublimitas dare fidem, & præmiſſis deſideratum nobis finem imponere prout innata vobis Nobilitas (de quâ ſummè confidimus) meliùs fore videbitur faciendum; reſcribentes Nobis, per dictum Clericum, veſtræ beneplacita voluntatis.

In cujus, &c.

Dat. in Pallatio Regis Weſtmon. triceſimo die Auguſti.

Ad Reginam Caſtellæ.

SEreniſſimæ Dominæ Caſtellæ & Legionis Reginæ cariſſimæ, Ann. D.
Conſanguineæ ſuæ cariſſimæ, Edwardus, Dei gratiâ, Rex 1345.
Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem. An. 19.
Ex magnâ veſtræ bonitatis & affectionis fiduciâ, dilectum Cle- E. 3.
ricum noſtrum, Magiſtrum Andream de Offord, Juris Civilis Ibidem.
Profeſſorem,

Cum plenâ Poteſtate ad firmandum ea, quæ ſuper contrahendo Matrimonio inter Primogenitum veſtrum & Johannam Filiam noſtram cariſſimam, ac Ligis inter Magnificum Principem Dominum Regem Caſtellæ, Conthoralem veſtrum, & Conſanguineum noſtrum cariſſimum, & Nos ineundis, Tractata ſunt prius & condicta, necnon de dicto Matrimonio, nomine Procuratorio dictæ Filiæ noſtræ, contrahendo,

Ad dicti Regis & veſtri præſentiam in Comitivâ, Nobilis Viri, Johannis Furcadi, in dicti Regis Nuncio ad Nos miſſi, duximus tranſmittendum.

Et ideò Serenitatem veſtram attentè rogamus quatinus ad feſtinam & fœlicem dictorum Nunciorum Expeditionem, conſuetâ benivolentiâ, manus velitis apponere favorabiliter adjutrices; credentes (ſi placet) dilecto Clerico noſtro in hiis, quæ Sublimitati veſtræ, ſuper præmiſſis, ac ſuper aliis, Maritagium Sororis veſtræ, Filiæ Regis Portugalliæ, concernentibus (de quo aliàs Excellentiæ veſtræ tranſcripſimus) referet vivâ voce.

Dat. in Pallatio Weſtmon. triceſimo die Auguſti.

* Ad

Digitized by Google

ſecti,

Quem conſueta benivolentia velitis in hac parte gratis favoribus & auxiliis prævenire,

Credentes eidem ſuper hiis, quæ vobis ex parte noſtrâ dixerit in præmiſſis.

Dat. in Pallatio Regis Weſtm. triceſimo die Auguſti.

Conſimilis Litera mittitur Johanni Alfonſi, de Albuqerque & de Medol. Domino, Conſanguineo Regis cariſſimo, ſub eâdem datâ.

REX, Nobili Viro & Diſcreto, Fernando Sanxii de Valle Olcti Militi, Amico ſuo dilecto, Salutem & Dilectionem ſinceram.

Dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Andream de Ufford, Juris Civilis Profeſſorem, quem ad præſentiam, Magnifici Principis, Domini Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, pro complendis & firmandis ea, quæ inter dictum Regem & Nuncios noſtros (ſicut ſcitis) ſunt Tractata, jam providimus tranſmittendum, ipſum & agenda noſtra, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

De Conductu pro Nuncio Papæ concedendo.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ex Autogr.

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo, &c. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Cùm ſuper aliquibus, Honorem & Commodum tuum tangentibus, Venerabilem Fratrem noſtrum, Nicolaum Archiepiſcopum Ravennat. Virum utique providâ maturitate conſpicuum, Pacis, Veritatis, & Juſtitiæ, tuique Statûs proſperi fervidum Zelatorem ad tuæ Celſitudinis præſentiam cum Litteris noſtris de Credentiâ deſtinemus;

* V. 479. * Regiam tuam Excellentiam attentiùs deprecamur, quatinus Litteras oportunas de ſecuro Conductu Regias, juxta formam aliàs ſolitam, quam Cedula continet præſentibus intercluſa, eidem Archiepiſcopo velit tua Serenitas quantociùs liberè per Exhibitorem præſentium deſtinare.

Datum Avinion. ſeptimo Id. Septembris, Pontificatûs noſtri Anno Quarto.

A. de Lavat.

Sub filis cannabaceis.

De Penſione, ratione Novæ Creationis Epiſcopi Elienſis, concedenda.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Clauſ. 19. E. 3. p. 2. m. 14. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, Th. eâdem gratiâ, Epiſcopo Elienſi, Salutem.

Cùm vos, ratione novæ Creationis veſtræ, teneamini uni de Clericis noſtris, quem vobis duxerimus nominandum, in quadam Penſione, de vobis ſingulis Annis percipiendâ, quouſque ſibi per vos proviſum fuerit de Beneficio Eccleſiaſtico competenti,

Ac nos, Promotionem, dilecti Clerici noſtri, Roberti de Burton, ſuis exigentibus meritis, corditer affectantes, ipſum ad vos,

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſexto die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *De Tractando cum Hominibus de Flandria.* * V. 480.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Pat. 19. E. 3. p. 2. m. 10.

REX Univerſis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi de Stury, Thomæ de Melcheburn, & Gilberti de Wendlynburgh, confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum univerſis & ſingulis Perſonis Terræ Flandriæ, Religioſis & aliis, tàm Eccleſiaſticis quàm Mundanis, de veniendo in noſtri, tanquam Regis Franciæ, ſuperioris Domini dictæ Terræ Flandriæ, Obedientiam,

Et de aſſecurando eos, nomine noſtro, de hiis quæ ſic concordata fuerint,

Et de defendendo ipſos, quatinus ad Nos, tanquam Dominum Superiorem, attinet,

Eiſdem, Willielmo, Thomæ, & Gilberto & Duobus eorum plenam, tenore præſentium, committimus Poteſtatem;

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid dicti, Willielmus, Thomas, & Gilbertus, vel Duo eorum, nomine noſtro, fecerint in præmiſſis.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

De Hæreditate Philippæ Reginæ Angliæ, in Zelandia, petenda.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Ibid. m. 11

REX, Nobili Viro, Johanni de Hanoniâ, Domino de Bello Monte, Affini ſuo cariſſimo, ac, Dilectis & Fidelibus ſuis, Johanni de Lewedale, & Willielmo Stury Militibus, ac Ivoni de Clynton Clerico, Salutem.

Cùm, per mortem, claræ memoriæ, Willielmi Comitis Hanoniæ, Hæreditas præclaræ Philippæ, Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, Sorori dicti Comitis, ſit jam devoluta, diverſæque aliæ Terræ, Poſſeſſiones, & Redditus ad eandem Conſortem noſtram, & ad Nos ejus nomine, in Zelandia & partibus adjacentibus pertinere noſcantur,

Nos, Jus noſtrum & dictæ Conſortis noſtræ proſequi & aſſequi volentes, prout convenit in hac parte, ac de veſtris Sinceritate & Circumſpectione providâ plenè confidentes, ad agnoſcendum, noſtro & dictæ Conſortis noſtræ nomine, Hæreditatem, dictæ Conſorti noſtræ ſic delatam, & ipſam Hæreditatem adeundum, & eidem vos inmiſcendum, necnon adipiſcendum, retinendum, & defendendum Poſſeſſionem, tàm ipſius Hæreditatis, quàm aliarum quarumcumque Poſſeſſionum & Terrarum, ad dictam Conſortem noſtram & Nos ejus nomine in Zelandiâ, & Locis aliis, ex Donatione ſeu Conceſſione, recolendæ memoriæ, Gullielmi Comitis Hanoniæ, Patris dictæ Conſortis noſtræ, vel aliàs quocumque Titulo pertinentium,

Digitized by Google

gulis faciendis, exequendis & complendis, Intendentes, Auxiliantes, ſint & Reſpondentes in forma prædicta.

Dat. ut ſupra.

Conſimilis Commiſſio dirigitur præfatis, Johanni de Lewedale, Willielmo Sturi Militibus, & Ivoni de Clynton, & duobus eorum ſub eâdem datâ.

Et eodem modo mandatum eſt, ut ſupra, quòd eiſdem, Johanni, Willielmo & Ivoni, & Duobus eorum, in præmiſſis, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

De Commiſſariis ad tractandum cum Nuncio Papæ.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Pat. 19. E. 3. p. 2. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater,

Archiepiſcopus Ravennæ, Nuncius Domini Summi Pontificis, ad Nos ſit venturus,

Nos,

Ex variis & arduis Cauſis præpediti, & propter hoc ad recipiendum ipſum Archiepiſcopum, & Literas per eum deferendas, ac ad audiendum relationem ejuſdem, & ad ipſum expediendum, intendere commodè non valemus,

Ac de Circumſpectione, Fidelitate, & Induſtriâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum,

Edwardi Principis, Ducis Cornubiæ, & Comitis Ceſtriæ, Filii noſtri cariſſimi,

Et,

Venerabilium Patrum,

Johannis Archiepiſcopi Cantuarienſis, totius Angliæ Primatis,

Radulphi, Londonienſis,

Et Willielmi, Norwicenſis,

Epiſcoporum,

Necnon Ricardi, Arundellæ,

Et Willielmi, Huntyngdoniæ,

Comitum,

Ac Magiſtri Johannis de Offord, Decani Lincolnienſis,

Cancellarii,

Et Willielmi de Edyngton,

Theſaurarii noſtrorum,

Plenam fiduciam reportantes, eiſdem, Principi, Archiepiſcopo Cantuarienſi, Epiſcopis, Comitibus, Cancellario, & Theſaurario, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum, ad ipſum Archiepiſcopum Ravennæ, ac Literas Apoſtolicas, & aliorum Nobis per eum deferendas, cum Reverentiâ quâ decet recipiendum,

Et eaſdem Literas aperiendum, ac Relationem ſuam audiendum, & Reſponſum ſuper hiis, ſi expedire viderint, faciendum,

Ac nos ſuper præmiſſis certificandum,

Ac omnia alia, quæ præmiſſa concernere poterunt, faciendum & complendum,

Tenore præſentium, plenam committimus Poteſtatem;

Ratum & Gratum habituri quicquid iidem, Princeps, Archiepiſcopus Cantuarienſis, Epiſcopi, Comites, Cancellarius, & Theſaurarius, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, vel Duo eorum, noſtro nomine, fecerint in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, octavo die Novembris.

dicti Regis, contrahendo,

Ac ſuper Dote, Dotalitio, ac Donatione propter Nuptias, ac Arris in hac parte, conſtituendum,

Et de Terminis Solutionis faciendæ conſentiendum,

Et ea, quæ ſic Tractata, Conſtituta, & Conſenſa fuerint, quâcumque ſecuritate firmandum,

Et omnia alia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale,

Ipſis, Andreæ, Ricardo, & Philippo, & eorum cuilibet, plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, Nos Ratum & Gratum habituros quicquid per ipſos, Andream, Ricardum, & Philippum, & eorum quemlibet, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat. in Pallatio noſtro Weſtm. octavo die Novembris.

Ad Reginam Caſtellæ.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Claus. 19. E. 3. p. 2. m. 9. d.

SERENISSIMA DOMINA,

Redeuntes pridem ad nos Ambaſſiatores noſtri, ad, Conſanguinei noſtri cariſſimi, Illuſtris Regis Iſpanniæ, Conthoralis veſtri, veſtrámque præſentiam nuper miſſi, nobis ex parte veſtrâ, inter alia, retulerunt quòd valdè placeret Sublimitati veſtræ, quòd ſuper contrahendo Matrimonio inter unum de Filiis noſtris & Sororem veſtram, Filiam Illuſtris Regis Portugalliæ Patris veſtri, Tractatus haberetur;

Super quo vobis nos meminimus reſcripſiſſe, quòd, ad ſic Tractandum, idem Dominus Pater veſter, cùm ſuper hoc nobis ſcribere voluerit, inveniet nos Paratos.

Et quia conſiderantes quòd Domus Regia Portugalliæ, tàm in Sanctimoniæ gratiâ, quàm in Propagatione bonæ Prolis, diutinè floruit, & floret feliciter hiis diebus, & propter hoc Ligam hujuſmodi deſiderabiliter affectantes, * Fideles noſtros dilectos, Magiſtros, Andream de Offord, Ricardum de Saham, Juris Civilis Profeſſores, & noſtros Familiares, ac Philippum de Barton, ſuper intentione noſtrâ in hac parte pleniùs informatos, ad veſtram Celſitudinem duximus tranſmittendos; quibus & eorum cuilibet, ſuper dicendis ex parte noſtrâ, dignetur veſtra Serenitas dare fidem. * V. 483.

Dat. apud Weſtmonaſterium, octavo die Novembris.

Ad Papam ſuper diſſolutione Treugæ.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Rom. 19. E. 3. m. 1.

PAPÆ Rex, &c.

Cum reverentiâ debitâ recepimus Sanctitatis veſtræ Litteras:

Per quas recitatis priùs in hac parte Litteris noſtris, ſuper diſſolutione Treugæ, inter Nos & Philippum de Valoys nuper initæ, veſtræ Beatitudini pridem miſſis, culpam, quam eidem Philippo imponimus, in nos nititur veſtra Sanctitas retorquere.

Super quibus cum Prælatis, & Proceribus, ac Peritis aliis, de Concilio noſtro exiſtentibus, Deliberationem habuimus diligentem, ut veſtræ Clementiæ Reſponſionem veram & congruam faciamus, quæ vobis habet *Nos* meritò reddere, ut confidimus, excuſatos;

Quam tamen propter adventum reverendi Patris Archiepiſcopi Ravennæ, ad nos in Sanctitatis veſtræ Nuncio deſtinati (Cui Litteras noſtras fieri fecimus de Conductu, & ejus adventum indies præ-

Digitized by Google

Per ipſum Regem.

* V.484.

* *Ad Tractandum cum Republica Jannenſi.*

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Franc.* 19. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 4.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Nicholini de Fliſco, & Antonii Uſus Maris, pleniùs confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum Conſulibus, Nobilibus, & aliis, Civitatis & Poteſtatis Januenſium, ſuper Ligis & Amicitiis ſolidis, inter nos & ipſos ineundis, & mutuis Auxiliis hinc indè præſtandis,

Libertatibus & Immunitatibus, ſive Privilegiis, Hominibus Civitatis & Poteſtatis Januenſium per Nos, infra Dominium & Poteſtatem noſtra, concedendis,

Necnon de omnibus aliis, mutuum Commodum noſtri, & Subditorum noſtrorum, ac Hominum Civitatis & Poteſtatis Januenſium prædictarum, concernentibus, faciendis,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quâcumque Securitate firmandum & roborandum,

Dictis, Nicholino & Antonio, & eorum alteri, plenam, tenore præſentium, damus & concedimus Poteſtatem,

Ratum & Gratum habituri quicquid per ipſos, Nicholinum & Antonium, vel eorum, Tractatum, Concordatum, Firmatum, & Actum fuerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Dat. in Pallatio Regis Weſtm. decimo quinto die Novembris.

Bulla, ſuper Cardinalibus pro Tractatu Pacis.

Ann. D. 1345. *An.* 19. *E.* 3. *Ex Autogr.*

CLemens Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Johanni de Thoresby, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Sicut providâ & maturâ deliberatione pridem per Nos & Fratres noſtros, ut tua non ignorat Diſcretio, extitit ordinatum, ecce! quod, Venerabilem Fratrem, Anibaldum, Epiſcopum Tuſculanenſem, &, dilectum Filium, noſtros, Stephanum, Tituli Sanctorum Johannis & Pauli Presbiterum, Cardinales Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ad, cariſſimorum in Chriſto Filiorum noſtrorum, Philippi Franciæ, & Edwardi Angliæ, Regum Illuſtrium, præſentiam, pro Tractatu Pacis inter eos, actore Domino, reformandæ, invicem deſtinamus,

Rogantes Diſcretionem tuam, & hortantes attentè, quatinus eiſdem Cardinalibus efficaciter & reverenter ſuper prædictis, prout fuerit oportunum, aſſiſtas taliter ſolicitudinibus operoſis, quòd indè conſequaris a Domino Meritum, & a nobis commendari valeas non indignè.

Sanè, quia præfato Anibaldo Epiſcopo quædam ſpecialiter impoſuimus, eidem Diſcretioni tuæ verbo tenus explicanda, Precibus noſtris adicimus ut eidem Fidem adhibeas credulam ſuper eis.

Dat. Avinion. ſeptimo Kal. Decembris, Pontificatûs noſtri Anno Quarto.

Sub filis cannabaceis.

Willielmi electi Eccleſiæ Wintonienſis, de dictorum Fratrum Conſilio, Auctoritate Apoſtolicâ, providimus, ipſumque Willielmum illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem ipſius eidem Willielmo in Temporalibus & Spiritualibus plenariè committendo; in illo, qui dat gratias & largitur præmia, confidentes quòd eadem Wintonienſis Eccleſia, ſub ipſius Willielmi felici Regimine, Gratiâ eidem Willielmo aſſiſtente divinâ, proſperè dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa.

Cùm igitur, ut idem Willielmus Electus in exercendâ dictæ Eccleſiæ Adminiſtratione faciliùs proficere valeat, favor Regius ſibi eſſe noſcatur plurimùm oportunus,

Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus, eundem Electum & commiſſam ſibi Eccleſiam habens, pro noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ, propenſiùs commendatos, in ampliandis & conſervandis Juribus ſuis te reddas ipſis favorabilem, & in cunctis oportunitatibus gratioſum; ita quòd idem Electus, tuæ Celſitudinis fultus Auxilio, in executione commiſſi Eccleſiæ prædictæ Regiminis, poſſit, Deo propitio, proſperari; ac tibi exinde a Deo perennis vitæ retributio, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. Avinion. quinto Id. Decembris, Pontificatûs noſtri Anno Quarto.

Sigillo avulſo.

P. de Faiol.

De intendendo Comiti Norhamptoniæ Locumtenenti Regis in Britannia.

REX, Dilecto Clerico ſuo, Johanni de Charnels, Receptori noſtro in Ducatu Britanniæ, Salutem. Ann. D. 1345.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd, dilecto Conſanguineo & Fideli noſtro, Willielmo de Bohun, Comiti Norhamptoniæ, Capitaneo & locum noſtrum tenenti in Ducatu prædicto, in omnibus, dictum Officium veſtrum, ac aliis, Honorem & Commodum noſtra in hac parte concernentibus, prout per ipſum Comitem ex parte noſtrâ vobis injunctum & oneratum fuerit, pareatis & intendatis: *An.* 19. *E.* 3. *Franc.* 19. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 3.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud Rokyngham, nono die Decembris.

Per ipſum Regem.

De Florenis, Magnatibus in partibus Vaſconiæ, liberandis.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis Salutem. Ann. D. 1345.

Liberate, de Theſauro noſtro, Petro Gretheved Quinquaginta & unum Milia Florenos de Scuto, in Pretio Decem Milium & Ducentarum Librarum Sterlingorum, Pretii cujuſlibet Floreni Quatuor Solidorum, ad ſolvendum & liberandum, Dilectis & Fidelibus noſtris, Magnatibus in partibus * Vaſconiæ, in obſequio noſtro commorantibus, videlicet, *An.* 19. *E.* 3. *Liberat.* 19. *E.* 3. *m.* 1. * V.486.

Henrico Comiti Lancaſtriæ & Derbiæ, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Duodecim Milia Florenorum de Scuto;

Lau-

De Penſione Apothecario ſolvenda.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Liberat. 19. E. 3. m. 3.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.

Cùm nos,

Curam ſolicitam, quam, dilectus nobis, Courſus de Gangeland, Apothecarius Londoniæ, circa nos, nuper in partibus Scotiæ, dùm gravi detinebamur Ægritudine, appoſuit, debitè meditantes,

Volentéſque proindè ipſius præmiare ſolicitudinem,

Viceſimo quarto die Decembris, Anno Regni noſtri tertiodecimo, conceſſerimus eidem Courſo Sex Denarios, percipiendos ſingulis diebus ad Scaccarium noſtrum, ad totam vitam ſuam, vel quouſque ſibi de valore eorumdem Sex Denariorum per diem fecerimus aliter provideri, prout in litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis mandamus quòd eidem Courſo, vel ejus in hac parte Attornato, id, quod eidem Courſo de dictis Sex Denariis diurnis, à prædicto Quarto die Decembris, à retrò exiſtit, & eoſdem Sex Denarios ſingulis diebus exnunc, ad totam vitam ſuam, de Theſauro noſtro ſolvatis, juxta tenorem litterarum noſtrarum prædictarum.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo die Octobris.

Ad Papam, pro Diſpenſatione expedienda.

Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Rom. 19. E. 3. m. 1. * V. 487.

PAPÆ Rex, &c.

De profuſa largitione gratiæ, quam pia veſtra Moderatio, Conſanguineo noſtro cariſſimo, Richardo Comiti Arundellæ libentiùs, noſtrorum conſideratione precaminum, pridem fecit, ſanctitati veſtræ grates referimus cordiales.

Set cùm Diſpenſatio pro dicto Comite &, Conſanguineâ noſtrâ cariſſimâ, Alianorâ de Lancaſtriâ, juxta Commiſſionem ejuſdem Sanctitatis, in partibus * faciendâ, non ſit, ut cupimus, adhuc facta,

Veſtræ Clementiæ attentiùs, quo poſſumus, ſupplicamus quatinus, ex ſuperinfuſione gratiæ, dignetur veſtra Benignitas dictum negotium, revocatâ Commiſſione prædictâ, finaliter & miſericorditer expedire, & Procuratores, ſeu Nuncios, ipſius Comitis, ad Sanctitatis veſtræ præſentiam, ad proſequendum dictum Negotium, accedentes, recommendatos habere cum exhibitione gratiæ plenioris.

Reverendo vero Patri Archiepiſcopo Ravennæ, veſtri & Sedis Apoſtolicæ Nuncio, ad nos miſſo, aperuimus ſuper hoc pleniùs mentem noſtram; Rogantes eundem ut ipſius expeditionem negotii Sanctitati veſtræ effectualiter recommendet.

Conſervet, &c.

Dat. in Pallatio noſtro Weſtm. viceſimo die Decembris,

Super Diſpenſatione prætacta.

Ann. D. 1345. Av. 19. E. 3. Rom. 19. E. 3. m. 1.

REVERENDE PATER ET AMICE CARISSIME.

Operoſam diligentiam & ſolicitudinem efficacem, quas circa Diſpenſationem pro, fideli noſtro dilecto, Ricardo Comite Arundellæ, & Alianorâ de Lancaſtrâ, Conſanguineâ noſtrâ cariſſimâ, efficaciter impendiſtis, plenis proſequimur actionibus gratiarum.

Set cùm dicta Diſpenſatio, juxta Commiſſionem Sedis Apoſtolicæ, non ſit, ut cupimus, adhuc facta, ſuper hoc Domino Summo Pontifici per noſtras ſupplicavimus Litteras ſpeciales, ut dictum Diſpenſationis negotium, revocatâ Commiſſione prædictâ, dignetur finaliter expedire.

piſcendum, retinendum, & defendendum Poſſeſſionem, tàm ipſius Hæreditatis, Portioniſve ejuſdem, ſic, ut præfertur, delatæ, quàm aliorum quorumcumque Dominiorum, Terrarum, & Reddituum, ad dictam Conſortem noſtram & Nos ejus nomine in Hanoniâ, Zelandiâ, Holandiâ, & Friſiâ, & Locis aliis, ex Donatione, ſeu Conceſſione, recolendæ memoriæ, Willielmi dudùm Comitis Hanoniæ, Fratris dictæ Conſortis noſtræ, vel aliàs, quocumque titulo pertinentium,

* Redditus, Obventiones, & Proficua quæcumque, indè provenientia, ad opus noſtrum & dictæ Conſortis noſtræ colligendum & levandum, * V. 488.

Fidelitates & Homagia & alia quæcumque Servitia, dictæ Conſorti noſtræ & nobis ejus nomine in hac parte debita, petendum, exigendum, & recipiendum, judiciúmque Familiheraſcundæ intentandum & proſequendum,

Ac Officiarios & Miniſtros, tàm pro bono regimine Subditorum, quàm Terrarum & Poſſeſſionum hujuſmodi, ordinandum, faciendum, & ſtatuendum, eóſque, prout expedire viderint, amovendum, & in Locis eorumdem alios ſubrogandum,

Necnon ad tractandum & concordandum cum Cohæredibus & Participibus ipſius Hæreditatis, ſi qui, vel quæ, fuerint, de diviſione ejuſdem Hæreditatis, & Portionum aſſignatione, inter Nos & dictam Conſortem noſtram ac ipſos Cohæredes & Principes faciendâ,

Et ad omnia & ſingula faciendum & excercendum, quæ ad aſſecutionem Hæreditatis, ſeu Portionis, indè Nos & dictam Conſortem noſtram contingentis, ac Diviſionem, ſeu Partitionem, vel Aſſignationem, & Executionem indè faciendam, neceſſaria & oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Eiſdem, Ottoni, Rogero, Johanni, Willielmo, Wulfardo, & Ivoni, Quinque, Quatuor, & Tribus eorum, plenam & liberam, cum excercitio meri & mixti Imperii, ac Juriſdictionis cujuſcumque, ad Nos & dictam Conſortem noſtram ſic pertinentis, tenore præſentium, Committimus & Concedimus Poteſtatem;

Promittentes, pro nobis & dictâ Conſorte noſtrâ, Nos & ipſam Ratum & Gratum habituros quicquid per ipſos, Ottonem, Rogerum, Johannem, Willielmum, Wuifardum, & Ivonem, Quinque, Quatuor, & Tres eorum, noſtro vel dictæ Conſortis noſtræ nomine, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c. pro noſtro Beneplacito duraturas.

Dat. apud Wodeſtok, viceſimo ſeptimo die Decembris.

De Tractando cum Imperatore.

UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem. Ann. D. 1345. An. 19. E. 3. Franc. 19. E. 3. p. 1. m. 3.

Noveritis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi Marchionis Juliacenſis, Ottonis Domini de Cuyk, Rogeri de Bello Campo, Johannis de Levedale, Willielmi Stury, & Wolfardi de Giſtel, Militum, ac Ivonis de Glynton Clerici confidentes, conſtituimus ipſos Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorum, ad tractandum & concordandum, pro nobis & noſtro nomine, cum, Sereniſſimo Principe, Domino Lodowico, Romanorum Imperatore, ſemper Auguſto, ſeu Deputandis per eum, ſuper Ligis & Amicitiis perpetuis, inter ipſum Imperatorem & Nos ineundis,

Et de Ligis, pridem hinc inde contractis, innovandis,

Et de mutuis Auxiliis contra omnes Homines faciendis & præſtandis,

Et

Digitized by Google

ad Sanctitatis veſtræ præſentiam prævidimus deſtinandum; cui dignetur (quæſumus) veſtra Benignitas auditum præbere benivolum, & ſuper dicendis, veſtræ Sanctitati plenius explicandis, Credulam dare fidem.

Conſervet, &c.

Dat. apud Wodeſtok, octavo die Januarii.

Super Vadiis E. Regis Scotiæ.

Ann. D. REX Vicecomiti Eborum Salutem.
1346. Cùm nos quandam Summam Florenorum, de Monetâ Auri
An. 19. noſtri Angliæ, vocatâ la Noble, dilecto Conſanguineo & fideli
E. 3. noſtro, Edwardo de Balliolo, Regi Scotiæ, pro Vadiis ſuis, &
*Clauſ.*19. Hominum ſuorum, ſecum in partibus Borealibus, pro defenſione
E. 3. *p.* 2. partium illarum, contra hoſtiles Invaſiones Scotorum, Inimicorum
m. 4. *d.* & Rebellium noſtrorum, commorantium, fecimus liberari,

Tibi præcipimus quòd in locis, in Ballivâ tuâ, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi videris expedire, publicè proclamari facias, quòd omnes & ſinguli Homines in eodem Comitatu dictos Florenos, juxta pretium indè ordinatum, ac Proclamationes noſtras ante hæc tempora ſuper hoc factas, in qualibet Solutione, per præfatum Regem & ſuos eis faciendâ, recipiant ſine difficultate vel contradictione aliquali:

Et, ſi quos, poſt Proclamationem hujuſmodi, inveneris dictos Florenos recipere recuſantes, tunc eos capias, & in Priſonâ noſtrâ ſalvò cuſtodiri facias, quouſque aliud indè duxerimus demandandum; nos de nominibus illorum, quos per te ſic capi contigerit, in Cancellariâ noſtrâ, ſub Sigillo tuo, diſtinctè & apertè, certificans indilatè.

Teſte Rege apud Turrim Londoniæ, nono die Januarii.

Per Concilium.

De parando ad proficiſcendum cum Rege contra Philippum de Valeſio.

Ann D. REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.
1346. Cùm aſſignaverimus certos Fideles noſtros, in ſingulis Co-
An. 19. mitatibus Regni noſtri Angliæ, citra Trentam, ad præmunien-
E. 3. dum & excitandum omnes Homines ad Arma in Comitatibus præ-
*Franc.*19. dictis, inter Ætates Sexdecim & Sexaginta Annorum, quòd ipſi
E. 3. *p.* 2. omnes & ſinguli, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere
m. 1. *d.* poterunt, cum Equis & Armis, ad proficiſcendum nobiſcum pro Defenſione Regni noſtri Angliæ, ſe pararent,

Ac jam intellexerimus quòd Philippus de Valeſio, Adverſarius
* V. 490. noſter de Franciâ, machinans & cominans nos & * noſtros deſtruere, & linguam delere, ſi poſſit, penitùs Anglicanam, armatam colligit Potentiam quantam poteſt, & magnum congregat Navigium, ad invadendum Regnum noſtrum Angliæ, & noſtrum Navigium deſtruendum,

Nos,

Conſiderantes quòd, niſi cominatis nobis per eum Dampnis & Periculis citiùs & potentiùs occurramus, dicto Regno noſtro Angliæ, necnon Navigio noſtro Maritimo, ac Conſanguineis & aliis

Teſte Rege apud Leyceſt, viceſimo die Januarii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus citra Trentam ſub eâdem datâ.

Ad Papam, ſuper Proventibus Beneficiorum Alienigenarum, in Manum Regis captis, Excuſatoria.

PAPÆ Rex, &c. Ann. D.
Nè, per Relationes malivolas, aut Immiſſiones malas, veſter 1346.
contra nos exaſperetur Animus, vel Conſcientiæ veſtræ puritas illu- *An.* 20.
datur, ſubſcripta, ſub verbis veritatis, veſtræ prævidimus Beatitudi- *E.* 3.
ni tranſcribenda. *Rom.* 20.
Publicè quidem ſcitur quòd, a tempore ſuſcepti per nos Regi- *E.* 3. *m.*
minis, Regnum noſtrum Angliæ continuis fuit, & adhuc eſt, 2.
Guerrarum incommodis laceſſitum; per quod noſtrum Ærarium, nimirùm, plurimùm eſt exhauſtum.

Et, cùm ſic, pro Defenſione dicti Regni, neceſſariò importabilibus ſubiciamur oneribus Expenſarum, Nos, conſiderantes juſtum eſſe & conſentaneum Rationi quòd in tempore Neceſſitatis, quæ Legi non ſubicitur, Bona dicti Regni, quorumcumque fuerint, pro ipſius Defenſione neceſſariâ, ſaltim ex causâ crediti, aſſumantur, nec durum videri debet eorum Poſſeſſoribus ſeu moleſtum, ſi Bona prædicta ſic ex tàm * urgenti causâ capiantur, ſub * V. 491.
obligatione congruâ de pecuniâ, ſic captâ, eis certo tempore perſolvendâ,

De Peritorum, nobis aſſiſtentium, Conſilio Fructus & Proventus omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum, dict. Regni, poſt deducta onera dictis Beneficiis incumbentia remanentes, quæ per quaſcumque Perſonas Alienigenas optineri noſcuntur, in ſubventionem Expenſarum noſtrarum, non ceſſante neceſſitate prædictâ, in Manum noſtram ex causâ crediti, ordinavimus capiendos,

Volentes dictis Beneficiatis, vel eorum Procuratoribus, de Summis, ſic receptis, promptè ſtatuendis Terminis ſatisfacere, & eis indè Literas noſtras Obligatorias facere liberari.

Causâ tantæ neceſſitatis debitè ponderatâ nos ſuper hoc habere dignetur pia veſtra Moderatio, ſi placuerit, excuſatos; quæ nobis Detrahentibus, vel aliud Referentibus in hac parte, fidem (quæſumus) non præbeat vel auditum.

Conſervet, &c.

Dat. apud Weſtmonaſterium, duodecimo die Februarii.

De Pecunia Regi mutuanda.

LE Roi a, l'Honurable Piere en Dieu, Rauf, par meſme la gra- Ann. D.
ce, Eveſque de Baa & de Welles, Saluz. 1346.
Come, par Deliberation & Avis des Grantz de noſtre Roiau- *An* 20.
tue, & des Sages de noſtre Conſeil, eons pris certein purpos de *E.* 3.
paſſer preſchement le Meer, ſi efforceement comes nus pur- *Clauſ.*20.
roms, pur neceſſaire defenſe de noſtre Roialme, & pur areſter la *E.* 3. *p.* 2.
malice de noſtre Adverſaire de France, qi s'afforce, tant come il *m.* 22. *d.*
poet, de nos ſubduer, & de doner Damage & Deſtruction a noſtre

Wolſtan Eveſque de Wyrceſtre 200 *Mars.*
Thomas Eveſque de Nicole 200 *l.*
L'Abbe de Glouceſtr. 200 *Mars.*
Le Priour d'Ely 300 *Mars.*
Le Priour de Norwiz 300 *Mars.*
L'Abbe de Seint Benet 300 *Mars.*
L'Abbe de Rameſeye 400 *Mars.*
L'Abbe de Burgh 300 *Mars.*
Le Priour de Spaldyng 200 *Mars.*
L'Abbe de Glaſtingbirs 400 *Mars.*
L'Abbe de Seint Auſtyn de Briſtuit 100 *Mars.*
L'Abbe de Cirenceſtre 100 *Mars.*
L'Abbe de Teukesbury 100 *Mars.*
L'Abbe de Hayles 100 *Mars.*
L'Abbe de Eveſham 200 *Mars.*
Le Priour de Wirceſtr. 300 *Mars.*
Le Priour de Coventr. 100 *Mars.*
* *Le Priour de Kenilworth* 100 *Mars.*
* V.492. *L'Abbe de Perſhore* 100 *Mars.*
L'Abbe de Hyde 100 *l.*
L'Abbe de Nuttele 100 *Mars.*
L'Abbe de Thame 40 *l.*
L'Abbe de Certeſeye 40 *l.*
L'Abbe de la Battayle 100 *l.*
L'Abbe de Feverſham 100 *l.*
L'Abbe de Winchecumbe 100 *l.*
L'Abbe de Redynges 100 *l.*
L'Abbe de Seint Eſmon 400 *Mars.*
L'Abbe de Shrovesbury 200 *Mars.*
L'Abbe de Ceſtr. 300 *Mars.*
L'Abbe de Oſeneye 100 *Mars.*
L'Abbe de Abyndon 200 *Mars.*
L'Abbe de Seint Auban 300 *Mars.*
L'Abbe de Weſtm. 100 *Mars.*
Le Priour del Hoſpital 300 *Mars.*
Le Priour de Canterbirs 300 *Mars.*
L'Abbe de Seint Auſtin 200 *Mars.*
L'Abbe de Coleceſtre 100 *Mars.*
L'Abbe de Bardeneye 100 *Mars.*
L'Abbe de Croyland 100 *Mars.*
L'Abbe de Thorneye 100 *Mars.*
L'Abbe de Thornton 100 *Mars.*
Le Priour de Newenham 100 *Mars.*
L'Abbe de Derham 40 *l.*
L'Abbe de Waldon 100 *l.*
L'Abbe de Malmesbury 200 *l.*
Meiſtre Elis de Seint Alban. 500 *l.*
Meiſtre Raufe de Waldegrave 200 *l.*
Meiſtre Henr. de Ideſworth 500 *Mars.*
Meiſtre Alain de Hothum 500 *Mars.*
Meſtre Thomas de Aſteley 400 *Mars.*
Meſtre Reymund de Polegryn 500 *Mars.*
Sire Wautter de Lawndres Dean de Wells 300 *Mars.*
Meſtre Richard de Thiſelden 300 *Mars.*
Meſtre Johan de Whitchirche 300 *Mars.*
Sire William de Stowe 100 *Mars.*
Sire Gervis de Wilford 100 *Mars.*
Sire William de Brokelesby 100 *Mars.*
Monſeur Richard Wylughby 400 *Mars.*
Monſeur Johan de Stonore 100 *l.*
Monſeur William de Shareſhull 100 *l.*
Monſeur Roger Hillary 100 *Mars.*
Sire Eſmon de Bereſord 500 *Mars.*
Monſeur Henr. de Dale 300 *Mars.*

Unde,

Et ſi ipſius Adverſarii noſtri Theſaurus & Potentia noſtris nimis præponderent, & ipſe per doloſa conſilia prævalere ſatagat in iniquitate ſuâ,

Nos tamen, non de Terrenâ, ſet de Divinâ Potentiâ, ac noſtrâ confiſi Juſtitiâ, tàm pro defenſione Eccleſiæ & Regni noſtri Angliæ, ac aliarum Terrarum noſtrarum, quàm pro recuperatione Jurium noſtrorum hæreditariorum, quæ dictus Philippus nobis detinet & injuſtè, Progreſſum noſtrum fortiorem quo poſſumus, ſicut impellit extrema Neceſſitas, ordinavimus ultra Mare, ut ſic nobis & Subditis noſtris, poſt * longam inquietudinem, per Dei * V.493.
gratiam, Quietis plucritudinem præparemus.

Et quia, ad hujuſmodi gratiam conſequendam, veſtrorum & aliorum Fidelium Orationum Suffragia nobis ſperamus plurimùm oportuna, cum in facto noſtro nedùm Privata noſtra, ſet Communia Fidelium noſtrorum verſentur Pericula, velitis pro dicto Progreſſu noſtro Preces devotas effundere, ſuplentes vices Moiſy, ut poſſimus Adverſariis noſtris, in veſtrarum erectione Manuum, prævalere.

Et, ut ad multiplicationem Precum Gratia Cœleſtis exuberet, faciatis (petimus) per veſtras Civitatem Diœceſim & Provinciam Miſſas celebrari, Prædicationes & Proceſſiones fieri, & alia piæ Placationis Officia exerceri, ut Deus Omnipotens, Juſtus Judex, inter Nos & dictum Adverſarium noſtrum dijudicet, & nobis in Juſtitiâ prævalere concedat; ita quòd ad ſui cedat laudis præconium, Nobis ad meritum, & Chriſti Fidelibus commodum & quietem.

Dat. apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſeptimo die Februarii.

De Paſſagio Regis, propter Navigium per horridas Tempeſtates diſſipatum, prorogato.

REX Majori, Ballivis, & toti Communitati, Civitatis ſuæ Norwici, Salutem. Ann. D. 1346.

Licet vobis nuper mandaverimus quòd, in Civitate prædictâ, An. 20.
Centum & Viginti Homines Armatos eligi, arraiari, & triari, & E. 3.
Armis competentibus muniri, & uſque Portum de Porteſmuth Frau. 20.
duci faceretis, ita quòd eſſent ibidem, Die Dominicâ, in medio E. 3. p. 1.
Quadrageſimæ, proximò futurâ, ad ultimum, prompti & parati m. 30.
ad proficiſcendum nobiſcum, ad Vadia noſtra, pro Salvatione & Defenſione Regni noſtri Angliæ, prout tunc duceremus ordinandum:

Quia tamen Navigium noſtrum per horridas Tempeſtates, quæ hiis Temporibus plus ſolito inopinabiliter, ſicut notorium eſt, invaluerunt, ita longè, latéque eſt diſperſum, quòd in tam brevi tempore, ſicut ſperabitur, non poterit congregari,

Nos,

Ex cauſâ prædictâ, & nè Magnates, & alii Fideles noſtri, qui nobiſcum ſunt profecturi, cùm ad dictas partes de Porteſmuth venirent, moram diutinam ibidem, ad expectandum Navigium prædictum, traherent, & Patriam adjacentem per hujuſmodi Moram ſuam onerarent, & nimium devaſtarent,

Dictum Paſſagium noſtrum, de Aſſenſu Concilii noſtri, uſque ad Quindenam Paſchæ proximò futuram duximus prorogandum.

Et ideò vobis, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, firmiter injungendo, mandamus quòd prædictos Centum & Viginti Homines Armatos, ſi nondum electi, arraiati, & triati fuerint, ſine dilatione eligi, arraiari, & triari, & Equis & Armis competentibus muniri, & ad nos uſque prædictum Portum de Porteſmuth duci faciatis, ita quod ſint ibidem, in prædictâ Quindenâ, ad ultimum, prompti & parati ad proficiſcendum nobiſcum, ad Vadia noſtra, ſicut prædictum eſt.

Et

Digitized by Google

Ballivis, &c. de Cruce Roeſiæ de 3 Hominibus Arm.
Ballivis, &c. de Berkhampſtede de 6 Hom. Arm.
Ballivis, &c. de Watford de 3 Hominibus Armat.
Majori Ballivis, &c. de Glouceſtr. de 20 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Wynchecoumbe de 6 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Cirenceſtr. de 6 Hom. Armat.
Majori, Ballivis, &c. de Briſtoll. de 60 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Tettebury de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Teukesbury de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Caumpeden de 3 Hominibus Armat.
Majori, Ballivis, &c. de Wygorn. de 20 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Wich de 4 Hom. Arm.
Majori, Ballivis, &c. de Hereford de 30 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Lemynſter de 6 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Ledebury de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Webbeleye de 3 Hom. Armat.
Majori, Ballivis, &c. Villæ Salop de 30 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Lodelowe de 10 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. ae Wenlok de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Briggenorth de 6 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Newport de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Stafford de 8 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Novo Caſtro ſubtus Lynam de 3 Hom. Arm.
Ballivis, &c. de Burton ſuper Trentam de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Wolverenhampton de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Penerich. de 4 Hominibus Armat.
Majori, Ballivis, &c. Villæ Oxon. de 30 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Witteneye de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Bannebury de 6 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Thame de 3 Hominibus Arm.
Ballivis, &c. de Chepyng Norton de 3 Hom. Arm.
Ballivis, &c. de Burghford de 4 Hominibus Arm.
Ballivis, &c. de Abyndon de 10 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Redyng de 20 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Newbury de 6 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Walyngford de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Henleye de 4 Hom. Armat.
Majori, Ballivis, &c. de Bedeford de 10 Hom. Arm.
Ballivis, &c. de Dunſtaple de 6 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Newport Paynel de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Aylesbury de 5 Hom. Aamat.
Ballivis, &c. de Wycombe de 6 Hom. Armat.
* V 495. * *Ballivis, &c. de Warewyk de 6 Hom. Armat.*
Majori, Ballivis, &c. de Coventr. de 40 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Stretford ſuper Avene de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Tamworth de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Alceſtr. de 3 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Colleſhull de 2 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Birmyngham de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Leyceſtr. de 12 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Harebergh de 3 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Lughteburg de 3 Hom. Armat.
Ballivis, &c de Melton de 4 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Roff. de 10 Hominibus Armat.
Ballivis, &c. de Maydenſtan de 10 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Derteford de 4 Hom. Armat.
Ballivis, &c. de Gildeford de 4 Hom. Armat.

Ballivis, &c. de Bodmin de 6 Hom. Armat.
Ballivis, &c de l'Eſtwithyel de 6 Hom. Armat.
Majori, Aldermannis, Vicecomitibus, & toti Communitati Civitatis London. de Centum Hominibus ad Arma, & Quingentis Hominibus Armatis.

** De Ignibus Præmonitoriis providendis.* * V 496.

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem. — Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Franc. 20. E. 3. p. 1. m. 27. d.

Quia Inimici noſtri de Franciâ (congregatâ eis magnâ armatorum potentiâ) ſe parant, in quantum poterunt, cum Navibus & Galeis ad invadendum Regnum noſtrum Angliæ, & Nos & noſtros, tàm per Terram, quàm per Mare, deſtruendum, & noſtrum Dominium ſubvertendum,

Nos,

Volentes ipſorum malitiæ obviare, & Salvationi & Defenſioni dicti Regni noſtri circumquaque providere,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd aliquod Signum commune per Ignem ſuper Montes, vel alio modo, in Comitatu prædicto, ubi, & quotiens, & prout opus fuerit, & meliùs videris expedire, & aliàs in causâ conſimili fieri conſuevit, fieri facias; per quod homines Patriæ illius, ſi Periculum aliquod ex hujuſmodi hoſtium Aggreſſibus imineat, poterunt congruo termino præmuniri, & dictorum hoſtium Malitia, ſi ad partes illas declinaverint, per hujuſmodi Ignis Illuminationem & præmunitionem, per homines partium prædictarum coadunatis viribus refrænari;

Et hoc, ſicut te ipſum indempnem ſervare volueris, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Martii.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eâdem datâ.

De Cauſa Guerræ, contra Philippum de Valeſio, Clero & Populo exponenda.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Provinciali Ordinis Fratrum prædicatorum in Anglia, Salutem. — Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Clauſ. 20. E. 3. p. 1. m. 16. d.

Ad informandum Intelligentias & animandum noſtrorum corda Fidelium, necnon ad obſtruendum ora de nobis Obloquentium, Cauſam Guerræ, quam habemus contra Philippum de Valeſio, vobis per præſentes ducimus veraciter intimandam; ſpecialiter vos rogantes quòd Cauſam ipſam in Sermonibus, publicis & privatis, ac Congregationibus, quibus expedire videritis, Clero & Populo velitis patentèr exponere, & eos ſuper eâ, prout magis novit veſtra Circumſpectio, clariùs informare, & hoc idem Fratribus Obedientiariis veſtris injungere faciendum.

Eſt autem publicè ſatis notum quòd, celebris memoriæ, Karolo Rege Franciæ, Avunculo noſtro, viam dudùm univerſæ Carnis ingreſſo, Regnum Franciæ ad nos, tunc Minoris ætatis, ut ad proximum Hæredem Maſculum dicti Regis, fuit, & eſt, jure ſucceſſorio legitimè devolutum.

re voluit in effectu; ſet ſemper, ſub dictorum umbrâ Tractatuum, cumulavit peramplius Mala Malis, nos & noſtros perſequens hoſtiliter, tàm in Terrâ, quàm in Mari, & in ſubverſionem Linguæ Anglicanæ cominans pro viribus & conſpirans,

Sanè, cùm ad majorem Ætatem eſſemus provecti, metuentes grave nobis poſſe præjudicium generari, ſi diſſimulaſſemus ulteriùs de immiſcendo nos Hæreditati noſtræ prædictæ, omnia & ſingula, ſi quæ per imbecillitatem & ſimplicitatem minoris Ætatis poſſimus dici feciſſe, nobis præjudicialia in hac parte, ſtatim, quatenus de Facto proceſſerant, cùm de Jure non tenuerant, Revocavimus effectualiter & expreſsè,

Et, de Conſilio Prælatorum & Magnatum prædictorum, tàm pro defenſione neceſſariâ Regni noſtri Angliæ, & aliarum Terrarum noſtrarum, ac propulſandâ præfati Philippi Tirannide, quàm pro adipiſcendâ Poſſeſſione Hæreditatis noſtræ, per ipſum nequiter occupatæ, nobis attraximus, quos potuimus, Alligatos, mare tranſeuntes potentiùs, quo potuimus, ex hac causâ;

Set Progreſſus noſter per certos Cardinales, qui per Dominum Summum Pontificem, ut Mediatores Pacis, tranſmiſſi fuerant, diu fuit (ſicut Mundus novit) inaniter impeditus:

Et ſubſequenter nobis revertentibus in Anglia, & reſumptis viribus redeuntibus in Franciam, & Obſidentibus Civitatem Tornacenſem, per Alligatos utriuſque Partis initæ fuerant ibi Treugæ, per certum tempus duraturæ, ſub ſpe pacis, medio tempore, ineundæ;

Quibus pendentibus nullum Tractatum pacis rationabilem invenire potuimus, ſet ſemper, ſub umbrâ dictarum Treugarum, multiplicavit, in noſtri & noſtrorum Deſtructionem & Deluſionem, Mala quæ poterat Pars adverſa.

Propter quod, finitis dictis Treugis, Vim Armatam, ſicut impellebat neceſſitas, induimus, applicantes in Britannia; ubi ſupervenerunt alii Cardinales, ex parte Domini Summi Pontificis, cum inſtantiâ nos rogantes ut treugis, cum præfato Philippo, ad tempus, infra quod coram dicto Domino Summo Pontifice de Pace finali tractari poſſet, ineundis conſentire vellemus, adjicientes quòd idem Dominus Summus Pontifex viam inveniret per quam pax poſſet commodè reformari.

Noſque, nimis creduli, ſicut ſunt homines bonæ fidei, Treugis conſenſimus, per certum tempus duraturis.

Et cùm, ſub dictarum Treugarum fiduciâ, redeuntes in Angliâ, dimiſſis paucis Fidelibus noſtris in Britanniâ, pro regimine dictarum Partium, ordinaſſemus Nuncios, pro Tractatu pacis, ad præſentiam Domini Summi Pontificis, prout in captione dictarum Treugarum condictum fuerat, tranſmittendos (prout & miſimus tempore competenti) ſupervenerunt nobis Nova certa de morte, videlicet, quorundam Nobilium, nobis adhærentium, captorum per Partem dicti Philippi in Britanniâ, & de ſpeciali Præcepto ſuo Pariſius ignominioſæ Morti traditorum,

Necnon de Strage & Depopulatione magnâ Fidelium, Caſtrorum, & Locorum noſtrorum in Britanniâ, Vaſconia, & alibi occupatione injurioſâ,

Ac Tractatibus ſubdolis & occultis, cum Alligatis & Subditis noſtris habitis (quos ſibi fraudulenter attrahere niſus eſt) ac aliis, de facili non numerandis, Injuriis contra dictas Treugas per Partem dicti Philippi factis & attemptatis,

Per quæ dictæ Treugæ noſcebantur, & noſcuntur, per Partem dicti Philippi notoriè diſſolutæ.

Et, licet tunc, propter hoc, ſtatim potuiſſemus Guerram contra eum licitè reſumpſiſſe, volentes tamen primitùs experiri ſi poſſemus Reformationem dictorum Attemptatorum amicabiliter optinere, miſimus pluries diverſos Nuncios, ſufficienti poteſtate munitos, ad præſentiam dicti Domini Summi Pontificis, tàm ad tractandum de Pace, quàm ad petendum Reformationem Attemptatorum prædictorum; reſervatâ nobis ſemper libertate reſumendi

Dat. apud Weſtmonaſterium, decimo quinto die Martii.

Eodem modo mandatum eſt Priori & Conventui Sancti Auguſtini London. mutatis mutandis.

Teſte ut ſupra.

De Poteſtate, ad Ratificandum Tractata de Matrimonio, inter Primogenitum Regis Caſtellæ & Johannam Filiam Regis.

UNiverſis, præſentes Literas inſpecturis, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem. Ann. D. 1346. *An.* 20. E. 3. *Franc.* 10. E. 3. p. 1. m. 22.

Noveritis quòd,

Præmeditatis mutuis utilitatibus quæ, tàm modernis, quàm futuris, temporibus, Regnis & Subditis Angliæ & Caſtellæ poterunt, favente Domino, veriſimiliter provenire ex Tractatibus, ſuper infraſcripto Conjugio, auctore Domino, contrahendo habitis,

In Tribus, ejuſdem Tenoris, Literis,

Sub Datâ apud Maioricam, die Sextâ Menſis Januarii, anno Nativitatis Domini Mileſimo Treſcenteſimo Quadrageſimo Sexto, & ſecundum morem Hiſpannicum Ærâ Mileſſimâ, Treſcenteſimâ, Octageſimâ, Quartâ, confectis,

Et Sigillis, Venerabilis in Chriſto Patris, Egidii Archiepiſcopi Toletanenſis, & Alfonſi Ferandi Coronel Militis, ac Ferandi Sancii de Valioleti Militis, majoris Notarii Regis in Regno Caſtellæ, Conſiliariorum, ſereniſſimi Principis, Domini Alfonſi, Dei gratiâ, Regis Caſtellæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi,

Et, venerabilis Petri de Servieto, Abbatis Monaſterii ſanctæ Crucis Burdegaliæ, &c. dilectorum noſtrorum, Magiſtri Andreæ de Offord, Juris Civilis Profeſſoris, & Magiſtri Geraldi de Podio, Judicis noſtri Vaſconiæ, Sacriſtæ Eccleſiæ Burdegalenſis,

Ad tractandum & concordandum ſuper infraſcriptis in hac parte Deputatorum,

Sigillatis, &c.

Per Nos plenè intellectis,

Igitur, cùm ipſa Tractata, velud honeſta, de ipſius Regis Caſtellæ atque noſtro ſpeciali mandato proceſſerint & aſſenſu, volentes quòd omnia & ſingula, in prædictis tribus, ejuſdem tenoris, literis contenta, debitum ſortiantur * effectum, ex noſtrâ certâ ſcientiâ facimus, conſtituimus, & etiam ordinamus noſtros veros & certos Procuratores generales, & Nuncios ſpeciales, * V. 499.

Venerabilem in Chriſto Patrem, *Petrum Epiſcopum Baionæ*,

Ac, Religioſum Virum, *Petrum de Servieto*, *Abbatem Monaſterii Sanctæ Crucis Burdegaliæ*,

Et, diſcretos Viros, Magiſtros,

Geraldum de Podio, *Sacriſtam Eccleſiæ Burdegaliæ*, *Judicem noſtrum Vaſconiæ*,

Prædictos,

Necnon,

Willielmum de Ludeford, *Canonicum Eccleſiæ Londonienſis*,

Et *Ricardum de Sabum*, *Juris peritum*,

Omnes inſimul, & quemlibet eorum in ſolidum, ita quòd non ſit melior occupantis, ſeu occupantium, conditio;

Dantes & Concedentes eiſdem Procuratoribus noſtris, & cuilibet eorum in ſolidum, plenam & liberam Poteſtatem & ſpeciale Mandatum ad ratificandum ea, quæ cum prædicto Rege Caſtellæ, ſuper Sponſalibus & Matrimonio inter, Conſanguineum noſtrum,

Super Matrimonio prædicto.

Litera miſſa Elianoræ Guſman.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Clauſ.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 15. *d.*

CLARISSIMA DOMINA,

Literas veſtras gratioſas, quas per, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Andream de Offord, Juris Civilis Profeſſorem, ad, Illuſtriſſimum Principem, Regem Caſtellæ, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, unà cum aliis Nunciis noſtris, nuper per nos tranſmiſſum, deſtinare curaſtis, lætè recepimus, & contenta in eiſdem pleno concepimus intellectu:

De affectione magnâ, quâ erga perſonam noſtram, & honorem noſtrum, afficimini, & dictorum Nunciorum Receptione & Pertractatione Curiali, ac de inſtantiâ veſtrâ ſollicitâ, & diligentiâ * indefeſſâ, erga dictum Regem, ſuper Tractatu, inter Commiſſarios ipſius & noſtros habito, procurando gratanter adhibitis, grates vobis referimus viſcerales; * V. 500.

Nobilitatem veſtram attentiùs exorantes quatenus affectionem veſtram ſinceram erga nos continuare, & Nuncios noſtros, Latores præſentium (quos pro firmandis in dicto Tractatu contentis ad præſentiam præfati Regis prævidimus tranſmittendos) benignitate conſuetâ recommendatos habere, & eiſdem Auxiliis & Inſtantiis, ſi placet, aſſiſtere velitis, ut per vos feliciter Inchoata Finem cum celeritate ſortiri valeant peroptatum,

Scientes pro conſtanti quòd parati erimus, prout meritò fatemur nos aſtrictos, ad faciendum ea quæ vobis & veſtris fuerint placitura.

Placuiſſet multùm nobis, quòd unum de Filiis veſtris nobis Nobilitas veſtra tranſmittere decreviſſet.

Dat. in Palatio noſtro Weſtm. decimo ſeptimo die Martii.

Litera miſſa Johanni Stephani de Caſtellanis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Ibidem.*

REX, Nobili Viro, Johanni Stephani de Caſtellanis Militi, Regis Caſtellæ Illuſtris Cancellario, Amico ſuo prædilecto, Salutem & ſinceræ Dilectionis affectum.

Rediens ad nos, dilectus Clericus noſter, Magiſter Andreas de Offord, Juris Civilis Profeſſor (ad Serenitatem dicti Regis, Conſanguinei noſtri cariſſimi, pro Tractatu Matrimonii, inter ejuſdem Regis Primogenitum, & Johannam Filiam noſtram cariſſimam contrahendi, nuper tranſmiſſus) qualiter ipſum, & alios Nuncios noſtros ſecum adjunctos, in proſecutione dicti Tractatûs, Conſiliis veſtris & Auxiliis efficacibus ſpecialiter direxiſtis, & affectione gratâ multis honoribus præveniſtis, nobis, præmiſsâ commendatione multiplici, pleniùs inſinuare curavit; pro quibus vobis referimus intimè grates multas, parati (ut tenemur) vobis gratam facere pro tempore repenſivam.

Cæterùm, ad firmandum in dicto Tractatu contenta, Fideles noſtros, Venerabilem Patrem, Petrum Epiſcopum Baionæ, &, Religioſum Virum, P. Abbatem Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ac, diſcretos Viros, Magiſtros, Geraldum de Podio, Sacriſtam Eccleſiæ Burdegalenſis, Willielmum de Ludford, Canonicum Eccleſiæ Londonienſis, ac Ricardum de Saham, Juris peritum, Procuratores noſtros, conjunctim, & diviſim, conſtitutos, ad præſentiam præfati Domini veſtri Regis duximus tranſmittendos;

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Clauſ.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 17. *d.*

MAgnifico Principi, Domino Alfonſo, Dei gratiâ, Caſtellæ, Legionis, Toleti, Galleciæ, Sibillæ, Cordubæ, Murciæ, Gienii, Algarbii, & Algeſiræ, Regi, ac Comitatûs Molinæ Domino, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Salutem, & votivis ſemper ſucceſſibus gloriari.

Revertens ad Nos, cum placidis Serenitatis veſtræ Literis, Clericus noſter, Magiſter Andreas de Offord, Juris Civilis Profeſſor,

Ad Celſitudinis veſtræ præſentiam, ad firmandum & complendum, pro parte noſtrâ, ea quæ ſuper Matrimonio, inter, Inclitum Infantem, Filium veſtrum Primogenitum, & Johannam, Filiam noſtram cariſſimam, contrahendo, ac ſuper Dote, & Dotalitio, & Arris in hac parte conſtituendis, per Nuncios noſtros priores prælocuta & concordata fuerant, nuper tranſmiſſus,

Commendatione magnâ præmiſsâ de gratâ ipſius & aliorum Nunciorum noſtrorum tibi conjunctorum Receptione, & Exauditione benignâ, ac Affectione intensâ, quam Benivolentia, vobis innata, erga Perſonam noſtram gerere non deſiſtit,

Pro quibus, necnon & honoribus eiſdem Nunciis noſtris impenſis, Excellentiæ veſtræ grates referimus cordiales,

Qualiter, & ſub quibus formâ & modis, præfato Matrimonio contrahendo Serenitas veſtra conſenſum adhibuit, vivâ voce nobis ſeriosiùs intimavit,

Tractatumque inter,

Venerabilem Patrem, Dominum Egidium Archiepiſcopum Toletanenſem, & Alfonſum Fernandi Coronel, ac Fernandum Sanchii de Valleoleti, Majorem Regni veſtri Caſtellæ Notarium, Milites, pro parte veſtrâ,

Et, Religioſum Virum, Petrum de Servieto, Abbatem Monaſterii Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ac, Magiſtros, Andream de Offord, Juris Civilis Profeſſorem ſupradictum, ac Geraldum de Podio, Sacriſtam Eccleſiæ Burdegalenſis, Judicem noſtrum Vaſconiæ, pro parte noſtrâ,

Tractatores, ſub certâ formâ in hac parte mutuò deputatos,

Habitum, in ſcriptis redactum, & Sigillis ipſorum Tractatorum conjunctim, unà cum quâdam Cedulâ,

Formam cujuſdam Procuratorii, per Concilium veſtrum concepti, nominibus propriis ipſorum Tractatorum ſubſcriptis, vobis infra tempus limitatum tranſmittendi, continente,

Nobis detulit:

Cujus tenore diligenter inſpecto, licet nonnulla, in dicto Tractatu inſerta, præſertim quo ad Terminos Solutionis, nomine Dotis faciendæ, breves nimiùm & feſtinos (attentis Expenſarum profluviis quas in Guerris noſtris jam effudimus, & indies effundere nos oportebit) quampluriműm nobis oneroſa videantur, nè tamen Amicitiæ Fœdera, inter Nos, & Progenitores noſtros, ac Domos noſtras Regias, hactenus continuata, rumpantur, ſet ut fortioris nexûs Funiculo ſolidentur, contentis in eodem Tractatu in omnibus conſentimus,

Parati, quantum ad nos attinet, ipſa fideliter adimplere, Quæ vos pro parte veſtrâ ſimiliter completuros minime formidamus.

Ad præmiſſa vero omnia & ſingula, ex parte noſtrâ, juxta formam dicti Tractatûs, firmanda, fideles noſtros, Venerabilem Patrem, Petrum Epiſcopum Baionæ, &, Religioſum Virum, Petrum de Servieto, Abbatem Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ac, Diſcretos Viros, Magiſtros, Geraldum de Podio, Sacriſtam Eccleſiæ Burdegalenſis, Judicem noſtrum Vaſconiæ, Willielmum de Lude-

Digitized by Google

ter Terminos Solutionis, breves nimium & feſtinos (attentis præſertim Expenſis immenſis in Guerris noſtris impenſis & impendendis) exſolvere nobis videatur oneroſum; penſatâ tamen affectione grandi, quam vos & præfatus Conſanguineus noſter, Conthoralis veſter, ad Nos & Domum noſtram Regiam ſincerè geritis, omnibus & ſingulis, in dicto Tractatu habitis, conſentimus; ſperantes quòd, poſt firmatum Tractatum hujuſmodi, Terminos Solutionis diffuſiores, cùm ſuper hoc Serenitati veſtræ ſcripſerimus, nobis curabitis procurare.

Et ad firmandum ea, quæ in Tractatu, inter Commiſſarios præfati Conthoralis veſtri & noſtros habito, ſuffragio veſtro bono mediante, concordata ſunt & conſenſa, Fideles & Dilectos noſtros, Venerabilem Patrem, Petrum Epiſcopum Baionenſem, &, Religioſum Virum, P. Abbatem Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ac, Diſcretos Viros, Magiſtros, Geraldum de Podio, Sacriſtam Eccleſiæ Burdegalenſis, Judicem noſtrum Vaſconiæ, Willielmum de Ludeford, Canonicum Eccleſiæ Londonienſis, & Ricardum de Saham, Clericum, Juris peritum, Procuratores noſtros & Nuncios ſpeciales, conjunctim, & diviſim, ordinavimus; quos, & eorum quemlibet, quem ad veſtram Serenitatem venire contigerit, in hac parte affectione ſolitâ, ſi placet, recommendatos habere, ipſiſque Conſiliis, & Auxiliis conſuetis, benigniùs aſſiſtere velitis, ut, ſuffragio veſtro mediante, cum celeritate redire valeant feliciter expediti.

Cæterum (Domina Sereniſſima) conceptis nuper per nos Literis veſtris, nobis miſſis, continentibus, inter alia, deſiderium quod habetis de Matrimonio, contrahendo inter Primogenitum noſtrum & Germanam veſtram, Filiam, Sereniſſimi Principis, Regis Portugaliæ, Patris veſtri, dilectos Clericos noſtros, Magiſtros, Ricardum de Saham, & Philippum de Barrone, ad Tractandum de hujuſmodi Matrimonio vobis tranſmiſimus informatos.

Undè, quia ignoramus nunquid adhuc dicti, Ricardus & Philippus, ad veſtram præſentiam venerint pro præmiſſis, ex habundanti, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Willielmum de Ludeford, Canonicum Londonienſem prædictum, Latorem præſentium, informavimus ad tractandum de eodem Matrimonio; cui ſuper hiis fidem velit veſtra Serenitas indubiam adhibere.

Dat. ut ſupra.

---

*V. 503. * *Litera miſſa Fernando Sanchii de Valle Oleti Militi.*

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Ibid.

REX, Nobili Viro & diſcreto, Fernando Sanchii de Valle Oleti Militi, Majori Notario Caſtellæ, Amico ſuo dilecto, Salutem & dilectionem ſinceram.

Ex relatione, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri Andreæ de Offord, Juris Civilis Profeſſoris,

Ad præſentiam, cariſſimi Conſanguinei noſtri, Regis Caſtellæ Illuſtris, Domini veſtri, pro Tractatu Matrimonii, inter, Inclitum Infantem, Primogenitum ejuſdem Regis, & Johannam, Filiam noſtram cariſſimam, contrahendi, nuper tranſmiſſi,

Plenè didicimus quòd vos (tanquam ille in quo diſcretio laudabilis & experientia factorum longæva vigere noſcuntur) unà cum cæteris Tractatoribus, pro parte dicti Domini Regis prædilecti, honorem noſtrum zelantes, vos in Tractatu hujuſmodi nobis, quantum ſalvis honore & commodo ejuſdem Domini veſtri potuiſtis, favorabilem & propitium exhibere, ipſumque, ac cæteros Nuncios noſtros, ſecum adjunctos, honoribus multis prævenire curâſtis; de quibus vobis referimus grates multas

Vos rogantes attentiùs quatenus benivolentiam veſtram continuantes, Fideles & Dilectos noſtros, Venerabilem Patrem, P. Epiſcopum Baionenſem, Petrum Abbatem Sanctæ Crucis Burdegaliæ, ac, diſcretos Viros, Magiſtros, Geraldum de Podio, Sacriſtam Eccleſiæ Burdegalenſis, Willielmum de Ludeford, Canonitàm inhumano, in eorum conſideratione concaluit cor noſtrum intra nos, & in meditatione noſtrâ exardeſcit ignis, dùm Regem, tàm aptum & inclitum, & ad magnalia diſpoſitum, conſpicimus ab humanis proditionaliter ſic exemptum, & ex hoc Exemplum pravum (ſi condigna non ſequatur ultio) ad alios derivatum.

Propter quod, ad vindicandum tantum Scelus, in quo verſatur cunctorum Regum Fidelium obprobrium, daremus libenter Conſilium & Juvamen: & ideò ordinatum affectum, quem geritis ad ulciſcendum mortem prædictam, meritò commendamus.

Super hiis autem & aliis, per prædictum Abbatem nobis expoſitis, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Waltero de Mora, Ordinis Fratrum Prædicatorum, aperuimus pleniùs mentem noſtram; * *V. 504.*
quem ad Sublimitatis veſtræ præſentiam, in Comitivâ ipſius Abbatis, mittimus ex hac causâ.

Serenitati veſtræ Regiæ arrideant diutiſſimè dies læti.

Dat. in Palatio noſtro Weſtmonaſterii, decimo octavo die Martii.

Ad Regem præfatum, de Credentia.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Ibid.

MAgnifico Principi, Domino Lodowico, Dei gratiâ, Regi Hungariæ Illuſtri, Conſanguineo ſuo cariſſimo, Edwardus, &c. in deſolatione ſolatium cum Salute.

Serenitatis veſtræ Literas, *&c. ut ſupra uſque ibi*, quem ad Sublimitatis veſtræ præſentiam mittimus ex hac cauſa, *& tunc ſic*, cui ſuper dicendis ex parte noſtrâ dignetur (petimus) veſtra regalis Excellentia dare Fidem, & nobis remittere veſtræ voluntatis beneplacita per eundem.

In votivis & victorioſis Succeſſibus diutiſſimè veſtra valeat Celſitudo.

Dat. ut ſupra.

Ad Reginam Siciliæ, ſuper Morte præfata.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Ibid.

SERENISSIMA DOMINA,

Receptis Sublimitatis veſtræ Literis de Morte lugubri, celebris memoriæ, Andreæ, Jeruſalem & Siciliæ Regis, Filii veſtri, & auditis quæ, venerabilis Vir, Suffridus, Abbas Sancti Benedicti juxta Fluvium Goron. nobis expoſuit in hac parte, tacti ſumus dolore cordis intrinſecus, & conſternati nimis in conſideratione tanti Facinoris, ad quod vindicandum, cùm in eo verſetur cunctorum Regum obprobrium, ejus Exemplum miniſtrare poſſit incentivum delinquendi, ſi ſic tranſiret impunitum, daremus libentiſſimè Conſilium & Juvamen.

Super hiis autem & aliis, per prædictum Abbatem nobis expoſitis, dilecto nobis in Chriſto, Fratri Waltero de Mora, Ordinis Fratrum Prædicatorum, aperuimus pleniùs mentem noſtram, quem ad Serenitatis veſtræ præſentiam, in Comitivâ ipſius Abbatis, mittimus ex hac causâ; cui ſuper dicendis ex parte noſtrâ dignetur (petimus) veſtræ Serenitatis Excellentia dare Fidem, & nobis remittere veſtræ voluntatis beneplacita per eundem.

Ut ſupra.

De Conventis inter Ducem & Magnates Normanniæ ſuper Anglia conqueſtanda.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Rot. Parl. 20. E. 3. n. 8.

PRIMEREMENT, pur l'amour que ceux du Pais de Normandie ount envers le Roy & le Duc lour Seigneur, & pur les choſes deſouzditez, ceux du Pais de Normandie, Nobles & autres, devient paſſer, en le Compaignie le dit Monſieur le Duc, come lour

Digitized by Google

ſervice avenir, & lour ſerroit l'en aſſaver 3 Mois devant ce q'ils douſſent mover en l'autre Voiage.

ITEM, ſi les Enemis du Roi venoient ſur lui par Terre ſi afforciement qil euſt meſtier du dit Pais de Normandie, ceux du dit Pais ſerront tenuz que, en lieu du dit Paſſage, q'ils facent eide au Roy de 4 mil. Homes d'Armes, & de 20 mil. Serjants deſuſdits, & paieront les Gages de mil. Homes d'Armes que le Duc doit prendre, & des Serjants a Pie, auxi per la manere cy deſus deviſe, & en cel cas ferront le dit Service par le ſpace de 8 Simaignes tant ſolement durante ceſte Guerre, en cas que le Roi, ou Monſieur le Duc, y ſerroit, ou l'un d'eux, en lour perſones.

ITEM, Acorde eſt que ceux, qi tiegnent les Fees, des queux les Services dues, ne ſerront rien tenuz affaire le ſervice accuſtume & due, ne y ceux, ne aſcun autre du dit Pais, le Service d'Arrere ban l'Ane q'il ferra la Service, ou aſcun de ceux que ſont promys, & acordez, & contenuz en ceſte Eſcroe.

ITEM, le Pais de Normandie ſe doit obliger affair le Service deſuſdit (c'eſt aſſaver) le Nobles & les bones Villes, ou le gregnour partie de ceux, & lour ſerront lour Privileges portez a Roen a la primere Journee ou ils aſſembleront, touz Confermes, Seales, & Declares, & la lour ſerront bailliez & delivres l'Obligacion enſi faite come deſus eſt dit, ſur Peine de 3 mil. Livres, ſi par eux demorrant affaire le dit Paſſage.

ITEM, par les mil. Homes d'Armes, que Monſieur le Duc doit paſſer, acordez eſt que des Niefs de Normandie, autres que celles de la Navie du Roi, les Gentz du Pais de Normandie en averont ce q'ils voudront aver, ſauf, tantque Monſieur le Duc, pur eide du Paſſage des Gentz, que doit paſſer, come diſt eſt, en avera 5 ou 6 tieux come il voudra eſlire, & le ſurplus, que lui faudra pur le mil. Homes deſuſditz paſſer, il querra la ou bon lui ſemblera, & ſi plus en y avoit qil ne len covendroit, & ceux de Normandie avoient meſtier d'aſcuns, ottroies lour eſt par le Roy, & par Monſieur le Duc, q'ils averont celes que ſerront en dite Pais, ou Monſieur le Duc prendra, ou autre part, en Roialme avant touz autres, en paiant Salarie covenable, les mil. Homes d'Armes primerement purveuz de Paſſage, que Monſieur le Duc doit paſſer come diſt eſt.

ITEM, Acordez eſt que en cel cas que, Dieu eidant, le Roialme d'Engleterre par le dit Voiage ſe conquera, le Conqueſt ſerra fait tout en Noun & en l'Oner du dit Monſieur le Duc, & que tout ce, que le Roi d'Engleterre y a, ſerra & demorra au dit Monſieur le Duc, come Rois & Seignurs, & as Droitz & as Honers que le Roi d'Engleterre les tient, & les autres Droitz que les Nobles & les Barons & autres Seculers y ont, ſerra & demorra as Eſgliſes, as Barons, Nobles & as Nobles Villes de Normandie, & ce que ſerroit pur l'Eſgliſes ſerroit a Morte du Roi juſque a 20000 *l.* d'Eſterlinges de Rente, & ce qeſt au Pape & a l'Egliſe de Rome lour demora ſauf ſans diminucion.

ITEM, le Roialme d'Engleterre ne ſe deviſera jammes de la mayn Monſieur le Duc, ne de ſes Heirs Rois de France.

ITEM, pur ce que le Roi voet touz jours garder bon foi & effectuelment a ſes Amys & Alliez, il voet & ordeine que tout ce, q'ad eſt Acquis en temps paſſe par Guerre, ou autrement, contre lour volente, ſur le Roi d'Eſcoce, & ſes ſubgitz, par le Roy d'Engleterre, ou les ſoens, lour ſoit reſtitut & baillez tout au plein & entierment ſaunz nulle delaie, & a ce ſont acordez le Roi, le Duc, & touz les Normantz.

ITEM, en cas que Pees ſerroit fait avant que la Paſſage ſeuſt fait en Engleterre, ou la Voiage par Terre, les Privileges, Ottroiez

emolumento ex ipsâ Cuſſione Monetæ proventuro, & ſuper Aſſignationibus inde faciendis, prout meliùs viderint, vel viderit expedire, & ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque ſecuritate firmandum;

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid dicti, Willielmus & Gilbertus, vel eorum alter, noſtro nomine, fecerint, vel fecerit in præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo quarto die Martii.

Pro Domino de Faukemont de Annuitate.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1346.

Sciatis quod, *An.* 20.

Pro bono Servitio, quod, dilectus & fidelis noſter Theodoricus Dominus de Faukemont nobis impendit, & impendet in futurum, ac pro eo quòd ipſe nobis fecit Homagium, & Fidelitatis præſtitit ſacramentum, *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3 *p.* 1. *m.* 23.

Conceſſimus ei Mille Marcas, percipiendas ſingulis annis (videlicet) Quingentas Marcas de Exitibus Cuſtumarum noſtrarum in Portu noſtro Londoniæ, & reſiduas Quingentas Marcas de Exitibus Cuſtumarum noſtrarum in Portu Villæ de Sancto Botholpho, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, ad totam vitam ipſius Theodorici, vel quouſque ſibi de Mille Marcatis Terræ vel Redditûs Annuis, ad totam vitam ſuam, in loco competenti habendis, fecerimus provideri.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, viceſimo ſexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *De morando prope Mare contra Invaſiones Gallicorum.* * V. 507.

REX, dilecto & fideli ſuo, Reginaldo Grey, Salutem. Ann. D. 1346.

Cùm aſſignaverimus vos, unà cum aliis Fidelibus noſtris, conjunctim, & diviſim, *An.* 20.

Ad cuſtodiendum omnes Portus & Littora in quibus Naves applicant, vel applicare poterunt, & omnem Terram maritimam in Comitatu Eſſexiæ, *E.* 3. *Franc.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 22. *d.*

Et ad reſiſtendum omnibus, qui contra Nos per Terram, vel per Mare, Armatâ Potentiâ venerint, & Regnum noſtrum Angliæ invadere voluerint in locis prædictis,

Et ad eos, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerint, expugnandum, deſtruendum, capiendum, & areſtandum,

Et ad quædam alia, in Literis noſtris Patentibus, indè factis, contenta, facienda & explenda, prout in eiſdem Literis plenius continetur,

Vobis, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, mandamus, firmiter injungentes, quòd ad aliquem Locum prope Mare, in Comitatu prædicto, ubi Acceſſus hujuſmodi Inimicorum noſtrorum magis formidatur, vos, unà cum Hominibus, Equis, & Armis, quanto decentiùs & potentiùs poteritis, celeriter divertatis, ibidem iminentibus periculis eorumdem hoſtium moraturi, & dictos hoſtes noſtros, ſi fortè partes illas invaſerint, viriliter defenſuri, eoſdémque homines, auxiliante Domino, ſtrenuè expugnaturi,

Digitized by Google

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 17.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Attendentes bonum & gratuitum Servitium, quod, dilectus nobis Magiſter Nicholinus de Fliſco, nobis impendit, ac bonum locum quem ipſe nobis in Patriâ ſuâ tenet hiis diebus,

Ac volentes, eo prætextu, cum Guillielmo de Fliſco, Filio prædicti Nicholini, Præbendario Præbendæ de Stranſale, in Eccleſiâ beati Petri Eborum, agere gratioſè,

Conceſſimus eidem Guillielmo, quòd ipſe omnes Fructus & Provenus Præbendæ ſuæ prædictæ liberè percipere, & indè diſponere & ordinare, poſſit, prout meliùs ſibi videbitur expedire.

Nolentes quòd idem Guillielmus, ratione Beneficii ſui prædicti, ad aliquam Contributionem, unà cum aliis Alienigenis, infra Regnum noſtrum Angliæ Beneficiatis, præſtandum aliqualiter compellatur;

* V. 508. Ita tamen quòd idem Guillielmus * Decimas, ipſum & Præbendam ſuam prædictam contingentes, cum aliis de Clero Regni noſtri prædictis, nobis ſolvat, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Turrim London. duodecimo die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

COnſimiles Litteras Regis habet Johannes de Fliſco, Filius prædicti Nicholini, Præbendarius Præbendæ de Teyngton & Yalmpton in Diœceſe Exonienſi, mutatis mutandis, ſub eadem datâ.

Per idem Breve.

COnſimiles Litteras Regis habet idem Johannes, ſub nomine Johannis de Fliſco, Filii prædicti Nicholini, Parſona Eccleſiæ de Terryng, Ciceſtrenſi Diœceſe, mutatis mutandis, ſub eâdem datâ.

Per idem Breve.

De Wallenſibus Eligendis & Arraiandis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Franc.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 18.

REX, dilecto Conſanguineo & Fideli ſuo, Willielmo de Bohun, Comiti Northamptoniæ, Domino Terræ de Melenyth in Wallia, Salutem.

Quia Paſſagium noſtrum, ad inſtantem Quindenam Paſchæ ordinatum, omnimodo tenere, & apud Porteſmuth, die Dominicâ, in Quindenâ prædictâ, pro Navigio noſtro, contra Adventum Excercitûs noſtri ibidem, arraiando, perſonaliter intereſſe volumus,

Vobis, ſub foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, mandamus, firmiter injungentes, quòd illos Centum & Quinquaginta Homines Wallenſes, quos infra Terram & Dominium prædicta eligi, arraiari, & triari, & Arcubus, Sagittis, & Lanceis, ac aliis Armis competentibus, benè & ſufficienter muniri mandavimus (ſi nondum Electi fuerint) ſine dilatione eligi & arraiari, & in Arraiatione hujuſmodi teneri, per Seneſcallum, vel locum veſtrum Tenentem, ad dictum Portum de Porteſmuth, in Comitivâ Ductorum aliorum Wallenſium, in Principatu Walliæ, pro dicto Paſſagio noſtro electorum & triatorum, duci faciatis, ita quòd ſint ibidem, excuſatione quacumque ceſſante, infra Quindecim dies proximos poſt prædictam Quindenam Paſchæ, prompti & parati ad tranſfretandum nobiſcum, pro defenſione Regni noſtri Angliæ, prout eos tunc fecerimus præmuniri:

Et hoc, ſub foriſfacturâ prædictâ, nullatenus omittatis.

Mittimus autem ad dictas partes Walliæ quendam Clericum noſtrum cum Pecuniâ, ad Vadia pro prædictis Wallenſibus ſolvendum, necnon ad excitandum vos de dictis Wallenſibus & Sagittariis, ad prædictum Portum de Porteſmuth mittendis, in formâ prædictâ.

Jacobo de Audele, Domino Terrarum de Kemmoys & Comitis Perneth, de C. Wallenſ.

Thomæ de Bello Campo Comiti Warr. Domino Terræ de Elvel, de LX. Wallenſ.

Ricardo Comiti Arundel. Domino Terrarum de Oſwaldeſtre & Clonne, de CC. Wallenſ.

Johanni de Cherleton, Domino Terræ de Powys, de D. Wallenſ.

Ricardo Comiti Arundel, Domino Terræ de Chirk, de C. Wallenſ.

Rogero de Mortuo Mari, Domino Terrarum de Warthrymyon, Radenore, & Wygemore, de CC. Wallenſ.

Mariæ Comitiſſæ Norff. Dominæ Terrarum de Strogoyl & Netherwent, de C. Wallenſ.

Laurentio de Haſtynges Comiti Pembr. Domino Terræ de Coytrath, de XL. Wallenſ.

Ad Principem Walliæ, ſuper Arraiatione præfata.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Ibid.*

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Edwardo Principi Walliæ, Duci Cornubiæ & Comiti Ceſtriæ, Filio noſtro cariſſimo, Salutem.

Quia Paſſagium noſtrum, *&c. ut ſupra uſque ibi*, intereſſe volumus, *& tunc ſic*,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd illos Tres Mille, Quingentos, & Quinquaginta, Homines Wallenſes, quos infra Terras & Dominia veſtra Walliæ, necnon illos Centum Sagittarios, quos infra Comitatum Ceſtriæ, eligi, arraiari, & triari, & Arcubus, Sagittis, & Lanceis, ac aliis Armis competentibus, benè & ſufficienter muniri mandavimus (ſi nondum Electi fuerint) ſine dilatione eligi & arraiari, & in Arraiatione hujuſmodi teneri, & per aliquos idoneos, per vos ad hoc aſſignandos, ad dictum Portum de Porteſmuth, in Comitivâ dictorum aliorum Wallenſium, in Principatu Walliæ, pro dicto Paſſagio noſtro electorum, & triatorum, duci faciatis; ita quòd ſint ibidem, *&c. ut ſupra uſque ibi*, præmuniri, *& tunc ſic*,

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, nullatenùs omittatis.

Mittimus autem ad dictas partes Walliæ & Ceſtriæ quendam Clericum noſtrum cum Pecuniâ, ad Vadia pro prædictis Wallenſibus, & Sagittariis, ſolvendum, necnon ad excitandum vos de dictis Wallenſibus & Sagittariis, ad prædictum Portum de Porteſmuth mittendis, in formâ prædictâ.

Teſte ut ſupra.

Per ipſum Regem.

De Hæreditate Philippæ Reginæ, per Mortem Comitis Holandiæ ſibi devoluta, proſequenda.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 17.

UNiverſis, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Edwardus, Dei gratiâ, Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm per Mortem, inclitæ memoriæ, Willielmi, nuper Comitis Hanoniæ, Hæreditas præclara ejuſdem Comitis, ſeu Pars ipſius hæreditatis legitima, Philippæ Reginæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, Sorori dictæ Comitis, jam ſit notoriè devoluta, diverſique alii Terræ, Poſſeſſiones & Redditus, qui fuerunt prædicti Comitis, ad eandem Conſortem noſtram, & ad nos ejus nomine, in Hanoniâ, Zelandiâ, Holandiâ, & Friſiâ, & partibus adjacentibus, pertinere noſcantur,

Nos,

ſus

Digitized by Google

Ac etiam Poſſeſſionem & Inveſtituram Hæreditatis & Portionum hujuſmodi, cum pertinentiis, petendum, recipiendum, nanciſcendum, retinendum, & continuandum,

Ac omnia & ſingula faciendum & excercendum, quæ ad Aſſecutionem Hæreditatis, ſeu Portionis, indè nos & dictam Conſortem noſtram contingentis, ac Diviſionem, ſeu Partitionem, vel Aſſignationem, ac etiam Adquiſitionem hujuſmodi, ac Executionem indè faciendam, neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,

Eiſdem, Ivoni & Adæ, & eorum cuilibet, plenam & liberam, cum exercitio meri & mixti Imperii, ac Juriſdictionis cujuſcumque, ad nos & dictam Conſortem noſtram ſic pertinentis, tenore præſentium, committimus & concedimus poteſtatem;

Promittentes pro nobis, & dictâ Conſorte noſtrâ, nos & ipſam ratum & gratum habituros quicquid per ipſos, Ivonem & Adam, noſtro vel dictæ Conſortis noſtræ nomine, actum vel geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c. pro noſtro beneplacito duraturas.

Dat. in Pallatio noſtro Weſtm. viceſimo die Aprilis.

De Tractando cum Hominibus de partibus Holandiæ ſuper Hæreditate prædicta.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Pat. 20. E. 3. p. 1. m. 17.

REX Univerſis, præſentes Litteras inſpecturis, Salutem.

Noveritis quòd nos,

De fidelitate & circumſpectione, dilectorum & fidelium noſtrorum, Ivonis de Glynton Clerici, & Adæ de Shareſhul Militis, confidentes,

Ad tractandum & concordandum pro nobis, & noſtro nomine, cum, Venerabile Patre, Epiſcopo Trajectenſi, & cum cæteris Nobilibus ac Popularibus Terrarum Hanoniæ, Holandiæ, Selandiæ, & Friſiæ,

Tàm ſuper Ligis & Amicitiis perpetuis inter nos & ipſos ineundis, & de Remuneratione eis per nos in hac parte faciendâ, quàm de veniendo in Obedientiam noſtram, ratione Terrarum quæ fuerunt, inclitæ memoriæ, Willielmi nuper Comitis Hanoniæ, Philippæ Reginæ Angliæ, Conſorti noſtræ cariſſimæ, Sorori, & Uni Hæredum prædicti Comitis, Jure hæreditario devolutarum,

Et ad ea, quæ ſic Tractata & Concordata fuerint, quacumque Securitate firmandum, & nos ad eorum obſervationem obligandum,

Et Securitatem, quæ nobis in hac parte fieri debeat, ſtipulandum & recipiendum,

Et omnia alia & ſingula faciendum quæ in præmiſſis, & circa
* V. 511. ea, * neceſſaria vel oportuna fuerint, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale, plenam, tenore præſentium, concedimus & committimus Poteſtatem;

Promittentes nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos, Ivonem & Adam, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c. pro noſtro beneplacito duraturas.

Dat. in Pallatio noſtro Weſtmonaſt. viceſimo die Aprilis.

præfatos Cardinales ſolummodo miſſis.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Clauſ. 20. E. 3. p. 1. m. 10. d.

LE Roi as Burghmeſters, Eſkyvyns, Conſelx, & Avowes, de les Trois bones Villes de Gaunt, Brugges, & Ipre, Salutz.

Come, les Reverentz Pieres en Dieu; les Cardinalz de Naples & de Cleremont, envoiez a nous depar noſtre Seint Piere le Pape, de faire Tretee de Pees entre nous & noſtre Adverſaire de France, a ce qil nous ont done entendre, nous eient, avant ces heures, ſovent foitz requis, par lour Lettres, de lour mander noz Lettres de Conduyt, q'ils & lour Meiſnee purroient ſauvement venir a nous en Engleterre pur la cauſe ſuiſdite,

Et nous lour avons reſponduz que nous ne purrons, ne ne vourrions, tenir tiele Tretee oveſqve eux, ſanz Aſſent de vous & de noſtre autres Allietz es parties de dela,

Et ja ils nous eont derechef requis, ove grant inſtance, & pur l'onur noſtre dit Seint Piere le Pape, eiant regarde a lour longe Demoers, voillons envoier a eux aſcuns de noz Foialx, en queux nous fions, de treter oveſque eux,

* Nous (coment que nous ſoions touz jours demorantz en noſtre primere purpos) nient meins, a la reverence de noſtre dit Seint Piere, & des ditz Cardinalx, par avis de noſtre Conſeil, ſumes aſſentuz d'envoier a eux, s'il vous ſemble que ce ſoit affaire, noſtre chere Clerc Meſtre Andreu de Offord Proffeſſeur de Leis, & Meſtre William Bomere, ou un autre que vous nomerez, tantſoulement au lieu, ou ils purroient ſeurement venir, de oier ce qu'ils vourront dire, ou monſtrer, ſi q'ils n'entrent point en Trete, & de reporter a nous lour entention, * V. 512.

Par quoi vous Prioms que ſur ceſtes choſes voillez haſtivement aviſer, & faire ent ce que mielz vous ſemble que ſoit a honure & profit de nous & de vos, & que noſtre dit Clerc puiſſe toſt eſtre delivers & retorner a nous.

Don. a noſtre Paleys de Weſtm. le 22 d'Averill.

Super Glorioſis Succeſſibus in Vaſconia, & de orando.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Clauſ. 20. E. 3. p. 1. m. 11.

REX, dilecto ſibi in Chriſto ——— Priori ordinis Fratrum Prædicatorum Londoniæ, Salutem.

Quàm Glorioſis & Victorioſis Succeſſibus, Conſanguineum noſtrum cariſſimum, Comitem Lancaſtriæ, ſuper Expeditione Guerræ noſtræ in partibus Tranſmarinis agentem, gratioſè noſtri prævenerit Clementia Salvatoris, non eſt vobis, ut arbitramur, incognitum, cùm ſit jam per Mundi Climata divulgatum, de quo Deo (qui dat Virtutes & Præmia) Laudes & Gratias ſolvimus quas valemus.

Verùm cùm Rebelles noſtri Franciæ, Cauſæ noſtræ juſtitiam attendere non curantes, jam magnum & ſuperimmenſum congregaverint Armatorum Exercitum, ad dictum Conſanguineum & alios Fideles noſtros, ſecum agentes, paucos quo ad dictos Rebelles reſpectivè, expugnandum, & Terras noſtras hoſtiliter invadendum,

Nos,

Attendentes quòd Victoria non eſt ex Homine ſed ex Deo, qui, juxta ſuæ miſerationis arbitrium, ſic in Paucis liberat ut in Multis,

Ac ſperantes Orationum Suffragia, ad impetrandam eidem Comiti, & aliis Fidelibus noſtris, prævalendi gratiam, plurimùm oportuna,

Vos

Digitized by Google

* V. 513. ſto Filiæ noſtræ, * Philippæ Reginæ Angliæ Illuſtris, pro dicto Ricardo, Clerico & Secretario ſuo, nobis in hac parte humiliter ſupplicantis, gratiam facere ſpecialem, Canonicatum Eccleſiæ Lichefeldenſis, cum plenitudine Juris Canonici, Apoſtolicâ eidem Ricardo auctoritate contulimus, & de illo etiam duximus providendum.

Præbendam verò, ſiqua in dictâ Eccleſiâ tunc vacabat, vel cùm vacaret, quam idem Ricardus per ſe, vel Procuratorem ſuum, ad hoc legitimè conſtitutum, infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſibi, vel eidem Procuratori, Vacatio illius innoteſceret, duceret acceptandam, conferendam eidem Ricardo, poſt Acceptationem hujuſmodi, cum omnibus Juribus & Pertinentiis ſuis, Donationi Apoſtolicæ reſervavimus:

Diſtrictiùs inhibentes, Venerabili Fratri noſtro —— Epiſcopo, &, —— Dilectis Filiis, Capitulo Lichefeldenſi, ſeu illi, vel illis, ad quem, vel ad quos, in eâdem Eccleſiâ Præbendarum Collatio, Proviſio, ſeu quævis alia Diſpoſitio, pertinet, communiter, vel diviſim, ne de dictâ Præbendâ interim, ante Acceptationem hujuſmodi (niſi poſtquam eis conſtaret quòd, Ricardus, vel Procurator, prædicti illam nollent acceptare) diſponere quoquomodo præſumerent:

Ac decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contingeret attemptari;

Non obſtantibus de certo Canonicorum numero, & quibuſlibet aliis Statutis & Conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ contrariis, Juramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel aliâ quâcumque firmitate roboratis:

Aut ſi aliqui Apoſtolicâ, vel aliâ quavis, auctoritate in eâdem Eccleſiâ in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant:

Seu ſi ſuper Proviſionibus, ſibi faciendis, de Canonicatibus & Præbendis in ipſâ Eccleſiâ, ſpeciales, vel de Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales, Sedis Apoſtolicæ, vel Legatorum ejus, Litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad Inhibitionem, Reſervationem, & Decretum, vel aliàs quomodolibet, ſit Proceſſum,

Quibus omnibus, præterquam auctoritate noſtrâ, in Eccleſiâ ipſâ receptis, ſeu Præbendas expectantibus in eadem, dictum Ricardum, in aſſecutione dictæ Præbendæ, voluimus anteferri; ſed nullum per hoc eis, quo ad aſſecutionem Præbendarum ac Beneficiorum aliorum præjudicium generari:

Aut ſi eiſdem, Epiſcopo & Capitulo, vel quibuſvis aliis, communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum quòd ad receptionem, vel proviſionem, alicujus minimè teneantur, & ad id compelli non poſſint: quodque de Canonicatibus & Præbendis ejuſdem Eccleſiæ, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis, ad eorum Collationem, Proviſionem, vel quamcumque aliam Diſpoſitionem, conjunctim, vel ſeparatim, ſpectantibus, nulli valeat provideri per Literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem; & qualibet aliâ dictæ Sedis Indulgentiâ generali vel ſpeciali, cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam, noſtris Litteris non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus hujuſmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quâ, cujuſque toto tenore, habenda ſit in eidem noſtris Litteris mentio ſpecialis:

Seu ſi idem Ricardus præſens non fuerit ad præſtandum, de obſervandis Statutis & Conſuetudinibus ejuſdem Eccleſiæ, ſolitum Juramentum, dummodò in abſentiâ ſuâ per Procuratorem ydoneum, &, cùm ad Eccleſiam ipſam acceſſerit, corporaliter illud præſtet:

Aut quòd ipſe Parochialem Eccleſiam de Skelton, Karleolenſis Diœceſis (cujus Fructus, Redditus, & Proventus Triginta Librarum Sterlingorum, ſecundum Taxationem Decimæ, valorem annuum, ut dicitur, non excedunt) & Canonicatum Eccleſiæ He-

R EX, dilecto Conſanguineo & Fideli ſuo, Hugoni de Haſtynges, Salutem. Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Franc. 20. E. 3. p. 1. m. 1.

Sciatis quòd Nos (de veſtris Fidelitate, Strenuitate, & Circumſpectione providis pleniùs confidentes) conſtituimus vos Capitaneum & Locum noſtrum Tenentem in Terrâ Flandriæ, ac Ductorem Hominum ejuſdem Terræ,

Et ad faciendum Excercitum & Cavalcatas contra Inimicos noſtros de Franciâ, & ad eoſdem Hoſtes expugnandum & deſtruendum,

Et ad omnia alia, Expeditionem Guerræ noſtræ Franciæ tangentia, faciendum prout de aviſamento & aſſenſu Fidelium noſtrorum, dictarum partium, meliùs & utiliùs videritis expedire.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtr. viceſimo die Junii.

ET mandatum eſt univerſis & ſingulis Capitaneis, Burgimagiſtris, Advocatis, Scabinis, Conſulibus, Caſtellanis, Officiariis, Miniſtris, & aliis Fidelibus Regis, Terræ Flandriæ, quod præfato Hugoni, tanquam Capitaneo & Locum Regis Tenenti, in prædictâ Terrâ Flandriæ, ac Ductori Hominum prædictorum, in præmiſſis omnibus & ſingulis Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes, Obedientes & Auxiliantes, prout idem Hugo eis ſcire fecerit ex parte Regis, & ad eos & quemlibet eorum noverint pertinere.

Teſte ut ſupra.

De Fideli Geſtu Flandrenſium, & de Capitaneo antedicto.

R EX, dilecto Conſanguineo & Fideli ſuo, Hugoni de Haſtynges, Salutem. Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm Nos ad partes Tranſmarinas, pro Expeditione Guerræ Franciæ, ſimus jam, mediante Domino, profecturi,

Et, Dilecti & Fideles noſtri, Communitates Villarum de Gandauo, Brugges, & Ipre, ac aliarum Partium Terræ Flandriæ, nobis de certo Subſidio Hominum ad Arma, & aliorum, in Auxilium Expeditionis Guerræ noſtræ prædictæ, ſi aliquem idoneum Capitaneum, de Sanguine noſtro, ad Terram prædictam mittere curaremus, promiſerint benivolè ſubvenire,

Nos, gratitudinem, & bonum zelum, atque Fidelem Geſtum dictorum Fidelium noſtrorum in hac parte plurimùm comendantes, ac de Fidelitate, Strenuitate, & Induſtriâ veſtris intimè confidentes, aſſignavimus vos Capitaneum & Locum noſtrum Tenentem in dictâ Terrâ Flandriæ, in omnibus, quæ Expeditionem Guerræ noſtræ prædictæ in partibus illis contingunt; ad faciendum & ordinandum indè, prout per Conſilium & Aviſamentum Fidelium noſtrorum, jam in partibus illis exiſtentium, & etiam aliorum, ibidem ex parte noſtrâ venientium, vobis, & ipſis, pro Honore noſtro, ac Salvatione & Defenſione Subditorum noſtrorum in partibus illis, meliùs & utiliùs videbitur expedire:

Et ideò vobis mandamus quòd circa præmiſſa intendatis in formâ prædictâ;

Damus autem univerſis & ſingulis Burgimagiſtris, Scabinis, Advocatis, Conſulibus, Caſtellanis, Officiariis, Miniſtris, ac aliis Fidelibus noſtris Partium prædictarum, tenore præſentium, in Mandatis quòd vobis, in præmiſſis * omnibus & ſingulis, pareant, * V. 515.
obediant, & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtr. viceſimo die Junii.

ET mandatum eſt univerſis & ſingulis Burgimagiſtris, Scabinis, Advocatis, Conſulibus, Caſtellanis, Officiariis, Miniſtris, & aliis

expediens & conſonum rationi;

Promittentes, bonâ fide, noſtro & dictæ noſtræ Conſortis nomine, ſive vice, & nos ad hoc aſtringentes, ſub rerum noſtrarum ypotecâ, quòd quicquid, infra dictum Terminum, per memoratum Theodoricum, Pronunciatum in hac parte, ſeu Diffinitum, & Arbitratum, vel etiam Ordinatum fuerit, quòd Nos ac dicta Philippa Regina id omninò debemus perpetuis temporibus firmiter obſervare; hoc nobis & Conſorti noſtræ reſervato ſpecialiter & expreſsè (videlicet) ſi dictus Theodoricus, antequam prælibatus Nativitatis Chriſti Terminus prætereat, finaliter non pronunciaverit, diffinierit, vel ordinaverit in præmiſſis, quòd immediatè, ipſo Feſto Nativitatis Chriſti elapſo, præſens Compromiſſum, hujuſmodive noſtra Conceſſio, prædicto Theodorico in hac parte facta, nullius omninò ſit vigoris, virtutis; ſeu etiam firmitatis, nec etiam valeat Pronunciatio, Diffinitio, Arbitratio, ſeu Ordinatio, nec earum aliqua, quas, vel quam, dictus Theodoricus fecerit, aliquo modo, poſt Feſti Chriſti Nativitatis Terminum ſupradictum,

In cujus, &c.

Dat. apud Porceſtr. viceſimo quinto die Junii.

---

* V 516.

* *De Cuſtode Angliæ conſtituto.*

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3. *p.* 1. *m.* 17.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, pro Salvatione & Defenſione Regni noſtri Angliæ, ac Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, ſimus ad partes Tranſmarinas in proximo perſonaliter profecturi, & inſideat intimè nobis cordi quòd Pax noſtra, præſertim dùm ſic abſentes fuerimus, inviolabiliter obſervetur, & quòd Agenda dicti Regni providè dirigantur, & ſingulis Juſtitiæ debitum impendatur,

Nos, de fidelitate Leonelli Filii noſtri cariſſimi confidentes, conſtituimus ipſum Cuſtodem dicti Regni noſtri, ac Locum noſtrum tenentem in eodem Regno, dùm in dictis Tranſmarinis partibus, moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum.

Damus autem univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus Fidelibus noſtris, tenore præſentium, in mandatis, quòd præfato Leonello, tanquam Cuſtodi dicti Regni noſtri, & Locum noſtrum tenenti in eodem, Intendentes ſint, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtr. viceſimo quinto die Junii.

Per ipſum Regem.

Pro Edwardo Principe Walliæ, ſuper Chevanciis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Ibidem.* *m.* 25.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus & fidelis noſter, Edwardus Princeps Walliæ, Filius noſter Primogenitus, quamplures magnas Chevancias Denario-

puniendum, necnon ad Exceſſus & Dampna, data tàm Anglicis per Flandrenſes, ſeu alios ultramarinæ Nationis, quàm ipſis Flandrenſibus & aliis per Anglicos, unà cum quodam, ex parte ipſorum Flandrenſium, ad hoc vobiſcum, ſeu cum deputando a vobis, aſſignando, ſimiliter audiendum, terminandum, ſedandum, & reformandum, & ad plenam & celerem Juſtitiam indè, prout juris & rationis fuerit, noſtris vice & nomine faciendum,

Vobis plenam, tenore præſentium, concedimus Poteſtatem:

Dantes omnibus & ſingulis Hominibus ad Arma, Hobelariis, & Sagittariis, ſub Ductione veſtrâ conſtitutis, diſtrictè in mandatis, quòd vobis, tanquam Capitaneo & Locum noſtrum Tenenti, ac Ductori eorumdem Hominum, in præmiſſis omnibus & ſingulis, pareant, obediant, & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtriam, viceſimo octavo die Junii.

Per ipſum Regem.

De Tractando cum Mercatoribus Angliæ ſuper Chevanciis faciendis.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Venerabili in Chriſto Patri, J. Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, W. Epiſcopo Wyntonienſi, Theſaurario ſuo, ac Magiſtro Johanni de Offord, Decano Lincolniæ, Cancellario ſuo, Salutem. Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 21.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione veſtris pleniùs confidentes,

Ad tractandum & concordandum cum Mercatoribus Regni noſtri Angliæ, & aliis Perſonis quibuſcumque, tàm Indigenis, quàm Alienigenis, de Mutuis & Chevanciis ad opus noſtrum,

Et de Solutionibus competentibus, Creditoribus hujuſmodi Mutui ſive Chevanciæ, pro Nobis, & noſtro Nomine, in hac parte faciendis,

Et ad obligandum Nos, & Hæredes noſtros, ad dictum Regnum noſtrum Angliæ, & omnia Bona noſtra, mobilia & immobilia, necnon omnia Cuſtumas & Subſidia, nobis conceſſa & concedenda, ac omnia alia Proficua & Emolumenta quæ ad nos pertinent, vel quovis modo pertinebunt, ad Solutiones quarumcumque Pecuniæ Summarum, ſic nobis mutuatarum & chevitarum, ac mutuandarum & cheviandarum, Terminis ad hoc ſtatutis & ſtatuendis, faciendas,

Vobis, & Duobus veſtrûm, plenam, tenore præſentium, dedimus & committimus Poteſtatem:

Volentes & Promittentes pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quòd omnes Aſſignationes, per vos, vel duos veſtrûm, in hac parte factæ & faciendæ, firmiter in ſuo robore permanebunt, abſque revocatione indè aliqualiter per Nos vel Hæredes noſtros faciendâ; Ratum etiam habituri & Gratum quicquid per vos, vel duos veſtrûm, Actum vel Geſtum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud Porceſtr. primo die Julii.

Per ipſum Regem.

Digitized by Google

1346. [M]cellarius Domini noſtri Regis, die Dominicâ (videlicet) ſecundo
An 20. die Julii, anno præſenti, de Præcepto dicti Domini Regis, tunc in
E. 3. Inſulâ Vectâ ſuper Paſſagio ſuo verſus partes Tranſmarinas exiſten-
Clauſ. 20. tis, liberavit Magnum Sigillum ipſius Domini Regis, pro Regimine
E. 3. p. 2. Regni Angliæ, dum idem Dominus Rex infra idem Regnum fuerit,
m. 26. d. deputatum, Magiſtro Johanni de Thoresby, Cuſtodi Privati Sigilli
prædicti Domini Regis, in Eccleſiâ Parochiali de Fareham juxta Porceſtriam (viz.) in Cancello, coram Capitali Altari, ante horam Nonam, in præſentiâ Bartholomæi de Burghersh le Piere Militis, David de Wollore Cuſtodis Rotulorum, & Johannis de Wynewyk, & Henrici de Ingeby, & multorum aliorum tunc ibidem exiſtentium,

Et ſtatim recepit a præfato Magiſtro Johanne de Thoresby quoddam aliud Magnum Sigillum Regis pro Regimine dicti Regni Angliæ, dum idem Dominus Rex extra dictum Regnum fuerit, ordinatum, & illud ſecum detulit ad Hoſpitium ſuum ubi hoſpitabatur, (viz.) ad domum quæ quondam fuit Galfridi de Raunvill juxta Suthwyk.

Pro Militibus Alemanniæ, de Remuneratione.

Ann. D. REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.
1346. Liberate de Theſauro noſtro Raſo Maskerel, Adæ Adereyn,
An. 20. Gerardo de Wendenthorp, Militibus Alemanniæ, pro Remune-
E. 3. ratione expenſarum ſuarum, veniendo ad Nos in Angliam, causâ
Liberat. Retinentiæ ſuæ nobiſcum, Quadraginta Libras de Dono noſtro.
20. E. 3. Teſte Cuſtode Angliæ apud Porceſtr. ſexto die Julii.
m. 2.

Per ipſum Regem & Concilium.

Conſimilia Brevia habent ſubſcripti, de ſummis ſubſcriptis, ſub eadem datâ; videlicet,

Silmanus de Rodynburg & Socii ſui, de Quadraginta Libris
Otto de Illyngburgh, & Socii ſui, de Quadraginta Libris.

Quod nullus tranſeat ad Partes exteras, ne Exploratores ſecreta Regis ad Inimicos deferant.

Ann. D. REX Majori, & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.
1346. Cùm jam, pro Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, Paſſa-
An. 20. gium noſtrum verſus partes Franciæ arripuerimus,
E. 3. Et intellexerimus quòd quamplures Exploratores, in Civitate
Franc. 20. prædictâ, & alibi infra Regnum noſtrum Angliæ, converſantes,
E. 3. p. 2. Secreta noſtra, ad partes Exteras, ad Inimicos noſtros indiès mit-
m. 23. d. tere nituntur, in noſtri & totius Regni noſtri prædicti grave
Dampnum & Periculum manifeſtum,
Nos, volentes hujuſmodi Dampno & Periculo obviare, vobis
mandamus, firmiter injungentes, quòd Paſſagium, in Portu Ci-
vitatis prædictæ, ita ſtrictè cuſtodiri faciatis, quòd nullus, cujus-
* V. 519. cumque conditionis fuerit, a Portu * prædicto verſus dictas partes
Exteras, per Octo dies, à datâ præſentium proximò ſequentes,
ullo modo tranſeat;

Illis, qui cum, Dilecto & Fideli noſtro, Hugone de Haſtynges, in obſequium noſtrum ad partes Flandriæ profecturi ſunt (quos etiam, & Literas penes eos exiſtentes, per ipſum Hugonem examinari volumus) duntaxat exceptis.

Et hoc, ſub periculo quod incumbit nullatenùs omittatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, decimo die Julii.

Per ipſum Regem, & per Breve de Privato Sigillo.

Ac relationem eorundem Nunciorum audiendum,
Et cum ipſis, & eorum quolibet, tractandum & concordandum,
Ac Reſponſum, prout eis videtur, faciendum,
Et nos ſuper præmiſſis certificandum,
Et omnia alia, quæ præmiſſa concernere poterunt, faciendum & complendum,
Tenore præſentium Plenam committimus Poteſtatem,
Ratum & Gratum habituri quicquid iidem, Archiepiſcopus, Epiſcopi, Decanus, & Simon, nomine noſtro, fecerint in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud Portum Sanctæ Elenæ in Inſula Vecta, undecimo die Julii.

Super Ordine Militari ſuſcipiendo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1346.
Cùm, dilectus nobis, Rogerus Normaund, in obſequium no- An. 20.
ſtrum, in Comitivâ, dilecti & fidelis noſtri, Johannis de Monte E. 3.
Gomerii, ad partes Flandriæ, ſuper expeditione Guerræ noſtræ Pat. 20.
Franciæ, ſit profecturus, & nobis ſupplicaverit ut, cùm ipſe in E. 3. p. 2.
dictâ Guerrâ, ante reditum ſuum in Angliam, ordinem Militarem m. 15.
ſuſcipere proponat, velimus ſibi Tranſgreſſionem, quam ipſe, de
eo quod ipſe Ordinem prædictum ante hæc tempora, juxta Proclamationem indè factam, non ſuſcepit, fecit, gratioſè pardonare,
Nos, Supplicationi prædictæ in hac parte annuentes, de gratiâ
noſtrâ ſpeciali pardonavimus eidem Rogero * Tranſgreſſionem ſu- * V. 520.
pradictam, nolentes quòd ipſe, pro eo quod Ordinem prædictum ante hæc tempora non ſuſcepit, ut prædictum eſt, per Nos, vel Hæredes noſtros, ſeu Miniſtros noſtros quoſcumque, occaſionetur, moleſtetur in aliquo, ſeu graveture:

Ita ſemper quòd dictus Rogerus Ordinem prædictum, ante reditum ſuum prædictum, ſuſcipiat in formâ ſupradictâ.

In cujus, &c.

Teſte Cuſtode prædicto apud Wyndeſore, duodecimo die Julii.

Per ipſum Regem & Concilium.

Pro Philippa Regina Angliæ, ſuper Expenſis.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem. Ann. D.
Liberate de Theſauro noſtro Philippæ Reginæ Angliæ, Con- 1346.
ſorti noſtræ cariſſimæ, Quingentas Libras pro Expenſis, circa Pu- An. 20.
rificationem ipſius Reginæ apud Wyndeſore factis. E. 3.
Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, viceſimo die Julii. Liberat.
20. E. 3.
Per ipſum Regem & Concilium. m. 2.

De Viis Regiis Reparandis.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, Magiſtro Hoſpitalis Sancti Egi- Ann. D.
dii extra Londoniam, & Johanni de Holbourn, Salutem. 1346.
Quia datum eſt nobis intelligi quòd Via regia, quæ ſe ducit de An. 20.
Hoſpitali prædicto uſque Barram veteris templi Londoniæ, & quæ- E. 3.
dam alia via, vocata Pourtepol, dictæ Viæ annexa, per frequentes Pat. 20.
conculcationes Equorum & Carectarum, ad Civitatem noſtram E. 3. p. 2.
prædictam venientium & ab eadem recedentium, adeò putridæ & m. 22.
profundæ jam devenerunt, quòd Equi & Carectæ, abſque maximo
dampno & periculo, tranſire non poterunt per eaſdem,

Nos,

Digitized by Google

Julii.

Per Concilium.

• V. 521.

* *De intimando Nova ſuper applicatione & ſtatu Regis in Normannia.*

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Franc.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 25. *d.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, venerabilibus patribus, W. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, J. Epiſcopo Karliolenſi, Gilberto de Umframvill, Comiti d'Anegos, Henrico de Percy, Radulpho de Nevyll, Thomæ de Lucy, & aliis Magnatibus & Fidelibus noſtris, in partibus Borealibus, ſuper ſalvatione & defenſione Regni noſtri Angliæ, contra Scotos Inimicos noſtros, commorantibus, Salutem.

Cùm mittamus, dilectum Clericum noſtrum, Magiſtrum Ricardum de Saham, ad intimandum vobis Nova de Statu noſtro, & de Applicatione noſtrâ in Normanniâ, & ad quædam alia, eidem Clerico noſtro per nos injuncta, vobis & cuilibet veſtrûm exponenda,

Necnon ad Nova in partibus illis emergentia, ac Reſponſionem a vobis, ſuper dicendis per eum, nobis reportandum,

Vobis, & cuilibet veſtrûm, mandamus, firmiter injungentes, quòd eidem Magiſtro Ricardo in hiis, quæ vobis dicet ex parte noſtrâ, Fidem credulam præbeatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, viceſimo quinto die Julii.

De Arcubus & Sagittis pro Expeditione Guerræ Gallicæ providendis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Fran.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 21.

REX Vicecomiti Oxoniæ & Berks Salutem.

Quia, pro Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, magno numero Arcuum & Sagittarum ad præſens indigemus,

Tibi, ſub forisfacturâ omnium quæ nobis forisfacere poteris, præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, CC Arcus & CCCC Garbas Sagittarum, in locis ubi meliùs expedire videris, in Comitatibus prædictis, tàm infra Libertates, quàm extra, de Exitibus Ballivæ tuæ, ad opus noſtrum, emi & provideri, & eoſdem Arcus & Sagittas uſque Turrim noſtram Londoniæ, cum omni celeritate quâ poteris, duci & carcari facias, ita quòd eos habeas ibidem promptos & paratos die Dominicâ, proximâ ante Feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, proximò futurum, ad ultimum, dilecto Clerico noſtro, Roberto de Mildenhale per Indenturam, indè inter te & ipſum modo debito conficiendam, liberandos:

Et de Cuſtubus, quos circa Emptionem, Proviſionem, & Cariagium Arcuum & Sagittarum prædictorum appoſueris, cum illos ſciverimus, tibi in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, primo die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, de Arcubus & Sagittis ſubſcriptis, in Comitatibus ſubſcriptis providendis, & ad dies

Ann. D. 1346. *An* 20. *E* 3. *Canſ.* 20. *E* 3. *p.* 2. *m.* 22. *d.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, J. eâdem gratiâ, Archiepiſcopo Cantuarienſi, totius Angliæ Primati, Salutem.

Quia de nobis & noſtro Exercitu, in partibus Tranſmarinis, pro Defenſione Regni noſtri Angliæ, & Juribus noſtris inibi (annuente Domino) recuperandis, jam agentibus, Rumores placidos vos novimus ſcire velle & gratioſos Eventus, quos Altiſſimus, poſt Applicationem noſtram apud Hogges in Normanniâ, ſuper Expeditione Guerræ noſtræ, nobis ibidem contulit, ad Conſolationem & Comfortationem veſtri, & totius Populi noſtri Anglicani, vobis in quadam Cedulâ, præſentibus interclusâ, duximus tranſmittendos,

Fiducialiter & intimè vos rogantes quatinus contenta in eadem Cedulâ, in locis, ubi expedire videritis, publicari, & Preces & Hoſtias devotas pro Nobis, & dicto Exercitu noſtro, offerri, Miſſas celebrari, ac Bis in qualibet Septimanâ Proceſſiones Solempnes, & de die in diem alia piæ placationis Officia, per veſtras Diœceſim & Provinciam, fieri faciatis, ut Deus & Dominus, juſtus Judex, per ſuæ exuberantis gratiæ incrementa, concedere dignetur tàm gratioſum noſtrum Principium taliter proſperari, ut, diſponente ſuâ Clementiâ, per noſtros Labores ad Exitum, ſibi placibilem, Eccleſiæ & Reipublicæ perutilem, veſtris ſuffragantibus Meritis & Orationibus, attingere valeamus.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, tertio die Auguſti.

Eodem modo mandatum eſt Archiepiſcopo Eborum, Angliæ Primati, & omnibus Epiſcopis Angliæ, ſub eâdem datâ.

De Eventibus, poſt Applicationem apud Hogges proſperis, publicandis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Franc.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 22. *d.*

REX Vicecomiti Kantiæ Salutem.

Quia Eventus, quos Altiſſimus, poſt Applicationem noſtram apud Hogges in Normannia, ſuper Expeditione Guerræ noſtræ ibidem, gratioſè contulit, ad Conſolationem & Confortationem totius Populi noſtri Anglicani, eidem Populo noſtro volumus intimari, eos, in quadam Cedulâ, præſentibus interclusâ, tibi duximus tranſmittendos.

Et ideo tibi præcipimus quòd Contenta in eadem Cedulâ, tàm in pleno Comitatu tuo, quàm in Feriis, Mercatis, & aliis locis publicis, in Ballivâ tuâ, infra Libertates & extra, ubi meliùs expedire videris, confeſtim modo placentiori quo poteris publicari, & totum Populum Ballivæ tuæ excitari & exhortari facias, quatinus ipſi Preces devotas Deo pro nobis & Excercitu noſtro corditer effundant, ut idem Deus & Dominus, juſtus Judex, per ſuæ exuberantis gratiæ incrementa, concedere dignetur tàm gratioſum noſtrum Principium taliter proſperari, ut diſponente ſuâ Clementiâ, per noſtros Labores, ad Exitum, ſibi placibilem, Eccleſiæ & Reipublicæ perutilem, ſuis ſuffragantibus Meritis & Orationibus attingere valeamus.

Facias etiam per dictam Ballivam tuam publicè proclamari, quòd omnes Homines ad arma, Hobelarii & Sagittarii, ac alii, qui ad Nos ad dictas * partes Tranſmarinas, in noſtri Succurſum & Conſolationem, & pro noſtro & ipſorum Commodo venire voluerint, ſe Equis & Armis competentibus parari & muniri faciant, ità quòd prompti ſint & parati ad veniendum ad Nos, • V. 523.

cùm

De Officio Mareſcalciæ excercendo.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Pat.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 6. *d.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Thomæ de Hankeſton, Roberto Houel, Willielmo de Cateſby, & Auguſtino Waleys, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nos, pro arduis Negotiis, Nos & Statum Regni noſtri, ac Salvationem Jurium Coronæ noſtræ, tangentibus, in partibus Tranſmarinis, de conſenſu Prælatorum ac Magnatum Regni noſtri, jam Moram faciamus Perſonalem, & ordinaverimus & fecerimus Leonellum Filium noſtrum cariſſimum Cuſtodem Angliæ,

Et nos, plurimùm affectantes quòd Feloniæ & Tranſgreſſiones, infra Virgam Hoſpitii prædicti Cuſtodis (videlicet, per Duodecim Leucas in circuitu ejuſdem Hoſpitii) perpetratæ, ac ſi ipſæ infra Virgam Hoſpitii noſtri, ſi nos præſentes eſſemus, factæ fuiſſent, audiantur & terminentur,

Aſſignavimus Vos, Tres, & Duos veſtrûm, ad Inquiſitiones indè, unà cum Mareſcallis Hoſpitii prædicti Cuſtodis, faciendum, & ad Felonias & Tranſgreſſiones illas, ſimul cum eiſdem, audiendum & terminandum, Perpetratoreſque earumdem Feloniarum & Tranſgreſſionum caſtigandum & puniendum in formâ, quâ Seneſcallus & Mareſcalli Hoſpitii noſtri facerent ſi præſentes eſſemus;

Et ideò vobis mandamus quòd præmiſſa omnia & ſingula, unà cum prædictis Mareſcallis, faciatis & expleatis in formâ prædictâ.

Mandavimus enim prædictis Mareſcallis, necnon Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis & Fidelibus noſtris, tàm infra Libertates, quàm extra, quòd Vobis, Tribus, vel Duobus veſtrûm, in præmiſſis faciendis & explendis, pareant & intendant, prout Vos, Tres, vel Duo veſtrûm eis, vel alicui eorum, ſcire faciatis ex parte noſtrâ.

* V. 524. In cujus, &c. uſque ad primam * Dominicam Quadrageſimæ proximò futuram duraturas, niſi interim in Angliam redeamus.

Teſte Cuſtode prædicto apud Wyndeſore, duodecimo die Auguſti.

Per Concilium.

ET Mandatum eſt Mareſcallis Hoſpitii prædicti Cuſtodis, quòd præfatos, Thomam, Robertum, Willielmum, & Auguſtinum, Tres, vel Duos eorum, ad præmiſſa omnia & ſingula faciendum & explendum, in Socios admittant.

Teſte ut ſupra.

Per Concilium.

ET Mandatum eſt Vicecomitibus, & omnibus aliis Ballivis & Fidelibus Regis, tàm infra Libertates, quàm extra, quòd eiſdem, Thomæ, Roberto, Willielmo, & Auguſtino, Tribus, vel Duobus eorum, in præmiſſis faciendis & exequendis, Conſulentes, Auxiliantes, ſint & Intendentes, quotiens Ipſi, Tres, vel Duo eorum eis ſcire facient ex parte Regis.

Teſte ut ſupra.

Per Concilium.

De Scotis, Angliam tota Armatorum potentia invaſuris, virilius oppugnandis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Scot.* 20. *E.* 3. *m.* 6.

REX, dilecto & Fideli ſuo, Nicholao de Cantilupo, Salutem.

Quia Scoti, Inimici noſtri, Marchias Regni noſtri Angliæ jam noviter, nobis in partibus Tranſmarinis, ſuper Expeditione Guerræ noſtræ Franciæ, exiſtentibus, ingreſſi, Homicidia, Deprædationes, Incendia, & alia Facinora quamplurima perpe-

De Malitia prædictorum refrænanda.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Ibidem.*

REX Majori, Ballivis, & Probis Hominibus, ac toti Communitati Civitatis ſuæ Eborum, Salutem.

Quia Scoti, *&c. ut ſupra uſque ibi* refrænetur, *& tunc ſic*, Ducentos Homines Armatos,

* V. 525. * Ad quos per, Dilectos & Fideles noſtros, Venerabilem Patrem, Willielmum Archiepiſcopum Eborum, Angliæ Primatem, Henricum de Percy, & Radulphum de Nevill (quos ad arraiandum omnes Homines defenſabiles ultra Trentam pro dictâ Guerrâ Scotiæ aſſignavimus) Aſſeſſi eſtis,

Juxta Ordinationem indè per ipſos Fideles noſtros factam, benè & ſufficienter parari, arraiari, & muniri faciatis; ita quòd prompti ſint & parati ad proficiſcendum cum præfatis, Archiepiſcopo, Henrico, & Radulpho, & eorum quolibet, quotiens periculum aliquod, ex dictorum Hoſtium Aggreſſibus, imineat, & per dictos, Archiepiſcopum, Henricum, & Radulphum, ſeu eorum aliquem, ſuper hoc fueritis præmuniti; Et hoc, ſub Foriſfacturâ prædictâ, nullatenus omittatis.

Teſte Cuſtode prædicto apud Weſtmonaſterium, viceſimo die Auguſti.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

De Conſtabulario & Mareſcallo Exercitus, verſus Regem in Flota Navium profecturi, conſtitutis.

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Franc.* 20. *E.* 3. *p.* 2. *m.* 19.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, & eorum Loca Tenentibus, Hominibus ad Arma, Hobelariis, Sagittariis, Dominis, Magiſtris, Conſtabulariis & Marinariis Navium, & omnibus aliis, in præſenti Flotâ noſtrâ Navium, verſus Nos, ad partes Tranſmarinas profecturis, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Willielmi Fraunk, & Thomæ de Haukeſton, pleniùs confidentes,

Conſtituimus ipſum Willielmum Conſtabularium, & præfatum Thomam Mareſcallum, totius Exercitûs noſtri, in prædictâ Flotâ ad Nos, ut præmittitur, profecturi,

Dantes eiſdem, Willielmo & Thomæ, plenam, tenore præſentium, Poteſtatem caſtigandi & puniendi omnes & ſingulos, de Flotâ prædictâ, quos Inobedientes, Contrarios, Delinquentes, ſeu Rebelles contigerit inveniri, eodem modo quo Conſtabularius & Mareſcallus Excercitûs noſtri in præſentiâ noſtrâ hactenus facere conſueverunt;

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, firmiter injungendo, mandamus quòd eiſdem, Willielmo & Thomæ, in præmiſſis faciendis, excercendis, explendis, & exequendis, Intendentes ſitis & Obedientes, quotiens & prout iidem, Willielmus & Thomas, & eorum alter, vobis, & veſtrum cuilibet, ſcire fecerint, vel fecerit, & hactenus in caſu conſimili fieri conſuevit.

In cujus, &c.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Weſtmonaſterium, viceſimo primo die Auguſti.

Per ipſum Regem, ac dictum Cuſtodem & Concilium.

Super

Digitized by Google

tatis.

Teſte Cuſtode prædicto apud Wyndeſore, ſexto die Septembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

Eodem modo mandatum eſt Majoribus & Ballivis & aliis ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Ballivis de Hertipole.
Ballivis de Yarum.
Ballivis de Scardeburgh.
Ballivis de Whyteby.
Ballivis de Raveneſrode.
Majori & Ballivis de Kyngeſton ſuper Hull.
Ballivis de Grymesby.
Ballivis de Sancto Botulpho.
Ballivis de Barton ſuper Humbr.
Majori & Ballivis Civitatis ſuæ Eborum.
Majori & Ballivis de Lenn Epiſcopi.
Ballivis Villæ Magnæ Jernemuth.
Ballivis de la Rye.
Ballivis de Hethe.
Ballivis de Haſtynges.
Ballivis de Blakeneye.
Ballivis de Gippewico.
Ballivis Civitatis ſuæ Norwici.
Ballivis de Donewico.
Ballivis de Herewico.
Ballivis de Beverlaco.
Ballivis de Orford.
Ballivis de Kirkeleye.
Ballivis de Maldon.
Majori & Ballivis Dovorr.
Majori & Ballivis de Sandwico.
Majori & Ballivis de Wynchelſe.
Ballivis de Romeneye.
Epiſcopo Dunolmenſi, vel ejus Vicario generali, ſeu Locum-tenenti, ipſo Epiſcopo in remotis agente.
Thomæ Spigurnel, Locum tenenti, dilecti & Fidelis noſtri, Bartholomæi de Burgherſh, Conſtabularii Caſtri noſtri Dovorriæ, & Cuſtodis Quinque Portuum noſtrorum.

Eodem modo mandatum eſt ſingulis Vicecomitibus per Angliam, mutatis mutandis, ſub eâdem datâ.

De Intentione Regis Parliamento oſtendenda.

Ann. D. 1346. *An. 20. E. 3. Rot.Cart. & Pat. Franc.20. E. 3. m. 21.*

REX univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, & aliis Fidelibus ſuis, in Parliamento ſuo, apud Weſtmonaſterium hac inſtanti die Lunæ, proximo poſt Feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, ſummonito, conventuris, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, Bartholomæi de Burgherſh, Johannis Darcy Camerarii noſtri, Magiſtrorum, Johannis de Thoresby Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, & Johannis de Carleton, intimè confidentes,

Ipſos, ſuper Statu Negotiorum noſtrorum, & Intentione noſtrâ, pleniùs informatos, ad proponendum, & exponendum, in dicto Parliamento, quædam Honorem Dei & Eccleſiæ, ac Defenſionem & Quietem Regni noſtri Angliæ, & Expeditionem Guerræ noſtræ Franciæ, & aliorum Agendorum noſtrorum, concernentia, necnon ad oſtendendum vobis, & veſtrûm ſingulis, Intentionem noſtram in hac parte, & ad * proſequendum ea, quæ
* V.527.
per Nos eis ſuper hiis ſunt injuncta, duximus tranſmittendos,

Et ideò vos attentè rogamus quatinus, eis, Tribus, vel Duobus eorum, ſuper ſic dicendis & exponendis, fidem credulam ad-

De Adverſario Franciæ totam Armatorum Potentiam congregante, & de Hominibus ad Arma, ad Regem, in Obſidione Caleſii, mittendis.

REX, Dilectæ Conſanguineæ ſuæ, Margaretæ Comitiſſæ Kantiæ, Salutem. Ann. D. 1346. *An. 20. E. 3. Franc.20. E. 3. p. 2. m. 14.*

Quia pro certo didicimus quòd Philippus de Valeſio, Adverſarius noſter Franciæ, totam Armatorum Potentiam, quam de cunctis partibus colligere poteſt, apud Compyne congregare facit, & ſe parat ad veniendum feſtinanter verſus Nos, Bellum nobis hoſtiliter commiſſurus,

Propter quod, ad reſiſtendum ipſius Adverſarii hoſtili Aggreſſioni, majorem numerum Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, quàm in præſenti habemus, celeriter habere nos oportet,

Et ut Homines ad Arma, Armati, & Sagittarii, quos eâ de causâ in Regno noſtro Angliæ jam colligi, arraiari, & parari mandavimus, ſub bono Regimine ad Nos ducantur,

Volumus quòd Johannes, Filius veſter, Comes Kantiæ, Conſanguineus noſter cariſſimus, ſit Ductor & Capitaneus omnium Hominum prædictorum, ſic ad Nos venturorum,

Et ideò vobis mandamus, corditer vos rogando, quatenus, conſideratâ jam præſenti neceſſitate tàm urgenti, quàm * Literis no- * V.528.
ſtris ſpecialibus, quas vobis ſub Privato Sigillo noſtro in hac parte mittimus, dictum Comitem, Filium veſtrum, cum tot Hominibus ad Arma, Armatis, & Sagittariis, quot habere poteritis, Armis competentibus parari & muniri faciatis, ita quod ipſe, & Homines ſui prædicti, benè muniti, ſint, apud Sandwicum die Dominicâ, Quintodecimo die Octobris, proximò futuro, ad ultimum, Prompti & Parati ad transfretandum ad Nos, in noſtri Succurſum, noſtrique & Regni noſtri Defenſionem, unà cum aliis Fidelibus noſtris, ibidem tunc ad Nos venturis ex cauſâ ſupradictâ,

Et de tempore, quo dictum Filium veſtrum in formâ prædictâ parari ſperabitis, & de Hominibus quos ſecum ducet, Nos in Cancellariâ noſtrâ, citra Diem Dominicam, proximò futuram, per præſentium Portitorem, certificetis.

Et quia omnes Homines, ad Nos ſic venientes, ad Terram, prope Villam de Caleys (ubi Villam illam ſumus Obſidentes) volumus applicare, ibidem ad Pedem (unà Nobiſcum, & Fidelibus noſtris, illuc aſſiſtentibus) contra dictum Adverſarium noſtrum Præliaturis, non eſt neceſſe quod dictus Filius veſter, & Homines ſui, ſic ſecum profecturi, groſſos Equos, aut alios præter illos, qui pro Equitaturâ ſuâ & ductione Armaturarum & Rerum ſuarum neceſſarii fuerint, uſque dictam Villam de Sandwico ducant, ſeu duci faciant:

Taliter in hoc neceſſitatis articulo vos habentes, quòd Dilectionem, quam erga Nos, & Salvationem, & Defenſionem Regni noſtri prædicti geritis & habetis, in effectu operis ſentire valeamus, & quòd vobis ex hac cauſâ ſpecialiter regratiari valeamus.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Wyndeſore, tertio die Octobris.

Per ipſum Regem,

Digitized by Google

Henrico de Percy.	*Roberto de Ogle.*
Radulpho de Nevill.	*Johanni de Coupeland.*
Johanni de Mowbray.	*Roberto Bertram.*
Thomæ de Lucy.	*Willielmo Deyncourt.*

• V.529. ** Ad inſtantiam Papæ & Cardinalium, Procuratorium ad tractandum cum Philippo de Valeſio.*

Ann. D. 1346. *An.* 20. *E.* 3. *Cart. & Pat. Franc.* 20. *E.* 3. *m.* 18. *p.* 1.

EDward, &c. a touz ceuz, qui ces preſentes Lettres verront, Saluz.

Come, reverentz Piers en Dieu, nos cheres Amys, les Cardinalz de Naples & de Cleremont, nous eient requis, a grant inſtance, qui,

Pur eſchuier les grantz parils des Armes & des Corps, & d'autres grantz Damages, qe purroient avenir pur la Guerre d'entre Nous & Sire Phelip de Valoys, qi ſe dit Roy de France,

Nous vouſiſſions encliner a faire bone Pais, & bailler Perſones, de noſtre Counſeil, a Plein Poair, enformees de noſtre entencion, aveques les queux ils puiſſent Traiter des Deſcors & Debatz d'entre Nous & lui, & les Alliez d'une partie & d'autre,

Et ſur ce les ditz Cardinalx Nous eient monſtrez les Lettres Patentes du dit Sire Phelip, pur queles il ad depute certeines Parſones de ſa part, & done a eux Plein Poair pur Treater & Acorder ſur touz les Deſcors, Debatz, Quereles, Queſtions, & Controverſies, qe ſont, ou purront eſtre entre Nous & lui, & les Alliez deſſuſditz, par quecunque cauſe,.

Nous,

Pur l'onur de Dieu, & Reverence de, noſtre Seint Piere, le Pape, & prieres des ditz Cardinalz,

Confiantz du Sens & Loiaute de, noz amez & foials Counſeillers,

• *William Markis de Julers, & Conte de Cantebrigg, noſtre Treschere Frere,*

William de Bohun, Conte de Northampton, Coneſtable d'Engleterre, noſtre Couſin,

Thomas de Beauchamp Conte de Warwic, Mareſchal d'Engleterre,

Bartholomey de Burghersh,

Richard Talbot, Seneſchal de noſtre Houſtiel,

Barons,

Meſtre Thomas Bradewardyn, Maiſtre en Divinite, Chanceller de l'Egliſe de Loundres,

Maiſtre Johan de Thoresby, Chanoigne de Nicole,

Et Maiſtre Andrew de Offord, Dr. des Leys, Chanoigne d'Everwyk,

Avons deputez, & deputons par ces preſentz, noz Commiſſairs, Procurours, Traituers, & Meſſages eſpecials, en noun de nous, & pur nous, pur traiter & acorder, devant les ditz Cardinalx, des ditz Deſcors & Debatz, as queux nous donons Plein Poair de traiter & acorder de touz les Deſcors & Debatz, Quereles, Queſtions & Controverſies, qe ſont, ou purront eſtre, entre Nous & le dit Sire Phelip, & les ditz Alliez, pur quecunque cauſe & occaſion que ce ſoit,

Et tout ce, qui par les ditz Traituers, Oyut, Sept, Sis, Cynk, Quatre, ou Trois de eux, ſerra Tretee & Acorde, nous promettons, en bone foi, pur Nous, & pur noz Heirs, a tenir & acomplir, & avoir ferme & agreeable a touz jourſmes, ſanz venir en contre par Nous, ne par autre, par quele manere que ce ſoit.

En Teſmoignance de la quele choſe nous avons fait mettre noſtre Seal a ces preſentes.

Don. devant Caleys, le xxi jour d'Octobre, l'An de Grace Mill, Troiſcentz, Quarante, Sime.

Anegos, Henrici de Percy, & Radulphi de Nevill, confidentes, *E.* 3.

Ad Tractandum cum univerſis & ſingulis Adverſariis noſtris de Scotia, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerint, qui ad Fidem & Pacem noſtras venire voluerint, *Scot.* 20. *E.* 3. *m.* 4.

Et ad ipſos, & eorum quemlibet, ad hujuſmodi Fidem & Pacem noſtras (prout magis expedire videbitur eiſdem, Comiti, Henrico, & Radulpho, & eorum cuilibet) admittendum,

ı Et eis de Felonis & Tranſgreſſionibus quibuſcumque, per ipſos contra nos factis, Pardonationem plenam, & Cartas ſufficientes ſuper hoc, nomine noſtro concedendum,

Et ad ea, quæ ſic Tractata fuerint, quacumque Securitate competenti firmandum,

Eiſdem, Comiti, Henrico, & Radulpho, & eorum cuilibet, tenore præſentium, Concedimus & Committimus Poteſtatem,

Ratum habituri & Gratum quicquid iidem, Comes, Henricus, & Radulphus, vel eorum aliquis, fecerint, vel fecerit, in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teſte Leonello, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Weſtm. triceſimo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Et erat Triplicata.

De Scotis prope Dunelmum expugnatis, & de Tractatu cum Johanne de Inſulis ineundo.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Waltero de Bermyngeham, Juſticiario ſuo Hiberniæ, Salutem. Ann. D. 1346.

Qualiter Scoti, Inimici & Rebelles noſtri, cum grandi Excercitu Regnum noſtrum Angliæ nuper hoſtiliter invaſerunt, Homicidia, Incendia, Sacrilegia, & alia Mala & Facinora innumera in eodem Regno perpetrantes, *An.* 20. *E.* 3. *Ibidem.*

Ac demum, per Fideles noſtros, in Prælio, cum dictis Inimicis juxta Dunelmum commiſſo, Divinâ gratiâ devicti, & quamplures eorum interfecti, & alii confugati, ac David de Brus (prætendens ſe Regem Scotiæ) diverſique Comites, & alii Magnates, ejuſdem Terræ Scotiæ, ibidem de Guerrâ capti fuerunt, vobis, ut credimus, incognitum non exiſtit. •

Nos,

Circâ finalem Expeditionem Guerræ noſtræ dictæ Terræ Scotiæ ſoliciti, attendentes expediens eſſe cum Johanne de Inſulis de Scotiâ, de veniendo ad Pacem & Obedientiam noſtras, habere Tractatum,

Vobis mandamus quòd, habitâ indè deliberatione cum Peritis de Concilio noſtro in partibus veſtris, cum præfato Johanne, ſuper præmiſſis viis & modis, quibus expedire videritis, tracteris,

Et ea, quæ per vos ſic Tractata ſive Concordata fuerint, prout pro majori Honore & Commodo noſtris, ac Expeditione Guerræ prædictæ, vobis melius viſum fuerit, nomine noſtro firmari & aſſecurari faciatis.

Et, ſi forſan idem Johannes rationabili Tractatui ſuper hoc aſſentire • noluerit, tunc ipſum, ac Homines ſuos, in quantum poteritis, expugnari, ac de Guerrâ gravari & opprimi faciatis; • V.531.

Nos de eo, quod ſuper præmiſſis feceritis, cum celeritate, quâ commodè fieri poterit, certificantes.

Teſte Leonello, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Weſtm. quarto die Novembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

Pro

Digitized by Google

Teſte Cuſtode prædicto apud Weſtm. duodecimo die Novembris.

Per Concilium.

De Sagittariis ab Exercitu recedentibus, & de Priſone, qui dictus eſt Archidiaconus Pariſienſis, Abbati de Colceſtria vendito.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Clauſ. 20. E. 3. p. 2. m. 7. d.

REX, Dilecto ſibi in Chriſto, Abbati de Colceſtriâ, Salutem.

Cùm nuper,

Pro eo quòd Homines ad arma, Armati, & Sagittarii, de Exercitu noſtro, apud Caleys, in magno numero receſſerunt, & Nos inter Inimicos noſtros in periculo ſeditioſè reliquerunt,

Præceperimus, per diverſa Brevia noſtra, ſingulis Vicecomitibus Regni noſtri Angliæ, quòd omnes Homines, de Exercitu prædicto ſic recedentes, & Literas de Licentiâ non habentes, quos in Ballivis ſuis inveniri poſſent, unà cum Bonis & Catallis ſuis, capi, & areſtari, & ſalvò cuſtodiri facerent, quouſque aliud de eis duceremus demandandum,

Jámque intellexerimus quòd quidam Sagittarii, cum quodam Priſone, de * guerrâ capto, qui ARCHIDIACONUS PARISIENSIS eſt, ut dicitur, a dicto Exercitu noſtro, ſine Licentiâ noſtrâ, receſſerunt, & unus eorumdem Sagittariorum dictum Priſonem nobis, pro certâ pecuniæ ſummâ, vendidit, * V. 532.

Per quod præcepimus Vicecomiti noſtro Eſſexiæ quòd eoſdem Sagittarios, ubicumque infra Ballivam ſuam inventi fuerint, capi, & omnia Bona & Catalla ſua areſtari, ſalvò cuſtodiri, ac eos, & Priſonem prædictum, qui in Cuſtodiâ veſtrâ ſic, ut dicitur, exiſtit, uſque Weſtmonaſterium coram Concilio noſtro ibidem duci faciat,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd dictum Priſonem, in Cuſtodiâ veſtrâ ſic exiſtentem, præfato Vicecomiti ſine dilatione aliquâ liberari faciatis, ad dictum Concilium noſtrum ducendum in formâ ſupradictâ; & nos illis, quibus convenit, pro Priſone prædicto debitam ſatisfactionem fieri faciemus:

Et hoc, ſub periculo quod incumbit, nullatenus omittatis.

Teſte Cuſtode Angliæ apud Turrim London. decimo quinto die Novembris.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

De præfato Priſone coram Concilio ducendo.

Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. ibid.

REX Vicecomiti Eſſexiæ Salutem.

Cùm nuper, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſine Licentiâ noſtrâ receſſerunt, *& tunc ſic*, & unus eorumdem Sagittariorum dictum Priſonem, dilecto nobis, Abbati de Colceſtriâ, pro certâ pecuniæ Summâ, vendidit;

Tibi præcipimus quòd eoſdem Sagittarios, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte Leonello, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Turrim London. viceſimo die Novemb.

Per ipſum Cuſtodem & Concilium.

* Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet, * V. 533.

Vic. Notingh. & Derb.	*Vic. Weſtmerl.*
Vic. Lanc.	*Vic. Lincoln.*
Vic. Northumbr.	*Epiſcopo Dunolm. mutatis mutandis.*
Vic. Cumbr.	

De veniendo ad Regem cum Hominibus ad arma, Armatis, & Sagittariis.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, Reginaldo de Grey, Salutem. Ann. D. 1346. An. 20. E. 3. Fran. 20. E. 3. p. 2. m. 7.

Cùm nuper vobis mandaverimus quòd vos, cum tot Hominibus ad arma, Armatis & Sagittariis, quot de Familiâ veſtrâ, & aliundè, habere poſſetis, eſſetis apud Sandwicum ad certum diem, jam præteritum, ad Nos exindè uſque Caleys, unà cum aliis Fidelibus noſtris, transfretaturi,

Et licet poſtmodùm, ex certis Rumoribus, quos tunc audivimus, fecerimus publicè proclamari quòd vos, ſeu aliquos alios, quos ſic parari & ad nos venire mandavimus, ad Nos accedere non oporteret illâ vice, ita ſemper quòd vos, & alii, ſic ad Nos tunc venturi, prompti eſſetis & parati de veniendo ad Nos cùm neceſſe foret, & inde ex parte noſtrâ eſſetis præmuniti,

Quia tamen Philippus de Valeſio, Adverſarius noſter Franciæ, non modicam Armatorum Potentiam indiès colligi facit, & ſe parat ad veniendum verſus partes de Caleys, Nos & Exercitum noſtrum, Villam de Caleys obſidentes, omnibus viis, quibus poterit, expugnandum & gravandum,

Et nonnulli Homines ad arma, & alii, de dicto Exercitu noſtro, ex variis & legitimis cauſis, quidam Licentiati, & quidam Illicenciati, receſſerunt, per quod, ad reſiſtendum hoſtili Aggreſſioni dicti Adverſarii noſtri, majorem numerum Hominum ad arma, & aliorum, quàm in præſenti habemus, celeriter habere Nos oportet,

Vobis in Fide & Ligeanciâ, quibus nobis tenemini, mandamus, affectuoſè rogando, quòd cum tot Hominibus ad arma, Armatis, & Sagittariis, quot de Familiâ veſtrâ, & aliundè, habere poteritis, cum omni feſtinatione vos paretis, ita quòd vos, in propriâ perſonâ veſtrâ, cum dictis Hominibus ad arma, Armatis, & Sagittariis, benè munitis, ſitis apud dictam Villam de Sandwico, die Lunæ, proximo poſt Feſtum Sanctæ Luciæ Virginis, proximò futurum, ad ultimum, prompti & parati ad transfretandum exindè ad Nos, ad Vadia noſtra, unà cum aliis Fidelibus noſtris, qui tunc ibidem ex hac cauſâ, de mandato noſtro, ſunt venturi;

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Expeditionem noſtram, & Salvationem, & Defenſionem Regni noſtri Angliæ diligitis, nullatenùs omittatis.

No-

Digitized by Google

Turrim prædictam, cum omni celeritate, quâ poteritis, ſub ſalvâ & ſecurâ cuſtodiâ duci faciatis; ita quòd ſint ibidem die Mercurii, proximo poſt Feſtum Epiphaniæ Domini, proximò futurum, ad ultimum, Conſtabulario Turris prædictæ per Indenturas, indè modo debito conficiendas, liberandi & ſalvò cuſtodiendi, ſicut prædictum eſt;

Et Nos vobis de eo, quod ad vos pertinet, pro Priſonibus prædictis, & de Cuſtubus pro Ductione eorumdem, competenter, prout rationabiliter convenit, ſatisfieri faciemus:

Et hoc, ſub foriſfacturâ prædictâ, nullatenus omittatis.

Teſte Leonello, Filio Regis cariſſimo, Cuſtode Angliæ, apud Turrim London. octavo die Decembris.

Per ipſum Regem.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, de Priſonibus ſubſcriptis, uſque Turrim prædictam ducendis in formâ prædictâ, ſub eadem data; viz.

Thomæ Deverwyk, de Comite de Meneteth, Priſone, &c.
Thomæ de Clifford, de Waltero de Haliburton, Priſone, &c.
Bertino Benet, de Willielmo de Rameſeye, Priſ. &c.
Roberto de Weſſyngton, de Willielmo More, Priſ. &c.
Gerardo de Wythryngton, de Gilberto de Carik, & Nich. Clopdolian, Priſonibus, &c.
Radulpho de Nevill de Patricio de Dunbar Priſ. &c.
Roberto de Ogle & Roberto Bertram, de Johanne Douglas, Priſ. &c.
Johanni de Wyncheſtr. de Neſo de Rameſeye, Priſ. &c.
Ricardo Snel, de Willielmo du Jardin, Priſ. &c.
Adæ de Kendale, de Johanne de Makeſwell & Fergo de Crawford, Priſonibus, &c.
Johanni Skirwith, de Alexandro Stel, Priſ. &c.
Thomæ de Rokeby ſeniori, de Willielmo de Vaus & David de Anand, Priſonibus, &c.
Willielmo Dacre & Warino de Scargehill, de Johanne Seintclere, Priſ. &c.
Rogero de Wydryngton, de — Makepeth, Priſ. &c.
Thomæ de Metham, de Alexandro Stiward, Priſ. &c.
Archiepiſcopo Eborum & Chriſtoforo Mauleverer, de Willielmo de Lymynſton, Priſ. &c.
Willielmo la Zouche, de Willielmo Moubray, Priſ. &c.
Adæ de Panetræ Erceveſque, de David fitz Wauter fitz Gilbert, Priſon. &c.
Thomæ Muſters, Johanni Eriom & Thomæ de Ulvyngton, de Andrea Cambel, Priſon. &c.
Ingelramo de Umframvill, de Johanne de Preſton. Priſ. &c.
Thomæ de Rokeby juniori, de Georgio Abernithi, Priſone, &c.
Johanni de Ever, de Alexandro de Rameſeye, Priſone, &c.
Radulpho de Bethom & Thomæ de Ros de Kendale, de Johanne Stiward de Dalſwynton, Priſ. &c.
Willielmo de Dacre, [illegible] Waltero Moigne, Priſone, &c.
Nich. Gower, de Tho[illegible] de Lippes, Priſone, &c.
Willielmo Deyncourt, de Willielmo Douglas Peiſne, Priſ. &c.
Willielmo de Weſby[illegible]ton, de Alexandro de Haliburton, Priſ. &c.
Willielmo Heroun, de Laurentio Gilbra[illegible]de, Priſ. &c.
Johanni de Haryngton le fitz, de Adam de Fullarton, Priſ. &c.
Roberto de Maners, de Willielmo Bail[illegible], Priſ. &c.
Waltero de Creyk, de Willielmo de M[illegible]ref, Priſ. &c.
Willielmo de la Vale, de Johanne Gi[illegible]ard, Priſ. &c.
Edwardo de Baddeby, de Rogero de Crauford, Priſ. &c.
Johanni Umframvill, Waltero de Hakeford & Willielmo Faucomberge, de Johanne Stiward Baſtard, Priſone, &c.

mutandis; videlicet,

Henrico de Percy.
Johanni de Moubray.
Radulpho de Nevill.
Thomæ de Lucy.
Thomæ de Muſgrave.
Thomæ de Rokeby.
Roberto Bertram.
Willielmo Deyncourt.
Thomæ de Grey.
Johanni de Haryngton le Fitz.
Waltero de Creyk.
Petro Tyllyoll.
Roberto de Ogle.
Roberto de Tughale.
Johanni de Coupeland.

Ad Archiepiſcopum Eborum.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, W. eâdem gratiâ, Archie- Ann. D.
piſcopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem. 1346.
Propter quædam ardua Negotia, *&c. ut ſupra uſque ibi*, vobis *An.* 20.
mandamus quòd ſitis apud Weſtmonaſterium, in Craſtino Epi- *E.* 3.
phaniæ Domini, proximò futuro, ſi commodè poteritis, ſuper di- *Ibidem.*
ctis Negotiis tractaturi, veſtrúmque Conſilium impenſuri,

Et, ſi fortè ad diem prædictum perſonaliter venire non poteritis, tunc aliquem Idoneum, de quo confiditis, de intentione veſtrâ pleniùs informatum, vice & nomine veſtris, ad Diem & Locum prædictos mittatis, ad tractandum ibidem cum cæteris Prælatis, & Magnatibus, ac aliis de Concilio noſtro, ſuper præmiſſis, & ad conſentiendum hiis quæ tunc ibidem indè, favente Domino, contigerit ordinari.

Et hoc ſicut nos, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra. *Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eâdem datâ; videlicet,

Epiſcopo Dunolm.
Epiſcopo Karlioli.

Super Priſonibus antedictis de Vadiis.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.
Liberate de Theſauro noſtro, Dilecto & Fideli noſtro, Jo- Ann. D.
hanni Darcy le Piere Viginti Libras, & Magiſtro Johanni de Car- 1346.
leton Viginti Marcas, * ſuper Vadiis ſuis, eundo ad Partes Borea- *An.* 20.
les, pro Priſonibus, in Bello Dunolmenſi captis, uſque Londo- *E.* 3.
niam ducendis. *Liberat.*
Teſte Cuſtode Angliæ apud Eltham, duodecimo die Decem- 20. *E.* 3.
bris. *m.* 2.
Per ipſum Regem & Concilium. * V.536.

Pro Nuncio de Victoria Scotorum.

REX Theſaurario, & Camerariis ſuis, Salutem.
Liberate de Theſauro noſtro, Willielmo Hugate, Valetto, Ann. D.
Venerabilis Patris, Willielmi Archiepiſcopi Eborum, Rumores de 1346.
Victoriâ Scotorum in Bello, apud Dunelmum commiſſo, ad Con- *An.* 20.
cilium noſtrum apud Londoniam nuncianti, decem Libras de Do- *E.* 3.
no noſtro. *Ibidem.*

Teſte Cuſtode Angliæ apud Eltham, duodecimo die Decembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

FINIS TOMI SECUNDI.

MAG. ... 3752

Digitized by Google